Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
27 G
7

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

II

COMMENTARIORVM
COLLEGII
CONIMBRICENSIS,
E SOCIETATE IESV,
IN VNIVERSAM DIALECTICAM
Aristotelis Stagiritæ,
PARTES DVAE.

QVARVM PRIMA CONTINET Doctrinam Prædicabilium, & Prędicamentorum, necnon de Interpretatione Enunciationum agit:

Secunda verò Libros de Priori, & Posteriori Resolutione, adiuncta materia Topicorum, & Sophisticorum Elenchorum, complectitur.

ANTEA IN GERMANIA IN LVCEM EMISSAE; nunc autem primum in Italia denuo impressæ, & summo studio correctæ, & ab erroribus expurgatæ.

AD PERILLVST. ET REVERENDISS. D.

D. ATTILIVM BRVNACCIVM

Ord. Cistercienſium Abbatem dignissimum,

Et totius Ordinis illius per Italiam Visitatorem Maiorem vigilantissimum.

CVM PRIVILEGIO.

VENETIIS, M DC XVI.

Apud Andream Babá.

Digitized by Google

Digitized by Google

AD MODVM
R. P. D.
D. ATTILIO BRVNACCIO
FLORENTINO,

Ord. Ciſtercienſis Abbati Digniſs. atque Italicæ Congregationis eiuſdem Ord. Maiori Viſitatori vigilantiſsimo.

ANDREAS BABA S.

LANGVERAT adeo ſuperiori infelici ſęculo, ATTILI BRVNACCI, eloquentiæ Parens ipſa Philoſophia, vt quæ antea tanquam Spurina ille Etruſcus, mirabiles ſui amores cunctis ſoleret excitare; oris deinde decore imperitorum vulneribus fędiſſimè confoſſo, inſpectantibus etiam horrorem incuteret. Itaq; nullus iam, qui politioris literaturæ, vel mediocriter ſtudio caperetur, libens, ac volens adibat ſcholas, vel quia adeo ſqualore obſitam, & dilaceratam, ipſam illam eamdem eſſe, quæ olim Vniuerſo pulchritudinem peperiſſet, & ordinem, nulla vndeuis coniectura petita, poſſent ſuſpicari, vel quia operæ pretium nequaquam arbitrarentur huiuſmodi commouere cloacam, vt qui latebat, Theſaurus veritatis emerge-

Val. Max. lib. 4. c. 5. de Verec.

Digitized by Google

ret. Dum igitur illi fędiorem plus æquo ardenti proſe quuntur amore, ac propè ſoli philoſophari volunt; iſti verò minus ſapere malunt, quam fędari, diù, & apud impolitos, maximarum rerum cognitio exulauit, vel ægrotauit potius, ac latiniſsimos quoſq; ventoſa quædam & enormis loquacitas à præclara veritatis cognitione ſeiunxit. Illud denique cauſæ fuit, cur tam ſerò hoc in quo modo verſamur, aureum ſęculum ad nos redierit, ac politiores literę, ponderibus libratæ ſuis, reſtituerentur. Quanquam verò multi in ea laude multa conati ſunt, pleraque tamen non tam ad communem vtilitatem videbantur inuenta, quàm ad proprij laudem ingenij excogitata. Cùm interim ea ratione nihilo plus videretur imminutus philoſophandi labor, ac multæ adhuc exhauriendæ eſſent difficultates, vt ſtudioſo cuique politiſsimus Philoſophus eſſe liceret, reperti ſunt tandem è CONIMBRICENSI ACADEMIA SOCIETATIS IESV, viri & ſapientes, & graues, qui caligantibus ceteris, primi lucem aſpicerent, ac, politiſsimè philoſophando, egregiam ſcribendi laudem ſuperiori ſęculo præriperent. Opus videbatur, cunctorum ſuffragijs, in Arce Mineruæ collocandum, quo ſcilicet ad priſtinum nitorem ſuum redijſſet Philoſophia, atque eloquentiæ nitor iterum parentem ſuam dulciſsimam eſſet amplexus. Sed quod potuit, hoc egregiè præſtitit noſtra ætas. Immortalibus enim characteribus illud primum (ni fallor) Gallia conſignauit; potuit idem Hiſpania, idem Germania, idem ceterę gentes feciſſe, à quibus veri Dei cultus, atq; humanior ſenſus non procul abſit. Certè hoc idem factitatum Venetijs, & quidem ſedulò, norunt omnes: ſed tamen prius, quam hoc nobile membrum Dialectices, reliquo Philoſophię corpori iungeretur. Mihi verò hęc integra laus videbatur relicta, vt primus Venetijs totum in lucem ederem, totum ſimul excuderem, & quidem, vt opus alacrior vrgerem quędam potiùs

concer-

Digitized by Google

concertatio laudis, quam lucri ſpes aliqua incitare videbatur. Ego vero, ATTILI, qui te noſſem generoſi ſpiritus virum, quovè in ſolidiores, ac politiores literas ſtudio raperere, quovè illos amore complectere, qui vel ex tuis Ciſtercienſibus, vel ex alijs hanc publicam rem literariam ſcriptis libris auxiſſent, ornaſſent; tibi iure opus dicandum cenſui, quo multi ad bonarum literarum ſtudia eſſent inflammati; qui omnes ſoleas tui Ordinis homines ad conſimilia ſtudia inflammare. Non eram tamen neſcius te æquioribus, ac lętioribus oculis inſpecturum fuiſſe, vel Laurentij Zamoræ, Monachi Ciſtercienſis, doctiſsimi viri, de Myſtica Eccleſię Monarchia abſolutiſsimum opus: cuius iam duo volumina noſtra induſtria à ſtudioſis teruntur, vel Petri de Lorca doctiſsima in D. Thomam Commentaria, paulò antè ex Hiſpania ad te allata, vel Cypriani illius Ciſtercienſis celeberrimi opera noſtris typis excuſa. Voluiſſem, & ego (quo in Ciſtercienſem Ordinem ardenti amore ſum) id mihi quandoque licuiſſet: ſed quando hactenùs id minus licuit; teſtabitur interim hoc præſens amoris, atque obſeruantiæ in te meę qualecunque præludium ſpopondiſſe, atque vouiſſe me, & quæ iam pridem prodiere, & quæ poſthac prodibunt, à tuis Ordinis hominibus doctiſsimè ſcripta, tui cauſa (cui me tantum debere fateor, quantum qui maximè) cum primūm facultas dabitur, immortalitati conſecraturum. Vale.

Digitized by Google

AD LECTOREM.

ANTEQVAM *Logicæ in publicum euulgandæ fidem multis promiſſionibus obligatam abſolueremus, illam pro nobis mala fide bibliopolæ quidam liberarunt: qui, furtiua Dialecticæ gloſſemata Curſus noſtri Commentarijs ſuppoſuerunt: ſcripta quidem ante annos triginta caliginoſo adhuc ſeculo, ab vno ex veteribus Magiſtris, verùm non communi conſilio, ſed priuata induſtria, vt ſuis auditoribus in Scholatraderet, cum de typis nec ſomnians cogitaret.*

Huius furti periculum fuit in illa temporis intercapedine, quæ ad hanc VERAE LOGICAE CONIMBRICENSIS *editionem interceſſit, quam communi expectatione longius protraximus, vt tempus rerum omnium magiſter, & diuturnæ concertationes multarum opinionum, quarum nos hoc in libro aſſertores profitemur, veritatem altius diſcuterent, in tanta doctorum hominum, & librorum multitudine, quam immenſa temporum noſtrorum fæcunditas inuexit. Quod conſilium, cum initio opus vniuerſum moliebamur, nos in eam ſententiam induxit, vt primum locum Philoſophicis libris, quos iamdudum in lucem emiſimus, vltimum Logicæ detulerimus; cum in illa velut multorum capitum hydra omnes penè difficultates eſſent debellandæ, qua tota Philoſophia ſparſim diſſeminatæ reperiuntur: Ac proinde non caducum, & deſtitutum cæmentis ædificium ereximus, ſed partito (vt ſolent periti in bello Imperatores) difficultates adorti ſumus, vt multis antea ictibus tentatas, & conuulſas, vno tandem Dialecticæ gladio expugnaremus.*

Nec irrita fuit cunctatio, ſed aliqua ex parte ſortem repoſuit cum vſura. Aſſiduus namque diſputationum conflictus ſatiem nobis attulit aliquarum opinionum, quæ in huius Curſus libris, ac potiſſimum in phyſicis ſupponuntur. Neque enim prioribus ſententijs ita iuratè aſtringimur, vt veritatem, vel expreſſiorem veritatis ſimilitudinem non præferamus. Quare hic aliquas euertimus eo animo, vt expungantur in ſecunda eorum voluminum editione, quàm vt conſilio nunc cudimus, ſic typis ocyſſimè Deo fauente excudemus.

Illa præcipuè capita abrogauimus, quæ ſpectant ad Metaphyſicorum graduum diſtinctionem: Ad actionis, Quantitatis, & peculiariter motus naturam, atque accidentis in communi. Quibus in materijs eam viam inſiſtimus, quam antiquorum firmauit autoritas, & communior Scholarum aſſenſus magis nunc reddidit expeditam.

Vt breuitatem ſimul lucraremur, plurium materiarum fecimus iacturam, gnari librum à nobis emitti non in bibliotheca reponendum: ſed bis quotidie noſtrorum auditorum manibus in gymnaſia deferendum: quo ne ſuffarcinati laborarent, multa omiſimus, multa mutilauimus. Cum enim ex huius Academiæ præſcripto Metaphyſica luculenter explicetur,

ad

Digitized by Google

ad eam attinet perfectior multarum rerum indagatio, quas in transcursu tantum delibamus. Vt quæstiones de rerum vnitate, & distinctione, quarum explorata cognitio tractatui de vniuersalibus magnum apportaret emolumentum. Eundem pene in ipso prælo reddidimus contractiorem abciso tractatu de vniuersalibus assumptiuis, quod tyronum captu superior videretur; idque in diuinis rebus, quoad fieri potuit, inuiolatum seruauimus institutum, ne pro Dialecticis, Theologorum partes ageremus.

Grauiores prædicamentorum quæstiones: multa de veritate, falsitate, & contingentia in lib. Perihermenias: de essentiarum causis in ordine ad demonstrationem in Posterioribus eodem studio suppressimus. Ideo si in obscuritatem affinem breuitati aliquando impingamus, non Dauo tantum hæc scribimus, sed Oedipo, nam in tenebricosis locis præceptores cereo auditoribus prælucebunt.

Ne in Topicorum, & Elenchorum labyrinthos Lectorem inducere-mus, summam compendiosè texere constituimus, & curiosos earum fabricarum aucupes mittere ad Introductionem D. Petri Fonsecæ è nostra Societate, cuius doctrinam, seu primum lac Dialecticæ suis studiosis hæc instillat Academia.

Cum materia Dialecticæ scholasticos terminos secretius attingat, diuersum styli, & dictionis characterem, quàm alijs in libris secuti sumus, necessario vendicauit. Ea de causa non multum curauimus, hæc, quæ D. Hieron. appellat syllogismorum spineta Rhetoricis floribus emollire, ne in locum alienum transumpti iudicarentur; Cum ipse Aristoteles in Rhetoricorum lumine statuerit ἡ ῥητορικὴ ἐστιν ἀντίστροφος τῇ διαλεκτικῇ, cuius vestigia persequentes, maluimus vt Dialectica iuxta Zenonis sententiam, contracta in pugnum manu eloquentiam, tanquam aduersariam excluderet, quam vt palma deducta, & dilatata velut amicam salutaret. Quam tibi salutem Lector beneuole pleno calamo propinamus.

BENEVOLO LECTORI

S. P. D.

DVæ ſunt res, quibus homo præ reliquis animantibus decoratus in veritatis cognitionem peruenire poteſt, Ratio, & Oratio: quarum altera cogitationes animi, premeditatique conceptus expromuntur, & in familiarium conuerſationum congreſſibus alijs communicantur: altera verò vnum ex alio colligendo quid roboris, firmitatisq. rerũ conſequentijs inſit, percipitur, atque cognoſcitur. Etſi autem ambæ illæ à natura homini ſint diſtributæ, & taliter inſitæ, vt cum ætate incrementa ſuſcipiant: artis tamen, & potiſſimum LOGICÆ adminiculo, & exercitio, ſi modo omnibus numeris, & partibus ſuis abſolutæ, & perfectæ eſſe debeant, neutiquam carere poterunt, vtpote cum præuijs illius preceptis, inſtitutisq. ſcientia, qua rem per ſuas proximas, & immediatas cauſas cognoſcimus, deprehendatur, & quid ſynceri, fucative rerum argumenta contineant, ex euidenti ratiocinationis certitudine appareat, quo tandem pacto ad conſequendam veritatem aditus patefiat, & via ſternitur. Vnde in hac arte expolienda & illuſtranda quamplurimi tam ſuperiori quàm noſtra tempeſtate, & quidem in diuerſis mundi partibus ſuam induſtriam atque ſtudium ſumma cum laude declarauerunt, & vnicè in id omnibus ingenij neruis incubuerunt, vt quæ minus congruenter, & ratiocinabiliter inuenta, vel perperam enodata fuiſſent, in melius reformarentur, & commodiori, facilioriq. methodo explicarentur. Idem quoque celeberrimum Collegium publici Lycæi Conimbricenſis auſpicato inchoaſſe, & feliciter, nec non magno cum fructu Studioſorum Adoleſcentum ad finem perduxiſſe atteſtantur Commentarij illius paucis ab hinc annis in lucem emiſſi, & in ceteris prouincijs typis excuſi. Quamobrem ne tali præcellenti bono Studioſi Philoſophiæ in Italia diutius caretent, ſed minori cum ſumptu illo potirentur, honoratiſſimus Typographus D. Andreas Baba Venetijs eadem Commentaria publicæ vtilitatis & commoditatis gratia prælo ſubmiſit, & publici iuris fecit. Qua quidem in impreſſione iuxta Sereniſſimi Dominij Veneti edictum in negotio typographico publicatum non tantum curauit, vt errores qui per negligentiam irrepſerant, emendarentur, verum etiam vt quæ deerant adiungerentur. Id quemadmodum confido ſi non ingratum futurum erit, ad alia forſitan meliora, & commodiora illum nobis deuinciemus, & ego qui meum ſtudium huic correctioni impendi, me meaque tuo fauori commendo.

Dabantur Venetijs in Vigilia Annunciationis Semper Virg. Mariæ. Anno M D C X V I.

M. Matthias Colditz.

Digitized by Google

VI

SVMMA
OMNIVM CAPITVLORVM,
QVÆSTIONVM, ET ARTICVLORVM,

Quæ in toto hoc volumine vniuerſæ Dialecticæ Ariſtotelis Stagiritæ tractantur, & explicantur.

In Procemio.

Artes à quibus, & quo tempore inuentæ ſunt. pag. 1

De ſectis eorum, qui diſcurſu temporis ingenuas artes, Philoſophiamque profeſſi ſunt, atq; in primis de Italica, & Ionica. 2

De Academicorum, & Stoicorum ſecta. 3

De Peripateticorum ſecta, & ingenio, doctrinaque Ariſtotelis. 4

QVAESTIO I.

Vtrum ars probe definiatur à Philoſoph. 6

Articulus 1 *Vnde homini ars venerit.* ibid.

2 *Definitio artis expenditur, & approbatur.* 7

3 *Obiecta aduerſus definitionem artis, eorumque dilutio.* 9

QVAESTIO II.

An artium diuiſio rectè ſe habeat. 11

Articulus 1 *Prima artium diſtributio in reales, & ſermocinales.* 11

2 *Altera diuiſio artis in practicas, & contemplatiuas.* 12

3 *Tertia artium partitio in ſuperiores, & inferiores.* 14

QVAESTIO III.

Quem ordinem inter ſe artes obtineant. 12

1 *De ordine inuentionis artium.* Articulus ibid.

2 *De ordine tradendi artes, & earum inter ſe præcellentia.* 16

QVAESTIO IIII.

Vtrum Dialectica ſit vere, proprieque ſcientia, & ab aliis diſtincta. 17

1 *De nominibus Dialecticæ, eiuſq; natura, ac fine.* Articulus ibid.

2 *Dialecticæ in docentem, & vtentem partitio explicatur.* 19

3 *Dialecticam docentem eſſe vere, proprieque ſcientiam, à ceteris diſtinctam cõcluditur.* 23

4 *Dialecticam docentem eſſe partem Philoſophiæ ex dictis ſequi.* 26

5 *Dialecticam docentem eſſe practicam ſcientiam.* 28

QVAESTIO V.

Quod nam ſit adæquatum Dialecticæ ſubiectum. 32

1 *Quale eſſe debeat cuiuſque artis ſubiectum.* Articulus ibid.

2 *Appendix, in qua Logicæ partitiones breuiter explicantur.* 34

3 *Diſſerendi modum eſſe ſubiectũ Dialecticæ comprobatur.* 37

4 *Aliquæ obiectiones contra ſuperiorem doctrinã diluuntur.* 39

QVAESTIO VI.

Sitne Dialectica ad alias doctrinas capeſſẽdas neceſſaria, an nõ. 41

1 *Diſputatur quæſtio in vtramque partem.* Articulus ibid.

gitized by Google

2 Resoluitur quæstio, & satisfit argumentis, quatenus resolutioni aduersantur. 43
3 Aliorum de subiecto Dialecticæ opiniones confutantur. 46

IN ISAGOGEM Porphyrij.

PROOEMIVM.

De autore, instituto, inscriptione, partitione, & vtilitate huius operis. 49
Præfatio Porphyrij. 52
Præfatio ad Chrysaorium. ibid.

QVÆSTIO I.

Quidnam sit vniuersale. 54
Articulus 1 Multiplex vniuersalis significatum explicatur. ibid.
2 Nominalium sententia proponitur, & confutatur. 55
3 Vniuersalia Platonis, vt figmenta reiiciuntur. 59
4 Vera vniuersalis explicatio, & definitio. 60
5 Cuiusmodi sit proposita definitio, & quid in ea primo definiatur. 62

QVÆSTIO II.

De vnitate rei vniuersalis. 65
Articulus 1 Varia genera vnitatum proponuntur. ibid.
2 Quam vnitatem ex numeratis, communis natura ad vniuersalitatem exigat. 67

QVÆSTIO III.

De aptitudine vniuersalis propria. 71
Articulus 1 Quisnam sit actus eius aptitudinis, quam habet vniuersale. ibi.
2 Cuiusmodi sit aptitudo essendi in pluribus. 73
Quotuplex sit hæc aptitudo. 75

QVÆSTIO IIII.

Vtrum res fiant vniuersales operatione intellectus, an secundum se tales sint. 79
1 Aperiuntur status quæstionis, & ij, quos naturæ communi tribuunt Autores. Articulus ibid.
2 Duæ Autorum sententiæ de natura communis ab inferioribus distinctione proponuntur. 80
3 Quo pacto respondendum sit ad quæstionem in primo naturę statu. 82
1 Respondetur quæstioni iuxta sententiam D. Thom. Sectio. ibid.
2 Quo pacto aliqui respõdeãt quæstioni iuxta sentẽtiam Scoti. Sectio. 84
3 Vera sẽtẽtia vniuersale ante intellectum negãs cõfirmatur. Sectio. 86
4 Diluuntur argumenta partis affirmatiuæ. Sectio. 90
4 Quid existimandum sit de natura in secundo statu. Articulus 91
5 Vtrum natura sit vniuersalis in tertio statu. 94
6 Quo pacto dissoluendæ sint quæstiones à Porphyrio excitatæ. 97

QVÆSTIO V.

Cuius potentiæ ministerio fiat rei vniuersalis abstractio. 99
1 De quo abstractionis genere sit in præsenti sermo. Articulus ibid.
2 Quo pacto hæc vniuersalis abstractio perficiatur. 100
3 Vtrum natura communis sit formaliter vniuersalis in specie intelligibili. 102

QVÆSTIO VI.

De existentia vniuersalitatis relatiuæ. 104
1 Quid sit ens rationis, & quomodo existat. Articulus ibid.
2 Quotuplex sit ens rationis. 107
3 Vtrum vniuersalitas relatiua existat in specie intelligibili, an in conceptu. 109

4 Vtrum

Digitized by Google

4 *Vtrum natura communis conseruet vniuersalitatẽ in actuali prædicatione.* 111

QVAESTIO VII.

Qualis sit vniuersalis diuisio in vulgatas species. 113

Articulus 1 *Num diuisio sit adæquata.* ibid.

2 *Num proposita diuisio sit generis in species.* 117

3 *Num propositæ species infimæ sint, & respectu vniuersalis immediatæ.* 120

QVAESTIO VIII.

De particularibus, quæ vniuersali respondent. 122

Articulus 1 *Quid, & quotuplex sit particulare.* ibid.

2 *Quam vnitatem requirãt particularia vniuersali subiecta.* 123

3 *Vtrum particularia cuilibet vniuersalis plura esse debeant.* 126

4 *Vtrum quoduis particulare contineat naturam communem, diuersam ab ea, quæ est in alio.* 130

In caput primum Isagoges.

Explicatio capitis primi de Genere. 131

QVAESTIO I.

Vtrum genus probè definitum sit à Porphyrio. 135

Articulus 1 *Explicatur, ac defenditur vtraque generis definitio.* ibid.

2 *Num propositæ definitiones essẽtiales sint an descriptiuæ.* 138

QVAESTIO II.

Vtrum quælibet entia sine discrimine rationem generis, & speciei suscipiant. 140

Articulus 1 *Quid dicẽdum sit de ijs, quæ realia entia non sunt.* ibid.

2 *Quænam entia realia genera, & species esse possint.* 143

In caput secundum.

Explanatio capitis secundi de specie. 146

QVAESTIO I.

Vtrum Porphyrius de specie rectè censuerit. 152

1 *Examinantur definitiones speciei subiecibilis.* Articulus ibid.

2 *Speciei prædicabilis definitio explanatur.* 154

QVAESTIO II.

Vtrum species sit primum generis correlatiuum. 156

1 *Genus terminari proximè ad speciem, remotè ad individuũ.* Articulus ibid.

2 *Vtrum individuum peculiari relatione à cæteris distincta referatur ad genus.* 160

QVAESTIO III.

De natura, & partitionibus individui. 162

1 *Tres individui acceptiones, et definitiones explicantur.* Articulus ibid.

2 *Nonnulla obiecta aduersus ea, quæ concluſa sunt, dissoluuntur.* 164

In caput tertium.

Explanatio capitis tertij de differentia. 166

QVAESTIO I.

Vtrum differentia in communi rectè definita, ac diuisa sit. 171

1 *Definitio differentiæ in communi defenditur.* Articulus ibid.

2 *Num prima differentiæ diuisio exacta sit.* 174

QVAESTIO II.

Vtrum differentia maximè propria rectè definiatur, ac diuidatur. 178

1 *Explicatur ac defenditur differentiæ definitio.* Articulus ibid.

2 *Num differẽtia diuidenda sit in Physicã, & Metaphysicã.* 181

Digitized by Google

In caput quartum.

QVAESTIO I.

Explanatio capitis quarti de Proprio. 185

QVAESTIO I.

Vtrum proprij diuisiones, ac definitiones probandæ sint. 184
Articulus 1 Examinatur diuisio à Porphyrio constituta. ibid.
2 Expenditur proprij quarti generis definitio. 187
3 Num proprium vniuersale esse queat. 190

In caput quintum.

Explanatio capitis quinti de Accidente. 193

QVAESTIO I.

Rectene sit explicatum accidens à Porphyrio. 194
Articulus 1 Probandæne sint Porphyrij definitiones. ibid.
2 Vtrum accidentia quinti vniuersalis, vt subiectis conueniant, indigeant sua, & subiectorum existentia. 196
3 Possitne accidẽs reale internum esse quintum vniuersale comparatione subiectorum in quibus non est. 198

Explanatio capitis sexti, de communitatibus. 294

IN LIBROS CATEgoriarum.

PROOEMIVM.

De huius libri auctore, & scriptione. 206
Huius libri materia, commoditas, & partitio. 207

In caput primum.

Explanatio capitis primi de Æquiuocis, Vniuocis, & Denominatiuis. 209

QVAESTIO I.

Quid sit æquiuocum, & quotuplex. 212
1 Multiplex æquiuocorũ diuisio. ib. Articulus
2 Expediuntur aliquæ difficultates obuiæ præcedenti doctrinæ. 215
3 Explanatur, ac defenditur æquiuocorum definitio. 219

QVAESTIO II.

Vtrum rectè censuerit Aristot. de vniuoco, & denominatiuo. 224
1 Explanatur vniuocorum definitio, & natura. Articulus ibid.
2 Que denominatiua definierit Aristoteles. 226
Explanatio capitis 2. de complexis, & incomplexis. 228
Explanatio cap. 3. de regulis. 230
Explanatio cap. 4. de decem predicamentis. 234

QVAESTIO I.

De prima entis diuisione in substantiam, & accidens. 234
1 Diuisionis explicatio, & defensio. Articulus ibid.
2 Vtrum primum diuisionis membrũ recte explicari soleat. 238
3 Vtrũ Aristoteles rectè definierit id, quod est in subiecto. 240

QVAESTIO II.

Vtrum secunda entis diuisio in decem prædicamenta probanda sit. 244
1 Quid sit ens prædicamentale. ib. Articulus
2 Conditiones ex parte rerum explicantur. 248
3 Qua ratione prædicamentorum numerus colligatur. 250
4 Obiecta aduersus præfixum numerum diluuntur. 253

In

QVAEST. ET ARTICVLORVM.

In Caput quintum.

Explicatio capitis quinti de ſubſtantia. 255

QVAESTIO I.

De ſubſtantiæ prædicamentalis eſſentia. 264

Articulus 1 *Formalis ratio prædicamentalis ſubſtantiæ explicatur.* ibi.

2 *Quod nam ſit genus ſummum huius prædicamenti.* 268

QVAESTIO II.

Vtrum ſubſtantia rectè ab Ariſtotel. diuidatur in primam, & ſecundam. 270

Articulus 1 *Aliorum de propoſita diuiſione ſententiæ improbantur.* ibi.

2 *Vera ſentent. explicatur & defenditur.* 272

3 *Vtrum prima, & ſecunda ſubſtantia probe definiantur.* 275

QVAESTIO III.

Vtrum ſuſcipere contraria ſit maxime proprium ſubſtantiarum. 277

Explanatio cap. 6. de Quantit. 280

QVAESTIO I.

De ratione formali quantitatis. 287

Articulus 1 *Priores duæ ſententiæ proponuntur, & confutantur.* ibi.

2 *Vera ſententia proponitur, & in meliori sẽſu approbatur.* 289

3 *Obiecta aduerſus hanc opinionem diſſoluuntur.* 292

4 *Quo pacto pertineat ad quantitatem habere partes extenſionis in ſe.* 294

QVAESTIO II.

Vtrum ſpecies quantitatis rectè à Phil. numerentur. 297

Articulus 1 *Species quantitatis diſcretæ reiiciuntur.* ibid.

3 *Num ſpecies quantitatis continuæ probe recenſeantur.* 299

QVAESTIO III.

Vtrum eſſe æquale, vel inæquale ſit quarto modo proprium quãtitatis. 303

Articulus 1 *Omni ac ſoli quantitati hoc attributum conuenire.* ibid.

2 *Cuiuſmodi ſit æqualitatis & inæqualitatis relatio.* 305

In caput ſeptimum.

Expl. cap. 7. de relatione. 307

QVAESTIO I.

De natura, et eſsẽtia relationis 313

Articulus 1 *Num admittendæ ſint reales relationes.* ibid.

2 *Num omnes & ſolæ relationes reales in prædicamẽto ſint.* 316

3 *Prædicamentalium relationum definitio enodatur.* 319

4 *Quænam ad prædicamentalem relationem exigantur.* 321

QVAESTIO II.

Quę ſit huius prædicamenti conſtitutio. 324

Articulus 1 *Vtrum in hoc prædicamento ſit aliquod genus ſupremum.* ibid.

2 *Partitio relationis in ſuas ſpecies explicatur.* 327

QVAESTIO III.

Vtrũ eſſe ſimul cognitione ſit proprium 4. modo relatorum. 331

In caput octauum.

Expl. cap. 8. de qualitate. 333

QVAESTIO I.

De natura, & ſpecieb. qualit. 342

Articulus 1 *Eſſentia & definit. qualitatis exponitur.* ibid.

2 *Num bene diſtributa ſit qualitas à Philoſ. in quattuor ſpecies* 343

3 *Quo pacto quattuor qualitatum paria inter ſe differant.* 346

Sectio art. 1. de habitu, & diſpoſitione. ibid.

Sectio art. 2. de ceteris tribus complicat. 349

Digitized by Google

QVAESTIO III.
Sitne proprium 4. modo qualitatis vt secundum res dicantur similes & dissimiles. 351
In caput nonum.
Explanatio capitis noni de actione & passione. 354
QVAESTIO I.
De actione, & passione. 355
Articulus 1 Quæ sit actionis & passionis essentia, & definitio. ibid.
2 Quæ sint horum prædicamentorum species. 356
QVAESTIO II.
De prædicamēto situs & vbi. 358
Articulus 1 Quæ sit formalis eorum ratio. ibidem.
2 Species vbi, & situs enumerantur. 362
QVAESTIO III.
De duratione & habitu. 363
Articulus 1 Durationis prædicamentum explicatur. ibid.
2 De prædicamento habitus. 365
In caput decimum.
Explanatio capitis decimi de oppositis. 366
QVAESTIO VNICA.
De natura oppositionis, eiusque speciebus. 373
Articulus 1 Quæ sit oppositionis natura. ibid.
2 Cuiusmodi sit oppositorum distributio. 374
3 Explicatur oppositio relatiua. 376
4 De contraria oppositione. 378
5 Oppositio priuatiua explanatur. 381
6 De contradictoria oppositione. 383
Explanatio cap. 11. de modis priorum. 386
Explanatio cap. 12. de modis simul. 387
Explanatio cap. 13. de speciebus motus. 388
Explanatio cap. 14. de modis habere. 390

IN LIBROS DE INterpretatione.

LIBER I.

Caput primum de Signis. 393
QVAESTIO I.
De natura & conditionibus signi in commune. 395
1 Quæ sit essentia signi. ibid. Articulus
2 Nihil se ipsum proprie significare. 398
QVAESTIO II.
De signorum diuisionibus. 400
1 Multiplex signorum diuisio explicatur. ibid. Articulus
2 Examinatur diuisio signorum in naturalia, & ex instituto. 403
3 Expenditur alia signorum diuisio in formalia, & instrumentalia. 405
1 Soluitur primum argumentum: explicatur modus significandi specierum, & conceptuum. 406 Sect. art.
2 Soluitur secundum argumentū, explicatur sensus diuisionis, & disquiritur an oporteat signum actu significare. 409 Sect. art.
3 Explicatur tertium obiectum: disquiritur an aliquid præter speciem, & conceptum sit signum formale & vtrum cognitio signi differat necessario à cognitione significati. 411 Sect. art.
QVAESTIO III.
De vocum & scripturarum significatione. 413
1 Variæ de significatione vocum sententiæ. ibid. Articulus

2 Reie-

Digitized by Google

2 Reiectis primis duabus sententijs tertia rationibus confirmatur, & explicatur. 415
3 Argumenta primi articuli dissoluuntur. 418
4 An scripta significent, & quomodo. 420

QVÆSTIO IIII.

Vtrum conceptus ijdem sint apud omnes, voces autẽ diuersa. 423
Articulus 1 Quo sensu verum sit conceptus esse eosdem apud omnes. ibid.
Sect. art. Disquiritur, an conceptus constituantur formaliter signum per relationem superadditam. 425
2 Quo sensu verum sit voces non esse easdem apud omnes. 426

QVÆSTIO V.

Vtrum in nostro intellectu sint aliqui conceptus veri, vel falsi, alij veritatis, & falsitatis expertes. 430
Articulus 1 De qua veritate, & falsitate Philosophus hic loquatur. ibid.
2 Vtrum veritas reperiatur in omnibus intellectus operationibus. 433
3 Dissoluuntur ea, quæ primæ operationis veritatem oppugnare videntur. 435
4 Vtrum in cognitione simplici falsitas inueniatur. 436
Sect. art. Responsio ad argumenta 1. sententiæ. 439
Caput secundum de Nomine. 441
Caput tertium de Verbo. 442.
Caput quartum de Oratione. 444.

QVÆSTIO I.

Qualis sit natura, & partitio vocis significatiuæ tam simplicis, quã complexæ in sua inferiora. 447
Articulus 1 Expenditur natura vocis significatiuæ in communi. ibid.
2 Qualis sit diuisio vocis significãtis in simplicem, & complexam. 449

QVÆSTIO II.

De natura, & partitione vocis significatiuæ simplicis. 451
1 Quæ vox censeatur simplex in significando. ibid. Articulus
2 Qualis sit diuisio vocis simplicis in nomen & verbum. 453
3 Oppugnatur, & defenditur nominis definitio. 456
Soluuntur cetera argumenta. 458 Sectio art.
4 Expenditur definitio verbi. 462
1 Vtrum verbum infinitũ in enunciatione maneat infinitum. 464 Sectio art.
2 Quo pacto verbum significet copulam. 465

QVÆSTIO III.

Vtrum rectè censuerit Aristoteles de significatiuo cõplexo. 469
1 Vtrum definitio orationis constet. ibid. Articulus.
2 Examinatur, & approbatur enũciationis definitio. 472
3 Responsio ad argumenta superioris articuli. 477
4 An obiectum intellectus sit verum. 478

QVÆSTIO IIII.

De enunciationis diuisionibus. 481
1 Vtrum enunciatio mentalis diuidenda sit in apprehensiuam, & iudicatiuam. ibid. Articulus.
2 Vtrum mentalis enunciatio, quã à iudicio non distinguimus, sit vna simplex qualitas. 484
3 Omnes hæ sententiæ probabiles iudicantur, eligitur extrema. 487
4 Expediuntur aliquot obiecta aduersus tertiam opinionem. 490
5 Quo pacto enunciatio diuidatur in simplicem, & coniunctam. 492

Digitized by Google

6 Vtrum enunciationes de extremo coniuncto necessaria esse queant. 493
Caput quintum de oppositione enũciationum. 496
Caput sextum de tribus regulis oppositarum enunciationum. 498
Caput septimum de vna affirmatione, & de vna negatione. 499
Caput 8. de contradicentium propositionũ veritate, et falsit. 508
QVAESTIO I.
Vtrum exacta sit oppositionum diuisio. 500
Articulus 1 Quid sit oppositio enũciationũ. ib.
2 Vtrum proposita oppositionum diuisio exacta sit. 501
3 An regulæ oppositionum aptè assignentur. 404
QVAESTIO I.
Vtrum Arist. recte censuerit de propositionibus de præterito, præsenti, & futuro. 512
Articulus 1 Supponitur cum Aristotele nonnulla contingenter esse, & euenire. ibid.
2 Vtrum propositiones de præterito, & præsenti sint determinatè veræ, an falsæ. 514
3 Quid docuerit Arist. de propositionib. de futuro cõtingẽti. 517
4 Propositiones de futuro contingenti esse determinatè veras, aut falsas. 521
5 Aliorum obiectiones aduersus propositam sententiam dissoluuntur. 522
LIBER SECVNDVS.
Caput primum. 527
QVAESTIO VNICA.
Vtrum rectè habeant, quæ de consequentijs tradita sunt ab Aristotele. 534
Articulus 1 Vtrum ex negatiua de prædicato finito colligatur affirmatiua de prædicato infinito. ibid.
2 Vtrum affirmatiua enunciatio de prædicato infinito inferat negatiuam finitam. 535
Caput secundum. 537
QVAESTIO VNICA.
Vtrum apta sit reciproca consecutio inter enunciationes de prædicato coniuncto, & diuiso. 540
Caput tertium. 542
Caput quartum. 547
IN LIBROS DE PRIORI resolutione.
IN LIBRVM PRIMVM.
Caput primum de propositione, termino, & syllogismo. 515
QVAESTIO I.
Num Aristoteles recte censuerit de propositione, & termino. 560
1 Expenditur, & explicatur propositionis definitio. ibid. Articulus
2 Quo pacto propositio secundum quantitatem & qualitatem diuidatur. 562
3 Definitio termini explanat. 564
QVAESTIO II.
Vtrum syllogismus rectè definiatur. 567
1 Quid, & quotuplex sit discursus. ibid. Articulus
2 Vtrum syllogismus recte ab Aristotele definiatur. 570
3 Vtrum omnis, & solus syllogismus sit argumentatio formalis. 573
Caput secũdum de cõuersione propositionum absolutarum. 567
QVAESTIO I.
De conuersione absolutarum Propositionum. 579
1 Defenditur conuersio vniuersalis negatiua. ibid. Articulus
2 De-

Digitized by Google

2 Defenditur conuersio Vniuersalis affirmatiuæ. 581
3 Defenduntur regulę conuersionum particulares. 584
4 Quo pacto conuertantur propositiones particulares. 586

QVÆSTIO II.

De conuersione propositionum absolutarum per contrapositionem. 588
Articulus. 1 Vtrum propositiones necessariæ conuerti possint per contrapositionem. ibid.
2 Vtrum hæc conuersio inueniatur in propositionibus contingentibus. 590
Caput tertium de propositionum modalium conuersione. 592

QVÆSTIO I.

De conuersione propositionum modalium. 596
Articulus. 1 Vtrum propositiones de necesse possibili, & contingenti affirmatis rectè conuertantur. ibid.
2 Quo pacto conuertantur propositiones de impossibili, & cetere de modo negato. 598

QVÆSTIO II.

De conuersione propositionum de contingenti secundo modo. 600
Articulus. 1 In quo sensu accipiat Aristoteles enunciationes de contingenti secundo modo, & quo pacto exponendæ sint. ibid.
2 Quo pacto conuertantur propositiones de contingenti secundo modo affirmato. 603
3 Quo pacto conuertantur propositiones de contingenti secundo modo negato. 606

QVÆSTIO III.

Vtrum propositiones de contingenti secundo modo conuerti possint in sensu composito. 607
1 Vtrum huiusmodi propositionibus assignari possint aliquæ exponentes, vel æquipollentes? ibidem. Articulus
2 Quo pacto conuertantur huiusmodi propositiones. 609
3 Quid valeant conuersiones per contrapositionem in modalibus. 611
Prænotatio ad caput quartũ. 612
Explicatio terminorum, In quibus omni, & In quibus nulli. 653
Caput quartum de prima ratiocinationis figura. 614
Caput quintum de secunda ratiocinationis figura. 620
Caput sextum de tertia ratiocinationis figura. 624

De figuris.

QVÆSTIO VNICA.

Vtrum Aristoteles rectè probauerit syllogismos tertiæ figuræ per expositorium. 629
1 Definitur, ac diuiditur syllogismus expositorius. ibid. Articulus
2 An Aristoteles rectè probauerit syllogismos tertię figuræ per expositorium. 631
Caput septimum de Communibus pronunciatis ad trium figurarum intelligentiam pertinentibus. 632
Colliguntur ex dictis regulæ figurarum. 634

QVÆSTIO I.

Vtrum numerus figurarum rectè constitutus sit. 635
1 Tres tantum esse syllogismorum figuras. ibid. Articulus
Alia quædam obiecta aduersus numerum figurarum dissoluuntur. 637

QVÆ-

Digitized by Google

QVAESTIO II.
Vtrum in secunda, & tertia figura sint modi indirecto concludentes. 639
Articulus. 1 Diuersæ Autorum sententiæ confirmantur. ibid.
2 Vtraque sententia probabilis iudicatur. 640
Caput octauum de syllogismis ex modalibus enunciationibus constructis. 642
Caput nonum de mixtis ex vna necessaria & altera absoluta in prima figura. 643
Caput decimum de mixtis ex vna necessaria, & altera absoluta in secunda figura. 645
Caput vndecimum de mixtis ex altera necessaria, & altera de necesse in tertia figura. 647
Caput duodecimum de contingenti non necessario. 650
Caput decimum tertium de syllogismis ex ambabus contingentibus in prima figura. 652
Summa eorum quæ ab Aristotele à capite decimo quarto vsque ad vigesimum primum tradita sunt. 654
Summa eorum quæ ab Aristotele à capite vigesimo secundo vsq; ad vigesimum septimum inclusiue traduntur. 656
Caput vigesimum nonum de regulis medij syllogismorum inueniendi. 657
Summa eorum quæ Aristoteles tradidit à capite trigesimo, vsque ad trigesimum secundum.

IN LIBRVM SECVNDVM de Priori Resolutione.

De syllogismorum potestatibus. 663
De syllogismorum vitijs. 664
De reuocatione ceterarum argumentationum ad syllogismum. ibidem.
Ad quam figuram hæ argumentationes reducantur. 667

IN LIBROS DE POSTERIORI Resolutione.

IN LIBR. I.

Caput primum de Prætognitis. 673

QVAESTIO I.
Vtrum omnis doctrina sit reminiscentia, an denuo comparata. 676
1 Sententia Platonis de reminiscentia. Articulus. ibid.
2 Explodituꝛ dogma Platonis, & vera sententia statuitur. 678
3 Soluuntur argumenta pro Platone adducta. 679
4 Vtrùm habitus primorum principiorum insint nobis à natura. 680

QVAESTIO II.
Vtrum omnis doctrina, & disciplina intellectiua ex antecedente fiat cognitione. 685
1 Explicatio quæstionis. ibid. Articulus.
2 Expediuntur aliquot dubia circa traditã explicationem. 687
3 Vtrum ne principiorum cognitio ex antecedente fiat per discursum. 690

QVAESTIO III.
An Aristoteles rectè assignauerit præcognita, & prænotiones. 694
1 Explicantur aliqua ante solutionem quæstionis. ibid. Articulus.
2 Defenditur ab impugnationi-
bus

Digitized by Google

bus præfinitus numerus præcognitorum. 696
3 *Quæ & quot sint subiecti prænotiones.* 698
1 *De secunda subiecti prænotione.* 701
4 *Quæ sint prænotiones passionis, & principiorum.* 704
5 *De prænotionibus medij, & consequentiæ.* 706

QVAESTIO IV.

An alterum principium cognoscatur simul alterum prius conclusione. 708

Articulus. 1 *Maiorem cognosci prius tempore conclusione quomodo verum sit.* ibid.
2 *Non esse simpliciter necessariũ præmissarũ assẽsus existere quãdo assentimur conclusioni.* 710
3 *Minorem cognosci simul, cum conclusione explicatur in quodam sensu.* 712
4 *Positis assensibus præmissarum non posse voluntatem impedire assensum conclusionis.* 715
5 *Expenditur tertius sensus, quo minor, & conclusio possunt esse simul.* 720

CAP. II.

De modis sciendi, & demonstratione. 723

QVAESTIO I.

Vtrum scientia bene definita sit in hoc cap. 727

Articulus. 1 *Membratim exponitur definitio, & cui scientiæ competat explicatur.* ibi.
2 *Non esse scientiam simpliciter, nisi quæ habetur per causam.* 729
3 *Causam debere esse proximam, & immediatã atque vt talem cognosci.* 731
4 *Num Mathematicæ disciplinæ scientię rationem induant.* 734

QVAESTIO II.

Vtrum bene definita fuerit demonstratio à Philosopho. 739

Articulus. 1 *Expenditur prima definitio.* ibidem.
2 *In quo genere causæ demonstratio scientiam generet.* 741
3 *Expenditur secunda demonstrationis definitio.* 744
4 *Non videri præmissas esse notiores conclusione.* 746
5 *Esse reuera præmissas notiores conclusione.* 747
6 *Diluuntur argumenta proposita in quarto articulo.* 750

QVAESTIO III.

Vtrum demonstrare liceat per omnia causarum genera. 752

Articulus. 1 *Proponitur dubitandi ratio, & resoluitur quæstio quo ad causam in communi.* ibid.
2 *Respondetur quæstioni quo ad causam formalem, & materialem.* 754
3 *Satisfit quæstioni quo ad causam secundam effectiuam, & finalem.* 755

CAP. III.

De quibus sit demonstratio. 757

QVAESTIO I.

Vtrum admittenda sit propositio per se nota. 761

Articulus. 1 *Eorum sententia, qui negant propositiones per se notas, & ideo circulum in demonstratione admittunt.* ibid.
2 *Admittendas necessario propositiones per se notas, & excludendum circulum.* 762
3 *Respondetur argumentis primi articuli.* 763

QVAE-

QVAESTIO II.
Vtrum propositio per se nota probe definiri ac diuidi possit. 764
Articulus. 1 Expenditur definitio propositionis per se notæ. ibid.
2 Propositionem per se notam diuidendam esse in per se notam secundum se, & in per se notam secundum se, & quo ad nos. 766
3 Aliquot assertionibus declaratur, quæ propositiones sint per se notæ & quæ non. 769

CAP. IIII.
De prædicatis. 771

QVAESTIO I.
Vtrum rectè censuerit Aristoteles de prædicatis. 775
Articulus. 1 Explicatur prædicatum de omni. ibid.
2 Declaratur prædicatum per se primo modo. 777
3 Enodatur prædicatum per se secundo modo. 778
4 De prædicato vniuersali. 781
Caput quintum de prædicato vniuersali. 783
Caput sextum de materia demonstrationis. 787
Caput septimum de materia demonstrationis. 791

QVAESTIO I.
Vtrum subiectum materiale scientię debeat esse necessarium perpetuum, & vniuersale. 796
Articulus. 1 Oportere obiectum scientiæ esse necessarium. ibid.
2 Soluuntur secundum, & tertium argumentum præcedentis articuli, & explicatur amplius dicta necessitas. 798
3 Obiectum scientiæ esse perpetuum, & vniuersale. 800

QVAESTIO II.
Vtrum amittatur scientia propter causas ab Aristotele enumeratas. 803
1 Disputatio quæstionis in partem negatiuam. ibid. Articulus.
2 Quatenus priores duæ causæ scientiam destruant. 804
3 Quid faciant ad [illegible] duæ posteriores causæ. 805
4 Respondetur argumentis in primo, & proximo articulo propositis. 808
5 An scientia corrumpatur à contrario. 810

CAP. VIII.
De principijs. 813

QVAESTIO VNICA.
Vtrum omnia principia sint indemonstrabilia. 818
1 Pars negatiua quæstionis suadetur. ibid. Articulus.
2 Explicatur principiorum diuisio, & satis fit primo argumento. 819
3 Declaratur vsus communissimorum principiorum, & solnitur secundum argumentum. 821
4 Notitiam primorum principiorum simul esse posse cum scientia quia, & propter quid, & satisfit tertio, & quarto argumento. 823
Caput nonum de proprijs cuiusque interrogationibus. 824
Caput decimum de demonstratione propter quid. 828

QVAESTIO I.
Vtrum bene diuidatur demonstratio in demonstrationem quia & propter quid. 833
1 Agitatur quæstio pro parte Articulus.

Digitized by Google

te negatiuæ. ibid.
2 Diuisionem esse adæquatam, et responsio ad priora argumenta. 834
Articulus. 3 Respondetur ceteris argumentis, & expenditur qualitas præfatæ diuisionis. 835

QVAESTIO II.

Vtrum ad scientiam subalternatam spectet scire quia, ad subalternantem propter quid. 838
Articulus. 1 Quæ scientia dicatur subalternans, quæ subalternata. ibi.
2 Subalternatam scire quia, & subalternantem propter quid ex parte principiorum. 840
3 Quo ad conclusiones etiam subalternatam scire quia, & subalternantem propter quid. 843
Summa capitum ab vndecimo vsque ad 22. fol. 845

CAP. XXIII.

Articulus. De certitudine, & vnitate scientiarum. 847

QVAESTIO VNICA.

Vtrum scientia desumat specificam vnitatem, & distinctionem ex obiecto. 850
Articulus. 1 De vnitate, & distinctione scientiæ totalis. ibid.
Sectio art. Decisio præcipuæ dubitationis. 853
2 Vnitatem totalis scientiæ non esse simplicis qualitatis sed ordinis. 855
3 De vnitate, ac distinctione scientiæ partialis. 859
Summa capitis vigesimi quarti, & vigesimi quinti. 861

IN CAP. XXVI.

De scientia, & opinione. 862

QVAESTIO I.

Vtrum scientia differat ab opinione. 865
1 Enumerantur habitus intellectus speculatiui, & vno modo inter se conferuntur. ibid.
Articulus 2 Habitus ineuidentes inter se conferuntur. 866
3 Conferuntur habitus euidentes cum ineuidentibus. 869
4 Quanta sit connexio formidinis cum opinione. 872

QVAESTIO II.

Vtrum scientia, & opinio in eodem intellectu simul esse queat. 877
Articulus 1 Exponitur quæstio, & quoad habitus expeditur. ibid.
2 Num actus scientiæ, & opinionis per vires naturæ in eodem intellectu simul existant. 879
3 Vtrum actus scientiæ, & opinionis in eodem intellectu diuina virtute esse queant. 882
4 Vtrum idem actus simul esse possit opinio, & scientia. 886
Summa capitis vigesimi septimi. 889

IN LIBRVM SECVNDVM Posteriorum.

QVAESTIO VNICA.

Quod nam præstantissimum demonstrationis medium sit. 891
Articulus 1 Id in quo autores omnes conueniunt explicatur & probatur. ibid.
2 Variæ autorum sententiæ referuntur. 892
3 Fertur iudicium de propositis opinionibus, & respondetur quæstioni. 894

Digitized by Google

INDEX QVÆST. ET ARTICVLORVM:

IN LIBRVM PRIMVM Topicorum.

Explanatio capitis primi de operis instituto. 897

Caput secundum de vtilitate Dialecticæ. 899

QVÆSTIO VNICA.

Vtrum syllogismi in quattuor membra distributio sit exacta. 900

Articulus 1 *Obiecta aduersus diuisionẽ. ibi.*

2 *Defenditur diuisio, diluuntur obiecta.* 900

Explanatio capitis tertij, de quibus sit Dialectica disputatio. 903

QVÆSTIO VNICA.

Num quaternarius prædicatorum & quæstionum numerus rectè assignetur. 904

Articulus 1 *An prædicata Dialectica sint tantum quattuor.* ibid.

2 *Defenditur quaternarius Dialecticarum quæstionum numerus.* 905

Summa eius doctrinæ quam Aristoteles in reliqua huius libri parte scribit. 966

IN DVOS LIBROS Elenchorum.

QVÆSTIO I.

De Sophistarum fallacijs. 910

Articulus 1 *Quos fines sibi proponant Sophistæ, quoque instrumento eos consequi nitantur.* ibid.

2 *Quot sunt loci ad decipiendum apti.* 910

3 *De fallacijs, quæ in dictione contingunt.* 912

4 *De fallacijs, quæ extra dictionem accidunt.* 915

5 *Quo pacto Sophistæ alios quattuor fines consequi nitantur.* 917

QVÆSTIO II.

Quomodo Sophismata huiusque proposita dissoluenda sint. 919

FINIS.

Digitized by Google

INDEX
OMNIVM RERVM
MEMORABILIVM,

Et præcipuarum, quæ in vniuerſo hoc opere continentur, & pertractantur, qui locorum Communium vice ſtudioſo Dialectices inſeruire poterit.

A

Abſtracta, Abſtractio.

ABſtractio quid ſit. 99

Abſtractum, & concretum quomodo differant. pag. 461

Abſtracta accidentium, non verò ſubſtantiarum ponuntur in prædicamento. 246

Abſtractio duplex, realis, & intentionalis. 99

Intentionalis item duplex, negatiua & præciſiua. ibid.

Abſtractio vniuerſalis eſt præciſionis. 100

Abſtrahere proprium potentiæ cognoſcentis, non appetentis. ibid.

Vniuerſalis abſtractio quomodo perficiatur, 1.101. & deinceps.

Abſtractio à materia ſcientias diſtinguit. 854

Quotuplex, ſit & vnde colligatur. ibidem.

Abſtractio à materia ſingulari eſt ſpecie vna. 855

Accidens.

Accidens extrinſecum vnius indiuidui poteſt alteri cõmunicari. 165

Accidentium tria genera, realium, rationis, & negatiui. 196

Accidentia realia & intrinſeca propriam ſubiecti exiſtentiam poſtulant. ibid.

Extrinſeca propriam & realem ſubiectionem obiectiuam poſcunt. ibidem.

Accidentia rationis quam exiſtentiam vendicent, vt conueniant. 197

Accidens reale non eſt vniuerſale reſpectu ſubiectorum, in quibus non eſt. 199

Accidentis diuiſiones. 194

Eiuſdem definitio à Porphyrio tradita. ibid.

Accidens ſeparabile, & inſeparabile quomodo differant. 194

Accidens quo pacto ſine corruptione ſubiecti ab eo abſit. ibid.

Duæ aliæ accidentis definitionis explicantur. 195

Commodior accidentis definitio. 196

Accidens in ſacra Euchariſtia per quem modum exiſtat. 236

Accidens in communi non reſpicit eſſentialiter ſubiectum inhæſionis. 237

Eius, quod eſt in ſubiecto, definitio Accidentis eſt propria, 239. & ſequentibus.

Accidens quas exigat conditiones, vt prædicamentum conſtituat. 254

Accidentia non prædicantur in abſtracto. 257. &c.

Quomodo prædicentur ibidem, & quomodo eorum definitiones de ſubiectis dicantur. 258

Accidens corporeum qua ratione extendatur. 292

Accidentium quę iam in vlteriorem formam diſponunt, quædam non. 293

Accidentia quædam duplex concretum habent. 316

Accidens,

Digitized by Google

Accidens, vt subiectum denominet, quid requirat. 338
Accidentia per subiectum definiuntur. 458
Accidens commune, & particulare quæ subiecta respiciant. 780
Accidentia, quæ communia dicuntur, certum etiam subiectum vendicare. ibid. & sequen.

Actio.

Eadem numero actio quomodo de multis prædicatur. 165
Actionis definitio. 355
Eius diuisio in transeuntem, & immanentem. 356
Actio immanens quæ. ibid.
Eius in vitalem, & non vitalem partitio. 357
Actio transiens quæ & vbi sit. 356
Eiusdem in varia membra distributio. ibid.
Actionis diuisio in successiuam, & instantaneam. ibid.
Actio ens vniuocum, & perfectum est: 358
Actio immediatè terminum attingit. 408
Actiones vitales à solo Deo esse non posse quidam sentiunt. 757
Actus, & potentia quomodo sint in eodem genere. 75

Adiectiuum. Adiacens.

Adiectiua multiplicatio quæ sit. 131
Non sufficit vt nomen in plurali prædicetur. ibid & seq.
Adiectiua nomina, vti in plurali dicantur, quid exigatur. 422
Esse per modum adiacentis quid sit. 136

Aequale & inaequale.

Aequale formaliter quid. 315
Aequale vel inæquale proprietas quantitatis. 303. & deinceps.
Speciebus quantitatis quomodo conueniat. 305
Conueniret etiam quantitati infinitæ, si esset. ibid.
Aequalitatis, & inæqualitatis fundamentum 306 & seq.
Aequalitas, & inæqualitas sunt relationes. ibid.
Aequalitatis relatio distinguitur à relatione conuenientiæ. 305
In quantitatibus permanentibus est realis. 305. & sequent.
In successiuis est rationis. 306

Aequipollentia.

Aequipollentia modalium quæ sit, & quomodo se habeat. 542. & sequent.

Aequiuocum.

Aequiuocorum definitio. 219. 220. & 222. cum sequen.
Aequiuocorum diuisio. ibid.
Aequiuocorum æquiuocatum quid formaliter. 219
Aequiuocum æquiuocans quid sit, & quot habeat relationes. ibid. cum sequent.
Nomen æquiuocum, qua ratione sit, vel non sit vnum. 222
Aequiuoca à casu impositione, & relatione multiplicia sunt: non ita Aequiuoca à consilio saltem omnia. 223
Aequiuoco à casu, & quibusdam analogis multi respondent in mente conceptus. 120. & seq.
Aequiuocum quomodo definiri possit, aut non possit. 219

Aeternitas.

Aeternitas quid sit. 365
Aeternitatis modus quid. ibid.

Aeuum.

Aeuum, & modus Aeui quid sit. 365.

Affirmatio.

Affirmatio quid sit, & an prior negatione 394. & 562.

Analysis, Analyticus.

Analysis, quid sit. 550
Alia consequentiæ, alia consequentis, & quid vtraque, ibid. & seq.
Analytici libri cur ita dicantur. 551

Analogia, Analogum.

Analoga definiuntur. 212
Variè diuiduntur. ibid. & seq.
Analoga per attributionem quæ sint. 213
Quo pacto cum vniuocis conueniant. ibid.
Analoga vnius ad alterum. ibid.
Analoga duorum ad tertium. ibid.
Analoga secundum proportionem 214
Analoga per attributionem respiciunt formaliter analogatum, in quo forma intrinsece est. 215
Analogia per proportionem propriam

Digitized by Google

priam ſtatuitur. 214.& 218
Quomodo ab vniuocatione differat. 219
Analogia per proportionem impropiam, quot impoſitiones conceptusque admittat. 222

Angelus.

Angelus Metaphyſicum compoſitionem non excludit. 269
Angeli Ars,& ſcientia qualis. 9
Qualiter ſe ipſum cognoſcat. 398
Quomodo paſſiones in ſubiecto penetret. 405
Eius locutio quæ ſit, & in quo genere ſigni. 406
Angelus non poteſt per ſuam eſſentiam non cognitam deuenire in cognitionem Dei. 411
Angeli eſſentia eſt ſignum inſtrumentale Dei. 412
Angelorum ſingulæ ſpecies an vniuocum indiuiduum habere poſſint. 126
Angelicæ naturæ quomodo multiplicatio conuenire poſſit. 227

Anima.

Anima rationalis non eſt ſuppoſitum. 267
Separata habet ſubſiſtentiam incompletam. ibid.& ſeq.
Anima ſeparata quo pacto ſe cognoſcat. 398
Animam ante corpus eſſe creatam fidei repugnat. 678
A prima origine eſt quaſi nuda tabula. ibid.
In anima ſeparata ſcientia perſeuerat. 804
Quo ad modum tamen amittitur. 805

Apprehenſio ſimplex.

Quid ſit. 438
In ea reperitur veritas. 434
Veritas ſimplicis apprehenſionis qualis ſit. 435.& ſeq.
In ſimplici apprehenſione non datur falſitas per ſe. 437
Datur tamen per accidens. 438
Eſt naturali imago ſui obiecti. ibidem.
In ſimplici Apprehenſione virtute complexa eſt falſitas priuatiua intrinſece, poſitiua ſolũ intrinſece. 439.& ſeq.

Aptitudo.

Aptitudo rei vniuerſalis quid ſit. 71. & ſeq.
Eſt fundamentum vniuerſalitatis relatiuæ. 64
Eſt ipſa vniuerſalitas abſoluta. 63
Aptitudo vniuerſalis duplex, vna ad eſſendũ, alia ad prædicandũ. 76
Aptitudo an diuidenda in proximã, & remotam. ibid.& ſequen.
Actus aptitudinis vniuerſalis quid ſit. 78
Aptitudo ad eſſendum in multis quomodo habeat vnitatem præciſionis. 85.& ſeq.
Aptitudo remota eſſendi in multis non reperitur in natura contracta. 77
Aptitudo rei vniuerſalis eſt non repugnantia. 74
Aptitudo ſpecierum in aere ad repreſentandum eſt proxima. 411

Argumentum, Argumentatio.

Quid ſit argumentum, & argumentatio. 573
Argumentationis diuiſio. ibi.& ſeq.
Argumentatio formalis, & materialis quæ. 574

Ariſtoteles.

Ariſtoteles quo tempore floruerit. 4
Socratem, & Platonem habuit præceptores. ibid.
Peripateticus cur appellatus. ibid.
Eius ſucceſſores, & interpretes qui fuerint. ibid.
Quam ſcribendi rationem obſeruaris. 5

Ars.

Artium auctor Deus optimus Maximus ſtatuitur. 1
Artium inuentores primi. ibid.& 13
Artis nomen trifariam vſurpatur. 8
Artis vnitas vnde ſumatur. 9
Artis definitio,& natura. 7
In quo differat à prudentia. 9
Non admittit errorem. 10
Artes maleficæ ſunt veræ artes. 9
Artes ſumunt vnitatem ex obiecto. ibidem.
Tres artis diuiſiones. 11
Practica diuiditur in agentem,& efficientem. 12
Artis agentis diſtributio. ibid.
Artis efficientis diuiſio. ibid.

Digitized by Google

Quæ artes ſint liberales, quæ ſeruiles. 14
Quæ item ſuperiores, vel inferiores, ibidem.
Quo ordine artes inueniendo homines ſunt progreſſi. 13
Artes quali ordine ſunt tradēdæ. 16
Artes experientia peperit. 6
Ars magiſtra eſt ordinis & compoſitionis. 7

Artefactum.

Artefactum formaliter materiam, & formam importas. 448
Aliquando ſumitur pro ſola forma connotando materiam. ibi. & ſeq.
Eius diſſolutio ad formæ deſitionem per ſe terminatur. 566
Quo pacto ab arte dependeat. 425
Artefactum dupliciter ſumitur propriè, & impropriè. 448. & ſeq.

B

Brutum.

Brutorum voces quomodo ſignificent. 429

C

Cauſa, & Cauſalitas.

Cauſalitates cauſæ finalis, & formalis non inducunt noua prædicamenta. 254
Cauſalitas exemplaris, & finis non differūt ab actione efficientis. ibi.
Conſiſtunt in influxu quaſi paſſiuo. 425
Cauſa naturalis, & per ſe eſt ſignum ſui effectus. 402
Cauſa non dicitur ſui effectus ſimilitudo. 403
Cauſa prima quomodo ſecundam impedire poſſit. 717
Cauſa in cognoſcendo multipl. ibid.
Quæ cauſæ in demonſtratione admittantur. 752. & 753
Cauſa vniuoca, & equiuoca quid ſint. 750
Non omnis cauſa æquiuoca inſtrumentalis ignobilior eſt ſuo effectu. ibid. cum ſeq.
Cauſa æquiuoca principalis partialis quomodo ſit effectu nobilior. 751
Cauſa formalis duplex, interna, & externa. 754
Efficiens, & finis ſibi mutuo cauſæ ſunt. 755
Efficiens creatum eſt cauſa phyſicæ connexionis, nō verò Logicę. 756
Cauſa propria, & impropria quid. 835. & ſequent.
Per cauſam remotam applicare ſcire, eſt ſcire quia. 845
Cauſa remota eſt duplex. 843
Quæ illarum inſeruiat ad demonſtrationem, Quia. 844

Certitudo.

Certitudo eſt triplex, obiecti, cognitionis, & cognoſcentis. 870
Quid vnaquæque ſit. ibid. & ſeq.
Certitudo ſcientiæ eſt de illius eſſentia. ibid. & ſeq.
Certitudo naturalis naſcitur ex euidentia, non ita ſupernaturalis. ibi.
Qua certitudine ſcientia differat ab opinione. 872. & 873
De certitudine ſcientiarum. 847
Certitudo ſuſcipit magis, & minus. 748
Certitudo qualis ex euidentia naſcitur. 870

Chriſtus.

Qua ratione Chriſtus ſignificatur, vt eſt vnum per ſe. 125
Homo prædicatur de Chriſto, vt ſpecies de individuo. 126
De Chriſto cur ſit ſcientia. 802

Circulus.

Non poteſt dari in demonſtratione propter quid. 759
Ad circulum perfectiſſimum tres debent fieri ſyllogiſmi. 760
Circulus perfectus in cauſis non datur. 763
Circulum quæ ſecta admittebat 761
Circularis demonſtrationis diuiſio. 762

Cognitio, vide conceptus.

Denominatio cogniti qualis ſit. 255
Omnis noſtræ cognitio à ſenſu oritur. 395
Omnis per aſſimilationem cum obiecto fit. 407. & 437
Quo ſenſu cognitio obiecti imago non ſit. 413
Cognitio quidditatiua quæ. 694
Cognitio confuſa, & diſtincta eiuſdem

dem rei simul esse possunt. 715
Cognitio definitiua est quidditatiua. 704
Cognitio ex qua fit discursiua qualis. 686

Comparatio.

Comparatio obiectiua est relatio. 106. & 313
Comparatio formalis est conceptus, quo res comparata apprehenditur. ibid. cum seq.
Comparatio vniuersalis ad particularia quo fiat conceptu. ibi. cũ seq.

Complexa.

Complexio reperitur etiam in rebus. 229
Complexa quæ dicantur. 228
Omnia à prædicamento exulant. ibi.

Communicatio.

Quibus modis possit vnum alteri communicari. 266
Quę cõicatio suppositorepugnet. ib.

Compositio, Compositum.

Compositum naturale quomodo definiatur. 458
Excluditur à prædicamento. 248
Compositum accidentarium trifariam significari potest. 460
Compositum per accidens reijcitur à prædicamentis. 248
Composita non possunt esse particularia ratione concepti obiectiui. 296.
Compositus sensus in modalibus propositus quis sit, & quis diuisus dicatur. 597

Conceptus.

Conceptus quomodo æquiuoci dici possint. 224
Conceptus perfectus, & imperfectus quis. 223
Qui conceptus sit vnus re, vel ratione, vel ratione simul, & re. ibid.
Conceptus quomodo sunt idem apud omnes. 413
Conceptus seipsum confuse, & secundario significat. 400.
Non cognoscitur eadem actione, qua producitur. 408
Est signum formale. ibid.
Conceptus medius quomodo significet rem. 411
Est imago formalis obiecti. 423
An id omnibus sit commune. 411
An signum constituatur per relationem. 425
Diuisio conceptus in simplicem, & compositum. 438
Conceptus comparatiuus duplex, & in quo existat relatio rationis. 106
Conceptus an inueniantur in auibus, & dormientibus. 420
Conceptuum genus duplex. 438
Qui conceptus vocem reddat simplicem, vel complexam. 452
Distinctio specifica conceptum vnde sumatur. 454. & seq.
Conceptus practicus quomodo pendeat ex obiecto. 461
Conceptus obiectiuus quis sit. 264
Conceptus obiectiuus rei communis, cuius inferiora cõstituta sunt, originaliter solum est compositus. 296

Conclusio.

Cõclusio bifariam cognoscitur. 675.
Conclusionis actus tripliciter in præmissas tendere potest. 720. & sequent.
Conclusionis apprehensio quam habeat causalitatem in eiusdem iudicium. 742

Concretum.

Concretum accidentale non includit subiectum, & quid de substantiali concreto statuendum. 129
Concreta inter adiectiua, & substantiua quale sit discrimen. 131
Concreta adiectiua, vt in plurali dicantur solam subiectorum multitudinem exigunt. 131
Substantiua, & subiectorum, & formæ multiplicitatem vendicant. ibid. cum seq.

Connexio.

Connexiones rerum etiam corruptibilium sunt necessariæ, etsi non existant. 798. & seq.
Connexiones necessariæ diuinitus impediri non possunt. 800. & sequentibus.
Connexiones simpliciter necessariæ ex natura extremorum proueniunt. 802.

Connotatiuum.

Quomodo subiectum importet. 452.
Connotatiuum nomen simplex est. ibid. & 453.

Digitized by Google

An quod significatur de connotato peculiarem conceptum requirat. ibidem.

Consequentia.

Quid, & quotuplex sit consequentia. 573
Consequentia formalis & materialis quid. 574
Consequutio necessaria sequi potest vi formæ ex medio non necessario. 790
Necessaria consequutio ex solis necessarijs infertur. ibid.

Contingentia, & Contingens.

Contingentia tribus modis accidit. 509. & 512
Contingentia, & contingens quid. 512. & seq.
Alia est in existendo, alia in operando. ibid. & seq.
Res contingens etiam quando est, contingenter est. ibid.
Propositiones de futuro contingenti sunt determinate veræ, aut falsæ. 521
Contingens presse sumptum quid sit. 650
De contingenti an detur scientia. 651

Contradictio, & Contradictoria.

Contradictio simplex quid. 381
Contradictio quomodo differat à priuatiua oppositione. ibidem & sequent.
Contradictio est omnium oppositionum maxima. 384
Quomodo in ceteris oppositionibus includatur. ibid. & seq.
Contradictio complexa quid sit. 502. & 503
Contradictoriæ propositiones quas leges seruent. 504. & 505.
Duæ contradictoriæ iudicatæ non possunt simul in eodem intellectu dari. 420.
Contradictorię in Aeternitate etiam pugnant. 507

Contraria.

Contrariorum definitio. 367. & 378.
In contrariorum definitione quę distantia intelligatur. 379.
Contrariorum diuisio in mediata & immediata. 367.
Contrariorum duplex genus. 844
Non omnia contraria sub eodem proximo genere continentur. 378
Virtus, quæ habet duo vitia extrema quomodo eis contrarietur. 379
Relatio contrarietatis est realis. 380
Non differt à relatione differentiæ. ibid. & seq.
Contraria in gradibus remissis simul esse possunt, in intensis non possunt. ibid.
Contrarietas complexa quid sit. 502.

Conuersio.

Conuersio quotuplex sit. 576
Conuersio propositionum quid sit. 577
Alia est per accidens, alia simpliciter. ibid. & seq.
Vt conuersio bona sit quę obseruanda. 579
Conuersio contingentis varia. 651
Conuersio vniuersalis negatiuæ. 578
Conuersio vniuersalis affirmatiuæ. 581
Conuersio particularis affirmatiuæ. 584
Conuersio particularis negatiuæ. 585
De conuersione singularium quatuor regulæ. 586.
Conuersio per contrapositionem quid. 588.
Quæ propositiones hoc modo conuertantur. ibid. & seq.
An conuertantur etiam propositiones in materia contingenti. 590.
De conuersione propositionum modalium. 591. & seq.
Propositiones de necesse, possibili, & contingenti affirmatis conuertuntur eodem modo quo absolutæ. 594. & 596. & seq.
Propositiones de impossibili, & ceteræ de modo negato quo pacto conuertantur. 598
Qualis sit conuersio propositionum de contingenti secundo modo. 600. & 603. & seq.
Non conuerti propositiones de contingenti secundo modo, quæ constant dicto in materia necessaria. 604.
De conuersione in oppositam qualitatem. 654

Digitized by Google

INDEX RERVM.

Propoſitiones modales affirmatiuæ conuertuntur etiam in ſenſu compoſito. 597
Conuerſio per contrapoſitionem an detur in modalibus. 611

Corpus.

Corpus de prędicamento quantitatis quid ſit, quamque habeat extenſionem. 282
Ex quibus componatur. 450

Correlatiuum.

Correlatiuum quid. 156.& 326
Quotuplex ſit. 157
Correlatiuum adęquatum,& inadęquatum quod ſit. ibid.& ſeq.
Correlatiuum dicitur remotum in terminando, vel in referendo, idque dupliciter. 162

Creator, Creatio.

Creator reſpectu Dei vniuerſalis non eſt. 128
Qua ratione creator genus, & ſpecies eſſe poſſit. 129.& ſeq.
Relatio creatoris non eſt realis. 330
Creatio quomodo in termino recipiatur,& ſuſtentetur. 237

D

Definitio.

Quid ſit Definitio. 906
Definitio eſt modus differendi. 37
Quid propriè explicet. 40
In definitione quæ debeant eſſe definito notiora. 152
Vera,& propria definitio qualis. 239
Definitio ſolum eſt de rebus compoſitis,& finitis. 262.& ſeq.
Definitio eſſentialis quibus debeat conſtare. 264
Vna definitio poteſt per aliam demonſtrari. 693
Ariſtotelis loca in oppoſitum diſſoluuntur. ibid.& ſeq.
Definitio debet eſſe de rebus vniuerſalibus,& perpetuis. 794
Definitio prædicatur in quid. 778
Definitio ad quod prædicatum ſpectet. 905

Demonſtratio.

Demonſtratio ab effectu dicitur à ſigno. 402
Fieri poteſt circa negationes, & etiam rationis. 695
Non poteſt dari de exiſtentia actuali. 696
Quid ſit demonſtratio. 724
Quas cauſas admittat. 730
Demõſtrationis definitio. 739.et 744
Demonſtrationis propter quid diuiſio. 739
Demonſtrationis ſumptiones ſunt neceſſariæ. 771.& 788.& ſeq.
Demonſtratio debet eſſe de perpetuis,& vniuerſalibus. 794
Ad repetendum actum ſciendi,an ſit neceſſaria actualis demonſtratio. 810
In demonſtratione ducente ad impoſſibile triplex proceſſus. 812
Quæ ſit demonſtratio oſtenſiua,quę ducens ad impoſſibile. 821
Diuiſio demonſtrationis in Quia,& propter quid confirmatur. 834
Quædam demonſtrationis propter quid diuiſio improbat. ibid.& ſeq.
Alia diuiſio demonſtrationis quia defenditur. ibid.& ſeq.
Demonſtratio ducens ad impoſſibili ad vtrumq; mẽbrũ reuocatur. 835
Demonſtratio quia alia eſt per effectum, alia per cauſam remotã. 833
Duplex cauſa remota,& quę hoc loco intelligatur. 835
Diuiſio demonſtrationis in Quia,& propter quid eſt analoga. 836.& 837

Denominatiuum, Denominatio.

Denominatiue dici quid ſit. 339
Denominatiua media inter æquiuoca,& vniuoca. 211.& 226
Denominatiuorũ tria genera,& quę propriè denominatiua ſint. ibid.
Denominatiui conditionis reſpectu forma,& rei denominatę quę. 226
Denominatiuorum definitio exponitur. ibid.& ſeq.
Definitio hæc comprehendit etiam denominatiua denominata. 227
Et ea,quæ in aliquo caſu à forma denominante non differunt. 228

Denſitas.

Denſitas apud Ariſtotelem quid. 339
In qua ſpecie qualitatis reponatur. 338

Deus.

Cur à prædicamentis reijciatur. 269

Digitized by

Potentia Dei cur ſi relatum ſecundum dici. 318.& 319.
Deus quomodo ſe cognoſcat. 398
Nomina quæ dicuntur de Deo, non eſſe ſynonima. 454.& 455

Dialectica.

Dialecticæ inuentor quis. 2
Quem locum ſibi vendicet inter ſcientias. 16
Dialectica,& Logica quo differãt. 17
Dialectica eſt ars diſſerendi. 19
Illius finis proximus,& remotus. ibidem.
Dialecticæ in docentem,& vtentem partitio. ibid.
An ſecundum eandem partem ſit vtens,& docent. 20
Dialecticam quidam à partibus Philoſophiæ amouent. 26
Dialectica vtens à numero artium excluditur. 23
Dialectica vtens à Choro ſcientiarum exterminatur. 24
Docens eſt vera ſcientia. 24
Eſt à reliquis ſcientijs diſtincta, & ſpecie vna. 25
Habet certam materiam in qua verſatur. ibid.& ſequent.
Dialecticæ nomine quid intelligatur. 17
Eſt pars Philoſophiæ. 26. & ſequentibus.
Eſt ſcientia practica. 29
Dialecticæ ſubiectum adæquatum quod 32.& ſequent.
Eiuſdem ſubiecti explicatio. ibid.
Quot partes comprehendat. ibid.
Dialectica multis viſa inutilis & pernicioſa. 42
Dialectica duplex naturalis,& artificialis. 43
An ſit neceſſaria ad alias ſcientias comparandas. 44
Naturalis eſt neceſſaria ad eſſe, artificialis ad bene eſſe, 43.& ſeq.
Dialectica diuiditur iuxta triplicem intellectus operationem. 47
Dialecticæ encomia. 62. & ſeq.
Logica ob materiæ inconſtantiam lunæ ſimilis. 24
Logica diſtribuitur in vniuerſalem,& particularem. 46

Differentia.

An differentia indiuiduans detur, duplex ſententia. 116
Differentia indiuiduans eſt principium indiuiſionis in plura eiuſdem rationis. 163. & ſeq.
Quinque differentię diuiſiones, totidemque definitiones. 166.& aliquot ſequent.
Differentiæ generalis definitio. ibid. & 171
Differentiæ definitio exacta. 181
Differentia communi, propria, & maximè propria, ibidem & ſeq.
Differentia per ſe apud Porphyrium quid. 168
Differentia per accidens. ibid.
Differentia maximè propria multis definitionibus explicatur. 169
Differentiæ quomodo ſint poteſtate in genere. ibid.
Differentiæ vocabulum variè vſurpatur. 171.& ſeq.
Differentiæ tertium prædicabile. 172
Differentiæ in communi definitio. 171. & ſequent.
Differentiæ diuiſio in communem propriam & maxime propriã. 171
An ſit vniuoca, vel æquiuoca. ibid.
Quæ formę in vtroque membro ponatur. 174
Differentiæ maxime propriæ definito. 178.& 181
Differentiæ effectus erga genus, & ſpeciem. ibid.
Differentia ſpeciei infimæ eſt ſimplex. 180. & ſeq.
Cur genericas tantum differentias Porphyrius definierit. 181
Differentiarum aliæ Phyſicæ, aliæ Metaphyſicæ. ibi.
Materiatum, & formatum in differentijs numeranda. 182
Extrema relationis differentiæ ſunt ſpecies alicuius gener. 172.& 173
Relationis facientis differre fundamentum, & extremum eſt differentia materialis. 176.& 177
Relationis facti differentis fundamentum remotum eſt relatio differentiæ, & extremum ipſa ſpecies ibid. & ſequent.
Differentia, & diuerſitas quomodo diſtinguantur. 173
Relatio differentiæ cõis, proprię, & maxime ,pprię nũquã eſt eadẽ. 177

Digitized by Google

INDEX RERVM.

Differẽtia vltima in rebus corporeis ſumitur ex materia, & forma. 268. & 269.

Differmitas.

Differmitas quid ſit, & quotupl. 438

Dignitas.

Dignitas quid ſit. 721
Principia cur dignitates appellentur. ibid. & ſeq.

Dimenſio.

Quid ſit, & quomodo quantitati attribuatur. 288.

Diſcurſus.

Eius definitio. 567
Diſcurſus vnde dicatur. ibid.
Diſcurſus duplex. ibid.
Diſcurſus ſecundum cauſalitatem explicatio. 568
Diſcrimina inter diſcurſum cauſalitatis, & ſucceſſionis. ibid.
Alia diſcurſus ſecundum cauſalitatem diuiſio. 569
Diſcurſus cauſalitatis plures requirit cognitiones, eaſque iudicatiuas. 568. & ſequent.
Tertiũ genꝰ diſcurſus aſſignatur. 569
Diſcurſiuæ notitiæ quot ſint. 596

Diſpoſitio.

Diſpoſitio ſpẽs Qualitatis quid. 335
Inter diſpoſitionem, & habitum diſcrimen. ibid.
Varia diſpoſitionis acceptio. 347
Diſpoſitionis vt ab habitu diſtinguitur definitio. 347
Diſpoſitio qualiter diſtinguatur ab habitu. 345. & 346
In quo maximè diſtinguatur. 348
Quæ rerum ſpecies ad diſpoſitionem ſpectent. ibi.

Diſtinctio.

Alia eſt ex natura rei, alia per intellectum. 80
Quid vtraque ſit ibid. & ſeq.
Prima dicitur actualis; ſecunda virtualis. 81
Diſtinctio i Deo qualis agnoſcat. 82

Diuiſio.

Diuiſio eſt quidam differendi modus. 37. & ſeq.
Quidnam explicet. 42
Debet fieri in membra oppoſita, & quomodo. 328. & 330
Diuiſio aliquando pro negatiua propoſitione vſurpatur. 395
Diuiſio contradictoria quæ ſit. 229

Diuiſibilitas, & Diuiſibile.

Diuiſibilitas duplex, alia Phyſica, alia Meraphyſica. 288. & 293
Eſſe diuiſibile proprietas quantitatis, & quomodo illi conueniat ijſdem locis, cum ſeq.
Diuiſibilitas Phyſica ſeparari poteſt à quantitate, Metaphyſica non poteſt. ibid. & ſeq.

Doctrina.

Scientia cur doctrina, & diſciplina appelletur. 687
Sciẽtia propria inuentione parta doctrina & diſciplina cr ibi. & ſeq.
Doctrina & diſciplina idẽ ſunt. 685
Eadem denominatio in ſcientiam Chriſti cadit. 688
Doctrina in artibus practicis ab vſu diſtinguitur. 19

Duratio.

Duratio cuiuſq; rei eſt illi inter. 264
Durationis definitio. ibid. & ſeq.
Durationis in permanentem, & ſucceſſiuam diuiſio. 365
Vtr utq; mẽbri ſubdiuiſio. ibi. & ſeq.
Duratio cernitur in motu. 301

E

Effectus.

Effectus cauſę formalis ab ea non differt. 292
Effectus ſuarum per ſe cauſarum ſigna ſunt, & quo modo. 402. & 412

Elenchus.

Elenchi ignoratio quomodo ſit ſpecialis fallacia, & qũo generica. 916
Elenchi ignoratio ſecundũ quid. 911
Elenchi in dictione. 912
Elenchi ſophiſtici quid ſint. 409

Emanatio.

Emanatio proprietatis corporeæ eſt actio tranſiens. 356
Emanatio proprietatis ſpiritualis eſt immanens. ibid.

Ens predicamentale, Ens rationis, & Ens reale.

Ens prędicamentale quid ſit. 244
Entia realia quæ non ſint. 140
Ens poſſibile. 696
Entia rationis quare in alijs prędicamentis non eſſe dicantur. 318
Entis prædicamentalis conditio. 317
Ens eſt analogum per proportionem. 214

Digitized by Google

Eius diuiſio in ſubſtantiam, & accidens explicatur. 228. & 229
Alia diuiſio in ens completum, & incompletum. 236
Varia entium incompletorum genera. ibid. & 250
Ens naturale quid formaliter dicat. 448
Ens quomodo ſe habet ad poſſibilitatem. 696
Ens rationis quid ſit. 104
Qūo habeat cauſam effectiuam. 105
Non fit à voluntate. ibid & ſeq.
Quomodo exiſtat. 106
Diuiſio entis rationis in relatiuum, negatiuū & priuatiuū. 107. & ſeq.
Entia rōnis nō ſunt negationes. 108
Figmenta an ſint entia rationis. 109
Entia rationis proprie dicta genera, & ſpecies ſunt. 142

Enthymema.

Enthymema quid ſignificet. 573. & 666
Enthymematis definitio. ibid.
Non eſt argumentatio formalis. 574
Reuocatur ad ſyllogiſmum. ibid.
Reducitur ad omnes tres figuras. 663
Purum Enthymema ſcientiam non gignit. 740

Enunciatio.

Eſt materia librorum de Interpretatione. 392
Enunciationis materia nomen, & verbum. ibid. & 393
Illius ſpecies, & proprietates numerantur. ibid.
Cur Ariſtoteles de ſimplici tantum differat. ibid.
Affirmatio, & negatio Enunciationis ſpecies. 394
Diuiditur etiam Enunciatio in vnam ſimpliciter, & vnam coniunctione. 444. & 446
Quid enunciatio ſimplex, quid coniuncta. 446. & 492
Enunciationis definitio explicatur. 473. & ſequ.
Enunciatio non ſignificat veritatem formalem, ſed obiectiuam. 475
In mente non eſt enunciatio apprehenſiua, ſed ſolum iudicatiua. 482
In quo differat enunciatio ſimplex à coniuncta. 492
Enunciatio de extremo per accidēs coniuncto quomodo ſit neceſſaria contra Scotum. 494. & ſeq.
Illius ſubiectum varijs modis ſumi poteſt. ibid.
Vera, & germana acceptio quę, ibid.
Enunciatio de extremo coniuncto impoſſibili non eſt vera. 495
Enunciatio conſtare poteſt nomine, & verbo virtute. 527
Enunciationis diuiſio. 527
Vnius Enunciationis forma alterius materia eſſe poteſt. 493
In enunciatione verbum eſt forma prædicati, & ſubiecti. 492
Enunciationis qualitas duplex, eſſentialis, & accidentalis: & quid vtraque. 562
Enunciationis oppoſitio vide V. Oppoſitio.

Error.

Error actualis & ſcientia nec in gradibus remiſſis ſimul eſſe queunt. 812
Error habitualis, & ſcientia mutuo ſe expellunt. ibid.
Error eſt contrarius ſcientiæ. 811

Eſſentia, & eſſe.

Eſſentia quibus modis deſtrui poſſit. 195
Rerum eſſentia an pendeat ab ideis diuinis. 404
Eſſentiæ rerum ſunt æternæ. ibid.
Eſſentia non exiſtens poteſt cognoſci. 410
Eſſe rerum appellatur verum. 477
Non eſſe dicitur falſum. ibid.
Eſſentiæ rerum non pendent à cauſa ſecunda efficiente. 756

Euidentia.

Quid ſit, & quotuplex. 870
Eſt parens certitudinis, ſicut ineuidentia formidinis. 871
Eſt de intrinſeca ratione ſciētię. ibi.
Suſcipit magis & minus. 748
Euidentia in teſtificante quę ſit. 867
Euidentes habitus quomodo ab ineuidentibus diſtinguantur. 869

Exiſtentia.

Exiſtere nihil poteſt immediatè niſi ſingulare. 59. & ſeq.
Exiſtentia diſtinguitur à modo eſſendi in loco. 559
Non ponitur in prædicamento. 360

Exi-

Digitized by Google

Exiſtentia communis alicuius generis vniuoca eſt ad inferiores. 144. & ſequen.
Nullius rei creatæ exiſtentia eſt neceſſaria. 403.& 404
Exiſtentia actualis de nullo ente demonſtrari poteſt Logica demonſtratione, Phyſica poteſt. 696
Exiſtentia eſt de intrinſeca Dei ratione. 698

Experimentum.

Experimentum,& inductio quomodo conueniant,& diſcrepent. 686
Experientia ad principiorum cognitionem neceſſaria. ibid.& ſeq.

Extenſio.

Extenſio quadruplex eſt. 289
Extenſio actualis in loco non eſt effectus formalis quantitatis. 295. & ſequen.
Extenſio corporeorũ accidentiũ 292
Extenſio entitatiua non eſt a quantitate. 289
Extenſio totius eſt primus quantitatis effectus. 290
Extenſum ſitualiter eſſe quid ſit. 291

Extremum.

Maius, & minus extremum quid ſint. 612
Quomodo in ſyllogiſmo collocandi. ibid & ſeq.
Quid ſit maius,& minus extremum. 616. & ſequen.
Quid extrema relationum. vide relatio.

F

Fallacia.

Fallacia quid ſit. 910
In genere duplex eſt, vna in rebus, altera in verbis. 911
Sub fallacia dictionis quinque continentur, & quæ. 912
Sub fallacia extra dictionem ſeptem continentur. 915
Omnium peſſima eſt fallacia accidentis. ibid.& ſeq.

Falſitas, & falſum.

Falſitas quid ſit. 430.438
Res quando falſæ dicantur. 437
In ſimplici apprehenſione non datur falſitas per ſe, ſed per accidens. 438
Falſitas proprie,& formaliter cernitur in actu intellectus. 473.& 474
Falſitas complexa non eſt in intellectu, vt in cognoſcente. 475

Fides.

Fides diuina certa eſt cum obiecti contingentia. 870
Fides humana nititur in aliqua ratione probabili. 868
Alia eſt mediata, alia immediata. 867
Alia item ſimpliciter obſcura, alia euidens in atteſtante. ibid.
Non differt ſemper à ſuſpicione. ibi.
Ab opinione eſſentialiter differt. 868
Qua euidentiam habet ſubiecti formidinem excludit. ibid.
Vtitur aliquando ratione probabili, ſed non vt medio. 869. & 870
Fides etiã diuina ratione probabili, vt manu ductione vtitur. ibid.
Non eſt penitus improbabile actum fidei diuina cum ſcientifico in eodem intellectu naturaliter eſſe poſſe. 882
Probabilius eſt non poſſe. ibi. & 886
Der potentia ſimul eſſe poſſunt. 885
Fides diuina cum ſcientia in eundem numero actum concurrere poſsũt. ibid. & 886
Actus omnes fidei infuſa ſunt eiuſdem ſpeciei. 563

Figura.

Non datur figura ſubſtantialis. 293
Differt accidentaliter a forma. 351
Quæ figura ad qualitatẽ ſpectet. ibi.

Figura Syllogiſtica.

Quid ſit. 612
Tres eſſe ſyllogiſmorum figuras. 635
Quarta Galeni confutatur. ibid.
Argumenta, quæ illam confirmant, refelluntur. 637.& 638
Quot modi in qualibet figura eſſe poſſint. 613
In tertia figura cur expoſitione vtendum ſit. 632
In 1. fig. octo ſunt modi viles. 652
Secunda figura cur tertiæ præferatur. 620
In ea nullus eſt ſyllogiſmus perfectus. 621
Tertia figura latius, & ſtrictius ſumi poteſt. 625
Prima figura omniũ ad demonſtrandum aptiſſima. 845.& 846

Finis.

Finis, vt voluntatem in medium excet,

Digitized by Google

citer, non est necessario cognoscendus, vt causa medium appetendi. 713.
Finis, & efficiens sibi mutuo causæ sunt. 755. & 756.
Causa finalis creata in demonstratione Physicæ connexionis sumi potest. ibid.
In demonstratione connexionis Logicæ non potest assumi. 757.

Forma.

Forma quot modis patibilis dicatur. 336
Forma species qualitatis q.d sit. 338
Et quo differat à figura. 351
Forma artificialis semper est accidentaria. 448.

Formidó.

Formido opinionis triplex est. 871
Id vnaquæque sit. ibid.
Formido actus opinatiui quædam est positiua, & actus essentialis. ibid. & sequent.
Alia negatiua, & accidentaria. ibi.
Est tamen ab actu inseparabilis. 874
Formido ex parte subiecti separari ab opinione potest. 875. & seq. late.
Cur formido actui interna, & ei annexa potentiam non denominet. ibid.

Futurum.

Propositiones de futuro contingenti vide V. contingentia.
Futurum aliquando sumitur pro eo, quod non est, siue exiturum sit, siue non aliquando pro eo, quod erit. 519. & 520
Futurum contingens antequam sit, ens essentia dici potest. 524
Potest propositionis veritatem causare. ibid.
Futurum cõtingens quomodo à Deo cognoscatur. 525

G

Genus.

QVibus modis accipiatur. 131
Genus Logicum quid sit. 134
Vtraque generis definitio à Porphyrio tradita descriptiua 135. & sequent.
Genera summa dicuntur simpliciter genere differre. 137
Genus verò sub alternum specie. ibi.
Genus quomodo specierum forma dicatur. ibid.
Genus forma specierum dicitur. ibi.
In genere latere æquiuocationes quo modo intelligendum. 138
Genus summum quid sit. 149
Generis correlatiuum immediatum species, adæquatum species & individuum. 151. & sequen.
Generis & speciei differentia. 81
Figmenta genera esse nequeunt. 142
Genus in plures species, quam duas immediate secari potest. 328. & sequen.
In ente per accidens ratio generis, & speciei non datur. 448

Gradus.

Gradus Metaphysici quomodo inter se distinguantur. 81. & seq.
Gradus intensionis sunt eiusdem speciei. 680. & sequen.

Grauitas.

Grauitas, & leuitas in tertia qualitatis specie reponuntur. 339. & seq.

H I

Habitus.

HAbitus species qualitatis definitur. 335
Eius discrimen à dispositione. ibid. & 347
Quo pacto sit essentiale. ibid.
Variæ habitus acceptiones. 347. & sequen.
Quæ species sub hoc habitu contineantur. 348
Habitus prædicamentum definitur. 335
Illius abstractum, & concretum quę. ibid.
Non est modus accidentarius in re denominata, sed extrinseca denominatio. ibid.
Quæ sint illius species. ibid.
Habitus ex actu relictus quid sit. 681. & 856.
Non est species intelligibilis. ibid.
In quibus potentijs reperiatur. 684
Habitus primorum principiorum an insint nobis à natura. 680

Digitized by Google

INDEX RERVM.

Habitus principiorum quomodo à D.Thoma intelligantur. 684
Habitus pro fundamento à Philosophis inducti. 682
Habitus vnius conclusionis non potest denuo ad aliam extendi. 857
Habitus sub eadem ratione formali fertur in obiectum, qua actus. ibid.
Habitus practicus, & speculatiuus qui sint. 810
Ad bonum in communi & finem vltimum dantur habitus. 684
Ex quouis actu iudicatiuo naturali habitus relinqui potest. 886
Habitus principiorum. Vide principium.

I

Idea.

IDeæ non sunt naturæ specificæ separatæ. 59
Quæ hac in re fuerit sententia Platonis. 60
Idea artificis est signum artefacti naturale. 403
Idea artificis quomodo accipiat esse ab artefacto. 404
Idea in concreto est vniuersalis respectu plurium idearum, non respectu Dei. 130

Identitas.

Identitas actualis inter naturam superiorem & inferiorem. 82

Imago.

Imago est distincta à repræsentato. 398
Imago non dicitur ad se. 399
Imago naturalis nulla eget impositione. 403. & sequen.
Ad rationem imaginis, quæ requirantur. 405
An sit de ratione imaginis, quod ab alio effectiue exprimatur. 423. & 424.
Natura in specie cum alia conueniēs dicitur aliquando eius imago. 408 & sequen.

Impulsus.

In qua specie qualitatis reponatur. 349

Indiuiduum.

Indiuiduum vagum tribus modis cōsideratur. 154
Indiuiduum alia relatione in genus, alia in speciem fertur. 160
Non refertur eadem relatione, qua species. ibid.
Relatio indiuidui ad genus essentialiter supponit relationem speciei. ibid.
Tendentia indiuidui ad genus non est per accidens. 162
Eadem relatione ad speciem proximam, & remotam tendit. ibid.
Triplex indiuidui vsurpatio explicatur. 163
Indiuidui definitiones explicantur. ibid.
Indiuidui species. ibid.
Indiuidui proprietates. 165
Indiuiduum quatenus est relatio essendi, vel prædicandi de vno est genus. 165 & 166
Relationes, & aptitudines, quæ in re indiuidua sunt, recensentur. 160. & sequent.
Aliquæ indiuidui relationes sunt primæ intensiones, aliæ secundæ. ibi.
De indiuiduo formaliter sumpto definitio, & scientia esse potest. 164
Indiuiduum homogeneum in plura eiusdem rationis diuiditur. ibid.
Nam indiuidui proprietates sint in rigore accidentia. ibid.
Quo sensu omnes simul in alterum non cadant. ibid.
Indiuiduum prædicari potest de multis adiectiue; substantiue de vno tantum. 166
Indiuiduum non prædicatur in quid incomplete. ibid.
Ad quam indiuidui speciem pertineant hæ prædicationes Socrates est suppositum. Socrates est hic homo. 165

Inductio.

Quid sit. 573 & 664. & seq.
Inductionis diuisio in demonstratiuam, & Dialecticam improbatur. 574
Inductio non est formalis argumentatio. 575
Non generat actum scientificū. 665
Inductionis medium quod nam sit. ibid.
Reducitur ad syllogismum. ibid.
Figura autem, ad quam reuocatur, est tertia,

Digitized by Google

tertia, & prima quo ad primum modum. 667

Inhærentia.

Inhærentia nunc dicitur relatio eius, quod inhæret, nunc modus absolutus. 244
In accidente realiter à subiecto dissidente reperitur hic modus, in ceteris non. ibid.
Accidens, quod per modum inhæret, proprie, cetera improprie inhærent. 245
An in definitione eius, quod est in subiecto, inhærentia definiatur. 244

Instans.

Instans quid sit. 283
Quæ munia circa tempus exerceat. ibid.
Est genus ad corporale, & spirituale. 145
In vno temporis instanti designari possunt duo instantia naturæ. 514

Instrumentum.

De ratione instrumenti est vt virtutē accipiat à causa principali. 751
Instrumentum æquiuocum non est semper nobilius effectu. 751
Quando sit nobilius. ibid.

Intellectus. Intellectio.

Intellectus duplex agens, & patiens. 100
Vtriusque officium. ibid.
Intellectus vniuersalia percipit. 101
Tripliciter quid dependet ab intellectu. 104
Per intellectus assimilationem ad obiectum cognitum omnis nostra fit cognitio. 424
Intellectus & sensus discrimen. 101
Constituitur in actu primo per formam super additam. 490
Intellectus per species nihil cognoscit. 491
Inter dormiendum operatur. 420
Quid sit intellectio. 424
Intellectum esse vt tabulam rasam quomodo quidam exponant. 677
Intellectus operationes tres. 433
In omnibus datur veritas. ibi. & seq.
Intellectus obiectum an sit verum, vel ens. 478. & sequentibus.

Isagoge.

Illius autor Porphyrius. 49
Illius cognitio ad Dialecticam, & Philosophiam necessaria. 51
Isagoge cur ita dicatur. 50

Iudicium.

Iudicium intellectus est simplex qualitas. 486
Est imago totius enunciabilis. 487
A quibus intellectus adiudicandum proximè determinatur. 491
Quomodo iudicium cum obiecto conferendum sit. 491

L

Libertas.

Quo pacto detur in instanti, quo quis operatur. 513
Quæ sit necessitas quo ad exercitium, & quo ad specificationem opposita libertati. 715
Libertas voluntatis circa quæ obiecta intellectum moueat. 718

Linea.

Quid sit linea exponitur. 282
In magnitudine quem effectum habeat. 283
Est completa penes longitudinem, cetera incompleta. 301. & seq.
Linea multiplicata nec planum, nec profundum efficit. 302

Locus.

Non est species quantitatis. 299
Dictum Aristotelis in oppositum exponitur. 300
Locus alius internus, alius externus. 243
Locus externus non constituit prædicamentum vbi. 319
Locus internus maxime. vide, Vbi.

Logica. Vide Dialectica. Lux, Lumen.

Quo pacto lux sit solis proprietas. 190
Lumen intellectus quid sit. Vide principia.
Lumen supernaturale, & naturale scientias distinguant. Vide Scientia.

M

Magnitudo. Vide Quantitas.

Materia.

Materia duplex, interna & externa. 755

Mate-

Digitized by Google

Materiatum est differentia respectu corporis. 182
Materiatum respectu compositi naturalis pertinet ad tertium prædicabile. 182. & seq.

Mathematica.

Mathematica in varias species distribuitur. 13
Alia est syncera, alia mixta. ibid.
Mathematicas esse veras scientias multi docent. 734
Appellandas esse communi scientiæ vocabulo. 735
Simpliciter tamen scientiæ nõ sunt. ibid. & seq.
Nec procedunt, nec procedere possunt per causas à priori. 737
Mathematicæ nudæ dictæ. 734
Mathematicæ demonstrationes quo pacto sint euidentes. 757
Mathematici non considerant partes integrantes, vt entia realia. 738
Entia Mathematica duobus modis sumi possunt. 735

Medicina.

Ad Physiologiam reuocatur. 13
Medicinę peritia quantopere claruit Hippocrates. 41

Medium.

Medium quam requirat notitiam, vt propter finem ametur. 713. & 714
Medium demonstrationis est causa eius quod demonstratur. 891
Medium demonstrationis est definitio subiecti. 892
Medium demõstrationis quale à Recentioribus constituatur. ibid.
Medium demonstrationis esse materiam. 890
Medium sciendi non solum est causa connexionis, sed etiam extremorum. 712
Non applicatur perfectè nisi in vtraque præmissa. 740. & seq.
Vt actus scientiæ repetatur necessaria est medij recordatio. 807
Et qualis esse debeat. ibid. & seq.
Sine medij recordatione nec diuinus scientiæ actus repeti potest. 808
Medium scientiæ, & fidei vnicum actum producere possunt. 823
Medium probabile cum scientifico in vnum actum influere nequeunt 887. & seq. late.

Mendacium.

Quid sit. 410

Mensura.

Mensuram esse rationem formalem quantitatis aliqui opinantur. 287
Mensura quibus modis dicatur. ibid.
Nullo modo sumpta est ratio quantitatis. sed affectio. ibid.
Mensura, quæ dicitur fundamentum relationum tertij generis, quid sit. 331. & 332
Hoc genere mensuræ dicuntur mensurati actus cognoscendi, ibidem & alij sæpe. Vide Verbo Conceptus, Veritas, &c.

Metaphysica.

Probat etiam aliarum scientiarũ subiecta esse. 697
Eius abstractio est ãmateria sensibilive, & ratione. 854
Est vna specie. ibid.
Metaphysica ordine inuentionis vltima, inter naturales ordine dignitatis prima. 16

Modus.

Modi entitas sufficiens est ad constituenda prædicamenta. 144
Distinguitur ab alijs modus in entitatiuum & purum. ibid.
Sufficit etiam ad generis rationem participandam. 143.
Aliqui sunt entia completa. ibid.
Aliqui incompleta. 155
Modus terminorum. 613
Inhærent in subiectis per se non interposita inhærentia. 144
Modus syllogisticus quid sit. 613
Quot modi in qualibet figura reperiantur. Vide figura.

Motus, & Mutatio.

In motu videtur esse vera extensio. 500
In motu tria considerat Aristoteles. 501
Alij Recentiores addunt continuitatem, & durationem, in quibus rationes motus, & temporis constituunt. ibid. & seq.

Digitized by Google

Motus progreſſiuus, quibus animalibus conueniat. 784

Mutatum eſſe.

Mutatum eſſe quid ſit. 283
Eſt genus ad corporale, & ſpirituale. 145

N

Naturale.

ACtus naturalis præſupponere poteſt aliquid ſuper naturale. 755. & 756.

Neceſſitas, Neceſſarium.

Quibus modis aliquid ſit neceſſarium. 43
Neceſſarium ratione finis quale ſit. ibid. & ſeq
Neceſſarium ſimpliciter, & ex hypotheſi. 52
Neceſſitas conſequentiæ, & conſequentis. 524
Neceſſitas antecedentis, & conſequẽtis non eſt ſemper eadem. 613. & 614.
Neceſſitas quo ad ſpeciem, & quo ad exercitium quæ. 715. & ſeq.

Negatio.

Negatio quo poſitiuo egeat, vt fundamento. 76
Negationes quæ tales non poſſunt eſſe genera & ſpecies. 519. & ſeq.
Poſſunt tamen eſſe propria, & accidentia. ibid.
Quæ diuerſitas inter negationes reperiatur. 141. & 142.
Quomodo negationes numero differant. ibid.
Negatio vt eſt ens rationis, & vniuerſalis in quas ſpecies diuidatur. 143
Negationes puræ ſine vlla ipſarum, vel ſubiectorum exiſtentia, rebus conuenitunt. 197
Negatio formæ eſt priuatio. ibid.
Negatio ſuæ cognitionis exemplar eſt. 425.

Nomen.

Nominis conſideratio triplex. 392.
Nominis definitio explicatur. 441. & 456.
Nomen infinitum quid. 442.
Nomina ſuper tranſcendẽtia de quibus dicantur. ibid. & 457.
Non ens, non imaginabile ſunt nomina infinita. 458
Nomen ſpecie diſtinguitur à verbo. 454. & 455
Vnde hoc diſcrimen ſumatur. ibid.
Aliqua nomina ſignificant tempus, ſed non cum tempore. 459
Probabilius eſt nomen adiectiuum, & ſubſtantiuum ſpecie differre. 460. & 461
Caſus nominum obliqui vt plurimum ſpecie differunt à rectis. ibi.
Diuerſitas generum in nominibus eſt per accidens. ibid. & ſeq.
Nomen concretum, & abſtractum ſpecie differre. 461
Quæ ſint nominis ſpecies. ibid.
Significatio eſt de eſſentia nominis. 221
Nomen varijs modis vſurpatur. ibid. & ſeq.

Numerus.

Ab Ariſtotele quantitas diſcreta dicitur. 281
Non eſt tamen vera quantitas, ſed adumbrata. 297
Quare non ſit vnum ens per ſe. 298
Quid ſit primus numerus, quid compoſitus. 773
Numerus æquilaterus quis. ibid. & ſeq.
Quid altera parte longior. ibi. & ſeq.

O

OBiectum eſt terminus cognitionis. 406
Bifariam cum potentia concurrit. ibid.
Obiectum cuiuſuis potẽtiæ duplex, formale, & materiale, & quid vtrumque. 479
Formale rurſum aliud ſub quo; aliud per quod. ibid.
Præbet vnitatem, & diſtinctionem potentijs. ibid. & ſeq.
Obiectum quoque ſcientiæ aliud formale, aliud materiale, & quid vtrunque. 850
Formale reſpectu ſcientiæ totalis vnum dicitur quod, alterum ſub quo. ibid.
Aliud formale reſpectu ſcientiæ partialis dicitur per quod, ſeu ratio per quam. ibid.

De

Digitized by Google

De obiectis potentiarum vide in singulis potentijs.

Opinio.

Quid sit opinio. 862.& 865.
Opinio alia mediata, alia immediata. 867
Vtraque formidolosa est. Vide V. Formido.
Vtraque essentialiter differt à fide humana. 868
Aliquando nomen opinionis fidei accommodatur. 869.& seq.
Opinio potest esse de eadem re, de qua est scientia. 864.& 870
Intelligendum id est de obiecto materiali, non de formali. ibid.
Formale opinionis obiectum fallibile est. ibid.
Notitia euidens aliquando vocatur opinio. 873
Proprium scientiæ, & opinionis discrimen. 871
An exuere possit formidinem. Vide V. formido.
Habitus opinionis cum habitu scientiæ in quouis gradu esse potest. 877
Actus opinionis cum habitu scientiæ, vel è contrario non repugnant. 878
Actus opinionis formidine externa destitutus cum actu scientię de eadem re esse potest. 880
Actus opinionis formaliter asserentes rem non esse certam cum scientifico naturaliter esse nequit. 881
Idem dicendum de actu opinatiuo, cui subiecti formido est annexa. ibid.
Cur ineuidentia quarundam opinionum minus pugnet cum euidentia scientiæ, quam ineuidentia fidei. 768
Nec diuina potentia simul esse possunt in eodem intellectu actus scientię, & opinionis de eadem re. ibid. & sequen.
Id esse verum quamuis homo in diuersis locis à Deo cõstituatur. 869
Vnde hæc repugnantia oriatur. ibid.

Oppositio, Oppositum.

Oppositio in communi quid. 373
Nunc prestius cum Aristotele, nunc latius vlurpatur. ibid.
Vtraque formaliter est respectus. ibi.
Eius definitio late explicatur. ibid. & seq.
Oppositorum alia Physica alia Logica. 376
Diuiditur oppositio in disparatam, & in propriam oppositionem. ibid. & sequen.
Quid vtraque sit. ibid.
Oppositionis proprię diuisio in quatuor membra est adæquata. 375
Oppositio disparata nullas continet species. ibid.
Diuisio oppositionis propriæ non est vniuoca, sed analoga. 376
De singulis oppositionum membris. Vide in proprijs eorum verbis.
Oppositio complexa triplex est. 496
Formaliter est simplex relatio rationis. 500
Propria eius definitio. ibid.& seq.
Illius distributio in tria membra nõ est vniuoca. ibid.
Oppositio complexa de lege quæ dicatur. 500
Oppositio subalterna, & subcontraria impropria est. 502
In propositionibus oppositis seruanda est eadem suppositio. 116

Oratio.

Orationis definitio. 444
Orationis diuisio. 446
Ab Aristotele vocatur quantitas. 281
Non est tamen vera, sed adumbrata. 298
Oratio est artefactum, cuius forma essentialis est nexus grammaticalis. 470
In oratione perfecta nexus est distinctus à partibus. ibid.
In imperfectis est idem cum illis. ib.
Aristoteles orationem in communi definiuit. 471
Definitio expresse conuenit tantum vocali multis partibus constant. 472
Vnitas orationis à solo ordine est. 471

P

Pars.

NOn prædicatur de toto sumpta per modum partis. 72. & sequent.

Digitized by Google

Particulare.

Illius definitiones exponuntur. 122
Einſdem in varias ſpecies diuiſio. ibid.
Particularia vniuerſalis eſſentialis ſunt vnius eſſentiæ. 124
Particularia vniuerſalis accidentalis poſſunt eſſe complexa. 125
Particularia ſub quouis vniuerſali ſunt plura. 126
Diuiſio particularis proximi in ſuas ſpecies eſt vniuoca. 123.& 124

Paſſio.

Vt eſt ſpecies qualitatis definitur. 336
Quæ paſſiones ſimpliciter dicantur qualitates, quæ non. 337
Accidentaliter differt à patibili qualitate. 336. & 350
Cuiuſmodi ſit hoc diſcrimen. ibid.
Paſſionis attributa. 354
Paſſio vt conuenit cum actione. ibid.
Paſſio prædicamentum conſtituens variè definitur. 355
Potior definitio eligitur. ibid.
Paſſionis in immanentem, & tranſeuntem diuiſio. 356
Vtriuſque membri explicatio. ibidem.
Paſſio vniuocè in ſpecies diſtribuitur. 358
Animæ operationes paſſionis dicuntur. 391

Perſonæ, Vide *ſubſiſtentia*.

Phantaſia, Phantaſmata.

Phantaſia eſt ſenſus internus. 100
Illius officium quod. ibid.
Non percipit habitudinem ſigni ex inſtituto. 418.& 419
Phantaſma quid ſit. 101
Phantaſma expreſſum cum intellectu agente producit ſpeciem ſpiritualem. ibid.
Phantaſma rei ſingularis quomodo ſit ſignũ reſpectu intellectus. 406
Phantaſmata ſunt obiectorum ſimulacra. 407
Quo pacto eorundem ſigna ſint. 411

Plato.

Quo tempore floruerit. 8
Qui eius æquales. ibid.
Eius laudes. ibid.
Sacram paginam videtur legiſſe. ibid.
Illius ſucceſſores qui. ibid.
Quid de naturis communibus opinatus ſit. 60

Pondus.

Non eſt ſpecies quantitatis. 299
Mens Ariſtotelis ea de re exponitur. 300
Aequalitas in pondere eſt metaphorica. 305.& 306

Poſitio.

Poſitionis nomine quid ſignificetur. 399
Ea, quæ datur in quantitate, quid ſit. ibid.
Poſitio in ſcientijs quid. 614
Varia illius acceptio. ibid.
Quomodo à dignitate differat. ibid.

Poſſibilitas, Vide *Ens.*

Porphyrius.

Quis, & quo loco natus fuerit. 49
Eius auditores qui. ibid.
Illius inſtitutum quod. 50

Potentia, & impotentia.

Naturalis potentia quid. 335
Variæ potentiæ acceptiones. 349
Potentiæ quæ eſt ſpecies qualitatis definitur. ibid.
Accidentaliter ab impotentia differt. ibid.
Potentiæ poſitiuæ, licet actu amittantur, ſunt tamen proprietates. 175. & ſeq.
Potentiæ negatiuæ quo modo per actus diſtinguantur. 76.& ſeq.
Naturalis impotentiæ definitio. 335

Illius

Digitized by Google

Illius acceptiones variæ. 349 & 350
Accidentaliter à potentia differt. ibidem.
Potentiæ per quid distinguantur. 681. & 683
Potentiæ naturales non eodem conatu semper in obiectum tendunt. 684
Potentiæ appetentes non dicuntur abstrahere. 100

Praxis, Practicum.

Praxis quid sit. 28
Practicum, & speculatiuum vnde sumantur. 29
Intellectus operationes sunt praxes. 30. & 31

Predicabile.

Prædicabile potius quam vniuersale est subiectum Hagoges. 50
Prædicabilium cognitio ad quælibet prædicamenta requiritur. 53
Prædicabilium vtilis cognitio ad modos differendi. ibid.
Est passio vniuersalis. 71. & 72
Prædicabilia tot esse, quot vniuersalia, & eodem modo in inferiora diuidi. 113
Rationes colligendi numerum prædicabilium explicantur. 114
Prædicabile de vno quid sit, & quomodo diuidatur. ibid.

Predicamentum.

Prædicamentorum opera varia extant. 206
Prædicamenti, vel categoriæ nomen vnde auctum. 207
Varia prædicamenti vsurpatio. ibidem.
Primaria prædicamenti materia apud Logicum voces, secundaria res. ibid.
Obiectionibus in contrarium occurritur. 207
Apud Metaphysicum res præcipuè sunt in prædicamento. 208
Res, quæ in prædicamentis sunt trifariam spectari possunt. ibid.
Prædicamentale ens quid sit. 244
Quid sit prædicamentum. 244 & sequent.
Ad ens prædicamentale octo requiruntur conditiones. 245
Tres ex parte vocis. ibid.
Tertia ex illis est vt substantia in concreto. 246
Accidens in abstracto significetur. ibid. & sequentibus latissimè.
Quinque ex parte rei. 248
Earum septima est, vt sit ens finitum, quæ late explicatur. ibid.
Octaua vt sit ens completum, de qua latissimè. 249
De numero prædicamentorum variæ sententiæ. 250
Esse numero tantum decem approbatur. 251
Varij modi hunc numerum colligendi. ibid.
Germanus colligendi modus. 252. & seq.
Denarius numerus impugnatur. 253
Prædictus numerus defenditur. ibidem.
Duæ aliæ conditiones in prædicamento accidentis requiruntur. 254
Cur causalitas efficientis duo efficiat prædicamenta, non formalis, & finalis. ibid.
Actus cognoscendi, & appetendi noua prædicamenta non condunt. ibid.
Prædicamenta accidentium concreta etiam non excludunt. 325

Predicatio, Predicatum.

Prædicatio naturalis, & non naturalis quæ. 61
Quid sit prædicari in quid. 136
Quæ per modum subsistentis, vel adiacentis prædicentur. ibid.
Prædicari incompletè quid. ibid. & sequen.
Prædicatum esse vniuocum non est idem, ac vniuocè prædicari. 159
Prædicatio completa quæ. 166
Prædicatio in quale quid exigat. 173. & sequen.
Quid sit prædicari accidentaliter, quid item necessario. 191

Digitized by Google

Prædicatum de omni quid. 772
Prædicatum de nullo cur non definiatur. ibid.
Prædicatum per se trifariam sumitur. ibid. & 788
Prædicatum per se primo modo quid. 777
Prædicatum per se secundo modo. 772. & 778
Prædicatum vniuersale quid. 774. & 784.
Quo differant prædicata de omni in libris Priorum, & Posteriorum. 775
Prædicatum de omni definitur. 772. & 777.
Omne prædicatum per se est de omni. ibid.
Differentia inter prædicatum per se primo, & secundo modo. 778
Prædicari indirectè, vel oblique quid. ibid. & seq.
Quando censeatur subiectum in definitione prædicati collocari. 778
Prædicatum secundo modo fluit ab essentia subiecti. 779
Nihil respectu eiusdem potest simul esse prædicatum per se primo, & secundo modo. ibid.
Prædicati vniuersalis definitio exponitur. 781
Quas ob causas in assignando hoc prædicato erretur. 783
Prædicatio vniuersalis relationem non excludit. 111
In actuali prędicatione seruatur virtus præcisionis. 112

Præcognitio, Præcognitum.

Præcognitio, siue prænotio quid sit. 694
Quid item præcognitum. ibid.
Prænotionis, & præcogniti partitio. 674. & 694
Non oportere tot esse prænotiones, quot præcognita. ibid.
Ante ingressum demõstrationis tria prænoscenda esse vult Aristoteles. 695. & seq.
In demonstrationis progressu quinque præcognoscenda esse. 696
Conclusio cur pręcognitum non sit. 697
Non esse plura præcognita late defenditur. 697. & seq.
Prænotiones subiecti duæ, quid est, & quod est. 698
Prænotio quid est intelligitur tam de prænotione quid est nominis, quam rei comparatione subiecti totalis scientiæ. ibid.
De subiecto vero particularis demõstrationis non est necessario semper prænoscere quid rei. 700
Secunda subiecti prænotio, intelligitur de existentia possibili. 701
Prænotio passionis est quid sit vocabuli. 704
Quando de illa prænoscitur quod sit, non sumitur, vt passio. ibid. & sequen.
De principijs prænoscendũ est quod sint immutabiliter vera. 705
De quibus principijs id intelligatur. ibid.
Duæ medij prænotiones, quid sit vocabuli, & quod sit rei. 706
Prænotio consequentiæ est quod bona sit. 707
Vtrum hæc prænotio in omni demonstratione specialem cognitionem requirat. ibid.
Summa totius de pręcognitis doctrinæ proponitur. 708

Præmissæ.

Præmissæ quo ordine cognoscantur. 674. & 708
Tres ordines diuersi proponuntur. ibid.
Maior quomodo prius tempore cognoscatur. 708. & seq.
Non repugnat simul cum conclusione cognosci. 710
Assensus præmissarum non existere necessario quando assentimur cõclusioni. 711. & seq.
Sufficit earum memoria vt assensus conclusionis eliciatur. 712
Influxus præmissarum in conclusionem duplex formalis, & effectiuus 711. & seq.
Concursus effectiuus est à præmissis formalibus. 742
Formalis concursus est à præmissis obiectiuis. 605

Præ-

Digitized by Google

Præmiſſæ apprehenſæ non ſufficiunt ad inferendam concluſionem. 841. & ſequen.
Concurſus effectiuus ſuppleri poteſt. 712. & 713
Concurſus formalis nec à Deo ſuppleri poteſt. 808
An præmiſſæ notiores ſint concluſione, diſputatur. 746
Concluditur eſſe notiores, & nobiliores. 747
Id verum eſſe de præmiſſis etiam virtute indemonſtrabilibus. 748
Præmiſſas eſſe cauſas æquiuocas principales. 751
Minor quibus modis ſimul cum concluſione cognoſcatur. 712 & ſeq.
In primis ſi nihil obſtet ſimul tempore cognoſcitur. 712 & 713
Hanc ſimultatem nec voluntas directè impedire poteſt. 716. & ſequen.
Deinde cognoſcitur concluſio virtute ſimul cum minore. 720
Non poteſt concluſio eodem actu cum præmiſſis æquè primo iudicari. 722
Quo modo præmiſſæ ab aſſenſu concluſionis attingantur. 720. & ſeq.

Principium.

Dantur primorum principiorum habitus, ab intellectu realiter diſtincti. 680. & 681. cum ſeq.
Non ſunt à natura, nec à Deo infuſi, ſed noſtris actibus acquiſiti. ibid.
Cur habitus principij intellectus dicatur. 684
Principia ſine experimento perfectè non cognoſcuntur. 691
Notitia principiorum ex terminis habetur. ibid.
Quę ſit dependentia principij ab experimento. 692
Principiorum notitia diſcurſiua non eſt. ibid. & ſeq.
Inductio concurrit ad principium vt conditio. 685
Principij definitio. 726. & 814. & 818.
Diuiſio principiorum in communia, & propria. 814 & 819
Deſcribitur vtraque. ibid.
Alia principiorum diſtributio in ſimpliciter in demonſtrabilia, & indemonſtrabilia ſecundum quid. 819. & 820. cum ſeq.
Principia quomodo à Metaphyſica oſtendantur. 820
Alia principiorum diuiſio in practica, & ſpeculatiua. 820
Illa principia impoſſibile eſt idem ſimul eſſe, & non eſſe, & neceſſe eſt idem de eodem affirmari, vel negari, eſſe diſtincta. 821
Quomodo hæc principia demonſtrationem ingrediantur. 822
Principium ex terminis cognitum demonſtrari poſſe demonſtratione, Quia, & propter quid. 823
Notitia principij cum ſcientia Qua, vel propter quid in vnum actum venire æquit. ibid. & ſeq.

Priuatio.

Quid ſit. 108
Quo pacto à negatione diſtinguatur. ibid. & 142
Diſtinctio per ſe accidentalis eſt, aliquando tamen eſſentialis ex ordine priuationis ad ſubiectum. 107. & ſeq.
Priuatio eſt etiam ens rationis. ibidem.
Quo pacto in inferiora diuiditur, ibid. & 143.
Priuatio qua tales genus non eſt, vt vero ens rationis maximè. 140. & ſeq.
Priuatiua oppoſitio quid. 381
Quomodo à contradictoria diſtinguatur. ibid.
A priuatione ad habitum non eſſe regreſſum quando ſit verum, ibid. & ſequenti fere.
Priuatiuæ oppoſitionis relatio eſt rationis. 383
Priuationes quam ſui, & ſubiectorum exiſtentiam poſtulent, vt illis conueniant. 197
Priuatiua differunt à communis. 382

Prius, & Poſterius.

Quinque modis vnum dicitur prius, aliud poſterius. 385. 386. & ſeq.

Digitized by Google

Prius natura non respicit durationem, sed causalitatem vnius, & dependentiam alteribus. ibidem & 336

Proportio.

Proportio quid sit. 214
Proportio quotuplex. ibid.
Proportionalitas Analogorum. ibidem.
Proportionis analogia quomodo probetur. 218

Propositio.

Propositionis varia acceptio. 557
De propositionum conuersione. Vide V. Enunciatio.
Conuersio de illarum veritate. Vide V. Enunciatio.
Definitio propositionis, eiusque partitio. 555
Definitio est essentialis. 561
Diuisio quo pacto sit vniuoca. 566
Quæ sit propositio syllogistica, quæ demonstratiua, & quæ Dialectica. 558
Cur propositio prius termino definiatur. 560
Sub propositione disiunctiua licet descendere. 562
Propositio particularis de non contingenti exponitur per tres. 600. & 601. cum seq.
Propositio de contingenti secundo modo affirmato per quas exponatur. 607
Omnis propositio de contingenti secũdo modo exponitur per duas. 599
Negatiuæ de contingenti secundo modo quo pacto exponantur. 607 & sequen.
Num propositiones de sensu diuiso, & composito se inferant. 608
Vniuersales copulatiue, particulares disiunctiue accipiendæ. 638
Propositiones cur interualla dicantur. 618
Propositio de futuro contingenti: vide contingens, & futurum.
Inter propositionem necessariam, & contingentem discrimen. 523
Propositionis per se notæ definitio. 764
A posteriori potest esse demonstrabilis. 765
Excludit medium à priori, & quod. ibid.
Diuidenda est in per se notam secundum se, & quo ad nos. 766
An diuisio cadat in formalem propositionem an in obiectiuam. 767
Propositio, cuius prædicatum est de essentia subiecti, est per se nota secundum se. 769
Illa item, in qua prima passio de subiecto affirmatur. ibid. cum sequen.
Neutra tamen est per se nota nobis. ibid.
Idem est dicendum de negatiua ex terminis diuersorum prædicamentorum. ibid.
Identica vtroque modo est per se nota. 770
Negatiua, cuius extrema sunt ambo primo diuersa, est vtroque modo per se nota. ibid. cum sequen.
Propositio mediata euidenter nosci potest non viso medio. 809
Quæ sit propositio negatiua mediata, quę immediata. 846
Propositio Dialectica quæ sit. 903
Propositiones Dialecticas esse tot, quot sunt problemata. ibid. & 906

Proprietas, Proprium.

Diuersæ proprietates specierum distinctionem indicant. 189
Proprij quattuor acceptiones explicantur. 183
Ex mente Philosophi proprium soli conuenit speciei. ibidem, & sequen.
Proprium in quarta solum acceptione est vere proprium. 184
Proprium ex vi nominis, & ex vsu Philosophorum. ibid.
Diuisio proprij ex vi nominis in qnattuor membra ab impugnatione defenditur. 185
Præfata diuisio est analoga. ibidem.

Pro-

Digitized by Google

INDEX RERVM.

Proprij quarto modo definitio. 187
Subiecta non vendicant proprium in indiuiduo determinatum. 188. & sequen.
Diuisio proprij in genericum. & specificum. ibid. & 192
Inter propria, & communia accidentia discrimen. 190
Proprij vt est quartum vniuersale, definitio. 191
Proprium vniuersale Logicę conuenire subiecto debet. 190. & sequentibus.
Omne proprium quarto modo est quartum prædicabile, non è contrario. ibid.
Quo sensu dicatur proprium ab essentia dimanare. ibid.
Diuisio proprij prædicabilis in genericum, & specificum. 192
Proprium genericum non est semper genus, nec specificum species. ibid.
Proprium etsi indiuiduis secundario conueniat, per se de illis prædicatur. ibid.

Punctum.

Punctum definitur quippiam omnino indiuisibile. 282
Eius munera circa quantitatem. 283
Est per se ens incompletum. 301. & seq.
Illius vbi, in qua sit specie. 363

Q

Qualitas.

Qvalitatis definitio. 333
Illius species, ibid & 334
Qualitas patibilis quid, & vnde dicta. ibid. & 336
Qualitates sensibiles quomodo patibiles dicantur. ibid.
Concretorum qualitatis definitio. 339
Qualitatis attributa. 333
Eorum lata explicatio. 340. & sequentibus.
Definitionis impugnatio, & defensio. 342
Inter qualitatem, & cetera accidentia discrimen. ibid.
Qualitas simpliciter substantiam perficit. 344. & seq.
Qualitas agendi, & patiendi munere fungitur. ibid.
Expositio definitionis Aristotelicæ. ibid.
Alia definitio commodior statuitur, & declaratur. ibid.
Numerus specierum qualitatis colligitur ab Scoto. 343
Scoti collectio impugnatur. ibid.
Collectio D. Thom. proponitur, & improbatur. 344
Vera colligendi ratio. ibid.
Qualitas in quattuor membra tanquam in veras species diuiditur. 346
Quattuor species qualitatis realiter inter se distinguuntur. ibid.
Opposita sententia Thomistarum confutatur. 344
Qualitas patibilis accidentaliter tantum à passione distinguitur. 336. & 350.
In qualitate duplex similitudo specifica, & gradualis. 351. & seq.
Vtraque est propria qualitatis pro ratione specierum. 352. & sequen.
Relationes similitudinis, & dissimilitudinis simul esse possunt. 353
Quomodo sint reales. 354
Quando. vide *Duratio.*

Quantitas.

Quantitas vbique est extensa. 289
Quantitatis diuisiones proponuntur, & explicantur. 280. 281. & sequentib.
Illius attributa proponuntur. 284. & sequentib.
Formalis ratio quantitatis non est mensura. 287
Non est diuisibilitas in partes eiusdem rationis. ibid.
Ratio formalis quantitatis esse ens per se extensum. 289
Non intelligitur hic extensio entitatiua. ibid. & 290
Nec extensiua in ordine ad totum. ibid.

Digitized by Google

Nec localis actualis. 290
Sed aptitudinalis in ordine ad locum. ibid.
Obiecta contra hanc sententiam diluuntur. 292
Actu locum occupare quomodo sit effectu quantitatis. 294
Quo pacto quantitas extensa sit per ordinem ad totum. 295
Hæc extensio nec quantitatis, nec alterius entis ratio esse potest, ibidem.
Potest à Deo à quouis ente auferri. ibidem.
Quantitas in communi est radicaliter composita. 296
Quantitas discreta non est vera, sed adumbrata. ibidem, & 497. cum sequen.
Quantitatis species colliguntur. 300
Quantitas quomodo denominatiue de speciebus prædicetur. 301. & sequentib.
Præcipua quantitatis affectio esse æquale, & inæquale. 303
Relatio æqualitatis, & inæqualitatis non fundatur in vnitate specifica, sed in commensuratione. 305
In quantitatibus permanentibus est realis. 306. & sequen.
In successiuis est rationis. ibid.

R

Rarefactio.

IN rarefactione, & condensatione nec producuntur, nec corrumpuntur nouæ partes quantitatis, sed eædem amplius dilatantur vel contrahuntur. 286

Ratio fundandi.

Ratio fundandi est conditio sine qua relatio non sequitur fundamentum. 322
Aliquæ sunt reales, aliquæ negatiuę. ibid.
Item aliquæ debent semper existere vt relatio duret, aliæ non. ibid.
Nulla est, quæ aliquandiu durare debeat, non vero semper. 321
Specifica relationum distinctio à rationibus fundandi sumitur. 322. & sequen.
Ratio fundandi idem est ac fundamentum proximum seu conditio ad relationem, ijsdem locis.
Non debet ab intellectus operatione pendere. 324

Relatio, Relatum.

Relatio analogicè dicitur de Deo. 269
Quomodo suscipiat magis & minus. 309
Admittenda est relatio realis creata. 314
Oppositum, qui sentiant, & quomodo refellendi. 313. & 315
Relatio est rei denominatæ intrinseca. 315
Eius aduentu quomodo subiectum mutetur. 316
Relationum in communi triplex diuisio, prima in reales, & rationis. ibid.
Secunda in relationes secundum esse, & secundum dici, quæ potius cadit in relata. ibid.
Tertia in transcendentes, & non transcendentes. 317
Ex his relationibus solæ reales, secundum esse & non transcendentes in prædicamento sunt. 419. & 420.
Aristotelica relationis definitio quibus competat. ibid.
Expressior relationis definitio proponitur, & latè defenditur. ibid. cum sequen.
Relatio non respicit in actu exercito, sed signato. 320
Secundum vtrumque esse, in, & ad, inest in subiecto. ibid.
In relatione reperitur subiectum, fundamentum, ratio fundandi & terminus quæ late explicatur. 321 & sequentibus.
Relationis fundamentum non differt semper ab extremo. 321. & sequen.
Relatio ferme identificatur cum fundamento remoto. ibid.

Sublata

Digitized by Google

Sublata ratione fundandi perseuerat aliquando relatio. 322
Vt relatio sit realis quid requirat in subiecto. 423. & 424
Quid ex parte termini. ibid.
Ex parte subiecti simul, & termini requiritur realis distinctio & existentia. ibid.
In ratione fundandi exigitur, vt ab intellectus operatione non pendeat. ibid.
In prædicamento relationis est genus summum tam in concreto, quàm in abstracto. 424
Quod est verum siue relationis terminus sit absolutus, siue respectiuus. 325. & sequentibus.
Genus summum huius prædicamenti non proxime, sed remote refertur. ibid.
Tres relationis prædicamentalis diuisiones. 327
Prima in relationes æqualis & inæqualis comparationis, secunda in mutuas, & non mutuas. ibid.
Vtraque improbatur. 328
Germana relationis in tria membra diuisio ratione fundamentorum. ibid.
Singula fundamenta scilicet vnitas, actio, & mensura explicantur. ibid.
Relationes in specie vnitatem habent a fundamentis, relatio in cõmuni ab abstractione. 329
Relatorum vetus definitio proponitur. 307
Reijcitur ab Aristotele, & alia traditur. 319
Relatorum attributa quinque numerantur, & explicantur. 309. ad finem capitis.
Relatorum termini quo pacto cognoscantur. 311
Relata rationis à prædicamento reijciuntur. 318. & seq.
Quomodo relata secundum dici ad prædicamentum spectent. 319. & 320. cum seq.
Relatum transcendens quo pacto referatur: 320
Relata cur in plurali definiantur. 327
Quædam multis, quædam vnica relatione referuntur. 331
Omnibus relatis conuenit esse simul cognitione. ibid.
Relato communi, & relatis æquiparantiæ conuenit in actu signato. 332
Qua ratione attributum solis prædicamentalibus accommodetur. 333
De qua cognitione sit intelligendum. ibid.
Vtrumque relatum eadem notitia cognoscitur. ibid.

Rhetorica.

Quem dignitatis locum inter artes obtineat, & de quo differat. 17
Resolutio, vide Analysis.

S.

Sanitas.

NOn pertinet ad primam speciem qualitatis. 149
Locus Aristotelis in oppositum exponitur. ibid.

Sanum.

Quomodo sanum sit analogum per attributionem. 213.

Sapientia.

Sapientia quid sit. 865. & seq.
Quomodo ab intellectu, & scientia distinguatur. ibid.
Ratio distinguendi est formale motiuum. ibid.
Sapientia naturalis eadem est atque Metaphysica. ibid.
Est nobilior scientia, & in quibusdam intellectu. 866. & seq.
Septem sapientum quis primus. 3.

Scientia, Vide Ars.

Vocabuli scientia, siue scire variæ acceptiones. 723 & 727
Scientiæ primo diuiditur in scientiam Quia, & propter quid. ibid. & sequen.
Diuiditur secundo in actualem, & habitualem. 727

Digitized by Google

Definitio ſcientiæ propter quid. 724 & 728
Conuenit præcipuè actuali,& ſi habituali accommodari poſſit. ibid.
Definitio in meliorem formam redigitur. 729. & 730
Scientia perfecta non eſt, niſi quæ per cauſam habetur. 729.& ſeq.
Cauſa debet eſſe in eſſendo ſimul,& cognoſcendo. 330
Scientia neceſſario eſt cognitio à cognitione cauſæ diſtincta contra Scotum. ibid.
Cauſa in eſſendo non eſt neceſſario ex natura rei, ſed ſufficit quoad nos. 731
Scientia abſolutè perfecta per omnes rei cauſas habetur. 732
Cauſa debet eſſe proxima reſpectu concluſionis. & immediata reſpectu alterius cauſæ,ibid.& ſequentibus.
Non eſt tamen neceſſarium, vt eadem cauſa vtrumque habeat. 734
Cauſa non ſolum eſſe debet connexionis, ſed etiam extremorum. 738
Scientia demonſtrationis effectus,ac finis eſt. 733
Quomodo ſcientia à demonſtratione cauſetur, vide Demonſtratio, & Præmiſſæ.
Scientia eſt de ſubiecto neceſſario. 796. & ſequen.
An id de ſimplici, vel de complexo intelligatur. 798.& 799
Eſſe item de perpetuis, & vniuerſalibus. 800
Cur de ſingularibus non ſit ſcientia. 801
De Chriſto Domino, & Deo maxime ſingularibus cur ſcientia detur. 802
Scientia non poteſt amitti ex obiecti deſtructione. 804
Nec ex deſitione ſubiecti, niſi quoad modum,ibid.& ſequent.
Obliuio non poteſt eſſe cauſa per ſe amittendi ſcientiam, niſi actualem. 805
Scientia à contrario errore corrumpitur. 811
Actus tamen ſcientiæ ab actu erroris nunquam expellitur. 812
Habitus expelli poteſt ab habitu, ſi medium ſciendi non appareat, ibid.
Quando actus ſcientiæ reperi poſſit. Vide Medium, & Præmiſſæ.
An ſcientia cum fide,& opinione eſſe queat, Vide Opinio,& fides.
Scientiæ certitudo,& euidentia. Vide hæc verba.
Scientia Quia quam ſit imperfecta. 836
Analogice conuenit cum ſcientia propter quid in ratione ſcientiæ, ibid.
Non indiget reſolutione in cauſam remotam. 548
Scientiæ ſubalternatio. Vide Subalternatio.
Scientia vnitatem habet ab obiecto. 850. & ſeq.
Id non de materiali cum quibuſdam, ſed de formali intelligitur. 852
Obiectum formale totalem ſcientiam ſpecificans eſt ſcibilitas ex varia abſtractione reſultans. 855
Harum abſtractionum numerus proponitur, & confirmatur. ibid.
Prima diſtinctionis ſcientiarum radix non videtur eſſe abſtractio, ſed diuerſitas luminum. 858
Vnitas ſcientiæ totalis non eſt eſſentiæ,ſed ordinis. 855
Vnitas ſcientiæ partialis ſumitur à ratione motiua. 856. & ſequen.
Hæc ratio motiua eſt vna, quando medium & materialis concluſio ſunt omnino idem. 858
Scientia totalis ſui ſubiecti eſſentiã ſimpliciter demonſtrare non poteſt, ex parte poteſt. 794 & 795
Non poteſt demonſtrare ſuum ſubiectum eſſe à priori, ſed à poſteriori. 697
In ſcientia eſt relatio ſecundum eſſe ad obiectum. 425.& 426
Cur hæc relatio in ſcientijs ſit tertij generis. 396

Scriptura.

Non eſt per ſe impoſita ad rem ſignificandam, ſed impoſitione vocis. 411
Scriptura eſt ſignum vocis. 413

Simul

Digitized by Google

INDEX RERVM.

Signa cum vocibus rem significat. 431. & sequent.

Differentia est scriptura significatio communis rei, & vocis, & rei. ibidem.

Non est signum doctrinale vocum. 421

Scriptura in quo conueniat, & differat à voce. 422

Sensus.

Nostra cognitio à sensu oritur. 6

In sensu datur veritas. 435. & 436

Fallitur circa sensibile commune. ibidem.

Non datur in sensu falsitas intrinsecè. 439

Sensus internus duplex. 100

Sensus diuisus, & compositus quid. 600. & seq.

Signum, Significare.

Illius definitio ex Augustino reijcitur. 395

Germana definitio traditur. ibid.

Signum aliquando sola sensibilia, aliquando plura complectitur. ibidem.

Habet duplicem habitudinem ad rem, & ad potentiam. 396. & sequentibus.

Eadem potentia percipitur signum, & res. ibid.

Non est tamen id simpliciter necessarium. ibidem.

Essentia signi vtramque habitudinem includit. 396. & 397

Non videtur differre à significatiuo. ibidem.

Habitudo ad rem in signo est prior illa, quæ est ad potentiam. ibid.

Huiusmodi habitudines non relationes, sed earum fundamenta sunt. 397

Nihil est primo signum sui. 398

Ostenditur idem in omnibus signorum generibus. ibid. Secundario esse potest. 401. & seq.

Relationes quæ in signis ex institutio ex aptitudine ad significandum resultant, sunt rationis. 409

In naturalibus sunt reales. 410

Quæ sint illarum fundamenta. ibidem.

Respectus ad potentiam in signis instrumentalibus est rationis. ibid.

In formalibus est realis. ibid.

Inter significare & repræsentare discrimen constituitur. 400

Prima signorum diuisio in rememoratiua, demonstratiua, & prognostica, omittitur. ibid.

Alia in signa propria, & impropria, minus frequens. 401

Diuisio in signa naturalia, & ex instituto probatur. ibid.

Item diuisio in formalia, & instrumentalia proponitur, & approbatur. ibid. & seq.

Alia diuisio in signa practica, & speculatiua parum differt à præcedentibus. 402

Iuxta illam effectus causarum, & causæ effectuum signa sunt. ibidem.

Signum naturale, & ex instituto quid. 401

Quæ res in vtroque membro collocentur. 403. & seq.

Discrimen inter hæc signa. 404

Angelorum locutio in qua signi species. 405

Signa formalia, & instrumentalia definiuntur. 401

Proprium eorum discrimen. ibid.

Species intentionales, intelligibiles, & conceptus sunt signa formalia. 407

Essentq; licet imagines non forent ibidem.

Conceptus non sunt signa instrumentalia, vt Thomistæ contendunt. 408. & 409

Distinctio formalis signi, & instrumentalis formaliter considerandæ est. 409

Eo modo considerata est essentialis, esto vtraque significatio in eadem re sit. 409

Species extra potentiam signum est formale, esto actu non significet. 410

Signum aliud actuale, aliud aptitudinale, ibid.

Con-

Digitized by Google

Conceptus medius instrumentale signum est. 411.
Essentia creata nō est signum formale sed instrumentale Dei. 412.
Essentia Dei est signum instrumentale creaturæ. 413.
Phantasma rei singularis est signum formale respectu intellectus. ibidem.
Notitia signi non est necessario diuersa à notitia significati. ibid.
Quo pacto intelligendum, quod est signum signi esse signum significati. ibid.
Cognitio pro conceptus productione accepta non videtur esse signum formale. 426
Signum diuiditur in doctrinale, & non doctrinale, & quid vtrumque. 418.& seq.
Doctrinale non dicitur vniuocè de suis inferioribus. ibid.

Significatiuum vocale.

Significatiuum vocale in communi quid sit. 447
Quod sit simplex, vel complexum. 449.
Non potest diuidi vt genus incomplexum,& simplex. ibid.
Nec etiam vt analogum, nisi in sensu minus proprio. 450
Significationum simplex quid sit, & quo pacto differat à complexo. 452.
Eius diuisio in nomen, & verbum essentialis est. 455
Vnde hoc essentiale discrimen proueniat. 456.
Quo pacto diuisio sit analoga. vel vniuoca. 457
Significatiuum complexum quid. 449.

Situs.

Situs primo,& per se quid. 283.
Quid item situs in toto quanto. 284
Hic situs tres requirit conditiones, vt detur. ibid.
Situs prædicamentum virtute ab vbi distinguitur. 361
Illius definitio proponitur. 362.
In solis corporibus esse posse ostenditur. ibid.
Species situs assignantur. 363.

Species.

Nulla species est, quæ in plura indiuidua partiri nequeat. 126.& sequentibus.
Quæ entia specie differant. 136.& 137.
Species quid sit. 146
Quo pacto ad solum genus respectum habere dicatur. ibid.& sequent.
Species infima quæ sit. 149.
Speciei subijcibilis definitiones examinantur. 152
In specie infima duplex respectus est, particularis ad genus, vniuersalis ad indiuidua. 156
Species nomen ad hos respectus analogum. ibid.
Speciei subijcibilis in infimam, & subalternam diuisio est incomposita per accidens. 155.& seq.
Speciei subijcibilis definitio descriptiua. ibid.
Reddi tamen potest. essentialis. ibidem.
Species subijcibilis non est intrinsecè vniuersalis. 157
Speciei prædicabilis definitio exponitur. ibid.
Species quo pacto conseruetur in vno indiuiduo, non autem genus in vna specie. 161
Qua ratione etiam species in vno indiuiduo conseruari nequeat. ibidem.
Species immediatum generis correlatiuum, non adæquatum. 155
Species aliqua in prædicato remoto vniuoce, in proximo analogicè conueniunt. 156.& seq.
Eadem relatione refertur ad genus proximum & remotum. 162.
Ex duabus infimis speciebus tertia non componitur. 197.& seq.

Species Intentionalis.

Species ab intellectu agente producta quid repræsentet. 102

Species

Digitized by Google

INDEX RERVM.

Species intentionales effectiue, & formaliter ad cognitionem concurrunt. 400. & 401
Habent se ex parte obiecti. 405
Sunt signa formalia. 406
Sunt imagines obiectorum. 407
Quam habeant cum obiecto conuenientiam. ibid.
Species in speculo non videtur. 410
Ibi est signum, habetque potentiam proximam, ad repræsentandum. ibid. & seq.

Subalternatio.

Subalternatio propositionum quid. 502. & sequent.
Propositiones subalternatæ propriè oppositæ non sunt. 503
Subalternatio scientiæ trifariam contingit. 832
Ratione subiecti, principiorum, & finis. ibid.
Subalternatio subiecti duplex, & quę illarum scientiam reddat simpliciter subalternatam. 838
Subalternatio perfecta quas requirat conditiones. 839
Scientia subalternata inter quas sit media. ibid.
Subiectum subalternatæ habet se vt forma subiecti subalternantis. ibidem.
Scientia subalternata quomodo sit de composito peraccidens. 840
Qui credant subalternatæ principia sola fide humana credi. 842
Reijcitur hæc sententia. ibid.
Alij credunt dicta principia ab ipsa subalternata demonstrari. 843. & sequent.
Impugnantur hi auctores. ibid.
Principia scientiæ subalternatæ cognoscuntur abeadem scientia notitia quia. 844
Eadem subalternante dicuntur sciri propter quid. ibid.
Non dicitur subalternata scire quia, & subalternans propter quid ex parte conclusionis, quia vtraque eandem demonstret. 846
Quo pacto subalternans dicatur scire propter quid conclusiones subalternatæ. ibid.
Passiones subalternatæ oriuntur ab aliqua passione subalteruantis. 845. & seq.

Subiectum.

Subiectum artis aliud totale, aliud partiale. 32
Subiectum attributionis quid sit. ibidem.
Tres exigit conditiones. ibid.
Aliæ ab Scoto inducta reijciuntur. 33
Subiectum artis in quo genere sit prius natura ipsa arte. 39
De subiecto formali, & materiali. Vide obiectum, & scientia.
Subiectum accidentis duplex est. 278
Dici de subiecto, & esse in subiecto quid sit. 618. & 644. cum sequentibus.

Subijcibile, Vide Particulare, Subsistentia.

Subsistere quot modis vsurpetur. 264
Subsistentia propria, quæ dicatur. 265
Subsistere duobus modis substantiæ conuenit. ibid.
Substantiæ singulares completæ quomodo subsistant. 365. & 366
Subsistere primo conuenit naturis communibus. ibid.
Subsistentia in communi vniuoca est ad inferiores eiusdem naturæ. 144

Substantia.

Primæ, & secundæ substantiæ definitiones. 255
Substantiæ attributa numerantur. ibidem.
Variæ substantiæ acceptiones. ibidem.
Primæ substantiæ cur dicatur maximè substantiæ. 258
Earum inter se collatio. 259
Discrimen inter substantiam, & accidens. 229

Sub-

Subſtantiæ communiſſimæ definitiones. 238.& ſeq.
Alia deſcriptio manifeſtior. 240
Subſtantia concretè accipienda, vt in prædicamento ſit. 247
Subſtantia prædicamentalis definitio aliquibus vſurpata reijcitur. 264.& 265
Alia commodior ſubijcitur, & defenditur. ibid.
Genus ſummum huius prædicamenti quod. 268
Variæ aliorum ſententiæ excludun**tur.** 270.& 271
Subſtantia analogicè dicitur de Deo. 269
Subſtantia in **corpore non includit materiam & formam.** 270.& ſequent.
Diuiſio ſubſtantiæ in primam, & ſecundam. ibid.& ſeq.
Eſt adæquata, & analogica. 273
Forma penes quam fit Diuiſio non eſt analoga in ſe, ſed in modo participandi. 273.& ſeq.
Diuiſum eſt **conceptus** ſubſtantiæ abſolutus. 274
Subſtantiæ Etymologia explicatur. 274
Definitiones primæ, & ſecundæ ſubſtantiæ explicantur. 275.& ſequen.
Quidam homo non eſt prima ſubſtantia. 276
Aliæ primæ, & ſecundæ ſubſtantiæ definitiones faciliores proponuntur. 277
Maximæ proprium ſubſtantiæ eſt contrarium ſuſcipere. ibidem, & ſequent.
Quo pacto id ſit explicandum, & de quibus contrarijs. 278
Qua ratione ſubſtantia **contrarium non habeat.** 279
Subſtare alijs in ſubſtantia differt à ſuſceptiuo contrariorum. ibidem.

Succeſſio, Vide Motus.

Superficies.

Superficies definitur, & explicatur. 82
Superficiei circa magnitudinem mutationes. 283
Superficies qua ex parte ſit completa, vel incompleta. 301
Qua ratione ſit de eſſentia corporis. 302

Suppoſitio.

Suppoſitio quid ſit. 211 & 212. cum ſeq.
Diuiditur in abſolutam, ſimplicem, & perſonalem, quid vnaquæque ſit explicatur. ibid.
In qua ſuppoſitione accipiatur natura communis, cum de particularibus prædicatur. ibid.

Suppoſitum.

Duobus modis vſurpatur. 162. & ſequen.
Quid proprie ſit ſuppoſitum. 265
Qua ratione incommunicabile dicatur. 266
Suppoſitum commune vniuocum non repugnat. 267
Contraria aliorum opinio refellitur. ibid.
Suppoſitorum vniuerſalitas quæ 775
Alia poſitiua, alia negatiua. ibid.

Syllogiſmus.

Syllogiſmi definitio. 555
Syllogiſmus quibus principijs reguletur. ibid.
Latior definitionis explicatio. 570
Syllogiſmus hypotheticus à definitione excluditur. 572
Quomodo ſyllogiſmus opinionem, vel ſcientiam cauſet. 573
An formaliter includat concluſionem, vel ſolas præmiſſas. 572
Omnis, & ſolus ſyllogiſmus eſt argumentatio formalis. 574
Materia ſyllogiſmi proxima, & remota. 612
Syllogiſmi in quattuor membra diuiſio. 900
Singulorum definitio. 901
Materia ſyllogiſmi quadruplex. 900
Alio modo duplex tantum eſt. ibidem.

Sylo-

Digitized by Google

INDEX RERVM.

Syllogiſmus ex apertè falſis, nec in definitione, nec in diuiſione continetur. ibid.
Syllogiſmus ex probabilibus creditis neceſſarijs eſt pſeudographus. 902
Syllogiſmus tentatiuus quid ſit. ibidem.
Syllogiſmus ex propoſitionibus de fide in quo membro reponatur. ibidem.
Item qui ex vna de fide, & altera probabili. 902

Syncategoremata.

Syncategoremata quo pacto ſignificent. 420
Syncategorematum officia quæ. 459

T

Tempus.

Est ſpecies quantitatis continuæ. 281
Illius definitio. 283
Quæ ſit propria illius extenſio. 300
Cur ab Ariſtotele menſura motus appelletur. 304
Denominatio ſublunarium à tempore primi mobilis eſt à relatione coexiſtentiæ. 364. & ſeq.
Tempus eſt ens ſucceſſiuum. 459
Quomodo à verbo ſignificetur. 462. & 463
Temporis vniuerſalitas in prædicatis quæ. 775
Alia poſitiua, alia negatiua. ibid.

Terminus.

Termini propoſitionis definitio. 555
Quid formaliter importet. 564
Diuiſio termini. ibid. & ſeq.
An, & quomodo verbum ſit terminus. 565
Termini in quibus omnis, & in quibus nulli, qui ſint. 613
De ſyllogiſmorum terminis. *vide* figura.

Theologia.

Alia naturali lumine acquiſita, alia Dei beneficio. 13
Qui credunt noſtram Theologiam eſſe veram ſcientiam beatorum ſcientiæ ſubalternatam. 840
Concluditur non eſſe veram ſcientiam. 841
Illius habitus, qui pendent ex ſolis prœmiſſis de fide, ſunt omnes eiuſdem ſpeciei. 846. & ſeq.
Qui autem ex aliqua naturali dependent, ad varias ſpecies pertinent. ibid.

Topica.

Sunt argumentorum loca, ſiue ſedes. 896
Topica Dialecticæ pars, & ſcientiam, & vſum continet. 19. & 20. cum ſeq.
Sola pars Topica vſum ex probabilibus differendi tradit. ibid.
Tranſcendens, *vide* relatum.

V

VBI.

Est modus rei locatæ internus, non ambiens ſuperficies. 359
Eſt modus ab exiſtentia diſtinctus. ibidem.
Non reſultat ex ambitu ſuperficiei. 360
Probatur non eſſe interuallum. 361
Virtute differt à ſitu. ibid.
Definitio vbi exponitur. ibid.
Eius in circumſcriptiuum, & definitiuum partitio. 362
Vbi definitiuum in Deum non cadit. ibid.
Quo ſenſu circumſcriptiuum ſit ſpecies ima definitiuum ſubalterna. 363
Vbi puncti ſeparati definitiuum eſt. ibidem.

Verbum.

Verbum mentis cognoſcitur eadem intel-

Digitized by Google

intellectione qua producitur. 408. vide conceptus.
Verbum diuinum est signum creaturarum. 425
Verbum orationis pars definitur. 442
In quo cum nomine conueniat. 444
Semper est connotatiuum. 445
Proprius modus significandi verbi. ibid. & seq.
Definitio verbi diligentius expenditur. 462
Verbum infinitum in oratione manet affirmatum. 464
Quo differant verbum negatum, & infinitum. 465
Verbum significat copulam de connotato. 468
Verbum est in propositionibus de primo adiacente significat formaliter existentiam. 466
In propositionibus de tertio eam non significat contra communem recentiorum. ibid.
Verbum est in propositionibus necessarijs semper est verbum, & denotat differentiam temporis. 468
Verbum est à prædicato determinatur, vt actum essentiæ vel existentiæ importet. 469
Verbum est adiectiuum, & non potest esse subiectum in propositione. ibid.
Verbum est pars essentialis propositionis. 565
Dissoluta propositione non significat copulam. ibid.
Determinatur ad significandum tempus, vel instans ratione prædicati. 516
Non connotat æternitatem, sed nostrum tempus. 536

Veritas. Verum.

Quid sit veritas. 430. & 435
Verum non datur nisi per ordinem ad intellectum. ibid. & seq.
Alia est veritas rerum, alia cognitionis, & quid vtraque. ibid. & sequent.
Veritas formalis in conceptu obiectiuo non est. 431
Veritas est in obiecto vt in causa. 432. & 474
Relatio veritatis fundatur in mensura, & plerumque est realis. 432
Ipsa veritas in fundamento huius relationis consistit. ibidem, & sequent.
Veritas cur in secunda intellectus operatione specialim esse dicatur. 434. & 475. cum seq.
Veritas datur etiam in sensu. ibid.
Veritas simplex, & complexa quo differant. 476
Quod etiam distinguatur veritas apprehensionis à veritate iudicij. 491
Esse, & non esse apud Aristotelem valere idem quod verum, & falsum. 475
Verum non est obiectum intellectus materiale. 479
Nec etiam formale sub quo. 480. & sequen.
Sed formale per quod in nonnullis actibus. 481. & seq.
Veritas quo sensu magis, & minus recipiat. 748

Vnitas. Vnum.

Vnum quid sit. 65
Aliud est per se vnum, aliud per accidens. ibid.
Vnitas per accidens varia. ibid.
Vnum per se quid sit, & quibus modis dicatur. 66
Vnitatis per se diuisio in formalem, & numeralem, & vtriusque explicatio. ibid.
Vnitas præcisionis quid sit. 66
Hæc vnitas magis ad numeralem, quam ad formalem accedit. 67
Vnitas analogica, & numerica vniuersalitatem impediunt. 68
Vnitas formalis exigitur ad vniuersale, sed non sola. 69
Propria rei vniuersalis vnitas est præcisionis. ibid.
In definitione vniuersalis intelligi potest vnitas formalis, vel præcisionis. 70
Vnitas præcisionis non conuenit naturæ

Digitized by Google

INDEX RERVM.

naturæ secundum se. 86
Non multiplicatur ad multiplicationem conceptuum abstrahentium. 95
Vnitas præcisionis concomitanter se habent cum aptitudine. 87

Vniuersale, Vniuersalitas.

Vniuersale communissimę sumptum quid. 54. & seq.
Diuiditur primo in simplex, & complexum, & explicatur. 55
Simplex rursum in quatuor membra distribuitur. ibid.
Vniuersale in causando excluditur. ibidem.
Nominalium sententia de nominum vniuersalitate proponitur, & confutatur. 56
Concluditur præter nomina esse res vniuersales. 57
Opinio Platonis de vniuersalibus separatis proponitur, & refellitur. 59
Ostenditur vniuersale à singularibus re ipsa separatum esse fictitium. ibid.
Duæ veri vniuersalis definitiones. 60
Vniuersale in essendo, & prædicando in eadem re datur. ibid.
Tres veri vniuersalis conditiones vnitas aptitudo vt sit, & prædicetur, tertio de pluribus. 61
Vniuersale proprium tribus modis vsurpatur. 62
Vniuersale in definitione sumi vt absolutum. 63
Sumi quoque posse, vt relatiuum. 64
Definitiones in vno sensu sunt essentiales, in alio descriptiuę. ibid.
Alia definitio propria vniuersalis, vt relatiuum est, apponitur. 65
Vniuersale quo pacto respectu inferiorum totum dicatur. 71
Vniuersalis actus inferiorum comparatione duplex identitas. 71. & inexistentia. 72. & seq.
Primus est magis proprius vniuersalis. ibid.
Tres naturæ communes vniuersalis status proponuntur. 80
In primo statu, seu à parte rei non datur vniuersale in sententia, quæ gradus Metaphysicos actu non distinguit. 80
In opposita, quæ gradus distinguit, aliqui vniuersale à parte rei concedunt. 84. & 85
In ea etiam sententia non dari vniuersale à parte rei. 86
Idque ex defectu vnitatis præcisionis. ibid. & seq.
Esto daretur vnitas, ad huc vniuersale ante intellectum non esset. 90. & sequen.
Vniuersalis in actuale, & potentiale diuisio improbatur. 91
Cur ante intellectum non detur actus vniuersalis, etsi natura sit in multis. 90
Actus essendi vniuersalis quo pacto sit mistus. ibid.
Naturam in secundo statu quidam vniuersalem faciunt. 91
Ratione, & autoritate conuincuntur. ibid & seq.
Vniuersale per intellectus operationem datur. 91
Vniuersale quomodo sit intellectus obiectum illumque præcedat. 96. & sequen.
Porphyrij quæstiones circa vniuersalis esse dissoluuntur. 97
Vniuersalis abstractio quomodo perficiatur. 101
Vniuersalitas absoluta, & negatiua formaliter exitit in specie intelligibilis. 103
Vniuersalitas positiua seu absoluta, sed relatiua non dantur ante actum intellectus possibilis. 104
De existentia vniuersalitatis relatiuæ. vide ens rationis.

Vniuocum.

Quid sit vniuocum. 224
Aliud vniuocatum, aliud vniuocans. ibidem.
Vniuocatum præter relationem significati importat alias duas. 225
Vniuocans vnam dicit relationem. ibidem.
Vniuoca propria, & impropria. ibidem.

Propria

Digitized by Google

Propria vniuoca diuiduntur in participata, & participantia, & quid vtraque. ibid. & 226
Item in essentialia, & accidentalia. ibidem.
In definitione continentur ex priore diuisione sola participantia. ibid.
Ex posteriore sola essentialia. 226. & sequent.

Voluntas.

Est posterior natura intellectu, quo cum vniuoce conuenit. 564
Non potest entia rationis fabricare. 107. & seq.
An possit intellectum circa principia, & conclusiones cohibere. 715
Quo pacto cum aljs potentijs ad earum actiones concurrat. 720
Ad quos actus intellectum moueat. 875

Vox, Sermo.

Voces non significare conceptus qui docuerint. 413
Vocibus solos conceptus significari alij docuerunt. 414
Vocibus conceptus simul, & res significari vera sententia. ibid.
Priores duæ sententiæ refelluntur. 415
Vox duplici significatione conceptus, & res significat. 416. & sequentibus.
Significatio conceptus quo ad intentionem prior. ibid.
Quo ad executionem posterior. 417
Prolationem vocis ad significandum editæ præcedit rei significatæ conceptus. 418
Simpliciter proferri possunt voces, quin conceptus præcedant. 419
Quid sit voces non esse easdem apud omnes. 426
Voces vt naturales qualitates, & signa apud omnes idem sunt. 428
Vt libere ad res significandas instituuntur, non sunt eædem. ibid.
Voces brutorum quomodo significent. ibid.
Quo sensu brutorum conceptiones à D. Thom. significare dicantur. 429
Sermo qua ratione dictus sit ab Aristotele hominibus naturalis. ibidem.
Vt contingere possit quod aliquandiu mutus loquatur. ibid.
Sermonis Adamo concessi, & in turre Babel immutati autor Deus. ibidem.
Ratio qua via sermonem inuexerit, & in quem finem. 413. & 414. cum sequent.

FINIS.

Digitized by Google

COMMENTARIORVM COLLEGII CONIMBRICENSIS E SOCIETATE IESV, IN VNIVERSAM DIALECTICAM ARISTOTELIS STAGIRITÆ,

PARS PRIMA.

Artes à quibus, & quo tempore inuentæ sint.

Græci artes se inuenisse gloriãtur.

ARTES qui primò inuenerint, fuit à multis læpe dubitatum. Græci vt sapientiæ nomen, atque famam sibi tanquã propriam vendicabant, ita earum se inuẽtores fuisse gloriabantur. Contra verò Chaldæi multis ab hinc seculis antequã Græcia vel discere, vel docere cæpisset, apud se magnarum rerum scientiam extitisse prædicabant. Certe quod olim apud Græcos tantùm sapientia floruerit, & quod non pauci ex ijs, quos tantas ob singularis doctrinæ nomen tãquam primos scientiarum parentes venerata est, magna ex parte de barbaris fuerint, satis constat: quãdoquidem, vt alios prætereamus Thales natione Phœnix erat; Mercurius, Ægyptius; Zoroastes, Persa; Atlas, Libycus, seu Phryx; Anacharsis, Scytha; Pherecydes, Syrus: vt plura in, quemadmodam in alijs, ita & in eo delirasse Epicurum, q̃ dixerit neminem nisi Græcum ineptum esse ad philosophandũ. Et vero multa Græcos ab externis didicisse tellãtur grauissimi auctores, Eusebius lib. 9. & 10. de præparatione Euangelica, Cyrillus lib. 1. contra Iulianum, Clemens 1. Stromatũ, Iustinus Martyr in paræneſi ad gentes, Iosephus duobus libris contra Appionem, & alij. Verum si æqui rerum æstimatores esse voluerimus, neque à Græcis neque à barbaris ingenuas artes primò inuẽtas esse, sed multò antiquiorem, nobilioremq. earum originem fuisse statuemus. Etenim rerum procreator Deus in ipso mundi nascentis exordio primis humani generis parentibus inter alia naturæ gratiæque dona præclaram nõ diuinarum tantum, sed humanarum, naturalium q. rerũ cognitionem attribuit. Nec enim dicebãt tãtæ familiæ principes, & autores animum quasi tabulam nudam vti nos, sed diuini artificis manu adornatam, & intelligibilium rerum imaginibus, luminibusq. scientiarum ad omnem pulchritudinis excellentiam & varietatem perpolitam accipere. A Deo igitur, vt à primo fonte, tum ab Adamo ad eius filios, ac posteros ingenuæ artes promanarunt, tandemq. longa annorum serie, vt ex veterum scriptorum monumentis liquet, ad Hebræos, ad Chaldæos, ad Ægyptios, ad Græcos, ad Italos, aliasq. orbis terræ nationes derivatæ sunt. Hinc Assyriorum, & Persarũ Magi,

Clem. Iust. Ioseph.

Idem de se prædicant Chaldæi.

Deus artiũ auctor statuitur.

Multos ex barbaris tãquã primos earũ inuẽtores antiquitas venerata est.

Græci multa ab alijs didicerũt.

Euseb. Cyrill.

Digitized by Google

Aegyptiorum ſacerdotes, Bactriano rum Sermanaei, Indorũ Bragmanes, & Gymnoſophiſtæ, Gallorũ Druydes, Græcorum ſapientes, Latinorum doctores, alijq. præcipua ſcientię laude cumulati floruerunt.

Neque huic quam dicimus, quaſi hæreditariæ ſcientiarum à primis mundi originibus ad conſequentes ætates trãſmiſſioni obſtat, quòd nõnulli vti primi artium inuentores celebrentur. Nam cum pleræq. earũ, iniuria temporum, vel hominum indiligentia, non ſolum priſtinum ſplendorem amiſiſſent, ſed vel omnino, vel propemodum extinctæ eſſent; fuere aliqui ingenio præſtantes viri, qui eas ab interitu vindicarunt, aut nouis inuentis illuſtriores fecerunt, quibus proinde earum inuentiõ aſcripta fuit, ſic Dialecticæ inuentorem Zenonem Eleatem, naturalis Philoſophiæ Thaletem Milesium, diſciplinæ moralis Socratem, Aſtrologiæ Atlantem, aut quoſdam alios fuiſſe memoriæ proditum eſt. Quod ſi de ijs etiam artibus, quæ in extremo opere faciundo verſantur, loqui velimus, conſtat earum nonnullas quondam prorſus ignotas poſterioribus ſeculis fuiſſe inuentas, vt Chalcographicam, & eam quæ puluerem tormentarium inuexit.

Quoniam autem veteres dum ingenuarum artium, ſtudijs, aſſiduoq. labore abditam, ac latentem inquirebant veritatem, non vnà omnes inſtiterunt via, nec eadem dogmata, eoldemuè magiſtros ſecuti ſunt, ſed partium contentione diſtracti, in varias ſectas, & quaſi familias abiere: nequaquam fuerit ab inſtituto alienum huiuſmodi ſectas, earumq. principes, & ſucceſſores paucis colligere, & ſub vno quaſi aſpectu collocare, vt quoniam harum rerum in philoſophiæ curriculo frequens fit mentio, iam hinc auditoribus conſpicuę, notęq. ſint.

De ſectis eorum, qui decurſu temporum ingenuas artes, Philoſophiamq. profeſſi ſunt, atque in primis de Italica, & Ionica.

PHiloſophorum ſectæ, vt Ammonius in prooemio ad categorias Ariſtotelis colligit, à varijs rebus appellationem ſortitæ fuerunt. A gymnaſio, vt Academici, & Stoici: ab actione aliqua, veluti à deambulatione, vt Peripatetici: à magiſtro, vt Pythagorici a Pythagora: ab illius patria, vt Cyrenaici à Cyrene patria Ariſtippi: à genere vitæ, vt Cynici, ita nuncupati quòd eſſent in canillis more canum mordaces contra vitia: à fine Philoſophię Hedonici, hoc eſt, voluptarij, vt Epicuræi: à modo iudicandi, vt Ephectici, Sceptici, & Pyrrhonij, id eſt inhibitores, quæſitores, atque ambigentes, qui omnẽ de rebus iudicium inhibebãt, nihilque conſtituebant, ſed in quærendo, & conſiderando ſemper verſabãtur, ac de omnibus ambigebant. Hæc de ſectarum nominibus. Ammon. A quo ſectæ philoſophorũ appellationẽ fuerint ſortitæ.

Deinde ſciendum, duas præcipuè extitiſſe ſectas veterum Philoſophorum, à quibus ceteræ propagatæ ſunt, vt Diuus Auguſtinus. 8. de Ciuitat. Dei, cap. 2. Plutarchus lib. 1. de placitis, cap. 3. alijque auctores referunt. Italicæ caput fuit Pythagoras, qui incredibili ad ſcientiam ſtudio incitatus, poſtquam Pherecydi Syro inter ſapientes ſui temporis magni nominis, et auctoritatis Philoſopho operam dedit, diſcendi cauſa longiſſima terrarum ſpatia peragrauit, donec cunctis ferè barbaris, Græciſq. myſterijs initiatus deuenit in eam partem Italiæ, quę magna Græcia dicta eſt, delectaq. ſede apud Crotoniatas magno auditorum concurſu, & nobilitate Philoſophiam docuit, ſuamq. familiam à ſe Pythagoricã, a regione Italicam appellauit. De illius ætate mira eſt inter ſcriptores diſſenſio. Ex ijs tamen, quæ maiori cum probabilitate ſcripta ab eis ſunt colligi poſſe videtur, floruiſſe illum eo tempore, quod inter ſex. ge ſimã D. Auguſt. Plut. A duabus præcipue ſectis ceteræ promanarunt. Italicæ caput fuit Pythagor. De illius ætate non conuenit.

&

& ſeptuageſimam Olympiadem interiectum fuit. Qua de re Clemens Alexandrinus 1. lib. Stromat. D. Auguſtinus 18. de ciuitate Dei, cap. 27. Liuius 1. lib. decad. 1. Dionyſius Halicarnaſſeus lib. 2. Sectatores Pythagoræ numerantur. Thelauges eius filius, Empedocles, Epicharmus, Archytas Tarentinus, Alcmæo Crotoniates, Hippaſus Metapontinus, & Philolaus. Quod verò ad ſectæ derivationem attinet, ea ſic habuit: Pythagoræ ſucceſſit Thelauges filius, huic Zenophanes, cui Parmenides, Parmenidi Zeno Eleates, Zenoni Leucippus, & Democritus, Democrito alij complures, inter quos Nauſiphanes, & Naucides, quibus deinde Epicurus. Aduerte autem quoſdã Eleaticam ſectam ſub Thelauge Pythagoræ filio diſtinguere ab Ionica, vt tertiam; quoſdam eam ſubijcere Italicæ. De grege Epicuræorum nihil in præſenti dicemus, quod ij non tam Philoſophi, quàm φιλοσοφιστεῖ, ſiue vt D. Hieronymus ait, Philoſophorum pecudes fuerint: ſiquidem in vna corporis voluptate ſummum hominis bonum conſtituerunt, Dei prouidentiam, atque animorum immortalitatem negarunt, atque ideò indigni ſunt, qui inter Philoſophos numerentur.

Clem. Al. D. Aug. Liu. Dio. Hali. Sectatores Pythagoræ numerãtur.

Epicurei non tam philoſophi quàm philoſophorũ pecudes. D. Hier.

Ionicæ familiæ auctor fuit Thales vt Leander, & Herodotus referunt, patria Phœnix, vt alij verius exiſtimarunt, Mileſius à Mileto Ioniæ vrbe nobiliſſima. Hic (vt ex Tatiano refert Euſebius de Præparat. Euãgel. cap. 3.) ſeptem ſapientum primus fuit, &, vt credidit Ariſtoteles 1. Metaphyſic. cap. 3. Philoſophiam naturalem primus inuenit. Floruit circa Olympiadem quinquageſimam, vt affirmat Clemens Alexandrinus libro primo Stromatum. Ei verò ordine ſucceſſerunt Anaximander, Anaximenes, & Anaxagoras Clazomenius. Qui ex Ionia ſcholam Athenas traduxit, habuitq. ſucceſſorem Archelaum Socratis præceptorem, Socratis, quem oracula Pythiæ ſapientiſſimum iudicarunt. Nobiles in primis auditores fuerunt Ariſtippus auctor ſectæ Cyrenaicæ, Antiſthenes Cynicæ, Plato Academicæ.

Ionicæ familiæ auctor fuit Thales. Leand. Herod.

Primus ſeptem ſapientium. De illius ætate. Euſeb. Ariſt. Clem. Al.

Qui ei ſuccellerint.

De Academicorum, & Stoicorum Sectis.

A Etate Platonis, quæ inter Olympiadem octogeſimam octauã, & centeſimam octauam fuit, multi in omni ſcientiæ genere præſtantes viri extiterũt. In hiſtoria Xenophõ: in Aſtrologia Eudoxus: in Rhetoricæ arte Iſocrates. in Pythagorica philoſophia Architas Tarentinus: in Cynica Diogenes. Ipſe verò Plato inter ceteros quaſi clariſſimum lumen omnium ſcientiarum ſplendore longè lateq. micuit. Certè orationis copia, & ſuauitate tanta fuit, vt teſte Cicerone. de claris oratoribus, dictum à quibuſdam fuerit, Iouem, ſi Græcè loqueretur, non alio quam Platonico ſermone vſurum: quod ei prænunciaſſe apes viſæ ſunt, cum in eius infantis ore conſederunt. Præterea tam multa, tãq. recondita de diuinis rebus ſcripſit, vt facile appareat, quod quidam auctores prodiderunt, illum ſacra volumina adhibito interprete euoluiſſe, & ex ijs fontibus hortulos ſuos irrigaſſe. Refert enim Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum. & Euſebius lib. 9. cap. 3. de præparatione Euangelica Ariſtobulum Iudæum cognomento Peripateticum commentarijs in libros Moſis, quos à ſe editos ad Regem Aegypti Ptolemæum Philometora miſit, affirmaſſe, ſcripta Moſis ante Alexandrum & Perſarum imperium in Græcam linguam fuiſſe tradũcta, eaq. a Pythagora, & Platone eſſe lecta. Plato igitur in Academia, quod nemorolum ſuburbanum fuit ab Athenis mille paſſus diſtans, Philoſophiam docuit; vnde eius auditores a loco Academici dicti ſunt. Succeſſores habuit Xenocratem, Palæmonem, Crantorem, Cratetem. His placuit diſſimulare ſcientiam, nulliq. rei inter diſputandum pugnaciter adhærere. Secutus deinde eſt Arceſilas Pitaneus Cratetis diſcipulus, mediæ, ſeu nouæ Academiæ inuentor, quem iuuenem magiſtri

Quo tempore Plato floruerit.

Qui eius æquales.

Eius laudes.

Cicer.

Sacram paginã euoluit.

Clem. Al. Euſeb.

Eius ſucceſſores.

Arceſilas cur ignorãtiæ magiſt.

Digitized by Google

Lactant. re optimo Lactantius lib. 3. cap. 4. ignorantię magistrum appellauit, primus enim palam in Academia negauit esse quicquam, quod sciri posset; post Arcesilam nonnullis interpositis floruit Carneades Cyrenęus, qui alterius Academię, nempe tertię caput à nonnullis fuisse perhibetur, quòd partim cum Arcesila, partim cum Speusippo senserit.

Stoici vnde nomen fortiti. Stoici etiam a loco nomen habuere, ἀπὸ τῆς στοᾶς id est, à porticu. Fuit enim Athenis porticus cõspicua varietate, à Polignato depicta, quo ij conuenire ad disputandum consueuerant Sectę huius auctor Zeno, à Cittico Cypri oppido Citticus appellatus; annis octo & quinquaginta scholę prefuit, tanta apud Athenienses auctoritate, vt illum aurea corona, & ęrea statua ornarint. Extitit autem inter Academicos, & Stoicos graue, perpetuumq. dissidium. Illi enim adeò errant in disputando versatiles, vt in sola leuitate, & inconstantia persisterent. Hi contra multa paradoxa mordicus tenuerũt, multa magis inopinata, quam Poetę asseuerarunt, nullaq. in re mediocritatem tenentes, omnia ad necessitatẽ seueritatẽq. reduxerunt. Post Zenonem, inter alios, insignes fuere Stoici Cleãthes, quem maiorum gentiũ Stoicum Cicero appellat, Diogenes Babylonicus, Chrysippus Apollonij filius. Dialecticę laude insignis, & infinitorum librorum scriptor, qui Stoicorum porticum humeris suis fulcire, ac sustentare dictus est, item Panętius, quẽ Cicero in libris officiorum se imitari profitetur. Deinde iam Nerone imperante. Seneca Philosophus, eius pręceptor, & Epictetus ex Hierapoli Phrygię vrbe oriundus, cuius tantę apud omnes vitę admiratio extitit, vt Lucianus Syrus Epicteti lucernam fictilem tribus drachmarum millibus ob eius auctoritatem venisse tradat.

Inter Academicos, & Stoicos graue dissidium.

Cleãthes maiorum gentium Stoicus. Cicer.

De Peripateticorum secta, & ingenio, doctrinaq. Aristotelis.

Peripatetici caput Arist. Quo tempore floruerit.

PEripateticorum caput, & princeps fuit Aristoteles, Nicomachi filius, ex Stagira Macedonię oppido, vnde Stagirites est appellatus. Natus fuit anno circiter trecentesimo octogesimo primo ante partum Virginis. Agens verò annum ętatis sue decimum septimum, cum prius triennio Socratem audiuisset, in Platonis disciplinam se dedit, & in eius Gymnasio circiter viginti annos versatus est. Deinde ex legatione, cum qua ad Philippum regem ab Atheniensibus missus fuerat, reuersus; eũ se abiente Academicę scholę prętectum fuisse Xenocratem videret, Lyceum elegit, in quo Philosophiam doceret. Quia verò discipulorum turba circumfusus in ambulando disputabat, Peripateticus ipse, eiusq. sectatores Peripatetici dicti sunt.

Ambulando disputabat.

Encomia Arist.

De Aristotelis admirabili ingenio, & in rebus vel inueniendis, vel iudicandis, vel disponendis acumine, de singulari studio sapientię, de absoluta in omni doctrinę genere perfectione multa sunt apud scriptores encomia. Illum Plato nunc Anagnostem vocabat, quod in veterum Philosophorum lectionem indefesso studio incumberet: nunc veritatis Philosophũ: nunc Academię mentẽ. Ingressus enim aliquando gymnasium, cum non adesset Aristoteles, dixisse fertur, ἄπεστι τῆς ἀληθείας φιλόσοφος, id est, abest veritatis Philosophus. Deinde cum iterum abesse, dixit. οὐκ ἦλθε νῦς, id est nõ venit mẽs. De eodem Quintilianus. Quid, inquit, Aristotelem? quem dubito scientia rerum, an scriptorum copia, an eloquendi suauitate, an inuentionũ acumine, an varietate operum clariorem putem? Plinius verò nunc eum summum in omni scientia virum, nunc virum immensę subtilitatis appellat. Iam Auerroes eum ait velut exemplar quoddam propositum, in quo quantum mens mortalium capere queat, quantumq. humano ingenio progredi fas sit intelligere, & admi-

Digitized by Google

admirari homines possint. Pausanias lib. 6. statuam illi dedicatam fuisse scribit, quam & ipse præceptori suo Platoni erigendam curauerat.

Illi statua erigitur.

Successere Aristoteli nobiles Peripatetici, præter alios Theophrastus, Strato Lampsacenus cognomento Physicus, Demetrius Phalereus, Hieronymus, Cratippus, Boetus, atque alij varijs temporibus. Habuit quoque idem egregios interpretes Alexandrum Aphrodisæum, Porphyriũ, Themistium, Simplicium, Psellum, Ammonium, Plutarchum, & Philoponum. Ex his, vt ceteros prætereamus, Alexãder, qui synchronos fuit Iustini martyris, & Galeni medici, omnes pene Aristotelis libros expo suit tanta auctoritate, vt nemo Aristoteleus haberetur, qui nõ esset Alexandreus. Latini etiam commentarijs Aristotelis opera egregiè illustrarunt, Seuerinus Boetius, quem sancti Benedicti ætate vixisse, & cum eo amicitiam habuisse constat; Deinde Auerroes, qui ob diligentem explanationem Commentatoris nomen habuit, postea Mag. Albertus, subinde scholasticæ Theologiæ princeps D. Thomas.

Illius successores, Interpretes Græci.

Etiam Latini.

Illud verò Aristotelem maximè commendat, eiq. gloriam conciliat immortalem, quòd aliorum Philosophorum sectis pene iam extinctis, ac sepultis, Peripatetica familia in dies augeatur, & efflorescat, eiusq. doctrinam non solum ij, quibus nondum cœlestis disciplinæ lumen affulserat summo olim studio amplexi fuerint. sed etiam multis iam ab hinc seculis, & Philosophi & Theologi doctores diuinæ fidei splendore illustrati, in maximis & grauissimis quæstionibus explicandis, neque tantum in Physicis & dialecticis, sed etiam in moralibus, & diuinis frequenter versarpent.

Quæri autem solet, cur tantus philosophus, cui nec ingenij vis, nec orationis copia, ad res, quas animo cõprehenderat, dilucidè explicandas, deerat: cur, inquam, sæpe adeo obscurus sit, vt vix intelligi queat: præsertim in ijs libris, quos Acroamaticos vocãt, qui grauioris doctrinæ, & operæ limatoris sunt? Sciendum igitur ante Aristotelem duas fuisse obscurandæ Philosophiæ rationes: vnam eorum, qui poeticè, alteram eorum, qui Hieroglyphicè philosophati sunt; quorum illi fabulis, hi ænigmatis, & figuris ingenuarum aruũ dogmata, & naturæ arcana obtexerunt. Quod (vt Philo Iudæus in libro, qui inscribitur, quod omnis probus sit liber; & Laertius in Pythagora annotarunt) eo consilio ab illis fiebat, ne mysteria philosophiæ vulgo, & imperitæ multitudini in contemptum venirent; tum præterea vt tarda ingenia, & ad philosophandũ inepta ab eorum studio, ad res alias consectandas remouerent. Horum institutum cum Aristoteli nõ displicuisset, aliam tamen celandi viam ingressus est. Itaque Hippocraticam breuitatẽ secutus Acroamatica pressо, & conciso stylo, & ob eam causam obscuro conscripsit. Nonnunquam etiam quanto sunt difficiliores controuersiæ, tanto obscurius disputat, quia cum non satis compertum haberet, pro qua parte veritas staret, vt erat solerti & prouido ingenio, sententiam suam verborum perplexitate, data opera inuoluebat. Ad has causas obscuritatis, aliæ quoque accesserunt. Namque Aristotele vita functo eius libri diu terra infossi iacuerunt: vnde putredine multis in locis corrosi cum educti essent, ea loca arbitratu suo quidam Appellicon Teius perperam suppleuit, atque emendauit. Qua de re Strabo tertio decimo libro suæ Geographiæ ita scripsit. Aristoteles, & bibliothecam. & scholã reliquit Theophrasto, primusq. omnium, quos scimus, libros cõgregauit, & Aegypti reges bibliothecæ ordinem docuit. Theophrastus verò eam tradidit Neleo, Neleus eã Scepsim detulit, ac posterius dedit, hominib. sanè imperitis, qui libros inclusos, ac negligenter positos tenebãt. Cumq. Attalicorum regum, sub quibus erant, studium sentirent conquirendorum librorum ad instruendam eam bibliothecam, quæ Perga-

Philo in l. quod omnis, &c. & Laertius in Pythag.

Strabo 13. lib. Geog.

Digitized by Google

mi erat,eos in fossa quadam sub terra occuluerunt,quos & tineis, & humiditate labefactos, tandem, qui ex eo genere erant Appelliconi Teio tradiderunt, magno emptos argento, Apellicon, vt qui magis librorũ esset,quem sapientiæ studiosus, volens corrosiones emendare, eos transcribendos dedit, scriptura non rectè suppleta. Quapropter libros edidit erroribus plenos. Hæc Strabo. Auxere etiam Aristotelis obscuritatem latinæ versiones. Quidam enim dum nimis scrupulosè verbum ex verbo reddunt, & græcam phrasim æmulantur,eas tenebras Aristoteli offundunt,vt neq; græcè, neque latinè loqui videatur, & interdum vix percipi queat. Alij autem, nimia in conuertendo libertate vsi, dum paraphrastem potius, quam interpretem agunt,& verborum lenocinia, ac dicendi ornatum sequuntur, extra chorum vagantur, & ab Aristotelis sententia procul abeunt, vt propterea, qui horum adhærent versionibus; in Aristotele à repugnantia vendicando multum operæ insumant.

QVAESTIO I.

VTRVM ARS PROBE DEFINIATVR à Philosophis

ARTICVLVS I.

VNDE HOMINI ARS accreuit.

NOn defuere,qui naturá grauiter incusarint, quod cum ceteris animantibus indumenta,& arma sponte sua contulerit,hominem nudum,& inermem procreasit, sed eam calumniam sapientes viri diluerunt vel eo argumento,quod illum quasi defectum natura aliunde compensarit, dum homini rationem,manumq. tribuit, illam ad excogitandum hanc quasi commune instrumentum ad conficiendum opus: id quod auctor librorum de secretiori sapientia secundum Aegyptios lib.12.cap. 2. Aristoteles lib. 4. de partibus anim. cap. 10. Plato in Protagora. Lactantius in lib.de Opificio Dei,cap.2. Galenus initio libri primi de vsu partium: Anaxagoras apud Plutarchum in libello de fortuna,Seneca lib.2.de officijs,cap.29. alijq. auctores annotarunt. Auctor li. de secretiori sap. Aristot. Plato. Lactant. Galenus. Anaxag. apud Plutar. Seneca.

At nõ ob id tantum natura hominiratiõnem, & intelligentiam dedit, vt illa ad tuendam vitam subsidia compararet; sed multò magis vt animum diuino fatu editum præstantiorum rerum notitia excoleret,atq; ita ad Deum, cuius adumbratam gerebat effigiem, propius accederet, verùm quia mentis nostræ cognitio absque habitibus artium, & scientiarum minus ordinata, minùs prompta, minusq. iucunda futura erat, maximè fuit consentaneum hominis nobilitati,vt id sibi præsidiũ ascisceret, sine quo etiam vitam, neque pro dignitate, neque commodè agere posset,iuxta illud Aristotelis lib.1.Metaphysic.cap.1. genus hominum arte viuit,& ratione. Ergo intelligendi vis,habitus artium,scientiarumq. sibi cõparauit proprijs actibus,præeunte sensuum ministerio, obseruatione,& experientia. Quam acuebat partim necessitudo, & duris vrgens in rebus egestas (hæc enim artium nonnullas inuenire fecit) partim ingenita nostris animis sciendi cupiditas,simulq.admiratio,vt docet Plato in Thææteto explicans poetarum fabulam, de Thaumante, & Iride,qua significare voluerũt ex Thaumante, id est,admiratione natam Irim,id est cognitionem rerum. Arist. Plato in Thææt. Experientia artes peperit.

Peculiariter autem dicitur experientia artes, & scientias peperisse, vt testatur Aristoteles loco citato, vbi affert illud Poli apud Platonem in dialogo, qui inscribitur Gorgias, experientia artem genuit, inexperientia fortunam. Vtique experimento compertum est,v.g. Rheubarbarũ purgasse choleram Socrati, Platoni, Alcibiadi, Calliæ,& alijs. Ex hac obseruatione is, à quo id notatum est, acquisiuit vniuersalem quandam ratio-

Digitized by Google

tionem,ac iudicium de Rheubarbaro, quod purget choleram: tum inde ad formandam artem ita progressus est:ijs,qui cholera abundant,adhibendum est remedium ad eã purgandam, sed Rheubarbarum purgat choleram,igitur adhibendum est ijs qui cholera abundant. In hoc discursu habitus,qui in mente relictus est ex assensu illius pronunciati. Rheubarbarum adhibendum est ijs, qui abundant cholera, dicitur ars; qui habitus genitus fuit ex antecedente experientia, quod Rheubarbarum choleram purgaret. Idemque similiter accidit in ceteris artibus cõparandis, & in scientijs suo modo. Vnde liquet artium, & scientiarum habitus experientia gigni. Hos autem acquisitos,noua aliorum accessione paulatim augere consueuit similium rerum ad idem genus, seu materiam pertinentium animaduersio in singulis disciplinis. Atq. ita per incrementa profecere artes, nec quisquam idem artem aliquam incepit,& absoluit. Quoniam autem

Ratio, ars ante oẽs artes.

istiusmodi acquisitionem, & profectum artium,ac scientiarum,opus ac vis rationis antecessit,recte Galenus primo de vsu partiũ eos laudat, qui vt Aristoteles manum quasi organũ quoddam esse ante organa,dixit: ita ipsi rationem veluti quandam artẽ esse ante omnes artes,asseruerunt.

Galen.

Quantum verò momenti ad rectè iudicandum,agendumque ars attulerit,vel ex eo constat, quòd vbi ars non est,ibi casus, & temeritas sæpe dominatur. Quò pertinet illud Poli, cuius ante meminimus, inexperientia fortunam peperit,nimirum quia ij, qui aliquid inexperti faciunt, ac proinde sine arte, licet consultò id aggrediantur,temerè facere videtur, sæpeque errant: Contra verò qui ex artis præscripto & regula operãtur, constanter ac sine erroris periculo agunt. Vnde veteres,vt fortunam in saxo volubili,ita Mercurium, quem colebant vt artium parentem,in basi quadrata, quæ stabilitatis nota est, pingebant,qua de re extat apud Alciatum emblema.

Polus.

Vbi ars nõ est, ibi casus est.

Vt Sphæra fortunæ, cubo sic insidet Hermes.
Artibus hic varijs,casibus illa præsit.

Plutarchus etiã in libello de fortuna luculentè ostendit;quemadmodum ea,quæ non ex arte,sed fortuitò peraguntur,rarò probè fiant, aitque vnicum celebrari monumentũ fortuiti casus, sine artificio apti, & decentis videlicet, id quod pictori contingit (hũc Nealcem fuisse perhibent) qui cum spumam ex ore anhelantis equi sensim labentem conaretur exprimere, ac sæpius penicillũ mutasset,nec sibi placeret, iratus arti spongiam tabulę impegit,& ea colores mirificè, vt cura optabat, reposuit,atque ita quod ars non potuit,absoluit casus, & fortuna. **Plut.**

Illud quoque artis præstantiam magnoperè commendat, quòd ordinis, & compositionis magistra sit. Nam eius industria & præceptis, quæ antea vel confusa, vel dissipata erant,in ordinem redacta sunt,& in vnum coaluere. Ac quemadmodũ homines olim ferarum more dispersos dicitur eloquentia ad ciuilẽ cultum reuocasse: sic ars,quæ antea vaga,& incomposita fuerant, in vnam disciplinarum quasi Rempublicam coegit. **Ars magistra est ordinis,&cõpositionis.**

ARTICVLVS II.

DEFINITIO ARTIS EXPENditur, & approbatur.

ARS ad hunc modum solet definiri. Ars est collectio multarum de vna re comprehensionum ad finem aliquem vtilem vitæ. Hanc definitionem vti ex antiquioribus acceptam celebrat Herodotus apud Galenum c. 5. Introductionis, locupletat verò ipse Galenus initio primi libri medicarum finitionum. Cicero ex disciplina Stoicorum profectam refert lib. 4. Academicarũ quæstion. eãdem magno consensu Peripatetici complectuntur, eius explicandæ gratia aduertendum est ex Aristotele nomen artis trifariam vsurpari. Primò latissimè pro omni ha- **Artis definitio.** **Herod.** **Galenus.** **Cicer.** **Arist.**

Digitized by Google

bitu intellectus, qui verum attingit tam practico, quã speculatiuo. Hac significatione vtitur Arist. 1. Post. c. 1. & 1. Metaph. ca. 1. item 1. Rhetoricorum ad Theod. vbi scientias Mathematicas vocat artes, quas lib. 13. Metaph. cap. vltimo scientias appellauerat. Secundo sumitur minus latè pro solis habitibus, scientijsve practicis, quam significationem vsurpat Arist. 1. Eth. ca. 1. & D. Tho. 1. 2. q. 57. art. 3 ad 3. Tertiò deniq. strictissimè pro sola arte effectiua, quæ scilicet agendo transit in externam materiam, & finitur ab eodem Arist. 6. Eth. ca. 3. recta ratio factibilium, id est, eorum quæ per externam factionem perficiuntur. Et licet Arist. nusquam artem definierit, nisi in extrema significatione: dubitatio tamen est, in quanam ex propositis acceptionibus hoc loco definiatur.

Nomen artis triplici ter vsurpatur. Aristot. D. Thom.

Ac non definiri in primo significatu per se patet, cum in tota definitione pars nulla sit, quæ scientias saltem practicas excludat. Sunt enim collectiones multorum habituũ circa vnum obiectum ad hominum vitam maximè conducentium, vt patet in scientia gubernandi Rempub. propriam domum, vel personam; de alijs verò duobus significatis Galenus loco proximè citato manifestè indicat proposita definitione explicari artem, vt omnem, & solam notitiam practicam comprehendit, probat enim Medicinam non esse scientiam, vtique speculatiuam, vt Philosophi rationales contendebant ex eo, quod in illam quadrat proposita definitio, quod idcirco dixisse videtur, quia vltima verba, scilicet ad finem vtilem vitæ, non facile accommodãtur scientijs speculatiuis, quippe quæ ad nullum vitæ vsum, sed vnius contemplationis gratia comparatæ sunt, vnde Aristoteles 1. Metaph. c. a. fatetur, Metaphysicam nullius vtilitatis causa à nobis inquiri, & ca. præcedente dixerat artium inuentores aliquid vtile generi humano attulisse, quare tantum abest, vt scientiæ speculatiuæ definitionem ingredi debeat, institutum esse ad finem vtilem vitæ, vt hoc maxime discrimine hæc scientia à practicis distinguatur, ac proinde ars quatenus proposita definitione explicatur, solas practicas notitias, & habitus cõprehendit.

Aristot.

Quamuis hoc admodum probabile sit, non est tamen deserendus cõmunis sensus præsertim recentiorũ asserentium propositam definitionẽ cadere in Artem, quatenus omnem scientiam practicam, & speculatiuã coercet, iuxta quam sententiam ita exponenda sunt vltima definitionis verba, vt nomine, vtilis, non intelligatur vtile præcisè sumptum, sed bonum commune ad vtile, delectabile, & honestum, quo sensu verũ est omnem scientiam, vel artem aliquẽ bonum finem procurare: quamuis nõ incongrue vocari possit bonum vtile, in propria & specifica significatione, quod à scientijs speculatiuis apportatur, mentem scilicet perficere, & ab errore; atque ignorantia vendicare; quo respexisse videtur Aristoteles 3. polit. cap. 8. & 1. Ethic. cap. 1. cum ait omnem artem, & doctrinam bonum respicere, qua loquendi forma vtitur D. Thomas 1. p. q. 57. art. 3. & 4. alijq. Theologi, quare in eo sensu definitio enucleanda est.

Cõprehendit omnes artes.

Arist.

D. Thom.

Dicitur ergo ars collectio multarum comprehensionum, vel habituũ intellectualium, qui versantur circa verum, quibus verbis remouentur à definitione singuli habitus per se sumpti, quandoquidem non sunt habituum collectio. Reijcitur etiam collectio eorum habituum, qui vel nõ sunt in intellectu, sed in alijs potentijs, vt in voluntate, & sensu, vel qui in intellectu quidem existunt, veruntamen non attingunt, vt errores, & falsę opiniones, quæ comprehensiones dici non possunt; Additur, de re vna, hoc est, circa vnam materiã obiectam, quia vt multi habitus, & propositiones vnam numero artem efficiant, aliquam vnionem habere debent, alioquin non magis dicetur vna numero ars omnes habitus Metaphysici, aut Physiologici, quàm quicunq. alij temere coniuncti, hæc autem

Vnde artis vnitas desumatur.

autem vnio non sumitur ex subiecto inhæsionis, scilicet ex intellectu, aliàs omnes habitus quorumcunque obiectorum efficiunt vnam numero artem, cum existant in eodem intellectu, sed ex re obiecta, penes quam vt consideratur habituum essentia, & natura, ita eorum vnitas, & diuisio, qua definitionis parte excluduntur multi habitus temere coniuncti, & in diuersa obiecta tendentes; vnitas verò rei obiectæ non debet esse singularis, sed communis. ars enim, & scientia (si eam excipias, quæ est de Deo) naturam communem considerat, quo distinguuntur à prudentia, & experientia, quæ versantur in singularibus, tametsi alia distinctionis ratio tradatur à D. Thoma 1. 2. q. 57. art. 4. & Alberto Magno lib. 6. Eth. tract. 2. cap. 12. quod nimirum prudentia consideret obiectum proue ad bene, beateq. viuendum conducit, requiratque appetitum bene affectum, ars verò bonum tantum artificij, hoc est naturalem operis perfectionem spectet. Vltima pars, ad finem vitæ vtilem, ex dictis manet explicata, per eã verò remouent Dialectici à cætu artium illas, quæ in hominum perniciem inuentæ sunt, vt Magiam, quæ Dæmonum commercijs inauspicata homines à statu mẽtis deturbat.

Quod sit discrimen inter artẽ, & prudentiam. D. Thom. Albert.

ARTICVLVS III.

OBIECTA ADVERSVS definitionem artis, eorumq. dilutio.

Primum.

CONtra superiorem definitionẽ multa occurrunt argumenta, quorum præcipua sunt hæc. Primũ, In mente diuina, & angelica dantur veræ artes, eæ tamen non sunt collectiones multorum habituum; igitur non omnis ars est collectio multarum comprehensionum. Maior patet ex communi omnium voce attribuẽtium Deo, & Angelis scientiam, atque artẽ, quibus res certissimè sciũt, & dirigunt; Minor probatur; nam Deus vnica simplicissima notitia omnia cõprehendit, Angelus verò vno habitu, vel specie complecti videtur totum cuiusque artis obiectum, vt Physiologiæ, & Mathematicæ. Secũdum, Non minus versatur ars circa falsum, quàm opinio; ergo si opinio à proposita definitione excluditur, quia potest tendere in falsum, ars ẽt excludi debet, & si hæc comprehenditur, illa quoque comprehendatur necesse est. Antecedens probatur, quia vt opinio est de ijs, quæ possunt esse, & non esse, ita ars, quod fatetur Aristoteles lib. 6. Ethic. capit. 4. vnde etiam lib. 3. eiusdem operis, ca. 3. ait, artem consultare, liquet autem consultationem esse de ijs quę aliter euenire possunt. 2. Aristot.

Tertium, Artes maleficæ sunt veræ, propriæque artes; non rectè igitur ab artis definitione excluduntur. Assumptum probatur, quia eiusmodi artes sunt habitus intellectuales, continenturque sub diuiso illius diuisionis, qua Aristoteles lib. 6. Ethi. c. 3. distribuit habitum intellectualem, in intellectum, scientiam, sapiẽtiam, prudentiam, & artem; cum igitur non spectent ad alia membra, vtiq. ad scientiam, vel artem pertinebunt. Nam quòd minime putandum sit, idcirco eas artis natura, & ratione carere, quia ad hominum perniciem comparantur, facile suadetur; primum, quia vt contemplatiuæ scientiæ non propterea desinunt esse contemplatiuæ, quia ab homine auaro ad quæstum, & pecuniam dirigũtur, ita nec habitus illi intellectuales perdent artium notionem, quòd ad morum labem, & humanæ vitæ incommoda conferantur, cum eorum cognitio, quantumlibet malarum rerum sit, in se sumpta rectè habeat; vnde & in diuino intellectu haud dubiè inuenitur; nec enim mala scire, sed mala velle facere, turpe est. Deinde vt ex doctrina Aristotelis D. Th. in 1. 2. quæst. 57. art. 3. & 4. admonet, ad artis rationem nihil pertinet bonitas finis moralis, nec ad laudẽ artificis, vt artifex est. spectat qua voluntate opus efficiat, sed qua solertia, & studio artis regulã seruet: magisq. 3. D. Thom.

Digitized by Google

Propria vniuoca diuiduntur in participata, & participantia, & quid vtraque. ibid. & 226
Item in essentialia, & accidentalia. ibidem.
In definitione continentur ex priore diuisione sola participantia. ibid.
Ex posteriore sola essentialia. 226. & sequent.

Voluntas.

Est posterior natura intellectu, quo cum vniuoce conuenit. 564
Non potest entia rationis fabricare. 107. & seq.
An possit intellectum circa principia, & conclusiones cohibere. 715
Quo pacto cum aljs potentijs ad earum actiones concurrat. 720
Ad quos actus intellectum moueat. 875

Vox, Sermo.

Voces non significare conceptus qui docuerint. 413
Vocibus solos conceptus significari alij docuerunt. 414
Vocibus conceptus simul, & res significari vera sententia. ibid.
Priores duæ sententiæ refelluntur. 415
Vox duplici significatione conceptus, & res significat. 416. & sequentibus.
Significatio conceptus quo ad intentionem prior. ibid.
Quo ad executionem posterior. 417
Prolationem vocis ad significandum editæ præcedit rei significatæ conceptus. 418
Simpliciter proferri possunt voces, quin conceptus præcedant. 419
Quid sit voces non esse easdem apud omnes. 426
Voces vt naturales qualitates, & signa apud omnes idem sunt. 428
Vt libere ad res significandas instituuntur, non sunt eædem. ibid.
Voces brutorum quomodo significent. ibid.
Quo sensu brutorum conceptiones à D. Thom. significare dicantur. 429
Sermo qua ratione dictus sit ab Aristotele hominibus naturalis. ibidem.
Vt contingere possit quod aliquandiu mutus loquatur. ibid.
Sermonis Adamo concessi, & in turre Babel immutati autor Deus. ibidem.
Ratio qua via sermonem inuexerit, & in quem finem. 413. & 414. cum sequent.

FINIS.

Digitized by Google

COMMENTARIORVM
COLLEGII
CONIMBRICENSIS
E SOCIETATE IESV,
IN VNIVERSAM DIALECTICAM
ARISTOTELIS STAGIRITÆ,
PARS PRIMA.

Artes à quibus, & quo tempore inuentæ sint.

Græci artes se inuenisse gloriãtur.

ARTES qui primò inuenerim⁹,fuit ã multis sæpe dubitatum.Græci vt sapientiæ nomen, atque famam sibi tanquã propriam vendicabant,ita earum se inuẽtores fuisse gloriabantur. Contra verò

Idem de se prædicant Chaldæi.

Chaldæi multis sæculis antequã Græcia vel discere, vel docere cæpisset, apud se magnarum rerum scientiam extitisse prædicabant. Certe quod olim apud Græcos tantùm sapientia floruerit, & quod non pauci ex ijs,

Multos ex barbaris tãquã primos earũ inuẽtores antiquitas veneratã est.

quos tantas ob singularis doctrinæ nomen tãquam primos scientiarum parentes veneratã est,magna ex parte de barbaris fuerint, satis constat: quãdoquidem,vt alios prætereamus Thales natione Phœnix erat; Mercurius,Ægyptius; Zoroastes,Persa; Atlas,Libyes,seu Phryx; Anacharsis,Scythes; Pherecydes,Syrus:vt plenum sit,quæ olim in alijs, ita & in eo declarasse Epicurum, q̃ dixerit neminem nisi Græcum ineptum esse ad philosophandũ. Et verò multa Græcos ab externis didicisse tellãtur grauissimi auctores,Eusebius lib. 9. & 10. de præparatione Euangelica,Cyrillus lib.1. contra Iulianum,

Clem. Iust. Ioseph.

Clemens 1.Stromatũ,Iustinus Martyr in paræneſi ad gentes, Iosephus duobus libris contra Appionem,& alij. Verum si æqui rerum æstimatores esse voluerimus,neque à Græcis neque à barbaris ingenuas artes primò inuẽtas esse, sed multò antiquiorem, nobilioremq. earum originem fuisse statuemus.Etenim rerum procreator Deus in ipso mundi nascentis exordio primis humani generis parentibus inter alia naturæ gratiæque dona præclaram nõ diuinarum tantum, sed humanarum, naturalium q. rerũ cognitionem attribuit: Nec enim dicebãt tãtæ familiæ principes, & autores animum quasi tabulam nudam vti nos,sed diuini artificis manu adornatam, & intelligibilium rerum imaginibus, luminibusq. scientiarum ad omnem pulchritudinis excellentiam & varietatem perpolitam accipere. A Deo igitur, vt à primo fonte, tum ab Adamo ad eius filios, ac posteros ingenuæ artes promanarunt,tandemq. longa annorum serie,vt ex veterum scriptorum monumentis liquet, ad Hebræos, ad Chaldæos, ad Aegyptios, ad Græcos, ad Italos, aliasq. orbis terræ nationes derivatæ sunt. Hinc Assyriorum, & Persarũ Magi,

Deus artiũ auctor statuitur.

Digitized by Google

Aegyptiorum ſacerdotes, Bactrianorum Sermanaei, Indorũ Bragmanes, & Gymnoſophiſtæ, Gallorũ Druydes, Græcorum ſapientes, Latinorum doctores, alijq. præcipua ſcientię laude cumulati floruerunt.

Neque huic quam dicimus, quaſi hæreditariæ ſcientiarum à primis mundi originibus ad conſequentes ætates trãſmiſſioni obſtat, quòd nõnulli vti primi artium inuentores celebrentur. Nam cum pleræq. earũ, iniuria temporum, vel hominum indiligentia, non ſolum priſtinum ſplendorem amiſiſſent, ſed vel omnino, vel propemodum extinctæ eſſent; fuere aliqui ingenio præſtantes viri, qui eas ab interitu vindicarunt, aut nouis inuentis illuſtriores fecerunt, quibus proinde earum inuentiõ aſcripta fuit, ſic Dialecticæ inuentorem Zenonem Eleatem, naturalis Philoſophiæ Thaletem Milesium, diſciplinæ moralis Socratem, Aſtrologiæ Atlantem, aut quoſdam alios fuiſſe memoriæ proditum eſt. Quod ſi de ijs etiam artibus, quæ in extremo opere faciundo verſantur, loqui velimus. conſtat earum nonnullas quondam prorſus ignotas poſterioribus ſeculis fuiſſe inuentas, vt Chalcographicam, & eam quæ puluerem tormentarium inuexit.

Quoniam autem veteres dum ingenuarum artium, ſtudijs, aſſiduoq. labore abditam, ac latentem inquirebant veritatem, non vnà omnes inſtiterunt via, nec eadem dogmata, eoſdemuè magiſtros ſecuti ſunt, ſed partium contentione diſtracti, in varias ſectas, & quaſi familias abiere: nequaquam fuerit ab inſtituto alienum huiuſmodi ſectas, earumq. principes, & ſucceſſores paucis colligere, & ſub vno quaſi aſpectu collocare, vt quoniam harum rerum in philoſophiæ curriculo frequens fit mentio, iam hinc auditoribus conſpicuę, notęq. ſint.

De ſectis eorum, qui decurſu temporum ingenuas artes, Philoſophiamq. profeſſi ſunt, atque in primis de Italica, & Ionica.

PHiloſophorum ſectæ, vt Ammonius in proœmio ad categorias Ariſtotelis colligit, à varijs rebus appellationem ſortitæ fuerunt. A gymnaſio, vt Academici, & Stoici: ab actione aliqua, veluti à deambulatione, vt Peripatetici: à magiſtro, vt Pythagorici a Pythagora: ab illius patria, vt Cyrenaici à Cyrene patria Ariſtippi: à genere vitæ, vt Cynici, ita nuncupati quòd eſſent in canillis more canum mordaces contra vitia: à fine Philoſophię Hedonici, hoc eſt, voluptarij, vt Epicurei: à modo iudicandi, vt Ephectici, Sceptici, & Pyrrhonij, id eſt inhibitores, quæſitores, atque ambigentes, qui omne de rebus iudicium inhibebãt, nihilque conſtituebant, ſed in quærendo, & conſiderando ſemper verſabãtur, ac de omnibus ambigebant. Hæc de ſectarum nominibus.

Ammon. A quo ſectæ philoſophorũ appellationẽ fuerint ſortitæ.

Deinde ſciendum, duas præcipuè extitiſſe ſectas veterum Philoſophorum, à quibus ceteræ propagatæ ſunt, vt Diuus Auguſtinus. 8. de Ciuitat. Dei, cap. 2. Plutarchus lib. 1. de placitis, cap. 3. alijque auctores referunt. Italicæ caput fuit Pythagoras, qui incredibili ad ſcientiam ſtudio incitatus, poſtquam Pherecydi Syro inter ſapientes ſui temporis magni nominis, et auctoritatis Philoſopho operam dedit, diſcendi cauſa longiſſima terrarum ſpatia peragrauit, donec cunctis ferè barbaris, Græciſq. myſterijs initiatus deuenit in eam partem Italiæ, quę magna Græcia dicta eſt, delectaq. ſede apud Crotoniatas magno auditorum concurſu, & nobilitate Philoſophiam docuit, ſuamq. familiam à ſe Pythagoricã, a regione Italicam appellauit. De illius ætate mira eſt inter ſcriptores diſſenſio. Ex ijs tamen, quæ maiori cum probabilitate ſcripta ab eis ſunt colligi poſſe videtur, floruiſſe illum eo tempore, quod inter ſex. ge-

D. Auguſt. Plut. A duabus præcipue ſectis ceteræ promanarunt. Italicæ caput fuit Pythagor.

De illius ætate non conuenit.

Digitized by Google

& ſeptuageſimam Olympiadem interiectum fuit. Qua de re Clemens Alexandrinus 1. lib. Stromat. D. Auguſtinus 18. de ciuitate Dei, cap. 27. Liuius 1. lib. decad. 1. Dionyſius Halicarnaſſeus lib. 2. Sectatores Pythagoræ numerantur. Thelauges eius filius, Empedocles, Epicharmus, Archytas Tarentinus, Alcmæo Crotoniates, Hippaſus Metapontinus, & Philolaus. Quod verò ad ſectæ derivationem attinet, ea ſic habuit: Pythagoræ ſucceſſit Thelauges filius, huic Xenophanes, cui Parmenides, Parmenidi Zeno Eleates, Zenoni Leucippus, & Democritus, Democrito alij complures, inter quos Nauſiphanes, & Naucides, quibus deinde Epicurus. Aduerte autem quoſdã Eleaticam ſectam ſub Thelauge Pythagoræ filio diſtinguere ab Ionica, vt tertiam; quoſdam eam ſubijcere Italicæ. De grege Epicuræorum nihil in præſenti dicemus, quod ij non tam Philoſophi, quàm φιλοσοφιστοῖ, ſiue vt D. Hieronymus ait, Philoſophorum pecudes fuerint: ſiquidem in vna corporis voluptate ſummum hominis bonum conſtituerunt, Dei prouidentiam, atque animorum immortalitatem negarunt, atque ideò indigni ſunt, qui inter Philoſophos numerentur.

Clem. Al. D. Aug. Liu. Dio. Hali. Sectatores Pythagoræ numerãtur.

Epicurei non tam philoſophi quàm philoſophorũ pecudes. D. Hier.

Ionicæ familiæ auctor fuit Thales vt Leander, & Herodotus referunt, patria Phœnix, vt alij verius exiſtimarunt, Mileſius à Mileto Ioniæ vrbe nobiliſſima. Hic (vt ex Tatiano refert Euſebius de Præparat. Euãgel. cap. 3.) ſeptem ſapientum primus fuit; &, vt cecidit Ariſtoteles 1. Metaphyſic. cap. 3. Philoſophiam naturalem primus inuenit. Floruit circa Olympiadem quinquageſimam, vt affirmat Clemens Alexandrinus libro primo Stromatum. Ei verò ordine ſucceſſerunt Anaximander, Anaximenes, & Anaxagoras Clazomenius. Qui ex Ionia ſcholam Athenas traduxit, habuitq. ſucceſſorem Archelaum Socratis præceptorem, Socratis, quem oracula Pythiæ ſapientiſſimum iudicarunt. Nobiles in primis auditores fuerunt Ariſtippus auctor ſectæ Cyrenaicæ, Antiſthenes Cynicæ, Plato Academicæ.

Ionicæ familiæ auctor fuit Thales.
Leand.
Herod.
Primus ſeptem ſapientium.
De illius ætate.
Euſeb.
Ariſt.
Clem. Al.
Qui ei ſucceſſerunt.

De Academicorum, & Stoicorum Sede.

A Ætate Platonis, quæ inter Olympiadem octogeſimam octauã, & centeſimam octauam fuit, multi in omni ſcientiæ genere præſtantes viri extiterũt. In hiſtoria Xenophõ: in Aſtrologia Eudoxus: in Rhetoricæ arte Iſocrates. in Pythagorica philoſophia Architas Tarentinus: in Cynica Diogenes. Ipſe verò Plato inter ceteros quaſi clariſſimum lumen omnium ſcientiarum ſplendore longè lateq. micuit. Certè orationis copia, & ſuauitate tanta fuit, vt teſte Cicerone de claris oratoribus, dictum à quibuſdam fuerit, Iouem, ſi Græcè loqueretur, non alio quam Platonico ſermone vſurum: quod ei prænunciaſſe apes vifæ ſunt, cum in eius infantis ore conſederunt. Præterea tam multa, tãq. recondita de diuinis rebus ſcripſit, vt facile appareat, quod quidam auctores prodiderunt, illum ſacra volumina adhibito interprete euoluiſſe, & ex ijs fontibus hortulos ſuos irrigaſſe. Refert enim Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum. & Euſebius lib. 9. cap. 3. de præparatione Euangelica Ariſtobulum Iudæum cognomento Peripateticum commentarijs in libros Moſis, quos à ſe editos ad Regem Aegypti Ptolemæum Philometora miſit, affirmaſſe, ſcripta Moſis ante Alexandrum & Perſarum imperium in Græcam linguam fuiſſe traducta, eaq. a Pythagora, & Platone eſſe ſecta. Plato igitur in Academia, quod nemorolum ſuburbanum fuit ab Athenis mille paſſus diſtans, Philoſophiam docuit; vnde eius auditores a loco Academici dicti ſunt. Succeſſores habuit Xenocratem, Palæmonem, Crantorem, Cratetem. His placuit diſſimulare ſcientiam, nulliq. rei inter diſputandum pugnaciter adhærere. Secutus deinde eſt Arceſilas Pitaneus Cratetis diſcipulus, mediæ, ſeu nouæ Academiæ inuentor, quem iu-

Quo tempore Plato floruerit.

Qui eius æquales.

Eius laudes.

Cicer.

Sacram paginã euoluit.

Clem. Al. Euſeb.

Eius ſucceſſores.

Arceſilas cur ignorãtiæ magiſt.

Lactant. re optimo Lactantius lib. 3. cap. 4. ignorantię magistrum appellauit, primus enim palam in Academia negauit esse quicquam, quod sciri posset; post Arcesilam nonnullis interpositis floruit Carneades Cyrenęus, qui alterius Academię, nempe tertię caput à nonnullis fuisse perhibetur, quòd partim cum Arcesila, partim cum Speusippo senserit.

Stoici vnde nomen sortiti.

Stoici etiam a loco nomen habuere, ἀπὸ τῆς στοᾶς id est, à porticu. Fuit enim Athenis porticus cõspicua varietate, à Polignato depicta, quo ij conuenire ad disputandum consueuerant Sectę huius auctor Zeno, à Cittico Cypri oppido Citticus appellatus; annis octo & quinquaginta scholę prefuit, tanta apud Athenienses auctoritate, vt illum aurea corona, & ærea statua ornarint. Extitit autem inter Academicos, & Stoicos graue, perpetuumq. dissidium. Illi enim adeò errant in disputando versatiles, vt in sola leuitate, & inconstantia persisterent. Hi contra multa paradoxa mordicus tenuerũt, multa magis inopinata, quam Poetę asseuerarunt, nullaq. in re mediocritatem tenentes, omnia ad necessitatẽ seueritatẽq. reduxerunt. Post Zenonem, inter alios, insignes fuere Stoici Cleãthes, quem maiorum gentiũ Stoicum Cicero appellat, Diogenes Babylonicus, Chrysippus Appollonij filius. Dialecticę laude insignis, & infinitorum librorum scriptor, qui Stoicorum porticum humeris suis fulcire, ac sustentare dictus est, item Panętius, quẽ Cicero in libris officiorum se imitari profitetur. Deinde iam Nerone imperante, Seneca Philosophus, eius pręceptor, & Epictetus ex Hierapoli Phrygię vrbe oriundus, cuius tantę apud omnes vitę admiratio extitit, vt Lucianus Syrus Epicteti lucernam fictilem tribus drachmarum millibus ob eius auctoritatem venisse tradat.

Inter Academicos, & Stoicos graue dissidium.

Cleãthes maiorum gentium Stoicus. Cicer.

De Peripateticorum secta, & ingenio, doctrinaq. Aristotelis.

Peripateticorum caput, & princeps fuit Aristoteles, Nicomachi filius, ex Stagira Macedonię oppido, vnde Stagirites est appellatus. Natus fuit anno circiter trecentesimo octogesimo primo ante partum Virginis. Agens verò annum ętatis suę decimum septimum, cum prius triennio Socratem audiuisset, in Platonis disciplinam se dedit, & in eius Gymnasio circiter viginti annos versatus est. Deinde ex legatione, cum qua ad Philippum regem ab Atheniensibus missus fuerat, reuersus; cũ se absente Academicę scholę prętectum fuisse Xenocratem videret, Lyceum elegit, in quo Philosophiam doceret. Quia verò discipulorum turba circumfusus in ambulando disputabat, Peripateticus ipse, eiusq. sectatores Peripatetici dicti sunt.

Peripatetici caput Arist. Quo tempore floruerit.

Ambulando disputabat.

De Aristotelis admirabili ingenio, & in rebus vel inueniendis, vel iudicandis, vel disponendis acumine, de singulari studio sapientię, de absoluta in omni doctrinę genere perfectione multa sunt apud scriptores encomia. Illum Plato nunc Anagnoſtem vocabat, quod in veterum Philosophorum lectionem indefesso studio incumberet: nunc veritatis Philosophũ: nunc Academię mentẽ. Ingressus enim aliquando gymnasium, cum non adesset Aristoteles, dixisse fertur, ἄπεστι τῆς ἀληθείας φιλόσοφος. id est, abest veritatis Philosophus. Deinde cum iterum abesse, dixit. οὐκ ἦλθε νῦς, id est nõ venit mẽs. De eodem Quintilianus. Quid, inquit, Aristotelem? quem dubito scientia rerum, an scriptorum copia, an eloquendi suauitate, an inuentionũ acumine, an varietate operum clariorem putem? Plinius verò nunc eum summum in omni scientia virum, nunc virum immensę subtilitatis appellat. Iam Auerroes eum ait velut exemplar quoddam propositum, in quo quantum mens mortalium capere queat, quantumq. humano ingenio progredi fas sit intelligere, & admi-

Encomia Arist.

Digitized by Google

admirari homines possint. Pausanias lib. 6. statuam illi dedicatam fuisse scribit, quam & ipse præceptori suo Platoni erigendam curauerat.

Illi statua erigitur.

Successere Aristoteli nobiles Peripatetici, præter alios Theophrastus, Strato Lampsacenus cognomento Physicus, Demetrius Phalereus, Hieronymus, Cratippus, Boetus, atque alij varijs temporibus. Habuit quoque idem egregios interpretes Alexandrum Aphrodisæum, Porphyriũ, Themistium, Simplicium, Psellum, Ammonium, Plutarchum, & Philoponum. Ex his, vt cæteros prætereamus, Alexãder, qui synchronos fuit Iustini martyris, & Galeni medici, omnes pene Aristotelis libros expo fuit tanta auctoritate, vt nemo Aristoteleus haberetur, qui nõ esset Alexandræus. Latini etiam commentarijs Aristotelis opera egregiè illustrarunt, Seuerinus Boetius, quem sancti Benedicti ætate vixisse, & cum eo amicitiam habuisse constat; Deinde Auerroes, qui ob diligentem explanationem Commentatoris nomen habuit, postea Mag. Albertus, subinde scholasticæ Theologiæ princeps D. Thomas.

Illius successores, Interpretes Græci.

Etiam Latini.

Illud verò Aristotelem maximè commendat, eiq. gloriam conciliat immortalem, quòd aliorum Philosophorum sectis pene iam extinctis, ac sepultis, Peripatetica familia in dies augeatur, & efflorescat, eiusq. doctrinam non solum ij, quibus nondum cœlestis disciplinæ lumen affulserat summo olim studio amplexi fuerint. sed etiam multis iam ab hinc seculis, & Philosophi & Theologi doctores diuinæ fidei splendore illustrati, in maximis & grauissimis quæstionibus explicandis, neque tantum in Physicis & dialecticis, sed etiam in moralibus, & diuinis frequenter versarpent.

Quæri autem solet, cur tantus philosophus, cui nec ingenij vis, nec orationis copia, ad res, quas animo cõprehenderat, dilucidè explicandas, deerat: cur, inquam, sæpe adeo obscurus sit, vt vix intelligi queat: præsertim in ijs libris, quos Acroamaticos vocãt, qui grauioris doctrinæ, & operæ limatoris sunt? Sciendum igitur ante Aristotelem duas fuisse obscurandæ Philosophiæ rationes: vnam eorum, qui poeticè, alteram eorum, qui Hieroglyphicè philosophati sunt; quorum illi fabulis, hi ænigmatis, & figuris ingenuarum artũ dogmata, & naturæ arcana obtexerunt. Quod (vt Philo Iudæus in libro, qui inscribitur, quod omnis probus sit liber; & Laertius in Pythagora annotarunt) eo consilio ab illis fiebat, ne mysteria philosophiæ vulgo, & imperitæ multitudini in contemptum venirent; tum præterea vt tarda ingenia, & ad philosophandũ inepta ab eorum studio, ad res alias consectandas remouerent. Horum institutum cum Aristoteli nõ displicuisset, aliam tamen celandi viam ingressus est. Itaque Hippocraticam breuitatẽ secutus Acroamatica pressо, & conciso stylo, & ob eam causam obscuro conscripsit. Nonnunquam etiam quanto sunt difficiliores controuersiæ, tanto obscurius disputat, quia cum non satis compertum haberet, pro qua parte veritas staret, vt erat solerti & prouido ingenio, sententiam suam verborum perplexitate, data opera inuoluebat. Ad has causas obscuritatis, aliæ quoque accesserunt. Namque Aristotele vita functo eius libri diu terra infossi iacuerunt: vnde putredine multis in locis corrosi cum educti essent, ea loca arbitratu suo quidam Appellicon Teius perperam suppleuit, atque emendauit. Qua de re Strabo tertio decimo libro suæ Geographiæ ita scripsit. Aristoteles, & bibliothecam. & scholã reliquit Theophrasto, primusq. omnium, quos scimus, libros cõgregauit, & Aegypti reges bibliothecæ ordinem docuit. Theophrastus verò eam tradidit Neleo, Neleus eã Scepsim detulit, ac posterius dedit, hominib. lanè imperitis, qui libros inclusos, ac negligenter positos tenebãt. Cumq. Attalicorum regum, sub quibus erant, studium sentirent conquirendorum librorum ad instruendam eam bibliothecam, quæ Perga-

Philo in l. quod omnis, &c. & Laertius in Pythag.

Strabo 13. lib. Geog.

mi erat,eos in fossa quadam sub terra occuluerunt,quos & tineis, & humilitate labefactos, tandem, qui ex eo genere erant Appelliconi Teio tradiderunt, magno empros argento, Apellicon, vt qui magis librorũ esset,quem sapientiæ studiosus, volens corrosiones emendare, eos transcribendos dedit, scriptura non rectè suppleta. Quapropter libros edidit erroribus plenos. Hæc Strabo. Auxere etiam Aristotelis obscuritatem latinæ versiones. Quidam enim dum nimis scrupulosè verbum ex verbo reddunt, & græcam phrasim æmulantur,eas tenebras Aristoteli offundunt,vt neq; græcè, neque latinè loqui videatur, & interdum vix percipi queat. Alij autem, nimia in conuertendo libertate vsi, dum paraphrastem potius, quam interpretem agunt,& verborum lenocinia, ac dicendi ornatum sequuntur, extra chorum vagantur, & ab Aristotelis sententia procul abeunt, vt propterea, qui horum adhærent versionibus; in Aristotele à repugnantia vendicando multum operæ insumant.

QVAESTIO I.

VTRVM ARS PROBE DEFINIATVR à Philosophis?

ARTICVLVS I.

VNDE HOMINI ARS orta sit.

NOn defuere,qui naturã grauiter incusarint, quod cum ceteris animantibus indumenta,& arma sponte sua contulerit,hominem nudum,& inermem procreasit, sed eam calumniam sapientes viri diluerunt vel eo argumento,quod illum quasi defectum natura aliunde compensarit, dum homini rationem,manumq. tribuit, illam ad excogitandum hanc quasi commune instrumentum ad conficiendum opus: id quod auctor librorum de secretiori sapientia secundum Aegyptios lib.12.cap. 2. Aristoteles lib. 4. de partibus anim. cap. 10. Plato in Protagora. Lactantius in lib.de Opificio Dei,cap.2. Galenus initio libri primi de vsu partium: Anaxagoras apud Plutarchum in libello de fortuna,Seneca lib.2.de officijs,cap.29. alijq. auctores annotarunt. Auctor li. de secretiori sap. Aristot. Plato. Lactant. Galenus. Anaxag. apud Plutar. Seneca.

At nõ ob id tantum natura homini rationem, & intelligentiam dedit, vt illa ad tuendam vitam subsidia compararet; sed multò magis vt animum diutino satu editum præstantiorum rerum notitia excoleret,atq; ita ad Deum, cuius adumbratam gerebat effigiem, propius accederet, verùm quia mentis nostræ cognitio absque habitibus artium, & scientiarum minus ordinata, minùs prompta, minusq. iucunda futura erat, maximè fuit consentaneum hominis nobilitati,vt id sibi præsidiũ asciscceret, sine quo etiam vitam, neque pro dignitate, neque commodè agere posset,iuxta illud Aristotelis lib.1.Metaphysic.cap.1. genus hominum arte viuit,& ratione. Ergo intelligendi vis,habitus artium,scientiarumq. sibi cõparauit proprijs actibus,præeunte sensuum ministerio, obseruatione,& experientia. Quam acuebat partim necessitudo, & duris vrgens in rebus egestas (hæc enim artium nonnullas inuenire fecit) partim ingenita nostris animis sciendi cupiditas.simulq.admiratio,vt docet Plato in Thææteto explicans poetarum fabulam, de Thaumante, & Iride,qua significare voluerũt ex Thaumante, id est,admiratione natam Irim,id est cognitionem rerum. Aristt. Plato in Thææt. Experientia artes peperit.

Peculiariter autem dicitur experientia artes, & scientias peperisse, vt testatur Aristoteles loco citato, vbi affert illud Poli apud Platonem in dialogo, qui inscribitur Gorgias, experientia artem genuit, inexperientia fortunam. Vtique experimento compertum est, v.g. Rheubarbarũ purgasse choleram Socrati, Platoni, Alcibiadi, Calliæ,& alijs. Ex hac obseruatione is, à quo id notatum est, acquisiuit vniuersalem quandam rationem,

Digitized by Google

tionem,ac iudicium de Rheubarbaro, quod purget choleram: tum inde ad formandam artem ita progressus est:ijs,qui cholera abundant,adhibendum est remedium ad eã purgandam, sed Rheubarbarum purgat choleram,igitur adhibendum est ijs qui cholera abundant. In hoc discursu habitus,qui in mente relictus est ex assensu illius pronunciati. Rheubarbarum adhibendum est ijs, qui abundant cholera, dicitur ars; qui habitus genitus fuit ex antecedente experientia, quod Rheubarbarum choleram purgaret. Idemque similiter accidit in ceteris artibus cõparandis, & in scientijs suo modo. Vnde liquet artium, & scientiarum habitus experientia gigni. Hos autem acquisitos,noua aliorum accessione paulatim augere consueuit similium rerum ad idem genus, seu materiam pertinentium animaduersio in singulis disciplinis. Atq. ita per incrementa profecere artes, nec quisquam idem artem aliquam incepit,& absoluit. Quoniam autem

Ratio, ars ante oẽs artes.

ijsmodi acquisitionem, & profectum artium,ac scientiarum,opus ac vis rationis antecessit,recte Galenus primo de vsu partiũ eos laudat, qui vt Aristoteles manum quasi organũ quoddam esse ante organa,dixit: ita

Galen.

ipsi rationem veluti quandam artẽ esse ante omnes artes,asseruerunt.

Quantum verò momenti ad rectè iudicandum,agendumque ars attulerit,vel ex eo constat, quòd vbi ars non est,ibi casus, & temeritas sæpe dominatur. Quò pertinet illud Poli,

Polus.

Vbi ars nõ est, ibi casus est.

cuius ante meminimus, inexperientia fortunam peperit,nimirum quia ij, qui aliquid inexperti faciunt, ac proinde sine arte, licet consultò id aggrediantur,temerè facere videtur, sæpeque errant: Contra verò qui ex artis præscripto & regula operãtur, constanter ac sine erroris periculo agunt. Vnde veteres,vt fortunam in saxo volubili,ita Mercurium, quem colebant vt artium parentem,in basi quadrata, quæ stabilitatis nota est, pingebant,qua de re extat apud Alciatum emblema.

Vt Sphæra fortuna, cubo sic insidet Hermes.
Artibus hic varijs,casibus illa præest.

Plutarchus etiã in libello de fortuna luculentè ostendit;quemadmodum ea,quæ non ex arte,sed fortuitò peraguntur,rarò probè fiant, aitque vnicum celebrari monumentũ fortuiti casus, sine artificio apti, & decentis videlicet, id quod pictori contingit (hũc Nealcem fuisse perhibent) qui cum spumam ex ore anhelantis equi sensim labentem conaretur exprimere, ac sæpius penicillũ mutasset,nec sibi placeret, iratus arti spongiam tabulę impegit,& ea colores mirificè, vt cura optabat, reposuit,atque ita quod ars non potuit,absoluit casus, & fortuna. **Plut.**

Illud quoque artis præstantiam magnoperè commendat, quòd ordinis, & compositionis magistra sit. Nam eius industria & præceptis, quæ antea vel confusa, vel dissipata erant,in ordinem redacta sunt,& in vnum coaluere. Ac quemadmodũ homines olim ferarum more dispersos dicitur eloquentia ad ciuilẽ cultum reuocasse: sic ars,quæ antea vaga,& incomposita fuerant, in vnam disciplinarum quasi Rempublicam coegit. **Ars magistra est ordinis,&cõpositionis.**

ARTICVLVS II.

DEFINITIO ARTIS EXPENditur, & approbatur.

ARS ad hunc modum solet definiri. Ars est collectio multarum de vna re comprehensionum ad finem aliquem vtilem vitæ. Hanc definitionem vti ex antiquioribus acceptam celebrat Herodotus apud Galenum c.5. Introductionis, locupletat verò ipse Galenus initio primi libri medicarum finitionum. Cicero ex disciplina Stoicorum profectam refert lib.4. Academicarũ quæstion. eãdem magno consensu Peripatetici complectuntur, eius explicandæ gratia aduertendum est ex Aristotele nomen artis trifariam vsurpari. Primò latissimè pro omni ha- **Artis definitio.** **Herod.** **Galenus.** **Cicer.** **Arist.**

Digitized by Google

bitu intellectus, qui verum attingit tam practico, quã ſpeculatiuo. Hac ſignificatione vtitur Ariſt. 1. Poſt. c. 1. & 1. Metaph. ca. 1. item 1. Rhetoricorum ad Theod. vbi ſcientias Mathematicas vocat artes, quas lib. 13. Metaph. cap. vltimo ſcientias appellauerat. Secundo ſumitur minus latè pro ſolis habitibus, ſcientijsve practicis, quam ſignificationem vſurpat Ariſt. 1. Eth. ca. 1. & D. Tho. 12. q. 57. art. 3 ad 3. Tertiò deniq. ſtrictiſſimè pro ſola arte effectiua, quæ ſcilicet agendo tranſit in externam materiam, & finitur ab eodem Ariſt. 6. Eth. ca. 3. recta ratio factibilium, id eſt, eorum quæ per externam factionem perficiuntur. Et licet Ariſt. nuſquam artem definierit, niſi in extrema ſignificatione: dubitatio tamen eſt, in quanam ex propoſitis acceptionibus hoc loco definiatur.

Nomen artis triplicitèr vſurpatur. Ariſtot. D. Thom.

Ac non definiri in primo ſignificatu per ſe patet, cum in tota definitione pars nulla ſit, quæ ſcientias ſaltem practicas excludat. Sunt enim collectiones multorum habituũ circa vnum obiectum ad hominum vitam maximè conducentium, vt patet in ſcientia gubernandi Rempub. propriam domum, vel perſonam; de alijs verò duobus ſignificatis Galenus loco proximè citato manifeſtè indicat propoſita definitione explicari artem, vt omnem, & ſolam notitiam practicam comprehendit, probat enim Medicinam non eſſe ſciẽtiam, vtique ſpeculatiuam, vt Philoſophi rationales contendebant ex eo, quod in illam quadrat propoſita definitio, quod idcirco dixiſſe videtur, quia vltima verba, ſcilicet ad finem vtilem vitæ, non facile accommodãtur ſcientijs ſpeculatiuis, quippe quæ ad nullum vitæ vſum, ſed vnius contemplationis gratia comparatæ ſunt, vnde Ariſtoteles 1. Metaph. c. 2. faretur Metaphyſicam nullius vtilitatis cauſa à nobis inquiri, & ca. præcedente dixerat artium inuentores aliquid vtile generi humano attuliſſe, quare tantum abeſt, vt ſcientiæ ſpeculatiuæ definitionem ingredi debeat, inſtitutum eſſe ad finem vtilem vitæ, vt hoc maxime diſcrimine hæc ſcientia à practicis diſtinguatur, ac proinde ars quatenus propoſita definitione explicatur, ſolas practicas notitias, & habitus cõprehendit.

Ariſt.

Quamuis hoc admodum probabile ſit, non eſt tamen deſerendus cõmunis ſenſus præſertim recentiorũ aſſerentium propoſitam definitionẽ cadere in Artem, quatenus omnem ſcientiam practicam, & ſpeculatiuã coercet, iuxta quam ſententiam ita exponenda ſunt vltima definitionis verba, vt nomine, vtilis, non intelligatur vtile preſsè ſumptum, ſed bonum commune ad vtile, delectabile, & honeſtum, quo ſenſu verũ eſt omnem ſcientiam, vel artem aliquẽ bonum finem procurare: quamuis nõ incongrue vocari poſſit bonum vtile, in propria & ſpecifica ſignificatione, quod à ſcientijs ſpeculatiuis apportatur, mentem ſcilicet perficere, & ab errore; atque ignorantia vendicare; quo reſpexiſſe videtur Ariſtoteles 3. polit. cap. 8. & 1. Ethic. cap. 1. cum ait omnem artem, & doctrinam bonum reſpicere, qua loquendi forma vtitur D. Thomas 1. p. q. 57. art. 3. & 4. alijq. Theologi, quare in eo ſenſu definitio enucleanda eſt.

Cõprehendit omnes artes.

Ariſt.

D. Thom.

Dicitur ergo ars collectio multarum comprehenſionum, vel habituũ intellectualium, qui verſantur circa verum, quibus verbis remouentur à definitione ſinguli habitus per ſe ſumpti, quandoquidem non ſunt habituum collectio. Reijcitur etiam collectio eorum habituum, qui vel nõ ſunt in intellectu, ſed in alijs potentijs, vt in voluntate, & ſenſu, vel qui in intellectu quidem exiſtunt, veruntamen non attingunt, vt errores, & falſę opiniones, quæ comprehenſiones dici non poſſunt; Additur, de re vna, hoc eſt, circa vnam materiã obiectam, quia vt multi habitus, & propoſitiones vnam numero artem efficiant, aliquam vnionem habere debent, alioquin non magis dicetur vna numero ars omnes habitus Metaphyſici, aut Phyſiologici, quàm quicunq. alij temere coniuncti, hæc autem

Vnde artis vnitas desumatur.

autem vnio non sumitur ex subiecto inhæsionis, scilicet ex intellectu, aliàs omnes habitus quorumcunque obiectorum efficiunt vnam numero artem, cum existant in eodem intellectu, sed ex re obiecta, penes quam vt consideratur habituum essentia, & natura, ita eorum vnitas, & diuisio, qua definitionis parte excluduntur multi habitus temere coniuncti, & in diuersa obiecta tendentes; vnitas verò rei obiectæ non debet esse singularis, sed communis, ars enim, & scientia (si eam excipias, quæ est de Deo) naturam communem considerat, quo distinguuntur à prudentia, & experientia, quæ versantur in singularibus, tametsi alia distinctionis ratio tradatur à D. Thoma 1. 2. q. 57. art. 4. & Alberto Magno lib. 6. Eth. tract. 2. cap. 12. quod nimirum prudentia consideret obiectum prout ad bene, beateq. viuendum conducit, requiratque appetitum bene affectum, ars verò bonum tantum artificij, hoc est naturalem operis perfectionem spectet. Vltima pars, ad finem vitæ vtilem, ex dictis manet explicata, per eã verò remouent Dialectici à cætu artium illas, quæ in hominum perniciem inuentæ sunt, vt Magiam, quæ Dæmonum commercijs inauspicata homines à statu mẽtis deturbat.

Quod sit discrimen inter artẽ, & prudentiam. D. Thom. Albert.

ARTICVLVS III.

OBIECTA ADVERSVS definitionem artis, eorumq. diuisio.

Primum.

CONtra superiorem definitionẽ multa occurrunt argumenta, quorum præcipua sunt hæc. Primũ, In mente diuina, & angelica dantur veræ artes, eæ tamen non sunt collectiones multorum habituum; igitur non omnis ars est collectio multarum comprehensionum. Maior patet ex communi omnium voce attribuẽtium Deo, & Angelis scientiam, atque artẽ, quibus res certissimè sciũt, & dirigunt; Minor probatur; nam Deus vnica simplicissima notitia omnia cõprehendit, Angelus verò vno habitu, vel specie complecti videtur totum cuiusque artis obiectum, vt Physiologiæ, & Mathematicæ. Secũdum. Non minus versatur ars circa falsum, quàm opinio; ergo si opinio à proposita definitione excluditur, quia potest tendere in falsum, ars ẽt excludi debet, & si hæc comprehenditur, illa quoque comprehendatur necesse est. Antecedens probatur, quia vt opinio est de ijs, quæ possunt esse, & non esse, ita ars, quod fatetur Aristoteles lib. 6. Ethic. capit. 4. vnde etiam lib. 3. eiusdem operis, ca. 3. ait, artem consultare, liquet autem consultationem esse de ijs quę aliter euenire possunt. 2.

Aristot.

Tertium, Artes maleficæ sunt veræ, propriæque artes; non rectè igitur ab artis definitione excluduntur. Assumptum probatur, quia eiusmodi artes sunt habitus intellectuales, continenturque sub diuiso illius diuisionis, qua Aristoteles lib. 6. Ethi. c. 3. distribuit habitum intellectualem, in intellectum, scientiam, sapiẽtiam, prudentiam, & artem; cum igitur non spectent ad alia membra, vtiq. ad scientiam, vel artem pertinebunt. Nam quòd minime putandum sit, idcirco eas artis natura, & ratione carere, quia ad hominum perniciem comparantur, facile suadetur; primum, quia vt contemplatiuæ sciẽtiæ non propterea desinunt esse contemplatiuæ, quia ab homine auaro ad quæstum, & pecuniam dirigũtur, ita nec habitus illi intellectuales perdent artium notionem, quòd ad morum labem, & humanæ vitæ incommoda conferantur, cum eorum cognitio, quantumlibet malarum rerum sit, in se sumpta rectè habeat; vnde & in diuino intellectu haud dubiè inuenitur; nec enim mala scire, sed mala velle facere, turpe est. Deinde vt ex doctrina Aristotelis D. Th. in 1. 2. quæst. 57. art. 3. & 4. admonet, ad artis rationem nihil pertinet bonitas finis moralis, nec ad laudẽ artificis, vt artifex est, spectat qua voluntate opus efficiat, sed qua solertia & studio artis regulã seruet: magisq. 3.

D. Thom.

Magis cõmendatur artifex, q volés peccat, quàm qui nolès. Solutio argum.

gisq. commẽdatur artifex, quatenus præcisè habet nomen artificis, qui volens peccat, quàm qui peccat nolens; igitur quantumuis artes maleficæ turpi, & vitioso fine exerceri soleant, ipsa tamen rerum, in quibus versantur, cognitio, modo cetera nõ desint, artis naturam seruare poterit.

Ad 1.

Hæc tamen, & similia argumenta haud magno opere diluuntur. Ad primum concedendum est in intellectu diuino, & angelico dari artem maximè perfectam; eam tamen à Philosophis in proposita definitione non comprehendi, quia illam tantũ explicare voluerunt, quam nouerant, creatam scilicet, & humanam. Non defuerit, qui comprehensiones in definitione accipiat non formaliter, sed obiectiuè, nimirum pro rebus, quæ sub cognitionem cadunt, quæ acceptio non videtur magis aliena à communi sensu, quàm illa, qua dicimus conclusiones sciri, id est, conclusionum obiecta: præsertim cum Stoici, quorum est hæc definitio, pro collectione vsurpent consensionẽ, nam Græce habetur σύσνγαρ. id est, consensio, quasi dicant artem esse cõprehensionem multarum veritatum eodem spectantium, quæ explicatio eo minus displicet, quia non adeò expresè repugnat sententiæ D. Thomæ, & Thomistarum asserentiũ vnãquamq. artem, vel scientiam esse vnicum habitum; verisimile namque est hos auctores noluisse communi Philosophorum sensui tam apertè contradicere: iuxta hanc interpretationem non est dubium quin Dei, & Angelorum scientia, atque ars in tradita definitione cõprehendatur, nec primum argumentum aliud concludit.

Explicatur.

D. Thom.

Ad 2.

Ad secundum negabis antecedẽs, ad eius probationem respondendũ est, ex ijs, quæ docet D. Thom. 1. 2. quæst. 57. art. 5. post Platonem in primo de Rep. & Aristotelem. 6. Ethic. cap. 4. licet ars versetur circa ea, quæ possunt esse, & non esse, non proinde tamen in falsitatem, aut errorem incurrere, quia non sic in ea tendit, vt ipsius veritas ab eis dependeat; sed è contrario ita, vt illorum veritas ab ea petatur, mensureturque: siquidem quæ arte fiunt, tunc rectè habent, cum suæ artis regulis adęquantur. Ita non fertur ars nisi in verum; quandoquidem non tendit in suum obiectum, nisi prout illud cũ ipsius præceptis congruit, quo pacto a vero, & recto minimè deflectit. Multò secus res habet in opinione; nã huius veritas pendet ab obiecto in se sumpto, non prout alicui certæ regulæ conformatur: quo fit, vt quemadmodum illud, & esse, & non esse potest, ita opinio falsitatẽ subire queat; num veritas dictaminum artis aliqua ratione ex obiecto petenda sit; graue dubium est, cuius explicatio huic loco non congruit; Illud tantùm diluendum superest, quod ex Aristotele obiecimus, nimirum artem deliberare; dicimus porrò id non esse intelligendum de omnibus artibus, sed de quibusdam, vt ibidem aduertit Aristoteles, id est, de ijs, quę à circumstantijs, & rerum euentu dependent, vt de Medicina, & Nauigatoria, & in his non est periculũ erroris, si omnia omnino artium præcepta obseruentur, sed cum aliqua circumstantia ignoratur, vnde idẽ Philosophus 2. Physic. cap. 8. tex. 86. docet artem non consultare.

Ad 3. Artes maleficę sunt verę artes.

Ad tertium concedendum est artes maleficas, re vera artes esse, vt rationes in argumento adductæ concludunt: licet hominum malo a Dæmone paratæ sint, idenim non efficit, quo minus verũ assensum, & cognitionem demõstratam contineãt, Quod non intelligitur de ea Necromantia, quæ in solo fœdere Dæmonum ad certa verba, & signa accurrẽtium posita est, quoniam hæc per vera principia, & illationes minimè procedit, vt nec iudiciaria, auctore Diuo Thoma, secunda secũdæ quæst. 95. art. 1. quatenus ex quibusdã principijs absolutè infert tanquam necessarium, quod ex humano arbitrio dependet, nec enim ex ex parte vera cũ ratione progreditur: siquidem cœlestia corpora libero hominis arbitrio necessitatem afferre non possunt: ce-

testium

terum quā ex parte obſeruatione aſtrorum ſolam propenſionem naturalem huius, vel illius hominis ad rem aliquam veluti ad pacē, aut bellum colligit, non inficior eſſe artē; habēt enim cœleſtes orbes vim quā dam in corpora humana, quemadmodum in cetera inferiora, poſſuntque illa variè diſponere, & diuerſas inderecomplexiones, ex quibus naturæ neceſſitate proueniunt illæ propenſiones, quæ omnia longa experientia ad artem redacta eſſe non repugnat. Vide Diuum Thomam, & interpretes prima ſecundæ quæſt. 9. artic. 5.

Quamuis hæc ita habeant & maleficæ artes ſaltem aliquæ veram, & eſſentialem artis rationem participent: duas tamen ob cauſas à reliquarum definitione excluſæ ſunt. Prima eſt, quia Stoici omnes artes in virtutibus numerabant, virtutum autem proprium eſt aliquod bonum naturæ conſentaneum afferre, vt colligitur ex D. Thoma prima ſecundæ quæſt. 71. cuius proprietatis exprimendę cauſa, vltima definitionis verba addiderunt. Secunda eſt, quia Philoſophi noluerunt definire, & in ſcholis celebrare, niſi eas artes, quæ vel à Deo hominibus inditæ ſunt, vel ab ipſis cōmeditatæ, quæ in perniciem cedere non poſſunt, cum nec auctor naturæ, eam demolirī, nec ipſa ſibi interitum procurare queat; vnde Plutarchus in libello de fortunas artes, inquit, ſunt ſemina quædā rectitudinis in communem vitæ vtilitatem inſperſa, cæteras verò artes, in quas vtriuſque iuris prudentia, & imperatoriæ leges ſupplicia decernunt, eſto aliquæ verę ſint, definitione complecti indecorum iudicārūt: vide D. Thom. 1. 2. q. 169. art. 2. ad 4. argument. atque ad hanc ſententiam quam hic de maleficis artibus ſtatuimus, reuocanda eſſe volumus, quæ de illis in proœmio Phyſicorum ſcripta ſunt.

QVAESTIO II.

AN ARTIVM DIVISIO *rectè ſe habeat.*

ARTICVLVS I.

PRIMA ARTIVM DISTRIBVTIO in reales, & ſermocinales.

VArias artium, & ſcientiarum diuiſiones tradunt auctores Plato, in ſophiſta, & 10. de Republica. Ariſtoteles 2. Phyſ. à textu 24. Alcinous in libr. de doctrina Platonis, cap. 7. Laertius lib. 2. Ammonius in proœmio ad Iſagogen Porphyrij. Diuus Iſidorus lib. 1. Etymologiarum. Hugo à Sancto Victore lib. 2. Didaſcalon. Richardus tractatu de exceptionibus. Magnus Albertus libro primo Ethicorum cap. 10. Auguſt. Eugubinus lib. 1. de perēni philoſ. cap. 2. & 11. alijq. nonnulli. Tres tamē à Dialecticis pręcipue celebrātur. Enimverò trifariā artes, ſiue ſcientiæ diſtingui poſſunt, videlicet ratione rerum, in quibus verſantur: ratione finis, quem ſpectāts ratione gradus, ſeu dignitatis, quam inter ſe obtinent. Prima igitur diuiſio hæc eſt: Artium aliq agūt de ſermone, ſiue externo, quo cum alijs loquimur, & animi ſenſa communicamus: ſiue interno, quo mens ipſa ſecum ratiocinatur. Aliæ de rebus, prout hę à ſermone differunt: alioqui etiam ſermo ipſe res eſt, vt conſtat. Priores, ſermocinales vulgò dicuntur: poſteriores, reales; quarū diuiſio latiſſimè funditur, vt progreſſu patebit. Sermocinalis Grammaticam, Rhetoricam, & Dialecticam comprehendit. Grammatica tradit præcepta emendatè loquendi. Rhetorica dicendi ornatè, & appoſitè ad mouendos affectus. Vnde & eloquētia flexanima dici conſueuit. Dialectica verò rationem diſſerēdi, id eſt, ignotum ex ijs, quæ nota ſunt, declarandi. Ad Rhetoricam reuocari debet,

Trifariam diuiditur.

Trifariā diuiditur ars ratione rerum, ratione finis, ordine dignitatis.

Digitized by Google

debet, tum Historia, tum Poetica; quia vtraque verborum ornatum,& concinnitatem quærit: vtraq. affectus mouet: Historia quidem rerum gestarum exemplis; Poetica rerum, seu verarum, seu verisimilium pigmentis. Vnde poetica, pictura loquens; pictura, tacens poetica dicitur. Quare nō probamus eorum sententiam, qui Poesim ad Grammaticam reuocāt. Neque obstat quod D. Augustin. lib. 3. contra Academicos, cap. 6. ait, Grammaticos fuisse à ratione constitutos iudices in poetas (siquidem olim Grammatici poematum erant censores) propterea quod poetæ à prima disciplina, id est, à Grammatica stirpem ducerent. Non inquam obstat: quia Grammatici ex professione suæ artis, non de ornatu, & affectuum motione, quæ in poemate præcipua sunt, & ad oratoriam facultatem priuatim spectant; sed de alijs minoris negotij, vt de syllabarum, & pedum mensura iudicabant. Quamuis illi sibi de toto scriptionis genere sententiam ferendi potestatem assumerent, vnde & absolutè Critici dicebantur.

ARTICVLVS II.

ALTERA DIVISIO ARTIS in practicas, & contemplatiuas.

SEquitur secunda artis diuisio, quę est ratione finis, nimirum in Practicas, & Theoreticas, seu Contemplatiuas. Hanc tradit Aristoteles cōmuni scholæ assensu 8. Topic. cap. 2. & 1. Metaph. cap. 1. text. 3. Practicæ artes sunt, quarum finis est opus Theoreticę, quarum finis est sola cognitio veritatis, vt docet Aristoteles loco proximè citato. Quia verò Practicæ dirigant actiones, & harum quędam manent in ipso agente, vt intellectio, & appetitio; quædam in externam materiam transeunt, atque in re alia exercentur, quæ teste Aristotele lib. 6. Ethic. cap. 4. effectiones dicuntur, vt nauis constructio; fit vt ars Practica diuidatur in agentes, quæ nimirum circa actiones; & in efficientes, quæ circa effectiones occupantur. Quam partitionem assignat Aristoteles. Sed idem, tum cap. 2. lib. 6. Metaphys. text. 4. tum lib. 6. Topic. cap. 2. tria facit scientiarum genera, Contemplantium, Agentiū, Efficientium, cuius diuisionis ratio ex proximè dictis constat.

Scientiæ practicę finis est opus: theoricæ sola veritatis cognitio.

Ars practica in agentes, & efficientes, distribuitur.

Rursus ars agens diuiditur in eā, quę functiones intellectus dirigit, hoc est, in artem differendi, quæ est Dialectica, & in eam, quæ gubernat, moderaturq. actiones voluntatis; & dicitur Moralis scientia. Huius autē species tres sunt. Ethica, Oeconomica, Politica. Ethica vnumquemq; hominem ad morum probitatē erudit. Oeconomica tradidit rationem gubernandæ familiæ. Politica in Ciuitatum, & rerum publicarum gubernationem incumbit. Ad hanc verò spectat iuris ciuilis doctrina, & Pontificij iuris magna pars. Nam, quæ fidei decretis continetur, ad Theologiam (cuius principia fidei lumine cognoscuntur) referenda est, Politicę quinque potissimum numerantur species; Monarchia, id est principatus vnius; Aristocratia, optimatum; Democratia, popularium; Oligarchia, paucorum diuitum. & regimen ex his mistum. Consule Aristotelem lib. 3. Pol. cap. 5. & 1. Rhet. cap. 8. D. Tho. lib. 1. de regimine principum cap. 3.

Arsagens inmoralē, & rationalem.

Moralis in Ethicā, Oeconomicam, Politicam.

Iam verò ex ijs, quas efficiētes vocari diximus, quædam dirigunt externum sermonem, quo cum aliis communicamus; vt Grammatica, & Rhetorica: quædam res alias externas, vt ars pingendi, saltandi, ædificandi, aliæq. complures. Sciendum tamen est nomen efficientiū interdum posse accipi ita, vt ijs tantùm cōueniat, quarum opus post cōfectionem manet, vt pictura, quæ vsurpatio inuenitur apud Aristotelem lib. 1. mag. Moral. cap. 33. & l. 6. Ethic. cap. 4. & 5. Ac iuxta illam, neq; Rhetorica, neque Grammatica, inter effectrices, sed inter practicas recensendæ erūt, quia earum opus, saltem per se, non manet. Prior tamen vsurpatio proprior, & verior est; nam hæc Artium

Efficientium artiū distrib. 1.

distin-

distinctio sumitur ex fine; finis autem immediatus artium est actio, quam dirigunt at inter actiones hoc est vniuersale discrimē, quòd aliquę sint immanentes, orantur q. à potentijs cognoscentibus, & appetentibus, aliæ transeūtes, quæ progrediuntur à potentia mota, vel per se solam, vel medio aliquo instrumento; idem igitur discrimen artibus accōmodandum est, vt illæ dicantur agētes, quæ dirigunt actionem internam, seu immanentē, illæ efficientes, quæ moderantur actionem externā, seu transeuntem: quod verò post actionem perleueret opus, vel non, id per accidens est ad artem.

Speculatiua scientia Physicam, Mathematicā & Theologiam partitur.

Posthæc ars contemplatiua in tria membra distribuitur ab Aristot. lib. 6. Metaphy. cap. 1. tex. 2. In Physicam, Mathematicam, & Theologiā; Physica, seu Physiologia contemplatur naturam rerum naturalium, id est rerum ex materia, & forma constantium, earumq. proprietates, & affectiones. Mathematica considerat quantitatem. Theologia agit potissimum de Deo, & de substantijs à materiæ concretione abiunctis.

Ad Physicam Medici reuocāt Medicinā.

Physica vna tantum est, ad quam recentiores Medici reuocant Medicinam, secuti sententiam veterum, quam refellit Galenus cap. 5. Instit. vbi docet cum practicis numerādā esse: & meritò, quoniam ea pars, qua naturam hominis, herbarum, & aliarum rerum considerat, etsi Medicinę esse videatur, a Physiologia tamen non differt, vt post alios rectè probat Benedictus Perer. lib. 2. Phil. cap. 4. cuius rei confirmationē hic supersedendum esse. Reliqua verò pars, quæ Medicinæ nomen meretur, practica fere est, cum omnia fere ad hominis gratia (quod practicum obiectum est) exerceat. Mathematicę plures, quarum multiplicem diuisionē tradit Proclus in Euclidem. Inter ceteras, Pythagorei, Plato, Aristoteles, & alij eam maximè celebrarunt, qua Mathematica diuiditur in Geometriam, Arithmeticam, Musicam, & Astronomiam, sed ad maiorem perspicuitatem poterit Mathematica in

Mathematica diuiditur in Geometriā, Arithmeticam, Musicam, & Astronomiam.

syncerè, pureq. Mathematicas, & in mixtas primò dispertiri. Purè Mathematicæ sunt, quæ considerāt quantitatem absolutè acceptam, eiusq; affectiones, nempe Geometria, & Arithmetica: illa quantitatem continuam: hæc discretam, videlicet numerum; Mistæ sunt, quarum obiectū partim Mathematicum, partim naturale est, cum sit quantitas ad materiam certo modo definita. Huiusmodi sunt Perspectiua, Musica, Astronomia. Nam Geometer contemplatur lineas, & magnitudines consideratione à materia abstractas. Perspectiuus lineas visuales, id est, prout pertinent ad aspectum, quatenus visio fit rectis radijs in linearum modum extensis. Arithmeticus perpendit numeros absolutos à materia. Musicus numeros sonoros, id est, vt in voce, sono, & harmonia spectantur. Similiter Geometer sphæram, & magnitudinem à materia auocat. Astronomus eadem prout in corporibus cœlestibus insunt, meditatur. His accedit Cosmographia, Geographia, & Topographia, quarum prima totius mundi, secunda terræ, tertia peculiarium locorum descriptionem tradit.

Mathematica in purè & mixtas mathematicas secatur. Purè mathematicæ Geometria & Arithmetica: mixtæ, perspectiua.

Sed rursus Perspectiua diuiditur in eam, quæ communi nomine sibi vendicato, Perspectiua dicitur, & explicat causas, cur multa aliter, quam sint visui apparent. Et in specularia, quę visilium imaginum refractiones considerat. Item Astrologia tres habet partes Gnomonicam, quæ in horarum dimensione, posituq; gnomonum exercetur. Meteoroscopicam, quæ elevationum differentias, & stellarum intervalla invenit. Dioptricā, quæ planetarum, & aliorum siderū distantias, instrumentis dioptricis contemplatur.

Musica, Astronomia

Theologia (quæ erat tertium propositæ divisionis membrum) duplex est. Vna naturali intellectus lumine acquisita, quæ Metaphysica, & prima Philosophia appellatur; altera multò præstantior, quæ singulari Dei beneficio hominibus concessa, & diuini numinis afflatu instituta

Theologiæ in Metaphys. & scientiā diuinam, diuisio.

de Deo:

Digitized by Google

de Deo, deq; diuinis rebus differit, Sunt qui Metaphysicā in plures scientias dispertiant. Sed horum sententia in procemio Physicorum confutata est.

ARTICVLVS III.

TERTIA ARTIVM PARTITIO in superiores, & inferiores.

TErtia diuisio, quæ fit ratione graduum, quos inter se artes tenent, est in superiores, & inferiores; superiores sũt Physiologia, doctrina Moralis, & vtraque Theologia, & eæ, quas superius ad has reuocauimus. Inferiores quatuordecim potissimũ numerantur, quarum septem, liberales dici consueuerunt, quod animũ, liberam hominis partem, excolant. Atque his veteres concludi aiebant Encyclopædiam, id est omnium artium, & disciplinarum perfectionẽ. Nam hæ communi vsu proprie artes superiores scientiæ vocantur. Reliquæ autem septem seriles dicuntur, quod versentur in opere mercenario, & seruili, quo maximè corpus exerceatur. Sunt igitur liberales Grãmatica, Rhetorica, Dialectica, Arithmetica, Musica, Geometria, & Astrologia; Seriles Agricultura, Venatoria, Militaris, Fabrilis, Chirurgia, Textoria, Nautica, quæ hisce versibus continentur.

Lingua, tropus, ratio, numerus, tonus, angulus, astra,
Rus, nauis, arma, rates, vulnera, lana, faber.

Quę superiores, quę inferiores artes.

Quæ artes liberales, quæ seruiles.

Lingua Grammaticam, tropus Rhetoricam, ratio Dialecticam, numerus Arithmeticam, tonus Musicam significat, & sic reliqua eodem ordine. Sub nominibus artium liberalium, quæ hic exprimuntur, comprehendi debent illæ, quas superius ad eas reduci, aut sub ijs tanquam mẽbra sub capite collocari diximus. Aduerte etiam venatoriam, nõ tantum significare eã, quæ se exercet venatu quadrupedum, sed etiam piscandi, & aucupandi artem. Denique vt semel dicamus, negari non potest multò plures esse inferiores artes, quam, quæ illo carmine explicitè notantur, vt artem palestræ, & artem piageudi, quas scribit Aristot. 8. Polit. c. 3. fuisse communes disciplinas, quibus olim pueri institui consueuerunt. Illud præterea aduerte, non omnes artes, quæ manu exercentur, communi vsu sermonis appellari mechanicas, vt militarem; & alias, quæ speciem quandam maiorem dignitatis obtinent. Lege Arist. lib. 1. Moral. ad Eudemum cap. 1. & Galenum in exhortatione ad bonas artes.

Venatoria ars piscandi etiam, & aucupãdi artẽ cõplectitur.

Denique nec illud præteundũ est præter tres generales diuisiones artium, quas hactenus fuimus persecuti, aliam in scholis veterum philosophorum admodum fuisse peruagatam: qua nimirum diuidatur ars in Dialecticam, in Moralem doctrinã, & Physicam. Vbi Physicæ appellatione comprehenduntur tres scientiæ contemplatiuæ, nempe Physiologia, Mathematicæ disciplinæ, & Metaphysica. Quam distributionem in Physicæ Auscultationis procemio copiosè explicatam habes.

Olim ars in Dialecticã Moralem doctrinã & Physicam partitione gaudebat.

QVÆSTIO III.

QVEM ORDINEM INTER se artes obtineant.

ARTICVLVS I.

DE ORDINE INVENTIONIS artium.

QVantam in omni re præstantiam ordo vendicet, iam alibi traditum est. Patet certè id in exercitu, in corporibus animãtium, in tota mundi vniuersitate. Nã & turbati milites sibi ipsi sunt impedimento: & artus loco moti perdũt vsum, & tota natura rerum, confuso ordine, in chaos abiret. At non minus excellẽtia ordinis in disciplinis elucet, quo sublato, neq; earum splẽdor videri, neq; ipsæ à magistris cõmode tradi, neq; à discipulis com-

Ordo lucẽ rebus conciliat.

prehen-

prehendi animo possent. Hoc ergo loco de artium ordine agemus, eoq; triplici, nimirum de ordine inuentionis, doctrinæ, dignitatis. Id est, quo ordine artes inuentæ sunt: quo docendæ: quo æstimandæ. Quod ad primum attinet, positis ijs, quæ superius de artium origine, a nobis pertractata sunt; de ordine eas, per vim naturæ excogitandi, atq; inueniendi hoc loco differimus. Namq; licet optimarum artiū doctrina primis parentibus indita fuerit; & ab eis quasi per manus posteris tradita, magna tamen ex parte, de cursu temporum euanuit, nec ad omnes peruenit. Quare à multis denuò scientiæ proprio marte inuentæ sunt. Quo verò ordine, exponendum à nobis hic erit.

Quo ordine in artes inuenien-do homines pgressi sint.

D. August. lib. 2. de ordine. rē hāc latè perlequens statuit rationem à Grammatica, velut infantia, quam Varro literationem vocat, & ab arte emendatè loquendi gradum fecisse ad historiam: tum progressam viterius quærere, atque attendere cœpisse ipsam vim, quæ peperierit artem. Nam eam, inquit, definiendo, colligendo non solum digesserat, atque ordinauerat, verum ab omni etiam falsitatis irreptione defenderat. Quādo ergo transiret ad alia fabricanda, nisi ipse sua prius, quasi quædam machinamēta, & instrumenta distingueret, noraret, digereret, proderetq; ipsam disciplinam disciplinarū, quā Dialecticam vocant? Inuenta igitur post Historiam Dialectica, ait Augustinus rationem ad disciplinā ornatè loquendi, ad Poeticam, & Musicam perrexisse. Hinc cœlum, terramq. penetrasse, & in corporum pulchritudine figuras, in figuris dimensiones, in dimensionibus numeros inspexisse. Item cælestes circulos, siderum motus, vices temporum, & in his constantiam, & æqualitatē fuisse contemplatam, cunctaq; hinc inde collecta in artem redegisse.

Sentit itaq; D. August. inuentione primam fuisse artem delineandi characteres, deinde extitisse Grammaticam, & Historiam (quod intellige de Historia rudi adhuc, & sine oratorijs pigmentis) tunc Dialecticam, Rhetoricā, Poeticam, & disciplinas Mathematicas. Has verò subsecutæ sunt Physiologia, Moralis doctrina, & Metaphysica. Nam quod ad has tres scientias attinet, si antiquitatis memoriam refricare voluerimus, inueniemus prius homines ad rerum naturalium, deinde ad Moralium, postremò ad supernaturalium cognitionum animum appulisse.

Hunc ergo inuentionis ordinem sortitæ sunt inter se disciplinæ, quas recensuimus. Si tamen de omnibus, etiam efficientibus, in commune loquamur, constat magna ex parte prius inuentas fuisse artes practicas quàm contemplatiuas, & ex practicis prius eas, quæ in externo opere versantur. Etenim prisci mortales priùs in artes, quibus vitę necessitati consulitur, deinde in illas, quibus voluptates, & oblectamenta quæri solent, incubuerunt. Quo spectat illud Crassi apud Ciceronem, vt homines labori assiduo, & quotidiano assueti, cum tempestatis causa operę prohibentur, ad pilam se, aut ad talos, aut ad tesseras conferunt, aut ēt nouum sibi aliquem excogitant in otio ludum: sic illi à negotijs publicis tanquam ab opere, aut temporibus excluſi, aut volūtate sua feriati, totos se, alij ad Poetas, alij ad Geometras, alij ad Musicos contulerūt; alij etiam, vt Dialectici, nouum sibi ipsi studium, ludumq; pepererunt. His non obstat, quod Plato in Philebo scripserit artes omnes fluere à Mathematicis, quasi Mathematicæ reliquas artes antecedant. Nihil n. aliud his verbis indicare voluit, quā in omnibus disciplinis esse aliquid Mathematicum, saltem secundū analogiam, & similitudinem, sine quo illę non constarent, videlicet, numerum, mensuram, proportionem.

Primi artium inuētores.

Clem Al.
Ioseph.
Heliod.
Strabo.
Plin.

Qui autem fuerint primi artium inuentores, refert D. Athanasius Orat. contra Idola, Clemens Alex. 1. Stromatum, Iosephus 1. antiq. ca. 2. Heliodorus lib. 2. Strabo. vltimo Geog. Plinius lib. 7. Natural. histor. cap. 56.

Polyd. Diodor. Euseb. cap.46. Polydorus in lib. de inuentar.rerum, Diodorus lib.2.antiqu. cap.2.& alij. Eusebius de præparat. Euang.lib.1.cap.2.& lib.11.cap.1.

ARTICVLVS II.

DE ORDINE TRADENDI artes, earum inter se præ-cellentia.

VTerque ordo, traditionis scilicet, & dignitatis reliquarum artium à Dialecticaaccuratè exposi-

Prius tradenda Mathematica dein Physica, tertio Ethica. vltimo Metaphysica.

tus est in procœmio Physicorũ, quorum loco (ijs artibus, quæ ad sermonẽ spectant, prætermissis) is doctrinæ ordo constituitur, vt primò tractatur Mathematica, secundò Physiologia, tertiò Moralis doctrina, quartò Metaphysica. Quod ita ferè ibidẽ probatur. Mathematica multò minorẽ requirit experientiam, quam cæteræ, cum in rebus cognitu facilioribus, & vicinioribus sensui versetur, vnde Plato in 7.de Repub. vocat Mathematicas præexercitationes ad alias scientias; & Aristotel. in 6. Eth. cap.8.docet puerum fieri posse Mathematicum, sapientem autem, id est Physiologũ, Moralem, aut Metaphysicum, non posse. Deinde cognitu certum rerum; quæ ad componendã morum disciplinam attinent, plus iudicij, maturiorem experientiam, & magis diuturnam consuetudinẽ, placatioremq; animum exigit, quã notitia rerum Physicarũ: ergo prius danda est opera Naturali, quàm Morali scientiæ: sed vtraq; ante Metaphysicam addiscenda est, quia hæc vtres maximè reconditas, & a sensu abiunctas contemplatur, ita extremo loco addiscenda est. Si tamen

Theologia post naturales disciplinas addiscenda.

ad sacram Theologiam comparationem extendas, constat eam vltimò addiscendam: siquidem humanæ disciplinæ, quasi gradus quidam sunt, per quos humana mens ad altissimam illam diuinarum rerum cognitionem & intelligentiam, quam sacra Theologia profitetur, ascendit. Hæc de ordine doctrinæ, seu traditionis Artium.

Ordine autem dignitatis, & præcellentiæ, qui partim consideratur ex re, quam scientiæ tractant, partim ex modo tractandi, primo loco constituitur Metaphysica, secundo Physiologia, tertio Mathematica, quarto Moralis scientia. Ratio est, quia res priores sunt speculatiuæ, posteriores practica; scientiæ verò speculatiuæ, cum propter se expetantur, nobiliores sunt, quam practicæ, quarum dignitas ex actione dependet: inter ipsas verò contemplatiuas: ideo primum excellentiæ gradum occupat Metaphysica, secũdum Physiologia, tertium Mathematica, quoniam isdem gradibus sibi inuicem cedunt, & excedunt materias, in quibus versantur; nam prima circa subitantias a materia liberas occupatur; secunda circa subitantias materiatas; tertia non subitantiam, sed quantitatem naturæ inferiorem considerat; quæ omnia citato loco. & exornantur auctoribus, & alijs rationibus, quæ instructiorẽ postulant auditorem, luculentius confirmantur.

Ordine dignitatis prius tradenda Metaphysi. de in Physica postea Math. deniq; scientia Moralis.

Superest, vt quem locum in vtroque ordine Dialectica sibi vendicet, explicemus. Et quidem in doctrinæ methodo certum est præsuppositã Grammaticã, primòq; addiscendam esse Dialecticam, deinde Rhetoricam, postea reliquas enumeratas. Probatur; Dialectica est modus ferendi, & instrumentum, quo cæteræ artes acquiruntur, ergo necessarium est, vt primo addiscentium animis imprimatur. Hæc ratio (qua etiam coniungetur Rhetoricam, quatenus scientiæ methodo traditur, a Dialectica præcedi) in vltima harum quæstionũ ex Patribus, & Philosophis abũde confirmanda est. Quod autẽ Rhetorica proximè Dialecticam sequatur, ea ratio coniungit, quia priores suapte natura sunt artes, quæ in sermone versantur, quam eę, quę in rebus occupantur; Rhetorica autẽ sermonẽ curat, cæteras consequentes res ipsas, ad sensum postea explicandũ.

Quẽ locũ inter scientias habeat Dialectica.

De ordine dignitatis statuendum est primò Dialecticam esse posteriorem omnibus scientijs speculatiuis,

nam ſcientia contemplatrix, vt eo loco Phyſicorum ex Ariſtot. comprobatur, eſt longè honorabilior, excellentiorque omnibus practicis; atqui Dialectica in practicis numeranda eſt, vt poſtea oſtendemus; ergo eſt inferioris naturæ, quam omnes tres ſpeculatiuę, Metaphyſica, Phyſiologia, & Mathematica.

Quare tota dubitatio eſt, quo pacto ſe habeat Dialectica, ſecundum excellentiam ad ſcientiam Moralẽ. Cui reſpondendum eſt duplici titulo pręſtantiorem eſſe Dialecticam: proindeque ordine dignitatis proxime ſequi Mathematicam. Prior ſumitur ex maiori pręſtantia obiecti, in quo verſatur; nam ſcientia Moralis conſiderat, atq; ordinat actus virtutum, qui ſunt proprij voluntatis; Dialectica verò actus ſciẽtię, qui ad intellectum pertinent; atqui actus intellectus nobiliores ſunt actibus voluntatis, vt in confeſſo eſt apud omnes, & alibi demonſtrabitur, ex eo quod multo ſimplicior, & immaterialior ſit intellectus, quam voluntas in operando; ergo Dialectica ex hoc titulo pręſtat Morali ſcientiæ. Secundus ex accuratiori procedendi methodo; nam Dialectica cum mẽtis in diſcurrendo vitia emendare curet, idque pręſtare non poſſit, niſi minime fallaces argumentandi formas perficiat; vbique ferè per demonſtrationem procedit, quod multo ſecus accidit in ſcientia Morali, quę cũ morũ diſciplinam curet, minus frequenter indagandæ veritatis ſtudio ad demonſtrationem attendit; compertum verò eſt notitiam demonſtratione comparatam perfectiorem eſſe non demonſtratiua.

Quẽ dignitatis locũ Rhetorica obtineat inter artes.

Rogabis quem dignitatis locum habeat Rhetorica (quando illius mentionem fecimus) Quibuſdam locanda videtur inter Dialecticam, & Moralem ſcientiam: eo quòd alia ex parte differat de actibus intellectus, quo ſuperat Moralem: ex alia verò, in ipſis actibus magis attendat cultum, & ornatum, quàm ratiocinandi vim, quo à Dialectica ſuperatur. Id tamen vſquequaq; non placet: quoniam etſi opera intellectus, eo pacto conſiderata, media ſint inter materias Rationalis, & Moralis ſcientiæ. Rhetorica tamẽ præcipuo ſtudio incumbit in externum ſermonem: qui cum inferior ſit ſubiecto ſcientiæ Moralis, in inferiori etiam dignitatis loco Rhetoricam collocat. Ex dictis peruium cuiuis eſt, omnes artes, quarum ratio in Philoſophorũ ſcholis habetur, in duos poſteriores ordines doctrinæ, & nobilitatis redigere.

QVÆSTIO IIII.

VTRVM DIALECTICA ſit verè, proprieq. ſcientia, & ab alijs diſtincta?

ARTICVLVS I.

DE NOMINIBVS DIALEctica, eiuſq. natura, ac fine.

QVia cum de rebus agimus, nominum rationem minimè contemnendam eſſe monet Plato in Crarylo, non abs re erit exponere, quibus vocabulis hæc ars ſignificetur, & quod inter ea diſcrimẽ intercedat. Qua de re, pręter omnes recentiores hoc loco, & initio Topicorum, differunt Alexander, Ficinus in lib. ſept. Plato de Repub. & in Eudemum, & in Plotinum Aeneade. 1. lib. 3. cap. 4. Alcinous, de doctrina Plat.

Plato. Alexand. Ficinus. Alcinous.

Omiſſis igitur alijs nominibus, quibus hanc differendi artem, tum veteres, tum recentiores affecerunt, duo ſunt pręcipua, quę ipſius naturam magis exprimunt, de quibus tãtum agere decreuimus; alterum eſt Dialectica, alterũ Logica. Inter quę à multis hoc diſcrimen conſtituitur, quòd Dialectica ſignificet ſolam facultatem differendi ex probabilibus octo libris Topicorum comprehenſam; Logica verò artem conficiendi demonſtrationem, quę in quatuor libris Analyticis exponitur. Id quod

Quo nomine magis exprimatur natura artis diſſerẽdi.

Digitized by Google

attinet ad vocabulũ(Dialectica)pro bant ex Aristotele,quin Top. cap.1. pro syllogismo probabili vsurpat Dialecticam,& cap.2.ait Dialecticæ proprium esse de qualibet re probabiliter disserere,quibus,& alijs eiusdẽ philosophi locis hoc ipsum probat Aphrodisæus ibidem, additque eos,qui ad aliam significationẽ hoc vocabulum traducunt, eo abuti. Aphrodisæo subscribunt Boetius suprà,Simplicius 1.Physico.cap.8. Philoponus initio priorum: Auerroes tum in principio Topic. tum in 8. Physic.com.7.alijq; Recẽtiores. Hõrum Auctorum fundamentum (prẽter vsum Aristotelis, & antiquiorũ philosophorum,cui hac in re primæ deferendæ sunt) est ipsius vocis etymologia; ducitur enim à verbo Græco διαλέγεσθαι,quod Cicero l.3. de Natura Deor. ad finem interpretatur,probabiliter disputare.

Nõ facilè probatur Logicę vocabulum partem tãtum demõstrantem significare.

Quod spectat ad vocabulum (Logica) non tam facilè probant eo significari artem demõstratiuam;quia hoc nomen apud Aristotelem, Platonem, & antiquiores non reperitur in substantiuo, quo tantùm modo artem significare poterat; posteriores autem Peripatetici,qui auctore Boetio in Top.Cicer. ad initium, illud inuenerunt,toti arti attribuũt; contendunt nihilominus præfati discriminis auctores etymologia vocabuli suam sententiam confirmare; nam Logica deriuatur à Græco nomine λόγος, vt docent Alex. præfatione in Priora,Porph.in Prędic. Arist.c.15.Simplicius ibidem, in definitione æquiuocorum. Ammonius in primum Periher. c.1. λόγος. verò etsi alia habeat significata,præcipuũ tamen est ratio,seu discursus,ex quo deducta est Logica,quę est ars ratiocinandi;quam denominationem nõ accipiet à quauis ratiocinatione,sed à præcipua, quæ est syllogistica, & demonstratiua. Liberè tamen assumitur hanc Logicæ appellationem ab eo tãtùm significato deduci, quo λόγος, dicit ratiocinationem demonstratiuam, eademque facilitate quis existimabit à toto significato, id est, ab omni discursu deriuari, quod fecit Diogenes Laertius in vitâ Aristotelis, vbi Logicam accipit pro tota doctrina discurrendi, Dialecticam verò eius partem efficit, nimirum, quia credit esse facultatem ex solis probabilibus disserendi. Diogen. Laert.

Quamuis hic vocabulorum vsus priscis temporibus magna ex partę obseruatus fuerit;hodie tamen Philosophorum consuetudo obtinuit,vt vtrumq; vocabulum pro tota arte disserendi permixtim vsurpetur;nec sanè immeritò, cum Cicero eandem vtrique interpretationem adhibeat, & promiscuè totam hanc artem modò vno, modò altero nomine exprimat;nam libro de Fato ait,Logicam esse diligentem rationem disserendi; quod repetit in libro de Finibus his verbis. Iã in altera philosophiæ parte, quæ est quærendi, disserendi, quæ λογικὴ dicitur, Epicurus planè inermis,ac nudus est. Paulò post eandem artem vocat Dialecticam; Dialecticam,inquit,cõtemnit Epicurus, quæ vna continet omnem,& prospiciendi quid in quaque re sit,scientiã, & iudicandi qualequidque,ac ratione & via disputandi; idem sæpè habet in lib. Acad. & Tuscul. quæst. & de Oratore. Aristoteles etiam primo libro Rhetoricæ Dialecticam accipit pro tota arte, cùm ait, omnem Syllogismorum doctrinam ad totam Dialecticam, aut ad aliquam eius partem spectare. Logicam verò nũquam eo sensu vsurpauit, sed nec pro vlla huius artis portione accipit; vt post alios obseruauit Bernardus Mirandulanus lib.8. suę apologiæ sect.10.quam ob causam Petrus Fonseca lib.2. Metaphys. cap.3. qu.1.sectione.2. ait se libentius vti nomine Dialecticæ,quam Logicę. Tota ars disserendi vtroq; vocabulo, Logica scilicet,vel Dialectica significatur. Cicer. Bern. Mirand. Fonseca.

Verùm cum Dialectica à differendo deducatur,necesse est ostendamus verbi (differere) non esse illam tantum significationem, quę in constituendo vocabulorum discrimine adducta est,sed hanc etiam, ex qua nomen totius artis deriuatur. Igitur differere aliquando idem est,ac sermone vti, vt apud Platonem in priori Quid apud Dialecticos significet verbum Differere. Plato.

Act-

Digitized by Google

Arist. Alcibiade, & Aristotelem 4. Metaphys. capit. 4. cum ait. Sublata nominum significatione ipsum quoque διαλέγεσθαι, id est, ipse etiam sermonis vius hominum inter ipsos, & vniuscuiusque secum, sublatus est.

Tullius. Aliquando idem est ac probabiliter disputare, vt apud Ciceronem loco de Natur. Deor. citato, & apud Aristotel. sæpè in libris præsertim Topic. Tertiò idem valet, atque argumẽtari, Cicero 1. de Finib. Argumentandum, & accuratè differendum, & rationibus conquisitis de voluptate, & dolore disputandum putant. Quartò denique sumitur differere pro eo, quod est aliquid ignotum ex ijs, quę nota sunt, oratione patefacere, siue id fiat argumentatione, vt in tertio significato: siue definitione, aut diuisione. Cicer. 1. Academic. quæst. Nihil definiunt, nihil partiuntur, nihil apta interrogatione concludunt, nullam denique (vt hæc omnia differendi verbo complectar) artem esse differendi putant.

Dialectica definitur doctrina differendi.

Ex hac vltima acceptione, quæ licèt minus frequens sit, quàm secunda, & tertia, est tamen præcipue, & omnium maximè philosophica, impositum est nomen Dialecticæ toti arti differendi. Quæ proinde rectè definitur. Ars, siue doctrina differendi, accepto differendi verbo in vltimo significato: Non quasi sola Dialectica veritatem inquirat differendo, id enim cæteris disciplinis cõmune est, sed quòd ea tantum doceat, quo pacto mens nostra recte, & sine errore differat, id est, incognita ex notioribus inuestiget. Hinc vterque Dialecticæ finis, proximus, scilicet, & remotus, innotescit. Nam proximus, qui ab eiusdem artis officio non differt, est viam & normas differendi præscribere: finis verò remotus, & mediatus est, ipsum differendi opus, primùm in eadem facultate, deinde in cæteris quæ paulò post vberius explicanda sunt.

Quis finis proximus, quis remotus Dialecticæ.

ARTICVLVS II.

DIALECTICÆ IN DOCENTEM, & vtentem partitio explicatur.

Dialectica in docẽtẽ, & vtentẽ diuiditur.

QVod in fine superioris artic. diximus, nimirùm ad Dialecticam pertinere tum regulas, tum vsum differendi, occasionem præbuit Philosophis distinguendi hanc artem in docentem, & vtentẽ: quam distinctionem vsurpant post Arabes D. Thomas, 5. Metaphys. lec. 4. Scotus quæst. 1. in Porphyr. & initio Elenchor. posteriorelque interpretes: vsque fuerant Græci alijs nominibus, nam Dialecticam vtentem appellant, cum rebus concretam: docentem verò, à rebus auulsam; eo quòd illa non separetur à rebus aliarum scientiarum: hæc autem ab aliarum materia seiuncta sit, & nudas differẽdi formas per se contempletur, atq; præscribat.

D. Thom. Scot.

In arte practica ab vsu doctrina secernitur.

Ad huius rei explanationem aduertendum est in quacunq; arte practica, quæ methodo, & via traditur, aliquo modo distinctam esse doctrinam ab vsu; nam doctrina est illud dictamen, siue norma, qua ars præscribit modum operis efficiendi, & quæ sine vllo opere existere potest; vsus autem est ipsa operis executio, quæ est operatio supponens priorẽ normam, qua dirigitur, & regulatur; exemplum desumatur ex arte pingendi, qua qui affectus est, primò cõcipit intellectu, quo pacto deducẽda sint lineamenta, & inducendi colores picturæ, quã molitur: quæ sunt præcepta artis. Deinde penicillũ sumit, producit lineam, addit colorem: qui est eiusdem artis vsus. Eodem modo res se habet in Dialectica, rã qui instructus est habitu dialecticõ inclinante ad efficiendum syllogismum in Barbara verbi causa, primò format hoc iudicium. Syllogismus constare debet ex tribus vniuersalibus affirmatiuis hoc modo complicatis. Qui actus esse potest absque illa syllogismi confectione. Deinde per actum distincte conficit syllo-

syllogismum ad normam prioris actus. Ac prior quidem actus est doctrina actualis, & habitus, qui illius causa est, appellatur Dialectica docens: posterior verò est vsus, & habitus, qui ad illum concurrit, vtens dialectica nuncupatur.

Vsus differendi in materia necessaria spectat ad eam scientiam cuius est materia.

Aduertendum secundò est vsum differendi, aut cerni in materia necessaria, aut in materia probabili; quidam enim syllogismi, & quædã definitiones, ac diuisiones fiũt in rebus necessarijs, & quæ aliter euenire non possunt: alij in probabilibus, quæ mutari queunt. Præterea tam necessaria quam probabilia quædam esse in materia Dialecticę, quędam in materia aliarum scientiarum, in qualibet enim disciplina vsi untur aliquæ propositiones immutabiles, aliæ mutationi subiectę. Denique in confesso esse apud omnes vsum differendi ex necessarijs pertinere ad eam scientiam cuius est materia, de qua disseritur: Verbi causa, definitiones, diuisiones, & argumentationes, quę fiunt ex rebus Metaphysicę necessarijs, ad Metaphysicam spectare; quę ex Mathematicis, vel Dialecticis, ad Mathematicam & Dialecticam, ratio est, quoniam omnis scientia habet propria principia, propriasque conclusiones, quarum notitia ad nullam aliam scientiam attinet; alioqui si vna tantum scientia efficeret omnes demonstrationes, & definitiones, quę vbique reperiuntur, ea sola esset scientia; quod absurdum est. Quare vsus differendi in materia Logica necessaria est proprius Logici; vsus verò differendi in materia Physica necessaria est physici, & ita res habet in ceteris disciplinis.

An vsus differendi in materia probabili ad solam Dialecticã spectet.

Quamobrem de solo vsu differendi in materia probabili superest dubitatio: an scilicet attribuendus sit totus Dialecticę? an alius huic, alius illi scientiæ pro ratione materię, in qua vsitur? Ratio difficultatis est, quoniam in hoc vsu duo reperiũtur, materia, de qua disseritur, & forma differendi: quarum quęlibet videtur totum vsum ad suam artem vendicare; enimverò si materia probabilis rerum naturalium non efficit, vt omnis tractatio, quę in ea versatur, ad Physiologiam spectet, angustissimi erunt Physiologię termini; nam demonstrationes, & essentiales definitiones paucę in ea reperiuntur. Quod in ceteris artibus eodem modo continget. Ex alia parte cum res probabiles hoc tantum habeant artis, quod in modum, & formam disponantur, omnis verò artificiosus tractandi modus, & forma à Dialectica tradatur, ad eandẽ spectare videtur probabilium pertractatio.

Omnis differendi vsus ex probabilibus ad Dialecticam pertinet.

Communis, & vera huius ambiguitatis solutio est, omnem differendi vsum ex probabilibus ad Dialecticam pertinere. Quod nec obscurè, nec infrequenter tradit Aristoteles, cum affirmat proprium esse Dialectici, de quauis re proposita ex probabilibus differere. Ita docet 1. Topic. c. 1. lib. 3. Metaph. c. 1. & lib. 4. ca. 2. alijsque in locis. Probatur; Ille differendi vsus ad aliquem artificem pertinere debet; sed ratione materię non potest alicui attribui; ergo ratione formę ad Dialecticum pertinebit. Consequentia est bona, siquidem in præfato vsu hęc duo tantum reperiuntur. Maior etiam patet, quia in præsenti non disputamus de vsu artis ex parte, sed de artificioso; qui, ipso nomine, alicuius artis esse ostenditur. Minor probatur; Omnis scientia ex Aristotele 1. Poster. cap. 6. & communi omnium sententia (vt ibidem monstrabimus) est de rebus necessarijs, & immutabilibus; ergo materia probabilis, cum fluxa sit, atque incerta, non est alicuius scientię propria; non solum quia non est apta ad generandum habitum firmum, & infallibilem, qualis est omnis scientificus; sed etiã quia est incapax, vt circa ipsam ab eodẽ habitu aliquis actus generetur; siquidem non minus repugnat habitui scientifico opinionẽ gignere, quam ab opinione generari. Quare soli Dialecticę tribuendus est vsus differendi ex probabilibus. Nec propterea timendũ est (q pro altera quæstio-

Digitized by Google

quæſtionis parte obiectum erat) ne reliquæ ſcientiæ inopes maneant, ſi omni doctrina probabili denudentur: Quoniam Dialectica omniū famula adminiſtraq. cum ſit, non cenſetur alienas efficere ab alijs ſcientijs eas opiniones, quas vt proprias colit, quemadmodum nec opes, famulorum opera comparatę à dominorū facultatibus alienæ cenſentur.

Obiectio. Oppones. Materia probabilis propterea à nullius ſcientiæ eſt propria, quia ſcientia eſt certa, firmaque cognitio, quæ de materia probabili haberi non poteſt: ſed Dialectica eſt etiam vera ſcientia: ergo nequit ad illam ſpectare forma in materia probabili exercita, atque adeo nec totus differendi vſus: ſiquidem ex eo nulla ſcientifica cognitio, ſed opinatiua tantùm reſultat. Reſpondetur diſtinguendo conſequens: ſi enim inferat illas probabiles ſententias nō eſſe proprias Dialecticæ, quatenus ſcientia eſt; verum infert: nos enim haud aſſerimus Dialecticam vtentē, ad quam vſus pertinet, eſſe propriè ſcientiam; ſi verò ex eo, quòd præfatæ propoſitiones non ſunt ſcientificæ, colligat nullatenus ad Dialecticam ſpectare: neganda eſt, quia forma differendi, quę in illis viſitur, eſt propria Dialecticæ, & ab ea quatenus ſcientia eſt, demōſtrata, quòd ſatis eſt, vt huic ſcientię abſolutè attribuantur.

Dilnitur argumētū.

Excitantur duę difficultates. His ad hunc modum explicatis; duæ tantùm ſuperſunt difficultates enodandæ. Prima, an Dialectica ratione totius artis ſit vtens, & docēs, an verò vna tantum pars doceat, alia vtatur? Secunda vtrum Dialectica docens, & vtens, non modò ſint diſtincti actus, ſed etiam diuerſi habitus? Ratio primæ difficultatis eſt, quia Dialectica ſecundū omnes ſuas partes eſt practica, ac proinde habet illos duos actus, quos omni habitui practico reſpondere diximus: ergo ratione totius artis continet vſum, & doctrinam. Aliunde verò vſus differendi demonſtratiuus non eſt diſtinctus ab ea ſcientia, in qua reperitur, vt dictum eſt: reliquæ autē Dialecticę partes, excepta Topica, ſunt demonſtratiuæ: ergo in ſola Topica diſtinguendus eſt vſus à doctrina. Propter primam rationem affirmāt aliquam Dialecticam ſecundum omnes ſuas partes eſſe vtentem, & docentem. Qui conſequenter docent, illum quoque vſum, qui viſitur in materia neceſſaria Dialecticæ. (quō nimirum ſuas eſſentiales definitiones, diuiſiones, & argumentationes perficit) diſtinguendum eſſe à doctrina. Alij propter ſecundam, volunt ſolam partem Topicam eſſe vtē tem, & non docentem; Analyticam verò docentem, & non vtentem.

Aliorum ſolutio, & reſponſio.

Ceterùm vtraque hæc ſententia à verò deflectit, altera per exceſſum, altera per defectum. Prima namq. differendi vſum plus æquo extendit. Secunda doctrinam nimirum contrahit. Primùm ſic oſtenditur. Vſus differendi in materia Logicę neceſſaria nō magis differt à doctrina Logica, quàm ille, qui verſatur in materijs aliarum ſcientiarum ab ipſis ſcientijs: ſed in alijs nemo diſtinguit vſum à doctrina; ergo neque in Logica. Secundùm probatur. In parte Topica dantur pręcepta artis, verę etiam demonſtrationes, quibus aperitur modus inueſtigandi mediū ad ſyllogiſmos probabiles, & via ad eoſdem aptè conficiendos, imò de ijſdem ſyllogiſmis demōſtratur, vt propria paſſio, quòd opinionem gignāt; quod proprię eſt artis, & doctrinæ. Quare negandū non eſt partē Topicā continere etiā doctrinā. Quod pari modo afferēdū eſt de parte Sophiſtica; continet.n. vera pręcepta ad Sophiſmata detegēda, & demōſtrationes, quibus euidenter concluditur Elenchos deceptionem generare.

Reſponſio nis traditę à veritatis tramite deflexus.

Vera igitur ſententia eſt inter has media. Quā perſpicuè tradit D. Tho. 4. Metaph. lect 4. & recipiunt cōmuniter Recentiores; nimirū Dialecticā eſſe docentē, ratione totius artis; vtentem verò, ratione ſolius partis Topicę. Quę ex dictis ſufficienter confirmata eſt; diximus enim nullam eſſe in Dialectica partē, quę aliquid more artis nō doceat, aut certè

Enodatur prima difficultas.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

docere possit; & solã partem Topicã docere, quo pacto ex probabilibus differendum sit; quare cum vius à doctrina non differat, nisi in materia probabili: perspicuum est, & totã Dialecticam esse docentem, & solam partem Topicam in vtentem, & docentem dispertiendam esse. Nec rationes in vtramq; partem adductæ aliud concludunt.

Enucleatur 2. difficultas.

Circa secundam difficultatem de discrimine inter Logicam vtentem, & docentem quo ad actus nulla est controuersia, nam actus docentis est præceptum, & regula extruendi aliquem differendi modum: actus verò vtentis est ipsa modi extructio. Quæ perspicue inter se discriminantur. Quo ad habitus est tota contentio; ac pleriq; ex Recentioribus arbitrãtur diuersos esse habitus vtriusque Dialecticæ; quod ita confirmãt. Dialectica docens est habitus scientificus, seu collectio habituum, vnam scientiam constituentium: sed Dialectica vtens est habitus opinatiuus, seu multarum opinionum conglobatio; ergo cum idem habitus opinio, & scientia esse non possit, fieri nequit, vt vtraq. Dialectica sit vnus, idemq. habitus. Si respondeas actũ differendi elici quidẽ ex habitu opinatiuo, sed hoc non obesse, quominus idem à scientifico imperetur, quatenus dum ex probabilibus differimus, normam Dialecticæ docentis obseruamus. Vrgent id satis non esse, vt differendi actus habitui imperanti simpliciter tribuatur, & nõ potius elicienti, à quo propinquiùs attingitur: quemadmodum actus virtutum, verbi causa temperantiæ, licèt à prudentia imperentur, non propterea desinunt magis propriè, & simpliciter attribui temperantiæ, quam prudentiæ.

Opinio D. Fõsecæ in proposita difficultate approbatur.

Oppositam scientiam docet D. Fõseca lib. 2. Metaph. c. 3. q. 1. sec. 6. vnũ scilicet esse habitum Dialecticæ docentis, & vtentis, officijs non natura distinctum; quemadmodũ differentia diuidens genus, & constituens speciem non sunt plures, sed vna diuersis muneribus insignita; nam quatenus generi additur, eiusq; naturam angustat, diuidens appellatur; quatenus verò ex illa coniunctione speciem componit, constituẽs dicitur. Pari modo idem numero habitus, proùt elicit proprium actum, quo docet modum differendi, exercet proprium officium doctrinæ; at prout remotè concurrit ad cõfectionem modi differendi, quem dirigit, vel imperat, non exercet actum doctrinæ, proindeq; vtens appellatur. Hæc sententia non ita explicatè proponitur ab antiquis Philosophis, nõ est tamen ab eorum sensu aliena, veritati autem imprimis est consentanea. Ratio est in promptu. Habitus Dialecticæ vtentis ille est, cui attribui potest forma differendi: sed hęc non tribuitur habitibus opinatiuis vsu differendi comparatis, sed habitui scientifico; ergo is tantum censeri potest Dialectica vtens. Minor patet, quia habitus opinatiui singuli inclinant ad suum tantum assensum circa proprium obiectum: ad dispositionem verò syllogisticam, nihil conducunt. Maior, in qua rei cardo vertitur, ita suadetur. Vius differendi non reducitur ad artem, nisi ratione formæ, vt ostensum est; ergo tribuendus est habitui formam præscribenti: hic autem est habitus sciẽtificus Dialecticæ docẽtis proprius; ergo vnus idemq. est habitus vtriusque Dialecticæ. Quod si habitus opinatiui aliqua ratione merentur nomen Dialecticæ vtentis, id eatenus est, quatenùs habitui scientifico materiam subministrant, vt suam imprimat formam, & cum eo simul concurrunt ad vsum integrandum.

Refellitur argumẽtũ oppositæ sententiæ.

Ex quibus facili negotio dilues aduersæ partis argumentum; patet enim falso assumi habitum Dialecticæ vtentis (si de eo loquamur; qui hoc nomen propriè, & in rigore meretur) esse opinatiuũ, cum actus differendi magis pertineat ad Dialecticã, quatenùs remotè oritur ex habitu scientiæ, quam prout proximè nascitur ex opinatiuo: vnde responsio ibi data optima est. Ad eius impugnationem respondemus, exem-

plum

plum à virtutibus desumptum non esse simile, quia habitus cuiusque virtutis, verbi causa temperantiæ, ex se habet rationem formalem, & honestatem sufficientem, vt actus, qui ex illo nascitur, ad temperantiæ virtutem pertinere dicatur; habet enim specificam illius honestatem in suo genere completam. At habitus opinatiuus, cum nullius scientiæ rationem participet, efficere nequit, vt actus à se genitus, ad aliquam artem spectet, nisi merito alterius habitus hoc accipiat; quam gratiam præstat Dialectica docens: vt à nobis explicatum est.

ARTICVLVS III.

DIALECTICAM DOCENTEM esse verè, proprièque scientiam à ceteris distinctam concluditur.

Nomen scientię trifariam vsurpatur.

ANtequam propositæ initio quæstioni respondeamus, præmittendum est nomen scientiæ apud Aristotelem, eiusq; interpretes trifariam vsurpari. Primò latissimè pro qualibet cognitione: quo sensu dicimur scire, non modò ea, quæ vidimus, certovè cognouimus, sed & quę opinione, aut fide tenemus. Ita locutus est Aristoteles 1. Ante prædic. cap. cum Grammaticam scientiã appellauit. Secundo strictissimè pro solis nimirum scientijs speculatiuis, quo pacto acceptum fuisse ab Aristotele. 6. lib. Ethic. cap. 3. multi opinantur; acceperuntq; multi ex Philosophis, qui negarunt Dialecticam esse scientiam. Tertiò denique accipitur scientia minus latè, quàm in prima significatione, & minus angustè, quam in secunda, pro omni, & sola notitia certa, & euidenti per demonstrationem comparata. Hoc sensu definiuit Aristoteles scientiam 1. Poster. cap. 2. eamq. diuisit. 6. Metaphys. cap. 1. in artes practicas, Philosophiam Moralem, & scientias speculatiuas. Quando igitur quęrimus, Num Dialectica sit scientia? non est sermo de scientia in primo, vel secũdo significato; in altero enim certa est pars affirmatiua: in altero negatiua postea concludetur; sed in tertio tantùm. Potest verò scientia eo modo spectata considerari in actu, vel in habitu. Scientia actualis est ipsa cognitio, quæ tamdiu durat, quamdiu intellectus operatur. Habitualis est facilitas ad eliciendam scientiam actualem ex frequentatione actuum relicta, & in intellectu quamuis feriatur persistens; de qua præsertim his quæstionibus disputatur.

Dialectica vtens à numero artiũ excluditur.

Hoc supposito, nemo dubitat Dialecticam vtentem à numero scientiarum excludi, idq; siue quo ad actũ, siue quoad habitum consideretur; nã actus essentialiter est opinatiuus, vt potè medio probabili genitus, ex quo scientię firmitatem haurire non potest, habitus verò etsi natura sua scientificus existat, vt iam ostendemus, nihilominùs quatenus principium est vsus differendi, non exercet munus scientiæ, sed cuiusdam facultatis. Quo nomine Dialecticam vtentem sępè afficit Aristoteles, alijque Philosophi.

Themist. Opinio quorundã Dialecticã nõ esse propriè scientiam.

Circa Dialecticam docentem fuit prima quorundam sententia Dialecticam non esse propriè, vereq; scientiam. In his ex antiquis fuit Themistius 1. Post. c. 24. & omnes illi (modo sibi constent) qui negant Dialecticam esse partem philosophię. Cuiusmodi sunt Alexãder, Ammonius, & Philoponus. Sunt pręterea multi Recentiores; quorum pręcipua fundaméta sunt. Primum. Aristoteles 2. Metaphys. cap. 3. docet absurdum esse scientiam simul, & modum sciẽdi quęrere. Quo loco nũcupatione modi sciendi, vt D. Tho. & primi quiq; enarratores explicant, intelligit vel totam Dialecticam, vel saltem eius partem Analyticam, qua potissimũ artes inuestigamus: atqui si Dialectica esset scientia, qui eam perdisceret, vnà & scientiam, & sciendi modum compararet; ergo, &c. Confirmatur, Instrumentum non solet esse eiusdem naturę cum opere, cui perficiendo cõparatur: sed Dialectica,

1. argum. Alexand. Ammon. Philopo.

Digitized by Google

vt ex hoc Philosophi loco patet, & postea ostenditur, est instrumẽtũ ad reliquas scientias capessendas inuẽtum; ergo nequit ipsa inter scientias numerari Maior inductione patet. Neq; n. statuarij ferramenta statua sunt: aut pictoris penicillus imago.

a. argum. Logicam ob materiæ inconstantiã Lunę simile dixit Clitom.

Secundum. Omnis scientia in rebus certis, perpetuisque versatur, vt ex Aristotele, cui Philosophi communi assensu subscribunt, proximè dictum est: sed Dialectica verisimilia confectatur, & ex probabilibus differendi modum prescribit, vt posit Aristotelem 1. Topic. & 3. Metaph. confessi sumus, eleganterque expressit Clitomachus, dum Logicã ob materiæ inconstantiam Lunæ simulem fecit, quæ numquam eadem facie se videndam offert; ergo scientia non est.

Clitomac.

Albert. Aegyd. Opinio negantium Dialecticã esse scientiã à reliquis distinctam.

Alij, quorum meminit Albertus, tract. 1. in prædic. cap. 1. etsi non inficiantur Dialecticam esse verè scientiam, negant tamen eam à reliquis distinctam esse. Inter hos auctores refertur in margine Roman. Aegydius, sed immerito: vt videbimus. Cuiuscunque tamen sit ea sententia, nititur primò auctoritate Platonis, qui in Phædro docet sublimium rerum contemplationem ad Dialecticam pertinere, & 7. de Repu. ait Dialecticam esse aliarum scientiarũ finem. Quæ vera esse non possunt, nisi Dialectica idem sit, ac omnes scientiæ; vel certè idem cum præstantissima, quæ est Metaphysica. Quod satis est ad ostendendum non esse vnam scientiam à ceteris omnibus distinctam. Secundò nititur auctoritate Aristotelis, qui docet Dialecticam non habere certam materiam, sed ad omnium methodorum principium viam aperire, id est (vt idẽ 4. Metaph. cap. 2. se explicat) de rebus omnibus differit, quemadmodũ prima philosophia. At eodem Philosopho auctore. 1. Post. cap. 23. alijsque in locis scientiæ distinguuntur inter se per materias. Tertiò ratione: In assensu cuiuscunque conclusionis alterius scientiarum necessariò interuenit Dialectica: sed assensus est vnus tantum illius scientiæ, de cuius materia differitur, proprius ergo Dialectica nihil differt ab alijs scientijs. Consequentia est bona, quia omnis scientia ab alijs distincta habet proprium actum, qui alteri non tribuitur. Maior, & minor postea ex professo ostendendæ sunt, cum probabimus non posse nos elicere actum scientiæ, quin certissimus de bonitate consequentiæ, & hanc certitudinem non exigere actum ab eo, quo assentimus, distinctum.

1. fundam.

2. fundam.

3. fundam.

His tamen nihil obstantibus sit prima assertio. Dialectica docens, seu à rebus auulsa, est verè, propriequè scientia. Hæc est Stoicorum cõmunis, D. Augustini in libello, qui inscribitur principia Dialecticæ, ca. 1. D. Thom 4. Metaphys. lect. 4. Magni Albert. cap. 1. in Porphyr. Scoti quæst. 1. prædicabilium. Auicennæ, & Alpharabij in principio suæ Logicæ. Aegydij 1. Priorum initio. Quo loco idem perspicuè docet Aristoteles; ait enim Analyticam scientiam esse demonstratiuam. Quæ sit prima probatio. Secunda esto. Ad veram scientiam id solùm exigitur, ac satis est, vt certitudinem & euidentiam habeat per infallibilem demonstrationem comparatam: sed in Dialectica multæ fiunt demonstrationes, quibus notitiæ minimè dubiæ comparantur; ergo est vera ac propria scientia. Sola minor eget probatione; ea verò constat ex libris Aristotelis, in quibus non paucæ fiunt demonstrationes; vt illæ, quibus regulæ conuersionum, & vtilium in quacumque figura modorum conclusio, & imperfectarum ratiocinationum ad perfectas reuocatio, aliaque id genus ostenduntur.

D. August. D. Thom. Al. Magn. Scot. Auicen. Alphar. Aegyd. Arist. Dialectica docens est verè, proprieq. scientia.

Tertia. Disciplina quæ demonstrat proprias de subiecto passiones, veram obtinet scientiæ rationẽ: sed hoc egregiè præstat Dialectica, cum de modo differendi ostendit: quòd idoneus sit ad scientias acquirẽdas; de syllogismo demonstratiuo: quòd scientiam gignat; de probabili; quòd

Digitized by Google

quòd pariat opinionem : ergo, &c.

Quarta. Nisi Dialectica sit vera scientia, nulla firma scientia esse potest : nam scire est cognoscere per demõstrationem, tamquam per verum scië di instrumentum, quod si infallibiliter nescias aptum esse, formidolosum assensum 2. conclusioni prębeas opus est : vt rectè colligit Albertus 1. Poster. tra. 2. cap. 1. ex definitione scientiæ ab Aristotele tradita: igitur necesse est, vt Dialectica scientificè demonstret formas differendi esse aptas, ac proinde veram scientiæ rationem participet. Qua sola ratione rem confectam esse meritò docuit Francisc. Suar. Tom. 1. in Metaph. disput. 1. sect. 5.

Alb. Mag.

Fr. Suar.

Dialectica est à reliquis scientijs distincta doctrina.

Secunda assertio. Dialectica est à reliquis scientijs distincta. Hæc eosdem penè habet Auctores, quos prima : præsertim Albertum, qui latè eam confirmat. Probatur primò. Habitus distinguitur per actus : & hi per obiecta: vt patet ex Aristotele 2. de anima text. 33. sed obiectum Dialecticæ est distinctum à reliquarum artium obiectis, vt quæstion. 6. videndum est. ergo eius, & habitus à ceteris distinguentur. Secundò. Dialectica est necessaria alijs disciplinis addiscendis, eaq. præcedit : ergo non potest ab eis non differre: alioqui fateamur necesse est idem sibi necessarium esse, seq. antecedere; quod est perabsurdum. Tertiò. Datur vna scientia ab alijs diuersa, quæ moderatur vtriusq. appetitus actiones, quatenus ad beatam vitam pertinent : ergo necesse est dari vnam scientiam, ab alijs similiter distinctam, cuius sit actus intellectus, prout verum inquirit, dirigere: hęc autem non est alia quam Dialectica ergo.

Dialectica scięntia est vna specifice.

Tertia assertio. Hæc scientia est vna specie sicut Physica, aut Metaphysica. Hanc proponimus contra Nominales, qui cum in præcedentibus assertionibus à nobis esse videantur, addiderunt tot esse Logicas specie distinctas, quot sunt partes obiecti, in quo versantur. Et idcirco aliam esse Logicam circa syllogismos: aliam circa definitiones: aliam denio. circa diuisiones. Sed nostra conclusio ab omnibus supponitur, & facilè confirmatur. Nam scientiarum distinctio non est petenda ex obiecto materiali (vt in fine Poster. cum Aristotele ostendemus) alioquin tot erunt Physiologiæ, quot species entis naturalis, tot Metaphysicæ; quot entium genera : sed ex obiecto formali, id est à ratione sub qua scientia rem subiectam contemplatur : hæc autem in præsenti est vna secundum speciem, potestas scilicet ad ignotum ex notioribus detegendum, sub qua omnes differendi modi cõueniunt : ergo non erunt plures Dialecticæ, sed vna, vnitate scientiæ totalis, cui non repugnat multos specie habitus, & actus continere. Qua de re suo loco dicendum est.

Diluuntur argumẽta primæ opinionis.

Argumenta primæ opinionis facilè diluuntur. Primò enim concedimus eo loco nuncupatione modi sciendi Logicam indicari, non quòd ipsa sit sciendi modus, sed cum de illo agat tãquam de propria materia: procliue fuit significato subiecto artem indicare. Sensus autem loci est non esse perdiscendas alias scientias simul & Dialecticam, quæ ad eas cõparandas viam munit. Et ea de causa præmitti debet. Confirmatio aliquo modo probat instrumentum sciendi non posse esse scientiam, quod liben ter damus, nam modus sciendi, qui in adeptione scientiarum vt instrumentum concurrit, non est Dialectica, sed quidpiam ab ea præparatum. Quod non officit quo minus illa sit vera scientia. Ad secũdum, negamus Dialecticam docentem non versari circa materiam certam, & immutabilem; agit enim de modo sciendi, qui non est minus certus, quàm quęlibet aliarum scientiarum subiecta. Licet hoc peculiare sit in Dialectica, quòd eius pręcepta, quamuis per se infallibilia, viu quodam in materia probabili aliquando exerceãtur. Quod eorum firmitatem non minuit. Sicut perfectio sigilli non deperit, esto deteriori materiæ imprimatur.

Ad 1. respõdetur.

Ad

Labefactãtur fundamenta secundæ sententiæ.

Primum. Ammon. Philop. Tullius.

Alcinous.

Plotinus.

Secundum Dialectica vtés à choro scientiarum excluditur.

Tertium.

Ad fundamenta secundæ sententiæ respondemus, Dialecticam auctore Ammonio, & Philopono præfatione ad categorias Aristotelis, aliquando accipi pro qualibet scientia; vel quia omnis in differendo (vnde nomen Dialécticæ sumptum est) versatur; vel quia nomine Dialecticæ, vt constat ex Tullio lib. 2. de Oratore, nonnunquam intelligitur scientia, quæ verum, falsumq. dijudicat, quod omnibus scientijs contemplatiuis commune est; alias sumi pro præstantissima scientia. Vnde Cicero de claris Oratoribus eam vocat artium maximam, & omnium lucé. Et Alcinous, de doctrina Platonis cap. 7. ait, Dialecticam versari circa diuina. Cui consentit Plotinus in 1. Aeneade li. 3. c. 3 & 5. Quãdo igitur Plato, Stoici, aut alius ex antiquis Philosophis Dialécticâ, vel cum omnibus, vel cum prima Philosophia confundit, eam non accipit pro sola doctrina differendi, de qua nos in præsenti disputamus, à ceteris q. distinguimus. Ex quo patet responsio ad primum fundamentum. Ad secundum vno verbo respondemus Aristotelem eo loco intelligendum esse de Logica vtente, quam libet excludere à choro scientiarum.

At tertium. Respondetur. Quidquid sit de illo euentu, quo rebus alterius scientiæ assentimur; vt Dialéctica sit vera scientia, satis est, vt cũ in propria materia versatur, suas habeat demonstrationes ab aliarum materia, cognitioneq. seiunctas, vt re vera habere probatum est. At in proposito etiam euentu sæpe interuenit actus Dialecticæ ab assensu cõclusionis diuersus, quo bonitas consequentiæ iudicatur, vt in 1. Poster. cap. 1. dicẽdum est. Quod si non detur, nihil inde contra propositam resolutionem colligitur: vt ibidem latius explicandum est.

ARTICVLVS IV.

DIALECTICAM DOCENTEM esse partem Philosophiæ ex dictis sequi.

SI tradita hucusque doctrina vera est, non immeritò Auicenna initio suæ Logicæ scripsit eam quæstionem, qua disceptatur, an Logica sit pars Philosophiæ nec ne? esse totam de vocabulo, quatenus aliqui prestius, alij fusius, nomen Philosophiæ vsurpant. Enimverò si Dialéctica vera scientia est, fieri nequit, vt à partibus Philosophiæ excludatur, cum omnis vera scientia per causarum notitiam in effectuum cognitionem deueniat; quod Philosophiæ proprium est. Ceterum quia graues Philosophi hac de re speciatim disputarunt, non fuit illa à nobis omnino prætermittenda.

Igitur Ammonius in principio Categoriarum affirmat Peripateticos semper excluisse Dialecticam à numero partiũ Philosophię. Quod expresse faciunt Alexander, & Philoponus initio Prior. quos multi sequuntur Recentiores. Inter quos est Benedictus Perer. lib. 1. Philos. cap. 2. Qua in re nõ dubitant patronum se habere Aristotelem. Nam præter quam quòd Laertius in eius vita, & Pachimerus, in eiusdẽ epitome profitentur Logicam non fuisse ab eo annumeratam in partibus Philosophiæ, idem 4. Topic. cap. 12. ait ea, quę in disceptationẽ cadunt, aliter à Philosopho, aliter à Dialéctico pertractari. Et lib. 4. Metaph. cap. 2. asserit Dialécticam versari in eodem genere, in quo Philosophia. Secundo verò cap. lib. 1. Topic. ait Dialécticã esse vtilem ad eas, quæ secundum Philosophiam sunt, disciplinas. Et 4. Metaph. citato text. 8. oportere ad Philosophiam accedere edoctum Analytica. Quibus non potuit apertius Dialécticam à Philosophia separare. Rationes, quæ ad hoc instituendum ab his auctoribus afferuntur, duplicem tantùm continent difficultatem.

Ammon. Philopon. Alex. Ben. Per. Laertius. Pachim. Opinio asserentiũ Dialécticã à partibus Philosophiæ.

Ratio 1.

Digitized by Google

tem. Prima est, quòd Philosophia sit cognitio rerum magni momenti, sibi sufficiens, & nullius quàm sui gratia comparata; Logica verò in sermone, re planè leuissima, versetur, per se parùm vtilis, & aliarum disciplinarum obsequio penitus mancipata. Secunda est. Quod nulla res instrumentum simul, & pars alterius esse possit: at Logica organum est totius Philosophiæ: ergo eiusdem pars esse non potest.

Ratio 2.

Opposita priori sententia pugnatur.

Præferenda tamē est opposita sententia, à Platonis & Stoicorum schola profecta, hodieque latius propagata. Quæ asserit Dialecticam esse Philosophię partem, & quodammodò instrumentum, quā celebrat Tullius 1. de Oratore. 1. de Finibus & 1. Academ. quæst. vbi vulgatam commemorat Philosophiæ diuisionem in Naturalem, Moralē, & Rationalem, id est Dialecticam. Eusebius li. 11. de præpar. Euang. capit. 1. vbi ōtendit eam esse Aristotelis. Eandem sequuntur Simplicius initio prædic. Boetius prologo in Porph. à se trāslatum, Albertus ibid. tract. 2. cap. 1. Et multi ex Recentioribus. Matthisius ad initium Logicæ cap. 5. Fonseca 2. Metaphys. cap. 3. quæst. 3. Neq; ab hac sententia adeò alienus est Aristoteles, vt Græci opinantur; nam 1. Topic. cap. 12. postquam tria quæstionum genera numerauit Naturalium, Moralium, & Logicarum, subdit Philosopho de illis omnib. agendum esse; non tribueret autem Philosopho quæstiones Logicas, si Logica Philosophia non esset.

Tullius.
Euseb.
Simplicius.
Boetius.
Albert.
Matthisius.
Fonseca.

Vt hanc quæstionem accuratè expediremus, necessarium foret, quid Philosophia sit, ex professo tractare: sed quia id locus, in quo versamur, non capit, & in procemio Phys. luculentè præstitum est, sufficiat vocabuli notionem, & Philosophiæ definitionem ex eo loco supponere. Igitur φιλοσοφία, Græcè idem valet, ac Latinè amor sapientiæ. Et φιλόσοφος, idem quod amator sapiētiæ, quibus descriptionibus philosophiam, & philosophum quidam definierunt; sed ea sunt vocum interpretationes potiùs, quàm rei subiectæ definitiones. Nam philosophia ad intellectum, non ad voluntatem spectat, & qui nunc Philosophi dicuntur vocabulo à Pythagora inuento, prius σοφοὶ, id est, sapientes dicebantur; & quæ nunc φιλοσοφία, antea, σοφία, hoc est sapientia dicebatur. Est autem sapientia, vt ipsa nominis dignitas præ se fert, perfecta rerum cognitio, quæ tunc eiusmodi esse censetur, cum & rem, & causam introspicit. Docet enim Aristoteles, lib. 1. Metaphys. ca. 2. homines ex notitia effectorum, quorum causę ignorabantur, ad philosophandum, hoc est, ad causarum indagationem animum appulisse. Vnde optima philosophiæ, seu sophiæ definitio accepta est in hanc formam. Philosophia est cognitio rerum, vt sunt, id est per suas causas. Sicut enim res, quarum causæ indagantur, per causas esse accipiunt, ita per easdem perfectè cognoscuntur: verum quidem id est, quod obseruat Fonseca suprà, sect. 3. nomen philosophiæ aliquando latius, aliquando pressius, quàm à nobis definitum sit, vsurpari: ideoque sub numero partium philosophiæ nonnunquam includi adumbratas scientias, quæ causas non assequuntur; alias non comprehendi omnes, quæ causas attingunt, si res de quibus agunt viliores sint, quam deceat Philosophi maiestatem. Præsens tamen dubitatio de frequentiore, & magis philosophica vsurpatione, intelligenda est, id est, de illa, qua Philosophia significat omnem, & solam cognitionem alicuius rei per suam causam.

Philosophia definitur cognitio rerū, vt sunt.

Fonseca.

Notio nominū Philosophiæ & Philosophi.

Hoc supposito Dialecticam esse verè & propriè partem philosophiæ nullo negotio concluditur; ea namque scientia in partibus philosophię suo iure numeratur, quæ rē per suas causas demonstratiuè cognoscit: atqui Dialectica eo pacto attingit modum differendi; siquidem diuisionū, definitionum, atque argumentationum partes, affectionesque per sua principia, causasque deducit; ergo pars est philosophiæ. Atque non exigua,

Dialectica verè ē pars Philosophiæ.

exigua, cum eius negotium sit ipsum philosophandi munus, (quod verisimile non est philosophiam ab alia facultate mutuare,) ex professo declarare. Nec enim credendū est ad Philosophum pertinere aliarum rerum notitiam philosophando obtinere, & non quo pacto philosophandum sit, cognoscere. Accedit nullam esse potiorem rationem, cur scientiæ Morales, quæ agunt de actibus voluntatis, sint partes philosophiæ: non autem Dialectica, quæ dirigit actus rationis, natura nobiliores, & actibus voluntatis ordinandis necessarios. Nec effugiet, qui dixerit Dialecticam non contemplari naturam actuum rationis, quod Philosophi proprium videtur, sed eorū ordinem ad disserendum. Nam scientia Moralis, quam nemo philosophiæ nomine indignam iudicat, actuum voluntatis essentiam minimè speculatur, sed eorum tantum ordinem ad honestè viuendum considerat.

Elucidantur loca Arist. in oppositū adducta.

Quæ in oppositum adducta sunt, hunc habent explicatum. Imprimis Aristoteles si quando videtur à partibus philosophiæ Dialecticam excludere, philosophiam accipit strictius quàm par est, nimirùm vel pro sola Metaphysica, vel pro scientia speculatiua: Dialecticam verò pro vtente vsurpat, vt locis Topic. ibi citatis. Quo etiam modo exponendus est primus locus ex 4 Metaphys. videtur enim docere Dialecticum vtentem versari in eodem genere, hoc est, in toto ente cum Metaphysico, licet hic demōstratiuè procedat, ille probabiliter. Nisi velis confudisse Aristotelem Dialecticam cum prima philosophia, vt Platonem fecisse diximus. In secundo loco ex eodem libro monet, vt demus primum operam Dialecticæ, deinde alijs partibus philosophiæ.

Solvitur 1. argum.

Ad primam difficultatem fatemur non cuiuslibet rei notitiam, etiam demonstratam, nomine philosophiæ dignam esse. Negamus tamen obiectum Logicæ tenuis adeò esse momenti, vt eius scientia non sit vera Philosophia; sunt enim operationes intellectus, quæ inter omnes naturales tam corporeas quàm spirituales primum dignitatis locum obtinent. Negamus etiam omnes philosophiæ partes sui gratia esse; nam philosophia Moralis propter mores est; & vna eius pars propter aliam, scilicet, Ethica, & Oeconomica ad Politicam.

Ad secundam negat Boetius vllū esse incommodum, idem simul esse partem, & instrumentum alicuius, quemadmodum est manus respectu fabri. Nec ad rem occurrit Philoponus, cum ait manum esse partem corporis, instrumentum autem non corporis, sed animæ; nam actio, quæ media manu exercetur à fabro, principaliter est à fabro: manus autē pars fabri est, vt per se constat, simulque instrumentum, vt docuit Aristoteles lib. 3. de anima, cap. 8. & Galenus lib. 1. de vsu part. Adde non oportere, quòd in toto rigore concedamus Dialecticam esse instrumentum reliquarum philosophiæ partium: sed artem, quæ præparat instrumenta; nam proximum, & proprium sciendi instrumentum sunt modi differendi, qui non sunt Dialectica, sed ab ea conficiuntur. Qua loquendo forma vtitur Diuus Thomas super Boetiū, de Trinitate. quæst. 5. art. 1.

Soluit. 2. Boetius. Philop. Galen. D. Thom.

ARTICVLVS V.

DIALECTICAM DOCENTEM esse practicam scientiam.

QVoniam omnes veræ scientiæ, vt cum Aristotele suprà vidimus, aut speculatiuæ sunt, aut practicæ: necessarium est, vt in quonam huius distributionis membro Dialectica reponatur, videamus; etsi minus accuratè, quàm res postulet, hoc loco id præstare cogamur. Est igitur hac in re duplex sententia. Prima affirmat Dialecticam esse speculatiuam. Primò. Quia ea scientia, quæ naturam, & affectiones proprij subiecti considerat est speculatiua, sed Dialectica considerat mo-

Opinio asserentium Dialecticā esse scientiā speculatiu. Arg. 1.

Digitized by Google

dum differendi (quem postea illius subiectum esse dicemus) & illius affectiones inuestigat; ergo est speculatiua. Maior ex dicendis patebit. Minor inde constat, quia notitia modi differendi non ab alia disciplina, quàm à Dialectica accuratè traditur.

Arg. 2. Secundò. Vt aliqua scientia practica censeatur, praxim aliquam dirigat necesse est (à praxi namque practicæ nomen ducit) sed Dialectica nullam praxim moderatur; occupatur enim in actionibus intellectus dirigendis, quas non esse praxes, haud obscurè docuit Arist. 3. de Anim. ca. 10. tex. 49. cum dixit intellectum extensione fieri practicum, id est, non ei conuenire practicum iudicium respectu suarum operationum, sed cõparatione earum quæ extra ipsum exercentur; ergo Dialectica non est practica.

Arg. 3. Tertiò. Scientia contemplatiua, auctore D. Thom. 1. Ethic. lect. 3. agit de subiecto resoluendo, hoc est, eius naturam, & partes explicando; practica verò componendo, id est, tradendo regulas, quibus aliquòd arte factum componatur: at Dialectica procedit priori modo, vt constat, vel ex præcipua illius partis inscriptione; nam præstantiores quatuor libri ab Ἀναλύσει, id est, resolutione nuncupantur; ergo est speculatiua.

Arg. 4. Quartò. Quòd obiectum partis confici possit ab eo, qui artem tenet, nõ satis est, vt ea practica censeatur: nam Geometria, Astrologia, & Physica speculatiuæ sunt & tamen, qui eas norunt, efficiunt triangulum, astrolabium, & aurum per Alchimiã. Ergo licèt cognitis differendi modis facile sit eos constituere, non sequitur continuò Dialecticam esse practicam. Accedit auctoritas Arist. Is enim, teste Laertio in eius vita, duplicem fecit philosophiæ partem, actionis vnam, contemplationis alteram: rursus philosophiam contemplatiuam diuisit in Physicam, & Logicam.

Auctores propositæ Hanc sententiam complectuntur Scotus in prolog. sent. quæst. 4. Capreol. ibidem, quæst. 2. ad 1. Aureoli contra 4. conclusionem. Bacchonus. q. 3. Antonius Andreas 6. Metaph. q. 3. Iauellus q. 7. Soncinas. q. 6. Auicẽna init. suæ Logicæ, cap. 1. Auerr. 7. Metaphy. comment. 7. & multi ex Recentioribus. De mente D. Thom. non plane constat, licèt ad hanc partem propius accedere videatur, cum Dialecticam nullibi inter practicas numeret, & in Opusc. sup. Boetium de Trinit. q. 3. art. 1. asseruerit, etsi Logica non contineatur sub philosophia vti pars principalis, contineri tamen, prout contemplationi instrumenta suppeditat: & in 1. 2. q. 57. art. 3. ad 3. ait in ipsis etiam speculationibus esse aliquid, per modum cuiusdam operis: videlicet constructionem syllogismi. Quam constructionem certum est ad Dialecticam pertinere. Propter quæ Capreol. loco citato hanc opinionem tribuit D. Thomæ.

Secunda sententia efficit Dialecticam absolutè & simpliciter practicam: quam tametsi apud antiquiores expressam non reperimus, defendũt tamen graues Recentiores. Fonsec. lib. 3. Metaphy. cap. 2. q. 2. sect. 4. Suarius tom. 2. in Metaphy. disp. 39. initio. Matthisius in Logicam. ca. 5. & alij; imò Scot. & vniuersa eius schola in hac re idẽ opinãtur, & solo loquendi modo à nobis dissentiunt: admittunt enim Dialecticam sciendi instrumẽta præparare, & mentis operationes dirigere, eas tamen praxes vocare nolunt, propter secund. argum. Eadem sententia Philosophi doctrinæ magis cõsentanea videtur, tum quia 6. Metap. scientias diuidens, cum alterum diuisionis membrum, scientiam nimirum speculatiuam, in omnes suas species distecuisset, inter eas Dialecticam non reposuit, tum quia ex ijs, quæ 2 Metap. c. 1. de discrimine inter scientiam practicam, & speculatiuam scripsit, & quæ 6. Ethic. c. 1. & sequentibus de arte practica tradidit, in manifestè colligitur. Nec illa diuisio, quæ in vltimo argumento ex Laertio adducta est, vllum in doctrina Philosophi habet fundamentum,

tum, neque ab eo vnquam facta est, sed à Laertio conficta.

Placet proxima sent. Aduertenda assignâtur.

Vt hæc sententia, quæ nobis omnino placet, confirmetur, aduertendum breuissimè est ex Aristotele. 2. Metaphys. cap. 1. & lib. 3. de anima cap. 10. alijsque in locis. scientias esse practicas, vel speculatiuas ex fine, in quem ordinantur; eamq. esse practicâ, cuius finis est praxis, seu operatio; nam πρᾶξις, Græcè dicitur à verbo, πρατω, id est, ago, seu operor, quare idem est praxis atque operatio latè sumpta, nimirum vt comprehendit immanentem, & transeuntem. Eam verò scientiam esse speculatiuam, cuius finis est veritatis contemplatio. Eodem redit doctrina D. Thom. 1. p. q. 14. a. 6. & Peripateticorum communis, cum docent scientiam practicam, & speculatiuam distingui ex parte obiecti formalis, seu ex modo tendendi in obiectum; quia speculatiua, inquiunt, considerat obiectum absque vllo respectu ad operationem practica verò illud respicit, quatenus sub operationem cadere potest, dictaq. modum, quo artificiosè conficiatur. Eodem inquam redit hæc doctrina, atque illa Arist. quia contemplatio, quę est finis scientiæ speculatiuæ, non est alterius quam sui obiecti; operatio item, quæ finis dicitur scientiæ practicæ, non est alia, quam ea sub qua obiectum ab eadem scientia consideratur, & per quam conficitur; quare semper hæc coniuncta sunt, scientiam habere pro fine operationem, & considerare obiectum, vt in operationem venire potest: vel habere pro fine contemplationem, & tendere in obiectum absque vllo respectu ad actionem.

D. Thom.

Aduertendum præterea est hanc differentiam practici, & speculatiui non desumi ex fine, quem sibi quisque arbitratu suo proponit, sed ex eo, ad quem ars natura sua dirigitur. Differentiæ namque rerum, non ex ijs, quæ per accidens, sed qua per se illis conueniunt, desumuntur. Quare nõ definet esse practica ea ars, quę per se in opus incumbit, etsi ab aliquo scièdi tantum gratia addiscatur. Nec à practica accedet illa, quę per se solam cõtemplationem procurat, propterea quòd ab aliquo operandi studio conquiratur. Vnde etiam sequitur, prædictam differentiam non desumi ex fine proximo; sed ex principali, siue hic simul sit proximus, siue non. Differentia enim per se non ex quacunque rei parte, aut attributione: sed ex præcipua sumi debet. Ad cuius explicationem aduertimus vltimò, ex habituali scię tia, de qua in præsenti præcipuè loquimur, immediatè nasci actum quitam in scientia speculatiua, quam in practica est actualis sui obiecti cognitio. Verbi causa, ex vno habitu Physiologiæ immediatè nascat hæc cognitio (cęlũ est incorruptibile) ita ex habitu scientiæ naturalis, oritur, proximè hic actus (virtus hoc modo est prosequẽda) qui est etiam quędã cognitio. Differunt verò prædicti habitus in eo, quòd speculatiuus in illo actu elicito conquiescit; practicus verò in vlteriorem actum se extendit, in prosecutionem scilicet virtutis, quam primus ille actus præscribebat. Vnde in scię tia practica prior actus dicitur finis proximus, posterior finis remotus, & principalis. Ex quo proinde inter scientiam practicam & speculatiuam discrimen assignamus, videlicet quod vna sistat in cognitione, tanquam in fine principali, altera, per illam cognitionem in opus contendat.

Confirmatur placęs sententia.

Ex his facile iam est secundã sententiam confirmare. Primò. Præcipuus Dialectiæ finis est operatio; ergo Dialectica est scię tia practica. Consequẽtia ex dictis est perspicua; antecedens inde probatur, quia tota Dialecticæ cura ad constructionem modorum differendi confertur; idcirco enim eius quæstiones adminicula ab Aristotele dictæ sunt lib. 1. Top. c. 9. id est conducentes, seu instrumentariæ ad alias scientias. Et 4. Metap. ipsa Dialectica vocatur modus scię di; quasi nihil aliud cogitet quã vt instrumẽta scię di præparet; vt singulascuius partes cõsiderari, patet.

Secundò

Secundò. Aristotel. 2. Metaphys. c. 1. docet subiectum scientiæ practicæ duabus conditionibus affectum esse; quas latè explicat Eustratius eodem loco. Prima, vt sit res contingens. Secunda, vt eius efficiendæ principium sit in artifice, non in natura; at hæ conditiones in differendi modo, quem Dialecticæ subiectum constituemus, reperiũtur. In primis enim diuisio, definitio, & argumentatio non existunt necessariò, sed libere fabricantur. Deinde non fiunt, nisi à Dialectico, qui est eorum artifex; ergo, &c.

Eustratius.

Tertiò. Scientia Moralis est practica, eò quod præscribit modũ traditq. præceptiones rectè operandi per voluntatem: sed Dialectica tradit præceptiones veras, & proprias agendi sine errore per intellectum: ergo est practica. Nec valet eorum responsio, qui idcirco negant consequentiam, quia credunt operationes intellectus non esse veras praxes, vt sunt actiones voluntatis. Repugnãt enim communi, & veræ sententiæ alibi ex professo tradendæ de vera ratione praxeos, quæ in eo penitus posita est, quòd sit actus à ratione directus, vel aptus vt ratione dirigatur; vt Gregorius in prol. q. 5. ar. 1. & Gabriel ibidem quæst. 10. scribunt. Quòd actionibus intellectus apprimè conuenit; nam diuisio artificiosa. V. G. intellectu fabricata proprijs simè dirigitur ab ea cognitione, & regula, qua Dialectica modum præscribit, quo bona diuisio perficiatur. Deinde admissa maiori vniuersaliter sumpta (quæ tamen communiter admittitur) negari non potest consequentia; nam interactus, circa quos Moralis scientia versatur, sunt aliqui actus intellectus: ergo si omnis scientia Moralis est practica, fateri necesse est aliquos actus intellectus esse praxes. Antecedens patet; quoniam contemplari debito tempore, adhibitis alijs circumstantijs, iuxta regulas prudentiæ, est actus virtutis studiositatis, circa quem Moralis scientia occupatur: contemplatio autem ad intellectum spectat.

Gregor. Gabriel.

Ad argumentum primæ sententiæ hunc in modum respondetur. Ad primum, cognosci quidem à Dialectica proprij subiecti naturã, & affectiones, & aliquos inde habitus speculatiuos comparari; verùm cum in huiusmodi cognitione per se primò non occupetur, sed in tradendis regulis, quibus ipsum subiectum perficiatur, & habitus speculatiuos non propter ipsam cognitionem acquirat, sed vti ad opus tanquam ad finem præcipuè intentum progrediatur: hinc absolutè & simpliciter practica censeri debet. Quod Arist. in 2. Metaph. tex. 3. conceptis verbis edocuit, nam etsi practici, inquit, considerant, quo pacto res habent, non tñ contẽplantur causam ipsam per se, sed ad aliquid, & pro certo tpe.

Rennditur. 1. arg. oppositæ opinionis.

Aristot.

Ad secundum ex dictis constat, quamuis Dialectica dirigat actus intellectus, posse verè practicam esse, quia intellectus actiones sunt praxes. Ad cuius improbationẽ ex Aristotele, negandum in primis est eam propositionem apud Aristotelem reperiri. Deinde si reperiatur nõ habere eũ sensum, qui in argumento supponitur; sed hũc potius, quod intellectus per iudicium practicum non conquiescat in obiecto cognito, sed aliam præterea actionem procuret. Quòd autem hæc actio, quam iudicium practicum intendit, ab eodem intellectu, vel ab alia potentia fiat, est omnino per accidens, dummodo ab ipso iudicio reguletur.

Retunditur. 2. arg.

Ad tertium, concesso illo discrimine, inter scientiam practicam, & speculatiuam, negandum est Dialecticam præcipuè curare resolutionẽ sui obiecti in principia, ex quibus constat. Licèt enim aliquas eius partes distinguendo pertractet, vt Vniuersale, Terminũ, Propositionẽ, &c. Hæc tamen omnia idcirco expendit, vt aptum differendi modum conficiat. Libri verò resolutorij; si Aphrodiseo, & Damasceno credimus, non habent eam appellationem ex eo quòd doceant syllogismos ad sua principia reuocare, sed syllogismos imperfectos ad perfectos reducere:

Diluitur 3. arg.

Aphrodis. Damasc.

Velut

Burana. velut Hieronymus Burana commentatur: vt vno verbo comprehendatur compoſitio, quam Dialectica primario intendit, & reſolutio, quam non penitus contemnit. Qui enim ſcit arte factum reſoluere, neceſſe eſt vt priùs ſciuerit cõponere, quod de ſcientifica reſolutione intelligendum eſt.

Diluitur 4. arg. Ad quartum, concedendum eſt regulam dignoſcendi, quænam ars ſit practica, quæ ſpeculatiua, non eſſe ſumendam ex eo quòd obiectum, de quo tractat, fieri, aut non fieri poſſit. Quamuis enim de obiecto cuius efficiendi principium in nobis non eſt, ars practica haberi non poſſit, de illo tamen quod ſub operationem cadit, agere poteſt, tum practica, tũ ſpeculatiua. Vt igitur certò iudicemus, an aliqua ſcientia ſit practica, conſiderandum eſt, num tradat præceptiones aliquid efficiendi nec ne; ſi enim eas præſcribit, eſt practica, ſin minùs, eſt contemplatiua, quantumuis illius obiectum à nobis fieri queat. Quoniam verò Mathematica, & Phyſiologia regulas operandi nõ tradunt, Dialectica verò in eis aſſignandis tota conſumitur, illæ contemplatiuæ, hæc practica iure optimo nuncupatur. Ad teſtimonium Laertij negamus eam diuiſionem eſſe ſecundum mentem Ariſtot.

QVAESTIO V.

QVODNAM SIT ADAEquatum Dialectica ſubiectum.

ARTICVLVS I.

QVALE ESSE DEBEAT cuiuſq. artis ſubiectum,

TAmetſi omnes artes à ſe inuicem officium poſtulent, & mutuis ſtent auxilijs; vt elegãter
D. Theod. Theodoretus ſermon. 4. de prouiden
Phil. Iud. tia, & Philo Iudæus in lib. de congreſſu quærendæ eruditionis gratia,

annotarunt. Vnaquæq; tamen proprium genus ſubiectum, ſiue peculiarem materiam, circa quam verſetur, obtinet, vt teſtatur Ariſt. lib. 1. Poſter. cap. 23. & lib. 6 Metaph. cap. 1. & li. 1. Rhet. ad Theod. cap. 2. Alio qui niſi artes omnes, & ſcientiæ propriam materiá vendicarent, oporteret eas in confuſionem abire. Qua in re magna eſt doctorum hominum querela de nonnullis artium profeſſoribus, quòd ſcientiarum diſtinctione contempta, omnia permiſceant, & quaſi limitibus contra fas, ac ius reuulſis, in alienas, irruant poſſeſſiones; quòd Rhetores Dialecticos, Dialectici Phyſiologos, imò & Theologos perperam agant; atque ita pulcherrimarum artium ordo, & doctrina turbetur. Cuius incommodi vitandi gratia oſtendemus, primùm in hoc articulo quibus notis inſigniri oporteat cuiuſque ſcientiæ obiectum. Deinde in ſequentibus, qua in re ſint ea, quæ Dialecticæ obiectum conſtituunt.

Quot ſint ſubiecti acceptiones. Quod attinet ad primum, omiſſis alijs ſubiecti diuiſionibus in ſubiectum formale & materiale: ſubiectum quo, & quod, vt vocant (de quibus ad finem primi Poſter. differemus.) bipartita eſt ſubiecti nuncupatio. Primò accipitur ſubiectum pro eo, in quo ars inhæret, diciturq. ſubiectum inhæſionis. Secundò pro eo in quod ſcientia totam ſuam curam impẽdit, quod nunc abſolutè ſubiectum, nunc genus ſubiectum, nũc etiam materia nuncupatur. Hoc primò diuiditur in adęquatum, ſeu totale, & inadęquatum, ſiue partiale. Qđ rurſum diſtribuitur in præcipuum, & minùs præcipuum. Subiectum adæquatum eſt, quod ita ſcientiam exæquat, vt nihil præter illud à ſciẽtia conſideretur: cuiuſmodi eſt ens comparatione Metaphyſ. Partiale, vt ipſum nomen indicat. eſt pars illius adæquati, & totalis: vt reſpectu eiuſdem Metaphyſ. ſunt creaturæ, quæ ſub toto ente continentur. Subiectum partiale præcipuum eſt præſtantior pars earum, quas totum artis obiectum complectitur: qualis

eſt

Digitized by Google

est Deus in subiecto Metaphysicæ, & cœlum in subiecto Physiologiæ. Est enim Deus nobilissima pars totius entis, & cœlum entis nobilis. Minus præcipuum est quælibet alia pars minus perfecta eiusdem totalis subiecti: vt in eiusdem exẽplis quantitas, vel elementum.

Tres cõditiones subiecti attributionis.

De subiecto inhæsionis nihil dicendum occurrit, cum apertum sit omnem artem, & scientiam intellectui insidere. Subiecto autem attributionis tres cõditiones communi Dialecticorum consensu tribuuntur. Prima; vt sit vnum vel vnitate naturæ vniuocæ: sicuti ens mobile in Physiologia; vel vnitate Analogicæ, vt ens in Metaph. vel vnitate ordinis: vt Respublica, & exercitus in Politica, & Militari; vel vnitate subiecti, & accidentis, vt linea visualis in Perspectiua, Denique vt paucis cõplectamur, tale esse debet, vt definitionem aliquo modo vnã, & propriãs affectiones, quæ de ipso demonstrari queant, sortiatur: vt explicat Apollinaris q. 42. in 1. Poster. Secunda est. Vt cetera, quæ in scientia traditur, ad illud referantur; siue vt partes subiectæ, aut componentes: siue vt proprietates, aut principia, ita videlicet vt omnia illius potissimum gratia in consideratione ad ducantur. Tertia est. Vt scientia per illud, & ex modo, quo ipsa tractat, à reliquis distinguatur. Vnde Arithmeticam dicimus à Geometria differre, quòd hæc magnitudinem, illa numerum contemplet.

Quot sit subiecta cognoscere.

Conditiones assignatas merito tribui subiecto scientiarũ cõfirmatur ratione.

Hæc conditiones, diuturno Philosophorum vsu comprobatæ, ferè desumuntur ex fine lib. 1. Poster. ex 4. Metaphys. cap. 1. & ex D. Thom. in prologo Sent. q. 4. Durand. q. 5. quas pro loco sic possumus stabilire. Vna totalis scientia non dicitur quælibet cognitionum multitudo, sed earum tantum, quæ inter se ordinem dependentiamque obseruant: at si obiectum non sit vnum, & omnia, quæ scientia pertractat, illud non respiciant, nullus erit ordo, nullaq. dependentia inter partes illius scientiæ, & proinde non erit vna scientia: necessario igitur sunt priores duæ conditiones. Pro tertia illud facit, quod Philosophi crebrò vtuntur, cognitiones, & habitus more potentiarum per sua subiecta essentialiter definiri: res autem non possunt inter se accommodatius distingui, quàm per essentiales definitiones, quare tum scientiæ has desumant ex obiectis: inde primariam distinctionem sortientur.

Scotus. Quas uoluerit conditiones subiectorum addiderit Scotus.

Hac eadem ratione vtitur Scotus initio Logicæ q. 3. & in prologo q. item 3. & in 1. Prior. quæst. 2. vt angustet primam conditionem; & vnitatem essentiæ inducat. Vnitas, inquit, scientiæ ex obiecto deriuatur: ergo nisi hoc habeat vnitatem essentiæ, quo pacto illam scientiæ communicabit? Postea nouas accumulat conditiones, præsertim has duas, primam, vt essentia eius rei, quæ subiectum dicitur, à scientia explicetur: secundam, vt omnes veritates, quæ in ea scientia attinguntur, aut formaliter, aut virtute in subiecto contineantur. Ceterùm nec proposita ratio tantam concludit vnitatem in subiecto materiali, de quo agimus: nec additæ conditiones, si à nostris distinguuntur, necessariæ sunt. Primum patet, cùm Metaphysica, & Perspectiua omnium consensu, scientiæ sint, & tamen alterius subiectum est analogum, alterius per accidens compositum. In subiecto formali necessaria fortassis est maior vnitas, sed hæc stare potest cum subiecti materialis multiplicitate, vt in fine 1. Poster. & initio Physic. ostenditur. Secundum ex eo probatur, quia si prima Scoti conditio est, vt essentia subiecti explicetur à scientia, quatenus ad eam spectat, non differt à nostra secunda: nam explicare partes, principia, & affectiones subiecti nihil est aliud, quã eius essentiam, quatenus ad scientiã spectat, adamussim cognoscere: sin per eam conditionem significatur opus esse, vt natura rei subiectę quò ad es-

se naturale explicetur,& definiatur: & si hoc verum sit in scientia speculatiua,in practica tamen superfluum est,cum ad artificem practicum non pertineat cognitio materiæ, ex qua opus efficit,sed ipsius operis conficiendi doctrina. Iam secunda Scoti conditio, si eò tendit, vt velit nullam veritatem à scientia doceri,quę ad subiectum modo aliquo non referatur,vera est,& in nostra secunda comprehenditur. At si vlterius contendit omnia,quæ in scientia cognoscuntur, esse necessariò coniuncta cum illius subiecto saltem vt eius proprietates,quo pacto eam intellexit Molina 1. parte artic.7. disput.2. facile confutatur. Quoniam Philosophia naturalis agit de coloribus, saporibus, & alijs eiusmodi qualitatibus, quæ minimè necessariò insunt corpori,de quo illa, vt de proprio, adæquatoque subiecto disceptat.

ARTICVLVS II.

ALIORVM DE SVBIECTO Dialectica opiniones confutantur.

TAm multę sunt de subiecto Dialectica tamq; discrepantes sententiæ, vt æquè difficile sit aliquam nouam inuenire, ac omnes ab alijs inuentas singillatim numerare;quare ad tres classes omnes reducendæ sunt.In prima est eorum opinio,qui autumant Dialecticam de vocibus agere; quorũ duę Alexãder Aphrodisæus initio Prędic. indicare videtur voces nudè sumptas esse materiam Dialecticæ,eo argumẽto, quòd Aristoteles in exempla eorum quæ docet, vbiq. vsurpat vocabula non significatiua: quasi doceat hanc esse aptam materiam Dialectici. Nominales verò Gregor. Matthisius initio Logicę cap.4. & Gabriel supra affirmant esse voces significatiuas. Hos sequuntur al. qui Recẽtiores,& pręcesserunt ij Peripatetici, qui arbitrantur in Prædicamentis præcipuè voces collocari,quos ibidem referemus.

Prima opinio de subiecto Dialecticæ. Aphrodis. Greg. Gabr.

Ceterum hæc sententia, vtcunq; modo explicata hunc in modum cõfutatur ab Auicenna pri.par.Logicę c.3. in medio. Ea, quæ Logicus tradit, non gratia vocum adducit; imò voces gratia aliorum, id est, conceptuum, pertractat; nam generare scientiam & ex notis ad ignota sine errore progredi, quo Dialecticæ curâ tendit, non vocibus, sed conceptibus competunt: verum quia hos in disputatione adducere nequiuimus, interponimus eorum loco voces, quare vt ineptè quis affirmaret materiam Architecti esse exemplar ædificij, eò, q̃ per illud ædificij formâ exprimat; ita incongruè asseritur Dialecticâ per se agere de vocibus,quia per eas conceptus mãnifestat.Accedit Dialecticam nec explicare voces,vt qualitates quędam res les sunt; (id enim pertinet ad Physiologum,tractaturq. in libris de Anima)nec vt significatiuæ sunt, quia hoc est proprium munus Grammaticę. Ratio verò Aphrodisęi nullius est momenti; quoniam Aristoteles vtitur terminis nihil significãtibus, vt ostendat formas consequentiarum quas adducit, in quauis materia concludere, non autem vt significet de ipsis terminis, qui prorsus inutiles sunt, disceptare.

Reijcitur superior sententia.

In secunda classe sunt, qui opinãtur ens rationis esse subiectum Dialecticæ; quorum aliqui volunt,omne ens rationis ĩ tota sua latitudine sub Dialecticam considerationẽ per se cãdere. Nec alio modo verum esse putant, quod Aristoteles 4. Metaphys.cap.2. affirmauit primum Philosophum,& Dialecticũ versari circa ens: nisi ille agat de omni ente quoad esse reale: hic de eodem quoad esse intentionale seu per rationem acceptũ. Quod expressè docet Iandunus 2.Metaph.q.12.& lib.6.q. 4.indicatque D.Thomas ibidẽ, lect. 4.eiusq. Discipuli. Alij cum videant pleraque esse rationis entia (de quibus Dialectica non disputat) ve-

Secunda opinio de subiecto Dialecticę Iandunus. D.Tho-

luti

luti significationes nominum, figuras, syllabarum quantitates; quę pẽdent ex hominum arbitrio; & relationem Creatoris, dextri ac sinistri in re inanimata; quæ fundantur in ipsa rerum natura. Cum videant, inquam, hęc & alia entia rationis effugere considerationem Dialecticam, non audent pro subiecto huius artis constituere ens rationis in tota sua latitudine, sed illud tantum, quod resultat ex operationibus intellectus. Qua moderatione existimat Toletus acciendum esse D. Thom. cum hanc sententiam tradit.

Toletus.

Rationibus stabilitur pposita sententia.

Hęc sentẽtia defenditur à plerisque Recentioribus: & probari põt, primò ex conditionibus ad subiectum cuiusq. disciplinæ necessarijs: omnes enim in ente rationis cum Dialectica comparato esse videtur. In primis hoc ens est vnum vnitate cum minimum analogica; quæ ad institutum satis est.

Prima.

Deinde. Omnia quæ traduntur in Logica referuntur ad ens rationis: imò omnia sunt entia rationis, vt Vniuersale, Prędicatum, Subiectum, Syllogismus, &cet. Deniq. Dialectica per hoc ens ab alijs separatur, (quæ erat tertia conditio) idcirco enim rationalis appellatur, quia non agit de re vlla vera, sed de ente rationis confícto. Secundò. Si subiectum Dialectica esset aliquod ens reale, non cum fermocinalibus, sed realibus eam numerari oporteret; quod á communi Philosophorum sensu abhorret. Tertiò. hæc entia, cũ sub intellectum cadant, necesse est ad aliquam scientiam per se pertineant; sed nõ apparet alia; ergo pertinent per se ad Dialecticam. Quartò pro secunda præsertim explicatione Dialectica omnium cõfessione agit de formis differendi, ratione confectis, quę ex cognitionibus cõsurgunt: sed non agit de ipsius cognitionibus secundum esse naturale spectatis, vt diximus; ergo quatenus subsunt alicui formæ: quæ non potest esse alia quàm ens rationis, quãdoquidem per rationem inducta est.

Secunda.

Tertia.

Quoties autẽ ars versatur circa artefactũ, quod ex materia, & forma coalescit, non habet pro subiecto materiam arte facti, sed formam. Sic obiectum Statuariæ non sunt ligna, sed statua; & Musicæ, non voces, sed harmonia: igitur in formis differendi potius eligenda est pro subiecto Dialecticę forma rationis, quam entitas cognituonum.

Quarta.

Non placet tamen hæc sententia, siue absolutè, siue cum ea moderatione proponatur. Primò, quia Dialectica non explicat, saltem ex proprio munere, naturam, & principia entis ratonis: quod iuxta secundam subiecti conditionem præstare debet, omnis disciplina circa propriũ subiectum. Secundò Si ens rationis esset subiectum Dialecticæ, nõ posset hæc ars demonstrare alias passiones, quam rationis; siquidem passio non est præstantioris naturæ quàm subiectum: cõsequens autem est falsum: cum scientiam efficere (quod Logica de suo subiecto demonstrat) quippiam reale sit. Tertiò. Non possunt reuocari ad ens rationis, omnia quæ in Dialectica tractantur (quod in secunda conditione necessarium esse diximus) nam ratiocinatio ipsa materialis, affirmatio vnius de alio, & similia; quæ Dialecticus ex professo declarat: priora sunt omnibus respectibus rationis, quæ in eis resultant: sed subiecta realia non reducũtur ad formas posteriores: præsertim quando sunt adeò tenues, vt nullam habeant entitatem, nisi mente confictam. Quod ita confirmatur. Si nulla entia rationis resultarent ex operationibus intellectus (vt Durand. in 1. dist. 19 quæst. 5. & 6. existimant) adhuc Logica esset vera ars, & de operationibus intellectus traderet ea omnia, quę nũc edifferit, vel luti demonstrationem genere scientiam: syllogismum Dialecticũ, opinionem: propositionem vniuersalẽ negatiuam cõuerti simpliciter; affirmatiuam in partem &c. Ergo si Dialecticus entia rationis cõmemorat, haud ea per se, & tãquam propriam materiam curat, sed ex accidẽs: quia illius subiecto coniunguntur.

Durãdus

Exponitur locus Aristot.

Ad locum Aristotelis, qui pro sententia hactenus improbata in prima eius explicatione afferebatur; Respondetur illius sensū non esse Metaphysicum agere de ente reali, Dialecticū de ente rationis: sed vtrumque de eodem ente reali; nec enim ex parte entis vllum discrimen insinuat, sed ex parte modi agēdi. Quia Metaphysicus, inquit, ad veritatem disputat, id est, demonstratiue, Logicus verò pro vtraq. parte ex probabilibus differit. Loquitur verò Philosophus eo in loco de Dialectico vtente, non de docente vt supra dictum est.

Soluitur. arg. 1. sen.

Ad primum igitur argumentum respondetur, quidquid sit de prima subiecti conditione, secundam deesse enti rationis, vt in argumenti, secundo & tertio conclusum est. Ad probationem fatemur aliqua entia rationis à Dialectico explicari: eā id eatenus fieri asserimus, quatenus, hæc ad differendi modū conducunt. Tertia etiam conditio minùs aptè probatur. Nam Dialectica non distinguitur à scientijs realibus; quia nō agit de veris rebus: sed quia versatur in sermone, quem Auctores à rebus distinguunt, vt mox dicemus. Item Dialectica non dicitur rationalis eò quòd agat de sermone, hoc enim titulo potius appellā tur essent rationales Grammatica & Rhetorica, sed quoniam dirigit opera rationis, quatenus ratio est, nimirum discursus.

Sol. 2. arg.

Ad secundum respondemus Dialecticam non excludi a numero realium, quia non agat de vero, & reali ente; nam sermo internus, de quo præcipue differit res quędam est: sed quoniam apud Autores celebre est discrimen inter res significatas, & sermonem siue signa, quibus illæ significantur; & scientias, quæ in rebus occupantur reales vocatur, quæ insignes, sermocinales. Quod non tollit, quin alia ratione sermo dicatur res, & scientia, quæ de illa disputat, realis.

Sol. 3. arg.

Ad tertium respondetur, entis rationis cōsiderationē ad Metaphysicam pertinere, quatenus aliam habet cum ente reali similitudinem; iuxta illud Rhetoricorum capit. 2. Eiusdem est agere de eo, quod tale est, & quod tale videtur.

Soluitur 4. Argum.

Ad quartum concedendū est Dialecticam non agere de natura cognitionis secundum se spectata, sed quatenus induit formam differēdi. Negandum tamen est hanc formam non esse aliam, quam ens rationis. Nam in syllogismo, verbi causa, duplex forma considerari potest; prima est illa collocatio materialis propositionum, qua medius terminus sumitur pro forma in maiori, pro materia in minori, vel è contrario, ex qua resultāt relationes rationis, quæ est secunda forma. Dicimus ergo Dialecticum nō curare hanc posteriorem formam, vt potè ad illius finem prorsus inutilem, sed primā, quæ ad caulandam scientiam est idonea. Atq; ita nihil nobis aduersatur subiuncta probatio ex alijs artibus.

Subiectū artis est totum artefactum.

Quamuis in eo nō sit vsquequaque probanda, quòd asserit solā formam arte facti esse subiectum artis; cum Aristoteles 2. Polit. cap 5. asserat materiam artis esse eam, quæ supponitur, ex qua aliquid fit. Quibus verbis ad minimum significat materiam arte facti nō esse excludendam à subiecto artis, sed cū forma simul admittēdam, ita vt proprium subiectum sit totum arte factū. Veluti in Musica tota harmonia ex vocibus, & dispositione: in arte conficiendi statuas, tota statua: in Dialectica verò differendi modus ex propositionibus, ac figura cōflatus. Quòd si Auctores impugnatæ sententiæ nomine entis rationis intelligant non respectus ex operationibus resultantes, sed illud artefactum materiale, quod quia ratione perficitur ens rationis appellant, nihil à nostra, & vera sententia distant, vt articulo sequenti patebit.

Tertia opinio defendentiū ens rationis esse subiectū Dialecticę

Superest tertia classis eorum, qui arbitrantur aliquod instrumentum sciendi, ratione confectum, esse Dialecticę subiectum: quorum aliqui latiùs, alij prestius, quā par est loquūtur.

Digitiz Gc

tur. In primis quidam apud Scotum in quæst. 1. Prædic. assignant pro subiecto omnem intellectus operationem. Ea fortasse de causa, quia Aristoteles diuisit Logicam in tres partes iuxta tres operationes intellectus, vt initio Prædic. dicemus, scilicet in Prædicamenta; vbi agitur de simplici rerum cognitione; in libros de Interpretatione: vbi de compositione, & diuisione differitur: & in reliquos, qui discursum complectũtur. Auicenna initio suę Logicæ, cap. 2. & alij Arabes excludunt primã operationem; & ex secunda accipiũt solam definitionem; ex tertia demonstrationem. Docent igitur subiectum Dialecticæ esse modum sciendi proprie accepto sciendi vocabulo, prout scilicet continet demonstrationẽ, & definitionem. Quòd enim hæ tantum operationes veram scientiã pariant, docuit Aristoteles lib. 1. Metaphys. cap. 7. cùm ait omnem doctrinam, aut demonstratione, aut definitione effici. Quòd verò Dialectica solum sciendi modum per se curet, traditum credunt ab eodem Aristotele in 2. Metaphys. cap 3. cum Dialecticam appellauit modum sciendi, nomine scilicet subiecti arti applicato, & ex eo ostensum putant, quod solum sciendi studium Philosopho dignum sit; nam opinario probabilis in quęcumq; cadit, & ex lex est.

Certè Albertus Magnus partim latius, partim pressius subiectum assignat, ait namq; esse omnem, & solam argumentationem; quoniam cùm Dialectica sit scientia rationalis, de omni, soloq; discursu æquatè agere debet. Quod Aristotelem fecisse constat, cum in eius libris sola argumentatio per se explicata reperiatur, & reliqui duo modi, diuisio scilicet, & definitio ad illam facilè reducantur. Angustius adhuc sentit Scotus quæstione tertia in Logicam, vbi vult totum syllogismum esse materiam Dialecticæ eò quòd hic tantum necessariò concludat, & cæteras differendi formas ad se reducat. Omnium angustissimè locuti

Scotus. Ariſt. Auicen. Arabes. Ariſt. Alb. Mag. Scotus.

sunt Græci interpretes, Simplicius, Ammonius, Philoponus, alijque nonnulli, quibus sola demonstratio subiectum Dialecticæ esse videtur. His fundamentum præbuit Aristoteles initio 1. Periher. & in fine 2. Elenchor. priori enim loco promittit se demonstrationem explicaturũ: posteriori verò totum Dialecticæ opus, quasi concludens ait se de syllogismis disputasse, quod Græci pro sua sententia de demonstratione dictum accipiunt. Vt hæ sententię pleniùs refellantur, necesse est, vt veram, ad quam proximè accedunt explicemus: quod articulo sequenti præstandum est, vbi earum argumẽta diluemus.

Simplici⁹

ARTICVLVS III.

DISSERENDI MODVM ESSE Dialectica subiectum reprobatur.

VEra sententia, quam Toletus quæstio. 5. affirmãs fuisse antiquorum Philosophorum; asserit modum differendi esse subiectum Dialecticæ secundum se, & in tota sua amplitudine spectatę, & non vt ab hoc, aut illo auctore tradita est. Est verò differendi modus oratio, qua ex notis ignotum aliquid aperitur: cuius tres sunt partes, videlicet Diuisio, Definitio, & Argumentatio; iuxta numerum eorum, quæ de re quapiam sciri possunt: non plura enim quàm tria de quouis obiecto cognoscimus, nimirum essentiam, eius partes, & affectiones. Essentiam aperit definitio: partes diuisio: affectiones denique & accidentia argumentatio. Hanc opinionẽ proculdubio secutus est Scotus. 1. Prior quæstio. 2. quamuis appellet modum sciendi: sed latè verbum sciendi accipit, vt ex illius verbis colligitur; in eandem, vel inuitus, incidit Aegydius Roman. eodem loco. Inter Recentiores luculenter eã tradit Fonseca lib. 2. Metaphys. cap. 3. quæst. 1. sect. 5. Mirandulanus in

Toletus Subie Dialect est mo disserẽ Defini modus ferendi Scotus Propu tores ius ser tiæ. Aegid. Roma D. Fon Miran

Digitized by Google

proœmio fuæ Logicę,& l.2.Apologiæ ſect.5.Dixi modum differendi eſſe ſubiectum Logicæ ſpectatæ, ſecundum ſe,& in toto ſuo ambitu;quia ſi loquamur de Logica prout tradita eſt ab Ariſtotele; vel de ſubiecto illius principali, non verò de adæquato; nõ eſt dubiũ quin rectè ſenſerint Albertus,& Scotus, qui argumentationem,vel ſyllogiſmum pro ſubiecto ſtatuerunt.

Albert. Scotus.

Probatur aſſertio rationibus.

Porrò totius Dialecticæ adæquatum ſubiectum eſſe modum differendi ex duplici capite probari poteſt; primò ex communi ratione ſubiecti; ſecundò ex propria ratione artis practicæ. Prima ratio ſic habet. In modo differendi ſunt tres illæ cõditiones adæquato ſubiecto neceſſariæ; ergo hoc eſt Dialecticæ ſubiectum. Antecedens probatur; nam differẽdi modus eſt vnum quid ordine, & definitione quodammodo vna expli cari poteſt, non ſecùs ac domus, & exercitus: de quibus ſunt propriæ artes. Deinde nihil docet Dialecticus (modò ſuis finibus concludatur) quod non ſit differendi modus, vt diuiſio, definitio, & argumentatio; vel eius pars, vt propoſitio, & terminus; vel ad ipſum referatur, vt prædicamentum, &c. Denique per hoc ſubiectum perſpicuè differtà ce tetis artibus Dialectica; enim verò vt hæc ſola ad rationis vitia emendanda inuenta eſt,ita ea tantùm elaborat,vt inſtrumenta ad rectè, & emendatè cognoſcendum accommodata perficiat; quod nulla alia procurat; licèt enim Grammatica, & Rhetorica, circa Orationem etiam occupentur, duplici tamen titulo in hoc ipſo à Dialectica diſtinguuntur. Primò quòd Grammatica conſideret Orationem,vt correctam, & emẽdatam: Rhetorica vt comptam & ornatam: Dialectica, vt vim habet ignotum ex notioribus declarandi. Secundò. Quoniam Grammatica,& Rhetorica præcipuè verſatur in oratione externa,Dialectica in interna.

Ratio.1.

Ratio.2.

Secunda ratio. Materia artis practicæ,ex illius fine optimè deprehẽditur: ſed finis Dialecticæ communi omnium conſenſu eſt docere, quo pacto differendum ſit; ergo eius materia ſubiecta erunt ipſæ differendi formæ. Maior probatur. Finis artis eſt effectio alicuius operis: ſed natura cuiuſque effectionis deſumitur ex opere,quod per eã fit, veluti ex proprio termino, vt in Philoſophia receptiſſimum eſt; ergo rectè ſequitur à poſteriori talem eſſe materiam artis,qualis eſt eius finis;quare ſi Dialecticæ finis eſt confectio modorum differendi, ambigi non poteſt ipſos modos elaboratos eſſe propriam illius materiam: ſicut ex eo quòd ars Aedificatoria in ædificationem, tamquam in proprium finem incumbat, probè concluditur eius materiã circa quam,eſſe ipſum ædificium.

Refutãtur contrariæ opiniones

Hinc facilè eſt omnes opiniones tertiæ claſſis refutare; & imprimis eam,quæ omnes intellectus operationes pro ſubiecto conſtituebat. Nam prima,& ſecunda,quæ diuiſiones,& definitiones non ſunt, carent illa efficacitate aperiendi ignotum ex notioribus,quam ſolam Dialectica ſcrutatur; ergo non ſunt eius materia,ſed eatenus ab illa tractantur, quatenùs ad fabricam modorum differendi conducunt. Nec Ariſtoteles propterea partitus eſt Dialecticam tractationem iuxta numerum operationum intellectus, quòd ſinguIæ per ſe induant rationem partialis ſubiecti: ſed quoniam ſunt partes, & principia, ex quibus ſubiectum integratur, quæ oportuit explicatè propoſuiſſe. Quo ſatisfactum eſt illius ſententiæ fundamento.

Explicatur Ariſtotel.

Obijcitur.

Occurrit.

Oppones.Dialectica inuenta eſt, vt ſæpè confeſſi ſumus, ad vitia, quæ inter cognoſcendum obrepere ſolẽt, auferenda; ſed mens non ſolum errat,cùm diſcurrit,ſed etiam cùm ſimpliciter apprehendit, vel componit & diuidit; ergo non ſolus diſcurſus, ſed prima etiam, & ſecunda operatio ſub eius obiectum per ſe cadũt, præſertim cum nulla alia ſcientia detur,cui hæc cura demandata ſit. Reſpondetur maiorem, loquendo per ſe, eſſe veram de illis vitijs, quæ accidũt rationi,quatenùs ratio eſt, ſeu

prout

prout ex notis adignota procedit: nam Dialectica inuenta est ad supplendum illud, quo ab Angelis superamur; cuius defectus præcipuè cernitur in progressu ex vna cognitione ad aliam (Nam Angelus omnia simul cognoscit) cum autē hic progressus non cernatur in quauis prima, & secunda operatione, fit vt nō omnes assignandæ sint pro subiecto Dialecticæ. Quare ad minorem dicendum est, falli quidem mentem in apprehensione, & iudicio; sed huius erroris emendationem non cadere sub potestatem Dialecticæ per se, sed eius scientiæ, cuius est materia, quæ cognoscitur aut iudicatur. Dixi (absolute loquendo) quoniā negari non potest Dialecticam, dum ad proprium obiectum efficiendum pergit è vestigio emendare vitia primę, & secundæ operationis, quatenùs ad eam pertinent, & ad propriū subiectum conducunt.

Refutantur contrariæ opiniones

Faciliùs refutantur aliæ sententiæ, quę in vno vel altero tantùm differendi modo subiectum collocāt omnis enim differendi forma, quę per se vim habet aperiendi ignotum ex notioribus participat rationem subiecti huius artis; sed ita se habent præter argumentationem diuisio, & definitio, ergo sunt partialia subiecta. Probatur minor. Quia diuisio, & definitio diuerso penitus modo tum ab se inuicem, tum ab argumentatione ignotum aperiunt, idque omnino independenter, & à se mutuò, & ab argumentatione, vt earum naturam considerāti est manifestum; ergō immeritò asseueratur, vel sola demonstratio, aut per se, aut simul cum definitione; vel syllogismus, aut argumentatio esse huius artis obiectum. Nec confirmationes ibidem additæ quicquam probāt. Quoniam Aristoteles in 1. Metap. cap. 7. præcipuos tantum cognoscendi modos numerauit; quos fatemur esse demonstrationem, & definitionem, id tamen non efficit, quominùs sint alij. Quos eo loco ideo omisit, quia hanc rem ex professo non declarabat. In libro autem secūdo, quid nomine modi sciendi intelligat, iam explicauimus. Ad confirmationem pro eadem Auicennæ sententia concedendum est solum studium sciēdi dignum esse Philosopho, negandum verò de solo differendi modo, quo scientia cōparatur, haberi posse scientiam. Habetur enim de quouis alio modo, quo aliquam veritatē aut certò, aut probabiliter inuestigamus; siquidem hoc ipsum scire possumus, quòd talis modus probabilem notitiam pariat.

Explicatur Aristot.

Confirmatio sententiæ Alberti, Scoti, & Græcorum solùm probat Dialecticam ab Aristotele in libris, qui ad nos peruenerunt explicatam habere pro subiecto adęquato solam argumentationem, vel præcipuā eius partem, nempe syllogismum; hanc enim tantùm ex professo tradit Aristoteles, vt idem Albertus loco supracitato, & Aegydius initio Præd. annotarunt. Quòd si de Logica secūdum se spectata loquamur, & illius subiectum non totale, sed præcipuū tantùm consideremus; dicendum etiam erit hoc esse argumentationē, vel syllogismum, qui inter omnes differendi formas obtinet principatum. Quemadmodum quia Deus est præstantissimum omnium entiū, quę in Metaphys. pertractantur, dicitur illius subiectum primarium.

Alber Aegid

ARTICVLVS IV.

ALIQVÆ OBIECTIONES CONtra superiorem doctrinam diluuntur.

Obijcitur

Occurri

VT quę hactenus de subiecto Dialecticę tradita sunt, manifestiora euadant, ita licet primò obijcere. Subiectum cuiuslibet disciplinę debet esse prius, saltem quam ipsa; sed modus differendi est posterior Dialectica; ergo non est illius obiectū. Maior probatur. Nam scientia sumit speciem & distinctionem à suo subiecto; vt docet Aristoteles lib. 1. Post. cap. 23. & Plato in Dialog. de furore poetico: id autem, quod speciem & distinctionem alicui præ-

Prima iectio.

Aristot. Plato.

bet,cũ munere cauſę fungatur,prius debet eſſe eo, cui id præſtat. Minor conſtat. Quia modus differendi eſt quoddam arte factum quod præſupponit regulas artis, ab ipſaque perficitur.

Obiect. 2. Secundò. Id cenſetur proprium artis ſubiectum,quod ab ea tantũ fit, vt videre eſt in domo reſpectu Aedificatorię,& in cathedra comparatione Lignariæ: ſed præcipui differendi modi non perficiuntur à Dialecti ca,ſed ab alijs ſcientijs. Diximus enim demonſtrationes, definitiones, & diuiſiones in materia neceſſaria aliarum ſcientiarum,nõ fieri à Dialectico,ſed ab earum artificibus; ergo differendi modus non eſt proprium Dialecticæ ſubiectum.

Obiect. 3. Tertiò. in oratione, qua ex notis ad ignota progredimur, nihil eſt præter conceptus materiales,& illorum ſignificationem, atq; ordinem: ſed dialectica nullum horum conſiderat;ergo nihil ſupereſt,quod materia Dialecticæ ſit, & differendi modus appelletur. Maior,& conſequentia patent. Minor probatur. Conceptus ſunt naturales qualitates, de quibus agit Phyſicus: ſignificatio,& ordo ſunt entia rationis quæ, non ſunt materia Dialecticæ; ergo aliud ſubiectum quęrendum eſt. Confirmatur. Quia ex conceptibus in formam differendi compoſitis non reſultat aliqua paſſio realis,quæ à Dialectica demonſtrari poſſit. Quod tamen opus erat, vt conceptus ſic diſpoſiti ſubiecti locum obtinerent.

Satis fit primæ obiectioni. Ad hæc ita reſpondendum eſt, ad primum ſubiectum artis eſſe prius naturâ,quàm artem in genere cauſæ formalis externæ, in genere tamen efficientis eſſe poſterius,vt omnia alia obiecta artium practicarum. Illa verò prioritas cauſæ externæ ſatis eſt, vt ſubiectum ſcientiæ præbeat ſpeciem,& diſtinctionem, quamuis ab eadem ſcientia ex ſtentiam accipiat:vt videre eſt in potentijs; nam communi Philoſophorum conſenſu potentia immediatè ſortitur eſſentiam,& ſpeciem ab actu, qui ab eadẽ potentia producitur.

Ad ſecundum conceſſa Maiori, diſtinguenda eſt Minor. Si enim veri modos differendi in materia neceſſaria aliarum ſcientiarum ita ab ipſis fieri,vt in eorum confectione non vtantur habitu Dialecticæ, negandũ eſt. Nam quòd ſyllogiſmus,vel definitio entis naturalis,verbi cauſa,recte diſponatur, non prouenit ex ſolo habitu phyſico,ſed etiam ex Dialectico;quod ſatis eſt, vt ſubiectum artis ab ea fieri dicatur. Sin vult prædictam demonſtrationem,vel definitionem,à ſola Phyſiologia abſolui, neganda eſt. Quòd enim ſupra diximus formas differendi in materia neceſſaria aliarum ſcientiarum,eſſe illarum proprias, non tollit quo minùs habitu etiam Dialecticæ perficiantur;ſed quia materia eſt determinata,& præſtat formæ, ideo totum in ea materia differendi vſum alijs aſſignamus. Satisfit 2. obiectioni.

Ad tertium reſpondent aliqui in Oratione aperiente ignotum per notius reperiri, præter ibi commentata,modum quendam realem ex conceptuum ordine reſultantem, quem Dialecticus vt proprium ſubiectum conſiderat; & modum differendi, id eſt formæ, qua differimus appellat. Ceterùm id fictitium eſt. Quoniam ille modus vel eſſet in tota oratione,vel in ſingulis eius partibus: nõ primum; quia ratio tertiæ ſaltem operationis, eſt aggregatum plurium qualitatum,in quibus vnus tantum modus eſſe non poteſt. Non ſecundum. Quoniam ſi in ſingulis conceptibus eſſet ſuus modus, iam ſinguli eſſent modus differendi. Quod eſt abſurdum. Præterea. Neceſſarium nõ eſt ad ſaluandam communem locutionem,vel rei veritatem illum modum inuehere;ſiquidem Ariſtoteles Ariſt. in 2. Metaphyſ. c. 3. appellauit Dialecticã modum ſciendi,nõ propter aliquem modum ſuperadditum; ita ergo poſſumus vocare ſubiectum modum differendi, hoc eſt rationem,& viam ad notiora progrediendi. Item quidquid præſtare poteſt ille modus, efficiunt conceptus per ſe ergo, &c. Quo pacto quidã ſoluant 3. obiectionem.

Reſpon-

by Google

Satisfit obiectioni.

Respondendum igitur est ad argumentum; verum quidem esse Dialecticam non agere de natura conceptuum, nec de illorum significatione, vel ordine formali, qui est respectus rationis. agere tamen de ordine fundamentali; hoc est, de illo artefacto ex conceptibus, in quo reperitur vis aperiẽdi ignotum ex notioribus. Quo pacto medicus, qua medicus est, nec agit de natura humorum, nec de relatione proportionis, quæ inter ipsos cernitur; & tamẽ agit de sanitate, hoc est, de proportione fundamentali, qua sibi humores accommodatè correspõdent. Itaque cùm Dialecticus in definitione versatur, non considerat materiã, vel significationem conceptuum generis, & differentiæ, quibus constat: sed ostendit definitionem esse arte factum ad essentiæ penetrationem idoneum. Ad confirmationem respõdetur, ex modo differendi resultare passionẽ realem, virtutẽ scilicet aperiendi ignotum ex notioribus; quæ non actu, sed virtute à subiecto distinguitur. Quod satis esse ad veram scientiam etiam realem, in principio Posterior. ostendemus.

QVAESTIO VI.

SIT NE DIALECTICA AD alias disciplinas capessendas necessaria, an non?

ARTICVLVS I.

DISPVTATVR QVAESTIO in vtramque partem.

Ratio 1. p parte negatiua.

DIalecticam omnibus disciplinis comparandis necessariam esse absque antiquorum, & recentiorum Sapiẽtum, absque aliarum scientiarum, & ipsius Dialecticæ iniuria defendi non posse, ita quispiam suadebit. Primò. Multi antè inuentã Dialecticam in omni genere scientiæ docti extiterunt; & nunc etiam multi absque eius ope eruditissimi existunt; non est igitur omnibus disciplinis necessaria. Antecedens ex eo probatur, quia Aegyptij, & Hebræi antiquiores Zenone Eleate, qui primus Dialecticam inuenisse perhibetur, in Mathematicis excelluerũt. Thales Milesius, & alij ex Græcis in Moralibus, & Naturalibus insignes fuere. Hippocrates, cui tanta medicinæ peritia, vt vulgo crederetur AEsculapio prognatus, Logicam ignorasse fertur, & tamen extitit medicorum princeps. Nunc verò per quàm multi non solum vtriusque iuris prudentiam, sed Mathematicas etiam sine Dialecticæ præsidio cum laude profitentur.

Ratio. 2. Secundò. Si Dialectica esset alijs scientijs necessaria, nulla sibi sufficeret, nulla proprium differendi vsum haberet; propter modos enim differendi maximè necessaria creditur Dialectica: nos autem asseruimus in singulis disciplinis esse aliquem differendi vsum illis proprium; non est igitur tantopere necessaria Dialectica.

Ratio. 3. Tertiò. Si ita esset, ante omnes alias scientias præmittẽda foret Dialectica: id verò admittẽdum non esse constat ex doctrina Philosophi. 5. Metaphys. cap. 1. vbi ait in tradendis artibus à facilioribus, & manifestioribus incipiendum: Dialecticam verò multò esse difficiliorem quàm reliquas docet D. Thomas Opusc. 70. quæstion. 6. articul. 1. Et ratione confirmatur. Quia agit de rebus à sensu remotissimis, quæ difficilius cognoscuntur. Esse autem obscuriorem docet vsus, tempore Platonis receptus, cum Dialectica non nisi post Mathematicas docebatur. Imò Plato ipse in 7. de Repub. præcipit, vt triginta annos nati duntaxat Dialecticas argumentationes cautè degustent. Quod si aliæ scientiæ Dialecticam sibi præferri patiantur. Metaphysica tam grauem iniuriam non feret. Enimuerò cum omnium scientiarum principia à Metaphysica explicentur, si alicuius scientiæ tradi-

Aristot. Plato. D. Thom.

Digitized by Google

ditio ad Metaphyſicam requiratur, erunt illæ ſcientiæ à ſe mutuo depẽdentes. Quod abſurdum videtur. Et in Dialectica peculiarem habet difficultatem. Hæc enim quid ſit definitio, quid diuiſio, & argumentatio ex profeſſo declarat: id autem præſtare nequit, niſi accepta à Metaphyſica horum cognitione; nã definitio explicat eſſentiam: diuiſio diſtinctionem argumentatio verò, vt recta ſit, præſupponit notitiam horum principiorum, quibus innititur. (Quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe) (Non poteſt idem de eodem ſimul affirmari & negari.) vt ſuo loco dicemus. Atqui horum tractatio, & explicatio eſt Metaphyſicæ, ergo fieri non poteſt, vt Logica ante illam præmittenda ſit.

Ratio 4. Quartò. Si Dialecticæ vtilitas ad omnes veras ſcientias ſe extendit; neceſſe eſt vnum è duobus fateamur, aut idem ſe ipſo prius, ſui inſtrumentum, ac magiſtrum eſſe: aut Dialecticam non eſſe veram ſcientiam, quando aliarum iura non ſubit. Quod eſt non modò antiquis Philoſophis, & omnibus diſciplinis, ſed ſibi quoque iniurium eſſe.

Poſtremò. Id quod inutile, & noxium eſt, non poteſt eſſe neceſſariũ ad bonum aliquid obtinendum: atqui Dialectica eſt inutilis, ac plerumq. nocet; non eſt igitur neceſſaria ad ſcientias, quæ excellens quoddam bonum ſunt, comparandas. Minor probatur primò. Quia multitudine præceptorum magis obruitur mens, quàm iuuatur. Quò ſpectat illud D. Auguſtini libr. 2. doct. chriſt. cap. 37. Si quiſpiam dare volens præcepta deambulandi, moneat nõ eſſe cuique leuandum pedem poſteriorem, niſi cum poſuerit priorem, &c. Vera dicit, nec aliter ambulari poteſt; ſed facilius homines hoc faciendo ambulant, quam animaduertunt, cùm faciunt, aut intelligunt, cùm audiunt: qui autem ambulare non poſſunt, multò minus ea curãt, quæ nec experiendo poſſunt attendere. Itaque plerumque citius videt ingenioſus non eſſe ratam concluſionẽ, quam præcepta eius capit: tardus autem non eam videt, ſed multò minùs quod de illa præcipitur, magiſq. in his omnibus ipſa ſpectacula veritatis ſæpe delectant, quàm ex eis in diſputando, aut iudicando adiuuamur. Hæc Auguſtinus. Non diſſimilia Origines Hom. 2. in Exod. vbi comparat Dialecticam cum plaga cyniphum, quia vexati fuerunt Aegyptij. Tertullianus etiam lib. de præſcr. aduerſus hæreticos cap. 7. Inſerunt, inquit. Ariſtotelem, qui illis Dialectică inſtituit, artificem ſtruendi, & deſtruendi verſipellem, in ſententijs coactam, in coniecturis duram, in argumentis operatoriam cõtentionum, moleſtam etiam ſibi ipſi, omnia retractantem, ne quid omnino tractauerit. Mitto plures aliorum Patrum ſententias, quibus manifeſtè oſtendunt Dialecticam non modò vtilem non eſſe ad capeſſendas diſciplinas, ſed etiam perniciosam.

D. Auguſt.

Qui Patres Dialecticã eſſe inutilẽ videantur aſtruere: immò perniciolã 11.

Alij contrà Dialecticæ ſtudium formandis diſciplinis adeò neceſſarium cenſuerunt, vt ne vnam quidẽ veritatem ſine Dialecticæ præſidio cõprehendi poſſe crediderint. Quod Iamblicus Epiſtola ad Sopatrum quaſi de communi conſenſu ſic exprimit. Nulla Philoſophiæ pars abſque Dialectica ratione comparatur. Hoc ipſum multis, & præclaris eiuſdem artis encomijs plerique tradiderunt. A quibuſdam enim dicitur examen, & libra veritatis. Ab alijs formatrix Sapientiæ, regula, & menſura artium, Clypeus diſciplinarum, mundi rationalis, id eſt, humanæ mẽtis ſol, rationis óculus, ſcientia ordinis, clauis aurea, ſcientia ſcientiarum. Quæ omnia huius artis, nõ modo nobilitatem, ſed ad alias ſciẽtias acquirendas neceſſitatem apertè declarant. Hanc luculenter commendat Plato in Phædro, & Parmenide, Ariſtoteles in 1. Poſter. cap. 2. & 1. Top. c. 2. Cicero lib. 5. Tuſcul. quæſt. de perfecto oratore, & 2, ac 3. de finib. Quintilianus lib. 2. cap. 12. Stoici apud Laertium in Zenone Citticco. D. Aug. lib. 2. de ordine cap. 13.

Quæ ſtẽt, pro parte affirmatiua.

Iãblicus.

Dialecticæ encomia.

Autores qui Logicæ neceſſitatem ad ſciẽtias cõparãdas exaggerãt. Plato. Ariſt. Tullius. Quintil. Stoici. D. Aug.

&

& 2. de doct. christ. cap. 36. & lib. 3. contra Academicos, Clemens Alexand. libr. 6. Strom. Philo. Iudæus in lib. de Agricult. & alij permulti.

Clem. Al. Phil. Iud.

Fundamẽtum partis affirmatiuæ.

Huius sententiæ fundamentũ est. Ad veram cuiusq; rei scientiam comparandam duo requiruntur, certitudo, seu immutabilitas ex parte rei, & firmitas ex parte potentiæ. Vtrũuis enim horum desit, scientia claudicabit, si vel res necessaria non sit, vel potentia in cognitione vacillet; vt initio Poster. ostendemus. Sed quemadmodum certitudo rei ab eiusdem necessitate dependet, ita firmitas intellectus à cognitione eius discursus, quo in scientia perdiscenda vtitur; si enim mens certa non sit bonam discurrendi formam se adhibuisse, incerta erit de ipsius notitiæ veritate. Cum igitur iudicium de bonitate discursus sit proprium Dialecticæ, negari nõ potest hanc ad omnem veritatem sine periculo erroris consequendam omnino requiri.

D. Aug. Orig.

ARTICVLVS II.

RESOLVITVR QVAESTIO, & satisfit argumentis, quatenus resolutioni aduersantur.

Tria aduertuntur. Primũ. Dupliciter aliquid est necessariũ simpliciter, vel ex suppositione.

ANtequam propositæ quæstioni respondeamus, tria aduertenda sunt. Primum, duobus modis aliquid esse necessarium. Vno simpliciter, & non habita ratione alterius, quo pacto necessarius est solus Deus, qui cum per se necessariò existat, à nullo dependet. Altero ex suppositione alicuius causæ, propter quam aliquid necessariò est. Quæ causa vel est efficiens, vel finalis. Propter causam efficientem necessarium dicitur id, quod ea posita non potest nõ produci, eiusmodi est dies comparatione solis in nostro hemisphærio existentis, quia fieri nequit, vt sole apud nos existente non sit dies. Necessarium propter causam finalem est, quod ad illius assequutionem exigitur, veluti nauis ad trasmittendum mare. Hoc rursum duplex est; alterum sine quo finis obtineri non potest, & dicitur necessarium ad esse: vt cibus ad vitam conseruandam; alterum quo melius, & cõmodius acquiritur finis, licèt absque illo posset quoquo modo comparari: & vocatur necessarium ad bene esse, vel vtile; vt equus ad iter faciendum. Porrò cũ dubitamus, an Dialectica sit necessaria ad alias scientias, non est sermo de necessitate simpliciter, sed ex suppositione causæ finalis, & quærimus, An sit necessaria ad esse, an ad benè esse.

Necessariũ ratione finis vel est ad esse, vel ad bene esse.

Aduertendum secundò Dialecticam diuidi solere in naturalem, & artificialem. Naturalis est, vel intellectus, quatenus ex propria & specifica differentia vim habet discurrendi, & ex notis ad ignotum progrediendi: vel potius quædam notitiæ modorum differendi, quas ipsa ratio sine vllo ordine, methodoue scientiæ parit, & in aliarum rerum cognitione sponte sua vtitur. Quæ proinde appellari potest Dialectica imperfecta, seu inchoata. Artificialis (quæ & perfecta dicitur) est præceptorum multitudo ordine digesta, vsuque comprobata. Huius diuisionis autor est Aristoteles 1. Rhet. cap. 1. cum ait homines, aut à naturâ Dialecticos, & Rhetores esse, aut arte. Eandem vsurpauit Iamblicus Epistola ad Sopatrum; posteriores que Philosophi.

Aduertiũ 2. Duple est Diale ctica, Naturalis vna altera Artificialis.

Arist. Iãblicus.

Aduertendum est vltimo nomine scientiæ intelligi posse vel totalem, quam supra diximus esse multitudinem habitũ, &c. vt Physiologiam, aut Metaphysicam: vel partialem, vt vnam aliquam Physiologię, aut Metaphys. cõclusionem. Difficultas igitur proposita est, quænam ex enumeratis Dialecticis, & ad quam scientiam sit necessaria.

Aduertii 3. Scientiam vel intell gi totalẽ vel intell gi partiali

Cõclus. 1. Dialectica artificialis respectu aliarũ sciẽtiarum est necessaria ad bene es se, non ad esse.

Qua in re sit prima cõclusio. Dialectica perfecta, & artificialis, non est necessaria ad esse, vt cæteræ scientiæ comparentur: est tamen admodum vtilis, vt facilè, & absque erroris periculo addiscantur. Hæc videtur conciliare vtramque sententiam in primo articulo propositam, & mentem Augustini propiùs attingere.

Augusti.

Digitized by Google

re libro enim 2. de doctr. Chriſ. cap. 36. ita ſcripſit. Sciẽtia hęc, id eſt Dialectica, plurimum intellectorem iuuat. Eadem eſt mens Clem. Alex. ſupra, vbi Dialecticam ſepi comparat, qua licèt arbores, fructuſque non egeant, vt ſint, egent tamen maximè, vt tuti ſint. Idem crediderim voluiſſe Ariſtotelem 2. Metaph. cap. 3. illis verbis. Abſurdum eſt ſcientiam ſimul, & ſciendi modum quærere. Abſurdum enim dixit, non impoſſibile, quaſi diceret comparari poſſe alias ſcientias abſque arte Dialecticæ, nõ tamen ſine labore, errandiq. periculo, quæ non vitare, cum poſſis, abſurdum eſt. Concluſio, vt á nobis propoſita eſt, traditur ab Scoto. 2. Metaphyſ. quæſt. 12. Luculenter probatur à Fonſeca quæſtion. 3. ſect. 2. vt commune veterum Philoſophorum aſſertum.

Clem. Al.

Ariſt.

Scot. Doct. Fõſ.

Probatur prior pars cõcluſ. 1.

Prima eius pars in hunc modum probatur. Vt quis ſcientiam aliqua ratione cõparet, ſatis eſt, quòd principia penetret, indeque per aptas differendi formas concluſiones deducat: ſed hoc ſine perfecta Dialectica præſtare poteſt; ergo, &c. Minor ſuadetur. Ad principia, per ſe nota, cognoſcenda nulla opus eſt arte, cum inde per ſe nota appellentur, quod abſque alterius ope intellectui innoteſcant: formæ autem differendi, cum ſint proprium inuentum rationis, poſſunt ſine dubio ab intellectu perſpicaci, rudes ſaltem, & inchoatæ inueniri, ac proinde ſcientia quoquo modo comparari. Idem probant omnia argumenta in gratiam primæ ſententiæ adducta.

Probat 2. pars cõcluſionis. 1. Primò.

Secunda eius concluſionis pars oſtenditur primò. Quilibet artifex expeditior eſt, ad opera artis, cum parata habet inſtrumenta, quàm cũ illis deſtituitur: ſed ſciendi inſtrumenta ſunt formæ differendi; ergo intellectus, qui ſciendi artifex eſt, multò expeditior, atque ad ſciendum promptior euadet, ſi præfatas differendi formas à Dialectica præparatas, ſuiſq. locis diſpoſitas obtineat. Cuius argumenti vim expreſſit Auguſtinus 2. de Ordine c. 13. Quãdo, inquit, ratio alia fabricanda tranſiret, niſi ſua prius quaſi machinamenta quædam, & inſtrumenta diſtingueret. Secundò. Fieri nequaquam poteſt, vt Dialecticæ ignarus præmeditatos habeat omnes differẽdi modos, quibus in adeptione ſciẽtiæ opus eſt; ergo nę illorum defectu in ſciendo laboret, in eosvè errores elabatur, in quos Dialecticæ ignoratione veteres Philoſophos incidiſſe tradit Ariſtoteles. 4. Metaphyſ. text. 8. ante omnes ſcientias Dialectica adipiſcatur, opus eſt: quod ſcitè Tullius in 3. de Finib. Sine Dialectica, inquit, quemuis arbitramur à vero abduci, falliq. poſſe.

Auguſt.

Secundo.

Ariſt.

Tullius.

Secunda concluſio. Dialectica naturalis, ſiue inchoata, ad omnes cuiuſq. ſcientiæ concluſiones eſt neceſſaria. Hanc ſine dubio tradiderũt Autores ſecundæ ſententiæ; omniũ clariſſimè Albertus Magnus 1. Poſter. tracta. 2. cap. 1. his verbis. Tunc certi ſumus, cùm veritatem ſyllogiſmi cognoſcimus; & tract. 1. in Prædic. cap. 3. ſine Logica, qui videntur ſcire neſciunt ſe ſcire, cum neſciant modum ſciendi. Ex quibus ducitur primum argumentum. Nullius concluſionis ſcientia perfecta eſt, niſi habeatur per cauſam, quæ illius cauſa eſſe cognoſcatur, vt patet, ex definitione ſcientiæ à Philoſopho tradita in 1. Poſter. c. 2. ſed intellectus nõ poteſt certò ſcire id quod continetur in præmiſſis eſſe cauſam concluſionis, niſi probè teneat formam diſcurrendi non eſſe fallacem; quod eſt inchoatam Dialecticam poſſidere, ergo hæc eſt omnino neceſſaria. Secundò. Quando ex præmiſſis concluſio deducitur, neceſſe eſt, vt iudicium de bonitate conſequentiæ intercedat: ſeu illud ſit formale, vt cum actu diſtincto iudicamus illationem alicuius argumentationis eſſe bonam: ſeu virtuale, quod tunc datur, cum eodẽ actu, quo aſſentimus concluſioni propter præmiſſas, ad ipſam rationem inferendi attendimus, eiuſmodi autem iudicium pertinet ad Dialecticam, & non ſufficit virtuale, niſi in peritis, & exercitatis, qui artem per-

Cõcluſ. 1. Dialectica naturalis reſpectu aliarum ſciẽtiarum eſt neceſſaria ad eſſe. Probat. 1. Albert.

Probatur 2.

perfectè callèr: ergo qui carent Dialectica perfecta, debent saltem habere inchoatam actu exercitam, cum alicui conclusioni assensum prębent nisi consequẽtia sit adeo perspicua, vt per se pateat. Quales sunt aliqui syllogismi in Barbara, in materia præsertim Mathematica. Quam ob causam non diximus in conclusione, Logicam esse necessariam ad omnes: sed ferè ad omnes cõclusiones.

Dialectica etiã ad sacrarum literarũ intelligẽtiã necessaria.

Neque verò putandum est ad scientias tantũ naturales huius artis vtilitatem, vel necessitatem extendi, ad ipsam namque diuinarum literarũ & sacræ Theologiæ scientiam adhibendam esse prędicã. Origenes homil. in Exod. ērudito ita, inquit, ad omnem peruenit sensum; & per cãquisque medicatus, & fontis adduinorum intelligentiam paratior venit. Clem. Alex. lib. 1 & 6. Strom. ita scribit. Dialectica velut manu ducit ad veram, æternamque sapientiam, & ad cognitionem supremę veritatis. Denique Hieronymus in commentarijs super Ezechielem. Verè quicquid peruersorum dogmatum est, & putatur esse robustum interrens sapientia, hoc Dialecticæ artis subuertitur, & instar incendij in cinerem, fauillasque dissoluitur. Idem alij Patres attestantur. Et ratio est in promptu; nam quantò res aliquoris naturæ sunt, & humanæ mentis captum superant, tantò maioribus præsidijs eget intellectus, ne labatur.

Hieron.

Argumentis in vtramque partem adductis respondemus in primis solum concludere non tantoperè exigi Dialecticam artificialem, vt sine illa non possint excellenti ingenio viri aliquam eruditionem obtinere; nec tam superfluam esse eius operã, vt artificialis admodum vtilis non sit, naturalis verò prorsus necessaria. Igitur ad primum partis negatiuæ concedimus priores Philosophos in alijs scientijs absque Dialectica perfecta floruisse, & nunc etiam florere: non tamen sine inchoata, quibus tamen melius cõsultum fuisset, si huius artis præsidiũ adhibuissent: vt Aristot. loco citato attestatur.

Respõdetur ad 1. argu. partis negatiuæ.

Aristot.

Quamuis in Mathematicis ob materiæ perspicuitatem minùs necessaria sit Dialectica. In Iuris autem prudẽtia idcircò non adhibetur, quia more scientiæ nõ traditur. Nam Legea, & Decreta, in quibus iuris periti nostræ ætatis versantur, sunt cõclusiones scientiæ Moralis, quæ illi parũ curant, quo pacto ex suis principijs eliciantur. Hippocratem Dialectica non caruisse eius scripta declarant.

Leges, & Decreta sunt conclusiones scientiæ Moralis.

Ad secũdum negandũ est in alijs scientijs dedecus cedere, q̃ Dialecticæ operam requirant, nec enim viro principi probro obijcias quod alterius egeat famulatu. Negãda etiam est alia eiusdem argumenti illatio, quòd nimirùm ex nostra sententia sequatur nullum esse discrẽdi vtum alijs disciplinis proprium; nam vt eiusmodi vtus alicui scientiæ sit proprius, opus non est, vt ab ea inuentus sit, sed vt propriæ illius materię applicetur. Quamuis igitur aliæ scientiæ in propria materia per se differant, tamen hoc plurimũ à Dialectica acceperunt, quæ modos disserendi suppedi tauit.

Respondetur ad 2. argum. partis negatiuæ.

Ad tertium respondetur cum eodem Diuo Thoma ibi. ad 3. Elie quidem à facilioribus, & manifestioribus ordiendum, nisi quę difficiliora sunt, ad aliorum disciplinam requirantur: ideoque etsi Logica durior sit, ob doctrinæ tamen commoditatem ab ea inchoandum esse. Mathematicæ autem quæ Platonis tempore pueris tradebantur, rudes quædam institutiones erant, quæ ingenium acuerent, prõptiuq. redderent alias disciplinas comparandas. Nec Plato tam ferò, tantaq. adhibita cautione Dialecticas argumentationes degustare iussit, quòd suapte natura sint posteriores: sed quia Reipublicæ pacem, & animorum consensionem, quam omnibus præferebant, poterant impedire. Quod verò attinet ad Metaphysicam respondetur aliud esse rerum essentiã, distinctionemq. detegere, aliud ad hoc ipsum efficiendi modum assignare; ac primum ad Metaphysicam spectat; secundum Logicæ proprium est:

Ad 3.

ed by Google

est: quæ vt modos differendi tradat, non explicat essentiam, communissimaue principia, sed supponit. Quod ei vitio verti non debet, comparatione præsertim illorum principiorum, quæ licèt ad Metaphysicam per se spectent, cum tamen per se nota sint, meritò à quauis disciplina supponuntur.

Ad 4. Ad quartum negamus quod infertur videlicet, aut idem se ipsum antecedere, aut Dialecticam non esse scientiam; Quamuis enim vera scientia sit, in eo tamen differt à reliquis, quia cum differendi modos tradat, facilior, quò ad hoc manet eius acquisitio, cui ij, qui reliquas scientias discunt, & ad res, in quibus illæ versantur, & ad prouidendas differendi formas simul attendere debeant; qui autem Dialecticæ studet, in formas tantùm incumbit. Ad hæc fatemur Dialecticam inchoatam præcedere artificialem, & vnam artificialis partem priùs inueniri, ab eaque iuuari partem inuentu posteriorem. Quod non est idem seipsum præcedere, & sui instrumentum esse.

Resp. ad vltimũ arg. Ad vltimum concessa Maiori, negãda est Minor, Dialecticam scilicet inutilem esse; nam quòd multis differendi præceptis abundet, non ob id magis est inutilis iudicanda, quàm Medicina, quòd multa ad curandos morbos remedia suppeditet: sed vt hæc corpori magis nocent, quàm prosunt, si importune, & intempestiuè adhibeantur; sic illa animo docentis, si tam multa confertim ingerantur, vt confusionem pariant: vel si quis in vsu differendi ita versari velit, vt non nisi regulas, & præcepta sigillatim, ac nimis religiosè attendendo, ratiocinari audeat. Tandem quòd graues Autores in Dialectica scripsisse vid sunt, id non vt contra artem, sed vt contra eius abusum, & eam facultatem, quæ cum se Dialecticam videri optat, sophysticæ contentionis cauillis veritatem oppugnat, dictum accipimus.

APPENDIX.

IN QVA LOGICAE PARTITIONES breuiter explicantur.

AD eorum, quę de natura, & efficacitate Logicę hucusque dixi mus, absolutionem operæpretium putauimus eiusdem in partes diuisionem, & partium inter se ordinẽ, ad calcem huius tractationis breuiter explicare. Omissis igitur ijs diuisionibus, quarum explicationẽ iam tradidimus, videlicet in Dialecticã docentem, & vtentem: in naturalem, & artificialem; quarum prior non tã artem in varias dissecat partes, quàm doctrinam separat ab vsu; posterior vno tantùm membro totam artem, de qua disserimus comprehendit; agimus enim de sola Dialectica artificiali. Prætermittenda quoque est alia Dialecticæ partitio in partem inueniendi, & iudicandi: imò differenda in libros de Resolutione, vbi eam contra Stoicos, primos illius Autores improbabimus. Omittuntur aliquot Dialectię partitiones.

Præter has, tres aliæ circumferuntur Logicæ diuisiones, quæ ad institutum faciunt, & non nihil doctrinæ continent. Prima traditur simul per materiam obiectam (quæ remotissima vocari potest) & per formam à Logica inductam. Secunda partim per materiam remotam, partim per proximam. Tertia per solam proximam materiam, siue subiectum, in quo Dialectica occupatur, quæ iuxta plures hac de re sententias multiplex est. Aliæ Logicę diuisiones signantur.

Quod attinet ad primam. Auerroes in præfatione ad 1. Poster. distribuit Logicam in vniuersalem, & particulare: vniuersalem videtur appellare eam partem, in qua differendi formæ nullius materiæ habito respectu, absolutè proponuntur: quæ ideo communis censetur, quia ad omnem materiam est indifferens, & indeterminata, omnibusque accommodari potest. Hęc libris Prędicamentorum, Perihermenias, & de Priore resolutione ab Aristotele cõ pre- Auerroes. Auerr. distribuit Logicã in vniuersalem, & particularem. Aristot.

Digitized by Google

prehenditur, & explanatur. Particularem vocat eam partem, quæ docet, quo pacto differendi formulæ varijs materijs, necessarijs, probabilibus, & improbabilibus, seu falsis applicentur. Hanc partem complexus est Aristoteles duobus libris de Posteriori resolutione, octo de Topicis, & duobus de Sophismatis. Quoniam verò materia necessaria, probabilis, & falsa sunt ipsæ res, de quibus Dialectica solum agit, vt de terminis cognitionum: ipsæ autem cognitiones, in modum differendi conformatæ, sunt forma, quam ars Dialectica molitur, idcirco diximus propositam partitionem partim ex materia remotissima, partim ex forma desumi.

Duplici ex capite non placet Auerrois in uentum. Arist.

Hæc distributio, etsi nihil falsum continet, duplici tamen ex capite omnino non placet. Primò. Quia, vt ab eius Autoribus explicatur, potius cadit in Logicam ab Aristotele in his libris expositam, quam in vniuersam artem, secundum se consideratam. Nam hæc vltra doctrinam de argumentatione secundum se sumptam, quam libris Prior. Aristoteles comprehendit; exigit peculiarem tractationem de ratione definiendi, & diuidendi, quæ ad Logicam etiam communem spectat. Secundò. Quoniam distributio cuiuscunq. scientiæ, vel artis in suas partes tũc aptè fit, cum singulis scientię partibus singulæ partes obiecti subijciuntur, ita inter se affectæ, vt, cum omnes communem obiecti rationem participent, quæq. tamen suam propriam, & specificam, aut quasi specificam vendicet, qua à ceteris distingnatur. Hoc pacto diuidimus Philosophiã in scientiam de Cęlo, de Generatione, & de Anima. Quarum partium quælibet contemplatur aliquam speciem entis mobilis, quod est cõmune Physiologię subiectum. Idem cernitur in quibuscunq. alijs scientiarum partitionibus: non verò in ea de qua loquimur. Nam syllogismus demonstratiuus non est vna species syllogismi distincta à Dialectico, & Sophistico: sed tota illorum diuersitas est ex parte materiæ; quæ cum Dialecticę subiectum per se non ingrediatur, non potest illius partibus distinctionem specificam, aut quasi specificam importare.

Diuiditur Dialectica iuxta triplicem intellectus operationem.

Frequẽtior esset solet altera eiusdem Logicæ distributio in tres partes, iuxta triplicem intellectus operationem; cum enim Dialectica, omniũ confessione, dirigat actiones intellectus: & harũ quędã sint simplices apprehẽsiones, aliç propositiones, aliæ demum ratiocinationes in totidem partes necesse est ipsam artem partiamur. Hanc tradit D. Thomas initio lib. de Interpretatione, & ex parte, Albertus tractatu 1. in Prædic. cap. 1. qui omittit secundam partem, quæ agit de secunda operatione: eò quod cum plerisque Recentioribus existimet Dialecticam non dirigere per se secũdam intellectus operationem.

D. Tho. Alb. Mag.

Ostẽditur falsitas tractatæ diuisionis.

Sed idẽ maiori iure de prima affirmare potuit, & consequenter totam partitionem repudiare, laborat enim eodem vitio, quo superior. Nã prima, & secunda operatio, (vt supra diximus) non sunt materia proxima siue in qua Dialectica versetur, sed remota, & ex qua modos cõficit differendi: ergo cum scientia, & ars (vt cõtra Auerroem dicebamus) nõ diuidatur propriè, nisi in eas partes, quę agũt de speciebus, vel quasi speciebus participantibus communem rationem subiecti: & nec prima, nec secũda operatio eam rationem communicent (non sunt enim modi differendi) fit consequens, vt Dialectica prædicto modo secunda non sit.

Tertia diuisio ceteris omnibus pferẽda Logicam distribuit, iuxta species seu partes subiecti, hoc est, penes varios differendi modos. Enimverò cum proprium, & adæquatum Dialecticę subiectum sit modus differendi in communi, & sub eo sint variæ quasi modorum species, ita totalis Dialectica erit, quæ modũ differendi in toto suo ambitu explicat: partiales verò quæ specificos differendi modos enarrant. Hinc fit, vt ter-

Auicenna. Optimè distribuitur dialectica in partem diuidendi, definiẽdi, & argumẽtandi. Boetius.

tertia hæc distributio, non eodem numero partium ab omnibus proponitur. Nam Auicenna in principio suæ Logicæ, cum existimet modum iudicandi (vt ille loquitur) duas tantum partes complecti, definitionem, & demonstrationem: in totidem Dialecticam scindit. Boetius verò initio comment. in Topica Ciceronis, quemadmodum triplicem esse credit differendi modum, ita hanc artem trifariam diſecat, nimirum in partem diuidendi, definiendi, & argumentandi. Quam distributionem cum Auguſt. lib. 2. de doctr. Christ. cap. 37. omnino approbandam censemus.

Tradita à Boet. diuisionem licet Aristoteles non ordinè secutus docuit, tamẽ sæpe.

Quamuis non abs re esset, quartã Logicæ partem addere, in qua de modo differendi in communi disputetur. Quemadmodum in Physiologiæ distributione (cuius antea exemplo vsi sumus) præter eas partes, quę de speciebus entis mobilis disceptant, additur alia, quæ ipsius entis mobilis communiter accepti naturam, affectionesque declarat, & octo libris de Physico auditu cõtinetur.

At enim quãuis Aristoteles hanc diuisionem, quam ceteris anteponimus, persequutus non sit, non propterea minorem in hanc, quam in reliquis Philosophiæ partibus tractandis laudem consequutus est. Nã definiendi rationem perspicuè tradidit in 2. Poster. Et in 6. ac 7. Topic. Diuidendi autem præcepta, nec pauca, nec vulgaria ipsa tractationis progressu, multis in locis spargit. Iam verò in ratiocinandi doctrina nullo iure quidam Stoicos Aristoteli anteponunt; quod illi (si ingẽs Chrisippi bibliotheca (is enim hac in re Stoicorum princeps fuit) multo plures cõcludendi, coarguendique formulas proferre dicerẽtur. Enimuerò Aristoteles hanc facultatem si non multitudine præceptorũ, saltem ordine, methodo, & absolutione multò melius habuit, præsertim cum boni Dialectici præstantia non ex plurium præceptorum comprehensione mentienda sit, sicuti (vt Senecę verbis vtamur) magnus luctator non est, qui omnes numeros, nexusq. perdidicit, quorum vsus sub aduersario rarus est: sed qui in vno se, aut altero benè, & diligenter exercuit, & eorum occasiones intentus exspectat. Atque hæc de natura, & moueribus Dialecticę, vt antiquę Doctorum hominum consuetudini secundemus, præmissa sunt. Nunc ad singularem eius partium tractationem (quod huius instituti proprium est) gradum faciamus.

COMMEN-

COMMENTARII, IN ISAGOGEM PORPHYRII.

Proœmium.

DE AVTORE, INSTITVTO, INSCRIPTIONE, partitione, & vtilitate huius operis.

Aristot. Lege cautum apud Areopagitas, ne qs proœmio vteretur in dicendo.

LEGE constitutum fuisse apud Areopagitas refert Aristoteles initio Rhetoricæ ad Theodot. vt qui causas agerent proœmio nequaquam vterentur: videlicet, ne longa verborum ambage, & illusionis mœandris tempus terererent. Prudenter quidem id in Areopago, & in forensibus disceptationibus. Sed alia ratio in Lycæo est, & in bonarum artium doctrina. Vbi cum aliquid accuratè, & philosophico more enarrandum suscipitur, præfari quædam oportet, quibus ad discendum animi præparentur. Id verò nos in hac prima commentarij aggressione, sed paucioribus, quam quidam interpretes consueuerunt, præstabimus.

Porphyrij natio, patria, vita, & doctrina.

Atque, vt ab eo, quod primo loco occurrit, ordiamur. Huiusce operis Autor fuit Malchus, cognomento Porphyrius; natione Phœnix; Tyrius patria, siue (vt Baronius tom. 2. suorum Annal. pro certo affirmat) natione Iudæus; Batanea, quæ est in Iudæa ciuitas, natus. Doctrina, non tam Aristotelicus, quàm Platonicus: vt eius scripta declarant. Vixit autem Aureliano, & Diocletiano, deinde Constantino Imperatoribus. Præceptores habuit Plotinum, & Longinum Criticum: condiscipulum Origenem; vt Eunapius in eius vita commemorat. Auditorem verò inter alios Chrysaorium Romanum patritium, cuius rogatu hoc opus edidit. Cum enim Chrysaorius Romæ agens, in Aristotelis Categorias incidisset, neeorum intelligentiam assequeretur, à præceptore, qui tunc, vt videtur, apud Lilybæum Siciliæ promontorium in Aetnæ ignis historia componenda occupabatur, per literas petijt, atque obtinuit, vt sibi hunc εἰσαγωγικὸν, in Aristotelis Prædicamenta, libellum, conscriberet.

Porphyrius Magicus, & fidei Christi desertor, & oppugnator. D. Hieron. D. Aug. Suidas.

Sanè quidem cum Porphyrius non solum Magicarum artium superstitionibus deditus, sed etiam Christianæ religionis impudentissimus desertor, & oppugnator fuerit; vt D. Hieronymus Epistola ad Galatas, & D. August. libro 19. de Ciuit. Dei, cap. 23. Suidas alijque autores testantur; indignus profectò est, qui inter Philosophos numeretur, nedum qui in scholis perlegatur?

Cur legatur in scholis.

Legitur tamen, tum quia ea, quæ in hunc librum coniecit, è Platonis, & Aristotelicæ doctrinæ fontibus, magna ex parte hausit: tũ quia, vt gens Hæbræa Aegyptiorum auro, spretis Deorum imaginibus, quę in eo expressæ erant; ita Christiana philosophia aliorum quorumlibet, etiam aduersariorum doctrinis (si tamẽ nihil à verè alienum habent) libenter diuersit. Quo pertinet illud D. Aug. lib. 2. de doctr. Christ. c. 40, Philosophi qui vocãtur, si quæ fortè vera, & fidei nostræ accomodata dixerunt, maximè Platonici, non solum formidanda nõ sunt, sed ab eis etiam tanquam ab iniustis possessoribus, in vsum nostrum vendicanda

D. Aug.

Digitized by Google

quàm Prædicabilis. Cum enim Dialectica omnes suas vires intendat in propositionum veritatem, ac falsitatem, necessitatem vel contingentiam, in quacunque parte magis attendit modum prædicandi, quam essendi (vt fusiùs explicabimus in quæstione de Vniuersalium diuisione) Et cum essendi modus ad vniuersale, quà vniuersale: prædicandi verò ad idem, quà prædicabile est, pertineat; secundum hanc rationem principaliùs differetur hoc loco de Vniuersali.

Obijcitur. Vnde solues instantiam, quę contra hanc sententiam afferri solet in hunc modum. Scrutari quid vniuersale sit, pertinet ad primum Philosophum. Hic enim considerat ordinem, & distinctionem superiorum, & inferiorum, vnitatem formalem, & numeralem, sine quarum cognitione minimè dignoscitur Vniuersale. De quibus proindè differit Aristoteles: partim libro 4. partim lib. 7. à cap. 13. Sed

Occurritur. respondemus considerationem Vniuersalis, quà Vniuersale est, ad Metaphysicum attinere: eiusdem verò quatenùs Prædicabile est, inspectionem Logicam esse, & huius loci propriam. Nam in Topicis angustè differitur de Vniuersalibus, & tolùm, vt inseruiunt Dialecticis quæstionibus.

Soluuntur rõnes prioris senten. Rationes pro sententia, quæ voces pro subiecto Isagoges constituit, facilem habent explicatum.

Prima. Ad primam respondemus Porphyrium nominasse loco generis omnes illius species, vt enucleatius materiam, de qua acturus erat, indicaret.

Secunda. Ad secundum plenius fortasse occurrisse Porphyrium dubitationi, quàm ea fuerit à Chrysaorio proposita. Quamuis verisimile non sit philosophum Romanum de sola vocabulorum significatione dubitasse. Vterque igitur vniuersalium explicationem intendit, hic rogando, ille exponendo.

Tertia. Ad tertiam, nos minimè negare sermonem esse subiectum huius partis Dialecticę, eo pacto, quo sermo ceterarum partium subiectum esse dicitur. Verùm hunc præcipuè esse internum & secundum communem Vniuersalis rationem. Quemadmodum enim in obiecto significato est Vniuersale, & sunt species sub illo contentæ, ita in signis internis est vnum ipsius Vniuersalis proprium, alia quę immediatè pertinent ad species. Sed de hac re in Anteprædicamentis fusiùs dicemus.

Doctrinã de his vocibus Vniuersalibus ad Dialecticã pertinere ostenditur. Boetius. Ita liquet doctrinam hanc ad Dialecticam pertinere, eiusque partem esse. Quamuis Boetius id inficietur ea coniectura, quòd appelletur Introductio ad Logicam. Leui tamen indicio mouetur: quoniam incommodum non est inter plures partes eiusdem scientię eum esse ordinem, vt vna ad aliam viam paret. Nec Porphyrius dixit hanc Isagogẽ conducere ad Dialecticam: sed ad Prædicamenta, Diuisiones, Definitiones, &c. nè videretur à numero partium Dialecticæ eam excludere.

Operis distributio. Operis distributio duabus partibus absoluitur: quarum vna præfationem: altera quinque vocum enarrationem continet. Sed hæc secunda bipartita est. In priori parte singula Vniuersalia seorsum declarantur. In posteriori inter se omnia conferuntur, vt quid commune, quid proprium & peculiare habeant, conspicuum fiat. De vtilitate cum Porphyrio præfandum est.

Digitized by Google

in Categorijs,& in explicatione Definitionum,Diuisionum,& Argumentationum crebrò fiat mentio Generum,Specierum, ac ceterorum Prædicabilium, frustra quis fine antecedente horum perceptione ad illorum notitiam capessendam aspirarit.

Non est tamen idcircò vituperandus Aristoteles, quòd Isagogem hanc non ipse tradiderit, quia nec satis constat fuisse ab eo omissam, cum plura eius opera temporum obliuione interciderint; nec difficile erat præceptoribus ex ijs,quæ ab eo,præsertim in Topicis, explicata sunt, harum rerum doctrinam colligere, suisque auditoribus inculcare: vt fecit Porphyrius Phœnix Chrysaorio. Cur Arist. Prædicabilium doctrinã nõ præmisit ad Categorias.

b *Aristotelis.*] Quinque vocum notitia, non ad ea tantum Prædicamenta, quæ Aristoteles composuit, necessaria est, sed ad illa etiam, quæ aliqui tradiderunt. Vt Architas: siue is fuerit Pythagoræus, vt Iamblicus opinatur: siue,vt Themistio visum est, Peripateticus,qui autoritatem, nouo operi vetustate nominis conciliare voluit. Itaque ad quælibet Prædicamenta, requiritur Prædicabilium cognitio, cum in omnibus eorum mentionem interuenire oporteat. Porphyrius tamen sola Aristotelica commemorat, quia ad ea percipienda hanc sibi introductionem edi Chrysaorius postulauerat. Quàm nonnulli (vt est apud Ammonium) ita interpretantur ad illa verba [Et ad Aristotelis, &c.] vt velit vocabulum, Et,tacitè coniungere aliorum Prædicamenta. Quorum suppressa mentio intelligatur cum Aristotelicis: quasi dictum sit [Etiam ad Aristotelica.] Verum profundior est, quam res postulet, interpretatio, & illa vox initio posita non coniunctionem, sed per quandam emphasim rei excellentiam declarat,& hanc habet hoc loco significationem, Architas. Iãblicus. Themist. Ammon. Prædicabiliũ cognitio ad quælibet prædicamenta requiritur.

c *Genus, Differentia.*] Notant interpretes seruare Porphyrium in his vocibus numerandis Naturæ ordinem. Tum quia prius eas subijcit quæ rei naturam declarant; nimirum Genus, Differentiam, & Speciem: deinde quæ Proprietates,& aduentitias Affectiones indicant; videlicèt Proprium, & Accidens. Tum quia hic ordo repræsentat modum, quo Natura in ortu cuiuslibet compositi naturalis progreditur. Prius enim Materia disponitur, in quam deindè Forma recipitur; postea ex Materia, & Forma totum emergit; quarto loco oriuntur proprietates; tandem aduenium Accidentia. At Genus Materiæ respondet, Differentia Formæ, Species toti composito, Proprium natuis affectionibus, quæ ab essentia rei manant; Accidens ijs, quæ extrinsecùs aduenium, & adesse, atque abesse possunt. In his Vocib. numerandis seruauit Porphyrius ordinem Naturæ.

Seruauit etiam ordinem accuratæ doctrinæ,qui procedit à communiori bus ad minus communia,& à causis ad effecta. Est verò Genus ceteris communius: ipsum verò, & Differentia causæ Speciei: hæc Proprietatum, & Accidentium. Seruauit etiam ordinem accuratæ doctrinæ.

d *Cumque ad definitiones.*] Cognitionem quinque vocum, quam ad Prædicamenta intelligenda necessariam dixit, ad doctrinam modorum differendi,id est,ad diuidendi, definiendi, & argumentandi rationem vtilem appellat. Quinque Prædicabiliũ cognitio vtilis est ad modos differendi.

Qua in re non deerit,qui Porphyrium reprehendat;idcircò enim Prædicabilium cognitio ad Prædicamenta tantoperè flagitatur, quia in his frequens est illorum vsurpatio: atqui non infrequentior est Prædicabiliuu vsurpatio in assignanda ratione diuidendi,definiendi,ac ratiocinandi; cum alia diuisio sit Generis in Species, alia subiecti in accidentia, vel propria, vel communia.definitio verò apta constet Genere, & Differentia: & hæc existimetur optimum ratiocinationis medium,&c. Perperam ergo Porphyrius minorem agnouit necessitatem harum vocum ad differendi modos, quam ad Prædicamenta capessenda. Obijcitur.

Aristot. Hoc vt dissoluatur, aduertimus vtile etiam bifariam accipi; vno modo pro omni eo, quod alterius rei gratia expetitur, siue ad id necessarium sit; siue non. Quo significato vtitur Aristotel. lib. 3. Ethic. c. 2. & nos non semel vtimur, cum bonum partimur, in honestum, delectabile, & vtile. Comprehendimus enim in vltimo membro, quidquid ad aliud conducit. Alio modo sumitur vtile apud vulgus, & Philosophos, pro eo, quod ita conducit, vt non omninò exigatur. Qua acceptione distinguitur à necessario.

Aduertitur vtile esse duplex.

Hoc posito respondemus in primis Porphyrium vtrumque vocabulum pro eodem accepisse, quamuis eadem tamen eiusdem repetitione fastidium parere. Deinde dicimus in modis differendi posse distingui doctrinam ab vsu, & ad doctrinam quidem, non minùs necessariam esse Prædicabilium cognitionem, quam ad intelligenda Prædicamenta: vt argumentum concludit. Verum ad vsum solummodò vtilem esse prædictarum vocum cognitionem: cum multi earum vocum ignari in nonnullis artibus rectè definiant, diuidant, & argumententur. Atque hoc vltimum sonant priora verba huius textus, præsertim in Codice Græco. Quod attinet ad ordinem dictionum. Definitio numeratur ante Diuisionem, non quòd natura sit prior; constat enim Diuisionem præire ad totius entis confusionem in suas partes explicandam, vt deinde definitio ex illis partibus conficiatur; sed quia situs Orationis erat elegantior.

Occurritur obiect.

Fabius. e *Breuius euitat.*] Incipientibus, inquit Fabius lib. 8. cap. 1. breuiùs ac simplicius tradi magis conuenit. Aut enim difficultate institutionis numerosæ, atque perplexæ deterreri solent, aut eo tempore, quo præcipuè alenda ingenia, atque indulgentia quadam nutrienda sunt, asperiorum tractatu rerum obteruntur. Hac de causa pollicetur, omissa difficilium quæstionum disceptatione, breuem simul, ac facilem fore præsentem tractationem.

Se breuē, & facilem fore Auctor promittit.

f *Protinus igitur.*] Obiter enumerat quæstiones aliquot ex Platonica disciplina, quas se propter obscuritatem omissurum promittit. Vna est, Existant ne genera, & species in rerum natura, an potiùs sola mente concipiantur? id est, Detur ne (verbi causa) homo communis, vel commune animal extra intellectum: an hæc eatenus tantùm dicantur esse, quia cogitatione apprehenduntur. Altera est. Vtrum Genera, & Species sint naturæ corporeæ, an expertes corporum. Tertia. Num existant in ijs rebus, quæ sub sensus cadunt. an extra illas cohæreant. His quæstionibus nonnulli Philosophi hoc loco inuito Porphyrio statim respondent. Nos post tractationem. Vniuersalis in commune eas expediemus; multa enim continent, quæ prolixam de existentia, & conuenientia Vniuersalium tractationem supponunt. Addit se tractaturum faciliores quæstiones λογικώτερον, id est, Dialectico more, & accommodatè ad consuetudinem Peripateticorum, &c.

Promittit se omissurũ aliquot obscuriores quæst.

QVAESTIO I.

Quid nam sit vniuersale.

ARTICVLVS PRIMVS.

MVLTIPLEX VNIVERSALIS significatum explicatur.

POst præfationē Porphyrij adeunda iam ex professo est Sylua Vniuersalium. Quę nostri temporis Dialecticorum studio, & industria, adeò increuit, vt non tam amplificanda, sed amputanda à nobis sit: ita tamē, vt ab ipso sumat opes, animum ferro, cum aureus philosophiæ circulus tertium Metaphysicę solem, maiori luce, & calore proficuum reduxerit. Ordimur autē à sexta hac quæstione, prætermissa ea quam initio, 2. Poster. in quauis re explicanda præmittere iussit Aristoteles; videlicet. Vtrum res sit? Quia hæc partim perspi-

Digitized by Google

ſpicua eſt, partim cum ea, quam diſcutimus, enodabitur. Igitur Vniuerſale communiſſimè ſumptum, apud omnes eſt vnum quid, ad multa pertinens, vt vocabulum [Homo] quod plures ſignificat: & [Cœlum] quod plura caulat.

Vniuerſale alias ſimplex aliud complexũ.

Diuiditur autem primò in complexum, & ſimplex. Vtriuſque vſurpatio frequès eſt apud Philoſophos. Complexum Vniuerſale dicitur commune aliquod effatum, vnde plura colliguntur: vt [Omne totum eſt maius ſua parte] Vel præpoſitio quælibet notata ſigno Vniuerſali. Vt [Omnis homo eſt mendax.] De hoc Vniuerſali erit ſermo in libris Perih erm. & Poſterior. Simplex Vniuerſale eſt quidquid ſpectat ad multa, & non habet complexionem propoſitionis. Hoc quadrifariam diſtribui ſolet; nimirùm in Vniuerſale in cauſando, in ſignificando, in eſſendo, & in prædicando.

Quid ſit Vniuerſale in causâ do, ſignificando, eſſẽdo, & prædicando.

Vniuerſalia in cauſando ſunt cõmunes rerum cauſæ: Vt Deus Optimus Maximus, ſupernæ Mẽtes, & Orbes cœleſtes. In ſignificando ſunt, verbi cauſa Cometæ, qui plures morbos impendentes pronunciant. Voces, ſcripta, & conceptus, qui non vnam rem ſingularem, ſed multa indicant, vt nomen [Homo] ſeu voce prolatum, ſeu ſcriptum, ſeu mente effoematum: id enim non Socratem, aut Platonem tantùm, ſed communem hominis Naturam, & ſub ea omnes homines ſingulares ſignificat. Vniuerſalia in eſſendo ſunt communes Naturæ in multis inferioribus exiſtentes; vt homo, & equus; ſunt enim res communes, & in ſuis ſingularibus inuentæ; nam in Socrate, & in Platone verè eſt Natura humana, & in Bucephalo Natura equina. In prædicando ſunt ea, quę enunciantur de multis, vt homo de cunctis hominibus, & equus de omnibus equis.

Vniuerſale in causã de non eſt verum Vniuerſale.

Ex his vniuerſalibus ea, quæ ſunt in cauſando, excludunt omnes a verorum Vniuerſalium numero. Nam Deus Optimus Maximus, Orbes cœleſtes, & cęteræ cauſæ, quas Vniuerſales appellamus, ſimpliciter, & abſolutè ſunt res ſingulares; vt perſpicuũ eſt; nihil verò magis ab Vniuerſali remotum, quàm ſingulare, vtpotè eius oppoſitum. Eadem ratio conuincebat ſigna rerum vniuerſalium non eſſe abſolute Vniuerſalia, ſiquidem hęc etiam ſunt res ſingulares, & non niſi cum addito Vniuerſalium nomine cenſentur. Verùm quia Nominales contendunt, præter ſigna nihil eſſe Vniuerſale in eſſendo, aut prædicando, ac proinde nominibus tantum eam appellationem tribuendam eſſe; obtinuit Dialecticorum vſus, vt diſputetur hoc loco, an præter nomina dentur res vniuerſales; ſeu: vtrum poſteriora mẽbra huius diuiſionis admittenda ſint?

De quibus nonnullum eſt diſſidiũ inter Platonicos, & Peripateticos. Nam Peripatetici aut Vniuerſale in eſſendo non agnoſcunt, aut multò aliter quàm Platonici illud exponunt. Priùs igitur, quàm proprium Vniuerſale explicemus, cum Nominalibus, & Platonicis diſceptandum.

ARTICVLVS II.

NOMINALIVM SENTENTIA proponitur, & confutatur.

Error opinãtiũ non poſſe de rebus haberi ſcientiam.

HEraclitus Epheſius, & Cratylus eius diſcipulus, teſte Platone in Theęteo; & Ariſtotel. libro quarto Metaphyſ. capite quarto, text. vigeſimo ſecundo. Deindè Ambiſtenes, & Epicureorum grex in eo errore fuerunt, vt crederent, nullam de rebus haberi ſcientiam quòd fluxę, ac mutabiles eſſent, proindeque in cognitionem certam, ac ſtabilem venire non poſſe. Idem quoque ſtatuerunt noua Academia Profeſſores; qui (vt alibi ex Diuo Auguſtino relatum eſt) non phyſicorum tantùm, ſed omnium penitus rerum veram ſcientiam negarunt.

Heraclitus Cratylus. Ambiſt. Epicur. Academ.

Horum Philoſophorum veſtigia, longo poſt tempore, ex parte ſe-

Nouorum ſententia.

D. Thom. Alb. Mag. Nominales.

quuti ſuntij, quos Diuus Thomas prima parte, quæſtione decima quarta, articulo decimoquinto, & Magnus Albertus hoc loco, tract. primo cap. 1. Nominales appellant. Qui nullam prorſus rem communem, & vniuerſalem, de qua ſcientia eſſe poſſet, agnouerunt. At enim quia ſcientias de medio tollere abſurdum iudicarunt, eas de ſolis nominibus haberi ſtatuerunt. Indeq. Nominales, quòd tantum nominibus tribuiſſent, nuncupati ſunt. Interciderat iampridem ſecta hæc (vt ceteræ ferè ſolent, quæ à communi aliorum iudicio abhorrent) ſed eam ab interitu vendicauit Guil-

Ochamus. lelmus Ochamus, Scoti diſcipulus. Qui in prima parte ſuę Logicæ, cap. decimo quarto, & decimo quinto, & quodlibet. quinto, quæſtione duodecima, & decima tertia, & in primo ſentent. diſtinctione ſecunda, quæſtione quarta, ad eam tuendam tam acri ſtudio incubuit, ac nonnullis eiuſdem ingenij Philoſophis, ita probabilem fecit, vt venerabilis incæptor ſit appellatus.

In confirmationem huius ſententiæ multa adducunt argumenta: nos

Nominalium ſententiæ argumenta. referemus ea, quæ huic loco congruunt: cetera progreſſu diſſoluentur. Primum: Res vniuerſales nul-

Primum. lo certo loco, aut tempore definiuntur; id enim ipſum vniuerſalitatis nomen importat: ſed quidquid in rerum natura eſt, excepto Deo optimo Maximo, definitur certo loco, & tempore; ergo nihil eſt in rerum natura, quod vniuerſale ſit. Cum igitur ſcientiæ ſint de vniuerſalibus, & non poſſint eſſe de rebus, ſi hæ non ſint vniuerſales: vtiq. erunt de nominibus, quæ ſola vniuerſalitatem ſortiuntur. Minor huius rationis indè probatur; quia quidquid in mundo exiſtit, præſertim ſi ſit corporeum digito oſtendi poteſt: id verò; quod alicubi eſſe oſtenditur: & locum, & tempus habet definitum.

Secundum. Nulla res poteſt eſſe ſimul vniuerſalis, & ſingularis; cum hæc inter ſe pugnent; ſi quidem Vniuerſale eſt in multis vnum: ſingulare autem in multis eſſe non poteſt: atqui nihil eſt, quod ſingulare non ſit; ergò nulla res eſt Vniuerſalis. Probatur Minor, quidquid eſt in mundo, aut eſt Deus, aut aliquid ab eo productum: Deum ſingularem eſſe, ambiget nemo, quod autem omne productum à Deo ſingulare ſit oſtenditur. Quia omnis productio, & effectio, ex communi Philoſophorum doctri-

Ariſtot. na tradita ab Ariſtotele primo libro Metaphyſic. capite primo, terminantur ad ſuppoſitum, id eſt, ad ſingulare per ſe exiſtens. Quod ſequenti articulo contra Platonem amplius confirmabitur.

Secundum.

Tertium. Si eſſet aliqua Natura communis, eadem in multis, duo ſequerentur abſurda. Alterum; quòd ſingularia, maximè inter ſe diſſidentia, eſſent idem realiter inter ſe: nam humana natura, verbi cauſa, eſſet idem re cum Socrate, & Platone; cum igitur ea, quæ ſunt idem realiter cum vno tertio, ſint idem realiter inter ſe, planè ſequeretur Socratem, & Platonem re ipſa non diſſidere. Alterum abſurdum, quod ſequitur, eſt, eandem rem ſimul ſubire multas affectiones contrarias, vel aliter omninò repugnantes; nam eſſet in locis oppoſitis: incideret in vno, & deſineret in alio: imò eadem eſſentia prout eſt in hoc individuo differret a ſe, prout eſt in alio. Quod eſto rerum communium aſſertores fateantur, incredibile tamen eſſe videtur.

Tertium.

Vltimum. Poſtremò adducunt in ſuam ſententiam Ariſtotelem; hic enim in Categorijs cap. de Subſtantia ait ſecundas Subſtantias, quas ibidem definit, genera, & ſpecies primarum, ſignificare quale quid. Quod conſtat nominibus communibus, non autem rebus conuenire. Præterea libro primo de Poſteriori reſolution. capitulo decimo octauo,

&

& decimo nono, docet Vniuerſale nihil eſſe præter ſingularia. Et ſeptimo libro Metaphyſico. capitulo decimo tertio, text. quadrageſimo quinto, docet genera, & ſpecies Subſtantiarum nihil eſſe, hoc eſt, non eſſe res alias à ſingularibus diſtinctas. Denique. Libro quarto Politicorum capit. ſecundo. Fatetur de optimo ſtatu Reipublicæ differere, non eſſe aliud, quàm diſputare de his nominibus; Regnum, Ariſtocratia, Reſpublica.

A Nominalium ſententia deterret D. Anſelm. Dialecticos.

Ab hac Nominalium ſententia Dialecticos ita deterret Diuus Anſelmus in libro de Incarnatione Verbi, capite ſecundo. Cautiſſimè, inquit, ad ſacræ Paginæ quæſtiones accedant, ſunt monendi illi vtique noſtri temporis Dialectici (imò Dialecticæ hæretici) qui quidem non niſi flatum vocis putant eſſe vniuerſales Subſtantias & infrà. Qui enim nondum intelligit, quo modo plures homines in ſpecie ſint vnus homo, qualiter in illa ſecretiſſima, & altiſſima natura comprehendet, quo modo plures perſonæ, quarum ſingula quæque eſt perfectus Deus, ſint vnus Deus?

Oſtenditur falſitas Nominalium opinionis.

Et quidem ſi Nominales id opinantur, quod Reales Philoſophi illis tribuunt, & eorum verba indicant, nullo pacto auſcultandi ſunt.

1. Primò. Vniuerſali hæc tribuit Ariſtoteles in locis quæſtione ſequenti referendis: & conſentiunt ceteri Philoſophi. Eſſe aptum, vt ſit in pluribus inferioribus. De ipſiſ verè enunciari, partim eſſentialiter, partim accidentaliter. Non generari, & corrumpi per ſe, ſed ratione Singularium in quibus eſt: ſed hæc aut nullo modo, aut non niſi improprijſſimè nominibus conueniunt. Quis enim dicat nomen [Homo] ſiue externum, ſiue internum eſſe in hominibus ſingularibus, aut de illis affirmari; cum falſiſſimum ſit Platonem, verbi cauſa, eſſe vocem [Homo] aut conceptum [Homo] Quis opinetur idem vocabulum eſſentialiter enunciari de hominibus ſingularibus, aut vocabulum [Animal] de homine, & bellua: cum tamen genus, & ſpecies eſſentialiter prædicentur? Item. Quo ſenſu verum eſt, vocabula eſſe per ſe incorruptibilia, gigni autem, & interire per inferiora: cum tam conceptus, quàm voces ſignificantes res communes, per ſe producantur, & occidant.

2. Secundò. Cum apprehendimus rem ſignificatam hac voce [Homo] non percipimus Socratem, aut Platonem, quatenus tales homines ſunt, id eſt, quo ad vltimas, & reciprocas differentias; ſed aliquid vtrique commune, neutri proprium: dicitur enim indifferenter de vtroque id, quod percipimus, & primò ſignificatur, per eam vocem; ergò id, quod ita ſe habet Vniuerſale eſt.

Confirmatur. Plato, & Socrates prout repræſentantur in conceptu hominis, omninò conueniunt: & tamen aliquid habent, per quod differant; igitur aliqua natura eſt in vtroque reſpondens conceptui hominis, eaque diuerſa à differentijs indiuiduantibus, ſed quo genere diuerſitatis poſteà dicemus.

3. Tertiò. Cum homo definitur animal particeps rationis: aut cum de eo demonſtramus capacitatem ad diſciplinas: appellatione hominis non intelligimus conceptum, nec vocem; cum hæc non ſint animal rationale, vel diſciplinæ capacia: vt planum eſt. Neque item intelligimus Socratem, aut Platonem; quia ſingularia non cadunt primò ſub definitionem, vel demonſtrationem: vt eſt commune Philoſophorum placitum. Neque etiam intelligimus totam particularium hominum collectionem; ſi quidem & definitio tota cuilibet ſingulari

libet singulari homini competit, & illud, quòd primò definitur, & de quo primò aliquid demonstratur, affirmari solet de rebus singulis, de quibus aggregatio tota prædicari non potest. Supereſt ergò, vt intelligamus hominem communem, qui de singulis affirmetur, vt Vniuersalis sit.

Quartò. Quartò. Vniuoca (vt ex eorum definitione constat) non solùm habent commune nomen, sed etiam rationem eandem: ea verò ratio, nihil est aliud, quam natura ex æquo participata; quare cum hæc nec singularis esse possit, nec omnium singularium aggregatio, erit vtique Vniuersalis.

Ab Aristotel. oppugnatur opinio Nominalium. Arist. Demum accedit autoritas Peripatetica, nam primo libro de Interpr. cap. 5. ait Aristoteles, rerum quasdã esse vniuersales, quasdam singulares. Primo Posterior. cap. 2. Vniuersalia esse notiora singularibus; item illa intellectu, hæc sensu cognosci. Præterea. Cum de Vniuersalibus aduersus Platonem disputat lib. 7. Metaphysic. cap. 14. alibiq. in locis, pro confesso accipit res esse vniuersales: nec illum, quòd ita senserit, vllo pacto reprehendit; sed quòd res communes extra singularia per se cohærentes fecerit. Denique eodem libr. cap. 13. text. 49. definiens vniuersale, ait esse aliquid aptum esse in multis. Quod nominibus, vt diximus, non congruit. Quare non est dubitandum, quin Aristotelica Philosophia realis, non Nominalis sit. Ideoq. Burlæus, & Paulus Venetus olim Nominales, cum scripta Aristotel. diligentiùs euoluissent, ad Realium scholã transisse dicuntur.

Burlæus. Paul. Vene.

Diluũtur Nominalium argumenta. Argumenta Nominalium facilè diluuntur; quoniam penè omnia in eo peccant, quòd non distinguant singulare per se primò per differentiam indiuiduantem essentialiter constitutum (cuiusmodi sunt Plato, & Socrates, qui in alios homines diuidi non possunt) à singulari per accidens. hoc est, eo. quod per contractionem cum eadem differentia indiuiduante fit singulare, quasi extrinsecè, cum per se nihil singulare includat, veluti homo, & animal.

Ad primum igitur argumentum respondetur definiri certo loco, & tempore singularibus tantùm per se conuenire: Vniuersalibus verò non nisi per accidens, nimirum quatenus in suis singularibus existunt: nam secundùm se indifferentia sunt ad multa loca, & tempora; nec mirum si pluribus locis, temporibusq. adsitat eadem natura communis, cũ fiat plura in suis inferioribus. Hæc non tollunt esse Dei proprium nullis locorum, aut temporum spatijs definiri: nam Deus ob immensitatem, & infinitudinem suæ præsentiæ, & essentiæ loca omnia, & tempora positiuè complectitur. Vniuersalia verò vti diximus, eatenùs tantũ illimitata dicuntur, quatenus, indifferenter se habent ad quemuis locũ, & tempus. Illa probatio Minoris, in qua sumitur [Quidquid est in mundo, digito monstrari potest] solum habet verum in singularibus per se. Diluit 1.

Ad secundum concedendum est. Oia quæ sunt in mundo, esse singularia, aut per se, aut per accidens. idque satis esse, vt Dei productionem terminent; nec aliud exigi à Philosophis in illo pronũciato. Alijs verbis reddi potest eadem respõsio magis accommodatè ad sententiam D. Tho. de identitate actuali graduum Metaph. nimirùm omnia esse singularia reipsa, quia à parte rei nihil existit, quod actu distinguatur à singularibus: sed ratione differre communem naturam à singulari. Diluit 2. D. Thom.

Ad tertium. Negandum est ex sententia Realium sequi primum absurdum; quoniam illud pronunciatum, [quæ sunt eadem realiter vni tertio sunt eadem inter se] est verum, quando illud tertium, est singulare, & incommunicabile: non verò quando est commune. Secundum sequitur quidem, sed non est absurdum, quia illa prædicata, & affectiones, non repugnant, nisi respectu eiusdem singularis. Similiter non est incommodum, naturam, vt est in vno, differre, à se, vt est in alio; cum sola ratione sit Diluit 3.

Digitized by Google

sit eadem,& re ipsa multiplex.

Denique Aristoteles in Prædicamentis non ideò dixit secundas substantias significare quale quid, quòd existimauerit esse voces ; alioquin idem conuinceretur existimasse de primis, quas ait significare hoc aliquid. Sed vsus est figurata locutione,accipiens nomina rerum pro nominibus nominum. Quæ solutio adhibenda etiam est vltimo loco ex Polit. In lib. verò Poster.& Metaph. solum significat contra Platonem Vniuersalia non esse res per se cohærentes extra singularia, vt Plato creditur existimasse. Alio quodam sensu exponi potest Nominalium sententia, in quo nihil differat à vera, & Peripatetica; quòd ex sequentibus magis patebit.

ARTICVLVS III.

VNIVERSALIA PLATONIS, VT figmenta reijciuntur.

Proponitur Platonis opinio

INter eos, qui res vniuersales admittunt,dissensio olim fuit, quonam pacto vniuersale in essendo explicandum, & concedendum foret? Plato enim (si vera sunt quæ ei tribuit Aristoteles,) existimauit naturas communes Substantiarum, præsertim specificas,existere per se separatas à singularibus,esseque Vniuersales ; & earum participatione, singularia habere esse tanquam à veris principijs. Fundamentum,quo Plato ad hoc assertũ mouebatur, & eius subuersio in Metaphys. proponentur; nunc enim solam vniuersalitatem inuestigamus.

Nituntur quidam liberare Platonem ab inuidia istius opinionis.

Ex Philosophis.

Iãblicus.

Appul.

Eustrat.

Bessarion.

Hæc sententia adeò est absurda, vt grauissimi Autores conentur ab ea, quasi ab ignominiæ nota Platonem vendicare. In primis ex Philosophis Iamblicus Porphyrij auditor in symbolis Platonis. Appul.de dogmatis Platonis.Eustratius.1. Ethic. cap.6. Bessarion. lib.2. ad Aristotel. cap. 3. & 4. & alij posteriores asserunt, Platonem Idearũ nomine non intelligere substãtias communes separatas à singularibus;sed exemplaria in mente diuina existentia ; vt etiam intellexit Seneca philosophus epistola 66. colligitque Augustin. Eugubin.lib.1. de perenni Philosophia cap. 10. Seneca. Philos. Aug.Eug.

Ex Patribus eandem fuisse Platonis mentem contendit. D. August. lib.22.de Ciuitat.cap.26. Indicat Iustinus Martyr in Oratione parænetica ad Gentes, vbi verisimile credit Idearum nomen apud Philosophos fluxisse ex illis verbis Exo.25. Inspice & fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est. Et D. Tho.Opus.20.l.4.c.4. ait graues Autores Platonem sic interpretari solitos:& refert nonnullos. Ex Patrib. D.Aug. Iust.Mart. Exod.25. D.Thom. Ex schola sticis. Durand. Recentiores.

Ex scholasticis Doctoribus,in eadem sententia sunt Durand. in 2. d. 3.quæst.6.& plures Recentiorum asserentium Aristotelẽ, aut Platonem non intellexisse, aut perperam eius mentem interpretari,vt facilius impugnaret. Quod ab eo sæpiùs factitatum, in sententijs, præsertim Platonis, & Socratis testantur aliqui apud D. Thomam loco proximè citato. Aut (quod verisimilius apparet: & docet S. Augustinus l.7.de Ciuitate c.28.) Aristotelem non impugnare in 1. & 7. Metaphysicor. sententiam Idearum, vt a Platone posita fuerat,sed vti eam malè intellexit Xenocrates, & alij eiusdem ætatis Philosophi. D.Aug. Xenocrates.

Aristoteles tamen 1. Metaphys.c. 6.& l.7.cap.8.text.28.& alibi manifestè significat Platonẽ fuisse in prædicta sententia, priori modo explicata. Consentit D. Thom.1.p.q. 15. art.1.& q.84.art. 1. Abulens. in cap. 25.Metaph.q.572.& alij Scholastici. D.Thom. Abulẽsis.

Verum(quidquid Plato existimauerit) ea sententia, quæ constituit Vniuersale in essendo separatum à singularibus, manifestam inuolut contradictionem. Ostenditur argumentis: primo. Si Natura communis eo modo separata existeret, esset res communis, & non esset res communis:esset communis; quia ita concedit Plato, & illius defensores: non esset verò communis;quoniam nihil immediatè, & per se existit in mundo,quod

Sententia, vt Platoni tribuit implicat contradictionem.

Ostẽditur id arg.

Digitized by Google

do, quod determinatum non sit: sed quòd eiusmodi est, nequit esse commune, sed singulare: ergò omnis Natura prædicto modo existens, singularis est, non communis. Minor est euidens, quoniam id, quod est certum, ac determinatum, ita est hoc ens, vt simul non sit alia entia: at hoc proprium est rei singularis. Maior bifariam ostenditur. Primò. Quod per se immediatè est habet suam propriam entitatem, & realitatem; impossibile verò est, vt realis entitas alicuius sit indifferens ad multa. Secundò. Quoniam id, quod proximè, & per se existit, terminat immediatè aliquam productionem certam, & determinatam; producitur enim hic & nunc ab hac causa, atque adeò singulari quadam actione: atqui effectus per aliquam actionem productus, non est minùs certus, quàm actio, qua fit; erit igitur, quidquid immediatè existit à quouis alio separatum, certum, ac determinatum singulare.

Secundò. Si Natura humana, verbi causa, ita existeret separata; vel esset simul in Platone, & Socrate: vel non esset: si detur hoc secundum, iam erit res ab illis distincta, perindè atque vnus ab alio, atque adeo erit quoddam singulare. Item non poterit constituere illorum essentiam; id enim quod alterius essentiam ingreditur, extra illud esse non potest. Ad extremum. Nequibit de illis essentialiter prædicari, siquidem prædicatum essentiale maximè internum esse oportet illi, de quo affirmatur. Si verò simul existat in Platone, & Socrate, vel est eadem indiuisa Natura in vtroque vel diuisa in duas, numero distinctas; si est eadem; ergo Socrates, & Plato non sunt duo homines: etenim inter creata, quæ identitatem habent in vno tertio indiuiso, sunt idē inter se: si diuisa in duas, maiori absurdo sequitur eandem rem esse vnam, & non esse vnam: nam humana idea prout est in se, vnum quid à Platone existimatur: at in singularibus ponitur multiplex; ergo est vna, & non est vna.

Tertiò. Hæc propositio [Plato est homo] est vera. Hæc autem falsa [Plato est illa idea] igitur homo non est idea separata. Nec responderi potest idcircò posteriorem propositionem esse falsam, quia non significatur homo accommodatè per nomen [Idea] vt de Platone enuncietur; nam adhibito eodem vocabulo [Homo] fallum esset asserere absolutè Platonem esse illum hominem, à quo re ipsa separatus est, ergo non desinit verè prædicari ex defectu vocabuli, sed rei. Atque hæc in præsenti sufficiant. Tertio.

ARTICVLVS IV.

VERA VNIVERSALIS EXplicatio, & definitio.

Aristoteles Naturas vniuersales in singularibus multiplicatas asseruit.

ARistoteles in plerisque suę Philosophiæ locis, confutata Nominalium, Platonisque sententia, verum Vniuersale agnouit, & multò aliter constituit. Nimirùm docet præter vocabula inueniri Naturas communes, non seorsim à singularibus existentes, sed in ijsdem multiplicatas. Quæ secundum se quidem spectatæ, aliquam habeant vnitatem: ratione tamen Inferiorum, de quibus prædicantur aliquam sortiantur diuisionem. Ita loquitur primo lib. de Interpret. cap. 5. & 1. de Poster. resolut. cap. 8. 20. & l. 3. cap. vltimo, & 7. Metaph. c. 13.

Definitur vniuersale

In quibus locis hæ sunt Vniuersalis definitiones. Vniuersale est id, quod aptum est, vt in pluribus insit: vel, Quod aptum est, vt de pluribus prædicetur. In prima definitione considerat Aristoteles more Metaphysico, coniunctionem Naturæ vniuersalis cum suis inferioribus: in 2. (quam præsertim assignat in lib. de Interpret.) attendit more Logico prædicationem, quæ resultat ex coniunctione rei communis, cum sibi subiectis. Iuxta illud eiusdem Philosophi in 1. l. b. Periherm. cap. 3.

Digitized by Google

cap.3. Quia res est, aut non est, oratio est vera vel falsa. Vndè manauit ea diuisio Vniuersalis in Vniuersale in essendo, & Vniuersale in prædicando. Quæ potius est distinctio duarum conditionum, vel respectuum eiusdem Vniuersalis, quam diuersorum Vniuersalium; vterque enim respectus cadit in eandem rem comparatione eiusdem termini. Nam [Homo] exempli causa, dicitur vniuersalis in essendo, quatenus est in particularibus hominibus: vniuersalis verò in prædicando appellatur; prout de ijsdem verè affirmari potest. Ac licèt vtriusque definitionis idem penè sit sensus. Nos explicabimus posteriorem, quæ procedit per prædicationem, quoniam hæc per se spectat ad Logicum.

Tres Vniuersalis cõditiones.

Sunt in proposita definitione tres partes, quæ totidem explicant Vniuersalis conditiones. Prima (quæ locum habet generis) est Vniuersale esse vnum quid. Sic enim exponendam esse particulam [quod] perspicuè docuit Aristoteles illo cap. 3. primi Poster. Secunda habere aptitudinem, vt prædicetur. Tertia. De pluribus. Hæ pro differentia constituuntur in definitione.

Exponitur prima Vniuersalis cõditio.

Quod attinet ad primam conditionem. Vult Aristoteles Vniuersale esse vnum, non solùm nomine, sed etiam ratione, & essentia. Quasi dicat non suffiocre ad Vniuersale, vt vnum habeat nomen; hoc enim vendicant composita per accidens, & aggregata; vt domus, exercitus, & acernus, sed oportere, vt sit vnius essentiæ. Remouentur hac conditione à vera ratione Vniuersalis omnia complexa, vt animal rationale, quatenùs hæ voces distinctas habent significationes. Item homo candidus, & alia, quæ vt talia non vendicant vnum nomen. Rejiciuntur etiam casu æquiuoca, & analoga: tum defectu vnitatis nominis: tum rationis. Quamuis de analogis postea latiùs differemus. Si roges, An oporteat Vniuersale aliquo vocabulo de facto insignitum esse? respondemus negatiuè; licet enim ad Logicam concertationem opus sit inditum esse vocabulum Vniuersali; absolute tamen, vt Natura vniuersalis existat, sat est, quòd vno conceptu percipiatur, & vnico vocabulo exprimi queat.

Exponitur 2. Vniuersalis cõditio.

Circa alteram conditionem, videlicèt [Aptum, vt prædicetur] aduertendum est primò, non definiri ab Aristotele Vniuersale per actum prædicandi, sed per aptitudinem: quia, vt quidpiam sit Vniuersale, non est necessarium, vt actu prædicetur de multis, sed vt de ijs prædicari possit, siue de nullo actualiter dicatur, siue de vno tantùm.

Prædicatio alia Naturalis, alia nõ Naturalis. Quę Naturalis.

Sciendum præterea duplicem esse prædicationem, vnam naturalem, alteram non naturalem. Naturalis est, quæ rei naturæ congruit: Non naturalis, quæ aliter se habet. Congruit autem in primis rei Naturæ, vt quælibet res de se ipsa dicatur (sicut enim vnumquodque maximè secum est vnum, ita Naturæ maximè consentaneum est, vt de se ipso enuncietur.) Secundò conuenit Naturæ, vt id, quod est quasi forma dicatur de eo, quod illi velut materia subijcitur. Quo fit, vt duo sint naturalium prædicationum genera: prædicatio identica, & directa. Identica est, in qua enunciatur omninò idem de eodem vt [Plato est Plato] [gladius est ensis] Directa est in qua id, quod est quasi forma prædicatur de eo, quod se habet illius comparatione vt materia: vt cum animal enunciatur de homine: album de nive, &c.

Prędicatio naturalis alia idẽtica, alia directa.

Prædicatio non naturalis est, quæ rei naturæ minimè conuenit: Ea verò duplex habetur. Vna contra naturam, siue indirecta, in qua id, quod subijcitur, est veluti forma eius; quod prædicatur vt [Animal est homo, Album est nix] Altera præter naturam, siue per accidens:

Quæ prædicatio nõ naturalis.

Prędicatio No naturalis: Alia cõtra Naturam.

Altera prę ter natura.

dens; cum videlicèt nec id, quod prædicatur, est tàquam forma eius, quod subijcitur; neque è contra; sed ambo sunt quasi formæ vnius tertij: vt si dicamus [Album est dulce] vel [Dulce est album] vbi neque dulce est forma, nec materia albi; sed vtrumque est forma eiusdem tactis: cum ergo Vniuersale definitur id, quod est aptum prædicari; intellige prædicatione Naturali, directa, vera & affirmatiua. Est enim Vniuersale quoddam totum respectu partiũ sibi subiectarum: totum verò, autore Philosopho, est veluti partium forma: quare de illis affirmatiuè, & verè dicatur, oportet; quod namque in subiecto, verè de illo affirmatur. Atque ita per hanc partem excluduntur omnia, quæ negatiuè, aut falsò, aut non naturaliter prædicantur; siue contra, siue præter naturam.

Exponitur tertia vniuersalis cõditio.

Tertia demum conditio [De pluribus] ita est intelligenda, vt ea, de quibus Vniuersale prædicatur, in primis sint plura secundum illud nomen, quod rem vniuersalem significat; & res ipsa vniuersalis in ijsdem multiplicata sit: vt accidit in Platone, & Socrate, si cum homine in communi conferantur; dicuntur enim plures in homine: & humana natura est in ijsdem distributa. Hac de causa Deus Opt. Max. non est vniuersalis respectu diuinarum Personarum; quia licet dicantur tres Personæ diuinæ, non tamen vocantur tres Dij, nec Deitas est in illis multiplicata: vt Fides docet. Oportet deinde, vt particularia sint entia per se eo modo, quo posteà explicabimus. Demum vt eadem ratione participent Vniuersale, & eodem modo prædicationis illi subijciantur. Huius defectu conditionis coloratum non est vniuersale, respectu huius albi, & Cygni; quia de altero dicitur essentialiter, de alio accidentaliter.

ARTICVLVS V.

CVIVS MODI SIT *proposita definitio, & quid in ea primo inuestigatur.*

Trifariam accipitur vniuersale.

VT à secunda tituli parte incipiamus, aduertendum est, Vniuersale trifariam accipi posse. Primò, pro re quæ vniuersalis denominatur, & subsitrata dicitur, vt [Homo] [Animal] & similia. Secundò pro aptitudine, & capacitate eiusdem rei. Tertiò pro relatione ad particularia, quæ eiusmodi capacitatem consequitur. Eadem acceptionum varietas cernitur in vocabulo [causa] nonnũquam enim sumitur, pro ipsa re, quæ causat: pro Deo vel Cælo. Alias pro ratione causandi, seu pro re, vt actu exercet causalitatem. Denique pro causandi relatione. Et quemadmodum, cum causa definitur, certum est non explicari naturam rei, quæ vim habet aliquid efficiendi (quod vocant causam materialiter sumptam) sed vel rationem causandi, vel relationem causæ, ita apud omnes constat in explicata Vniuersalis definitione, minimè describi naturam rei subsitratæ (nulla enim ibi mentio fit substantiæ, aut accidentis, alteriusvè naturæ inferioris) sed definiri Vniuersale formaliter sumptum: seu quatenus Vniuersale est.

Dubitatur quo pacto accipiatur vniuersale in definitione.

In dubium tamen vocatur à Recentioribus, quo pacto accipiatur Vniuersale, cum in præsenti definitur. Pro vnitate nè, & aptitudine; an pro relatione ad particularia? Vtraque enim acceptio formalis est; & vtrique accommodari potest definitio.

Cõmunis opinio asserit accipi, vt relatiuum est. Porphyr.

Vulgata, communisque sententia est, definitum esse à Philosophis Vniuersale, prout relatiuum est. Quod perspicuè docuisse videtur Porphyrius in cap. de Specie; cum ait se necessitate compulsum definijsse genus per speciem, & è contra; nam sola relatiua necessario ad se mutuo definiuntur. Et probatur primo.

Probat r.

Digitized by Google

primo. Vniuersale formaliter in germana ipsius acceptione est relatiuũ rationis: sed hoc loco definitur formalissimè sumptum; ergo explicatur, vt relatiuum est. Minor, & consequentia manifestæ sunt. Maiorem tenet vtriusque scholæ Theologicæ parens D. Thom. & Scotus. Ille in 2. sentent. dist. 15. q. 5. art. 1. & Opusc. 56. alijsq. sexcentis locis: vbi perpetuo appellat vniuersalitatem, intentionem rationis. Hinc, q. 8. in Prædicabilia. Diuum Thomam sequuntur discipuli. Caietanus in commentarijs super librum de ente, & essentia, cap. 4. hoc libro cap. 1. dub. 1. Capreol. in 2. d. 1. q. 2. S. Quantum ad tertium initio. Eundem Maiorẽ tradit Aristoteles. 1. Poster. cap. 2. dum asserit Vniuersale, & Singulare esse opposita; nulla enim oppositionis ratio in eis cerni potest præter relatiuam. Secundo. Quæcunque reperiuntur in Vniuersali, fundamenta nuncupantur vniuersalitatis; ergo cum in præsenti non explicetur Vniuersalis fundamentum, sed forma: necesse est, vt fateamur relationem definiri.

D. Thom. Scotus. Capreol.

Verisimilior tamen videtur sententia, quæ astruit definiri Vniuersale vt quidpiam absolutum est, & importat aptitudinem ad essendum in particularibus. Illam defendit Doct. Fonseca. 5. Metaphy. & in Isagoge philosophica. & facit omnium Auctorum communem. Atque primò colligitur ex ipsa definitione, in qua nulla mentio fit relationis, sed solius aptitudinis, & vnitatis: verisimile autem non est, Philosophos voluisse primo definire relationem, & eam nusquam expressisse. Secundò ex similitudine causæ superius commemorata; nam cum definitur causa, nulla cura est eius relationis, quam habet ad effectum, sed causalitatis tantum. Tertiò. Ex eo, quod propria vniuersalis forma sit aptitudo, & capacitas ad essendum, vel prædicandum de suis inferioribus: vt opinatur Paulus Venetus in proœmio Logicæ, quæst. 2. non verò relatio inde consequuta. Nam vniuersale constit formaliter, in quadam communitate, & amplitudine, qua Natura communis multa sub se complectitur: at eiusmodi communitas potius sita est in prædicta capacitate, quam in respectu consequente: ergo in aptitudine coniuncta cum vnitate collocanda est ratio Vniuersalis. Quartò demum idem confirmatur ex actibus Vniuersalium. Etenim actus essendi in multis, & de ijsdẽ prædicãdi censentur esse actus Vniuersalis, qua Vniuersale est: sed eiusmodi actus respõdẽt aptitudini supposita vnitate, nõ vero relationi; igitur aptitudo cõstituit formaliter vniuersale. Certè quę Philosophi de vniuersalibus tractare, & demonstrare solent, rebus conueniunt, prout hanc habent communitatem, & capacitatem.

D. Fonsec.

Hæc controuersia penè est de vocabulo; constat namque in re vniuersali reperiri potentiam, siue aptitudinem ad coercendum sua Particularia. Præterea relationem rationis, qua post actionem intellectus eadẽ respicit, vtmox dicemus. Et vtramq. esse formam comparatione Naturæ. Licèt inter se hunc habeant ordinẽ, vt aptitudo sit fundamentum relationis. Quo etiam modo se habet res quæ causat; nam illius respectu, tum vis causandi, tum relatio sunt formę; tametsi causandi ratio fundamẽtum sit relationis. Quemadmodum ergo causa aliquando accipitur formaliter pro agendi efficacia, aliquando pro relatione: ita fieri potest in Vniuersali. Et vtraque acceptio merito formalis existimatur; cum & communitas, & respectu rationis, quem fundat, rem subfratam actuet per modum formæ. Nec erit difficile Vniuersali vtrouis modo accepto definitionem accommodare. In priori enim sensu cum vniuersale sit relatiuum, definitio assignatur per conditiones fundamenti, vt monet Diuus Thomas illo Quæst. 56. est que illius sensus. Id habet relationem vniuersalis, quod vnum cum sit, aptitudinẽ habet, vt in pluribus insit. Quod vocant definitionem relationis in actu signato; quoniam in ea magis indicatur

Deciditur dubitatio.

D. Thom.

Paul. Ven.

catur quidnam sit illud, in quo relatio inuenitur, quam cuiusmodi naturam habeat ea relatio.

Soluuntur argumẽta 1. sentent. Primum.

Iuxta quam expositionem nullo negotio satisfit argumentis secundæ sententiæ. Ad primum enim dices tunc fieri oportere mentionem relationis in definitione, cum hæc procedit per genus, & differentiam, non autem, quando traditur per affectiones fundamenti rei definitæ. Ad secundum. Aut causam in ea definitione accipi fundamẽtaliter, aut eodem pacto definiri, quo Vniuersale: per conditiones, scilicet eius rei, in qua relatio fundatur. Rectè enim dixeris. Causa (id est res affecta relatione causæ) est illud, à quo per se pendet effectus. Ad tertium. Aptitudinem esse quidem formam vniuersalis: sed non vltimam; adhuc enim perficitur vniuersale per relationem. Ad vltimum negabis actus essendi, & prædicandi esse proprios Vniuersalis formaliter sumpti; pertinent enim ad Naturam subtractam, cui competent illa aptitudo, & relatio. Ac licèt nõnulla ex ijs, quæ Philosophi de Vniuersali demonstrant, ad aptitudinem potius spectent, quam ad relationẽ: falsum tamen est nihil conuenire Vniuersali, vt relatiuum est. Veluti, Particularia respicere simul cum ipsis cognosci: & per actum comparatiuum exittere: & similia. Quæ nec solis relatiuis, aut magis proprie conueniunt.

Secũdum. Tertium. Vltimum.

Qua via defẽdi possit sect. 2.

Qui tenuerit secundam sententiã, in quam magis propendemus, explicabit definitionem in sensu formali, & proprio. Nam in definitione expresè ponuntur vnitas, & aptitudo; in quibus sita ratio vniuersalitatis; præsertim in aptitudine, cuius veluti fundamentum est vnitas, vt posteà explicabimus.

Explicatur Porphyrij locus.

Ad locum Porphyrij respondebitur vno è duobus modis. Primò, non solum Relata secundum esse, sed etiã transcendentia explicari necessariò per habitudinem ad aliud; aptitudinem verò, cum sit velut potentia, transcendentaliter respicere Particularia, ad quæ terminatur. Quæ tum definiuntur in ordine ad Vniuersale propter suam etiam capacitatem siue potentiam, vt illi subijciantur. Secundò. Vniuersalia, & Particularia, esse Relata secundum dici (vt scientia, & scibile) & idcirco explicari a se mutuo, quantumuis absoluta sint.

Ad primum argumentum negãda est Maior. Quãuis eam fortasse tueantur citati Autores. Qui nihilominus ita exponi poterunt, saltem D. Thomas & Scotus, vt cum vniuersalitatẽ appellant intentionem rationis, intelligant aptitudinem, & vnitatem, prouenientes ab operatione intellectus. Nam per intellectum nõ modo fiunt relationes, sed etiam negationes, & priuationes vt mox dicemus.

Soluitur 1. argum. primæ sententiæ.

Locus Aristotelis non est ad illius rem. Explicat Aristotelis locus.

Locus Aristotelis non est ad illius rem; neque enim ibi loquitur de Vniuersalibus, & Particularibus, sed de Communibus, & Singularibus, idque in ordine ad nostram cognitionem: nõ verò quatenus Vniuersalia, & Particularia sunt, quoniam (vt ibidẽ cõmentatur D. Tho.) significat Philosophus Vniuersalia, & Singularia opponi inter se relatione prioris, & posterioris; nã illa sunt priora natura, & cognitione scientifica, & quidditatiua: hęc verò posteriora. Et penes hoc opponuntur, sic enim loquitur Aristoteles. Sunt autem remotissima quidem ea, quæ sũt vniuersalia, maximè propinquissima verò Singularia ipsa, atque hæc inter se opponuntur. Id est, remotissima, & propinquissima. Vbi oppositionem constituit, inter proximum remotum, non autem in Vniuersale, & Particulare, qua talia sunt.

D. Thom.

Ad secũdũ fatendũ est, aptitudinẽ, & vnitatem esse fundamẽtũ relationis: sed negandum esse fundamentũ vniuersalitatis: Fieri enim potest, vt ea forma, quæ respectu subiecti præbet aliquam formalẽ denominationem, comparatione alterius formæ, sit subiectũ. Nã albedo efficit formaliter disgregatiuum visus: & tamen est fundamẽtum relationis similitudinis. Illud tamẽ existit in vniuersali diuersum; quod relatio consequens,

Soluitur 2. argum. 2. sententiæ.

apti-

aptitudinẽ quàm posterior hæc sententia Vniuersalitatem appellat, eodem vocabulo nuncupatur; sed hoc vel penuria vocabuli; vel exiguitate rei, factum credimus.

Deciditur proposita in titulo dubitatio.

Ex hac resolutione conspicua est responsio ad priorem huius articuli quæstionem, si aduertamus præter illam definitionem assignatam per aptitudinem ad prædicãdum (quæ Logici propria est) duas alias tradi solere. Quarum prima sic habet [Vniuersale, est vnum quid, aptum esse in multis] Altera in hunc modum. [Vniuersale est relatum respiciens Particulare] porrò qui fecerit Vniuersale formaliter relatiuum, is dicet postremam definitionem essentialem esse, cum constet proprio genere, & differentia: priores duas accidentales, seu descriptiuas; quoniam assignantur per conditiones fundamenti: vt dicebat D. Thom. atque adeo per ea, quæ relationi sunt extrinseca. At, qui existimarit vniuersale esse quid absolutum; & de formali importare aptitudinem, primo quidem reijciet vltimam definitionem: vtpote, quę in solum quadret relatiuum. Priores verò duas essentiales esse fatebitur, si cum proportione accommodentur, hoc est, si altera attribuatur aptitudini ad essendum; altera aptitudini ad prędicandum. Esse autem essentiales prædictas definitiones ex eo constat; quia quotiescunque potentia aliqua, in concreto sumpta, definitur per subiectum, ordinem ad proprios actus; & obiectum, explicatur essentialiter; vt docuit Aristoteles in 1. Poster. & patet ex definitionum vsu. risibile enim definitur [Homo aptus ad ridẽdum] atqui aptitudo est quædam potentia, quæ in his definitionibus exponitur per subiectum, scilicet per naturam vnam additur ordo ad actus, & obiectum: videlicet, ad inexistendum in pluribus: ergo duę priores definitiones sunt essentiales. Sed illud omittendum non est, definitionem, quæ assignatur per aptitudinem ad prædicandum, non solum cadere in ipsum Prædicabile, cui est essentialis, sed etiam in Vniuersale: hoc est, in eam aptitudinem, quam res communis habet ad essendum in multis, concretè sumptam. Verũ cũ hoc discrimine, quod respectu Prædicabilis est essentialis, ob assignatam rationẽ: respectu verò Vniuersalis descriptiua: vt sunt eæ, in quibus subiecta per proprietates definiuntur; veluti hæc [Homo est animal aptum ad ridendum.]

Tradũtur Vniuersalis definitiones.

D. Thom.

Aristot.

QVÆSTIO II.

DE VNIVERSITATE REI *vniuersalis.*

ARTICVLVS I.

VARIA GENERA *vnitatum proponuntur.*

Quæ vnitas requiratur ad Vniuersale.

IMpensius adhuc examinãdę a nobis sunt tres illæ Vniuersalis conditiones [Vnum] [Aptum vt sit, vel prædicetur] [De pluribus. Quare de singulis excitabũtur aliquæ quæstiones. Quod igitur ad vnitatẽ spectat. Vnum idem est, atque indiuisum; vt docet Arist. lib. 5. Metaphys. cap. 6. & lib. 10. cap. 1.] Sic enim loquitur in priori loco. Vniuersè autem ea, quæ diuisionem non habent, ea ratione qua non habẽt, vnum dicuntur. Diuisit ibidem Aristoteles Vnum in Vnum per se, & per accidens, deinde vtrumque membrum variis subdiuisionibus distribuit, quamuis singulas non descriptionibus, sed exemplis declaret, & inter vnitates per se aliquas enumeret, quæ absolutè tales non sunt.

Aristot. Vnũ, aliud p se, aliud p accidẽs.

Quid vnũ per accidens.

Igitur Vnum per accidens est illud, quod non habet naturam vnius tantum ordinis, seu Prædicamenti: vel constat ex partibus physico nexu minimè copulatis: aut certe ex ijs, quæ licet physicè connectantur, sunt tamen in suis speciebus entia completa. Eiusmodi vnio, seu vnitas est inter subiectum, & accidens: inter duo accidens in eodem subiecto

Digitized by Google

exiſtentia, vt viſitur in lacte, & albedine; & in albedine, atque dulcedine ipſius lact s; deinde inter ea, quæ sũt in eodem loco, vel tempore: ſic dicimus aceruum vnum: & vnum duratione Achillem, & Hectorem. Item quæ iunguntur exteroo vinculo, aut ordine: vnde vocamus vnum faſcem, propter vinculum: vnam tabulam, aut domum ratione glutinis: vnam rempublicam, & exercitum cauſa ordinis. Denique eſt vnum per accidẽs conſtitutum ex potentia, & proprio acta, vel habitu; quia licèt phyſicè vniantur, & pertineant ad vnũ Qualitatis Prædicamentum; nihilominus ſunt entia in ſuis ſpeciebus completa, quæ proinde in alterius compoſitionem per ſe ordinari non poſſunt, niſi fieret per modum continuationis. Quod fortaſſe contingit in Prædicamento Quantitatis, ſi Linea, & Superficies sũt veræ illius ſpecies.

Quid vnũ per ſe.

Vnum per ſe (quod vocare poſſumus Vnum eſſentia) eſt illud, quod habet determinatam eſſentiã in vno tantum genere, aut ſpecie: ſiue id ſit ſimplex, vt Deus Opt. Max. & ſumma genera ſiue cõpoſitum, vt corpora phyſica, & Metaphyſicæ ſpecies; quorum illa re ipſa ex materia & forma: hæ ratione ſaltem ex genere, & differentia conſtituuntur. Harum rerum vnitatem diuidit eo loco Ariſt. in tria membra; in genericam, ſcilicet, ſpecificam, & indiuidualẽ. Nos, claritatis gratia, ſic eandem partitionem cum Caietano Opuſc. de ente & eſſentia c. 4. q. 6. digerimus. Vnitatum per ſe, ſeu eſſentialium, alia eſt formalis, alia numeralis; formalis eſt ea, quæ competit Naturæ communi diſtribuiturq. in genericam, & ſpecificam pro patione naturæ, in qua reperitur; numeralis eſt propria indiui duorum. Illa definitur [Rei cõmunis in ſe ipſa (hoc eſt, in natura, ratione vè ſua) indiuiſio] Numeralis [Indiuiſio rei ſingularis in ſe ipſa.] Per illã dicuntur homo, & brutum vnum in animali Plato, & Socrates, vnum in homine. Per hanc, dicitur Socrates idem ſecum.

Ariſtot.

Caiet.

Vnitas per ſe alia formalia, alia numeralis.

Antequam aliud Vnitatis genus inueſtigemus, duo ſunt aduertenda. Alterum eſt, Vnum per ſe aliquando dici ſolùm id, quod habet vnam ſimpliciter eſſentiam; quale à nobis hactenus explicatum fuit; & hac ratione conuenire ſolis naturis Vniuocis. Aliquãdo latius, vt ſe extendit ad ea, quæ ſunt quodammodo vnũ, quo pacto complectitur Analoga. Non rarò enim dicimus ſubſtãtiam, & accidẽs, eſſe vnum in ente verum iã vſus obtinuit, vt nomine vnitatis formalis ſolam genericam, & ſpecificam intelligamus. Alterum adnotandum eſt Vnitatem formalem aliquãdo ſumi, vt eſt paſſio entis realis, interdum fuſius, ita vt extendatur ad entia rationis, & negationes. In qua poſteriori acceptione ſumitur in Vniuerſalium tractatione, vt liberum poſtea ſit inueſtigare, an inter entia rationis, & negationes, vera Vniuerſalia inueniantur?

Aduertuntur duo.

Præter vnitates hactenus aſsignatas, alia quoque datur, quæ competit Naturis communibus in ſe. vt nõ exiſtunt contractæ in ſuis inferioribus: ſiue talis vnitas eis conueniat beneficio intellectus, ſiue ex ſe. Quod paulò poſt diſcutiemus. Eſt aũt hæc vnitas nihil aliud, quam indiuiſio rei cõmunis in ſua inferiora. Eſſe autẽ cõcedẽdam eiuſmodi vnitatem præterquam quòd omnium grauium Autorum ſenſu conſtet: in hunc modũ cõuinces. Vnitas idem eſt, atque indiuiſio: ſed res communis in ea prioritate, qua ſuorum inferiorũ contractionem præcedit (ſiue hoc habeat ex ſe, ſiue ex intellectu) eſt indiuiſa; ergo habet, prout ita eſt, aliquam aliã vnitatem. Quam idcirco vocant præciſionis, quia nõ cadit in Naturam, niſi prout præſcinditur, & veluti liberatur à ſuis Inferioribus. Dicitur præterea priuatiua, & non purè negatiua; quia eſt in ſubiecto habente potentiam ad formam negatam, id eſt, ad diuiſionem in inferiora.

Aſtruitur vnitas præciſionis Naturarũ cõmuniũ.

Cuiuſmodi ſit hæc vnitas præciſionis, per ſe, an per accidens.

Rogabis, vtrum hæc vnitas pertineat ad aliquod membrum propoſitæ diuiſionis. Cum neutro enim videtur habere cognationem: non cum vnitate per ſe: quia hæc conuenit

Naturæ

Naturæ necessario, eamque comitatur in quocunque sit statu, vt cæteræ passiones inseparabiles; at vnitas præcisionis amittitur in contractione naturę; non cum vnitate per accidens; quia res communis in eo præcedentia statu est vnius essentię, nec habet vllam cõditionem ex ijs, quas postulamus ad vnum per accidens. Vt perspicuum fiet consideranti.

Respondetur propiè accedere ad vnitatẽ per se.

Ad hanc dubitationem facilè respondeti potest; eam diuisionem complecti solum vnitates, quæ non conueniunt per operationem intellectus; cuius modi ostendimus non esse hanc præcisionis. Verum quia multi eam admittunt ante operationem mentis; & quia vnitates rationis analogiam habent ad reales, ad easque reuocantur: dicendum est vnitatem præcisionis esse quodammodo mixtam: magis tamen accedere ad vnitates per se, quam per accidẽs. Primam partem huius resolutionis probat ratio paulò ante proposita; ex vnitate.n. per se habet, quod subiectũ est vnius essentiæ: ex vnitate verò per accidens, quod non sit perpetua, sed à Natura separabilis. Secũdã partem colliges ex propria ratione vnitatis per se. Quæ primo consistit in eo, quod reddat subiectum vnius essentię; pro eodem quippè accipitur esse vnius essentiæ, & esse vnum per se. Esse verò inseparabilem, & necessario conuenientem Naturæ, est quędam affectio secundaria, quã non omnino deposcit vnitas per se. Præsertim cum videamus continuum, cuius vnitas dissolui potest, vocari ab Arist. vnũ per se. Quod pari modo cernere est in toto physico; amittit.n. actualem vnitatem, quando forma, & materia diuellũtur. Merito ergo comparabitur cũ vnitate per se, siquidem illius primariam rationẽ participat.

Vnitas Præcisionis vtriusq. vnitatis per se participat conditiones.

Sed cui ex vnitatibus per se annumeranda est vnitas præcisionis? Respondemus propriè, & in rigore neutram esse: vtriusque tamen participare conditiones, plures quidem vnitatis numeralis. In primis quod nec sit formalis, nec numeralis, ostenditur, quia vnitas formalis, cum sit passio entis, perpetuo comitatur naturam, & cum per contractionem ad inferiora descendit: at vnitas præcisionis in solo statu abstractionis naturæ competit. Præterea hæc vnitas negat diuisionem possibilem in inferiora: formalis negat impossibilẽ, & in aliquo graduentis: numeralis conuenit rebus singularibus, eisq. tribuit nõ solum indiuisionẽ, sed & indiuisibilitatem: ea verò de qua agimus, in cões tantum Naturas cadit, queis solã tribuit indiuisionem, non indiuisibilitatem. Habet nihilominus aliquam cum vtraque similitudinem; cum formali quidem, quod conueniat rebus communibus: cum numerali verò, quòd nullam patiatur in subiecto diuisionẽ. Et ob hãc causam adiunximus præfatam vnitatem viciniorem esse numerali, quàm formali. Nam proprium munus vnitatis numeralis est reddere subiectũ incommunicabile; quod præstat vnitas præcisionis quamdiu in eo est.

ARTICVLVS II.

QVAM VNITATEM EX enumeratis communis Natura ad vniuersalitatem exigat.

Prima opinio asserit sufficere vnitatẽ analogicam.

TRes in præsenti quæstione sententiæ esse possunt. Primum tribuet aliquis Aristoteli, cum analoga inter Vniuersalia recenset, veluti 3. Metaph. lib. c. 3. & 4. vbi ait Ens, & vnum esse maximè Vniuersalia; & lib. 4. ca. 2. tot esse species vnius, quot sunt species Entis. Libro verò tertio Metaph. cap. 1. tot esse Motus species, quot sunt Entis. Igitur cum Aristoteles his locis appellet Vniuersalia Ens, & Vnum, ijsdemq. tribuat species, non videtur exigere ad vniuersalitatem maiorem vnitatem quàm analogicam.

Probatur ratione.

Accedit ratio. Nam analoga, per proportionem propriè dictam prædicantur eodem nomine, & ratione de suis inferioribus: ergo habent accommodatã vnitatem. Consequẽtia est bona, si verè diximus inter ex-

by Google

plicandum vniuersalis definitionẽ in prima illius parte intelligi vnitatem, non modo nominis; sed rationis. Antecedens probatur in Analogis per proportionẽ propriè dictã. Ens enim v.g. secundum eandem definitionem ex æquo affirmatur de substãtia, & de accidente, siquidem substãtia in communi ratione entis nihil amplius est, quam accidens secundum eandem rationem; etto in particularibus. & proprijs Naturis discriminentur. Vnde est, vt multi credant, hæc Analoga comprehẽsa fuisse ab Arist. in definitione Vniuocorum, quam scripsit 1. cap. Antepraed. Certe idem Arist. lib. 2. Metap. ca. 1, ens inter Vniuoca computauit.

Opinio 2. docet sufficere vnitatẽ formalem. Scotus.

Secũda sũa sententia affirmat ad veram vniuersalitatem, non esse opus maiori vnitate, quam formali. Ita omnino sentire videtur Scotus in 7. Metaph. q. 8. & in 2. d. 3. q. 1. cum ex eo admittat in Natura communi, suis in Particularibus existente communitatẽ, quia ei tribuit vnitatem formalem, quam ipse vocat minorẽ numerali. Defendunt expresse eãdem sententiam ex sectatoribus Scoti Antonius Andreas. 7. Metap. q. 16 Anton. Tromb. q. 8. Alij eiusdem familiæ variè loquuntur. Accedit Ioãnes Maulorius in disput. hac de re cap. 5. & 6. & bona Recentiorũ Philosophorũ pars.

Ant. And. Tromb. Ioã. Maul. Recent.

Probatur. rationib.

Probari potest primò ex Arist. qui in propositis Vniuersalis definitionibus non exprimit aliam vnitatem quam rationis, hoc est, formalem, & essentialẽ. Quorsum verò alia vnitas requiratur, quã quæ ex definitione colligitur? Secundò. Vniuersale ita oportet esse vnum, vt sit communicabile (hæc enim est Vniuersalis natura) sed sola vnitas formalis relinquit Naturam cõmunicabilem, vtpote quæ cum ipsa Natura multiplicatur; ergo ea sola est propria rei vniuersalis; quemadmodum vnitas numeralis, quia reddit subiectũ impartibile, est propria Indiuidui, qua indiuiduum est. Tertiò. Vnitas formalis adiunctã habet aptitudinẽ ad essendũ in pluribus; ergo est propria rei vniuersalis. Cõsequẽtia est optima qm̃ aptitudo cũ sit præcipua forma vniuersalis, vt quidpiã absolutũ est, supponit totũ illius fundamentũ cõpletũ; quod præterea est vnitas. Antecedẽs probatur: quia Naturæ habenti vnitatem formalem repugnat incõicabilitas; ergo eidem nõ repugnat cõicabilitas: atqui nõ repugnãtia ad cõicationẽ respectu inferiorũ est aptitudo in essẽ existendi; ergo vnitas formalis nõ est separata ab vniuersalis aptitudine, & cõsequẽter sufficit ad perfectam vniuersalitatẽ.

Tertia opinio solam vnitatem præcisionis tribuit Vniuersali.

Tertia deniq; sũa est, propriã vniuersalis vnitatem esse illam quã diximus præcisionis, & definitur negatio diuisionis in plura eiusdẽ nominis, & rationis. Quã opinionem essi ex Antiquiorib. nullus in his terminis inculcarit, certum tm̃ est defendi ab illis omnibus, qui cõcedunt. Naturis cõibus ex se vnitatem formalẽ, negant verò eas nõ esse vniuersales, nisi post operationẽ intellectus. Id enim propterea asserũt, quia requirunt maiorem vnitatẽ in re vniuersali, quam habeat ex se. Hi verò sunt, & plures, & nobiliores: vt q. 4. constabit. Sint igitur pro hac opinione sequentes conclusiones.

Prima cõclusio. Vnitas numerica, & analogica, nõ modo nõ sufficit ad vniuersalitatẽ, sed eã impedit. Hæc quo ad vtramq; partẽ cõstat ex illis duabus conditionibus, quæ in definitione exprimũtur [Vnũ] & [Aptũ esse in multis.] Nam vnitas numeralis cum efficiat rem omninò indiuisibilẽ, excludit omnẽ aptitudinem ad cõmunicationem. Vnde Arist. tum alibi, tum primo Poster. c. 2. dixit Vniuersalia, & Singularia esse inter se opposita. Vnitas verò analogica non est vnitas simpliciter, sed impropriè, & secundum quid; cum Analoga definiantur [Ea, quorum nomen est commune; ratio quodammodo eadem, sed simpliciter diuersa] vt initio Prædic. ostendemus, at in definitione Vniuersalis intelligitur vnitas essentiæ absoluta; vt expressit Arist. in illo c. 8. 1. Post. Accedit vniuersale nihil esse nisi quod, vel per se primò, vel rõne eius, in quo includi

tur,

tur,per differẽtias cõtrahitur:vt verũ sit, quod docuit Arist. de Genere 3. Met.c.3.tex.10.Ex pari modo intelligi voluit de ceteris vniuersalibus; nimirũ differẽtias esse extra naturã generis, ita, vt non includãt genus nec ab eo includãtur. Sed Analoga non cõtrahuntur per veras differentias,imò includũtur in omni modo, quo determinantur;vt eo loco patebit;ergò longè absunt à vera vniuersalitate.

2.Cõclus. Secũda cõclusio. Vnitas formalis est omninò necessaria ad vniuersalitatẽ:sed non sufficit.Prima cõclusionis pars,& autoritate Arist.& ratione probatur ex vltima parte præcedentis.Nõ;censet .n.Aristoteles,nec re vera est absolutè vnum essentia id quod caret vnitate formali: igitur si Vniuersale (vt ex illius definitione colligitur)vnum essentia esse debet, formali vnitate ad minimum afficiatur,oportet. Idem docet, ac probat D. Thom. D.Thom.in Opusc. de Natura Generis,c.7.cum asserit opus esse vniuersale vnica, & simplicissima definitione explicare.Nã quod eiusmodi est, Arist. vnã habet essentiam vt docuit Arist. 4.Met.tex.10. & liquet ex porportione definitionis, & rei definitæ quò ad vnitatem,& simplicitatẽ. Confirmatur. Vnitas est passio Entis : sed Natura vniuersalis sumpta sine differentijs cõtrahẽtibus est verũ ens:ergò habet necessariò aliquam vnitatem;non numeralem,quia hæc repugnat multiplicationi; ergo formalẽ, quę sola diuidi potest per differẽtias adiunctas Naturæ communi.

Secunda pars conclusionis asseritur ab omnibus Autoribus,qui inficiantur. Naturas esse vniuersales ex se,quos postea referemus. Nunc rationibus ꝓbatur.Primò. Vnitas vniuersalis, quatenus vniuersale est, ita est illi propria, vt non possit cõuenire Particularibus:sed vnitas formalis competit Particularibus;ergò nõ sufficit ad constituendum vniuersale. Maior ꝓbatur. Vniuersale & Particulare,prout sic distinguũtur:imò opponũtur:ergo vnum quodq; illorum habet suam vnitatem distinctã ab vnitate alterius,illiq; repugnantem.Nam vnitas vniuersalis,cum sit priuatiua,necessario deuoluit cõmunicabilitatem, quam in Particulari vt sic, habere non potest. Minor est manifesta. Quoniã vnitas formalis conuenit necessariò Naturæ communi,vt Natura quædam est,proinde illam perpetuo comitatur; ergò quẽadmodum Natura communis in Particularibus est, ita erit eius vnitas formalis.Vbicunq; enim est entitas hominis, v.g. ibidem est ea vnitas, qua constituitur in tali gradu entis, & distinguitur à quouis alio.Secundo. Vnitas formalis multiplicatur in Inferioribus, ergo si ea sufficeret ad constituendum Vniuersale, vtique vnitas vniuersalis esset communicabilis multis, & cõsequenter generica multiplicaretur in speciebus, & specifica in Indiuiduis. Vnde singulę species animalis essent genera:& singula Indiuidua speciei essent species quo nihil absurdius dici potest.

Tertia concluſ. Vnitas propria rei vniuersalis,quatenus vniuersalis,est vnitas præcisionis priuatiua,à nobis iam explicata. Hanc conclusionẽ ex parte probãt ea,quæ adduximus pro secunda parte secũdę conclusionis. Si.n.formalis vnitas non sufficit propter communicabilitatem, & communicationem,quam patitur respectu Indiuiduorũ:cũ hæc vnitas præcisionis oppositas habeat conditiones,erit omninò accõmodata. Quod verò hoc ita sit, perspicuũ est ex declaratione eiusdẽ vnitatis : est enim negatio diuisionis in plura eiusdem nominis,& rationis,coniuncta cum aptitudine ad talẽ diuisionẽ. Quatenus est negatio diuisionis, reddit vniuersale simpliciter vnũ:quod non præstabat vnitas formalis, quæ solũ efficit vnum ratione, & essentia;absolutè verò relinquit Naturam multiplicem. Quatenus deuoluit aptitudinem, repugnat singularibus. Quorum vnitas etsi vocari possit præcisionis, prout reddit indiuiduum minimè distributum in similia : priuatiua tamen appellari nequit, cò quòd aptitudinem ad

Tertia cõcluſ.

eam diſtributionem non includat, vti includit vnitas præciſionis rei communis. Vnde rurſum confirmatur tota concluſio. Vnitas propria vniuerſalis habet coniunctam aptitudinem, vt natura diuidatur in plura inferiora; ergò debet ea vnitas excludere diuiſionem: ſed ſola vnitas præciſionis hãc excludit, cum eã formaliter neget; ergò ea ſola eſt propria Vniuerſalis. Prima cõſequẽtia eſt euidẽs; quia id, quod diuiſum eſt, nõ poteſt habere aptitudinẽ, vt diuidatur: vt cernimus in tabula bipalmari, quę tãdiu ſeruat potẽtiã ad diuiſionẽ in duos palmos, quãdiù non ſecatur: atq; adeo quamdiu ſeruat vnitatẽ quãtitatis bipalmaris. Quod autẽ ſola vnitas præciſionis inter cõmunes prædictã excludat diuiſionẽ, cõſtat tum quia diuiſio in inferiora eſt illius forma negata, tũ quia oſtẽdimus nequaquam adimi à formali.

Reſpõdetur argumentis 1. & 2. ſent.

Ad argumenta pro prima, & ſecũda ſuia ita reſpondendum eſt. In primis Ari. non alia de cauſa vniuerſalium nomine Analoga condecoranda cenſuiſſe, quam quia veris Vninocis ſunt ſimilia. Alioquin cum rem perpendit, manifeſtè ea reijcit, veluti 4. Metaphy. capit. ſecundo vbi ita ſcribit. Et ſi ens, aut vnum vniuerſale non eſt, &c. Et 1. Ethic. c. 6. in hunc modum. Cum bonũ æquè atque ens dicatur, conſtat non eſſe quicquam vniuerſale, ac vnum. Ad argumentum negandum eſt Analoga prædicari eadem ratione de ſuis Inferioribus, cum non habeant vnicam rationem, quę in omnibus eadẽ eſſe poſſit, ſed ſimpliciter diuerſas; vt 1. c. Anteprædic. explicabimus. Ioterim negandum eſt ſubſtantiam, & accidens in ratione entis eſſe omninò idem: nam ipſa communis ratio entis in ſe eſt diuerſa, quia nõ poteſt perfectè præſcindi à Naturis particularibus; cum hæ nullas addant differentias naturæ entis, ſine quibus illud concipi queat. Vnde etiam falſum eſt in definitione Vniuocorum, ab Ariſt. Analoga comprehendi.

Diluũtur argum. 2.

Ad primum eorum, qui pro formali vnitate pugnabant, occurri ſolet in definitione quidem vniuerſalis ſolam vnitatem formalem exprimi, quæ eſt remotum vniuerſalitatis fundamentum: voluiſſe tamen Ariſtotel. ſubintelligi vnitatem præciſionis, ſed eam ex aptitudine eſſendi in pluribus perfacilè deprehendi, cũ oſtẽſum à nobis ſit, nihil habere poſſe hanc aptitudinem, quod vnum nõ ſit vnitate præciſionis. Quod ſi opponas hoc ipſum dici poſſe de formali; fieri enim nequit, vt res aliqua apta ſit ineſſe multis, quin communis exiſtat, & conſequenter habeat vnitatem formalem; quare ſufficiet aptitudinem in definitione collocare. Negabitur propoſitio, & probatio. Quoniam Analoga habent aptitudinem, vt ſint, & prædicentur de multis, & carent vnitate formali. Id verò, quod habet vnitatem formale, & aptitudinem, non poteſt deſtitui vnitate præciſionis. Reſpõderi quoque poteſt in definitione intelligi etiam vnitatem præciſionis, prout abſtrahit à negatiua, & priuatiua: deinde perſequentes conditionem, ſcilicèt per aptitudinem ad eſſendũ vel prædicandum de pluribus, anguſtari ad priuatiuam vniuerſalis propriã. ſententi. Primum.

Ad ſecundum fatendum eſt vnitatem vniuerſalis requirere in ſubiecto cõicabilitatem; negandum verò, ſolam vnitatem formalem hanc ſecũ pati: nam vnitas præciſionis, etſi nõ admittat actualem cõicationem, vt formalis admittit, non reſpuit tamẽ aptitudinẽ, quæ ſola exigitur ad vniuerſale in ſtatu præciſionis. Oppones: Vniuerſale cum vnitate præciſionis habet aptitudinem, vt ſit in multis: ergo cum eadẽ aptitudine poterit in multis eſſe. Negatur tamẽ conſequentia: quia opus non eſt, vt ſub eodem ſtatu, ſeu conditione maneat res aliqua poſt actum ſub quo erat in potentia. Quod cernere eſt in exẽplo tabulæ ſuperius adducto. Nã potentiam ad diuiſionem retinet ſub actuali vnitate, accedente verò diuiſionis actu vnitatẽ prorſus amittit. Soluitur 2. argumẽtũ. 2. ſent.

Ad tertiũ negãdum eſt vnitati formali ſemper eſſe annexã aptitudinẽ; cum reperiatur in indiuiduis, queis Soluitur 3. arg. ſecũdæ ſententiæ.

aptitudo

aptitudo prorſus repugnat. Ad probationē ſimiliter negamus naturę habenti vnitatem formalem repugnare incōmunicabilitatem. Quoniam hęc non repugnat ſingularibus, quæ (vt diximus) prædictam habent vnitatem. Quare aliud eſt incommunicabilitatem non repugnare cum vnitate formali: aliud eam comitari; primum enim verum eſt; ſiquidem oſtendimus in Natura præciſa neceſſario cōiungi aptitudinē cū formali vnitate. Secundum omnino falſum.

QVÆSTIO III.

DE APTITVDINE REI vniuerſalis propria.

ARTICVLVS I.

QVISNAM SIT ACTVS eius aptitudinis, quam habet Vniuerſale.

QVemadmodum omnis aptitudo ad quemuis actum ordinata, licèt negatiua ſit, potentia nominatur, vt eſt apud Ferrar. 4. contra Gent. c. 35. ita more potentiæ, per actus cognoſcenda eſt. Hac de cauſa inueſtigaturi rationem potentiæ Vniuerſalis exordimur ab actu, & prius ab illo, qui reſpondet aptitudini ad eſſēdum, vt hinc nō ſolum cognoſcamus aptitudinē, à qua emanat, ſed ēt actū potentiamq. prędicandi. Igitur circa eſſendi actū duplex ſentētia eſſe pōt.

Ferrar.

Prima opinio ait eſſe actualē in exiſtētiam in inferioribus.

Prima affirmans actum potentiæ vniuerſalis eſſe actualem inexiſtentiam ſuperioris in ſuis inferioribus. Hanc apertè indicat D. Thomas in c. 13. lib. 7. Metaph. cū aſſignans rationem, ob quam Ariſt. non definierit Vniuerſale per actum, ſed per aptitudinem, hanc tradit. Quoniam ad vniuerſale non requiritur actu eſſe, ſed poſſe eſſe in multis; nam Sol (inquit) Vniuerſalis eſt, & tamē actu in vno ſolum eſt. Quod non diceret D. Thomas, ſi putaret actum Vniuerſalis eſſe quemcunque alium, ſeu conuenientiam, ſeu identitatem. Etenim ſecundū hæc oīa non minus coniunctus eſt ſol cum ceteris ſolis indiuiduis, qui non exiſtunt, quā cū hoc exiſtente. Credit ergo tùm Sanctus Doctor, tùm Philoſophus actū Vniuerſalis eſſe actualē inexiſtentiā in Particularibus. Idem perſpicuè docet 4. lib. cōtra Gent. c. 35. vbi docet ex materia, & qualibet ſpecie formę cōſurgere vnā ſpeciem prædicabilē de pluribus actu, vel potentia. Quē locum exponit Ferrar. adducto exēplo ſolis. Prædicatur (inquit) aliquādo ſpecies potentia de pluribus, qū in vno tātū eſt, vt ſol, pōt nihilominus in pluribus ineſſe, veluti ſi Deus plura ſolis indiuidua procreaſſet; qū tunc eſſet natura ſolis in pluribus. Confirmat. Quia niſi dicamus actum eſſe inexiſtentiā, reprehendamus oportet Philoſophū, qui hāc definitionē per aptitudinē ſcripſit, nō per actū; nā quatuor priora Vniuerſalia, sēper habēt identitatē, & conuenientiā actualem cum ſuis Particularibus, ad ſolā q. exiſtentiā in potentia cōſiſtere queūt.

Ferrar.

Proponitur vera sē tentia.

Secunda ſententia, & vera, docet eiuſmodi actum nihil eſſe aliud, quā ineſſe in inferioribus, vt totū in partibus, per identitatem, qua poſſimus aſſerere hoc eſt hoc. Dicimus [ineſſe vt totum] quia (vt docuimus cum Ariſtotele 1. Phyſic. 1. & tradit Porphyrius c. de Specie) vniuerſale eſt quoddam totum reſpectu ſuorum inferiorum, vt hæc rurſus partes comparatione illius. Deinde etiam, quia pars non dicitur verè de ſuo toto; nec .n. dices. Homo eſt anima: vel Socrates eſt materia. Additur [Per idētitatem, qua poſſimus, &c.] Quoniam prædicari de pluribus eſt germana paſſio Vniuerſalis; non poſſet autem verè prædicari, niſi haberet cum particularibus identitatem; nam cum vnum de alio enunciamus, idē eſſe dicimus; veluti cum aſſerimus Socratē eſſe hominem: hic eſſe aſbū. Porrò hæc idētitas non eodē pacto ſe habet in omnibus Vniuerſalibus; ſiquidē in quatuor priorib. nihil exigit, præter eorū naturas, quę per ſe neceſſario ſunt connexæ, ſiue exiſtāt ſiue non Præd-

Explicatur concluſio.

D. Thom.

Digitized by Google

ationes,n.neceſſarię,quę ab omnibus illis Vniuerſalibus deducuntur, cũ perpetuâ habeant veritatem indiſſolubilẽ quoq. ſupponunt cõnexionem. At in quinto Prædicabili, interueniat, oportet, aliqua informatio,coniunctiõve inter accidens, & ſubiectum.Ratio diuerſitatis eſt, quia natura accidentis ſecũdum ſe, non efflagitat ſubiectum;quare niſi mediet aliquod vinculum, quo illi copuletur,identitatẽ cum eo habere non põt. Quod vinculum ſatis varium exiſtit.In pleriſq. n. eſt inhærentia: vt inter ſubiectum,& albedinem.In alijs ſola continentia: velut inter locum, & locatũ: inter tẽpus, & rem illi ſubiectam. In nonnullis terminatio: qđ viſitur inter cognitionẽ;& rem cognitam:amorem,& rem amatã. Aliquando ſufficit productio, cuius gratia actio denominat agens;alias attributio per intellectum: vel realis ſeparatio: illa in entib. rationis; hæc in negationib.

Oſtẽditur veritas rationibus.

Quãuis ergo in hoc quinto Vniuerſali poſtuletur exiſtentia,admodum in proprio loco explicandum: id tamen eſt per accidens, & quatenus exiſtentia conducit ad propoſitam identitatem, in qua conſiſtere proprium vniuerſalis actum iam ſic oſtenditur. Germanus Vniuerſalis actus eſt ille quo poſito affirmare poſſumus Vniuerſale de particularib. ſed ante oẽm exiſtentiã verũ eſt Petrũ eſſe hominẽ,hominẽ eſſe animal,vel ſenſitiuũ;ergo actus Vniuerſalis identitas eſt, non exiſtentia. Deinde.Eadẽ priora Vniuerſalia per ſe ſunt in inferioribus: ſed nequeũt per ſe exiſtere in aliquo; ergò nequit eorũ actus in exiſtentia conſiſtere. Maior, & conſequentia patẽt. Minor probatur.Quia exiſtere (abſolute loquẽdo)nulli rei creatæ per ſe conuenit; ergò nec exiſtere cum determinatione,id eſt,in aliquo.

Scotus.

Aduertit Primum.

Ad maioré horum explicationẽ, & ſolutionẽ eorũ, quæ obiecimus, nonnulla explicanda ſunt.Primum eſt. Vniuerſale nõ ita eſſe totũ reſpectu ſuarũ partium,vt in ijs nihil ſit, quod Vniuerſale formaliter nõ contineat; id.n.in omnibus,præterquã fortaſſe in Specie cũ ſuis Individuis comparata,falſum eſt; ſiquidem Genus,& differentia partẽ naturæ tantùm formaliter cõtinent: Proprium verò,& Accidens ne partẽ quidẽ.In quibus illud etiam auget difficultatẽ; quia nõ videtur eſſe in ſubiectis per identitatẽ, ſed per informationem:nunquam.n.fiet verum,vt accidẽs,& ſubiectum ſint idem (Loquimur de realib.& realiter diſtinctis.) Dicitur ergò Vniuerſale totũ in modo accipiendi; quia.L.ita ſumitur,vt quãuis ipſum formaliter in ſe non cohibeat totam Naturã inferiorem, vel etiã nec partem eius,concernendo ſaltẽ, & cõnotando totã important. Hac ratione animal, v.g.cum prædicatur vt genus, nõ conſideratur, vt importat ſolam Naturam viuentẽ,& ſenſitiuam; ſic.n.pars eſſet hominis,& beſtiæ:ſed quatenùs dicit totum illud, quidquid eſt viuẽs, & ſenſitiuũ. Quo pacto non eſt dubium, quin aliquo modo deuoluat totũ hominẽ, & beſtiã. Hoc ipſum viſitur in differẽtia,Proprio, & Accidente; ſi.n.hæc præſertim duo poſteriora, ſumantur in abſtracto,nec ſunt totũ,nec idem cũ ſubiecto;ſi verò capiantur in concreto, vtrumq. ſibi vendicant. Nam vocabulũ concretum non ſignificat tantum accidens,ſed etiã ſubiectum. Vnde licèt ratione accidẽtis ſit pars, & forma; ratione tamen ſubiecti,non ineſt vt pars; imò eſt idem cum ſubiectis. Quod ſi opponas. Cum in hac propoſitione [Socrates eſt albus] affirmo album de Socrate, non prædico ſubiectum, ſed formam: alioquin non eſſet propoſitio accidentalis: ergo album, quatenùs ſumitur vt prędicatum, atque adeò vt Vniuerſale non deuoluit ſubiectum. Occurremus permiſſo antecedẽte cum ſua confirmatione(qdquid alioquin de illis dicendũ ſit)negando conſequentiam,aliud.n.eſt id,ratione cuius prædicatum affirmatur, aliud id, cuius merito verificatur. Quæ regula à Dialecticorũ vulgo circũfertur, & apparet in hoc exemplo [Album

Obijcitur.

Occurritur.

eſt

est coloratum] si prædicatio sumatur vt simplex, & affirmãs genus de sua specie: id. n. cuius gratia coloratũ affirmatur de albo, est subiectũ; nã color à subiecto abstractus non potest eodem prędicationis genere de albo dici; id verò, quod affirmatur est solũ accidens; nam totum coniunctum ex colore, & subiecto non est simplex, nec pót esse genus albi. Ita dicimus album prædicari quidẽ posse ratione cõnotati, verificari autẽ propter formale significatum, quod totũ est accidentarium. Ratio est, quia aliud est aliquid esse prædicatũ, aliud esse conditionem ad formã prædicationis necessariam; & illud dicimus in præsenti esse concretionẽ cum subiecto, hoc ipsam formã accidentariam.

Aduertit secũdum.

Secundò est aduertẽdum, Vniuersali respectu suorum particularium, nõ modo illum actum, qui hactenùs explicatus est, sed inexistentiã quoq. conuenire, qui est actus manifestior, & vt plurimum remotior. In primis quòd cũ identitate coniuncta sit inexistentia, cum res in mundo producuntur, luce clarius est; nã quæ identitatẽ habent, non possunt, cùm existunt, non habere aliquã cõiunctionẽ v.g. si homo est idem cum Socrate, necessarium est, vt, Socrate existẽte, in eodem reperiatur homo. Deindè est hic actus manifestior, quoniã in plerisq. cadit sub experientiã sensus, in omnibus sub manifestã cognitionẽ intellectus. Additũ fuit. [Hunc actum vt plurimũ esse remotiorem] quia licèt in quinto Vniuersali identitas supponat inexistẽtiam; in quatuor tamen prioribus identitas est in causa, vt, cùm vniuersalia existũt, sint in suis particularibus.

Dissoluuntur rationes prioris sententiæ. Arist.

His animaduersis; ad rationes primæ sententię respondebis potentiã, quæ habet duos actus, non nunquam per manifestiorem explicari, quantumuis ille propinquus nõ sit, sed remotus. Ita definijt Arist. in 2. de Generatione calefactiuũ, quod congregat homogenea, & disgregat heterogenea; frigefactiuum autem, quod vtraq. congregat. Qui actus nõ sunt primi harum qualitatum. Ad hunc modum potuit Arist. & D. Thom. explicare potentiã Vniuersalis per inexistentiam, tanquam per actum remotum, sed magis conspicuum. Ad confirmationẽ respondetur Vniuersale idcircò definiri per aptitudinem (quamuis maiori ex parte semper habeat coniunctum actum) quoniam proùt exercet actum, identificatur q. cum suis inferioribus, non est Vniuersale, sed cùm accipitur præcisum, & quasi non idem cum particularibus. Statim enim ostendemus Vniuersale propriè non dici, nisi ratione status præcisionis.

ARTICVLVS II.

CVIVSMODI SIT APTITVDO essendi in pluribus.

Opinio existimãtiũ esse quid positiuũ.

CVm natura potẽtiarum, ex actibus deprehendi soleat, & actus vniuersalis sit positiua idẽtitas cum suis inferioribus, colligunt nõnulli potẽtiam quoq., quam aptitudinem vocamus positiuam esse. Docuit. n. Arist. 9. Met. lib. c. 8. actum & potentiã esse in eodẽ genere; hoc est, in eadẽ serie: ergo si actus essendi est positiu⁹, haudquaq̃ potẽtia negatiua erit.

Secundò idem probãt. Quia alias Vniuersale (quod iuxta veriorẽ sententiam in potentia collocauimus) erit quid negatiuum; imò si dicatur esse non repugnantia ad essendum, erit negatio alterius negationis; nã repugnantia ad essendum in multis inuenta in Indiuidui, negatio quędam est; ergo si aptitudo est non repugnantia, haud dubiè erit negatio alterius negationis.

Tertiò. Negatio repugnãtiæ debet fundari in aliquo positiuo; est. n. vbique verũ, quod Arist. docuit de Cõplexis in 1. de Interpretatione, negationẽ supponere affirmationem; sed hoc affirmatiuũ non potest esse ipsa natura cõmunis; quoniã si hęc vt natura quædam est, fundaret repugnãtiæ negationem, vbicumq. esset, eam vendicaret. atq; adeò existens in singularibus, nõ repugnantiã haberet. Quod sequenti articulo falsum esse demon.

ized by Google

demonſtrabimus. Igitur admittendũ eſt aliquod poſitiuum intermedium, in quo hi Auctores conſtituunt germanam rationem potentiæ Vniuerſalis.

Auctores propoſitæ ſententię, qui & quõ ſe explicant. Ferrar. Doct. Fõſ.

Hanc ſententiam, ita ſimpliciter propoſitam tradere videtur Ferrar. 4. contra Gent. cap. 35. ſaltem in vniuerſalibus materialibus; ait enim materiales ſpecies habere potentiam poſitiuam ad eſſendum in multis Petrus Fonſ. 5. Metaph. capit. 28. quæſt. 4. vlterius explicat illud poſitiuum non eſſe aliquam facultatẽ naturalem, quæ ſit vera qualitas addita rebus, quæ denominantur vniuerſales. Quod ex eo probat; quia in prædicamento Subſtantiæ, Quantitatis, ac Relationis (quatenùs hæc à Prædicamento Qualitatis diſtinguuntur) dantur genera, & ſpecies: quod fieri non poſſet, ſi res eſſent vniuerſales, per qualitates adiunctas. Sed vult eſſe modum eſſendi purum, potẽtialem, & ſeparabilem. Purum vocat, ad diſcrimen eorum modorum, qui maiorem habere videntur entitatem. Potentialem verò, quia nunquam exiſtit actu cum natura; alioqui iam Vniuerſale exiſteret in Singularibus contractum; ſed conuenit Naturæ in eſſe tantùm poſſibili, & proùt præcedit differentias contrahentes. Denique appellat ſeparabilem, quia deſerit Naturam, cum primum traducitur ab eſſe poſſibili ad realem exiſtentiam. Illuſtrat hanc doctrinam exemplo illius modi, quem putat habere effectum in cauſa: nimirum credit effectum, antequam producatur, habere purum eſſendi modum in cauſa, quem amittat per realem productionem. Licèt poſtea tom. 3. virtualem tantùm diſtinctionem inter hos modos, & eorum ſubiecta conſtituat.

Aptitudo Vniuerſalis eſt non repugnantia. D. Thom. Scotus. Caiet.

Communis tamen Autorum ſententia; quam nominatim exprimunt D. Thom. Opuſc. 56. Scot. lib. 1. Metaph. q. 6. & lib. 7. q. 18. & in 2. diſt. 3. q. 1. Caiet. de ente, & eſſentia cap 4. q. 6. aſſerit aptitudinem rei vniuerſalis nihil eſſe aliud, quam non repugnantiam ad eſſendum in pluribus, deq. illis prædicandum. Id ex multis capitibus oſtendi poteſt. Primò, Natura communis actu nihil differt à Singularibus, vt poſteà dicemus; ergo illorum comparatione, nullam realem potentiã habere poteſt: nam eiuſdem ad ſe nequit realis potentia confingi. Confirmatur hæc ratio. Quoniam ex propoſito principio euidenter ſequitur aptitudinem Vniuerſalis conuenire rebus per operationem intellectus: ſed nihil reale dependẽs eſt ab intellectu. ergo, &c. Ac nobis quidem hæc ratio ſupereſſet. Verum quia aduerſarij nituntur alio principio de formali diſtinctione inter ſuperius, & inferius. Secundò idem probatur. Aptitudo Vniuerſalis eſt ad eſſendum idem cum Particularibus per ſui diuiſionem, & multiplicationem: ſed in nulla re, quam ſciamus, datur realis potentia ad ſimiles actus; nam Quantitas eſt diuiſibilis per non repugnantiam: per eandem eſt homo mortalis. Et (quod maius eſt) obiecta potentiarum, vt viſibile, intelligibile, &c. Non per modos poſitiuos, ſed per negationes conſtituuntur; vt eſt non modò Aduerſariorum, ſed omnium communis ſententia.

Tertiò attingere poſſumus rationem Metaphyſicę propriam, quę illud genus modorum potentialium penitus demolitur. Quidquid participat entitatem realem, eodem modo participat communem illam entis realis deſcriptionem, qua dicitur [Id, quod poteſt exiſtere] ergo ſi modus potentialis nequit vlla ratione exiſtere, proculdubio entitas realis non eſt. Quid enim amplius habet ens rationis, aut fictitium, quã quòd ei repugnet in mundo eſſe. Nec reſponderi poteſt modos entis, vt non habent entitatem per ſe, ſed ratione entium quę modificant, ita nõ oportere, vt per ſe exiſtãt, ſed per ea cum quibus identificantur. Nam hoc modo entia quoque rationis, quæ conueniunt, ante actum intellectus, realia putabuntur, quia eorum fundamenta in mundo exiſtunt; quamuis

ipſa

ipſarationis entia ſecũ minimè deferãt. Parum etiam iuuat exemplum de modo exiſtendi effectus in cauſa; hic enim nullus omninò eſt. Quoniam aut eſſet in effectu, aut in cauſa; de effectu, cum non exiſtat, nec ſub eo modo exiſtere poſſit, eſt eadem quæſtio; in cauſa verò nihil aliud eſt opus, vt dicatur effectum continere, quam vt illius producendi virtutem habeat.

Soluuntur argumẽta oppoſitæ ſententiæ. Primum.

Aduerſariæ partis argumenta parum exhibent negotij. Nam primũ, deſumptum ex philoſopho, diluitur expoſitione illius ſententiæ [Actus & potentia ſunt in eodem genere] cuius ſenſus non eſt, actum, & potẽtiam collocari ſub eodẽ genere prædicamentali (Id enim apertè falſum eſt, cum potentia ſit in genere Qualitatis, productio in prædicamento Actionis) ſed potentiam reuocari ad genus; imò & ad ſpeciem actus, vti ad id in quod ordinatur. Id verò habere poteſt, quamuis ſit negatiua, & actus poſitiuus. Vel: rem in potentia collocari ſub eodem genere, ſub quo eadem in actu collocatur. Enimuerò homo ſub animali, tanquam ſub ſuo genere conſtituitur, ſiue accipiatur cùm eſt in potentia ad eſſendum, ſiue cùm iam actu eſt.

Soluitur 2. argum.

Secundum argumentum, quo ad primam partẽ, nihil abſurdi colligit. Quo ad ſecũdã, falsũ infert. Quoniã non repugnantia negat, vel relationem repugnantiæ, vel eius fundamentum: quod eſt ſingularitas poſitiua. Alioqui dicant capacitatem ad ſuſcipienda contraria non eſſe negationem; quia negat ineptitudinem. Dicamus ergò in hoc caſu aptitudinem cõtrariorum tollere poſitiuam repugnantiæ relationem, vel fundamentum, & conſimiliter in alijs.

Soluitur 3. argum.

Ad tertium dicendum, cùm aſſeritur negationem egere aliquo poſitiuo tanquam fundamento, id intelligi de ipſo fundamento, quòd à negatione denominatur; non de formalitate, aut modo intrinſecto. Nam Deo multæ conueniunt non repugnantiæ, veluti vt ſit cognitus, amatus, &c. nec tamen dicent in Deo eſſe modum his negationibus ſuppoſitum. Quod deindè obijcitur, fore vt ea negatio, ſi ſequatur immediatè eſſentiam, ſemper illam comitetur, etiam contractam; non eſt alicuius momenti. Quia negatio formæ extrinſecæ, & poſſibilis aduentu formæ tollitur; nec aliter ſe habet illa non repugnantia per acceſſum differentiæ contrahentis, quæ vel eſt ipſa forma negata, vel ſecum illam aduehit.

ARTICVLVS III.

QVOTVPLEX SIT HAEC aptitudo.

Qui aſſerũt in Vniuerſali vnicã eſſe aptitudinẽ.

EXplicata hucuſque aptitudo primò diuidi ſolet in aptitudinem ad eſſendum in pluribus, & in aptitudinem ad prædicandum de illis. Deinde vtraque in proximam, & remotam. De prima diuiſione leuis eſt quæſtio, licèt inter Recentiores admodum agitata. Quidam enim contendunt in Vniuerſali vnicam eſſe aptitudinem: cuius proprius, & immediatus actus ſit eſſe in multis: remotus, de eiſdem prædicari. Probant hac ratione. Qñ actus, & ſi ſpecie diuerſi, ita ſubordinantur, vt vnus proueniat mediante alio, ſufficit vnica potentia: ſed eo pacto ſe habent actus eſſendi, & prædicandi; ergò non exigunt plures potentias; Maior patet exemplis potentiarum realium, tam agentium, quàm patientium. Nam Sol eadem omnino potẽtia actiua primò illuminat, & mediante luce producit calorem ſpecie diſtinctum. Intellectus eadem virtute progreditur ad trinam operationem, vbi ſpecificum eſt actionum diſcrimen. Ex paſſiuis, Materia prima, ſecundum eandem indiuiſibilem eſſentiam, reſpicit, & recipit primò formam ſubſtantialem, deinde accidentariam. Minor eſt clara; cum vera prædicatio (cuiuſmodi eſt Vniuerſalis) ſupponat formam meſſe ſubiecto.

Vulgaris tamen ſententia duos agnoſcit aptitudines; vnam ad eſſendum,

Duplex est Vniuersalis aptitudo, ad essendum vna, ad prædicandum altera.

dum, alteram ad prædicandum Præcipuum fundamentum est potentias negatiuas multiplicari ad modum ceterarum negationum, quę tot sunt in quolibet subiecto, quot formæ negatæ; cum igitur aliqua sit repugnantia ad essendum in multis, alia repugnātia ad prędicandū de illis: negationes quoque earum formarum diuersæ erunt secundùm speciem.

Obijcitur.

Dices repugnantias ita se habere, vt posterior auferatur ad ablationē prioris; nam quidquid ineptum est ad essendum vniuersaliter in multis, nequit aptum esse, vt de illis prædicetur; ergo vnica negatione sufficienter intelligitur sublata vtraque forma, & vtriusq. actus potentia constituta. Respondetur negationes specificari per formas ad modū exēplaris; exēplar aūt tribuere speciem per se immediatè quare cum illæ repugnātiæ sint diuersæ, licèt vna consequatur aliam per modum proprietatis, necessariò efficient duas negationes distinctas. Ad obiectionem ergo distinguimus antecedens; si enim velit vtráque repugnantiam tolli per primam negationem formaliter; negandum est, si autem contendat auferri causaliter, & consequenter quatenùs posita negatione, vnius repugnantiæ, necessariò sequitur negatio alterius: concedendum est: sed tunc consequentia nihil colligit.

Occurrit.

Vrgetur adhuc.

Saltem, inquies, non differunt illæ aptitudines, vt potentiæ quædam sunt: siquidem non sortiuntur distinctionem in ordine ad actus, sed ad formas negatas. Respondetur in primis sat fuisse nos ostendisse discrimen inter illas aptitudines, vndecunque id prouenirat. Deindè negando non distingui per actus: nam ad discriminandas potentias Logicas minor distinctio sufficit in actibus, quàm ad reales. Nam sæpè realis est vnica; negatiuæ autem plures: vt videre est in eodem exemplo, quod afferunt Aduersarij. Nam Intellectus, & si vnus sit realiter, & formaliter, comparatione trium operationum, habet tamen ad singulas distinctas aptitudines, Quod indicat Diuus Thomas quæstione 10. de Veritate, art. 3. de capacitate intelligendi, & memorandi in eodem intellectu. Et Arist. 12. Metaph. c. 1. ait, aliam esse potentiam corporis ad sanitatem, aliam ad ęgritudinem. Quod non intelligit de reali; vt planum est; sed de negatiua aptitudine; vt communiter Interpretes exponunt.

Hinc patet responsio ad argumentum in oppositum. Nam quæ adducuntur, sunt potentiæ reales, quas nos fatemur non multiplicari semper cum actibus. adhuc tamen in ijsdem agnoscimus diuersas capacitates, quas nullus negat in Materia prima ad formas, vel separatas, vel subordinatas. Addimus præterea doctrinæ causa, tunc non argui distinctionem in potentijs, & ex pluribus actibus subordinatis, quando aut omnes actus induunt vnam rationem formalem, vt actus intellectus; aut si aliter se habent (vt productio lucis, & caloris). Secūdus prouenit ex primo absque noua applicatione causæ; vt patet in eodē exemplo. Quod tamen non visitur in Vniuersali; nā ad vtrumque immediatè accommodatur ipsum Vniuersale, & non cadunt sub aliquam rationem formalem vnam.

Opinio agnoscēs in Vniuersali aptitudinē tum proximam, tum remotam. Scotus. Alb. Mag. Capreol.

De secunda partitione aptitudinis in proximam, & remotā, maior est contentio. Eam tuetur Scot. 1. Metaph. q. 6. & lib. 7. q. 18. in 2. dist. 3. q. 1. & alij eius sectatores. Præterea, Alber. Mag. tract. 2. in Prædicabilia, c. 3. & 4. Capreol. in 1. distin. 8. q. 2. art. 2. ad 5. & 8. Quamquam hic postremus verbotenùs videatur eā sententiam significare. Asserunt hi Autores naturam communem, non solùm habere aptitudinem, cùm est libera ab omnibus differentijs contrahentibus; sed etiam cùm existit contracta in singularibus. Quemadmodum Materia prima non modò esset capax plurium formarum, si absque vlla existeret: verùm eandem habet capacitatem, cum vna aliqua informatur. Licèt in priori euentu expeditior foret ad quamlibet formā proximè recipiendam; in secundo autem

Digitized by Google

antè impellita; quia oporteret priùs deponere formam, quam habebat, vt aliam reciperet. Pari modo, inquiũt, Natura communis, pręcisa ab omnibus inferioribus, aptitudinem obtinet expeditam, vt in quocunque sit: eadem cùm existit in aliquo, vel pluribus singularibus, retinet suam aptitudinem ad essendum in omnibus: at impeditam per differentiam, vel differentias adiunctas. Prioremque aptitudinem vocant proximam: posteriorem, remotam: seu appellant proximam, aptitudinem in priori statu: & in posteriori, remotam: neque enim duas aptitudines fingunt; sed vnam modò liberam, modo impeditam. Quod nos etiam de capacitate Materiæ primæ libenter damus.

Rationes pro hac sẽtentia.

Hanc sententiam quòd ad aptitudinem remotam (nam in doctrina circa proximam omnes conuenimus) Ratio.1. probant primò illa similitudine Materiæ primæ. Quemadmodum enim Materia prima per formas determinatur, ita natura communis per differentias: ergò vt capacitas materiæ ad omnes formas vnius aduentu nõ tollitur, sed impeditur, ita res in aptitudine communis naturæ se habebit. Ratio.2. Secundò. Natura cõmunis secundum se, & in sua entitate, est in multis: ergò habet aptitudinem essendi in multis. Antecedẽs apertum est. Consequentia verò optima, quia ab actu ad potentiam semper valet consequutio. Ratio.3. Tertiò. Natura vt existit in singularibus, est vna, vnitate formali: sed quod eiusmodi vnitatẽ habet, non est incommunicabile: ergo est communicabile, ac proindè habet aptitudinem vt sit in multis. Maior est certa. Minor probatur. Quia vnitas numeralis, & formalis penes hoc opponuntur, quod vna reddat Naturam omninò indiuisibilem, alia verò eam efficiat communicabilem, & indiuisibilem.

In natura contracta nõ est aptitudo remota.

Probat.1. Caietan. Soncin.

Opposita sententia, quæ negat in Natura contracta reperiri aptitudinem remotam essendi in multis, communis est, & à nobis defenda. Traditur à Caiet. Opusc. de ente, & essentia cap. 4. q. 6. Soncin. 7. Metaph. q. 40. & communiter à Thomistis, ceteriſque Recentioribus. Probatur primò. Naturæ communes à parte rei (vt vocant) nihil differunt à particularibus (vt mox dicemus) sed particularia non habent aptitudinem ad essendum in multis; cum secundùm se vendicent oppositam repugnantiam; ergo neque Naturis communibus inesse potest aptitudo. Hæc ratio apud nos conficit institutum: sed non apud Scotistas, qui maiorem illius propositionem negant. Thomist. Recent.

Probat.2. Quare probatur secundò. Natura in quolibet individuo ita est ad vnũ determinata, vt nec per Dei potentiam esse queat in alijs: ergo nõ potest in eodem simul habere indeterminationem, non repugnantiamvè, vt sit in alijs. Consequentia patet; quia determinatio, & indeterminatio inuoluunt contradictionem. Antecedens nõ negant Aduersarij; tum propter identitatem realẽ differẽtiæ cum Natura, ratione cuius implicat humanitatẽ Socratis, verbi causa separatam ab eius differentia, in alio collocari, cũ differentia autem communicari non posse nemo nõ videt. Tum quia ipsa natura cuiusque hominis est singularis: singulare autem nullam habet indifferentiã, nec proximam, nec remotam ad essendum in multis.

Nituntẽ aduersarij infirmare rationẽ proximam.

Respondent tamen distinguendo antecedens, & consequentiam: antecedens quidem, ita vt dicãt Naturam contractam, proùt contractam, non posse esse in pluribus: nihilominùs naturam, quæ contracta est, in pluribus esse posse. Consequentiam verò, concedendo naturam humanam in quouis homine esse determinatã ratione differentiæ, sed ratione sui indifferentem: cùm non includat differentiam determinantẽ ad vnum. Verùm hæc figmenta sunt. In primis qđ respondent ad antecedens, extra rem est, nã ipsi contendunt naturam contractam, & determinatam per differentiam, habere aptitudinem remotam: quorsum ergo confugiũt ad naturã, quæ contracta est, specificatiuè?

Si cum

Si enim natura contracta ſumatur non vt contracta,ſed ſecundum ſe,ac præcisè: iam ei conueniet aptitudo proxima,non remota.

Inſtant. Dicent fortaſsè (vti ad rem loqui videantur) ſibi ſermonem eſſe de illa natura contracta, & facta ſingulari, ſed non includendo differentiam; & huic non repugnare aptitudinem remotam ad cõmunicationem , quia eſt ſingularis ſolum per accidens. Nihilo plus ſatisfacit hęc reſponſio. Quia res ſingularis , vndecumq. habeat ſingularitatem,ſiue ab intrinſeco, ſiue ab extrinſeco, eſt indiuiſibilis;ergo ſi realitas illius naturæ,quę coniuncta eſt cum differentia Socratis , eſt ſingularis (vt re vera eſt)nequit vllo pacto in multis eſſe.

Vrgent. Iam verò quod reſpondent ad cõſequentiam,minùs ferendum eſt. Nobis enim ſufficit oſtendere naturam eſſe determinatam; quòd autem à ſe, vel à differẽtia determinationem habeat,impertinens eſt. Alioqui dicamus Donatum non eſſe Grammaticũ: quia licèt eius artis peritiſſimus extiterit,ex ſe grammaticam non callebat. Aſſeramus pariter aquam actu calidam eſſe indifferentem ad calorem,& frigus: quia de ſe non eſt calida,ſed per impreſſionem extrinſecã.

Probatur 3 Tertiò. Confici poteſt illud argumentum,quo ſuprà concluſimus vnitatem formalem non ſufficere ad vniuerſalitatem. Quod ſic habet. Aptitudo remota competens naturæ contractæ, aut eſt vna numero in omnibus naturis , aut tot , quot ſunt ipſa ſingularia . Primum dici non poteſt cũ omne accidens,aut quaſi accidẽs, intrinſecè denominans (cuiuſmodi eſt aptitudo)ad multiplicationem ſubiecti neceſſariò multiplicetur ; alioqui idem numero eſſet in diuerſis locis, & varios ederet effectus formales;quòd natura non patitur;ſi detur ſecundum,inferemus tot eſſe ſpecies humanas, quot humanitates ſingulares ; quod pro magno abſurdo colligebamus ſuprà diſputantes de vnitate rei vniuerſalis,qua vniuerſalis eſt.

Soluuntur argum. 1. Ad argumentum,ſectatorum Scoti facilius eſt reſponſio . Primum .n. falsò comparat Materiam primam exiſtentem ſub vna forma,cum natura contracta per vnam differẽtiam ; quoniam Materia eadem ſingularis perſeuerans ſeparari poteſt à qualibet ſingulari forma, & diſponi ad aliam ei contrariam, eamq. recipere : & proinde meritò perhibetur habere potentiam remotam,id eſt, impeditam ad ceteras formas : at natura ſemel coniuncta vni differentiæ ab ea ſeparari nunquam poteſt.

Ad ſecundum concedendum eſt Soluitur 2. naturam communem, vt eſt in quolibet individuo (admiſſa diſtinctione inter ſingulare,& commune) habere aptitudinem,vt ſit in eo ſolo,non verò vt ſit in alijs , & hoc tantum probat argumentum . Quoniam vt ſingulæ naturæ ſint in ſingulis individuis, ſatis eſt , vt quælibet ſuam habeat aptitudinem : at eiuſmodi aptitudo non eſt ea , quæ conuenit vniuerſali , ſiquidem aptitudo vniuerſalis eſt ad eſſendum in multis, hæc verò ad eſſendum in vno tantum. Nec etiam veriſimile eſt, quod aliquis ſuſpicaretur,totum aggregatum harum particularium aptitudinum eſſe ipſam aptitudinẽ rei vniuerſalis , aut in quauis humanitate eſſe vnam partem totius aptitudinis . Non eſt veriſimile primum , quia vt vnitas Vniuerſalis eſt vna numero,qua vnum Vniuerſale cum ceteris numerum efficit : ita aptitudo, in qua præcipuè ratio vniuerſalis conſiſtit, vnica eſſe debet . Non ſecundum : Quoniam aptitudo rei vniuerſalis eſt homogenea , & tota inclinat ad plura indiſcriminatim : idemque efficere deberent ſingulæ eius partes: at partiales illæ aptitudines non ſunt ſimiles inter ſe;cum vna inclinet ad vnum tantum ſingulare,alia ad aliud.

Ad tertium conceſſa maiori , diſtinguenda eſt minor. [Quod habet vnitatem formalem, non eſt incommunicabile] ſi enim liberũ ſit à differentijs contrahentibus;verum eſt. Si cum ijſdem coniunctum exiſtat; falſum. Quia differentiarum acceſſu omnem amittit indifferentiam . Vrgeas. Solu. 3. argum.

geas. Natura sic contracta ratione vnitatis formalis habet fundamentum, vt abstrahatur per intellectum, & in ea abstractione consequitur aptitudinem proximam; ergo illud fundamentum conferi potest aptitudo remota. Respondetur dari quidem illud fundamentum in natura meritò vnitatis formalis; vocariq. posse aptitudinem; verum non ad essendum in multis (qualem nos inquirimus) sed ad abstractionem mētis. Qui actus cum adeò diuersus sit ab identitate cū particularibus, manifestè ostendit aptitudinem, à qua procedit, esse longè diuersam ab aptitudine Vniuersalis.

QVÆSTIO IIII.

VTRVM RES FIANT VNIuersales operatione intellectus, an secundum se tales sint?

ARTICVLVS I.

APERIVNTVR STATVS QVÆstionis, & ij, quos natura communi tribuunt Autores.

Ad Vniuersale requiritur vnitas præcisionis, & aptitudo ad essendū in multis.

EX ijs, quæ hactenus disputata sunt, apertum relinquitur nullam rem denominari posse vniuersalem, cui non conueniant duæ illæ conditiones [Vnitas præcisionis] & [aptitudo proxima ad essendum in multis.] Quibus nonnulli addunt tertiam [In determinatione ad vnum] sed hæc vel nihil à præcedentibus differt, vel cum ijsdē sub intelligitur. Enimverò indeterminatio ad vnum nihil est aliud, quàm negatio limitationis ad vnum singulare: sed vnitas præcisionis est negatio coniunctionis cum omnibus: ergo continet sub suo ambitu, quasi partem, illimitationem ad vnum. Quod si contendant indeterminationem esse negationem addictionis ad particulare: vnitatem verò præcisionis negationem diuisionis naturæ; adhuc nihil efficient. Quia licèt diuisio sumatur per modum actionis, & addictio, quasi terminus, in re idem prorsus est coniunctio cum differentia, & diuisio naturæ: aut denique non potest constare vna absque alia. Quamobrem opus non est alterius conditionis, quàm vnitatis, & aptitudinis, mentionem fieri.

Conferuntur inter se assignatæ conditiones.

Inter quas si quis interroget, quæ alteram præcedat. Omissis controuersijs respondemus, vnitatem præcisionis bifariam spectari posse: primò, vt est priuatio: secundò vt est pura negatio diuisionis. Ac priori modo, nec prior est, nec posterior aptitudine; quia de ratione priuationis est, aptitudinem aut includere, aut secum deuoluere; vt ex illius definitione patet. Posteriori tñ acceptione, vnitas præcedit aptitudinē. Quod in primis est manifestum, cùm vniuersale fit per intellectum; prius enim præscindimus naturam à differentijs contrahentibus, & postea in eà resultat capacitas essendi in multis. Deindè. Quocunq. modo vniuersale consistat, certum est requiri indifferentiam ex parte naturæ, vt consurgat aptitudo; sicut posita determinatione, statim omnis aptitudo deperdiur; vt paulò antè ostendimus.

De quo præcipuè instituatur dubitatio.

Porrò cū in re vniuersali tria sint, Natura (quæ vniuersalis denominatur) Vnitas, & Aptitudo; tertiū, Relatio vniuersalitatis. Quando inuestigamus vtrum res sint vniuersales secundum se (à parte rei vocant) an opera solius intellectus? De quolibet horum trium quæstio intelligi potest; præcipuè verò intelligitur de secundo & tertio. Nam de primo superius ostendimus pro Arist. contra Nominales, reperiri res vniuersales nominibus communibus immediatè significatas, licèt de earum à singularibus dictione in hac quæstione agendum sit. Præcipua ergò huius loci quæstio est, vtrum vnitas, & aptitudo, relatiovè vniuersalitatis conueniant rebus communibus, antequam ab intellectu appre-

hen-

Digitized by Google

hendantur [Conueniant] diximus, non [existant] quia saltem relatio, cum sit ens rationis, absque opera intellectus existere non potest; vnitas verò, & aptitudo aliunde existere in rebus nequeunt; vt ex discursu quæstionis patebit. Verum quia de relatione est eadem dubitandi ratio, quæ de cæteris duabus conditionibus, in quibus ea fundatur; eas solùm deinceps commemorabimus. Imò verò quoniam vnitas præcisionis est priuatiua, secumque deuoluit aptitudinem, tota quæstio de ipsa vnitate instituetur.

Tres naturæ vniuersalis status.

Hæc vt manifestior euadat, operæpretium erit afferre tres illas Naturæ communes cõsiderationes, seu status; quorum mentionem fecit Auicennam efficit D. Th. in Quodli. 8. q. 1. art. 1. & opusc. de ente & essentia. c. 4. Primus est cum natura sumitur absolutè secundum sua prædicata essentialia, non attendendo ad existentiam realem in suis particularibus: nec obiectiuam in intellectu, qui dicitur status solitudinis, & essentiæ, vel actu distinctæ, secundum sententiam Scoti, aut virtute, iuxta mentem D. Tho. Secundus est, cum natura sumitur vt coniuncta cũ suis particularibus per differentias contrahentes; qui proinde vocatur status contradictionis. Tertius demùm est, cùm natura sumitur, vt est obiectiuè in intellectu per aliquam sui imaginẽ; quem meritò dices statum existentiæ obiectiuæ. Hunc in duos partitur D. Tho. eodem loco ex doctrina D. Dionys. c. 12. de diuinis nominibus; alius est cum Natura existit in intellectu à cuius idea dependet: huiusmodi est, comparatione rerum naturalium solus intellectus diuinus; alius cùm simpliciter intellectui obijcitur. Verum ad præsentem considerationem nihil attinet acceptio Naturæ in intellectu diuino. Inter cæteros tres status est ordo Naturæ; nam prior est Natura, saltem virtute secundum communẽ rationem; deinde coniungitur singularium conditionibus: demùm ab Intellectu præscinditur, & abstracta

Auicenna.
D. Thom.
Scotus.
D. Thom.
D. Thom.
D. Dion.

consideratur. De singulis ergo, quo propositi sunt ordine, disputandum est. Si prius rudi Minerua disquiramus, num res vniuersalitati subtractæ sint entia actu ab inferioribus distincta.

Quæ methodus seruanda in hac quæstione.

ARTICVLVS II.

DVAE AVTORVM SENTENTIAE de Natura communis ab inferioribus distinctione proponuntur.

CVm in prima quæst. prima contra Platonem, parum contra Nominales cõclusimus naturas cõmunes, quæ vniuersales denominãtur, nec nullas esse præter singularia, nec ab eis separatas existere, nõ satis indicauimus, quo pacto ab illis dissideant. Id verò hoc loco præstandum est; Non quidem quæstionem resoluẽdo: est enim in Metaph. (ad quam proprijssimè spectat) decidenda; sed Autorum sententias proponendo & breuiter explicando, vt quid iuxta eas in præsenti quæstione dicẽdum sit, aperiamus.

Id quò manifestiùs fieri possit, supponendum aliquorum distinctionem inter se loquendo in genere, duplicem esse. Vnam, quæ inuenitur in rebus ante intellectum, & vocatur ex natura rei; qualis est inter Socratem, & Platonem; inter Homerum, & eius Poesim. Alterum, quæ competit rebus per intellectum: quo pacto dissident in eodem Socrate esse prædicatum, & subiectum in propositione: in Deo esse pium, & esse iustum. Rursum distinctio ex natura rei, alia est Realis, alia Formalis, sub qua Modalẽ cõprehendimus. Realis (vt non descriptionibus, sed exemplis eruditi sumus) est quæ vlitur inter duos homines, aut inter hominem, & eius quantitatem, aut qualitatem. Formalis, quæ minor est, reperitur (vt eius quidam Autores volũt) inter relationem, & fundamẽtum: inter figuram, & quantitatem; hæc. n. & si actu differant, ab inuicem tamẽ separari non possunt, vt illa priora.

Distinctio vel est ex Natura rei, vel per intellectum.

Distinctio ex natura rei triplex. Realis, Formalis, Modalis.

Distin-

Digitized by Google

Distinctio per intellectũ, alia ratione ratiocinãtis, alia ratiocinatæ.

Distinctio, quæ per intellectum contingit, alia dicitur rationis ratiocinãtis: quæ nimirùm nullum habet fundamentum in re, & ab intellectu pro arbitratu cognoscentis effingitur; vt cum distinguimus eũdem Socratem in prędicatum, & subiectum. Alia rationis ratiocinatę, seu virtualis: cui nimirùm respondet aliquod fundamentum, in re præbens occasionem intellectui, vt vnam rem, velut duas concipiat; quo pacto se habent Attributa Diuina, Iustitia, Misericordia, &c. Quæ licèt sint vna simplicissima Essentia, propter distinctos tamen effectus à nobis concipiuntur, vt virtutes distinctæ.

Aduertuntur aliqua.

Aduertendum etiam est in quolibet indiuiduo, contento sub aliquo genere, tria reperiri de quibus possit esse præsens concertatio. Naturam genericam: Differentiam specificam: & Differentiam indiuiduantem. Veluti in Petro est animal, est rationale, est propria essentias, qua constituitur in esse Petri. Quæ omnia necessariò differunt inter se vno modo, ex quatuor enumeratis: & quãta fuerit distinctio inter hæc tria, tãta erit inter naturam superiorẽ, & inferiorẽ, si enim animal, & rationale differũt formaliter, eodem modo differet animal ab homine; cum homo includat rationale formaliter distinctum ab animali. Item si homo distinguitur, ab essentate Petri actu, & formaliter: par distinctio erit inter hominem & Petrum ob eandem rationem. Diximus hęc esse conferenda, cùm sunt in vno eodemque indiuiduo: quia si accipiantur in diuersis, non est dubium, quin differant realiter inter se, quemadmodum ipsa indiuidua differunt: quia fieri non potest, vt Plato, & Socrates, v. g. re ipsa distinguantur, & rationale vnius non distinguatur eodem pacto ab animali alterius. Alioquin eadem res singularis esset idem realiter cum duabus, re ipsa distinctis: contra commune principium. [Quæ sunt eadem realiter vni tertio, sũt eadẽ inter se.

Prior sentẽtia distin

His præmissis est prima opinio Scoti in 1.d.2.q.7. & d.5.q.1. & in 2. d.3.q.1. & 7.met.q.16. Ant. Andr. ibi. q.7. Iandun 2.met.q.9. Sectatorum Lychet. Bargij Bassolis Radæ, & Petri Fonte. lib.5.met.ca.7.q.13.sect.3. quæ asserit hos gradus Metaphy. in eodem indiuiduo distingui inter se formaliter, & essentialiter. Præcipuum horum Autorum fundamentum est, quod nos superiùs adduximus contra Nominales, Socrates, & Plato conueniunt simpliciter in ratione hominis, & differunt penes particulares essentias, seu differentias: ergò Natura humana in eodem indiuiduo distinguitur actu à propria differentia. Antecedens ibidem probatum est. Consequentia videtur manifesta. Qui idem secundùm eandem omninò rationem non potest à parte rei esse principium conueniendi, & differendi. Aliud quoque argumentum addebamus eodem loco in Nominales hoc modo. Cum prædicatur homo de Socrate, non est prædicatio identica, item non prædicatur totum aggregatũ hominum singularium; ergo homo est essentia quædam diuersa à Socrate, & alijs singularibus hominibus quę de omnibus prædicatur. Grauiora argumenta, etsi pleraque suppetunt, non sunt hoc loco inculcanda. guit gradꝰ Metaphy. formaliter & essentialiter.

2. Sententia distinguit gradꝰ Metaphy. sola rõne rõcinata.

2. Sententia celebris in schola Thomistarum, & hodie receptissima, astruit inter genus, & speciem, inter speciem, & indiuiduum, inter hęc, & eorum differentias, cùm in idem indiuiduum incidunt, non intercedere distinctionem ex natura rei, sed rationis ratiocinatæ, quam virtualem apellauimus. Ita docet D. Thom. opus. de natura generis cap.5. opus. 42. cap.9. 1. p. q. 50. artic. 2. & 4. in 1.d.25.q.1. articul.1.q.6. de Veritate articul.2. contra Gent. cap.95. & alibi sequuntur Thomist. Caiet. Capr. Ferrar. Hispal. ex alijs Henric. Quotlib.3.q.6. Alen. 1. Metaph. text. 10. Dutand. Bachon. Venet. Valent. &c. Prima huius opinionis pars (quæ directè repugnat sententię Scoti) hũc in modũ leuiter probãda est. Primò. Si natura humana Platonis est actu distincta ab eius differentia, potierit

D. Thom. Caietan. Capreol. Ferrar. Hispal. Henri. Durand. Bachon. Venetus. Valentia.

Digitized by Google

poterit absq; dubio fine illa cõcipi; vt sumitur ex D. Th. in 1.d. 2.q. 1.art. 2. imò ex Scoto ibid. q. 7. Idem dicendũ est de humanitate Socratis. Concipiantur ergo, & conferantur inter se, vel differũt: vel sunt omninò idẽ. Hoc secundum est absurdum; cum n, illi duo homines realiter differant, non possunt humanitates in ipsidem existentes idem prorsus esse. Si detur primum; ergo aliquid habent à parte rei intimum illæ naturæ, per quod differant: id non est ipsa humana natura. in ea enim conueniunt, & non differunt; ergo sunt differentiæ individuantes, ac proinde actu a natura differre non possunt.

D. Tho. Scotus.

Ostẽditur pars secundę conclusionis.

Secũda cõclusionis pars erat, has partes Metaphysicas differre saltem virtute. Hanc pro loco sufficienter probant argumenta facta pro Scoti opinione. Diximus. n. distinctionem virtualẽ tunc dari, cùm res de se præbet occasionem intellectui, vt concipiatur per plures conceptus, quasi esset plures: qui conceptus necessariò sunt inadæquati, ita, vt vnus repræsentet vnam perfectionem rei, alius aliã. Cuiusmodi distinctionem agnoscemus in Deo; quoniam etsi in Deo omnia actu sint vnum vbi non est relatiua oppositio, possunt tamẽ à nobis concipi, vt diuersa; nunc. n. simplicem Dei perfectionem apprehendimus, vt Iustitiam, nunc vt Misericordiam, ac si essent virtutes distinctę; quia illa simplicissima virtus continet quidquid perfectionis est in nostra iustitia, & misericordia. Pari modo asserunt hi Autores in Individuo nõ distingui actu Genus, Speciem, & Differentiã sed virtute, quatenùs idem Individuũ terminare potest multos conceptus inadæquatos, alios communiores alijs. v.g. Plato est simplex natura (loquendo Metaphysice) hæc, si apprehendatur integrè, & perfectè, est hoc Individuũ; si confusè, & prout cõuenit cum alijs hominibus, dicit homo: & ittiusmodi conceptus nõ Platonis, sed hominis esse perhibetur. Si adhuc confusius, vt conueniat cum Bucephalo, cęterisq. animantibus terminat conceptũ animalis, & sic deinceps. Qui conceptus formalis non repręsentat aliquam Naturam, actu à Platone distinctam: sed conceptum obiectiuum, in quo ille cùm cæteris Individuis conuenit.

Differunt autẽ in his conceptibus obiectiuis Genus, Species, & Differentia, ex modo quo objciuntur; nã intellectus modò cõcipit Naturam, vt per se cõsistentem, & determinabilem; modò vti adiacentem, & determinãtem alteram; alias vt totum constitutum ex contrahente, & contracto. Atq; in primo conceptu visitur ratio Generis, in secundo Differentiæ, in tertio Speciei; ex qua, & Differẽtia singulari fit eodem pacto cõstitutio singularis. Cum adeò manifestum sit nos formare hos omnes conceptus visa re singulari, non est cur amplius immoremur in probatione secundæ partis conclusionis: nec in dissoluendis rationibus vtriusq. sententiæ; non. n. quæstionem discutimus, sed proponimus, & pro loco explicamus; vt quo pacto iuxta vtramque sententiam existimandum sit ostendamus.

ARTICVLVS III.

QVO PACTO RESPONDENDVM sit ad quæstionem in primo Naturæ statu;

SECTIO I.

RESPONDETVR QVAESTIONI iuxta sententiam D. Thomæ.

Dubitatio nis resolutio.

Est vnica cõclusio. Admissa idẽtitate actuali inter naturam superiorem, & inferiorem, nullũ datur Vniuersale in primo naturæ statu. Est D. Tho. libello de ente, & essentia, c. 4. Opus. 42. c. 7. Opus. 56. Prima parte q. 85. art. 1. & 12. q. 29. art. 6. Sequũtur discipuli. Caiet. primo loco citato. Capr. in 1. d. 8. q. 2. ar. 2. & in 3. d. 5. q. 1. art. 3. ad argumenta contra conclusionẽ: & vno verbo, quotquot nõ distinguũt actu gradus Metaphysicos; sic. n. asserere cõuincunt hac ratione.

D. Tho. Caiet. Capreol.

Vni-

Digitized by Google

Ostenditur ratione.

Vniuersale nihil est, nisi qđ habet vnitatem præcisionis; sed nisi natura communis à parte rei differat à Singulari, nõ pót habere huiusmodi vnitatẽ; ergò nec esse vniuersalis. Maior, & consequentia manifestæ sũt. Minor probatur. Vnitas præcisionis repugnat Naturæ singulari vt superius ostensũ est: at posita identitate graduũ Metaph. à parte rei nihil est, qđ singulare non sit; ergo non datur vlla natura communis, cui competat vnitas præcisionis. Idem argumẽtum apertiùs fieri potest in aptitudine ad hũc modum. Ante intellectum nihil datur, quod rè ipsa singulare non sit: aptitudo ad essendum in multis, in qua præcipuè consistit ratio vniuersalis, non cadit in rem singularem; ergò in nullam rem cadit ante operationem intellectus. Nec possunt confugere ad aliquam prioritatem, qua gradus cõmunis antecedat particularem, cum secundum se idem sit cõis, & particularis, solumq. per ordinem ad intellectum possint sortiri illas denominationes.

Obijcitur.

Tria sunt, quæ huic doctrinę obijci possunt. Primum. Virtualẽ distinctionẽ inter duo sufficere, vt aliquid cõperat in re ipsa vni, quod non cõueniat alteri; ergò licèt Indiuiduũ, & Species, vel Genus virtute tãtum differant, non erit impossibile vnitatem præcisionis vni repugnare & alteri conuenire. Antecedens multis patet exemplis. In primis in Deo sola virtute differũt intellectus, & voluntas; & tamen productio Verbi Diuinicõuenit intellectui, vt principio quo & nõ volũtati: productio verò Spiritus S. conuenit volũtati, & non intellectui. In rebus creatis vis exficcandi, & calefaciendi, virtute tãtum differunt in Luce: at hoc sufficit vt calefactio sumat speciem à Luce vt calefactiua, & non vt exficcatiua est; exficcatio verò sumat speciem ab eadem Luce, oppositio modo accepta.

Obijcitur 2.

Secundũ. Si proposita rõ ex identitate graduũ cõcludit nullã vnitatẽ reperiri in natura cõi, quę non cõueniat Singulari, ostendet ẽt nullã esse vnitatem formalẽ à parte rei, sed solam numeralẽ: quę cum inepta sit ad vniuersalitatem, tolletur de medio fundamẽtum remotum Vniuersalis: quod est formalis vnitas, relabemurque in sententiam Nominalium.

Obijcitur.

Tertiũ deniq; obiectũ est, ex proposito principio solum cõcludi tria priora Vniuersalia nõ posse ante operationẽ intellectus vniuersalitatem consequi: nã eatũ identitatẽ habent cũ suis Particularibus. Propria verò, & Accidentia, cũ realiter à subiecto non rarò differant, eorum comparatione Vniuersalia esse poterunt.

Occuritur priori obiectioni.

Hæc nihil obstant propositæ conclusioni. Ad primum. n. dicẽdum est, quando aliqua duo virtute tantùm differunt, nihil conuenire vni à parte rei, quod repugnet alteri, sed absolutè tribui rei, in qua illa duo virtute continentur, licèt nonnunquam ei non conueniat, secundum totum illius esse, & adæquatam virtutem, sed secundum inadæquatam. Vnde efficitur, vt cum per intellectum apprehendimus eamdem rem, per diuersos, & inadæquatos conceptus, tribuamus aliquid vni conceptui obiectiuo, quod alteri, prout seorsim apprehenditur, accommodare non possumus. Quare ad argumentum negandum est Antecedens, ad primum exemplum, quod in probatione affertur, dicendum est productionem Filij, & Spiritus sancti in re ipsa æquè emanare per intellectum, & voluntatem, quia emanant à Deo, qui est simplicissimum ens: licèt cum Deũ inadæquatè concipimus, modò vt intellectiuum, modò vt volitiuum, productio Filij nõ possit tribui Deo, vt voleus est; sed quatenus est intelligens. Idem omni no dicendum ad secundum exemplũ de Luce, simpliciter. n. calefactio, & exficcatio sunt ab entitate Lucis, quàtumuis à nobis earum principia intellectu diuidantur.

Ob. 2. obiicc. agitatur q. An ante omnem operationem Intellectus ante int'. operat accommittẽda sit

Secundum argumentum attingit celebrem difficultatem inter Thomistas [An admittenda sit in rebus anteomnem operationem Intellectus vnitas formalis?] quę in Metaphysica disputabitur. Nunc partem affirmantem

in reb. vnitasformal.

mantem cum Caietan.de Ente,& essentia,c.4.q 6.solum subijcimus. Videtur.n.tradita ab Arist.5 Metaph.c. 6. quia inter varias vnitates per se numerat specificam, & genericam; non loquitur autem de vnitatib.precisionis,quæ per intellectum conueniunt;ergo de formalibus, vt supra diximus. Probatur eadé sententia. Primò. Vnitas formalis est indiuisio in essentia:sed quælibet Natura communis,v.g. Humana ex se est indiuisa in sua essentia; ergo ex se vendicat vnitatem formalem. Minor ostenditur. Si Humana Natura in sua essentia esset diuisa,cum id ei per se cõueniret, non posset ab intellectu concipi,vt indiuisa:atqui cõcipitur vt omninò indiuisa,& vnius essentiæ ergo de se habet indiuisionem, Secundò. Humana Natura secũdum se est ens reale; de illa .n. affirmatur Substantia,& cætera prædicata realia: sed vnitas est passio entis realis; ergo habet aliquam vnitatem, non numeralem; quia hæc reddit Naturam adeo indiuisibilem. vt nec per intellectũ cõsequi possit vniuersalitatem; ergo obtinebit formalem vnitatem; non quidem actu distinctam à numerali, sed virtute tantum. Nec enim maior distinctio esse potest inter vnitates, quàm inter Naturas,quarum sunt vnitates: vnde si Natura communis, & singularis virtute solum distinguuntur,eodem modo earum vnitates distinguentur.

Occurritur alteri obiectioni.

Ex quibus perspicua claret solutio secundi argumenti propositi: solum enim probat non dari vnitatem formalem in rebus, distinctam à numerica. Maior verò ratio, cur vnitas præcisionis conuenire non possit. Naturæ communi à parte rei,vt competit formalis, est, quoniam vnitas præcisionis repugnat cum contractione, & coniunctione differentiarum, quam Natura à parte rei propter actualẽ identitatẽ in quocunq. naturæ signo habet: formalis autem non repugnat.

Occurrit 1.obiect.

Ad tertium respondendum est eandem esse rationem.de Proprio,& Accidẽte,atq; de ceteris. Licet enim distinguantur, realiter subiectis, ex hoc capite habere possint vnitatem præcisionis respectu subiectorum, nihilominus.quia vniuersalitas conuenire non potest ipsis Singularibus, vt pote multis incommunicabilibus, & Natura communis, cui conuenire oportebat, actu identificatur cum ipsis Singularibus ab illisq. redditur incapax communicabilitatis, fit vt vniuersalitas ei conuenire non possit. Vt enim Natura Accidentis communicabilis, & vniuersalis sit respectu subiectorum,debet à suis inferioribus, si ea habeat, perfectè præscindi.

SECTIO II.

QVO PACTO ALIQVI RESPONdeant quæstioni iuxta sententiam Scoti.

Proponitur Autorum sentẽtia.

MVlti de Recentioribus Philosophis indubitatum putant, in opinione, quæ astruit actuale, & formale discrimen inter Naturam communem, & Differentiam contrahentem,Naturamque inferiorem, vnitatem præcisionis, atque vniuersalitatem à parte rei conuenire. Ita docuit Maurol. in tractatu de Vniuersis, veniam precatus ab Antiquioribus, quos multò aliter sensisse non est dubitandum. Consentit Fonſ.lib.5. Metaph. cap. 28. q.5. sect.3. Francisc. Suar. disp.5. in Metaph. sect. 2. num.9. Refertur etiam Albert. tract. 2. in Isagogem Porphyrij. capit. 2. vbi ait, intellectum dum abstrahit Vniuersale, efficere in ipso vniuersalitatem, quam iam anteà, natura sua, habebat. Citatur vniuersa penè Scoti familia. Imò D.Thom. Opusc. de natura Generis cap. 7. Capreol. 3. sent. d.5.q. 3. art. 3. & Sonc. 7. Metaph. q.40. quatenus Naturis communibus secundum se conuenire quandam vnitatem, quam non communicant suis Inferioribus;quod de sola vniuersali intelligi potest.

Maurol. D. Fonsec. D. Suar. Alb. Scotistæ. D. Tho. Capreol. Soncin.

Suade-

Stabilitur rationib. Prima.

Suadetur hæc ſententia. Primò. Quamdiu Natura communis contracta non eſt, habet vnitatem præciſionis, includentem aptitudinem ad eſſendum in multis: ſed natura in primo ſtatu non eſt contracta; ergo habet eiuſmodi vnitatẽ, & conſequenter eſt vniuerſalis. Minor ſola probanda eſt; ea ſic oſtenditur. Natura ſecundum ſe eſt cauſa formalis inferiorum: ſed omnis cauſa eſt prior effectu, ſaltem naturæ: ergo aliqua prioritas naturæ tribui poteſt Rei communi, in qua nondum ſint Inferiora: ergo in eadem prioritate Natura non eſt contracta: nam Particularia fiunt per contractionem Naturæ: quare ſi Particularia nondum ſunt, naturæ contractio nulla eſt.

Secunda.

Secundò: Res communis ſecundum eſſe eſt aliquid diſtinctũ à differentijs, quibus determinatur; ergo habet aliquam vnitatem, qua ab ipſis præſcindat: ſed hæc eſt vnitas præciſionis ad Vniuerſale requiſita; ergo ea reperitur in Natura ſecundum ſe. Minor, & Cõſequentia notæ ſunt. Maior probatur. Quotieſcunq. duo quæpiam inter ſe diſtinguũtur, vendicant propriã vnitatem, qua in ſuo eſſe conſtituãtur: nam diſtinctio poſcit numerum, numerus autem ex vnitatibus conſurgit; igitur cum Natura, & Differẽtia ab inuicem diſtinguantur, vtraque flagitabit ſuam vnitatem. Atqui vnitas naturæ communis, non poteſt eſſe vnitas numerica: quia eſt propria indiuiduorum: non formalis; quia hæc communicatur Indiuiduis: atq; adeò non repugnat differentijs: ergo eſt vnitas propria Vniuerſalis, quam vocamus præciſiuam.

Tertia.

Tertiò. Non eſt maior vnitas ea, quæ per intellectum attribuitur naturæ vniuerſali, quàm quæ eidem competit in ſolitudinis, & antecedẽtiæ ſtatu: ſed illa cenſetur propria vniuerſalis; ergo idem erit de hac exiſtimandum. Cetera patent. Maior probatur. Intellectus ſolum præſtat Naturæ libertatem à differentijs: ſed non eſt minor hæc libertas, antequam natura accedat ad differentias, quam poſt vendicationem ab ijſdem: ergo ſi in ſtatu præcedentiæ nondum natura acceſſit ad differentias, vt re vera non acceſſit, potitur vnitate omnibus requiſita.

Quarta.

Quartò. Aptitudo eſſendi in pluribus eſt in Natura prior quam eſſendi actus: procedit enim actus ex aptitudine: ſed actus antecedit omnem intellectus operationem, vt manifeſtum eſt; ergò & aptitudo, quæ eſt præcipua vniuerſalis forma.

Quinta.

Quintò. Aptitudines rerum diuerſarum, ſunt inter ſe diuerſæ; Natura enim lapidis aptitudinem habet, vt ſit in pluribus lapidibus, non verò in multis hominibus, vt habet natura humana: ſed vnde prouenit diuerſitas ſecundum aliquas formas, proueniunt ipſæ formæ; igitur cum prædictæ naturæ habeant illam aptitudinum diuerſitatem ex ſe ipſis (nam intellectus, eodem modo omnes abſtrahit) de ſe etiam aptitudines vendicabunt.

Explanatẽ liberiùs Autorum mens.

Eſt igitur horum Autorum ſententia (vt ex propoſitis argumentis colligitur) Naturam communem ſecundum ſe, & in primo illo ſtatu, habere quandam præcedentiam reſpectu ſuorum inferiorum, in qua nondum ſit per differentias diſtributa, & in rerum natura exiſtat, & in ea denominari ab vnitate præciſionis ſibi conueniente; contingenter quidem, ſi abſolutè loquamur: ſiquidem aduentu differentiarum è natura excipit, neceſſariò verò, ſi natura in eo ſtatu anteceſſionis accipiatur. Vnde apparet non deeſſe Naturæ, ſic acceptæ, eã indeterminationem, quam Scotus ad vniuerſale omninò exigit: & contrariam appellat ad diſcrimen alterius indifferentiæ, quam dicit priuatiuam. Nimirum priuatiuam indifferentiam vocat illam, quæ non repugnat determinationi, & limitationi ad vnum: contraria, quæ omni limitationi repugnat. Quæ doctrina exemplo patere poteſt. Quantitas aquæ, & Cœli ambæ obtinent carentiam caloris, ſeu de ſe non habent calorem; at hæc ca-

Digitized by Google

rentia in aqua non repugnat calori, ita vt quantumuis aqua de se calorem non habeat: simpliciter tamen habere possit, sed in cælo omninò repugnat. Ratione cuius repugnantiæ vocat Scotus hanc carentiam contrariam: priorem verò simpliciter priuatiuam. Quidquid sit de hac loquēdi forma, hoc vnum constat, naturā in statu solitudinis obtinere indifferentiam contrariā seu repugnantē limitationis: siquidē eo ipso quod Natura contrahitur, ab illo antegressionis statu dijcitur. Atque hæc sententia sic explicata suam habet probabilitatem.

SECTIO III.

VERA SENTENTIA VNIuersale ante Intellectum, negans, confirmatur.

Conclu. LOngè probabilior est eorū sententia, qui admissa etiam actuali graduum Metaphys. distinctione inficiantur naturam communem secundum se & ante operationem intellectus obtinere vnitatem præcisionis, vllamvè aptitudinem Vniuersalis propriam.

Arist. Ostēditur auctoritate antiquorum. Certè Aristoteles, quem Aduersarij nolent in opinione de graduum distinctione non fuisse in lib. 1. de Anima, c. 1. tex. 8. ita docet. Vniuersale animal. aut nihil est, aut posterius est. Quibus verbis de industria videtur præcedenti opinioni repugnare. Si enim animal in statu antecedentiæ Vniuersale est, prius vtiq; **Auerr. Auicen.** & non posterius esset. Quo loco, Intellectus, inquit Auerr. facit vniuersalitatem in rebus. Auicenn. 5. Metaph. cap. 1. idem confirmat illo celebri pronuntiato. Equinitas secundum se est tantum equinitas, nec vna, nec plures. Quod frequenter vsurpat D. Th. & in c. 4. de Ente, & essentia ex eo probat Naturam in vno Indiuiduo esse vnam, in multis plures; quia de se neutrum habet. Et **Caiet.** quamuis Caiet. in illud cap. 4. vtrūq. interpretetur de vnitate numerali, nihil fauet Aduersarijs; cum vnitas præcisionis sit ex genere numeraliū, & reddat Naturam simpliciter vnā; quam proinde falsò dicerent nec vna esse, neque plures, si tali vnitate afficeretur.

Sed habeant hos Autores suspectos. Quid dicent de Scoto? Qui in secundo sentent. d. 3. q. 1. aperte negat vniuersalitatem Naturę secundū se spectatæ. Quo loco etsi etiam concedat, nescio quam communitatem, videtur tamen intelligere aptitudinem remotam. Quam, tametsi non rectè, Naturæ contribuit, id non obscurè colligitur ex lib. 6. Metaph. q. 18. §. Respondeo quid. Sic enim loquitur. Est natura in potentia remota ad determinationem singularitatis, & vniuersalitatis: & sicut à producente coniungitur singularitati, ita ab intellectu Agēte vniuersalitati. Nec aliter Scotum intelligunt nō ignobiles eius Sectatores. Lychetus in 1. quæst. citata. Antonius Andreas. 7. Metaph. q. 17. Tromb. q. 9. Mittimus plerosq. Autores, de quib. non constat, an hoc tradiderint, facta suppositione, in qua procedimus. **Scotus. Ostēditur ex Sco. iuxta interpretamentum nobilium Scotistarū. Lychet. Ant. And. Tromb.**

In defendenda hac sententia quidā ita procedūt, vt non negent conuenire quidē Naturę in eo statu aliquā vnitatē præcisionis, sed eam ad veri vniuersalis rationem sufficere inficiātur, quia non habet adiunctā indeterminationem. Alij ipsam vnitatē demoliri conātur, qui meliùs philosophantur: diximus. n. supra indeterminationē ad vnū esse perpetuā vnitatis affectam, aut tanq̄ eius partē, aut tanquā eius pedissequā. Quāobrem aduersus ipsam vnitatem argumentandum. Primū sit, de Natura secundum se, & ante omnem existentiam accepta nō dicūtur, nisi predicata necessaria: sed illa vnitas, omniū concessione, est contingens; ergo non conuenit Naturæ secundum se. Maior propositio desumitur ex Porphyrio, capite de Communitatibus. D. Thom. de Natura Generis, cap. 7. & de Ente, & essentia cap. 4. vbi adeò asseueranter negat, extrinseca prædicata conuenire Naturæ in illo statu; vt docear, solam naturā sibi **Naturæ secundum se vnitatē pcisionis quosdam falsò tribuisse, pala ostenditur. Rō prima.**

com-

conuenire,& Quodll.8. q.1.ar.1.inquit,Sola ea,quæ per ſe competunt, dicuntur de natura.Eandem propoſitionem tradit Scotus in Prædicabilibus,q.9.& alij. Et ratio manifeſta eſt;quoniam homo, ver.cauſ. ſecundum ſe conſideratur, nihil dicit præter eſſentiã, & independentiam ab inferioribus;ergo non põt ei conuenire aliud prędicatũ,niſi quod vel fluat ab eſsẽtia, vel ſequatur indepẽdẽtiã. Quæ profluũt ab eſſentia, ſunt neceſſaria,vt ipſi fatentur:independentiam verò nihil ſequitur, quod in Singularibus non ſit: quoniam homo non minùs independens eſt à Singularibus, cum in illis exiſtit, quàm antea:nam tota hæc independentia oritur ex eo, quòd ſit cauſa Inferiorum & abeis eſſe non accipiat;homo autem æqualiter eſt cauſa Inferiorum exiſtens in Singulari, ac ab eo præciſus.Cum igitur vnitas præciſionis non ſequatur naturam in inferioribus, independentiæ comes non eſt; cum verò nõ ſit neceſſaria,haud promanat ab eſſentia; ac proinde nullum principium habet, vnde poſſit conuenire.

Quid ſuperiori rationi Aduerſarij appo nant.

Negant Aduerſarij Maiorem, & licẽt ad probationem nihil reſpondeant;afferũt tamen inſtantiam plurium prędicatorum contingentium, quæ Naturæ communi ſecundum ſe conueniant, & non interuentu Singularium: vt, non exiſtere realiter: non generari:non corrũpi:non ambulare, &c. Ex quo genere volunt, eſſe vnitatem præciſionis;imò argumentantur ex regulis Infinitatũ ad hunc modum. Natura in eo priori, ſecundum ſe,non eſt diuiſa; ergo eſt indiuiſa, atq; adeo vnitate præciſionis.Vtrobiq. tamen falsò aſſumunt: nam illa prædicata, aut neceſſaria ſunt,aut non competunt, niſi ratione Singularium: etenim omnes illæ negationes, ſi abſolutè ſumãtur,idcirco dicuntur de Natura, quia non prędicantur de vllo Singulari: ſi verò accipiantur, vt ſignificant eas formas non conuenire per ſe immediatè Naturę cõi,neceſſario conueniũt. Licẽt in duobus poſtremis ſit peculiaris quædam acceptio, ſecundùm quàm dicuntur Vniuerſalia, non gigni,nec corrũpi; ſed tunc accipiũtur in ſtatu præciſionis, quẽ vendicãt ab intellectu.Quod verò attinet ad illã illationẽ, in ſecundo Perihermenias oſtendemus cum Caiet. & alijs,non valere eam conſequentiam quoties vtimur particula reduplicãte. Quod ſequenti argumẽto magis adhuc explicandum eſt.

Secundum argum.Natura communis in eo ſtatu non eſt abſq; differentijs: ergo non habet requiſitam vnitatem. Conſequentia eſt bona; quia contractio eſt forma repugnans indiuiſioni.Antecedens probatur: illa prioritas naturæ nõ importat antecedentiam durationis, in qua ſit natura, & nõdum ſint differentiæ; ſed ſolam independentiam rei communis à differentijs: ſed vt natura ſit abſq; differentijs, & vnitas ei conueniat, debet duratione præcedere:ergo, &c. Minor negatur à nemine: probatur facilè ob omnibus.Nam in ijs, quæ ſunt ab æterno, vnum non eſt prius alio duratione: alioqui id quod poſterius eſſet, non foret ab æterno,ſiquidem præcederetur ab alio: ſed Natura, & differentiæ, ſi ſumantur ſecundum eſſe exiſtentiæ,ſimul fiunt, adeò, vt nec per modum ſubiecti, vel formæ vnum ſupponatur ab alio: ſi verò ſumantur quo ad eſſe eſſentiæ,ſunt æternæ: ergo neutrum eſt prius alio duratione.Minor eſt euidẽs; quia negatio,& forma in eodẽ ſubiecto maximè repugnãt;vnitas eſt negatio differẽtiarũ. vel certè diuiſionis,quæ fit per differẽtias: ergo vt illa cõueniat, hæ abeſſe debẽt. Ratio 2.

Dicũt ſatis eſſe prioritatẽ naturæ, vt rõne illius cõueniat negatio, eſſe in eodẽ inſtanti tpis in poſteriori naturæ ſint differẽtiæ. Fingũt.n.in vno inſtanti temporis duo inſtãtia naturæ, in quorũ primo conuenire poſſit aliqua forma,in ſecũdo eius oppoſita. Hoc pacto,inquiũt,Sol in eodem inſtanti fuit cum luce,ſed prius natura extitit, quam lucem produxerit. Quid ſecũdæ rationi aduerſarij obijciant.

Hæc tamẽ ſolutio falſam doctrinã ſupponit circa naturę prioritates. Vi- Oſtẽditur falſitas ſolutionis allatæ.

detur enim indicare instantia Naturæ diuidere inter se instans temporis, ita vt vnum occupet priorem illius partem, aliud posteriorem, quasi duratio instantanea sit diuisibilis, & id, quod conuenit, existitvè in vna parte, possit nõ conuenire, aut nõ existere in alia; cũ ea sit omnino indiuisibilis, & quidquid in ea est, aut in tota duratione sit, aut in tota non sit. Nihil enim est aliud prius, vel posterius natura esse, quam vnũ supponi ad aliud, vel illud ad suum esse supponere: quamuis nunquam dici possit vnum sine alio esse. Et vt rem ostẽdamus in eodem exemplo, quod afferunt. Sol esto prior natura fuerit, quàm lux, nunquam tamen post sui productionem dici potuit non producens lucem. Item in productione Cœli, materia prior naturâ fuit, quã forma, cum sit eius causa materialis: nunquam tamen affirmare licuit materiam esse ablq; forma. Nec est maior ratio in prædicato negatiuo, quã in affirmatiuo. Quemadmodũ enim existentia vel conuenientia instantanea prędicati affirmatiui mensuratur necessariò, toto instanti, ita etiã mensurari debet existentia, vel conuenientia negatiui: quia duratio instantis non est minus indiuisibilis respectu vnius, quam respectu alterius. Quamuis ergo antecedẽtia naturæ sit in causa, vt ratione illius nõ repugnet subiecto habere aliquod prædicatũ, quod per aliud posterius natura adueniens impeditur: nõ sufficit tamen, vt tale prædicatũ simpliciter cõpetat; quia ab illo, quod posterius aduenit, põt impediri. Quod

D. Thom. significauit D. Th. c. 4. de ente, & essentia, cum dixit; de Natura secundũ se posse dici non esse albam: non autem esse non albam: quasi dicat, de se non habere, vt alba sit, id tamen non sufficere, vt sit nõ alba; quia aliunde

Caiet. alba esse potest: Vbi Caietanus adducit eam regulam Periherm. 2. ex Negatiua finita non colligi Affirmatiuam infinitam, si adhibeantur particulæ re duplicatiua [de se] [secun-

Ratio tertia. dum se] &c.

Tertium argumentum. Natura in instanti suæ cõtractionis, & realis existentiæ non habet vnitatẽ præcisionis; ergo nunquã eam habere potest, si sumatur secundum se. Antecedens admittitur ab Aduersarijs, & articulo sequenti monstrabitur. Consequentia probatur. Eadem prorsus ratio, quæ apud hos Autores vnitatem conciliat Naturæ in eo priori, perseuerat in instanti contractionis; ergo si non sufficit postea ad conseruandam vnitatem, nec antea satis erat ad eam concedendã. Consequentia bona est; quia perseuerante eadem causa adæquata alicuius effectus, idem effectus perseuerat. Antecedẽs ostenditur, tota ratio, & fundamentũ vnitatis constituitur prioritas, & independẽtia Naturę à suis Inferioribus: sed in instanti existentiæ, adhuc Natura non pendet, & secundum se est prior, cum sit causa; ergo durat tota causa vnitatis concedendæ.

Quo pacto tertia ratio videatur illudi.

Dices illam prioritatem, & independentiam esse causam, nisi impediatur: post contractionem verò impediri à differentijs: quod impedimentũ Natura non hẽt in statu solitudinis. Id tamẽ facilè impugnatur. Nam status in quo Naturæ conuenit vnitas vniuersalis, is esse debet, qui respuat contractionem, & omne impedimentum: vt videre est in statu abstractionis; prius. n. abstractio excludit omnem differentiam, vt Natura consequatur debitam vnitatem: at status prioritatis, & independentiæ non tollit per se omne impedimentum, sed aliunde impediri debet accessio differentiarum; ergo non est sufficiens argumentum vnitatis concedendæ.

Cõfirmat vltimò nõ dari Vniuersale à parte rei, licet in eo priori aliqua vnitas admittat.

Quartum. Ex alio capite ostẽditur non dari vniuersale à parte rei, esto gratia talis antecedentiæ aliqua vnitas admittatur. Si daretur ille status, in eo esset essentia Superioris, antequã daretur essentia Inferioris: nam inferius constituitur per cõtractionẽ Superioris: in eo euentu non daretur contractio, vt volunt; ergo nec inferius per illam constitutum. Sed nihil est vniuersale, nisi actu habeat inferiora, quæ respiciat. Id videtur expres-

Digitized by Google

expreſſiſſe Ariſt. 1. li. Poſter. c. vlt. cũ dixit vniuerſale eſſe vnũ præter multa, in quib. tamen ineſt, & ſæpè alias docet vniuerſale eſſe vnũ in multis. Ratione idem confirmatur. Primò. Quoniã vniuerſale ex Ariſt. 1. Phyſ. eſt quoddã totum; ergo cõtinet ſuas partes: ſed antequam ſint, non poteſt eas continere; ergo nec totũ, aut vniuerſale eſſe. Deinde. Vel vniuerſale ſumitur vt abſolutũ, vel vt relatiuũ, i. aut pro aptitudine, aut pro relatione in concreto; ſi pro aptitudine, cũ nulla potentia intelligi queat, antequã ſit illius obiectum, & aptitudo ſit quædã potentia ad Particularia, ſi Particularia nondum ſint, aptitudo eſſe non poterit. Si ſumatur pro relatione manifeſtius eſt eam non poſſe eſſe ſine termino exiſtẽte, vel conueniente: at non conceſſis Particularibus nec ſecundum eſſentiam, nec ſecundum exiſtentiam, relatio Particularis nulli cõueniret; ergo quidquid ſit de vnitate præciſionis, natura in eo priori non poteſt eſſe vniuerſalis defectu Particularium.

Quid ad vltimũ argum. reſpõdeant Aduerſarij.

Ad hoc argum. reſpondent. Primo eſſe in plurib. nõ exigi ex parte vniuerſalis: cũ Philoſophus aſſerat eius eſſentiam in eo poſitã eſſe, q̃ aptum ſit eſſe; quare nõ repugnare eſſe vniuerſale abſq; Particularib. At hi non vidẽt vniuerſale nõ eſſe rem abſolutam, ſed eius denominationẽ ſemper eſſe in ordine ad Particularia, & idcirco abſq; Particularib. reperiri nõ poſſe: non aliter, atq; cauſa, vt relationẽ habeat, ex ſua parte ſolam requirit virtutẽ, & actionẽ. Si tamẽ accipiatur in ea prioritate, in qua nondũ intelligitur eſſe paſſio, & effectus, non põt fortiri relationẽ, nec denominationẽ cauſæ: ſed tunc primũ eã conſequitur, cũ ex parte effectus illi reſpondet paſſio; alioqui daretur relatio cauſæ abſq; relatione effectus. Ita prorſus res habet in Vniuerſali. Quare alij occurrũt, habere quidem vniuerſalẽ reſpectũ, vel tranſcẽdentẽ, ſi capiatur pro aptitudine: vel ſecundũ ſe, ſi pro relatione: non eſſe tñ neceſſariũ, vt ei reſpõdeat terminus actualis, ſed poſſibilis: quia relatiuo, præſertim rationis, non reſpondet perpetuò actualis terminus. Nã hæc materia, quæ coniungẽda eſt animæ D. Petri habet modò reſpectũ partis ad D. Petrũ nuſquã exiſtẽtem, cui tñ cõuenit relatio totius. Idẽ in ſexcentis alijs cõtingit. Verũ eiuſmodi reſponſio ſupponit id, quod oſtendendũ fuerat, dari videlicèt in eo priori aliquem terminum, cui relatio Particularis conueniret, ſicut nunc datur. D. Petrus ſecundum eſſe eſſentiæ, cui vt conuenit poſſibilitas ad exiſtendum, ita relatio totius futuri ſubeſſe exiſtentiæ; nam propoſitum argumentum probauit tunc nihil eſſe Particulare ſecundum eſſentiam, quod relationis ſit capax.

Reſpondebunt. Particularia eſſe poſſibilia, quo ad eſſentiam, & reſpectu illorum habere Vniuerſale ſuam relationem. Minùs tamen ferenda eſt hæc reſponſio; quia de nulla re prædicari poteſt poſſibilitas ad habendam eſſentiam. Nam ea poſſibilitas ſi eſt in aliquo, illud iam eſt eſſentia vera ac poſitiua; ſi nuſquam, ineptè dicetur aliquid habere aptitudinem, vt fit. Cum ergo Particularia in eo priori nondum ſint quò ad eſſentiam, non poſſunt denominari poſſibilia.

Hic vltimo occurrunt alij, tota hac ratiocinatione ſolùm probari Naturam non eſſe vniuerſalem actu in eo priori: ſed potentia vniuerſalem eſſe nihil vetare; quia habere poteſt partes, & terminum, & ita non eſſe Vniuerſale actu, ſed potentia egregiè quidem fatentur, quod oſtendimus Naturam, ſcilicèt Vniuerſalem non eſſe defectu earum conditionum, quæ requiruntur, poſſe tamen eſſe, cum eæ conditiones illi obtigerint. Quod nos minimè diſſitemur: licèt non probemus eam diuiſionem in Vniuerſale actu, & potentia; potiuſq. dicendum putemus eam diuiſionem attribuendam eſſe rebus ad hunc modum. Rerum communium quædam ſunt actu vniuerſales, quædam vniuerſales eſſe poſſunt. Qua de re in quinto Prædicabili fuſius eſt diſputandum.

SECTIO

SECTIO IIII.

DILVVNTVR ARGVMENTA partis affirmatiuæ.

Soluitur 1. argu. partis affirmatiuæ.

CVm fundamenta hactenus posita, longè firmiora sint aduertendum Vniuersale ante intellectum, quàm quæ illud astruebant, oportet infirmiora diluamus. Ad primum dicendum est, etsi in Natura detur aliqua prioritas; ratione cuius ei non repugnet contracta non esse; nullam tamen dari, in qua dici possit non contracta; vt in tertio argumento pro nostra sententia ostensum est. Vnde etiam patet, quid respondendum sit ad probationem, negandum videlicèt ex eo, quod Natura sit causa formalis inferiorũ. Colligi antecedentiam, in qua contracta non sit; cum post contractionem adhuc maneat causa formalis, & prior natura inferioribus, & nihilominus ei repugnet vnitas præcisionis.

Soluitur 2. argum.

Ad secundum, concedendum est, Naturam communem habere vnitatem, qua distinguitur à differentijs; negandum tamen eam esse præcisionis, & propriam rei vniuersalis, qua vniuersalis est. Nam in sentẽtia Scoti semper Natura seruat distinctionem à differentijs, etiam cum est illis coniuncta; atque adeo seruat eam vnitatem ratione cuius à differentia separatur. At vnitas Vniuersalis in Natura contracta non est; vnitas ergo, qua Natura differt à differentijs, est formalis, & essentialis, qua quælibet Natura est indiuisa in suo gradu entis, & diuisa à quocumque alio, siue completo, siue incompleto. Neque enim Humana Natura per suam vnitatem formalem solùm distinguitur à Natura equi, sed etiam ab eius differentia irrationali, & ab ijs, quibus contrahitur, imò & ab accidentibus. Ab his enim omnibus diuersam obtinet essentiam.

Soluitur 3. argum.

Ad tertium negandum est, Naturã in primo statu nõdum accessisse ad differentias contrahentes, atq; adeo habere tantam vnitatem, quantam per intellectus abstractionem obtinet, licèt ratione illius status, seu independentiæ, cõtractionem non expectet, eam nihilominus haud perfectè respuit; vt explicatum est.

Soluitur 4. argum.

Ad quartum negandum est, ante operationẽ intellectus reperiri, aut actum essendi in nullis Vniuersalis proprium; aut ei respondentẽ aptitudinem. Enim verò actus Vniuersalis non est, quocũque modo esse in multis: sed quem explicuit Arist. 1. & a. Poster. suprà relatis [esse vnũ in multis] Alioqui Analogum habebit actũ proprũ Vniuersalis; quia est in multis per identitatem. Cum verò ostensum sit, Naturã secundum se nõ esse vnam simpliciter loquendo, nec poterit esse vna in multis. Dices. Actus Vniuersalis non est ille, quẽ Natura habet secũdum se; ergò erit is, quem habebit per intellectum; sed intellectus non põt efficere in rebus identitatem sufficientẽ, vt vnũ dicatur esse aliud; ergo aut actus Vniuersalis nõ erit, quem superius explicuimus: aut Naturæ secundum se tribuendus est. Respondetur, actũ Vniuersalis proprium nec conuenire Naturæ secũdũ se tm̃, nec beneficio solius intellectus; vt propositæ rõnes offendũt: sed esse mixtum ex eo, qđ res vẽdicat natura sua, & ex eo quod ab intellectu participat. Nã de se habet res entitatem identificatã cum pluribus: ab intellectu haurit vnitatẽ, cuius meritò illa identitas fit propria rei vniuersalis. Nec est incõmodum identitatẽ cum pluribus præcedere opus intellectus, & consequenter illã potentiã, quam intellectus Naturæ cõi concedit; nã eadem cõicatio, quæ antea non erat rei vniuersalis, accedente ad Naturã vnitate præcisionis, & aptitudine redditur propria vniuersalis. Quẽadmodum idem numero actus, qui ante rationis aduertentiã elicitus, nec erat liber, nec humanus, posita animaduertentia, liber est, & aliquid promeretur. Porrò cuiusnam aptitudinis sit ille actus essendi in Particularibus, quem Natura vendicat secundum se; ex superioribus constat. Docuimus n. actum essendi in quolibet indiuiduo respondere determinatæ portiõ illius

illius Naturæ ad essendū in vno tantum: & sic de actibus essendi in ceteris. Quod genus aptitudinis diximus longè ab Vniuersalium potentia distare.

Soluitur 5. arg. Ad quintum elicienda est solutio ex doctrina præcedentis responsionis. Quemadmodū enim actus Vniuersalis nec totus est ab intellectu, nec totus ex natura rei, sed quodammodò mixtus: ita aptitudo. & si ea, quæ proxima dicitur, abstractione mentis concedatur, supponit tamen quandam maiorem proportionē inter hanc Naturam, & hæc Inferiora, quam inter eandem, & alia diuersa: & hinc est vt illi tribuat hanc speciē aptitudinis, & nō illam, quam alteri Naturę accommodaret. Ea verò proportio in hoc consistit, quòd omnia Singularia, ex quibus eam abstrahit, habent eandem vnitatem formalem, quæ non cōuenit Singularibus alterius Naturæ: vnde absolutè dici potest, diuersitatem potentiæ proximæ prouenire ex diuersitate vnitatis formalis: quam meritò remotū fundamētū possumus appellare. Ex eadem radice asserimus prouenire discrimē inter potentiam specificam, & genericam. Quando enim intellectus abstrahit Naturā communicabilem multis Speciebus, tribuit illi aptitudinē genericam: quādo verò abstrahit eam, quę solis Indiuiduis communicatur, cōcedit specificam: quo modo etiam philosophandum est in tribus posterioribus Vniuersalibus. Est doctrina iuxta mentem D. Thomę in 1. d. 19. q. 5. art. 1. in corpore.

D. Tho.

Paucos, q pro cōtraria opinione afferuntur Autores, in ea fuisse ostēditur.

Illud in calce huius sectionis admonendum putamus ex Autoribus pro contraria opinione citatis (si Recentiores, & fortasse aliquē de Scotistis excipias) nullum in ea fuisse. Et præsertim D. Thoma, eiusque sectatoribus, nulla pōtesse ambigendi ratio: cū oēs agnoscant actualem identitatem inter Naturam superiorem, & inferiorem, cum qua ostendimus esse non posse vnitatem præcisionis à parte rei distinctam. Cum verò asserunt aliquam vnitatem conuenire rebus communibus loquūtur: de formali interpretandi sunt: de qua non dixit D. Thomas loco citato non cōmunicari Inferioribus: sed non descendere cum Natura in Inferiora, ita vt illis primo conueniat, vt competit numeralis. Eadem mens est Magni Alberi, neque enim significat Vniuersale formaliter cōuenire à parte rei, sed remotum eius fundamentum, vnitatem, scilicet formalem.

ARTICVLVS IV.

QVID EXISTIMANDVM sit de natura in secundo statu.

ERat secundus Naturæ status, in quo ea sumitur coniuncta cum differentijs contrahentibus, siue in esse realis, & actualis existentiæ, siue in esse possibili, &, vt vocant, essentię; parui enim refert vtrouis modo Natura accipiatur, dummodò sit per differentias limitata. At si rem ipsam tantum curassemus, & solius vniuersalitatis (cuius Philosophi alicuius notæ meminerunt) rationem haberemus, superuacaneum esset, de hoc secūdo statu inuestigare, an Natura in eo aliquam habeat vniuersalitatem: cum ostenderimus nihil magis repugnare vnitati præcisionis, & aptitudini ad essendum in multis.

Ceterum quia nonnulli nostri tēporis Philosophi, innixi auctoritate Scoti, & quorundam illius Sectatorum, qui videntur vniuersalitatē agnoscere in Natura cōtracta, introducūt aliud genus Vniuersalis, quod vocant actuale; & asserunt nō repugnare contractioni: visum nobis est leuiter hanc rem premere. Diuidunt ergo Vniuersale, in potentiale, & actuale, illudq; vocant Naturam ab Inferioribus præcisam, ijsdemq; ineſſe aptam: hoc verò eandem Naturam iam diuisam, & multiplicatam.

Vniuersale à quibusdam in actuale, & potētiale partitur.

Quod si ab illis petas cōditiones huius Vniuersalis; partim consentiūt cum communi doctrina: partim ab ea diuagantur. In primis dicunt hoc Vniuersale non requirere vnitatem præcisionis, sed aliam minorē.

Quæ affectiones Vniuersali actuali tribuantur.

Hanc

Hanc cum rogantur, assignant primò formalem. Si ea non satisfaciat; addunt aliam, quam, inquiunt, sortitur Natura, cum sumitur vt habet simul omnes actus essendi in suis Particularibus Tribus enim modis spectari potest Natura, vt in inferioribus existit; primò prout est in singulis tantum: secundo prout est in omnibus, singulatim tamen; quo pacto non componitur vnus, quasi integer actus, sed singuli tanquam integri cõcipiuntur, efficiuntque merum aggregatum: tertiò quatenus Natura est in omnibus simul, & semel; in qua acceptione singuli actus sunt velut partes vnius totalis, quo tota Natura est in omnibus inferioribus. Quamuis ergò Natura primis duobus modis vniuersalis non sit; primo quidem, quoniam eo pacto vnum tantum respicit: Secundo verò, quia est simpliciter multa: postremo tamen modo habet vnitatem quandam maiorem formali, & proportionatam Vniuersali actuali. Et de vnitate quidem ita sentiunt; de aptitudine non multò aliter, credũt enim in Natura, eodem modo sumpta; posse contractionẽ remanere aptitudinem: quia nullus actus euertit propriam potentiam, vt cernere est in visione, deambulatione, &c. Quod verò ea aptitudo sit quodammodo dispertita, nihil officere Vniuersali, de quo altercamur.

Huic sententię graues ascisc unt ex antiquitate parentes. Nos in primis Aristotelem in c. vltimo lib. 2. Post. definientem Vniuersale vnũ in multis. Deinde Porphyrium in c. de Specie, asserentem plures homines participatione Speciei esse vnum hominẽ. Vbi notanda sunt illa verba [participatione Speciei] id est dũ Speciẽ in se recipiunt, & continent. Nõ possunt autẽ plures homines dici vnus ratione vnitatis formalis; cũ hęc multiplicetur; ergo propter illam mediã vnitatem. Præterea Damascenum li. 3. de Fide c. 11. quatenus docet Deũ non assumpsisse Naturam Humanam in Specie, quia non assumpsit omnia Hominis indiuidua. Quib. verbis indicat Humanã Speciem in indiuiduis esse. Deniq; D. Th. 3. p. q. 2. ar. 5. ad secundũ, vbi sic loquitur. Humana Natura non habet rationẽ cõis Speciei, secundũ quod est in vno; sed secũdũ qđ est abstracta ab omni indiuiduo, vel secundum quod est in oĩbus. Nõ poterat clarius exprimere duplex illud vniuersale actuale, & potentiale.

Aristot. Porphyr. Vniuersalis actualis propugnatores quos sibi adoptẽt ex antiquitate patronos. D. Ioann. Damasc. D. Thom.

Accedit ratio. Particularia dantur in rerum natura ante vllã mẽtis operationem: ergo aliquod Vniuersale eis respondere debet; sunt.n. hæc (vt sępè diximus) mutuò oppositа: atqui non põt assignari aliud accommodatius, quam actuale; ergo, &c. Prima propositio probatur. Quia fundamẽtum Particularis est determinatio, & participatio sui Vniuersalis; hæc verò à parte rei dantur in cuiusque naturæ Singularibus.

Ratio pro vniuersali actuali.

Interdicẽda sũt huic sẽtẽtiæ, prius quàm pedem inferat, omnia Philosophorum gymnasia; perantiquam nãque Vniuersalis supellectilem, dum immutat, penitus dissipat. Nusquam .n. Vniuersale apud veteres comparuit, nisi duabus illis vestibus, vnitate & aptitudine cõi exornatum: hi verò Philosophi vtramque aut omnino tollunt, aut inligniter decurtãt.

Ostẽditur apertè nullum esse vniuersale actuale.

Et quidem vnitatem siue dicat sufficere formalem, non vnam aut alteram, sed aggregatum omnium, quæ sũt in singulis indiuiduis: siue illam maiorẽ, quam tribuunt Naturæ, quatenus simul, & semel per vnum quasi actum adęquatum est in omnibus inferioribus, ineptè sentiunt. Nam aggregatum vnitatum formalium non reddit vnum, absolutè loquẽdo, quoniam aggregatum vnum quidem dicimus, sed cum adiectione, velut vnum aceruum, aut cumulum simpliciter tamẽ sunt multa: at Vniuersale esse absolutè vnum, ex cõi Philosophorum sententia suprà docuimus; ergo cum vnitates formales simul sumptæ relinquant Naturam simpliciter multiplicem, ad vniuersalitatẽ sufficere nõ possunt. Illa verò vnitas, quam fingunt in totali Natura, nusquã est. Aut.n. est in oib. simul indiuiduis, aut in vno tm̃; hoc secũdũ nõ admittẽt: cum eadẽ sit oium ratio. Si dent

In primis ex defectu vnitatis.

Digitized by Google

dent primũ, vel eavnitas eſt vna numero, vel tot, quot ſunt ipſa Particularia: ſi sũt multæ, eadem erit de illis ratio atq; de formalibus. Quod verò vna numero in omnibus exiſtat, impoſſibile eſt, cũ accidens multiplicatione ſubiecti neceſſariò multiplex fiat; nec alibi, quam in myſterio Trinitatis eadem Natura indiuiſa multis ſuppoſitis communicetur.

Qua ludificatione velint Auctores oppoſitæ ſuiæ rationũ vim ſubterfugere circa vnitatem.

Confugiunt ad Naturam, vel in eo priori, quo applicatur, vel cum ab intellectu per modum vnius accipitur. Sed multiplici præſidium habent, quoniam Natura, nec eam prioritatem ſecundum ſe habet, nec ſi haberet, in ea ſumeretur; vt contracta, ſed vt præciſa, eſſetque Vniuerſale, quod vocant [Potentiale.] Per intellectum verò, niſi Natura repręſentetur præciſa ab omnibus differentijs, non poteſt conſequi maiorem vnitatem, quam habeat à parte rei. Etenim cum intellectus repræſentat Naturam contractam, licet hoc præſtet vno conceptu, neceſſario eam cognoſcit vt multa entia, tot videlicet, quot ſunt particularia inter ſe diſtincta, in quibus contracta repræſentatur; atque adeo vnicam numero vnitatem ei tribuere non poteſt; nec illa compoſito vnius actus totalis eſſendi in omnibus Particularibus, realis eſt, ſed per rationem conficta; cum quodlibet Singulare contrahat ſi non totam realitatem, certè totam rationem Naturæ communis, independenter à quouis alio, & per contractionem omnino ſeparatam ab alijs. Vndè quamuis intellectus ſimul, & ſemel totam Naturam applicet omnibus inferioribus, nullam ei præbet vnitatem, quemadmodum domus in communi non affigitur maior vnitas, quàm de ſe habeat, ab illo, qui eam de inferiori per vnicum actum enunciat.

Deinde ex defectu aptitudinis.

Quod attinet ad aptitudinem, ex ſupradictis colligi poteſt eorum, quæ docent, confutatio. Aſſerunt enim aptitudinem eſſe extenſam in Natura, ita vt ſecundum vnam ſui partem apta ſit eſſe in hoc per partialem aptitudinem illi reſpondentem: ſecũdum aliam in alio, &c. Sed non aduertunt. Naturam ſumptam ante ſua Inferiora habere ſolam eſſentiam, quæ tota diuiſibiliter eſt in quolibet Indiuiduo. Vndè non poteſt habere aptitudinem diuiſibilem, ſed impartibilem ad eſſendum totam in ſingulis, & in omnibus: partes enim ei non adueniunt, niſi ratione diuerſorum, cum quibus coniungitur. Pari facilitate conuincitur, quod ſubdũt, hanc aptitudinem per actum non euerti, ſed perſiſtere in Natura contracta: Nam omnes huius generis aptitudines deſtruuntur per actus, vt ea, quæ eſt in quantitate ad diuiſionẽ, in homine ad mortem, vel ad amittendum brachiũ, vel oculum. Quæ .n. per actus perficiuntur, non sũt ad amiſſionem, aut diuiſionẽ, ſed ad formæ receptionem, vel productionem. Deinde oſtendimus Naturam coniunctam vni differentię, per nullam potentiam in multis eſſe poſſe, atque adeò aptitudinem amiſiſſe. Quod ſi in ſingulis Naturis proprias conceſſimus aptitudines, ſtatim adiunximus, has non pertinere ad Vniuerſale, cum ſint ad eſſendum in vno tãtum. Vbi ét apparet quanto iure dixerimus ſolam potẽtiam, quæ eſt ad puram receptionem, vel productionẽ actus remanere cum actu: nã potẽtia ad eſſendum in vno, quia nõ reſpicit diuiſionem, ſed nudam coniunctionem Naturæ cum differentia, per illius aduentum non deſtruitur.

Auctores, quos oppoſita ſuia ſtare dicebat, aduerſus eã cõtendũt. Ariſt. Porphyr. Caiet.

Autores ab Aduerſarijs allegati nihil minùs volunt, quàm hoc Vniuerſale ſtatuere. Nam Ariſtoteles loco citato, non ſolum docet Vniuerſale debere eſſe in multis: ſed etiam ab illis præciſum. Quæ duæ conditiones vnum conſtituunt Vniuerſale, non duo: vt palam eſt locum conſideranti. De Porphyrio non tam facilè conſtat, quid illis verbis ſignificet. Placet interpretatio Caietani in 4. cap. de Ente & eſſentia. Idcircò plures homines participatione Speciei dici vnum, quia ſecundum ſe nõ ſunt diuiſi in eſſentia hominis, imò sũt in ea ſimiles, participant-

Digitized by Google

cipantque eandem vnitatem formalem in Specie, quod possumus appellare esse vnum fundamentaliter: formaliter enim, & actu tunc sunt vnum plures homines, cū intellectus accepta occasione ab vnitate formali, quia similes sunt, format vnum cōceptum obiectiuum, in quo prorsus conueniunt. Quæ explicatio eò magis probanda est, quo ex Aristotelis doctrina desumitur. Explicaturus enim Aristoteles 5. Metaphys. cap. 6. quæ essent vnum essentia dixit. Ea omnia dicuntur vnum, quorum ratio, quæ quidditatem dicit (id est definitio) indiuisibilis est. Vbi duo notanda sunt. Primum quidem appellari vnum, quæ possunt eadem definitione explicari: vnitatem verò ad definitionem requisitam formalem esse docuimus suprà cum D. Thoma. Alterum, non excludi in ea vnitate ordinem ad intellectū, cuius est definitionem fabricare: vt sic complexus videatur Aristoteles, & Caietani commentum, & nostram additionem in verba Porphyrij. Damascenus rectè colligit nō fuisse assumptū humanam Speciem, hoc est, totam Naturam Humanam, quam sæpè Philōsophi ob remotum fundamentum Speciem vocant, ex eo, quod Deus non assumpserit omnia individua: quia assumptio Hypostatica non terminatur, nisi ad Naturales singulares. Quare si has omnes sibi Deus non copulauit, totam Naturam Humanam haud assumpsit. De D. Thoma quis dubitet ab hoc inuento longissimè abesse? cum doceat nullam esse Naturam communem actu distinctam à Particularibus: cuius oppositum in hac sententia supponitur. Sed ne vllus esset de ea sententia ambigendi locus: mille sunt, in quibus negat vllum esse in Singularibus Vniuersale; velut in 2. dist. 3. quæst. 2. artic. 2. ad primum: vbi ita scribit. Dicendum est, quod est triplex Vniuersale quoddam in re, scilicet Natura ipsa, quæ est in Particularibus, quamuis in eis non sit secundum rationē vniuersalitatis in actu, & in 1. d. 19. q. 5. art. 1. Humanitas, inquit

D. Ioann. Damasc.

D. Thom.

est aliquid in re, non tamen ibi est vniuersalis. Idem exprimit 1. p. q. 85. art. 5. 1. 2. q. 26. art. 6. Opusc. 42. ca. 7. Opusc. 55. & 56. aliisq. in locis. Quare locus ab Aduersarijs citatus ad eandem normam exponendus est. Videtur ergo D. Thomas eadem acceptione vsurpasse non Speciei, quæ Damascenus, & vulgus accipere solet, pro tota Natura Humana: tota verò Natura nō potest in vnum colligi, nisi vel præcisa, vel in omnibus Individuis comprehensa.

Ad rationem, quæ opponebatur, negandum est antecedens, de Particulari formaliter sumpto: falsò nāq; assumit Particularis fundamentum esse determinationem, & participationem Naturæ: nisi hæc ipsa sumantur, vt reddunt Particulare subiectū vniuersali, tanquam sibi auulsio quod per solam operationem intellectus completur: vt latè demonstratum est.

Infirmatur Aduersariorum ratio.

ARTICVLVS V.

VTRVM NATVRA SIT vniuersalis in tertio statu.

TErtium Naturæ statum appellamus, cum res communis absq; omnibus Differentijs contrahentibus in specie intelligibili, concipiuè repræsentatur: in hoc statuimus rem esse perfectè & absolutè vniuersalem. Huius sententiæ sunt omnes Autores, qui vsquam Vniuersale concedunt. Est in primis Aristoteles libro 1. de Anima, c. 1. & 7. Metaph. c. 13. Commentator. prior loco. comment. 8. Auicenna 5. suæ Metap. cap. 2. Boetius relatus à D. Thoma Opusc. 55. idem D. Thomas locis in fine proximi articuli citatis, & sexcentis alijs. Omnes eius Sectatores. Scotus in 1. distinct. 3. quæst. 1. Metaph. quæst. 6. quem sequitur eius schola. Itaque nullus dubitat, vtrum in hoc statu sit Natura Vniuersalis, sed an in præcedentibus hoc habere possit.

Cōclusio affirmāsab omnibus defenditur.

Aristot. Auicen. Boetius. D. Thom. Thomistæ. Scotus. Scotistæ.

Ratio verò est in promptu. Nam ad verū, & propriū Vniuersale, duo

Probatur ratione.

præ-

præter vnitatem formalem à parte rei conuenientem, sunt necessaria, vnitas præcisionis, & aptitudo essendi in pluribus, per modum identitatis: sed Natura in intellectu vtrumq. habet in gradu absoluto: ergo est perfectè vniuersalis. Minor ostenditur: quia Natura eo modo accepta, præscindit ab omnibus Differentijs contrahentibus, cum absque vlla omninò repræsentetur: habet non repugnantiam, vt in multis per idẽtitatem existat, deq. illis vera, & formali prædicatione affirmetur: ergo nihil ei deest ad veram Vniuersalis rationem.

Obijcitur primò.

Sunt aduersus hanc communem doctrinam vulgares etiam obiectiones. Prima. Obiectum non accipit vnitatem à conceptu: sed è contrario, conceptus ab obiecto, tanquam à sua mensura, & exemplari; ergo non potest intellectus per eiusmodi conceptum, vel speciem vnitatem tribuere Naturæ communi. Confirmatur. Si res essent vniuersales ratione specierum, & conceptuum, in quibus repręsentantur, quot essent eiusmodi species, vel conceptus Naturę humanæ, v.g. tot essent Naturæ Humanæ Species; quod est apertè falsum. Si quis respondeat Naturam non denominari formaliter vniuersalem ab ipso conceptu, vel specie: sed ab vnitate quæ relultat in obiecto ex tali repręsentatione; hanc verò esse vnicam, licet repræsentationes multiplicentur. Non satisfacit; quia de vnitatibus redibit eadem quæstio: Cum enim proueniant ab imaginibus, non erit, cur ad earum numerum non multiplicentur.

Occurritur.

Ad hoc argumentum respondendum est cum distinctione. Duplex enim datur vnitas tum in conceptu, tum in obiecto: alia essentialis, & formalis: alia numerica. Priorem sumit conceptus ex obiecto, quod est illius causa formalis extrinseca. Ad eam verò contribuendam sufficit in obiecto communi formalis item vnitas, ratione cuius possit in vna imagine æqualiter repræsentari. Posterior rem non item, quia circa idem obiectum, possunt esse diuersi numero conceptus, non modò in diuersis intellectibus, sed etiam in eodem; prouenit ergo hęc vnitas, vel diuersitas, ex applicatione potentiæ, determinatione primæ causæ, aliisq; circũstantijs: at obiectum commune numeralem vnitatem accipit à conceptu, quando intellectus segregatis omnibus differentijs Naturam solitariè concipit, tãquam rem diuisam. Quemadmodum enim intellectus vim habet accipiẽdi, vt diuersa actu ea, quæ secundùm se omninò sunt idem, cum sola distinctione virtuali; ita colligere potest in vnum, quæ diuisa existunt, si formalem habeant similitudinem. Hac de causa appellauit Scotus vnitatem præcisionis, vnitatem numeralis obiecti, hoc est, rei effectæ vnius numero, quatenus obiectum est. Ad cõfirmationem rectè occurrebatur; quamuis ea responsio necessaria non sit ad saluandam vnitatẽ speciei Humanæ. Siue enim conceptus, siue vnitates sint plures numero, non sequitur admittendas plures species; quia ad multiplicationem concretorum, nõ sufficit pluralitas formarum, si subiectum sit vnum; nam paries à multis visus, & si plures terminet visiones, vnum visum dicitur. Pari modo vocamus vnum artificem, & non plures illum, qui multis artibus insignitur. Quamuis ergò conceptus, vel vnitates præcisionis ab his prouenientes multæ sint, nõ proindè sequitur multas esse Humanæ Naturæ Species.

Antot sint in Vniuersali vnitates præcisionis, quot abstrahẽtium cõceptiones.

Sed nõ caret controuersia id quod argumentum intendit, tot videlicèt esse vnitates præcisionis, & consequenter relationes rationis in ijsdẽ fundatas, quot fuerint conceptus abstrahẽtium eãdem Naturam. Vtrinq. enim sunt dubitandi rationes. Vt affirmemus, facit primò similitudo entium realium: tot enim sunt entia realia, quot reales existẽtiæ diuersæ; ergo entia rationis tot erunt, quot fuerint existentiæ obiectiuæ, vt conuincit paritas rationis: existentię verò obiectiuæ multiplicantur per cõceptus; ergo & ipsa entia rationis.

Rationes partis affirmantis.

Hæc

Hæc ratio licèt directò procedat in entibus rationis, æqualem tamè vim habet in negationibus, & priuationibus rationis; quia hæ tunc sunt, vel conueniunt, cũ res conceptibus obijcitur. Secundò. Nisi relatio, & vnitas Speciei humanæ variatur propter conceptus, eadem perpetuò cõuenient, atq; adeò ex quo cœpit Homo abstrahi, eandem semper vendicauit; imò aliam habere non potest, vel etiam ab Angelico intellectu. Quod satis durum videtur.

Rationes partis negantis.

Pro parte tamẽ negante hæ rationes probationem præstant. Prima. Quia conceptus sunt extrinseci entibus rationis; ergo non est necessarium, vt eorum multiplicatio efficiat multa entia. Secunda. Ex opposita sententia sequitur, non posse bis cõcipi idẽ ens rationis: imò nec à Deo (si tamen formet entia rationis) cognosci posse illud ens rationis, quod homo vel Angelus efinxit, si enim ad distinctam cognitionem sequitur nouum ens, fieri non potest, vt priùs cognitum, iterum per nouam cognitionem apprehendatur. Tertia. Idem confirmatur speciatim in vnitate, de qua est peculiaris, & efficacior coniectura. Etenim negationes differunt per formas, quas negant, & subiecta in quibus sunt: sed diuisio, quam negat vnitas Naturæ Humanæ, & ipsa Natura (à quocunq; fiat abstractio) semper sunt eadem; ergo vnitas nũquàm erit distincta.

Pars negãs approbatur; obiecta ifringuntur a struentis. Caiet.

Etsi vtraq; ex his opinionibus facilè defendi possit, & in re tam parui momenti non multum interest, quid quisq. opinetur. Verisimilior tamen videtur secunda sententia. Quam tradit Caiet. 1. p. q. 76. art. 2. recipiuntq. Recentiores, Quare ad rationes primæ sententiæ dicendum est, non posse desumi similitudinem ab existentia reali ad existentiam rationis; quia illa est in rebus extrinseca rebus: hæc extrinseca; quare nõ oportet ex huius multiplicatione arguere multitudinẽ entium, vt eam arguit existentia realis multiplicatio. Ad secundum totum concedimus; nec mirum videri debet, cum fundamẽtum, & extremum sunt omninò idem, & solùm variatur causa veluti effectiua, quod idem ens rationis perennet.

Obijcitur 2.

Secunda obiectio. Omne obiectũ antecedit potentiam, & eius actus: Vniuersale est obiectum intellectus: ergo nõ potest illius actione primò consurgere. Minor, & consequentia notæ sunt. Maior probatur; quia obiectum est causa externa mensurãs potentiam: at causa perpetuò supponitur ad effectum.

Occurritur.

Respondetur distinguendo maiorem propositionem, & illius probationem. Si enim velit obiectum esse prius potentia, & eius actibus quò ad rem ipsam, hoc est, rem, quæ denominatur obiectum, præcedere potentiam: concedenda est; neganda verò si contendat obiectum præire potentiam, quò ad modum, quem induit, dum obijcitur. Nam penès hunc modum incommodum non est, obiectũ esse posterius ipsa potentia, & illius operatione. Ita res habet in præsentiarum. Vniuersale enim, materialiter sumptum, seu res, quæ denominatur vniuersale, vt [homo] [animal] &c. Prior est actionibus intellectus; formaliter verò, & quo ad illam communitatem, indifferentiamq. ad sua inferiora, posterius est Vniuersale, quã intellectus abstractio qua à differentijs liberatur. Cum pernimius [Vniuersale esse proprium obiectum intellectus] illud tantum significare volumus Vniuersale à solo intellectu cognosci; alioqui non tam exigui sunt huius potentiæ fines, sed ad Singularia etiam extendit, & totam entis veri, aut falsi latitudinem percurrit; vt alibi ex professo dicẽdum est.

Obijcitur 3.

Tertia obiectio. Natura in tertio statu solam habet vnitatem præcisionis, & aptitudinem ad vniuersale autem hæc non sufficiunt; ergo non est vniuersalis in eo statu. Probatur Minor. Vniuersale perfectum nihil est, nisi quod potest affirmari de plurib⁹ (vt secunda eius definitio ostẽdit) sed nisi detur actus, & coniũctio Naturæ superioris cum inferiori, nequit esse vera affirmatio. ergo nõ sufficit ad perfectũ Vniuersale vnitas,

& apti-

& aptitudo, seorsim sumptæ. Quod verò Natura communis has tantum habeat beneficio intellectus, probatione nō indiget; cùm nemo vnquā existimarit Platonem mētis operatione participare hominem, aut animal, aut candorem.

Occurrit. Huic argumento negāt multi, necessarium esse actum essendi in Particularibus ad cōpletam Vniuersalis rationem, & ideò in intellectu habere Naturam, quidquid ad eam denominationem opus est. Verùm quia in cap. de Accidente probabilius indicabimus, actum quoque essendi necessarium esse. Respōdemus nō habere quidem Naturam actum essendi in tertio statu, sed in secundo; meritò tamen in illo dici vniuersalem, quia ibi obtinet conditiones, quas secundum se habere nō potest; & quæ requiruntur ex parte ipsius Vniuersalis. Cōtractio enim, & existentia in Particularibus de se conueniunt Naturæ, & sunt necessariæ ex parte termini. Nec est postulandum, vt in eodem statu habeat Natura actum, & aptitudinem, cum pari modo Autores Vniuersalis à parte rei agnoscāt aptitudinem in primo statu, actum verò in secundo. Vnde patet opus non esse respondere ad illam probationem, qua ostēditur Naturam per intellectum non posse sortiri contractionem. De qua re paulo post dicendum est.

ARTICVLVS VI.

QVO FACTO DISSOLVENDAE sint quæstiones à Porphyrio excitatæ.

Quæstiones Porphyrio indicatæ. EXplicata materia, formaq. Vniuersalis, & qua ratione inter se consentiant, per facile est respondere ad tres quæstiones, quas Porphyrius in sua præfatione auditoris imbecillitati consulens, non resoluit. Prima est. An Genera, & Species sint in rerum natura, aut in solis, nudisq. conceptibus? Secunda. Vtrum sint corporea, an corporis expertia? Tertia. In rebus sensibilibus, an ab his separata subsistant?

Circa omnes simul quæstiones illud est animaduertendum, eas non excitari de Vniuersalibus formaliter sumptis. De his enim satis perspicuum est non procedere duas posteriores; cum vniuersale formaliter, aut sit negatio, aut relatio rationis, de quibus dubitari nequit, an sint corpora, vel à sensibilibus separata cohæreant. Proponuntur ergò de re subsistrata, quæ vniuersalis denominatur. At nec de omni eiusmodi re, sed de generibus, & speciebus Substantiarum sensibilium: de his enim solis procedere potest prima quæstio. Quis enim de rebus spiritualibus ambigat, an sint corpora, nec ne? Deinde inter Platonem, & Aristotelem de hisce tantum Substātijs contendebatur; spirituales enim, cū natura sint incorruptibiles, nō egēt ideis, in quibus ab interitu vendicentur. Hæc vniuersim. Quid circa à Porphyrio indicatas q. aduertendum.

Accedamus nunc ad singulas quæst. Ac circa 1. aduertendum est, bifariam posse aliquid esse in intellectu. Primò subiectiuè. Secundò. Obiectiuè. Priori modo sunt in intellectu omnes illius actus, habitus, & species, quæ perinde intellectui inhærent, ac cetera accidentia suis immediatis subiectis. Posteriori sunt, quæ in aliquo conceptu, aut specie repræsentantur. Et in hoc sensu ponit Porphyrius quæstionē. Quocirca non dixit, An Genera, & Species sint in intellectu: sed in cōceptibus. Meminit verò specialiter cōceptuū quia licèt ea, quæ repræsentantur in specie, obiectiuè esse perhibeantur, vt diximus; præcipuè tamē & quasi per antonomasiam id affirmatur de rebus in cōceptu, vtpotè actuali imagine repræsentatis. Ad hæc. Quæ in conceptu repræsentantur, quædam ita se habent, vt non modò obijciantur, sed vel per se formaliter existant in mūdo, vt Socrates, eius anima, & realia accidentia: aut ratione subiectorum, vt negationes, & priuationes, quæ his rebus secundum se cōueniunt: aut deniq; de rebus in mundo existentibus verè prædicentur, cuiusmodi sunt entia rationis, tam Quid peculiare circa primā.

Digitized by Google

positiua,quàm negatiua,vt esse prædicatum, vel subiectum, esse abstractum,&c. Quãuis enim hæc nec per se,nec per res denominatas realiter existere censeantur, vt præcedentia, verè tamen affirmantur de Platone, & homine in mundo existentibus. Alia verò obijciuntur conceptibus mentis, quæ nec per se esse possunt, nec de re aliqua vera prædicari, veluti Hircoceruus,Chymæra,&c.quę mente quidem fingimus, at de re in mundo existente, aut possibili non, nisi falsò affirmamus.

Soluitur prima à Porphyrio omissa quæstio.

His annotatis ad primam quæstionem respondent veteres, & recentiores Nominales, Genera, & Species (si nomina ipsa excipias) insolis, nudisq. conceptibus, quasi mera figmenta esse. Aristoteles tamen, & (qui vltra nomina prouecti, res communes attigerunt, communi consensu respondent, harum substantiarum genera, & species, non esse in solis, nudisque conceptibus; tum quia dicuntur de rebus veteris, per quas dici possunt in mundo existere, vt homo de Platone; animal de Bucephalo; tum quia ipsa per se sunt entia realia, licet à Singularibus distincta non sint, nisi forte per ordinem ad intellectum; quæ omnia ex supra dictis conspicua sunt.

Soluitur secunda à Porphyrio omissa quæstio.

Secundæ quæstionis duplex sensus esse potest. Primus, an Genera, & Species sint affecta quantitate, quæ propriè corpus dicitur? Secundus, an constent materia, ex qua etiam res dicuntur corporales propter ordinem ad corpus quantitatiuum? In hoc secundo sensu proponitur quæstio; in eo enim contendebant Aristoteles, & Plato, dum hic materiam excludebat propter corruptionem, ille propter compositionem includebat. Ad cuius sensum quæstioni respondemus; Genera, & Species harum substantiarum, realiter quidem omnia componi ex materia; formaliter autem, seu essentialiter esto pleraque componantur, non esse tamen necessarium, vt omnibus id contingat. Prima huius resolutionis pars ex eo cõstat, quia Genus, & Species non distinguũtur realiter ab Indiuiduis,& quemadmodum nobis probabilius visum est,nec formaliter; sed Indiuidua,vt Socrates,hæc arbor, hic lapis componuntur realiter ex materia,& forma, vt secundo Auscultationis libro,capite septimo ostẽsum est;ergo illorum Genera, & Species nõ possunt ex ijsdem partibus re ipsa non componi. Secũda pars asserebat quędã Genera, & Species ita ex materia componi, vt eam in sua ratione includant;alia verò Genera, eo pacto, vt eam nõ includant. Primum deprehẽdes ex cõceptibus hominis in cõmuni,animalis, & similium. Hæc enim cum mente apprehendimus, necessariò cognoscimus vt composita, vtiq. ex materia,& forma, Secũdum additur propter Substantiam,Genus summum. quæ licet in Speciebus,& Indiuiduis corporalibus realiter, & per identitatem ex materia, vt diximus,coalescat, quia tamen de se est indifferẽs ad coporeas, spiritualesq. substantias, materiam includere nõ potest alioquin dum in spiritus descẽdit,eam secum deportaret. In primo sensu quid respondendum quæstioni? vniuersalia corporalia vendicare quidem quãtitatem, vt propriã eorum passionem, sed eam non recipere, nisi per sua Singularia; atque adeo illam eandem, quam Singularia suscipiunt.

Soluitur tertia à Porphyrio omissa quæstio.

Circa tertiam quæstionem præcipuè decertabant Aristoteles, & Plato: sed ostendimus supra Species rerum corporalium, non modò separatas à Singularibus non esse, sed nec per vllam potentiam esse posse. Quod lõgè manifestius iam est; cum magis approbemus inter superiora, & inferiora, non intercedere actualem distinctionem, vt enim, quæ secundùm se nõ differunt, ab inuicem separari possent; idem à se diuelli oporteret; quo nihil absurdius dici potest.

Soluuntur superiores quæstiones, nõ vt à Porph. sed absolutè propositæ.

Hactenùs de hisce quæstionibus, vt à Porphyrio proponũtur. Sin autem absolutè quis eas proferat;rogetque, an

an quodlibet Genus, & ſpecies ſit in ſolis, nudiſq. conceptibus? An ſit corpus? Num ſit à rebus ſenſibilibus ſeparatum? primæ quidem eadem reſponſio tribuēda eſt, quam dedimus Porphyrij quæſtioni: ſiquidē omnia Genera, & Species dicuntur de rebus in mundo exiſtentibus, aut per ſe, aut ratione ſubiectorum (inter figmenta .n. hæc Vniuerſalia nō admittimus.)

At poſtremis duabus quæſtionibus aliquanto diuerſa eſt reſponſio: nam quædam Genera ſunt corpora, veluti corpus de Prædicamento Subſtantiæ, & quæ ſub illo continetur; plura alia corpore carent, vt ſpirituales ſubſtantiæ, accidentia realia, & rationis. Quædam à ſenſibilibus ſeparari non poſſunt, vt corpora, corporaliaque accidentia. Alia ſeparata prorſus exiſtunt, ſubſtantiæ videlicèt ſpirituales, & earum accidentia. Denique ſi eædem interrogationes fiant de Genere, & Specie formaliter acceptis, non eſt operæpretium longiores texere reſponſiones cum dixerimus vniuerſalitatem non exiſtere in rerum natura, ſed per intellectum rebus conuenire; eandemque eſſe negationem, aut relationem; de rebus tamen veris affirmari. Vnde patet, quid ad omnes quæſtiones reſpondendum ſit.

QVAESTIO V.

CVIVS POTENTIAE Miniſterio fiat rei vniuerſalis abſtractio?

ARTICVLVS I.

DE QVO ABSTACTIONIS Genere ſit in præſenti ſermo.

Quid ſit abſtractio, & quotuplex.

ABſtractio (vt vocabuli notio indicat) eſt vnius ab alio ſeparatio. Hæc in genere duplex eſt: alia realis: alia intentionalis. Realis eſt, cum vnum ab alio re ipſa ſeiungitur; vt animus à corpore, vinctus a cuſtodia, dens ab ore. In qua illud obſeruandum eſt, non cenſeri propriā abſtractionem, niſi vtrumque eorum, quæ ſeparantur, remaneat. Vnde ſeparari nō dicitur lumen ab ore, cum Sol recedit: nec aliud accidens, cum decedit à ſubiecto.

Quando fiat Abſtractio realis.

Intentionalis abſtractio eſt, qua aliquid per cognitionem ſeparatur ab alio, cui nihilominus in re coniunctum eſſe poteſt. Hæc eſt duplex; vna negatiua, in qua videlicèt per propoſitionem negamus vnum de alio, ſiue id verè fiat, ſiue falsò; veluti [Cygnus non eſt niger] [Cygnus non eſt candidus]. Altera eſt (vt ſic loquamur) præciſiua, quæ tunc fit, cum per ſimplicem apprehenſionem de pluribus, aliquo modo inter ſe connexis, vnùm tantum cognoſcimus, reliquis prætermiſſis; hoc pacto oculus præſcindit colorem pomi ab eiuſdē odore, & ſapore, quia his minimè perceptis illum ſentit: odoratus è contra abſtrahit à reliquis odorem, quem tantùm percipit. Intellectus item cum de ſola Natura communi, ſpretis Differentijs, cogitat, Naturam à Differentijs abſtrahere perhibetur. De hoc abſtractionis genere eſt vulgare proloquium [Abſtrahentium non eſt mendacium.] Quæ enim falſitas eſſe poteſt in eo, quod vnum cognoſcatur, ignoto alio ſibi coniuncto? Diximus hāc abſtractionem fieri per ſimplicem cognitionem: tum quia hæc frequentior eſt, tum quia eo modo peracta, magis inſeruit ad præſens inſtitutum: alioqui non rarò fit per propoſitionem: cuiuſmodi fuit illa Samuelis, 3. Reg. 16. [Ad ſacrificandum veni] venerat enim pariter, imò præcipuè, ad vngendum Dauid in Regem, ſed quia ſacrificandi, cauſa venerit mentitus non eſt, ſed vſus abſtractione.

Quid ſit abſtractio intentionalis, & quotuplex.

Vniuerſalis abſtractio nō eſt realis.

Porrò Vniuerſalis abſtractio in primis nequit eſſe realis: Quia Genera Species, & Differentiæ non diſtinguuntur re ipſa ab inferioribus, à quibus abſtrahuntur: Propria verò, & Accidentia, quamuis nonnunquā realiter differant a ſubiectis, nihilominus quia ad vniuerſalitatem conſequendam non modo à ſubiectis,

Digitized by Google

sed à suis inferioribus, cum quibus identitatem habent, separanda sunt, realem abstractionẽ subire nequeũt. Præterea, hæc abstractio fit per intellectum, qui in rebus sibi obiectis nullam actionem realem immediatè exercet.

Vniuersalis abstractio nõ est negatiua.

Deinde non abstractio negatiua. Quoniam hæc potest esse falsa, vt [iustus non remuneratur] [impius non punitur] abstractio verò Vniuersalis, quà talis, nec debet secum pati falsitatem, nec negationem: siquidẽ non repugnat identitati.

Vniuersalis abstractio est p̃cisionis.

Supereſt abstractio præcisionis, in qua nullum apparet vitium præcedentium abstractionum, quò minùs Vniuersali sit accommodata. Quamuis enim inferiora absque superioribus concipi non possint, eò quòd in sua essentia illa includant: superiora tamen ab inferioribus non dependent, vt sine eis cognosci non possint. Diuiditur præcisionis abstractio à

Scotus.

Scoto 7. Metaph. q. 16. §. De illo igitur, in actualem, & habitualem: illa fit per actualem potentiæ cognitionem, hæc per habitualem speciem, in qua res etiam repræsentatur. Supponimus enim (quod in 1. Perihermenias latè probamus) species esse rerum imagines.

Potentiæ appetẽtes non dicũtur abstrahere.

Non prætermittemus, quod aliquis occasione præcedentis doctrinæ ambigeret. An potentiæ quoque appetentes abstrahant, cum è multis rebus inter se coniunctis vnum expetunt, reliquis omissis? Quod videre est in appetitu: ita enim fertur in saporem pomi, vt nec odorem, nec colorem penitus curet. Responderi potest negatiuè, ex communi illa doctrina, quod solę potentiæ cognoscentes dicantur res attrahere ad esse rationis specierum, quas in se recipiunt, & cognitionum, quibus res ipsas per earum similitudines continent: potentiæ verò appetentes ferantur potiùs, & attrahantur ad res, iuxta illud Dionysij cap.

D. Dionys. 4. de Diuinis Nominibus, [Amor extasim facit,] hoc est amantem extra

Aureol. se rapit. Vide Aureolus in 1. distin.

D. Thom. 10. quæst. 1. artic. 2. affirmat aman-

Caietan. tem esse quidem in re amata: sed rem amatam non esse in amante. Ad abstractionem verò necessarium est, vt potentia attrahat rem; alioquin eam non separabit ab his, cum quibus erat re ipsa coniuncta. Non repugnat huic resolutioni id, quod tradit D. Thomas 4. contra Gentes, cap. 19. & alijs locis citatis à Caietano 1. p. q. 27. art. 3. rem etiam amatam esse in amante: quia, vt ibidem exponit Caietan. id eatenùs verum est, quatenus amatum quandam conuenientiã habet cum amante: non quasi secundum suum esse, aut reale, aut intentionale, seu repræsentatum in amante consistat.

ARTICVLVS II.

QVO PACTO HAEC *vniuersalis abstractio perficiatur.*

QVoniam huius articuli doctrina in libris de Anima ex professo tractatur, à nobis in præsenti non discutienda, sed breuiter ex eo loco supponenda est.

Duplex est sensus internus, cõmunis vnus: secundus Phantasia. Illorùm sedes, & munia.

Primò igitur supponimus, in homine, præter quinque sensus externos, dari duos internos: quorum primus in prima cerebri parte consistit, diciturque Sensus communis; non quia res communes percipit, sed quia omnia Sensuum externorum obiecta cognoscit. Secundus collocatur in reliqua cerebri parte, & frequentius Phantasia nuncupatur: huius officium est ea, quæ Communis Sensus præsentia tantùm cognoscit, & præsentia, & absentia percipere; num verò etiam minùs sensata cognoscat, nihil ad hunc locum attinet.

Duplex est intellect⁹, agens, & patiens: illorum sedes, & officia.

Supponendum est secundò, præter hos omnes Sensus, qui in corpore tantum existunt in hominis animo duplicem quoque potentiam intellectiuam spiritualem reperiri; altera dicitur intellectus Agens; altera intellectus Patiens. Prioris officium est, species intelligibiles simul cum Phantasmate producere: posterioris verò

verò, has ſpecies à priori intellectu productas in ſe recipere, & per eas intelligere; vnde huic Patientis, illi Agentis nomen obuenit.

Senſus ſola ſingularia: intellectus etiam Vniuerſalia percipit.

Supponendum tertiò, inter Intellectum & Senſum hoc, inter alia, diſcrimen, quò ad cognitionem, eſſe, q̃ Senſus, quia corpori affixus eſt, nihil percipere poſſit, niſi ſingulare, vt [hoc album] [hoc lucidum] intellectus verò, ob ſuam immaterialitatẽ, Vniuerſalia etiam attingat, vt [albũ in cõi] [hominem in communi,] &c.

Intellect⁹ ſolum põt abſtrahere Vniuerſale.

Ex quo diſcrimine ſequitur, Vniuerſalis abſtractionem, non à Senſu, ſed ab Intellectu ſolùm perfici poſſe; vt enim res aliqua fiat vniuerſalis, abſque ſingularitatibus cõcipienda eſt; ergo ſi intellectus dumtaxat rem communem abſque differentijs indiuiduantibus, ſeu ſingularibus concipere poteſt, ad illũ tantùm rei vniuerſalis abſtractio ſpectare põt.

Quo pacto abſtrahatur Vniuerſale.

Porrò ea ſic perficitur. Offert ſe Indiuiduum aliquod ſenſibile externo Senſui, v.g. hoc album oculo: imprimitq. in illum ſui ſpeciem, qua oculus informatus elicit viſionem illius albi: ex viſione per foramina, quæ patent, ab oculis ad Senſum cõmunem [neruos Opticos vocant] dimanat alia ſpecies idem albũ repræſentãs, licèt cum aliqua modificatione: per hanc format communis Senſus eiuſdem albi notitiam: ex qua rurſus egreditur alia ſpecies ad Phantaſiam in loco penitiori conſtitutam; (quæ peculiari vocabulo Phantaſma impreſſum dicitur) hoc imbuta Phãtaſia, ſuam exprimit cognitionem, quam idcirco Phantaſma expreſſum nuncupamus. Ex hoc Phantaſmate expreſſo prodire deberet ſpecies in Intellectum Patientem, vt ea informatus obiectum cognoſceret, vt in ceteris potentijs fieri docuimus, ſed quia ſpecies in intellectum producenda debet eſſe ſpiritualis, vt in ipſo Intellectu ſpirituali recipi queat, Phantaſma autem eſt corporeum, quemadmodum potentia, & organum, in quibus inhæret, non poteſt per ſe ſolùm producere ſpeciem. Hac de cauſa conceſſus eſt intellectus Agens, qui ſuo conſortio ita eleuat Phantaſma, vt ſimul cum ipſo producere queat ſpeciem ſpiritualem, quam Patiens Intellectus recipit, per eamq. operatur.

An ſolo cõcurſu Intellectus agentis abſtrahatur Vniuerſale. Scotus. D. Thom.

Sed quò Vniuerſalis abſtractionẽ (qui erat huius doctrinæ ſcopus) tãdem explicemus, aduertendum eſt ex lib. 3. de Anim. circa repræſentationem illius ſpeciei, quæ ex concurſu Phantaſmatis cum Intellectu Agente producitur, eſſe duplicem opinionem, primam Scoti in 4. diſt. 45. q. 3. aſſerentis, in illa ſpecie repræſentari eãdem Naturam ſingularem, quæ in Phantaſmate relucebat; ſecundam D. Thom. 1. p. quæſt. 68. art. 1. docentis, eam ſpeciem referre ſolam Naturam communem eius Indiuidui, quod in Phantaſmate apparebat, relictis conditionibus ſingularibus. Quæ opiniones æqua ferè probabilitate in hac ſchola defenduntur. Quare, quid in propoſita quæſtione iuxta vtramq. dicendum ſit, breuiter explicemus.

Quid dicẽdum in opinione Scoti.

Igitur, ſi ſpecies ab Intellectu Agente producit rem ſingularem, iuxta primam ſententiam, repræſentat: adhuc in ea ſpecie abſtractio nõ datur rei vniuerſalis: ſiquidem Natura ibi non apparet à differentijs libera, quo ſolùm modo abſtracta cenſetur: ſed opus eſt, vt intellectus Patiens concipiendo per illam ſpeciem Singulare in ea repreſentatum, diſtinguat Naturam communem à ſingularitate, & formet peculiarem Naturæ communis conceptum. Quod Intellectus efficit, vel cognito vno tantum Singulari, relinquendo eius differentiã indiuiduãtem, & in ſolam Naturam communẽ intendendo, vt nunc dicebamus: vel pluribus Singularibus cognitis, & inter ſe collatis, ſeparando illud, in quo omnia conueniunt, & de eo conceptum efformando. Vtrouis enim modo ſe gerat, ſemper Natura communis in ſuo proprio conceptu præciſa repræſentatur, & iuxta hunc modũ rei vniuerſalis abſtractio non ad Intellectum Agentem, ſed Patientem ſpectat.

In alia verò ſententia, quæ aſſerit

Quid respondẽdũ iuxta opinionem D. Thom.

Speciem ab intellectu Agente productam esse repræsentatiuam solius Naturæ communis (iuxta quam deinceps frequentius loquemur) dicendum est, primâ abstractionẽ Vniuersalis ad Agentem intellectum pertinere; siquidẽ in specie ab eo producta primò appareat res cõis omni singularitate denudata. Diximus, primâ abstractionem pertinere ad intellectũ Agentẽ; quoniam intellectus patiẽs, illam speciem recipiendo, formatcõceptum eiusdem Naturæ communis, in quo illa non minus abstracta relucet: ex hoc cõceptu eruit intellectus alium vniuersaliorem. Naturæ. i. magis vniuersalis, idq; altero è duobus modis proximè assignatis in specie abstrahenda, videlicèt aut pluribus speciebus inter se collatis, aut differentia contempta, apprehendendo partem cõmuniorem. Quamuis hic secundus abstrahendi modus non plenè ostendat, quam vniuersalitatem res habeat, vt infra explicabitur. Abstractione ita posita, supereſt, vt videamus, quam vniuersalitatem res per illam consequatur.

ARTICVLVS III.

VTRVM NATVRA communis sit formaliter vniuersalis in specie intelligibili?

Tres de hac re opiniones ponuntur.

Scotus. Bargius. D. Thom. Auerroes.

TRes in hac quæstione sententiæ numerari solent. Prima Scoti in 2.d.3.q.1.ad 1. Bargij in 1.d.3.q.6. & aliorum existimantium, Vniuersale formaliter, & in actu solum dari per actionem intellectus possibilis, & ante illum nihil habere Naturam, quod secundum se non obtineat. Secunda D. Thomæ 1.p.q.85.artic.1.& 3. de Ente, & essentia, cap.4. & alibi sæpe. Commentat.2.de Anima, com. 10. & plurium asserentium, intellectum Agentem efficere rem vniuersalem, & patientem supponere Vniuersale factum. Tertia demum sententia (quam sequi videtur Caietanus libro de Ente, & Essentia, c.4.)

Caietan.

vtitur distinctione: admittit enim, Naturam in specie intelligibili, quæ procedit omnem actum intellectus possibilis, esse vniuersalem actu, & formaliter, quo ad conuenientiam; non verò quo ad existentiam; hoc est, ei conuenire vniuersalitatem, ita vt possit eam simpliciter, & absolutè denominare: non tamen in eadem existere.

Aduertitur quippiam.

Vt explicetur, quantum veritatis sit in qualibet earum opinionum: & quæ earum simpliciter approbanda sit: opus est in memoriam reuocare duplicem illam vniuersalitatis acceptionem; vnam negatiuam, pro aptitudine, scilicet, coniuncta vnitati; alteram positiuâ, pro relatione rationis, qua Vniuersale refertur ad Particulare. Dissensio enim illarum opinionum magna ex parte prouenit ab eiusmodi acceptionum confusione. Dicamus igitur in præsenti articulo de Vniuersali absoluto, & in quæstione sequenti de eodem, quatenus relatiuum est.

Prima conclusio.

Sit prima conclusio; Vniuersale, eo modo sumptũ, actu & formaliter est in specie intelligibili quæ præcedit actum intellectus possibilis, eo pacto, quo negationes, & priuationes sunt in rebus. Probatur. Natura cõis in ea specie apparet denudata omnibus differentijs cõtrahentibus, ergo apparet cum vnitate præcisionis, quæ nihil est aliud, quàm differentiarum carentia: & sine repugnãtia ad essendum in multis, quæ est aptitudo consequens illam vnitatem: habet ergo in actu totam rationem Vniuersalis absoluti. Secundò. Si homo ita realiter existeret, vt obiectiuè repræsentatur in specie, haberet formaliter vnitatem, & aptitudinem, vt haberent Platonis Ideæ, si darentur: ergo, prout hic obijcitur, eadem formaliter habet. Tertiò. Si intellectus formet conceptum de homine, prout habet statum obiectiuum in specie intelligibili, procul dubio cognosceret hominem carentem differentijs; ergo habebat in se talem carentiam. Patet consequentia. Quia intellectus de nouo nihil homini tribuit: sed quod iam possidebat, apprehendit. Antecedens est manifestũ: quoniã si

concipiat

cōcipiat Naturam cum differentijs, non fertur in illum ſtatum obiectiuum, ſed in realem quem Natura habet ſecundum ſe.

Explicat longius.

Diximus, eſſe vnitatem, & aptitudinem formaliter in Natura, eo modo, quo negationes ſunt in rebus quoniam (vt poſtea dicemus) negationes, & priuationes dupliciter ſunt in ſubiecto: primò, merè negatiuè; quatenus ſcilicet ab eo remouēt formam, nihil ponendo; quo pacto non eſt aliud eſſe in quopiam negationem, quàm non eſſe formam negatam; illam enim abſentia cenſetur formaliter eſſe in re. Secundò eſt negatio in ſubiecto, cum per Intellectum apprehenditur ad modum entis remouentis aliud; quo modo eſt in oculo cæcitas, cum eam concipimus, velut formam exiſtentem in oculo, expellentemq. viſum. Dicimus ergo, vniuerſalitem negatiuè ſumptam eſſe in Natura per ſpeciem repræſentata priori illo modo; quamuis peculiariter ipſa vniuerſalitas nō apprehendatur, ſi quidem in Natura, vt ſic, non inueniuntur differentiæ contrahentes.

Obijcitur.

Occurrit.

Quod ſi opponas, vniuerſalitatē in noſtra ſententia eſſe negationem rationis: ergo nō cenſeri formaliter exiſtentem, niſi per rationem cognoſcatur; non poſſunt enim eſſe melioris conditionis negationes, quàm entia rationis; ſed illud non exiſtere formaliter, niſi cognitum, oſtendemus quæſtione ſequenti; ergo idem erit de negationibus aſſerendum. Reſpondetur, diſtinguendo primam cō ſequentiam; ſi enim per exiſtentiam formalem negationum rationis intelligat eam, quæ reſpondet exiſtentiæ negationum realium ſecundum ſe: neganda eſt; quoniam ad eiuſmodi exiſtentiam ſufficit, vt per rationē fiat id, quod à parte rei fit, vt cenſeatur eſſe negatio realis, videlicet, vt ſeparetur forma à ſubiecto; quemadmodum enim creditur eſſe realiter in capite calui tium, poſita amiſſione capillorum, ita par eſt, exiſtimetur eſſe intentionaliter in Natura carentiam differentiarum, poſtquam per intellectum præſcinduntur. Sin formalis exiſtentiæ nomine intelligatur exiſtentia reſpondens exiſtentiæ relationum rationis, concedēdū eſt, ad hanc neceſſariam eſſe formalem negationis cognitionem. Nos verò in priori ſenſu locuti ſumus.

Secunda concluſio.

Secūda cōcluſio. Vniuerſalitas poſitiua, hoc eſt, relatio Vniuerſalis, vnitaſq. & aptitudo, vt ſunt entia rationis, non poſſunt exiſtere in Natura ante actum Intellectus Poſſibilis: ei tamen conueniunt, vbi primum ſine differentijs contrahentibus, in ſpecie intelligibili ab Intellectu Agente producta, repreſentatur. Hæc quæſt. ſequenti art. 3. probanda eſt. Nunc eam propoſuimus, vt pateat, qua ratione tres opiniones, initio huius art. propoſitæ, componendæ ſint. Nam Scotus aut negat vniuerſalitatem poſitiuè ſumptam formaliter exiſtere in Natura per ſpeciem Intellectus Agentis repræſentata; quod verum eſt, & iuxta primam concluſionem. Aut certè loquitur conſequenter ad opinionem proximo articulo memoratam, qua aſſerit, ſpecies intellectus Agentis eſſe rerum ſingularium proprias: tunc enim egregiè negat, ante Intellectum Patientem habere poſſe Naturam aliquid amplius, quàm habeat ſecundum ſe. Aut D. Thomas explicari poteſt, de vniuerſalitate negatiua, quam in prima concluſione tradidimus: quamuis in pleriſq. locis de relatione loqui videatur, vt aliqui Thomiſtæ volunt. Nobis tamen non placet, ob eas rationes, quas afferemus in proxima quæſtione. Tertia demum ſententia procedit de ſola vniuerſalitate poſitiua, ſeu quæ eſt ens rationis, de qua veriſſimè ſanxit, non exiſtere in Natura per ſpeciem à Phantaſmate erutam repræſentata, eidem tamen conuenire; vt in 2. concluſione diximus, & ſtatim oſtendemus.

Digitized by Google

QVÆSTIO VI.

DE EXISTENTIA VNIVERsalitatis relatiua.

ARTICVLVS I.

QVID SIT ENS RATIONIS, & quomodo existat.

QVia relatio Vniuersalis communi omnium consensu inter entia rationis numeratur, & nulla species absq; sui generis cognitione perfectè dignoscitur, necesse fuit, vt, antequàm eius naturam, existentiamq; declararemus, entis rationis in communi naturam, modumq. essendi constitueremus. Supponimus de communi Autorum sententia, dari quoddam genus entis à reali diuersum, quod meritò ens rationis nuncupetur. Ita docuit Arist. 4. libr. Metaph. cap. 2. & lib. 5. cap. 7. & lib. 6. cap. 1. item 6. tex. 8. iuxta vulgarem Interpretum sensum, speciatim D. Thomæ, qui idem docet 1. p. q. 15. artic. 2. ad 3. & q. 16. artic. 3. ad 2. 1. 2. q. 8. artic. 1. ad 3. Opusc. 42. cap. 1. Caiet. cap. 1. & 4. de Ente & essentia. Hispal. 1. Sentent. d. 19. q. 3. Scot. in Quodlib. q. 1. Ocham in 1. d. 2. q. 8. vbi fatetur, esse communem existimationem, à qua recessit tantùm Durandus in 1. d. 19. q. 5. num. 6. & fortasse Paulus Venetus, q. 4. procœmiali in Logicam, qui saltem, vt hoc ens negarent, illud fabricati sunt; atque adeo re ipsa concesserunt. Quod magis patebit, cum illius definitionem tradiderimus.

Datur ens rationis ab ente reali diuersum. Arist.

D. Thom. Caietan. Hispal. Scotus. Ocham.

Durand. Paul. Ven.

Definitur ens rōnis. Auerroes.

Definitur ens rationis à Commentatore lib. 6. Metaphy. comm. 3. Ens, quod solùm habet esse obiectiuè in intellectu. Vnde collecta est vulgaris definitio. Ens rationis est, cuius esse pendet ab operatione intellectus obiectiuè.

Tripliciter aliquid pēdet ab intellectu, effectiuè, subiectiuè, & obiectiuè.

Quæ vltima differentia, qua natura huius entis à ceteris discriminatur, vt intelligatur, est aduertendum, trifariam dependere posse existentiam alicuius entis ab intellectu, effectiuè, subiectiuè, & obiectiuè. Primo modo pendent arte facta, domus, nauis, & quæ per artem fiunt. Secundò species, & conceptus, qui sustentantur ab anima, mediante intellectu, in quibus etiam est dependentia effectiua ab eodem intellectu: sed hæc entia cum habeant veram, realemque existentiam, secundum quam in mundo existunt, quantumuis intellectus de ijs nō cogitet, simpliciter sunt realia. Tertiò modo pēdent entia, quæ ideò existere dicuntur, quia ab intellectu considerantur. Quorum adhuc genus duplex est. Quædam enim habent quidē esse obiectiuum, cum mente cōcipiuntur, sed præter illud habent suum esse reale, quo pacto se habent omnia entia realia. Quædam nullum aliud esse habent, quàm obiectiuum, ita vt, cessante eorum apprehensione, protinùs euanescant. Vnde D. Thomas Opusc. 42. cap. 1. dixit, hæc entia tūc esse, cum intellectus fingit per modum entis id, quod non est. Vnde clarius patet, quàm falsò negarit Durandus hæc entia, cum nemini dubium sit, multa nos apprehendere posse, quæ non sunt in mundo, veluti si essent: concipimus enim in natura communi respectum ad Particularia: in oculis cæcitatem, quæ ibi nihil sunt. Patet etiam, quid interfit inter hoc ens, & reale; nimirùm, quia ens rationis nō habet aliud esse, quā obiectiuū: reale verò vt sit, non pendet obiectiuè ab intellectu, seu habet aliud esse, quam sic obiici.

tellectu, effectiuè, subiectiuè, et obiectiuè.

D. Thom.

Durand.

Duo sunt, quæ proposita descriptioni opponuntur. Primum: entia rationis habere necessariò aliquam causam efficientē; ergo non rectè dici ea, quæ obiectiuè tantùm pendent ab intellectu. Nam causa efficiēs, quà talis, non cōfert solùm esse subiectiuū. Antecedens probatur: quia ens rationis incipit esse de nouo; cum antea non esset, sed non potest incipere a se; nulla quippè res à se ipsa incipit; ergo ab aliqua causa, modo aliquo effectiua.

Obijcitur primum.

Secun-

Obijcitur secundum.

Secundum. Non à solo intellectu fabricari entia rationis; ergo perperam dictum esse in definitione, [quę pendent obiectiuè ab intellectu.] Antecedens probatur. Quia voluntas efficit entia rationis; nam ea potentia, quę ordinat vnum ad aliud, in qđ secundum se ordinatum non est, tribuit illi respectum rationis: sed voluntas dirigit nonunquam medium ad finem non naturalem, vt cum Deum ordinat ad creaturâ; ergo efficit ens rationis. Maior patet. Quia relatio ficta p intellectũ, vbi non erat, est nouissimũ ens rationis, vt asserit D. Thomas locis paulò antè citatis, & 1.p.q.75.art.1.& de Potentia, q.7. art.10. Minor probatur. Quoniam amare vnum propter aliud, est hoc ad illud intentionaliter ordinare.

D.Thom.

Occurritur primò. Sõcinnas.

Ad primã obiectionem negat Sõcin. 6. Metaph. q.18. ens rationis pendere effectiuè ab aliquo; quoniã omnis effectio, cum sit realis actio, terminatur ad aliquod esse realis existẽtię: sed entia rationis hoc esse nõ habent; sed eò tantũ esse perhibentur, qa cognoscuntur: ergo nullã effectionem terminare queunt: atque adeò nec causam habere. Ac meritò quidem ita sentit Soncinnas, si de causa realiter agẽte fit sermo; nec obiectio aliud cõcludit: distinguit namq. Maiorem, & Minorem, quibus primum antecedens confirmatur: solum enim probant id, quod realiter incipit esse, habere aliquod inceptionis principium: id verò, quòd incipit cognosci, requirit quidem causam illius cognitionis, qua attingitur, sed ea non potest censeri causa efficiens sui esse: quia nullũ esset pręter ipsũ cognoscibile. Nihilominus sumendo causam cum proportione ad effectum, admittenda est cũ Scoto quæst. 4. Vniuersalium causa, aliqua ratione effectiua entis rationis, seu existentiæ illius: nam esse obiectũ non datur, nisi in aliqua imagine intellectus, sed intellectus efficit eam imaginem, p eamque tẽdit in obiectum: ergo dici potest efficere existentiam obiectiuam. Vbi cessat ratio Soncinnatis: concedimus enim aliquid reale, in quod primo tendat effectio, imaginem, scilicet, entis rationis, cuius merito cõcedenda est intellectui effectio in ipsum ens.

Scotus.

Occurritur secundò. Scotus.

Ad secundam obiectionem totum concedit Scotus in 1. d. 43. q. vnica, opinaturq. illud obiectiuè extendẽdum esse ad voluntatem: imò, si quis ad sensum vsque pertraxerit, non multùm repugnat. Verùm opposita sententia, asserens, in solo intellectu existere entia rationis, est communis, & vera. Primò: quia duplex tantùm esse constituitur ab Aristotele 3. de Anima, & à reliquis Philosophis; vnum reale, alterum in anima: illud habent res in mundo: hoc cum fiunt animæ per aliquam imaginem præsentes: atqui voluntas cum operatur, non efficit imaginem, in qua res pręsens constituatur: ergo nõ prębet esse in anima; quod est proprium entis rationis. Secundò. Obiectum voluntatis non est ens, sed bonum: ergo licet voluntas feratur in aliquod, tanquam in suum obiectũ, quod re vera non esset, ex vi talis actus illud obiectum non habebit rationem entis. Nos verò ex communi sententia ostendimus, ens rationis ex eo dicens, quia obijcitur potẽtiæ, per modum entis. Tertiò. Appetitio ex genere suo est transitus ad rem ipsam: cognitio verò est abstractio rei ad se: ergo hæc, & non illa idonea est ad conferendum esse alicui rei. Nec ratio pro Scoto negotium exhibet: quia vt rectè docuit D. Thomas 1. q. 83. art. 1. ordinare vnum ad aliud non est opus voluntatis, sed intellectus; vnde voluntas, quando amat vnum propter aliud, non dirigit, sed supponit per intellectum vnum apprehensum, vt bonum propter aliud, & complectitur amore, quod sibi propositum est. Summum ergo, quod volũtas negotiatur circa ens rationis, vt docet Caietanus 1.p.quæst. 28. artic. 1. solùm est præparatio fundamenti proximi ad conuenientiam relationis. Quod, inquit, non modò voluntas, sed etiam sensus præstat, quia, dum visus parietem cernit, præbet

Aristot.

D.Thom.

Caietan.

gitized by C

ber illi proximum fundamentum relationis vifi . Imò res aliæ idem efficiunt; nam qui fe collocat dextrum refpectu columnæ , cauſat in ea,quidquid neceſſarium eſt,ad conuenientiam relationis dextri.

1. Concl. Ex dictis,præſertim contra Scotũ, colliges, quo rationis actu exiſtere cenſeatur ens rationis: ſed maioris perſpicuitatis cauſa duabus concluſionibus id eſt explicandum. Prima, Quodcũque ens rationis exiſtit primò in eo conceptu , quo percipitur vt ens id,quod ſecũdum ſe,ſeu à parte rei nihil eſt. Eſt D. Thomæ Opuſc. 42.cap.1.1.p.q.75.art. 1. & reliquorum communiter. Probatur. Eſſe entis rationis eſt fictum,cumaliquo tamen fundamento in re; ergò per nullum actum commodiùs exiſtere poteſt quam per eum , quo fingitur , de ſumpta ſimilitudine à productione reali. Etenim actus , quo intellectus fingit ens rationis eſſe , reſpondet actioni , qua producitur ens reale in mundo: ſed hoc primò eſt per illam actionem ; ergo ens rationis erit per cognitionem illi reſpondentem. Diximus . [quodcunque ens rationis] quia ſiue relationes , ſiue alia entia abſoluta(de quibus ſtatim dicemus) in hoc conueniunt, quòd mente fingantur;ergo paria erũt in modo exiſtendi per eandem mentis fictionem. Verbi cauſa,negatio,aut priuatio exiſtit, cum intellectus apprehendit carentiam alicuius formæ , quaſi realẽ entitatem exiſtentem in ſubiecto;& expellentem formam oppoſitam: relatio verò rationis, cum apprehendimus in vno extremo ordinem ad aliud , ad ſimilitudinem relationis realis.

D. Tho.

2. Concl. Secunda concluſio. Relatio rationis exiſtit in conceptu comparatiuo. Ita ferè loquitur Antiquitas;nam Albertus Magnus in Prædicamento Ad aliquid , cap. 1. eum conceptum ſic appellat , appellatumq. fuiſſe à Zenone Elate, Auicenna , Alpharabio, & Auerr.docet. Poſſumus etiam referre oẽs poſteriores Philoſophos; Scotum in 1.Sentent. citatum , & 5. Metaph.q.11.D.Thom.1.p.q.28.art.

Alb. Mag. Zeno. Auicen. Alpharab. Auerr. Scotus. D. Tho.

11. afferentem, relationem rationis eſſe tantum in apprehenſione rationis cõferentis vnum alteri;& quæſt. 15.art.2.ad 3.dum loquitur de reſpectibus Idearum, ait, eiuſmodi reſpectus non cauſari à rebus , ſed ab intellectu diuino cõparante eſſentiam ſuam ad res. Probatur. Relatio rationis non exiſtit,niſi in conceptu,quo fingitur eſſe ad modum reſpectus realis: ſed non poteſt conceptus repræſentare reſpectum , ſeu ordinem vnius ad aliud, quin contineat quandam comparationẽ extremorum inter ſe ; ergo vocari poteſt conceptus comparatiuus.

Sed diſſenſio eſt inter Autores, qualisnam ſit eiuſmodi conceptus comparatiuus; duplex enim excogitari poteſt. Vnus,quo comparentur extrema, ſeu fundamẽta relationum rationis;veluti,cum in prædicatione attribuimus album Socrati , conceptus albi comparat album ad Socratem ,& conceptus Socratis ſimiliter eum refert ad album. Alius,quo apprehenduntur ipſa extrema , vt iam comparata , ſeu ipſam comparationem extremorum:qui ſupponit quidem priorem conceptum , ſed formaliter repræſentat ipſam relationem rationis,vel directò,vel in obliquo , ideſt , aut repræſentando formaliter relationem , & concernendo ſubiectum : aut formaliter ſubiectum,deuoluendo relationem .

In quo cõceptu comparatiuo exiſtat relatio rationis.

Scotus priorem tantum conceptum videtur exigere : ait enim 5. Metaphyſ. q.11. fallum eſſe relationem fieri actu reflexo : fit enim , inquit, primo actu directo intellectus comparantis hoc ad aliud. Quo fundamento nixus affirmauit , voluntatem poſſe efficere relationem rationis, quia poteſt vnum comparare ad aliud. Fauet D. Thom. illaq. 15. de Ideis; dixit enim reſpectus Idearum conſurgere in intellectu diuino comparante eſſentiam ad creaturas . Et probatur hæc ſententia . Quoniam relatio eſt comparatio duorum inter ſe: ſed hæc tum maximè datur, cum intellectus confert extrema; ergo, &c. Deinde . Relatio rationis fit eo

Scotus. Proponitur Scoti opin.

D. Thom.

actu,

actu, quo cognoscitur: sed primo actu fit relatio: nam secundo quasi reflexo cognoscitur, quod á priori actu factum est; ergo in eo existit relatio.

D. Thom. Caietan. Opinio D. Thomę approbatur, & ratione suadetur.

Contraria sententia est D. Thomæ omnibus locis citatis. Possumus idem colligere ex Caietano 1. p. q. 28. art. 1. vbi sic loquitur. Relationes rationis non sunt actu, nisi cum intelliguntur. Ratio ex dictis est manifesta. Nullum ens rationis existit, nisi in conceptu, in quo repræsentatur: relatio est eiusmodi ens; ergo repræsentari debet, vt existat: atqui nō relucet in primo conceptu, licèt magis propriè comparatiuo, sed in secundo; ergo is erit omninò necessarius: qui, licèt minus propriè, comparatiuus tamen dici potest, quatenùs concipit ipsam comparationem formaliter sumptam. Quo etiam nomine, licèt magis impropriè, affici posset conceptus, qui fingeret relationem in abstracto (quem ad relationis existentiam sufficere probabilius est) semper enim maneret conceptus comparationis.

Scoti rationes infirmantur.

Ad rationes pro priore conceptu respondemus, relationem non fieri, nisi per conceptum comparatiuum formaliter: in vtraque verò ratione sumi comparationem materialiter, pro ea scilicet, quæ fit inter extrema, & est fundamentum relationum aduenientium per formalem comparationem.

ARTICVLVS II.

QVOTVPLEX SIT ENS rationis.

Sōcinnas. Ens rationis triplex, relatio, negatio, priuatio. D. Thom. Caietan.

PRætermissa ea quadrimembri diuisione, qua vtitur Soncin. 6. Metaphys. quæst. 18. vulgaris est in tria membra, in relationes scilicèt, negationes: & priuationes. Eius meminit Diuus Thomas quæst. 21. de Veritate, artic. primo. Soncin. 6. Metaphys. quæst. 18. ex parte, Caietanus capit. 1. de Ente & essentia, iuncta quæst. 28 primæ partis, art. 1. alijque Recentiores. Colligi verò potest ex varijs locis Aristotelis. In primis relationes rationis insinuat lib. 5. Metaph cap. 15. initio & fine: Ibi enim cōstituit tertium genus relationum, quæ fundantur in mensura, quarum altera necessariò est rationis. Et lib. 6. cap. vltimo, vocat ens rationis ens verum, iuxta commentationem Auerrois in eundem locum. Negationes, & priuationes inter entia numerat, lib. 4. capit. 2. non inter realia, vt planum est; ergo inter entia rationis, iuxta communem interpretum sensum. Auerroes.

Nec est difficile ostendere, hæc omnia participare descriptionem entis rationis, quam tradidimus. Et quod attinet ad relationes, plerumque concipimus duo extrema inter se ordinata: aut quia aliter ea intelligere non possumus: aut quia habent aliquod fundamentum illius ordinis, in quibus tamen realis relatio nō est; ergo in eo euentu cognoscimus respectum, qui non habet aliud esse, quàm ab intellectu fingi, & cognosci; quæ erat ratio entis rationis à nobis assignata. Antecedens afferitur à Diuo Thoma 1. p. quæst. 75. artic. 1. Et patet in materia, de qua disputamus. Nam hominem in communi apprehendimus, vt relatum ad Particularia; vbi constat, non reperiri relationem realem, ob extremorum identitatem. Similiter, cum intellectus respiciat, rem visam attingi extrinsecè à visione, tunc concipit rem visam per ordinem ad visum; at ille ordo in re visa nihil est, quod antea non esset; quia cognitio extrinseca non mutat rem; erit ergo respectus rationis. Pari facilitate idem ostendi potest in negationibus, & priuationibus. Etenim, cum affirmamus negationem de aliquo, vt in hac propositione, [homo est cæcus] necessariò eam concipimus quasi formam existentem in re. Quod docet D. Thomas 4. Metaph. cap. 2. ab ipsa experientia; nemo enim aliter sentit se apprehēdere negationem, aut priuationem: saltem in eo casu. Et probatur. Quia verbum [est] per quod in ea prædicatione cæcitatem affirmamus, Probatur tradita partitio. D. Tho.

Digitized by Google

mus, denotat aliquam actualitatem, ſeu aliquod eſſe: non reale; ergo rationis; nam concipi aliquid, quod re vera non eſt, admodum formæ exiſtentis in ſubiecto, eſt eſſe ens rationis, iuxta propoſitam deſcriptionem.

Obijcitur aduerſus traditā partitionem.

Obijcies tamen propoſitam diuiſionem ex altera parte redundare, ex altera deficere; redundare quidam, quia priuatio eſt negatio, entia verò rationis non ſunt negationes. Præterea, quod à parte rei eſt in mūdo, ens rationis eſſe non poteſt; cum aliud eſſe habeat, quàm obiectiuum: ſed negationes, & priuationes exiſtunt in rebus ante intellectum; ita enim loquitur Scriptura, Geneſ. primo. Et tenebræ erāt ſuper faciem abyſſi. Ita ſentit Diuus Thomas; prima parte, quæſtione quadrageſima octaua, articulo ſecundo. Caieta. ibid. Capreolus in ſecundo, diſtinctione trigeſima quarta, quæſtione ſecunda, ad primum. Ferrar. 3. contra Gentes, capite decimo nono. Doctor Fonſeca, libro 5. Metaphyſicorum, capite ſeptimo, quæſtio ſexta, ſectione quarta; & capit. vigeſimo octauo, quæſtione nona, ſectione prima. Et probatur. Quia aer, nulla operante intellectu, eſt tenebroſus: & cæcus verè & propriè habet cæcitatem. Niſi quis velit, eate nūs aliquem eſſe cæcum, quatenus mente cæcus concipitur; aliàs rectè perſpicere; quod manifeſtè eſt abſurdum. Idemque confirmat Ariſtoteles, capite de Oppoſitis; dum aſſerit, exiſtente proprio ſubiecto, neceſſariò in eo eſſe habitum, vel eius priuationem; vbi æquè tribuit exiſtentiam habitui, atque priuationi.

Gen. 1. D. Thom. Caietan. Capreol. Ferrar. D. Fonſec.

Obijcitur.

Deinde eſto, hæc eſſent entia rationis, non rectè diſtinguerentur in duo membra; quia negatio, & priuatio eiuſdem formæ, quatenùs carentiæ quædam ſunt, vel confictæ entitates, ſunt eiuſdem ſpeciei, ſolumque differunt per connotationem potentiæ ad illam formam; quia priuatio eam connotat, non verò negatio. Quæ differentia eſt accidentaria, & non pertinet ad eſſe rationis, ſed ad illud quodcunque eſſe, quod negationes habent in ſubiectis. Videtur autem deficere: quia figmenta non habent aliud eſſe, quam obijci rationi; ergo ſunt vera entia rationis; atque adeò conſtituendum fuit quartum membrum. Primum antecedens patet; quia Hircoceruus, Chymæra, & ſimilia, etſi ſupponant partes animalium, ex quibus conſinguntur, veras & reales, quatenus tamen compoſita, nec ſunt, nec eſſe poſſunt, niſi inſolis, nudiſque conceptibus.

Approbanda nihilominus eſt cōmunis diuiſio. Ad primam obiectionē reſpondemus, negationes bifariā conſiderari poſſe. Primò, ſecundum id, quod à parte rei habent: & eo pacto ſunt meræ carentiæ formarū, & non entia, vt de priuatione docet Ariſtoteles 1. Phyſic. cap. 8. Vnde meritò dicuntur à Caietano 1. p. q. 48. art. 2. nec entia realia, nec rationis. In quo ſenſu accipiendus eſt Fonſeca locis citatus, cum idem aſſerit: & Ariſtoteles in cap. de Oppoſitis. Et ſub hac conſideratione concedit D. Tho. & reliqui, negationes cōuenire rebus à parte rei, nō ponēdo, ſed tollendo; quod perinde eſt, ac non cōuenire à parte rei ipſdē rebus formas negatas. Secundò accipiuntur, vt diximus, ad imitationē formę realis, expellentis aliam ſibi oppoſitam à ſubiecto; qua ratione non exiſtunt, niſi cum mente concipiuntur, & idcircò participant naturam entis rationis. Quod attinet ad diſcrimen inter priuationem, & negationem, fatemur illud non eſſe abſolutè, & ſimpliciter eſſentiale propter rationem in argumento propoſitam; ſed ſolum aliquando. Id verò vt explicetur, aduertendum eſt, priuationem, ex eo quòd dicat, carentiam formæ cum aptitudine ad eam habendam neceſſario concipi ad modum formæ in ſubiecto, cui talis potentia ineſt. At negatio, quia ſolùm dicit carentiam formæ, concipi poteſt vel in ſubiecto, vel extra: vt concipitur nihil, vel ſpatium imaginarium. Et, quoniam exiſtere per ſe, & in alio, ſunt modi diuerſi in ipſa eſſēdi ratione, idcircò dicimus,

Satisfit primæ obiectioni.

Ariſt. Caietan.

priua-

priuationem, & negationem habere essentiale discrimen, quando sic opponuntur, idque satis esse vt constituant membra distincta. Posset quidem fieri ea diuisio in ens rationis positiuum, & negatiuum; primum membrum recurreret cum relatione; secundum subdiuideretur in priuatiuum, & negatiuum sub ea ratione, quam explicuimus. Verùm, quia negatio quatenùs ens rationis, est aliquid positiuum, ad tollendam confusionem illa diuidendi forma Philosophi vti maluerunt.

Satisfit 2. obiect.

Ad secundam obiectionem dupliciter responderi potest. Primò admittendo figmenta in toto rigore, esse entia rationis; non fuisse tamen comprehensa à Philosophis in tradita diuisione, quia nullum habent in natura fundamentum: vt notauit D. Thomas in 1 d. 2. q. 1. artic. 3. & d. 19. qu. 5. articul. 1. Quod latè explicat Fonseca citatus. In Philosophia verò non est vsus, nisi earũ rerum, quæ aliquam habent veritatem, cum de rebus in mundo existentibus affirmãtur. Vndè a quibusdam addi solet in definitione entis rationis [quod de rebus veris dici potest.] Secundo modo respondetur, figmenta comprehendi sub negationibus. Qui enim concipit Chymæram; apprehendit quidpiam negatiuum per modum entis positiui, excludentis illam distinctionem essentiæ, quæ est inter Capram, Leonem, & Serpentem. Quam responsionem eò magis approbamus, quia inter relationes, & negationes aliquæ sunt fictitiæ, quæ de nulla re vera dici possunt: vt relatio identitates inter Socratem, & Michaelem, & negatio animalis in homine, quas oporteret extra diuisum remanere, si figmenta sub eo non contineantur. Verùm ex hac doctrina rursum sequitur, non omnia figmenta pertinere ad negationes, sed aliqua fingi per modum relationis, vt patet in proposito identitatis exẽplo. Aliæ quæstiones sunt in hac materia, quas in alium locum cõsultò remittimus, ne tyronibus confusionem pariant.

D. Tho.

Doct. Fõs.

ARTICVLVS III.

VTRVM VNIVERSALITAS relatiua existat in specie intelligibili, an in conceptu?

PRima sententia asserit, relationem Vniuersalis existere in Natura, vbi primùm repræsentatur præcisa à differentijs contrahentibus, siue in conceptu, siue in specie intelligibili antecedente conceptum. Hanc indicat D. Thomas, prima parte quæstio. septuagesimaquinta, artic. 3. cum dicit, intentionem Vniuersalis prouenire ex abstractione. Expressè eam tuetur Sotus in Prædicabilia, q. 3. Toletus q. 2. à simili. Heruæus de Secundis intentionibus, q. 2. artic. 3. ait enim, relationem intellecti resultare in obiecto, cum primùm intelligitur. Præcipuum fundamentum est hoc. Posito fundamento proximo, illicò resultat relatio: sed abstractio ex proximum fundamentum relationis Vniuersalis; ergo, ea posita, pullulabit relatio.

1. Opinio.

D. Tho. Sotus. Toletus. Heruæus.

Secunda sententia omninò opposita, negat, relationem vniuersalitatis existere, aut conuenire Naturæ, antequam proprio conceptu Natura, & relatio apprehendatur. Hanc tenent aliqui Recentiores. Et quò ad primam partem probant. Quoniam nullum ens rationis existit, nisi actu cognoscatur: sed per solam abstractionem Naturæ, siue in conceptu, siue in specie non cognoscitur relatio; ergo fieri non potest, vt existat. Confirmatur primò. Quia ostendimus præcedenti art. ad existentiam relationis rationis opus esse conceptu comparatiuo; qui nullus ibi interuenit. Confirmatur secundò. Vniuersale, & Particulare, cum sint relata mutua, debẽt esse simul natura: at per repræsentationem Naturæ communis in specie non potest existere relatio Particularis: ergo nec relatio Vniuer-

2. Opin.

Digitized by Google

ſed à ſuis inferioribus, cum quibus identitatem habent, ſeparanda ſunt, realem abſtractionẽ ſubire nequeũt. Præterea, hæc abſtractio fit per intellectum, qui in rebus ſibi obiectis nullam actionem realem immediatè exercet.

Vniuerſalis abſtractio nõ eſt negatiua.

Deinde non abſtractio negatiua. Quoniam hæc poteſt eſſe falſa, vt [iuſtus non remuneratur] [impius non punitur] abſtractio verò Vniuerſalis, quà talis, nec debet ſecum pati falſitatem, nec negationem: ſiquidẽ non repugnat identitati.

Vniuerſalis abſtractio eſt p̃cisionis.

Supereſt abſtractio præciſionis, in qua nullum apparet vitium præcedentium abſtractionum, quò minùs Vniuerſali ſit accommodata. Quamuis enim inferiora abſque ſuperioribus concipi non poſſint, eò quòd in ſua eſſentia illa includant: ſuperiora tamen ab inferioribus non dependent, vt ſine eis cognoſci non poſſint. Diuiditur præciſionis abſtractio à

Scotus. Scoto 7. Metaph. q. 16. §. De illo igitur, in actualem, & habitualem: illa fit per actualem potentiæ cognitionem, hæc per habitualem ſpeciem, in qua res etiam repræſentatur. Supponimus enim (quod in 1. Perihermenias latè probamus) ſpecies eſſe rerum imagines.

Potentiæ appetẽtes non dicũtur abſtrahere.

Non prætermittemus, quod aliquis occaſione præcedentis doctrinæ ambigeret. An potentiæ quoque appetentes abſtrahant, cum è multis rebus inter ſe coniunctis vnum expetunt, reliquis omiſſis? Quod videre eſt in appetitu: ita enim fertur in ſaporem pomi, vt nec odorem, nec colorem penitus curet. Reſponderi poteſt negatiuè, ex communi illa doctrina, quod ſolę potentiæ cognoſcentes dicantur res attrahere ad ſeſe ratione ſpecierum, quas in ſe recipiunt, & cognitionum, quibus res ipſas per earum ſimilitudines continent: potentiæ verò appetentes ferantur potiùs, & attrahantur ad res, iuxta illud Dionyſij cap.

D. Dionyſ. 4. de Diuinis Nominibus, [Amor eſtaſim facit,] hoc eſt amantem extra

Aureol. D. Thom. Caietan. ſe rapit. Vnde Aureolus in 1. diſtin. 10. quæſt. 1. art. 2. affirmat amantem eſſe quidem in re amata: ſed rem amatam non eſſe in amante. Ad abſtractionem verò neceſſarium eſt, vt potentia attrahat rem; alioqui eam non ſeparabit ab his, cum quibus erat re ipſa coniuncta. Non repugnat huic reſolutioni id, quod tradit D. Thomas 4. contra Gentes, cap. 19. & alij locis citatis à Caietano 1. p. q. 27. art. 3. rem etiam amatam eſſe in amante: quia, vt ibidem exponit Caietan. id eatenùs verum eſt, quatenus amatum quandam conuenientiã habet cum amante: non quaſi ſecundum ſuum eſſe, aut reale, aut intentionale, ſeu repræſentatum in amante conſiſtat.

ARTICVLVS II.

QVO PACTO HAEC *vniuerſalis abſtractio perficiatur.*

QVoniam huius articuli doctrina in libris de Anima ex profeſſo tractatur, à nobis in præſenti non diſcutienda, ſed breuiter ex eo loco ſupponenda eſt.

Duplex eſt ſenſus internus, cõmunis vnus: ſecundus Phantaſia. Illorùm ſedes, & munia.

Primò igitur ſupponimus, in homine, præter quinque ſenſus externos, dari duos internos: quorum primus in prima cerebri parte conſiſtit, diciturque Senſus communis; non quia res communes percipit, ſed quia omnia Senſuum externorum obiecta cognoſcit. Secundus collocatur in reliqua cerebri parte, & frequentius Phantaſia nuncupatur: huius officium eſt ea, quæ Communis Senſus præſentia tantùm cognoſcit, & præſentia, & abſentia percipere; num verò etiam minùs ſenſata cognoſcat, nihil ad hunc locum attinet.

Duplex eſt intellect⁹, agens, & patiens: illorum ſedes, & officia.

Supponendum eſt ſecundò, præter hos omnes Senſus, qui in corpore tantum exiſtunt in hominis animo duplicem quoque potentiam intellectiuam ſpiritualem reperiri; altera dicitur intellectus Agens; altera intellectus Patiens. Prioris officium eſt, ſpecies intelligibiles ſimul cum Phantaſmate producere: poſterioris verò

Digitized by Google

verò, has ſpecies à priori intellectu productas in ſe recipere, & per eas intelligere; vnde huic Patientis, illi Agentis nomen obuenit.

Senſus ſola ſingularia: intellectus etiam Vniuerſalia percipit.

Supponendum tertiò, inter Intellectum, & Senſum hoc, inter alia, diſcrimen, quòd ad cognitionem, eſſe, q̃ Senſus, quia corpori affixus eſt, nihil percipere poſſit, niſi ſingulare, vt [hoc album] [hoc lucidum] intellectus verò, ob ſuam immaterialitatẽ, Vniuerſalia etiam attingat, vt [albũ in cõ][hominem in communi,] &c.

Intellect⁹ ſolum põt abſtrahere Vniuerſale.

Ex quo diſcrimine ſequitur, Vniuerſalis abſtractionem, non à Senſu, ſed ab Intellectu ſolùm perfici poſſe; vt enim res aliqua fiat vniuerſalis, abſque ſingularitatibus cõcipienda eſt; ergo ſi intellectus dumtaxat rem communem abſque differentijs indiuiduantibus, ſeu ſingularibus concipere poteſt, ad illũ tantùm rei vniuerſalis abſtractio ſpectare põt.

Quo pacto abſtrahatur Vniuerſale.

Porrò ea ſic perficitur. Offert ſe Indiuiduum aliquod ſenſibile externo Senſui, v.g. hoc album oculo: imprimitq. in illum ſui ſpeciem, qua oculus informatus elicit viſionem illius albi: ex viſione per foramina, quæ patent, ab oculis ad Senſum cõmunem [neruos Opticos vocant] dimanat alia ſpecies idem albũ repræſentãs. licèt cum aliqua modificatione: per hanc format communis Senſus eiuſdem albi notitiam: ex qua rurſus egreditur alia ſpecies ad Phantaſiam in loco penitiori conſtitutam; (quæ peculiari vocabulo Phantaſma impreſſum dicitur) hoc imbuta Phãtaſia, ſuam exprimit cognitionem, quam idcirco Phantaſma expreſſum nuncupamus. Ex hoc Phantaſmate expreſſo prodire deberet ſpecies in Intellectum Patientem, vt ea informatus obiectum cognoſceret, vt in ceteris potentijs fieri docuimus, ſed quia ſpecies in intellectum producenda debet eſſe ſpiritualis, vt in ipſo Intellectu ſpirituali recipi queat, Phantaſma autem eſt corporeum, quemadmodum potentia, & organum, in quibus inhæret, non poteſt per ſe ſolùm producere ſpeciem. Hac de cauſa conceſſus eſt intellectus Agens, qui ſuo conſortio ita eleuat Phantaſma, vt ſimul cum ipſo producere queat ſpeciem ſpiritualem, quam Patiens Intellectus recipit, per eamq. operatur.

An ſolo cõcurſu Intellectus agentis abſtrahatur Vniuerſale. Scotus. D. Thom.

Sed quò Vniuerſalis abſtractionẽ (qui erat huius doctrinæ ſcopus) tãdem explicemus, aduertendum eſt ex lib. 3. de Anim. circa repræſentationem illius ſpeciei, quæ ex concurſu Phantaſmatis cum Intellectu Agente producitur, eſſe duplicem opinionem, primam Scoti in 4. diſt. 45. q. 3. aſſerentis, in illa ſpecie repræſentari eãdem Naturam ſingularem, quæ in Phantaſmate relucebat; ſecundam D. Thom. 1. p. quæſt. 68. art. 1. docentis, eam ſpeciem referre ſolam Naturam communem eius Indiuidui, quod in Phantaſmate apparebat, relictis conditionibus ſingularibus. Quæ opiniones æqua ferè probabilitate in hac ſchola defenduntur. Quare, quid in propoſita quæſtione iuxta vtramq. dicendum ſit, breuiter explicemus.

Quid dicẽdum in opinione Scoti.

Igitur, ſi ſpecies ab Intellectu Agente producit rem ſingularem, iuxta primam ſententiam, repræſentat: adhuc in ea ſpecie abſtractio nõ datur rei vniuerſalis: ſiquidem Natura ibi non apparet à differentijs libera, quo ſolùm modo abſtracta cenſetur: ſed opus eſt, vt intellectus Patiens concipiendo per illam ſpeciem Singulare in ea repreſentatum, diſtinguat Naturam communem à ſingularitate, & formet peculiarem Naturæ communis conceptum. Quod Intellectus efficit, vel cognito vno tantum Singulari, relinquendo eius differentiã indiuiduãtem, & in ſolam Naturam communẽ intendendo, vt nunc dicebamus: vel pluribus Singularibus cognitis, & inter ſe collatis, ſeparando illud, in quo omnia conueniunt, & de eo conceptum efformando. Vtrouis enim modo ſe gerat, ſemper Natura communis in ſuo proprio conceptu præciſa repræſentatur, & iuxta hunc modũ rei vniuerſalis abſtractio non ad Intellectum Agentem, ſed Patientem ſpectat.

In alia verò ſententia, quæ aſſerit

Quid respondẽdũ iuxta opinionem D. Thom.

Speciem ab intellectu Agente productam esse repræsentatiuam solius Naturæ communis (iuxta quam deinceps frequentius loquemur) dicendum est, primâ abstractionẽ Vniuersalis ad Agentem intellectum pertinere; siquidẽ in specie ab eo producta primò apparet res cõis omni singularitate denudata. Diximus, primâ abstractionem pertinere ad intellectũ Agentẽ; quoniam intellectus patiẽs, illam speciem recipiendo, formatcõceptum eiusdem Naturæ communis, in quo illa non minus abstracta relucet: ex hoc cõceptu eruit intellectus alium vniuersaliorem. Naturæ. i. magis vniuersalis, idq; altero è duobus modis proximè assignatis in specie abstrahenda, videlicèt aut pluribus speciebus inter se collatis, aut differentia contempta, apprehendendo partem cõmuniorem. Quamuis hic secundus abstrahendi modus non plenè ostendat, quam vniuersalitatem res habeat, vt infra explicabitur. Abstractione ita posita, supereſt, vt videamus, quam vniuersalitatem res per illam consequatur.

ARTICVLVS III.

VTRVM NATVRA communis sit formaliter vniuersalis in specie intelligibili?

Tres de hac re opiniones ponuntur.

Scotus. Bargius. D. Thom. Auerroes.

TRes in hac quæstione sententiæ numerari solent. Prima Scoti in 2.d.3.q.1.ad 1. Bargij in 1.d.3.q.6. & aliorum existimantium, Vniuersale formaliter, & in actu solum dari per actionem intellectus possibilis, & ante illum nihil habere Naturam, quod secundum se non obtineat. Secunda D. Thomæ 1.p.q.85.artic.1. & 3. de Ente, & essentia, cap.4. & alibi sæpe. Commentat.2.de Anima, com. 10. & plurium asserentium, intellectum Agentem efficere rem vniuersalem, & patientem supponere Vniuersale factum. Tertia demum sententia (quam sequi videtur Caietanus libro de Ente, & Essentia, c.4.) vtitur distinctione: admittit enim, Naturam in specie intelligibili, quæ procedit omnem actum intellectus possibilis, esse vniuersalem actu, & formaliter, quo ad conuenientiam; non verò quo ad existentiam; hoc est, ei conuenire vniuersalitatem, ita vt possit eam simpliciter, & absolutè denominare: non tamen in eadem existere.

Caietan.

Aduertitur quippiam.

Vt explicetur, quantum veritatis sit in qualibet earum opinionum: & quæ earum simpliciter approbanda sit: opus est in memoriam reuocare duplicem illam vniuersalitatis acceptionem; vnam negatiuam, pro aptitudine, scilicet, coniuncta vnitati; alteram positiuâ, pro relatione rationis, qua Vniuersale refertur ad Particulare. Dissensio enim illarum opinionum magna ex parte prouenit ab eiusmodi acceptionum confusione. Dicamus igitur in præsenti articulo de Vniuersali absoluto, & in quæstione sequenti de eodem, quatenus relatiuum est.

Prima conclusio.

Sit prima conclusio; Vniuersale, eo modo sumptũ, actu & formaliter est in specie intelligibili. quæ præcedit actum intellectus possibilis, eo pacto, quo negationes, & priuationes sunt in rebus. Probatur. Natura cõis in ea specie apparet denudata omnibus differentijs cõtrahentibus, ergo apparet cum vnitate præcisionis, quæ nihil est aliud, quàm differentiarum carentia: & sine repugnãtia ad essendum in multis, quæ est aptitudo consequens illam vnitatem: habet ergo in actu totam rationem Vniuersalis absoluti. Secundò. Si homo ita realiter existeret, vt obiectiuè repræsentatur in specie, haberet formaliter vnitatem, & aptitudinem, vt haberent Platonis Ideæ, si darentur: ergo, prout hic obijcitur, eadem formaliter habet. Tertiò. Si intellectus formet conceptum de homine, prout habet statum obiectiuum in specie intelligibili, procul dubio cognosceret hominem carentem differentijs; ergo habebat in se talem carentiam. Patet consequentia. Quia intellectus de nouo nihil homini tribuit: sed quod iam possidebat, apprehendit. Antecedens est manifestũ: quoniã si

concipiat

concipiat Naturam cum differentijs, non fertur in illum ſtatum obiectiuum, ſed in realem quem Natura habet ſecundum ſe.

Explicat longius.

Diximus, eſſe vnitatem, & aptitudinem formaliter in Natura, eo modo, quo negationes ſunt in rebus quoniam (vt poſtea dicemus) negationes, & priuationes dupliciter ſunt in ſubiecto: primò, merè negatiuè; quatenus ſcilicet ab eo remouêt formam, nihil ponendo; quo pacto non eſt aliud eſſe in quopiam negationem, quàm non eſſe formam negatam; illam enim abſentia cenſetur formaliter eſſe in re. Secundò eſt negatio in ſubiecto, cum per Intellectum apprehenditur ad modum entis remouentis aliud; quo modo eſt in oculo cæcitas, cum eam concipimus, velut formam exiſtentem in oculo, expellentemq. viſum. Dicimus ergo, vniuerſalitem negatiuè ſumptam eſſe in Natura per ſpeciem repræſentata priori illo modo; quamuis peculiariter ipſa vniuerſalitas nõ apprehendatur, ſi quidem in Natura, vt ſic, non inueniuntur differentiæ contrahentes.

Obijcitur. Quod ſi opponas, vniuerſalitatẽ in noſtra ſententia eſſe negationem rationis: ergo nõ cenſeri formaliter exiſtentem, niſi per rationem cognoſcatur; non poſſunt enim eſſe melioris conditionis negationes, quàm entia rationis; ſed illud non exiſtere formaliter, niſi cognitum, oſtendemus quæſtione ſequenti; ergo idem erit de negationibus aſſerendum. Occurrit. Reſpondetur, diſtinguendo primam cõſequentiam; ſi enim per exiſtentiam formalem negationum rationis intelligat eam, quæ reſpondet exiſtentiæ negationum realium ſecundum ſe: neganda eſt; quoniam ad eiuſmodi exiſtentiam ſufficit, vt per rationẽ fiat id, quod à parte rei fit, vt cenſeatur eſſe negatio realis, videlicet, vt ſeparetur forma à ſubiecto; quemadmodum enim creditur eſſe realiter in capite calui tium, poſita amiſſione capillorum, ita par eſt, exiſtimetur eſſe intentionaliter in Natura ea rentiam differentiarum, poſtquam per intellectum præſcinduntur. Sin formalis exiſtentiæ nomine intelligatur exiſtentia reſpondens exiſtentiæ relationum rationis; concedẽdũ eſt, ad hanc neceſſariam eſſe formalem negationis cognitionem. Nos verò in priori ſenſu locuti ſumus.

Secũda cõcluſio. Vniuerſalitas poſitiua, hoc eſt, relatio Vniuerſalis, vnitaſq. & aptitudo, vt ſunt entia rationis, non poſſunt exiſtere in Natura ante actum Intellectus Poſſibilis: ei tamen conueniunt, vbi primum ſine differentijs contrahentibus, in ſpecie intelligibili ab Intellectu Agente producta, repreſentatur. Hæc quæſt. ſequenti art. 3. probanda eſt. Nunc eam propoſuimus, vt pateat, qua ratione tres opiniones, initio huius art. propoſitæ, componendæ ſint. Nam Scotus aut negat vniuerſalitatem poſitiuè ſumptam formaliter exiſtere in Natura per ſpeciem Intellectus Agentis repræſentata; quod verum eſt, & iuxta primam concluſionem. Aut certè loquitur conſequenter ad opinionem proximo articulo memoratam, qua aſſerit, ſpecies intellectus Agentis eſſe rerum ſingularium proprias: tunc enim egregiè negat, ante Intellectum Patientem habere poſſe Naturam aliquid amplius, quàm habeat ſecundum ſe. Aut D. Thomas explicari poteſt, de vniuerſalitate negatiua, quam in prima concluſione tradidimus: quamuis in pleriſq. locis de relatione loqui videatur, vt aliqui Thomiſtæ volunt. Nobis tamen non placet, ob eas rationes, quas afferemus in proxima quæſtione. Tertia demum ſententia procedit de ſola vniuerſalitate poſitiua, ſeu quæ eſt ens rationis, de qua veriſſimè ſanxit, non exiſtere in Natura per ſpeciem à Phantaſmate erutam repræſentata, eidem tamen conuenire; vt in 2. concluſione diximus, & ſtatim oſtendemus.

Secunda concluſio.

Digitized by Google

QVÆSTIO VI.

DE EXISTENTIA VNIVERsalitatis relatiua.

ARTICVLVS I.

QVID SIT ENS RATIONIS, & quomodo existat.

QVia relatio Vniuersalis communi omnium consensu inter entia rationis numeratur, & nulla species absq; sui generis cognitione perfectè dignoscitur, necesse fuit, vt, antequàm eius naturam, existentiamq; declararemus, entis rationis in communi naturam, modumq. essendi constitueremus. Supponimus de communi Autorum sententia, dari quoddam genus entis à reali diuersum, quod meritò ens rationis nuncupetur. Ita docuit Arist. 4. libr. Metaph. cap. 2. & lib. 5. cap. 7. & lib. 6. cap. ititidem 6. tex. 8. iuxta vulgarem Interpretum sensum, speciatim D. Thomæ, qui idem docet 1. p. q. 15. artic. 2. ad 3. & q. 16. artic. 3. ad 2. 1. 2. q. 8. artic. 1. ad 3. Opusc. 42. cap. 1. Caiet. cap. 1. & 4. de Ente & essentia. Hispal. 1. Sentent. d. 19. q. 3. Scot. in Quodlib. q. 1. Ocham in 1. d. 2. q. 8. vbi fatetur, esse communem existimationem, à qua recessit tantùm Durandus in 1. d. 19. q. 5. num. 6. & fortasse Paulus Venetus, q. 4. procemialj in Logicam, qui saltem, vt hoc ens negarent, illud fabricati sunt; atque adeo re ipsa concesserunt. Quod magis patebit, cum illius definitionem tradiderimus.

Datur ens rationis ab ente reali diuersum. Arist.

D. Thom. Caietan. Hispal. Scotus. Ocham.

Durand. Paul. Ven.

Definitur ens rõnis. Auerroes.

Definitur ens rationis à Commentatore lib. 6. Metaphy. comm. 3. Ens, quod solùm habet esse obiectiuè in intellectu. Vnde collecta est vulgaris definitio. Ens rationis est, cuius esse pendet ab operatione intellectus obiectiuè.

Tripliciter aliquid pẽdet ab intellectu, effectiuè, subiectiuè, & obiectiuè.

Quæ vltima differentia, qua natura huius entis à ceteris discriminatur, vt intelligatur, est aduertendum, trifariam dependere posse existẽtiam alicuius entis ab intellectu, effectiuè, subiectiuè, & obiectiuè. Primo modo pendent arte facta, domus, nauis, & quæ per artem fiunt. Secundò species, & conceptus, qui sustentantur ab anima, mediante intellectu, in quibus etiam est dependẽtia effectiua ab eodem intellectu: sed hæc entia cum habeant veram, realemque existentiam, secundum quam in mundo existunt, quantumuis intellectus de ijs nõ cogitet, simpliciter sunt realia. Tertiò modo pẽdent entia, quæ ideò existere dicuntur, quia ab intellectu considerantur. Quorum adhuc genus duplex est. Quædam enim habent quidẽ esse obiectiuum, cum mente cõcipiuntur, sed præterillud habent suum esse reale, quo pacto se habent omnia entia realia. Quædam nullum aliud esse habent, quàm obiectiuum, ita vt, cessante eorum apprehensione, protinùs euanescant. Vnde D. Thomas Opusc. 42. cap. 1. dixit, hæc entia tũc esse, cum intellectus fingit per modum entis id, quod non est. Vnde clarius patet, quàm falsò negarit Durandus hæc entia, cum nemini dubium sit, multa nos apprehendere posse, quæ non sunt in mundo, veluti si essent: concipimus enim in natura communi respectum ad Particularia: in oculis cæcitatem, quæ ibi nihil sunt. Patet etiam, quid interfit inter hoc ens, & reale; nimirùm, quia ens rationis nõ habet aliud esse, quã obiectiuũ: reale verò vt sit, non pendet obiectiuè ab intellectu, seu habet aliud esse, quam sic obijci.

D. Thom.

Durand.

Obijcitur primum.

Duo sunt, quæ propositæ descriptioni opponuntur. Primum: entia rationis habere necessariò aliquam causam efficientẽ; ergo non rectè dici ea, quæ obiectiuè tantùm pendent ab intellectu. Nam causa efficiẽs, quà talis, non cõfert solùm esse subiectiuũ. Antecedens probatur: quia ens rationis incipit esse de nouo, cum antea non esset, sed non potest incipere à se; nulla quippè res à se ipsa incipit; ergo ab aliqua causa, modo aliquo effectiua.

Secun-

Digitized by Google

Obijcitur secundum.

Secundum. Non à solo intellectu fabricari entia rationis; ergo perperam dictum esse in definitione, [quę pẽdent obiectiuè ab intellectu.] Antecedens probatur. Quia voluntas efficit entia rationis; nam ea potentia, quę ordinat vnum ad aliud, in qđ secundum se ordinatum non est, tribuit illi respectum rationis: sed voluntas dirigit nõnunquam medium ad finem non naturalem, vt cum Deum ordinat ad creaturã; ergo efficit ens rationis. Maior patet. Quia relatio ficta p intellectũ, vbi non erat, est nonissimũ ens rationis, vt affirmat D. Thomas locis paulò ante citatis, & 1.p.q.75.art.1. & de Potentia, q.7. art.10. Minor probatur. Quoniam amare vnum propter aliud, est hoc ad illud intentionaliter ordinare.

D.Thom.

Occurritur primò.

Sõcinnas.

Ad primã obiectionem negat Sõcin. 6. Metaph. q.18. ens rationis pendere effectiuè ab aliquo; quoniã omnis effectio, cum sit realis actio, terminatur ad aliquod esse realis existẽtię: sed entia rationis hoc esse nõ habent, sed eò tamũ esse perhibentur, qa cognoscuntur: ergo nullã effectionem terminare queunt: atque adeò nec causam habere. Ac meritò quidem ita sentit Soncinnas, si de causa realiter agẽte sit sermo; nec obiectio aliud cõcludit: distinguit namq. Maiorem, & Minorem, quibus primum antecedens confirmatur: solum enim probant id, quod realiter incipit esse, habere aliquod inceptionis principium: id verò, quòd incipit cognosci, requirit quidem causam illius cognitionis, qua attingitur, sed ea non potest certeri causa efficiens sui esse: quia nullũ est prẽter ipsũ cognosci. Nihilominus sumendo causam cum proportione ad effectum, admittenda est cũ Scoto quæst. 4. Vniuersalium causa, aliqua ratione effectiua entis rationis, seu entitatiuæ illius: nam esse obiectũ non datur, nisi in aliqua imagine intellectus, sed intellectus efficit eam imaginem, p eamque tẽdit in obiectum: ergo dici potest efficere entitatiuam obiectiuam. Vbi cessat ratio Soncinnatis: concedimus enim aliquid reale, in quod primo tendat effectio, imaginem, scilicet, entis rationis, cuius merito cõcedenda est intellectui effectio in ipsum ens.

Scotus.

Occurritur secundò.

Ad secundam obiectionem totum concedit Scotus in 1. d. 43. q. vnica, opinaturq. illud obiectiuè extendẽdum esse ad voluntatem: imò, si quis ad sensum vsque pertraxerit, non multùm repugnat. Verùm opposita sententia, asserens, in solo intellectu existere entia rationis, est communis, & vera. Primò: quia duplex tantùm esse constituitur ab Aristotele 3. de Anima, & à reliquis Philosophis; vnum reale, alterum in anima: illud habentes in mundo: hoc cum fiunt animæ per aliquam imaginem præsentes: atqui voluntas, cùm operatur, non efficit imaginem, in qua res præsens constituatur: ergo nõ præbet esse in anima; quod est proprium entis rationis. Secundò. Obiectum voluntatis non est ens, sed bonum: ergo licet voluntas feratur in aliquod, tanquam in suum obiectũ, quod re vera non esset, ex vi talis actus illud obiectum non habebit rationem entis. Nos verò ex communi sententia ostendimus, ens rationis ex eo dicens, quia obijcitur potẽtiæ, per modum entis. Tertiò. Appetitio ex genere suo est transitus ad rem ipsam: cognitio verò est abstractio rei ad se: ergo hæc, & non illa idonea est ad conferendum esse alicui rei. Nec ratio pro Scoto negotium exhibet: quia vt rectè docuit D. Thomas 1. q. 23. art. 1. ordinare vnum ad aliud non est opus voluntatis, sed intellectus; vnde voluntas, quando amat vnum propter aliud, non dirigit, sed supponit per intellectum vnum apprehensum, vt bonum propter aliud, & complectitur amore, quod sibi propositum est. Summum ergo, quod volũtas negotiatur circa ens rationis, vt docet Caietanus 1.p.quæst. 28. artic. 1. solùm est præparatio fundamenti proximi ad conuenientiam relationis. Quod, inquit, non modò voluntas, sed etiam sensus præstat, quia, dum visus parietem cernit, præbet

Aristot.

D.Thom.

Caietan.

by Google

ber illi proximum fundamentum relationis vifi . Imò res aliæ idem efficiunt; nam qui fe collocat dextrum refpectu columnæ , caufat in ea,quidquid neceffarium eft,ad conuenientiam relationis dextri.

1. Concl. Ex dictis,præfertim contra Scotũ, colliges, quo rationis actu exiftere cenfeatur ens rationis: fed maioris perfpicuitatis caufa duabus conclufionibus id eft explicandum. Prima, Quodcũque ens rationis exiftit primò in eo conceptu , quo percipitur vt ens id,quod fecũdum fe,feu a parte rei nihil eft. Eft D. Thomæ Opufc. 42.cap.1.1.p.q.75.art. 2. & reliquorum communiter. Probatur. Effe entis rationis eft fictum,cum aliquo tamen fundamento in re; ergò per nullum actum commodiùs exiftere poteft quam per eum , quo fingitur , de fumpta fimilitudine à productione reali. Etenim actus , quo intellectus fingit ens rationis effe , refpondet actioni , qua producitur ens reale in mundo: fed hoc primò eft per illam actionem ; ergo ens rationis erit per cogitationem illi refpondentem. Diximus , [quodcunque ens rationis] quia fiue relationes , fiue alia entia abfoluta(de quibus ftatim dicemus) in hoc conueniunt, quòd mente fingantur;ergo paria erũt in modo exiftendi per eandem mentis fictionem. Verbi caufa,negatio,aut priuatio exiftit, cum intellectus apprehendit carentiam alicuius formæ , quafi realẽ entitatem exiftentem in fubiecto;& expellentem formam oppofitam:relatio verò rationis, cum apprehendimus in vno extremo ordinem ad aliud , ad fimilitudinem relationis realis.

D. Tho.

2. Concl. Secunda conclufio. Relatio rationis exiftit in conceptu comparatiuo. Ita fere loquitur Antiquitas;nam Albertus Magnus in Prædicamento Ad aliquid , cap. 1. eum conceptum fic appellat , appellatumq. fuiffe a Zenone Elate, Auicenna , Alpharabio, & Auerr.docet. Poffumus etiam referre oẽs pofteriores Philofophos; Scotum in 1.Sentent. citatum , & 5. Metaph.q.11.D.Thom.1.p.q.28.art. 11. afferentem , relationem rationis effe tantum in apprehenfione rationis cõferentis vnum alteri;& quæft. 15.art.2.ad 3.dum loquitur de refpectibus Idearum, ait, eiufmodi refpectus non caufari à rebus , fed ab intellectu diuino cõparante effentiam fuam adres. Probatur. Relatio rationis non exiftit,nifi in conceptu,quo fingitur effe ad modum refpectus realis: fed non poteft conceptus repræfentare refpectum , feu ordinem vnius ad aliud, quin contineat quandam comparationẽ extremorum inter fe ; ergo vocari poteft conceptus comparatiuus.

Alb. Mag. Zeno. Auicen. Alpharab. Auerr. Scotus. D. Tho.

Sed diffenfio eft inter Autores, qualisnam fit eiufmodi conceptus comparatiuus; duplex enim excogitari poteft. Vnus,quo comparentur extrema, feu fundamẽta relationum rationis;veluti,cum in prædicatione attribuimus album Socrati , conceptus albi comparat album ad Socratem , & conceptus Socratis fimiliter eum refert ad album. Alius,quo apprehenduntur ipfa extrema , vt iam comparata , feu ipfam comparationem extremorum:qui fupponit quidem priorem conceptum , fed formaliter repræfentat ipfam relationem rationis,vel directò,vel in obliquo , ideft , aut repræfentando formaliter relationem , & concernendo fubiectum : aut formaliter fubiectum,deuoluendo relationem .

In quo conceptu comparatiuo exiftat relatio rationis.

Scotus priorem tantum conceptum videtur exigere : ait enim 5. Metaphyf. q.11. fallum effe relationem fieri actu reflexo : fit enim , inquit, primo actu directo intellectus comparantis hoc ad aliud. Quo fundamento nixus affirmauit , voluntatem poffe efficere relationem rationis, quia poteft vnum comparare ad aliud. Fauet D. Thom. illa q. 15. de Ideis; dixit enim refpectus Idearum confurgere in intellectu diuino comparante, effentiam ad creaturas . Et probatur hæc fententia . Quoniam relatio eft comparatio duorum inter fe: fed hæc tum maximè datur, cum intellectus confert extrema, ergo, &c. Deinde. Relatio rationis fit eo

Scotus. Proponitur Scoti opin.

D. Thom.

actu,

actu, quo cognoscitur: sed primo actu fit relatio: nam secundo quasi reflexo cognoscitur, quod à priori actu factum est; ergo in eo existit relatio.

D. Thom. Caietan. Opinio D. Thomę ap probatur, & ratione suadetur.

Contraria sententia est D. Thomæ omnibus locis citatis. Possumus idem colligere ex Caietano 1. p. q. 28. art. 1. vbi sic loquitur. Relationes rationis non sunt actu, nisi cum intelliguntur. Ratio ex dictis est manifesta. Nullum ens rationis existit, nisi in conceptu, in quo repræsentatur: relatio est eiusmodi ens; ergo repræsentari debet, vt existat: atqui nõ relucet in primo conceptu, licèt magis propriè comparatiuo, sed in secundo; ergo is erit omninò necessarius: qui, licèt minus propriè, comparatiuus tamen dici potest, quatenùs concipit ipsam comparationem formaliter sumptam. Quo etiam nomine, licèt magis impropriè, affici posset conceptus, qui fingeret relationem in abstracto (quem ad relationis existentiam sufficere probabilius est) semper enim maneret conceptus comparationis.

Scoti rationes infirmantur.

Ad rationes pro priore conceptu respondemus, relationem non fieri, nisi per conceptum comparatiuum formaliter: in vtraque verò ratione sumi comparationem materialiter, pro ea scilicet, quæ fit inter extrema, & est fundamentum relationum aduenientium per formalem comparationem.

ARTICVLVS II.

QVOTVPLEX SIT ENS rationis.

Sõcinnas. Ens rationis triplex, relatio, negatio, priuatio.

PRætermissa ea quadrimembri diuisione, qua vtitur Soncin. 6. Metaphys. quæst. 18. vulgaris est in tria membra, in relationes scilicèt, negationes: & priuationes. Eius meminit Diuus Thomas quæst. 21. de Veritate, artic. primo. Soncin. 6. Metaphys. quæst. 18. ex parte, Caietanus capit. 1. de Ente & essentia, iuncta quæst. 28 primæ partis, art. 1. alijque Recentiores. Colligi verò potest ex varijs locis Aristotelis. In primis relationes rationis insinuat lib. 5. Metaph cap. 15. initio & fine: Ibi enim cõstituit tertium genus relationum, quæ fundantur in mensura, quarum altera necessariò est rationis. Et lib. 6. cap. vltimo, vocat ens rationis ens verum, iuxta commentationem Auerrois in eundem locum. Negationes, & priuationes inter entia numerat, lib. 4. capit. 2. non inter realia, vt planum est; ergo inter entia rationis, iuxta communem Interpretum sensum. Auerroes.

Probatur tradita partitio.

Nec est difficile ostendere, hæc omnia participare descriptionem entis rationis, quam tradidimus. Et quod attinet ad relationes, plerumque concipimus duo extrema inter se ordinata: aut quia aliter ea intelligere non possumus: aut quia habent aliquod fundamentum illius ordinis, in quibus tamen realis relatio nõ est; ergo in eo euentu cognoscimus respectum, qui non habet aliud esse, quàm ab intellectu fingi, & cognosci; quæ erat ratio entis rationis à nobis assignata. Antecedens affertur à Diuo Thoma 1. p. quæst. 75. artic. 1. Et patet in materia, de qua disputamus. Nam hominem in communi apprehendimus, vt relatum ad Particularia; vbi constat, non reperiri relationem realem, ob extremorum identitatem. Similiter, cum intellectus respiciat, rem visam attingi extrinsecè à visione, tunc concipit rem visam per ordinem ad visum; at ille ordo in re visa nihil est, quod antea non esset; quia cognitio extrinseca non mutat rem; erit ergo respectus rationis. Pari facilitate idem ostendi potest in negationibus, & priuationibus. Etenim, cum affirmamus negationem de aliquo, vt in hac propositione, [homo est cæcus] necessariò eam concipimus quasi formam existentem in re. Quod docet D. Thomas 4. Metaph. cap. 2. ab ipsa experientia; nemo enim aliter sentit se apprehẽdere negationem, aut priuationem: saltem in eo casu. Et probatur. Quia verbum [est] per quod in ea prædicatione cæcitatem affirmamus, D. Tho.

Digitized by Google

mus. denotat aliquam actualitatem, seu aliquod esse: non reale; ergo rationis; nam concipi aliquid, quod re vera non est, admodum formæ existentis in subiecto, est esse eius rationis, iuxta propositam descriptionem.

Obijcitur aduersus traditã partitionem.

Obijcies tamen propositam diuisionem ex altera parte redundare, ex altera deficere; redundare quidam, quia priuatio est negatio, entia verò rationis non sunt negationes. Præterea, quod à parte rei est in mũdo, ens rationis esse non potest; cum aliud esse habeat, quàm obiectiuum: sed negationes, & priuationes existunt in rebus ante intellectum; ita enim loquitur Scriptura, Genes. primo. Et tenebræ erãt super faciem abyssi. Ita sentit Diuus Thomas; prima parte, quæstione quadragesima octaua, articulo secundo. Caieta. ibid. Capreolus in secundo, distinctione trigesima quarta, quæstione secunda, ad primum. Ferrar. 3. contra Gentes, capite decimo nono. Doctor Fonseca, libro 5. Metaphysicorum, capite septimo, quæstio sexta, sectione quarta; & capit. vigesimo octauo, quæstione nona, sectione prima. Et probatur. Quia aer, nulla operante intellectu, est tenebrosus: & cæcus verè & propriè habet cæcitatem. Nisi quis velit, eatenùs aliquem esse cæcum, quatenus mente cæcus concipitur; aliàs rectè perspicere; quod manifestè est absurdum. Idemque confirmat Aristoteles, capite de Oppositis; dum asserit, existente proprio subiecto, necessariò in eo esse habitum, vel eius priuationem; vbi æquè tribuit existentiam habitui, atque priuationi.

Gen. 1. D. Thom. Caietan. Capreol. Ferrar. D. Fonsec.

Obijcitur.

Deinde esto, hæc essent entia rationis, non rectè distinguerentur in duo membra; quia negatio, & priuatio eiusdem formæ, quatenùs carentiæ quædam sunt, vel conictæ entitates, sunt eiusdem speciei, solumque differunt per connotationem potentiæ ad illam formam; quia priuatio eam connotat, non verò negatio. Quæ differentia est accidentaria, & non pertinet ad esse rationis, sed ad illud quodcunque esse, quod negationes habent in subiectis. Videtur autem deficere: quia figmenta non habent aliud esse, quam obijci rationi; ergo sunt vera entia rationis; atque adeò constituendum fuit quartum membrum. Primum antecedens patet; quia Hircoceruus, Chymæra, & similia, etsi supponant partes animalium, ex quibus confinguntur, veras & reales, quatenus tamen composita, nec sunt, nec esse possunt, nisi in solis, nudisque conceptibus.

Satisfit primæ obiectioni.

Approbanda nihilominus est cõmunis diuisio. Ad primam obiectionẽ respondemus, negationes bifariã considerari posse. Primò, secundum id, quod à parte rei habent: & eo pacto sunt meræ carentiæ formarũ, & non entia, vt de priuatione docet Aristoteles. 1. Physic. cap. 8. Vnde meritò dicuntur à Caietano 1. p. q. 48. art. 2. nec entia realia, nec rationis. In quo sensu accipiendus est Fonseca locis citatis, cum idem asserit: & Aristoteles in cap. de Oppositis. Et sub hac consideratione concedit D. Tho. & reliqui, negationes cõuenire rebus à parte rei, nõ ponẽdo, sed tollendo; quod perinde est, ac non cõuenire à parte rei ipsãmet rebus formas negatas. Secundò accipiuntur, vt diximus, ad imitationẽ formę realis, expellentis aliam sibi oppositam à subiecto; qua ratione non existunt, nisi cum mente concipiuntur, & idcircò participant naturam entis rationis. Quod attinet ad discrimen inter priuationem, & negationem, fatemur illud non esse absolutè, & simpliciter essentiale propter rationem in argumento propositam; sed solum aliquando. Id verò vt explicetur, aduertendum est, priuationem, ex eo quòd dicat, carentiam formæ cum aptitudine ad eam habendam necessario concipi ad modum formæ in subiecto, cui talis potentia inest. At negatio, quia solùm dicit carentiam formæ, concipi potest vel in subiecto, vel extra: vt concipitur nihil, vel spatium imaginarium. Et, quoniam existere per se, & in alio, sunt modi diuersi in ipsa essẽdi ratione, idcircò dicimus,

Aristot. Caietan.

priua-

priuationem, & negationem habere essentiale discrimen, quando sic opponuntur, idque satis esse vt constituant membra distincta. Posset quidem fieri ea diuisio in ens rationis positiuum, & negatiuum; primum membrum recurreret cum relatione; secundum subdiuideretur in priuatiuum, & negatiuum sub ea ratione, quam explicuimus. Verùm, quia negatio quatenùs ens rationis, est aliquid positiuum, ad tollendam confusionem illa diuidendi forma Philosophi vti maluerunt.

Satisfit 2. obiect. Ad secundam obiectionem dupliciter responderi potest. Primò admittendo figmenta in toto rigore, esse entia rationis; non fuisse tamen comprehensa à Philosophis in tradita diuisione, quia nullum habent in natura fundamentum: vt notauit D. Thomas in 1 d. 2. q. 1. artic. 3. & d. 19. qu. 5. articul. 1. Quod latè explicat Fonseca citatus. In Philosophia verò non est vsus, nisi earũ rerum, quæ aliquam habent veritatem, cum de rebus in mundo existentibus affirmãtur. Vndè a quibusdam addi solet in definitione entis rationis [quod de rebus veris dici potest.] Secundo modo respondetur, figmenta comprehendi sub negationibus. Qui enim concipit Chymæram; apprehendit quidpiam negatiuum per modum entis positiui, excludentis illam distinctionem essentiæ, quæ est inter Capram, Leonem, & Serpentem. Quam responsionem eò magis approbamus, quia inter relationes, & negationes aliquæ sunt fictitiæ, quæ de nulla re vera dici possunt: vt relatio identitatis inter Socratem, & Michaelem, & negatio animalis in homine, quas oporteret extra diuisum remanere, si figmenta sub eo non contineantur. Verùm ex hac doctrina rursum sequitur, non omnia figmenta pertinere ad negationes, sed aliqua fingi per modum relationis, vt patet in proposito identitatis exẽplo. Aliæ quæstiones sunt in hac materia, quas in alium locum cõsultò remittimus, ne tyronibus confusionem pariant.

D. Tho.

Doct. Fõs.

ARTICVLVS III.

VTRVM VNIVERSALITAS relatiua existat in specie intelligibili, an in conceptu?

PRima sententia asserit, relationem Vniuersalis existere in Natura, vbi primùm repræsentatur præcisa à differentijs contrahentibus, siue in conceptu, siue in specie intelligibili antecedente conceptum. Hanc indicat D. Thomas, prima parte quæstio. septuagesimaquinta, artic. 3. cum dicit, intentionem Vniuersalis prouenire ex abstractione. Expresè eam tuetur Sotus in Prædicabilia, q. 3. Toletus q. 2. à simili. Heruæus de Secundis intentionibus, q. 2. artic. 3. ait enim, relationem intellecti resultare in obiecto, cum primùm intelligitur. Præcipuum fundamentum est hoc. Posito fundamento proximo, illicò resultat relatio: sed abstractio ex proximum fundamentum relationis Vniuersalis; ergo, ea posita, pullulabit relatio.

1. Opinio.

D. Thom. Soto. Toletus. Heruæus.

Secunda sententia omninò opposita, negat, relationem vniuersalitatis existere, aut conuenire Naturæ, antequam proprio conceptu Natura, & relatio apprehendatur. Hanc tenent aliqui Recentiores. Et quò ad primam partem probant. Quoniam nullum ens rationis existit, nisi actu cognoscatur: sed per solam abstractionem Naturæ, siue in conceptu, siue in specie non cognoscitur relatio; ergo fieri non potest, vt existat. Confirmatur primò. Quia ostendimus præcedenti art. ad existentiam relationis rationis opus esse conceptu comparatiuo; qui nullus ibi interuenit. Confirmatur secundò. Vniuersale, & Particulare, cum sint relata mutua, debẽt esse simul natura: at per repræsentationem Naturæ communis in specie non potest existere relatio Particularis: ergo nec relatio Vniuer-

2. Opin.

Vniuerſalis. Minor probatur; quia ad exiſtentiam relationis exigunt ipſi Aduerſarij, ad minimum, repræſentationem fundamenti: qua de cauſa dicunt, repræſentata Natura communi in ſpecie, conſurgere relationem: ſed in ſpecie Naturæ communis non repræſentantur Particularia; ergo nec eorum relatio. Secunda pars eiuſdem ſententiæ probari poteſt. Omnis connexio prædicati cum ſubiecto prouenit, vel ex natura extremorum eam propter rationes ſuas formales vendicantium: quo pacto aſſerimus, riſibile neceſſariò competere homini, quia vtriuſque eſſentia ex ſe eſt ita proportionata, vt quamuis non exiſtant, ſe mutuò poſcant: vel ex aliqua actione, qua prædicatum aut per ſe, aut ratione alterius ſubiecto coniungitur. Hoc modo conuenit homini albedo, poſtquam in eo producta eſt. Prædicata primi generis ſunt omnia neceſſaria: ſecundi contingentia. Atqui ens rationis neutro modo competere poteſt, antequam ſit: non primo; quia, cum ſit ens fictum, non poteſt eſſe per ſe neceſſarium enti vero, vt eius proprietas: nō ſecundo; quia adhuc non terminauit actionem intellectus: vt enim prædicatum reale cōtingens ſe habet ad actionem realem, ita prædicatum rationis ad actionem intellectus.

Tertia opinio.

Tertia demùm ſententia credit, Naturæ, in ſpecie, vel conceptu abſque differentijs repræſentatæ, ſtatim conuenire relationem Vniuerſalis: at non exiſtere, niſi cum apprehenditur proprio conceptu comparatiuo, quem in primo articulo explicuimus. Eſt opinio Caietan. cap. 4. de Ente, & eſſentia. Soncin. 6. Met. q. 8. Expreſſiùs traditur à Fonſeca, illo cap. 28. à q. 4. Secunda pars huius opinionis euidenter oſtenſa eſt articulo præcedenti: & argumentis factis pro prima parte ſecundæ opinionis. Prima verò pars ita probatur. Quotieſcunque in aliquo ſubiecto dantur omnia neceſſaria ad formam realem, & ſolùm deeſt eius productio, talis forma debetur ſubiecto, & conſequenter poteſt de illo prædicari. Verbi cauſa, ſi in corpore eſſet ea proportio quatuor primarum qualitatum, ex qua naturaliter reſultat albedo, eſto, hæc non reſultaret, ſubtrahente Deo concurſum ad actionem, deberetur nihilominùs ſubiecto, & quò ad conuenientiam de eo affirmari poſſet; nam albedo, reſpectu illius ſubiecti, non aliter ſe haberet, quam proprietas comparatione ſubiecti naturalis: ſed Natura in ſpecie intelligibili habet omnia neceſſaria ad relationem Vniuerſalis, præter eius productionem, vt manifeſtum eſt; ergo conueniet ei relatio. Et hanc vim habet illud argumentum de fundamento proximo, quo vtitur Scotus; nam eo poſito, neceſſarium ſaltem eſt, vt relatio competat. Secundò. Relatio Creatoris, eſt rationis, (vt nemo præter Nominales inficiatur) ſed conuenit Deo poſt actionem creandi, eſto, nullus de ea cogitet intellectus; ergo idem aſſerendum eſt de relatione Vniuerſalis poſt abſtractionem. Minor communi ſenſu approbatur: nam hæc prædicatio eſt formalis: [Deus eſt creator] ergo ſumitur à relatione, ſaltem conueniente; alias enim prædicari non poſſet.

Tertia opinio ante fertur, & primæ fundamēto euertuntur.

Hæc tertia opinio, vt rationi magis conſentanea, & rationibus firmior, defendenda eſt. Quare ad fundamentum primæ reſpondendum eſt, poſito fundamento proximo, & ſpectata naturæ vi, nunquam deeſſe formā realem, quia eius productio perpetuò coniuncta eſt cum productione fundamēti proximi: at in relationibus rationis aliter rem euenire; quoniam earum productio, etiam poſito fundamento, fit per aliam actionem mere contingentem, hoc eſt per cognitionem. Reſpōderi quoque poſſet diſtinctione prioris propoſitionis: nam in relationibus rationis duplex eſt fundamentum; vnum conueniendi, aliud exiſtendi: & in re præſenti abſtractio eſt fundamentum ſolius conuenientiæ, quam non negamus: exiſtentiæ verò pro-

Caiet. Soncin. Doct. Fōſ.

Digitized by Google

proxima conditio est intellectus apprehensio. Sed prima responsio aptior est.

Eneruatur vires 1. opinionis.

Ad fundamentum secundæ opinionis, quò ad eam partem, quæ nobis aduersatur, respondendum est, connexionem entis rationis cũ subiecto ex vtroq; principio nasci posse. Ex primo oritur relatio identitatis inter duo Indiuidua, quam plerique fatentur esse rationis, & conuenit necessariò extremis, siue existant, siue non. Ex secundo proueniunt aliæ relationes rationis, quæ supponunt aliquem actum, aut animæ, aut alterius potentiæ, veluti fundamentum proximum, cuius gratia conueniunt. Quales sunt relationes intellecti, visi, creantis, & ea, quam tractamus, vniuersalitatis. Præterea, nec formæ reales, vt in argumento falsò assumitur, conueniunt ratione solius actionis, qua producuntur in subiectis: sed ratione etiam præcedentium (si quas exigunt,) quæ vltimam secum afferunt, ob specialem connexionem, quæ inter eas visitur (vt in exemplo albedinis ostendimus,) quæ nõ datur inter actionem constituentem fundamentum relationis rationis, & eam, qua relatio producitur.

Vrgeas. Ens rationis, antequàm existat, nihil est: ergo nulli rei conuenire potest; sin minùs, explicetur, quid sit id, quod conuenit homini abstracto, quando asseritur ei competere relatio ad Particularia. Respondetur negando consequentiam: conuenit enim homini sic abstracto, vt concipiatur tanquàm potens esse in Particularibus: quod nos, cum apprehendere soleamus per modum respectus, meritò asserimus ei deberi relationem rationis.

Eadem omninò doctrina tradenda est de vnitate, & aptitudine, prout entia rationis sunt, (nam quatenus non entia, diximus suprà, quo pacto se habeant) conuenire scilicet, sed non existere in Natura repræsentata per speciem intelligibilem. Est verò in his (quod attinet ad conuenientiam) manifestior quædam ratio; quoniam eædem, prout negationes sunt, iam conueniunt, imò suo modo existunt in Natura, deinde verò postulant illum conceptionis modum, per quem emergunt entia rationis. Vnde facilè affirmare possumus non modo hæc; sed omnia entia rationis negatiua (vt sic loquamur) antequam existant, rebus denominatis, ratione negationum & priuationum, in ijsdem existentibus, ex quibus quasi oriuntur, conuenire.

ARTICVLVS IV.

VTRVM NATVRA COMMVNIS conseruet vniuersalitatem in actuali predicatione?

DOcuimus in quo statu Naturæ, & per quos rationis actus, vniuersalitas conueniat, vel existat. Nũc inuestigemus, an actus prædicandi repugnantiam habeat cum eo Naturæ statu, vniuersalitatemq. destruat, an secus?

Opin. Scoti negans. Scotus.

Occurrit statim sententia Scoti q. 9 in Porphyrium, & q. 16. ad 8. asserentis, in actu prædicandi extraneari (vt illius vtamur verbo, sic enim loquitur more suo) relationem à Natura. Est verò eadem ratio de relatione, atque de vnitate, & aptitudine. Probatur. Natura non retinet vniuersalitatem, nisi sit indeterminata ad omnia Inferiora: sed in prædicatione addicitur Natura vni tantum Particulari; alioqui non erit vera propositio; quia prædicatio supponit identitatẽ prædicati cum subiecto; ergo amisit vniuersalitatem.

Secundò. Vniuersalitas non conuenit Naturæ, nisi in suppositione simplici: sed cum prædicatur, habet suppositionem absolutam; ergo non habet vniuersalitatem. Maior expositione vocabuli est manifesta; nam suppositio simplex datur, cum Natura sumitur præcisa ab omnibus Inferioribus. Quam conditionem primam requisiuimus ad vniuersalitatem. Minorem latè explicat Petrus Fóseca 4. lib. Metaph. cap. 2. q. 2. sect. 7. ad D. Fons.

7.ad 2.& probatur. Quoniam in hac propoſitione [Petrus eſt homo]niſi acciperetur [homo] in ſuppoſitione abſoluta, illius ſenſus eſſet, Petrum eſſe hominem præciſum. Quod eſt manifeſtè falſum.

Oppoſita ſentẽtia affirmansap probatur. Scotus. Capreol. Caiet.

Oppoſita ſententia eſt verior, & communior.in quam lapſus videtur idem Scotus q.8.dum explicans conditionem neceſſariam,vt Vniuerſale prædicetur, ait eſſe relationem Vniuerſalis.Eodem modo loquũtur Capreolus in 3.diſt.3.q.3.fol.31. Caietanus de Ente & eſſentia cap. 4. expreſſiùs eandem ſententiam tradit

Heruæus.

Heruæus de ſecundis intentionibus q.4 art 2.

Natura cõmunis in actuali prædicatione ſeruat vnitatem præciſionis.

Præſens controuerſia tota in eo eſt, vt explicetur, quo pacto ſe habeat Natura communis, cum de vno affirmatur.Si enim affirmari non poteſt,quin concipiatur contracta cum differentia illius Singularis, proculdubio vniuerſalitatem retinere non poteſt.Sin verò,ita prædicatur,vt ſeruet præciſionem à differentia, vniuerſalis ſanè perſiſtet. Scotus illud prius aſſerit. Nos cũ communi ſententia adhæremus poſteriori. Quod ſic oſtendimus. Formet intellectus conceptum Naturæ humanæ præciſæ ab omnibus Inferioribus: deindè efficiat alium conceptum Petri; nemo negabit poſſe intellectum,aſſumpta copula verbali, efficere propoſitionem enunciantem hominem de Petro: in eo euentu repræſentatio Naturæ manet eadem; ergo ſi ante prædicationem erat Natura vniuerſalis,vel quò ad conuenientiam, vel quò ad exiſtentiam, eodem pacto in actu prædicationis habebit. Et confirmatur. Quia Natura in conceptu, quo de ſuis Inferioribus prædicatur, neceſſariò eſt abſtracta:ſed vbicunq. Natura eſt abſtracta, ei cõuenit vniuerſalitas;ergo,&c. Minor & conſequentia patent. Maior probatur. Si Natura in eo conceptu non eſſet abſtracta: repræſentaretur vtique coniuncta cum aliqua differentia: ac proinde non homo ſecundum ſe, ſed hic aut ille homo prædicaretur: veriſſimum igitur eſt actum prædicandi non ſubuertere vniuerſalitatem.

Obijcitur aduerſus traditã doctrinam.

Oppones.Sint hęc vera in propoſitione enunciatiua diſtincta à iudicio,ſi vſquam dantur;in propoſitione indicatiua(quam ſolam probabilius eſt,in noſtro intellectu reperiri) lõgè abſunt à vero; nam iudicium eſt vna ſimplex qualitas, promiſcuè, & confuſe repręſentans prędicatum,& ſubiectum: ergo in ea non relucet Natura à differentijs ſeparata.

Satisfit obiectioni.

Reſpondetur, manifeſtiorem quidem eſſe probationem in propoſitione enunciatiua: verùm in iudicio quoque vim habere, & in eodẽ Naturam repræſentari cum ſufficiente præciſione à differentijs. Licèt enim iudicium ſit formaliter ſimplex, eſt tamen virtute complexum, & non repræſentat prædicatum, & ſubiectum per modum vnius ſimplicis obiecti, ſed tãquam complexum, cum diſtinctione prædicati à ſubiecto:ad eum pene modum, quo ſpecies Angelorum repręſentant Naturas communes,& Singulares, ita inter ſe diſtinctas, vt communes ſeruent perfectiſſimam præciſionem, non aliter, quàm ſi referrentur in ſpecies diſtinctis:vt docet D.Thom.1.p.q.55. art.2.Caiet.ibi Capr.in 2.diſt.3.q.2. Ferr.2.contra gentes,cap.96.

D.Tho. Caiet. Capreol. Ferrar.

Soluitur.1 Scoti arg.

Ad primam rationem pro Scoti ſententia reſpondetur, determinationem eſſe duplicem: vnam intrinſecam: aliam extrinſecam: illa tunc datur in repræſentatione (de qua tantùm diſputamus) cum eodem conceptu repræſentatur Natura vt coniuncta, & conſtituens cum differentia vnum quid:hæc cum Natura communis in eodem vel diſtincto conceptu relucet,vti obiectum ſeparatum à Particulari, ordinatum tamen ad aliud, vel in eodem conceptu,vel in alio. Ex ijs determinationibus prima repugnat Vniuerſali; quia eſt coniuncta cum vera, & propria contractione. Secunda verò minimè; ob liberam Naturæ repræſentationem. Quod vel inde patet; quia in priori applicatur Natura ad differentiam; in ſecunda ad totum

Petrum;

Petrum; & hæc sola datur in prædicatione.

Soluit. 2. Scoti arg. Ad secundam, negandum est in sola suppositione simplici conuenire rebus vniuersalitatẽ; competit enim in quauis suppositione etiam personali; dummodo repræsentatio sit præcisa. Nam suppositio, cum sit acceptio conceptus ad libitum cognoscentis, est illi extrinseca: repræsentatio verò quoniam est ipsa ratio conceptus, est ei maximè intrinseca. Vndè conceptus hominis in communi, in concreto sumpti, siue accipiarur pro immediato significato, exclusis secundarijs (Quę est suppositio simplex) siue ijsdem non exclusis (Quæ est absoluta) seu denique pro singularibus hominibus immediatè; semper retinet repræsentationem Naturæ absque differentijs contrahentibus, & consequenter vniuersalitatem. Licèt ergo Natura in prędicatione amittat suppositionem simplicem, induatq. absolutam, vel personalem, non protinùs ab vniuersalitate decidet.

rum haud vlla probabili ratione cõstitutũ, sed pari facilitate posse plura, paucioravè numerari.

Argumenta contra traditã diuisionem.

Quod igitur Vniuersalia plura sint, ostenditur, primò. Tot sunt Vniuersalia; quot sunt modi prædicandi de prima substantia, vt inter omnes constat: sed modi prædicandi diuersi, sunt decem; ergo totidem erunt Prędicabilia. Probatur Minor. Modi prædicandi sequuntur modos essendi: sed hi sunt decem, vt ex Prędicamentorum collectione patebit: ergò & illi. 1. Argum.

Secundò. Non minùs differunt modi essendi, & prędicandi intrinsecè, & extrinsecè, separabiliter, & inseparabiliter, alijque similes, quã necessariò, & contingenter, ceteriq., per quos Vniuersalia distingui solent; ergo iuxta eorum numerum addenda erunt plura Vniuersalia. 2. Argum.

Tertiò. Prædicari inquid de pluribus differentibus specie, & differentibus solo numero, efficiũt duo Prædicabilia; Genus, inquã, & Speciem: ergo prædicari in quale de pluribus differentibus specie, & numero, constituent alia duo: cum par vtrobique ratio conspiciatur. At si hoc fiat, tres aliæ species admittentur: nam Differentia, Proprium, & Accidens, vtroque modo prædicantur. 3. Argum.

Quartò. Indiuiduum vagum: [vt quidam homo] prædicatur eadem ratione de pluribus: vt consideranti patet: ergo constituit nouum Prædicabile. Simile argumentum fieri potest de definitione, quam Aristoteles 2. Top. capit. 3. facit quoddam prædicabile: non est autem vllum ex quinq; vulgatis. 4. Argum.

Quintò. Sic obijcit Scotus q. 12. Quot modis dicitur vnum oppositorum, totidem dicitur aliud: sed Particularia sunt infinita: ergo erunt infinita Vniuersalia. 5. Argum.

Esse pauciora, quàm quinque sic probatur, & sit sextum argumentum. Arist. 1. Top. capit. 3. non plura numerat prædicata, quàm tria, Genus, Proprium, & Accidens: ex quolibet verò Prędicabili fit vnum prędicatum: ergo si prædicata sunt tantùm tria, 6. Argum.

QVÆSTIO VII.

QVALIS SIT VNIuersalis diuisio in vulgatas species.

ARTICVLVS I.

NVM DIVISIO SIT ADæquata?

Vniuersale in quinque species distribuit à Porphyrio.

PORphyrius in opere, quod exponimus celebrem assignauit Vniuersalis diuisionem in quinque vulgatas species; Genus scilicet, Speciem, Differentiam, Proprium, & Accidens. Quam non probauit: sed omnium veterum Philosophorum autoritate firmatam supposuit. At

Ioan. Mai.

non ita Ioannes Maior, Scoti discipulus in tractatu de Accidente, num. 11. existimat enim præfixum nume-

Digitized by Google

tria, non erunt plura Prædicabilia. Simile est id, quod habet li. 1. de Partibus animalium, c. 5. quę communitatem habent, aut esse Analoga, aut Genera, aut Species.

7. Argum. Septimò. Genus, & Species perperàm diuiduntur in duo; quoniam vtrumque eodem modo prædicatur, quod attinet ad completam, & incompletam prædicationem: animal enim dicitur incompletè prædicari, quia non dicit formaliter totam Naturam hominis: atqui homo etiam nō dicit formaliter totam Naturam Socratis: cum eius differentiam individuantem non importet: ergò prædicabitur incompletè. Quòd si vt homo completè prędicari censeatur, satis est dicere totam Naturam communem Socratis: satis quoque erit animal dicere totam Naturam communem hominis, sibi immediatè subiecti, vt completè prædicari perhibeatur.

Approbat̃ tradita diuisio. Statuenda nihilominùs est hæc conclusio. Vniuersalia nec plura, nec pauciora sunt, quam quinque. Sēsus propositæ conclusionis, & si alius quem statim persequemur, esse possit; hic est. Hæc quinque membra exhauriunt totam Vniuersalis capacitatem, siue vlterius diuidenda sint in alia, siue non. Eam recipiunt omnes antiqui Philosophi, tā Græci, quàm Latini, speciatim Boetius in Porphyrium à se translatum cap. de Genere. Auerr. ibidem, & in Epitomæ Logicæ cap. 1. Ammonius commento suo secundo. Albertus Magnus tractatu 2. in Prædicabilia c. 9. D. Thomas in summa Logicæ cap. 1. Scot. q. 12. in Prædicabilia, & ceteris Recentioribus.

Boetius.
Auerr.
Ammon.
Alb. Mag.
D. Tho.
Scotus.

Cōfirmat̃ ratione. Vt probetur, aduertendum est, Vniuersalium distinctionem non posse melius deprehendi, quam ex ordine ad Singulare, seu Individuum, in quo vltimò sunt, & de quo vltimò Vniuersalia prædicantur, ita vt quot fuerint modi essendi, & prædicandi de Individuo, tot Vniuersalia, & Prędicabilia cōstituantur. Etenim Vniuersale, aut sumitur vt concretum à relatione, aut ab aptitudine, si priori modo, relatio, & si aliquo modo distinguatur ex terminis, præcipuam tamen distinctionis radicem habet ex proximo fundamento; quod, in præsenti est aptitudo; quæ cum potentia quædam sit, necessariò distinguēda est per suos actus, quos supra ostendimus esse identitates cum Inferioribus. Quare de primo ad vltimum, siue Vniuersale sumatur vt relatiuum, siue vt absolutum, distinguendum est per varias identitates, quas habet cum Inferioribus: eas verò esse numero, quinque, sic deducitur. Quod est idem cum aliquo, aut est idem essentialiter, aut accidentaliter. Si essentialiter, aut est tota illius essentia, aut solum pars: si est tota essentia, & quidditas, est Species: si pars, aut est per modum potentiæ & materię, & est Genus; aut per modum actus, & formæ, & est Differentia. Si verò est idem accidentaliter: aut hoc habet necessariò, & inseparabiliter; & est Proprium: aut contingenter, & separabiliter; & est Accidens quinti Prædicabilis.

Eadem est de Vniuersali, & Prędicabili ratio quò ad diuisionē in Species.

Loquuti fuimus in hac conclusione promiscuè de Vniuersali, & Prædicabili; quoniā eadem est vtriusque ratio. Quidquid nonnulli Recentiores reclament, opinantes Prędicabilia plura esse, quàm Vniuersalia; ea fortasse ratione, quòd Individuum prędicari possit de multis, absque sui diuisione: sine qua Vniuersale esse non potest. Sed non vident ea ratione, qua aliquid prædicatur de multis, eadem in multis esse: & nihil identitas sufficiat ad verum Vniuersale, prædicationem non posse satis esse ad Prædicabile commune, quod solùm ab Autoribus æquatur Vniuersali: sed ad Prædicabile singulare, aut Analogum: de quo posteà dicemus.

Prima collectio Prędicabilium. Verum ne collectionem Prædicabilium omittamus; has communiter approbant Autores. Prædicabile, aut dicitur in quæstione quid est, aut in quæstione quale est; si primum, aut importat formaliter totam Naturam communem Individuorum, aut partem; si dicit totam Naturam: eu Spe-

cies,

ries; si partem: est Genus. Si verò prædicatur in quale; aut prædicatur essentialiter: & est differẽtia, aut accidentaliter: & tunc. Si dicitur necessario, est Proprium: si contingenter, est Accidens.

Secũda col lectio Prædicabiliũ.

Item. Quidquid affirmatur de pluribus, aut essentialiter, aut accidentaliter affirmatur; si essentialiter: aut dicitur in quæstione quid est, aut in quæstione quale est: si in quæst. quid est, vel de pluribus specie differentibus, & est Genus; vel de differentibus solo numero; & est Species. Si prædicatur in quæstione quale est, vocatur Differentia. Sin autem affirmatur accidentaliter; aut necessariò. & est Proprium; aut contingenter; & Accidens. Idem efficitur sumpto exordio á prędicatione necessaria, & contingenti, vt cuius facile est deducere.

Soluitur. 2. arg.

Superest, vt argumentis in oppositum occurramus. Primò respondebis longè diuersos esse modos, ex quibus eliciuntur Prædicamenta, ab illis, ex quibus colligimus Vniuersalia. Hi namque afficiunt connexionem, siue identitatem Vniuersalis cum Particulari, nihil curando terminos, qui connectuntur; identitas enim specifica, vel generica ęquè reperitur in Substantia, & in Accidente; atque hi modi sunt tantum quinque, vt explicatum est. Modi verò colligendi Prędicamenta, cum inuenti sint ad distinguenda ipsa Prædicamenta materialiter sumpta, non afficiunt connexionem; sed prædicata ipsa immediatè: sunt enim modi prædicatorum: licèt in ordine ad subiecta, vt esse quantum, quale, relatum, &c. Deinde. Licèt modi prædicamentales sint in ordine ad primam Substantiam, illi qui distinguunt Vniuersalia, accipiuntur respectu Indiuidui, cum non minus propriè dicatur Species albedo respectu huius, & illius albedinis, quam homo comparatione Platonis, & Socratis.

Soluitur 3. arg.

Ad secundum. Quidquid sit de Antecedente, negandum est modos, qui afferuntur, variare connexionem, seu identitatem prædicati cum subiecto. Nam pari contingentia affirmatur de subiecto actio immanens, atque transiens, cum illa sit intrinseca, hæc extrinseca. Idem dicendum est de modis separabiliter, & inseparabiliter, nisi idem valeant, atque contingenter, & necessariò.

Soluitur 3. arg.

Ad tertium dicendum est, prædicari de pluribus differentibus numero, vel differentibus specie, per se non efficere plures Species, sed aliquando esse notas diuersarum differentiarum: nimirùm cum addunture Prædicabili in quid. Quando enim aliquid prædicatur in quæstione [q.d est] de differentibus specie, necessariò dicitur incompletè, hoc est, non dicit totam Naturã communem Indiuidui. Quando verò de differentibus solo numero, dicitur completè, hoc est, dicit totam Naturam communem Indiuidui: quę sunt proprię, & intrinsecæ differentiæ Generis, & Speciei. Animal enim cum prædicatur de Socrate, non significat formaliter rationale; quæ est differentia specifica hominis, homo verò formaliter eam importat, cum de eodem Socrate affirmatur. Hæc diuersitas non reperitur in tribus vltimis Vniuersalibus: siue enim prædicentur de numero tantum, siue de specie differentibus, semper dicuntur incompletè; cum formaliter significent solam differentiam, proprietatem, vel accidens, denotando aliquam Indiuidui partem. Cur verò magis faciant ad identitatem completè, & incompletè, quam de numero, vel specie differentibus prædicari, manifesta ratio est: nam maior est identitas alicuius cum eo, cuius totam essentiam continet, quàm cum eo, cuius habet vnam tantùm partem: siquidem cum priori est omnino idem, cum posteriori verò est idem secundùm partem: at esse in differentibus specie, vel numero, non variat identitatem, cum nulla maior connexio sit grammaticæ cum homine, quàm albedinis cum animali; etsi illa conueniat solùm

Digitized by Google

làm Indiuiduis vnius Speciei, hæc verò multis Speciebus animalis.

Soluitur 4.arg. Ad quartum, etsi totum concedat Caietanus in cap. de Specie; nec omninò repugnet Scotus q. 12. Prædicabilium; negãdum est Indiuiduum vagum esse Vniuersale: duplici de causa, prima. Quia non est vnum per se; includit enim quidam homo Naturam humanam, & Differentiam indiuiduantem indeterminatam, quam indicat particula [quidam] ex Natura autem communi, & Differentia incerta non coalescit vnum per se, vt non coalesceret ex materia, & forma indeterminata. Secunda. Quia includit Differentiam indiuiduantem; licèt incertam; singularis verò Differentia in re communi inueniri non potest. Vnde nascitur, vt Indiuiduum vagum notari nequeat signo vniuersali, vt notatur quælibet res communis. Ad instantiam ex definitione, respondebis. Aristotelem eo loco partim latius accipere Prædicatum, quàm nos hoc loco Prædicabile, quia comprehendit etiam complexa; cuiusmodi est definitio; quæ proinde non auget numerum Prædicabilium: partim prestiùs; quia distinguit prædicata, non per modos prædicandi, vt fecimus; sed per communes locos, ex quibus eruuntur argumenta ad varias quæstiones concludendas. Et quoniam locus, vnde eruitur quæstio Generis, inseruit quæstionibus Differentiæ, & Speciei ob earum affinitatem cum Genere, non oportuit eas distinctè numerare. Vnde patet solutio sexti argumenti; si addas, in primo de Partibus animalium citato, solùm numerari communia prædicata in quæstione quid est: quasi ea tantum prædicari simpliciter censeantur.

Soluitur 5.arg. & 6 Ad quintum respondet idem Scotus, illud pronuntiatum esse verum de Oppositis formaliter, non autem materialiter sumptis, vt si album, & nigrum contrariè opponuntur, non est opus, vt quot sunt res albæ, tot sint nigræ, sed vt albedinis Species non sint plures, nec pauciores, quam nigredinis. Et hoc modo res habet in præsenti: nã Particularia materialiter sumpta sunt infinita; at formaliter tot sunt Species Vniuersalis, quot Particularis, saltem immediatè. Quod addimus, propter remotum Generis correlatiuum; de quo posteà dicendum est. Ad sextum iam respondimus in solutione 4. arg.

Soluitur septimum arg. Ad septimum vt respondeatur, hæc duo præmitti solent. Vnum, Prædicabilia non esse distinguenda penes modos prædicandi de quolibet, sed de primo subiecto, hoc est, de Indiuiduo, in quod vltimò terminantur respectus Vniuersalium. Alterum, nomine [essentiæ] significari à Philosophis solam communem, iuxta illud Aristot. 5. Metaph. capit. 8. Essentia est, cuius datur definitio. At definitio ex 1. Posterior. capit. 7. non est Singularium, sed Communium. His præmissis, responderi solet, Genus idcircò prædicari incompletè, quia non dicit formaliter totam Naturam communem; quod perinde valet, ac totam essentiam Indiuidui; speciem verò completè prædicari, quia formaliter continet totam Naturam Indiuidui excepta Differentia indiuiduante, quæ apud Philosophos essentiæ vocabulo non censetur. Quæ est doctrina Scoti in q. 12. Prædicabilium. Sed non caret aliquali difficultate, si diligentiùs perpendatur. Licet enim Differentia indiuiduans non consideretur per se à Philosophis, nec appelletur quidditas, seu essentia, quia non attingitur à definitionibus; est tamen pars essentialis Indiuidui; quemadmodum Differentia specifica suæ Speciei; ergo quidquid sit de vsu Philosophorum, si Species non dicit formaliter indiuiduam Differentiam, non continet totam essentiam Indiuidui, atque adeò incompletè prædicatur.

Sanè quidem, si quis ita opinaretur, & quatuor tãtum Species Vniuersali adscriberet, nõ omninò aberraret ab scopo. Verùm ne communis sen-

his sententia, quam approbauimus, deferatur; sciendū est, de indiuidua Differentia (quod attinet ad hunc locum) duas esse sentētias. Vnam Thomistarum existimantium, Singularia, præter naturam specificam, non includere Differentiam indiuiduantem, qua in sua essentia constituantur; sed per aliquid extrinsecum fieri Singularia, & se ipsis, seu per suas realitates sufficienter inter se distingui. Alteram Scoti, & Sectatorū afferentium, Speciem contrahi ad Indiuidua per Differentiam singularem, quam vocant Hæceitatem, pertinentem ad Singularis essentiam: Quemadmodum specifica Differentia pertinet ad constitutionem Speciei. Ac iuxta priorem sententiam, nullam difficultatem cōtinet Vniuersalium diuisio; nam Species dicit, quidquid pertinet ad essētiam Indiuidui; cum Genus omittat Differentiam specificam. Iuxta secundā maior est difficultas (vt ratio proposita indicat) quam tamen exhaurit cōmunis solutio, si ita explicetur, vt prædicari completè nihil aliud sit, quàm dicere omnia prædicata Indiuiduo essentialia, præter illud, quo Singulare distinguitur à communi; quod si in prædicato formaliter contineretur, efficeret prædicationem identicam. Prædicari verò incompletè sit, non dicere omnia prædicata præter illud, quo Singulare differt à communi. Et meritò quidem non habetur ratio singularis Differentiæ, quia vt prædicatum à subiecto diuersum esset, necessario debebat illam excludere. Quare illud prædicatum iure dicitur completum, quod continet omnia, quę possunt in communi prędicato contineri. Illud verò incompletum, quod aliquod, vel aliqua omittit; cuiusmodi est Genus; quod si est proximum, vnicam Differentiam non importat; si remotum, plures; vt postea magis patebit.

ARTICVLVS II.

NVM PROPOSITA DIVISIO sit Generis in Species?

PArtem negantem sequuntur graues Autores, Boetius in Porphyrium capite de genere, Ammon. ibidem, Auicenn. in sua Logica, Simplicius capite primo Anteprædicamentorum, Albert. Magnus ibidem tractatu secundo, capite nono, Clypeus Thomistarum quæst. 16. Petrus de Bruxellis, quæst. 2. artic. 1. Auctores qui negāt. Boetius. Ammon. Auicenna. Simplici⁹. Alb. Mag. Clypeus Thomist. Bruxel.

Argumenta sunt, primum ex Scoto. Vniuersale non participatur æqualiter ab omnibus Speciebus; ergo non est verum Genus. Probatur antecedens. Essentia Vniuersalis in eo posita est, vt in pluribus insit; sed Genus in multo pluribus ineſt, quàm Species (vt per se constat) ergo magis participat essentiam Vniuersalis; atque ideo inæqualiter. Argu. partis negātis. Primum.

Secundum. Nulla ratio est vniuoca ijs, à quibus participatur, partim simpliciter, partim secundùm quid: sed Vniuersale cōuenit simpliciter tribus prioribus, quæ essentialiter prędicantur; duobus verò vltimis secundum quid. Quod in primis indicat Aristoteles capite de Substantia, vbi prędicationem essentialem simpliciter appellat vniuocam. Deinde hoc ipsum colligitur ex Vniuersalis actu; identitas enim absolutè dicitur de essentialibus: accidētaria verò (vt ipsum nomen indicat) non est simpliciter identitas, sed cum additamento; ergo Vniuersalia essentialia, & accidentaria vniuocè conuenire nō possunt. Confirmat hoc Argumentū Albertus Magnus loco citato. Quia vt substantiæ & accidenti nihil est vniuocum: ita non erit ijs, quę prędicantur substantialiter (id est essentialiter) & accidentaliter. Arg. 2. Alb. Mag.

Tertium. Si Vniuersale esset Genus: sequeretur aliquod Genus contineri sub sua Specie, & sub ipso: Arg. 3.

Digitized by Google

quæ sunt manifestè absurda. Probatur: quia Genus prædicatur de omnibus Naturis generícis; ergo prædicabitur de Vniuersali, si illud est Genus, tanquàm de parte sibi subiecta. Cum autem id, quod continetur sub Specie, necessariò collocetur sub Genere talis Speciei: Vniuersale verò ponatur Genus comparatione Generis, fit planè, vt sibi ipsi subijciatur.

Arg. 4. Quartum. Si Vniuersale sit Genus, hæc erit contingens [Vniuersale est Genus.] Quod fieri non posse, ita demonstratur. Vniuersale est Genus, colligitur ex hac necessaria [Genus est Vniuersale] contingens autem non colligitur ex necessario; ergo Vniuersale non est Genus, vt aliæ Naturæ genericæ, de quibus constat intentionem Generis contingenter affirmari.

Arg. 5. Quintum. Genus prædicatur directè de rebus subiectis, vt de planta, animali, &c. sed de Vniuersali ita prædicari non potest; quia Species semper dicitur indirectè de suo Genere. Genus autē, vt dicimus, est Species Vniuersalis.

Aduertit. Ad huius difficultatis explicationem, aduertendum est, tria reperiri in quolibet Vniuersali; rem subiectam (quę vniuersalis denominatur) aptitudinem cum vnitate (in quibus germanam Vniuersalis rationem constituimus) Denique relationem rationis (quam vulgus vniuersalitatem appellat.) De his omnibus dubitari potest, quo pacto in partes sibi subiectas dividantur. Nos de singulis conclusiones proponemus.

Prima conclusio. Prima sit. Vniuersale, sumptū pro re subiecta, non est Genus ad quinque Vniuersalia. De hac conclusione nullius est, qui dubitet; tum quia inter res, quæ denominantur vniuersales, quædam sunt substantiæ: quædam accidentia, ad quæ nihil vniuocum esse potest. Tum quia eadem res habere potest rationem plurium Vniuersalium; nam album respectu huius, & illius albi, est Species; comparatione lactis, & marmoris est accidens; & eodem modo res habet in plerisque alijs.

Conclu. 2. Secunda conclusio. Probabilius est Vniuersale formaliter vel pro sola aptitudine, vel pro sola vnitate, non esse vniuocum, sed analogum. Dicimus [pro sola aptitudine, vel pro sola vnitate, quia si accipiatur, vt vtrumque simul includit, cum sit compositum per accidens, non potest venire in quæstionem, an sit vniuocum. De singulis igitur ostenditur conclusio non solum eo principio, quòd inter negationes nō sint Genera, & species (vt postea dicemus) sed illo ēt argumento. Quod talis est potentia, seu aptitudo (vt de ea primùm loquamur) qualis est illius actus: sed actus essendi in multis quinque specierum Vniuersalis est Analogicus, ergo & aptitudo. Probatur minor. Actus Vniuersalis est identitas, seu communicatio cum inferioribus: hanc verò in essentialem, & accidentalem vniuocè non diuidi, ostendit secundum argumentum initio propositum; cum altera sit simpliciter communicatio, altera secundum quid tantum. Vnde Caietanus explicans Vniuocorum definitionem ab Aristotele traditam; dixit, quæ essentialiter conueniunt, simpliciter, & vniuocè conuenire; quę verò accidentaliter conueniunt, secundùm quid tātùm conuenire, hoc est, solo nomine. Id quod Arist. ab Aristotele didicit 2. Topic. capit. secundo. Vt enim doceret diuersitatem esse maximam inter prædicata essentialia, & accidentalia, dixit, hæc vniuocè non Prædicari. Et quamuis Aristoteles de solo actu prædicandi loquatur, est tamen eadem ratio de actu essendi, qui est illius fundamentum. Quare si essentialis, & accidentalis prædicatio vniuoca non est, ex eo fane prouenit, quia similis communicatio vniuocatione caret.

Secundò. Actus essendi Proprij, & Accidentis magis conueniunt inter se, quam cum actibus Generis, Speciei, & Differentiæ; cum hi sint essentiales, illi accidentales, ergo non conueniunt vniuocè; nam

Spe-

ſpecies alicuius Generis tanto diſcrimine non diſſident. Iſdem rationib. concluditur vnitatem præciſionis non eſſe vniuocã ad vnitates quinq; Vniuerſalium, ſiquidé omnis priuatio diſtinguitur per formã negatã: forma verò, quam negat hæc vnitas, eſt analogica; ergo & ipſa analoga erit. Minor patet ex ſuperioribus; nam forma negata per vnitatem præciſionis eſt contractio Naturæ ſuperioris; quæ in tribus primis vniuerſalibus eſt eſſentialis: in poſtremis duobus, accidentaria. Similiter vnitates Generis, Speciei, & Differentiæ magis conueniunt inter ſe, quàm cum vnitatibus Proprij & Accidentis. Inferes ex hac doctrina, ſaltem Vniuerſale eſſentiale, acceptum pro aptitudine, vel vnitate, vniuocum eſſe poſſe ad tres Species, & accidentale ad duas; ibi enim ceſſat ratio analogiæ hactenus inculcata. Reſpondemus, nullum apparere incommodum; ſed de hac re in articulo ſequenti; nunc ad Vniuerſale relatiuum accedamus.

3. concluſ. Tertia concluſio. Si Vniuerſale conſideretur, vt relatiuum eſt ad particularia, diuiditur, vt Genus in quinque Species numeratas. Eſt Scotus. Scoti opinio, quæſtione octaua in Tartaretus Porphyrium. Tartareti quæſtione Toletus. ſecunda, Toleti ibidem, & communis Recentiorum. Eius confirmatio præcipuè ſumitur ex argumentorum, quæ in oppoſitum obiecta ſunt, reſponſione. Sic tamen confirmari poteſt. Vniuerſale dicitur de quinque vulgatis, non ſolum eodem nomine, ſed etiam ratione; dicitur in quæſtione, quid eſt, non vt de pluribus ſolo numero differentibus; ſed ſpecie; ergo eſt verum Genus; quatenus ratio Generis inueniri poteſt in entibus rationis; quæ licèt minùs perfectè eam participẽt, quàm realia, perfectiùs tamen illam habent, quàm negationes, & priuationes; vt poſtea dicemus.

Iuxta has duas concluſiones, conciliari poſſunt diſcrepantes Veterũ, & Recentiorum opiniones, dum hi vniuocum, illi analogum faciunt Vniuerſale; nimirum alij de abſoluto, alij de relatiuo loquuntur.

Ad argumenta, quatenùs contra relatiui Vniuerſalis vniuocationem faciunt, ita reſpondendum eſt. Ad primum, negandum Vniuerſale relatiuum inæqualiter participari. Ad probationem dicendum cum Scoto, Genus vocari poſſe maius, non autẽ magis Vniuerſale; ſicut binarius (inquit) & ternarius ſpecies ſunt æquè participes numeri, licèt ternarius dicatur maior numerus, quia habet plures vnitates, quàm binarius. Ita res habet in præſenti; nam de eſſentia Vniuerſalis in communi, eſt, vt ſit in multis, ſed quod hæc plura ſint, vel pauciora, ſi modus eſſendi vnus eſt, per accidens habet. Diluuntur argum. 1. Scotus.

Secundum argumentum rectè cõcludit Vniuerſale abſolutum non eſſe vniuocum: quod in ſecunda concluſione confeſſi ſumus. Quod ſi indè ſumas argumentum aduerſus tertiam concluſionem in hũc modum. Relationes diſtingui ſolent per fundamenta proxima: ſed proxima Vniuerſalis fundamenta ſunt aptitudines, & vnitates Analogicè conuenientes: ergo in relationibus vniuocatione eſſe non poteſt. Reſpondebimus non eſſe vniuerſim verum tãtam vnitatem requiri in fundamentis, etiam proximis, quanta eſt in relationibus: cum Ariſtoteles diuidat Prædicamentum relationis in tres Species. Quarum vna in actione, alia in vnitate, tertia fundatur in menſura: inter quæ nulla eſt vniuocatio. Et communi Philoſophorum cõſenſu, relatio cauſæ in communi, ſit vniuoca ad quatuor cauſarum relationes: quarum fundamenta proxima cauſalitates, ſcilicèt perſpicua diſſident analogia: cum aliquæ ſint vera & completa accidentia: aliæ modi ſubſtantiales. Quamuis igitur proxima Vniuerſalium relationum fundamenta vniuoca non ſint, non ſequitur neceſſariò, vt relationes analogiam habeant, ſi in modo referendi, ceteriſque conditionibus omninò conueniant, vt eas conuenire aſ- Diluitur 2. argum.

Digitized by Google

seueramus. Quæ verò sit germana ratio distinguendi relationes, non est huius loci explicare; præsertim cum ad relationum rationis conuenientiam pauciora sufficiant.

Diluitur 3. arg. Ad tertium dicendum, incommodum esse aliquod Genus essent aliter contineri sub sua Specie; quia oporteret, vt Species & Genus mutuò se includerent: accidentaliter tamen, & sub Specie, & sub seipso, prout in tali Specie includitur, collocari posse. Quod accidit in his intentionibus, ob reflexionem intellectus concipientis Speciem vnius Generis, vt formam illius; quod satis est, vt forma esse dicatur.

Diluitur 4. arg. Ad quartum concedimus eam prædicationem esse contingentem; negamus verò tunc temporis colligi ex illa necessaria; quamuis alias colligatur. Quod vel inde patet; quia si vtamur illa consequentia, semper hæc est vera [Vniuersale est genus] quemadmodum hæc [animal est homo] sublata verò consequentia, tunc solùm admittenda est prædicatio, cũ Vniuersale per intellectum abstrahitur.

Diluitur 5. arg. Vnde etiam patet solutio quinti argumenti. Nam Species prædicatur de suo Genere indirecte, cum propositio est necessaria, & ex vi illius præcedentis concluſa; cum autem est contingens, propter attributionem intellectus, est directa, & formalis.

ARTICVLVS III.

NVM PROPOSITAE SPECIES infimæ sint, & respectu Vniuersalis immediatæ.

Proponitur q̃stionis status. SPecies infima est, sub qua non collocatur alia Species, sed sola Individua; cuiusmodi est Species humana. Immediata verò comparatione Generis est, inter quam, & Genus nulla interponitur; quo pacto se habet eadem Species humana comparatione animalis. Quærimus igitur, an quinque Species numeratę ita se habeant, vt nec in alias diuidatur, nec inter se, & Vniuersale alias patiatur species.

Opinio negantium vltimas Vniuersalis Species esse infimas. Quod attinet ad primum. Fuit quorundam sententia, Genus quidem & Speciem esse infimas Vniuersalis Species, sed Differentiam, Proprium & Accidens diuidi posse vnumquodque in duas Species, quod sic ostendunt. Prędicabile in quid distribuitur tanquam in Species infimas in id, quod prædicatur de differentibus specie, & in id, quod prædicatur de differentibus numero, hoc est, in Genus, & Speciẽ: ergo eodem pacto secari poterit Prędicabile in quale essentialiter, & in quale necessariò, & in quale contingenter: vnde octo consurgent Vniuersalis Species. Deindè (quidquid sit de relationibus) Certè vnitas, & aptitudo generica non poterit non diuidi in varias Species: cum alia sit identitas animalis cum suis inferioribus, alia quantitatis, vel qualitatis: illa enim est substantialis, hæ accidentales, & inter se longè diuersæ: vnitas verò, & aptitudo per identitates distinguantur; altera, vt potentia per suos actus, altera vt negatio per formas.

Astruitur opposita sententia. Opposita sententia est omnium pene Autorum calculo confirmata. Probari potest ex ijs, quæ in secunda quæstione diximus: videlicèt singulas Naturas genericas esse singula numero Vniuersalia: vocamus enim animal vnum Genus, plantam aliud, ex quib. dicimus fieri binarium Generum. Et eadem ratio est de omnibus Speciebus Vniuersalis. Hæc autem numerandi ratio non fit in Speciebus, aut Generibus, sed in Individuis: ergo in qualibet Natura generica est vna relatio Generis, solo numero distincta ab ea, quæ est in alia Natura.

Soluuntur argu. contraria. Primum. Nec argumenta in contrarium aliquid efficiunt: nam primum suprà solutum est, cũ ostendimus Generis, & Speciei discrimen non esse, quod vnum prædicetur de specie differentibus, aliud de illis, quæ differunt solo nu-

lo numero: sed quia Genus incompletè, Species verò completè prædicatur: qui modi in tria vltima prædicabilia cadere non possunt.

Sol. 2. arg. Ad secundum negamus aptitudinem, & vnitatem genericam Naturarum, quantumuis dissimilium, differre specie. Ad probationem, fatemur identitates, & diuisiones Naturæ substantialis, & accidentalis: imò etiam diuersarum substantiarum, vel accidentium esse distinctas Species: sed vnitas aptitudinis, & vnitatis non desumitur ab illis materialiter acceptis, sed formaliter: quatenùs scilicèt identitas Generis est actus essendi Naturæ in suis inferioribus incompletè: identitas verò Speciei actus essendi completè. Quo pacto omnes identitates Naturæ genericæ substantiæ, quantitatis, & qualitatis, sunt vnius speciei infimæ, & omnes actus Naturæ specificæ alterius. Vnde aptitudo ad illos est vnius infimæ Speciei. Quod pari modo dicendum est de vnitate. Similitudo huius doctrinę est in potentia, quæ habet vnitatem specificam ab actibus, qui secundum suam entitatem specie differunt, in quandam tamen formalitatem specificam confœderantur.

1. Ratio diuidendi Vniuersale. Quod ad secundum spectat, Quilibet suam fingit sententiam; sed omnes tamen suspiciunt veterem. Sunt, qui primò diuidant Vniuersale in essentiale, & accidentale, tanquam in duas Species subalternatas: quarum prima continet tres infimas, Genus, Speciem, & Differentiam: secunda duas, Proprium & Accidens. Potestq. probari hæc sententia; quia primum, & maximum discrimen inter Vniuersalia est conuenientia essentialis, & accidentaria: adeo, vt ostenderimus in fundamentis relationum efficere analogiam: ergo secundum illud primò different relationes, & consequenter prima diuisio Vniuersalis erit in illas duas Species subalternas. Alij diuidunt in Vniuersale in quid, & in quale: quoniam hi modi videntur maximam inter se habere distantiam, cum alter substantiam referat, alter accidens. Alij denique in necessarium, & contingens.

Secunda. Tertia.

Sed quo quisque modo loquatur, hoc argumento videtur concludi inter quamlibet Speciem ex enumeratis, & ipsum Vniuersale plures interijci. Genus, v.g. definitur [Vniuersale, quod est in inferioribus necessario, essentialiter, & in quid incompletè:] sed ex qualibet Differentia Speciei infimæ præter propriam, constituitur vna Species subalterna; ergo inter Genus, & Vniuersale est primò, Vniuersale necessarium: deinde essentiale: posteà, in quid. Quemadmodum ex eo quòd homo definiatur substantia corporea, animata, sensitiua, & rationalis colligimus inter hominem, & substantiam tria genera mediare, corpus, viuens, & sensitiuum.

Quarta.

Non est tamen propter hæc discedendum à communi sententia, quæ vt eas Species infimas constituit, ita respectu Vniuersalis efficit immediatas. Præcipuum fundamentum est illud, quod in colligendo harum Specierum numero, in primo articulo indicauimus, & ex Aduersariorũ sententijs maius exurgit. Si enim Vniuersale diuidendum est primò in duo membra (vt omnes illæ sententiæ contendunt) oportet, assignetur aliqua ratio, cur potiùs in hæc, quam in illa diuidatur; quæ cum nulla sit, partietur quis Vniuersale in essentiale, & accidentale: alius verò in Vniuersale in quid, & in quale. Vnde illud sequeretur absurdum, vt vna Species constituatur sub duobus Generibus non subalternatim positis. Nam Differentia erit sub Vniuersali essentiali, & sub Vniuersali in quale, quæ subalternari non possunt, cum nec omne, quod dicitur in quale, dicatur essentialiter: nec omne essentiale sit in quale; vt manifestum est. In huiusmodi autem diuisionibus, vbi res à priori ostendi non potest, fat est ex incommodo euertere diuisionem.

Quinque vulgatæ Species vniuersalis, etiã respectu illius sunt infimæ.

Hinc

Quid ad oppositas diuidendi rationes dicẽdum.

Hinc patet, quid respondendum sit ad omnes opiniones propositas. Nec primum argumentum concludit esse maiorem aliquam rationem, ob quam Vniuersale relatiuum diuidatur in Vniuersale essentiale, & accidentale: cum aliæ etiam diuisiones sufficientes sint ad inducendum specificum discrimen, & relationes non tanta necessitudine sequantur fundamenta.

Ad secundum argumentum respondetur, eas particulas, quæ sunt in definitione Generis, non esse Differentias sufficientes ad constituendas Species subalternas; quales sunt eæ, quæ ponũtur in hominis definitione: sed omnes simul efficere vnam integram Differentiam Generis; per se vero si accipiantur, condere quædam prædicata analogica, vt Prædicabile in quid, in quale, essentiale, accidentarium, necessarium contingens, &c. idque ob rationem adductam in nostræ sententiæ probationem.

QVÆSTIO VIII.

DE PARTICVLARIBVS. quæ Vniuersali respondent.

ARTICVLVS I.

QVID, ET QVOTVPLEX sit Particulare.

CVm eorum, quæ inter se opponuntur, cognitio ad eãdem scientiam spectet, necesse est, vt posit Vniuersalis in communi tractationem, ad Particulare ex aduerso illi respõdens, accedamus. Atque vt à vocabuli interpretatione ordiamur, tria sunt nomina, quæ, ob vicinitatem, confusionem pariunt, & aliquando pro eodem vsurpantur [Indiuiduũ] [Singulare] & [Particulare.] Priora duo semper sumuntur pro re minimè cõi. Licèt Indiuiduum formaliter significet negationem diuisionis in plura, tum actualem, tum aptitudinalem oppositam aptitudini rei vniuersalis. Singulare verò solitudinem, oppositam communitati eiusdem rei vniuersalis.

Particulare (vt notat D. Thomas 1. Poster. lect. 12.) aliquando idem omnino significatum habet; frequẽtius tamen Philosophis vsurpatur pro re subiecta Vniuersali, siue sit communis, siue indiuidua. Quo sensu non solum dicimus Socratem esse particularem respectu hominis, sed huminem etiam respectu animalis. In qua acceptione trifariam (vt diximus de Vniuersali) vsurpatur. Primò pro re denominata particulari, vt pro Socrate, vel homine. Secũdò pro aptitudine, vt subsit Vniuersali coniucto vnitati. Tertiò, pro relatione ipsa, qua refertur ad Vniuersale. De quibus acceptionibus eodẽ modo philosophandum, quo de Vniuersali. Vnde ijsdẽ definitionibus, quibus illud explicari potest, nimirum [Particulare est relatum respiciens Vniuersale] vel [Est id, quod aptum est subesse Vniuersali.] Quæ respondent secundæ definitioni, in qua Vniuersale describitur per ordinem ad actũ essendi. Deniq; [Particulare est id, quod aptum est subijci Vniuersali.] Quæ est descriptio tradita per quandam Particularis proprietatem. Vt enim Vniuersale consequitur prædicabilitas, tanquam germana passio, ita particulare subijcibilitas. Ex quibus definitionibus tres colliguntur particularium conditiones. Prima, vt aliquam habeãt vnitatem; id enim significat pars, quæ ponitur loco generis. Secunda, vt apta sint subiacere. Tertia (quam exigunt ratione vniuersalis,) vt plura sint vniuersalis participatione. De quibus in proximis articulis est disceptandum.

D. Thom. Tradũtur particularis definitiones.

Diuiditur particulare (si loquamur de illo, quod proximè ab vniuersali respicitur) in membra quinque. (Quæ vocabula accipiunt ab vniuersalibus.) Primum dicitur particulare in quid incompletè Secundum, particulare in quid completè.

Particularis distributio.

Tertium,

Digitized by Google

Tertium, in quale essentialiter. Quartum, in quale necessariò. Quintum, in quale contingenter. Quæ diuisio, si de Particulari in prima & secunda acceptione fiat, vniuoca non est ob easdem causas; propter quas simili Vniuersalium diuisioni vniuocationem denegauimus. Si autem pro relatione sumatur, est diuisio Generis in infimas Species; vt de Vniuersali dictum est; est enim vtrobique eadē prorsus ratio. Diximus, diuisum in illa quinque mēbra particulare proximum; quoniam datur quoddā particulare in quid incompletè remotū, de quo est controuersia à nobis postea ventilanda, an contineatur vniuocè sub particulari? &, an per se remotè terminetur ad suum Vniuersale, vel solùm per accidens.

ARTICVLVS II.

QVAM VNITATĒM requirant Particularia Vniuersalia subiecta.

DĒ hac re veteres Philosophi nihil ex professo tradiderunt: ex ijs tamen, quæ de veritate propositionum de subiecto coniuncto apud ipsos inuenimus, verisimiliorem resolutionem desumemus. Igitur cum de re vniuersali agemus, duplicem vnitatem postulauimus; vnam essentialem, & alteram præcisionis. In re tamen præsenti secunda locum non habet, tum quia particulari non repugnat identitatem habere cum suo Vniuersali: cum ad veram particularis rationem necessarium sit, vt Vniuersale participet: (quod in capite de Accidente ostendemus) tum quia, quod præcisum est, sumi potest absq; eo, à quo præscinditur: Particulare autem, saltem quod essentialiter subijcitur, absque suo Vniuersali sumi non potest: cum illud in sui essentia, & constitutione includat. Tota contentio est de vnitate essentiali, quam constat non oportere in particularibus formalem esse, cum inter particularia numerentur individua, quibus vnitas communicabilis (cuiusmodi est formalis) prorsus repugnat. Quærimus ergò, an sit necessaria vnitas essentiæ, siue communis, siue individualis.

Negant aliqui Recentiores. Primò. Quoniam homo in communi prædicatur vniuocè, & in quæstione, quid est, de homine albo, & de homine nigro: ergo si accipiatur in statu præcisionis, vbi ceteras conditiones ad Vniuersale requisitas habere possit, prædicabitur vt verum Vniuersale: nam complexio particularium nequit officere repræsentationi, aut vniuocationi prædicati. Opinio negantiū, requiri in particulari vnitatē essēcię respectu vniuersalis.

Secundò. Verum æqua ratione affirmatur de multis propositionibus veris: sed propositio est quid complexum: ergo vnitas essentiæ necessaria non est in omnibus Vniuersalium particularibus.

Tertiò. Homo est Species, respectu Christi Seruatoris: sed in eo non est vnitas essentiæ: quamuis enim Christus, vt est hic homo, dicat constitutionem ex sola Natura Humana cum Supposito Diuino, habeatque vnitatem entis per se: nihilominus, vt significat vtramque Naturam Diuinā, & Humanam subsistentes in Verbo Diuino, non habet vnitatem essentiæ. quia per Diuinum Incarnationis Mysterium non resultauit vna Natura, seu Essentia ex duabus: sed vna persona in vtraque Natura: ergo non est necessaria in particularibus vnitas essentialis.

Pro alia parte citari potest. Scotus in 3. d. 22. q. 1. & illius Sectatores ad quos accessit ex Thomistis Capreol. ibidem q. vnic. artic. 3. quatenus asserunt propositiones, in quibus prædicatur de aliquo composito contingenti vna pars, prædicationem esse contingentem. Cum enim non pertineat ād quintum Prædicabile, (quia non est in quæstione quale est) videtur ex eorum sententia extra numerum Vniuersalium esse: sed nullum complexum, aut compositum per accidens habere posse rationem particularis ostendi in hunc modum potest. Ratio, ob quam in Vniuersali exigimus essentiæ vnitatem, est, quoniam, Opposita superiori sententia. Scotus. Capreol.

Digitized by Google

niam, quicquid ea vnitate carer, simpliciter est multa, & non vnum multis commune. Vnde fieri poterit, vt communicetur vna illius pars, alijs non communicatis: vt continget, si quis concedat, hominem album esse vniuersalem: communicari enim poterit homo, & non albedo: quod repugnat æquabili Vniuersalis distributioni: debet enim fieri æqualiter omnibus secundum totam essentiam. Sed hæc ipsa ratio militat in Particulari: ergo requirit eandem essentiæ vnitatem. Probatur Minor. Si Particulare multiplex sit, subijci poterit secundum vnam sui partem, alijs partibus non subiectis, quod si fiat; iam non dicetur totum per se particulare, sed vna pars per se, alia per accidens; cum tamen particulare non minus, quam Vniuersale æquabile esse oporteat in subiectione.

Cóclusio prima.

Sit prima conclusio. Particularia essentialiter participantia Vniuersale postulant essentiæ vnitatem. Probatur. Hęc particularia non constituuntur, nisi per contractionem suorum Vniuersalium, medijs Differentijs essentialibus: sed ex Differentia contrahente, & Natura contracta semper consurgit vnum per se; ergo hæc particularia necessariò sunt entia per se, siue vnius essentiæ. Tota ratio est euidens, cum Genus, Species, & Differentia nunquam habeant Particularia, nisi cum diuidantur per differentias sibi proportionatas. (Nam accidentia, quantumuis opposita, non multiplicant Naturam communem; videmus enim, duo contraria posita a Deo in eodem subiecto singulari, non caulare illius multiplicationem: ergo nec eam per se causabunt, si addantur Naturæ communi) At ex differentijs proportionatis oritur necessariò vnum per se: ergo, &c. Hæc ratio non modo habet vim in Genere, & Specie, quę per se subeunt contractionem, sed etiam in Differentia communi, quæ alterius beneficio contrahitur; quia saltem ratione Speciei, aut Generis efficit vnum per se. Accedit; In quocunque Prædicamento ponitur Species, in eodem collocari eius inferiora; quod secus accideret, si homo esset Species hominis albi, & nigri, cum ille sit in Prædicamento Substantiæ, hi ab eodem exulent. Item: Natura specifica prædicaretur de specie differentibus; nam homo albus, & homo niger, si plura sunt respectu hominis, non numero, sed specie differunt; vt palam est. Quæ tamen sunt manifestè absurda.

Cõclusio secunda.

Secunda conclusio. Particularia Vniuersalium accidentaliũ ex se non effugitant vnitatem essentialem. Probatur. Hæc particularia non constituuntur per contractionem sui Vniuersalis, sed supponuntur in suo esse constituta, & ab eo solam denominationem sortiuntur: atqui subiecta complexa sortiri possunt denominationem ab Accidente communi; ergo & esse illius particularia. Maior, & consequentia patent. Minor probatur exemplo adducto in secundo argumento; quod saltem habet vim, in opinione eorum, qui admittunt propositionem enũciatiuã, à iudicatiua distinctã. Præterea. Esse cognitum prædicatur de tota domo, quando tota eadem cognitione adæquatè percipitur; domus verò cõplexa est. Diximus, [quando tota domus adæquatè percipitur] quoniam est omninò necessarium, vt accidens, quod futurum est Vniuersale respectu compositi per accidens, conueniat primò toti composito? alioquin si conueniat vni tantum parti: vt homo in communi collatus cum hoc complexo [Petrus albus] conuenit per se Petro, aut omnibus partibus per se, ita vt seorsim à toto illis conueniret: quo pacto se habet frigidum comparatione acerui lapidum frigidorum: ita enim competit singulis lapidibus totius acerui, vt, quamuis separarentur, eo pacto eis conueniret; si, inquam, ita conueniat, non est Vniuersale respectu totius, cum tale compositum per accidens illi non subijciatur.

Cõcl. 3.

Tertia conclusio. Licèt in particularibus Vniuersalis accidentalis non

sit

Digitized by Google

sit necessaria vnitas essentiæ (vt probatum est) ratiò tamen absque illa inueniuntur. Huius probatio patebit varijs Accidentium gradibus enumeratis. In primis nullum Proprium, vel Accidens reale, & intrinsecum habere potest subiectum complexũ; causa est, quia Accidens commune est in subiecto per accidens Singulare: sed vnum numero Accideos singulare, & reale nequit intrinsecè inhærere, nisi in vno numero subiecto: vt manifestum est ex vna inhærentia, per quam existit, complexum verò (vt diximus, & per se constat) simpliciter est multa: ergo hoc Accidentis genus, siue propriũ, siue contingens, deposcit vnius essentiæ particulare. Inter extrinseca autem Accidentia, Tempus, & Locus, semper denominant entia per se: nullum enim compositum per accidens occurret, quod per se primo sit in loco, vel tempore, & non per suas partes. De Actione, tamersi videri possit eam primò competere toti coniuncto ex prima, & secunda causa: cum earum neutri absq; alterius consortio tribui queat: verisimilius tamen idem, quod de præcedentibus, dicendum est. Quamuis enim vt effectus quidam est, & agendi principium, requirat vtramq. causam coniunctam ad sui esse: nihilominus, vt est forma extrinseca, de alterutra causa sufficiẽter dicitur: cum simpliciter dicamus, Solem agere, Hominem intelligere. Eandẽ legem subeunt quãplurima rationis entia, & negatiua, vt consideranti perspicuum erit. Ex quibus patet, quãto iure dixerimus, rarò inueniri particularia complexa. Quædam tamen esse constat illo exemplo de domo cognita: siue enim cognitum sumatur pro relatione rationis, siue pro conceptu intellectus, eadem ratione prædicari potest de domo, & alijs complexis. Quod pari modo asserendum est de hoc prędicato [amatum] vel [appetitum,] & de alijs negationibus, entibus rationis, & realibus extrinsecè denominantibus.

Soluuntur arg. oppositæ sent.

Ad argumenta primæ sententiæ, quatenus in omnibus particularibus complexionem admittit, respondemus. Ad primum: concedendum est, hominem in communi, cum repræsentatur abstractus in se, vniuocum esse, & Vniuersale: sed neutrum habere respectu illorum complexorũ: nec enim idem est prædicatum esse vniuocum, & de aliquibus vniuocè prædicari: vt animaduertit Scotus in 3. d. q. 1. & patet in eodem exemplo. Nam homo in his prædicationibus [Animal est homo] [Quantum est homo] secundum se vniuocus, & vniuersalis esse potest: prædicationes tamen vniuocæ, & vniuersalis non sunt: quia indirectę. Eæ verò, de quibus disputabamus, ideò non sunt vniuocæ, quia homo albus, & homo niger non sunt per se plura particularia sub homine: cum albedo, & nigredo non multiplicent hominem, sed in eodem Singulari esse possint, aut simul per Dei potẽtiam, aut successiuè per potentiam naturalem: in quibus euentis perinde prædicaretur Singulare de illis duobus compositis, ac homo in communi: esse autem necessariam multiplicationẽ Naturæ per Inferiora ad prædicationem vniuocam, in sequentibus articulis ostendemus. Atq; hæc erat vis illius rationis, qua primam assertionem comprobauimus. **Primum.** **Scotus.**

Obijcies tamen. Etsi illa duo compositа [homo albus] & [homo niger] non exigant per se hominis multiplicationem ad vniuersale necessariam; hæc [Socrates albus] [Plato niger] illam habere: hominem verò de illis prædicari cum conditionibus ad vniuersale necessarijs: ergo, &c. Respõdetur. Quemadmodũ in his compositis multiplicatio Naturæ nõ fit ratione accidentis adiuncti, sed facta supponitur in Platone, & Socrate ante omne accidẽs: ita hominem non prædicari de toto illo cõplexo, [Socrates albus] sed de Socrate, cui per se conuenit: siue sit albus, siue non. Admonuimus enim supra, Naturam vniuersalem nunquã competere primò alicui parti, sed toti particulari. **Oppugnatur tradita solutio.**

Secundum argumentum cõfirmat secun- **Soluitur 2. argum.**

secundam conclusionem, si verum est, quod supponit, dari, scilicet, communicationem mentalem complexam.

Soluitur 3. argum.

Ad tertium erit alibi fusior respondendi locus. Nunc dicimus, idcircò hominem prædicari, vt Speciem, de Christo Domino; quia, licet includat duas Naturas, quæ in vnitatem vnius essentiæ non coalescunt: non significatur tamen vt compositus ex illis. Quo solo modo dici posset compositum non per se, sed significari vtramq; Naturam, vt subsistentem in Supposito Diuino, cum quo vtraque facit compositionem per se. Itaque Christus Dominus, etsi habet duas Naturas, quæ in vnam essentiam minimè vniuntur, est tamen vnum ens per se in ratione subsistentis: & non significatur, vt conflatum ex Naturis, sed tanquam subsistens per se in vtraque.

Falsitatis arguitur tradita solutio.

Dices: Si hęc significationis, & cõpositionis forma satis est, vt aliquid sit particulare Speciei, si Natura Platonis assumeretur per Dei potẽtiam ad subsistẽtiam Michaelis. (quidquid sit de rei possibilitate) & Michaeli imponeretur nomen significans illas Naturas in sua subsistentia, posset de eo prædicari Natura Angelica, vel Humana, vt species de individuo, est enim vtrobique eadem ratio. Quæ illatio si concedatur, admittetur sanè aliquid contra ea, quæ in 2. & 3. conclusione resoluimus, scilicet particulare secundum se totum debere subijci vniuersali. Nam illud suppositũ non subijceretur homini secundum Naturam Angelicam, quemadmodũ nec Christus Dominus homini subijcitur secundum Naturam Diuinã.

Propugnatur veritas.

Respondetur illationem admittendam esse. Ad impugnationem dicendum; Nos asseruisse, totum particulare subijci oportere, sed non secundum omnem formam, quam habet, vt cernere est in hac propositione [Homo est formatus] in qua homo subijcitur formæ ratione animæ tantùm, & non ratione materiæ, quã tamen includit, & significat.

ARTICVLVS III.

VTRVM PARTICVLARIA eiuslibet Vniuersalis plura esse debeant.

Stat⁹ quęstionis.

NOn disputamus, an oporteat Vniuersali actu respondere plura particularia: id enim inferius disquirendum est. Sed verum possit esse vniuersalis Natura, quæ plura particularia vel simul, vel successiue habere nequeat.

Opi. Thomistarum negans. D. Thom. Caietan. Capreol. Aegidius. Soncin. Thomistę. Abulens.

Non esse necessariam particularium multitudinem ad Naturæ vniuersalitatem, opinatur D. Thomas, 1. p. q. 50. artic. 4. Et 2. contra Gent. cap. 93. Et de Spiritualibus creaturis art. 8. de Ente & essentia cap. 4. & 5. Caietanus eo loco, q. 9. Capreol. in 2. d. 3. q. 1. concl. 5. Aegidius, Quodlib. 2. p. 2. Soncin. 12. Metaph. q. 51. Et cęteri ferè Thomistæ, Abulens. Parad. 4. c. 34. & in c. 29. Numerorum. Asserunt enim omnes hi Autores, singulas Angelorum Species vnicum tantum individuum habere posse, quare omnes Angelos, qui nunc existunt, differre inter se Specie. Hoc idcircò sibi persuadent, quia existimant, adequatum principium numeralis multiplicationis esse materiam quantitate molis affectam, quæ cum in Angelis nulla sit, sequitur, quòd nulla sit individuorum multitudo.

Quod si illis obijcias; Naturam communem in hoc differre ab individua, quòd hæc propter singularitatem, quam includit, multis communicari non potest, illa verò, quia nihil includit singulare, indifferens est ad multa inferiora, in eaque dividi potest. Quare implicationem esse, Naturam specificam, aut alio modo communem, in multis particularibus esse non posse. Respondet Caietanus in illo cap. 5. quæst. 9. bifariam posse rem aliquam habere rationem Speciei. Primò ex parte rei, & intellectus: Secundò ex parte intellectus tantùm. Priori modo est Species ea Natura, quæ & secundũ se est in multis individuis, & per

Caietan.

per intellectum potest concipi absque Indiuiduis conditionibus. Posteriori modo ea, quę intellectu quidem apprehendi potest præcisa ab indiuidualibus conditionibus: secũdum se autem ita est in vno, vt in alijs esse non possit. Posse verò aliquam Naturam solius intellectus beneficio esse vniuersalem, indicat etiam Auicenna lib. 5. suæ Metaph. c. 1. cum ait: Vniuersale est, quod in intellectu non est impossibile prædicari de multis. Et confirmatur à Caietano, cap. 4. de Ente, & Essentia, hac ratione. Quęcunque res ita concipitur, vt sit indifferens ad vnum, vel plura; habet rationem vniuersalis, sed Natura Michaelis ita considerari potest, vt in eius conceptu nulla inuoluatur conditio singularis; ergo apprehendi potest vt indifferens ad vnum, vel multa; siue hæc esse possint, siue non, id enim nihil immutat in Natura præcisè concepta.

Contraria sententia penitus defendenda.

Scotus.
Gabriel.
Carthusiã.
Marsil.
Argent.
D. Bonau.
Alexand.
Albert.

Verùm hæc Thomistarum sententia, cum Caietani commento, iure optimo damnata est tribus Parisiensium articulis; & communi Autorum consensu in 2. distinct. 3. vbi oppositum de Natura Angelica tradit Scotus. Gabriel. q. 1. Carthusianus, & Marsil. q. 3. Argent. q. 2. Bonauentura d. 9. art. 1. q. 1. Præterea. Alexan. 2. p. q. 20. membr. 6. Albertus 2. p. tract. 2. quæst. 8.

Sed nobis animus non est ostendere, sub quauis Angelorum Specie esse plura Indiuidua; id enim alterius est instituti. Sed impossibile esse, reperiri Speciem, quę in plura Indiuidua diuidi nequeat; imò vniuersim oportere sub qualibet Natura communi plura constitui particularia. Cum hæc sit germana ratio, & proprium discrimen rei communis a singulari, quia cõmunis ea solùm ratione talis est, quia ad multa diffundi potest: quod enim vni per se addictum est, omni communitate careat.

Deinde vt fariam explicari potest ea repugnantia multiplicationis in aliqua Natura, siue Angelica, siue alia. Primò, eo modo, quo Natura Diuina est indiuisibilis per suammet entitatem infinitam: infinitæ enim perfectioni absque vlla compositione differentiæ singularis repugnat omnis Naturæ multiplicatio. Secundò. Quia Natura Angelica per se est coniuncta alicui Differentiæ singulari ita, vt ei repugnet alteri coniungi, atq; adeò ad plura contrahi. Tertiò. Quia, licet Natura Angeli in eo quasi priori, quo præcedit actu, vel virtute sui contractionem, indifferens sit, vt à qualibet Differentia singulari determinetur: tamen, cum primum alicui coniungitur, ita adæquatè ad illud Indiuiduum trahitur, vt alteri Differentiæ coniungi, aliudque constituere non possit. Veluti si fingeremus aliquam materiam primam capacem alicuius formę ex pluribus, sed cum aliqua informaretur, ita abea perfici, ac possideri, vt nec simul, nec successiuè queat aliam admittere.

Sed quocunque modo explicetur, non defenditur vera ratio Naturæ communis absque multiplicatione. In primis enim Natura, cui repugnat cõmunicabilitas ex priori capite, primum non est communis; quia Natura Diuina, etsi nõ sit singularis per constitutionem ex differentia indiuiduante, est tamen per totam suam entitatem, cui non minùs repugnat communicabilitas, quàm Differentiæ singulari: natura verò eo pacto singularis nequit habere rationem Generis, vel Speciei, quemadmodum eam non habet Diuina. Secundò nõ potest esse Natura creata: quoniam hæc necessariò est finitæ essentiæ, cui non repugnat habere aliam similem: Deo namque idcirò repugnat habere aliud Indiuiduum simile, quia cõtinet infinitam perfectionem. Quam rationem vlterius persequi, huius loci non est. Deinde si Naturæ Angelicæ non conuenit multiplicario propter coniunctionem necessariam cum aliqua singulari differentia; vel est, quia differentiam includit: vel, quia necessariò, sed extrinsecè, ab illa determinatur: si primum detur, falsum est, eam

Natu-

Naturam esse communem: cum non alio modo res sint indiuiduæ, quam per singularis differentiæ inclusionem. Si secundum, fingi quidem potest ea Natura, vt communis, re vera tamen communis esse non potest: quia, quod per se & ab intrinseco est addictum alicui Singulari, non potest concipi cum indifferentia ad plura: alioqui cognosceretur cum conditione suæ naturæ repugnante.

Denique. Si Natura fingatur incõmunicabilis ex tertio capite, eo admisso, concipi quidem poterit, vt indifferens: sed non indifferentia vniuersali (hæc enim æqualis est ad multa) non ad alterum, vt enim ostendemus in art. sequent. Vniuersale reperiri debet in particularibus vt sit in eis diuisum, & multiplicatum: id verò, quod in multi esse non potest, diuisionem nõ patitur; ergo illa indifferentia ad alterutrum non est sufficiens ad naturam vniuersalem. Mitto, explicationem non esse verisimilem, cum non sit maior ratio de vna differentia, quàm alia, & quælibet ab æterno sit coniuncta Naturæ specificæ, à qua virtute tãtum distinguitur: nec detur ea prioritas Naturæ, quam volunt.

Atque hæc demoliuntur opinionem Thomistarum absolutè propositam; commentationem verò Caietani sic euertes. Naturę cõceptę duobus modis conuenit vniuersalitas: primò negatiuè: quia nimirum repræsentatur Natura, cui non repugnat esse in multis, deq; illis prædicari: secundò positiuè; cum eadem Natura ab intellectu cum quadam amplitudine, & capacitate apprehenditur; sed Natura, cui secundum se repugnat communicatio, neutro ex his modis esse potest vniuersalis: non primo, quia cum intellectu repræsentatur Natura secundum suam essentiam, ei conueniunt ea, quæ talem essentiam consequũtur: sed Speciem Angelicam sequitur (vt aiunt) incommunicabilitas, aut ratione sui, aut ratione differentiæ, ad quam per se copulatur; ergo, quamuis in intellectu reluceat, non habebit oppositam non repugnantiam. Non secundo; quoniam etsi intellectus possit quamlibet Naturam, vt communem, concipere: nequit tamen eam verè communem reddere, nisi, cum ei cõmunicatio non repugnat; alioqui fateamur necesse est, Naturam Diuinã posse fieri per intellectum vniuersalem, si apprehendatur vt communicabilis, licet re vera talis non sit. Quam illationem, tametsi Caietanus concedat, vt apertè falsam, reijciunt nõ solùm ceteri Doctores, sed etiam D. Tho. 1. p. q. 13. art. 9. & sæpè alibi. Quoniam Deo ob infinitatem repugnat alius Deus similis in essentia.

Ad rationem, qua ipse Caietanus vtebatur, respondemus, verum esse, Naturam, cui in conceptu conuenit indifferẽtia ad vnum, vel plura, vniuersalem esse, falsum tamẽ, hanc indifferentiam competere Michaeli, si ei repugnat in pluribus esse. Quod verò per modum confirmationis subiungitur, posse Naturam Michaelis concipi, quin reluceat in eo conceptu conditio singularis: absolutè est falsum, supposito, quod ei repugnat communicatio. Sed esto, illud demus iuxta tertiam explicationem, satis tamen est, vt Natura nõ sit vniuersalis, quod appareat cum sola indifferentia ad alterutrum ex multis; non autem ad ipsa. Auicen. dictum solum significat, vniuersalitatem solius intellectus opera rebus conuenire. Fundamentum D. Tho. de principio indiuiduationis communiter reijcitur. Quod nobis satis est hoc loco, in quo eam quæstione tractare non licet.

Quæ hactenus disseruimus, ad particularia Vniuersalis substantialis præsertim referuntur. Subijciamus aliquid de accidentalibus. Est difficultas hodiè agitata de hoc concreto [Creator] in communi sumpto (vel deducatur ab actu creandi, vel à relatione:) est enim Vniuersale, vt per se patet; cum tam actus creandi, quàm relatio in cõmuni Singularia nõ sint: sed nõ habet plura, de quibus prædicetur; ergo non cuiusque Vniuersalis.

ſalis Particularia plura eſſe debent. Probatur Minor, quia ſolus Deus eſt creator. Reſpondemus, illud concretum poſſe cõferri vel cum Deo, de quo accidentaliter, & contingenter prædicatur, vel cum hac, & illa relatione creatoris concretè ſumptis; quod appellamus cum hoc & illo creatore, de quibus prædicatur in quæſtione quid eſt. Priori quidem modo creator ex ſe ſufficiens eſſet ad habendam rationem quinti Vniuerſalis, ſi ſubiecta forent plura: ſed de facto eam non habet; nec oportet, vt quoties aliqua Natura communis, & vniuoca affirmatur de aliquo, prædicatione pertinente ad aliquod ex Vniuerſalibus, vniuerſaliter prædicetur, ſi deſint Particularium conditiones; vt viſum eſt in ea prædicatione [homo albus eſt homo.]

Nec opponas, Creatorem prædicari de Patre, Filio, & Spiritu Sancto, ergo dici de pluribus. Nam omnes tres Perſonæ Diuinæ, vt vnam numero potentiam habent, ita ab eadem numero relatione denominantur; cum ad Vniuerſale non ſufficiat quælibet ſubiectorum pluralitas: ſed ea, quæ coniunctam habeat multiplicationem formæ, quæ prædicatur. Vt articulo proximo diſſeremus.

An Creator ſecundo modo ſit vera Species, cum de hoc, & illo Creatore formaliter ſumptis prædicatur; eſt grauis contentio; Atque pro parte negante pugnatur primò. Quia omnes illæ relationes efficiunt concretionem cum vno ſubiecto, vt dictum eſt. Vnde non poſſunt appellari multi Creatores; ergo vel dicendum eſt, ſufficere vnum Particulare ad Genus, vel Speciem (quod hactenus negauimus) vel Creator non eſſe Vniuerſale.

Secundò. Si tres Humanitates per Dei potentiam vnirentur eidem Suppoſito, Homo in communi reſpectu illius non erit Vniuerſalis; ergo nec Creator, reſpectu huius & illius creationis; eſt.n. eadem ratio. Antecedēs probatur, quia in eo caſu non eſſent tres homines, vt docet D. Tho. 3. p. q. 3. art. 8. Quem plures recipiunt Autores, quàm cum docuit oppoſitum in 3. d. 1. q. 2. art. 5. ad 2.

Multò tamen probabilior eſt oppoſita ſententia aſſerens, Creatorem eſſe Genus, vel Speciem, ſi cum ſingulis creationibus concretè ſumptis cõparetur; non ſecus ac eſt ipſa creatio in abſtracto, reſpectu ſingularum creationum. Fundamentum eſt, quia accidens in concreto, cum prædicatur de inferioribus in quid, nõ ſumitur ſubiectiuè vt inferius, ſed tanquam extrinſecum præbens concretionem particularibus accidentibus; vnde nõ formaliter, ſed de connotato tantùm per nomen ſignificatur; ergo, quamuis illud ſit vnum numero, ſi particularia accidentia, quę cum illo concreſcunt, plura ſint, poterit accidens in communi ritè ſignificatum vniuerſaliter de illis enũciari. Et hoc modo ſeſe res habet in Creatore; licèt.n. ſolus Deus ſit ſubiectum creationis, ipſæ tamen creationes multæ ſunt. & omnes in concreto accipiuntur. Hinc [Sciens] eſſe vniuerſale ad Logicam, & Metaphyſicã in concreto, quamuis ſit in eodem intellectu: ſed reſpectu ipſius intellectus Vniuerſale non eſſe. Idem dices de Idea comparatione plurium Idearum exiſtentium in Mente Diuina, & ſic in ſimilibus.

Ad primam rationem in oppoſitum dices, etſi non poſſint appellari multi Creatores, abſolutè loquendo, probè tamen dici plures Creatores formaliter: idque ſatis eſſe, quando & Vniuerſale prædicatur, & Particulare ſubijcitur ratione formalis ſignificati: id enim debet eſſe multiplex, quod ſubijcitur, ſubiectum verò in ſimilibus prædicationibus haud ſubijcitur vt inferius.

Ad ſecundam, conceſſo antecedente, neganda eſt conſequentia. Ratio diuerſitatis eſt; quoniam concretum accidentale non includit ſubiectum, vt diximus: ſed connotat. Subſtantiale verò concretum, ſaltem ſingulare, includit formaliter Sup-

positum; vt alibi latiùs probandum est. Vnde substantialium cõcretorum multitudo dependet etiam ex multitudine Suppositorum.

ARTICVLVS IIII.

VTRVM QVODVIS PARTIcularc contineat Naturam communem diuersam ab ea, quæ est in alio.

Proponit pars negatiua.

HOc alijs verbis proponi solet. An opus sit, Vniuersale in Particularibus multiplicatum esse? Negatiua pars colligi videtur ex Vniuersalis definitione, in qua illud tantùm exigitur, vt in multis sit, & de illis eadem ratione prædicetur: sed hoc habere potest Natura communis absq; vlla sui diuisione; ergo necessaria non est multiplicatio. Minor exemplis ostendi potest. Potest enim Deus eandem numero albedinem in tribus lapidibus collocare; vt

Caiet. cõcedit Caietanus, tertia parte, quæstione tertia, articulo sexto. Et nemo inficiatur. Item. Cum prima, & secunda causa operantur, vnicam habent actionem: at tres lapides dicuntur plura alba, & prima, & secunda causa multa agentia; ergò non apparet, cur album, & agens in communi Vniuersalia non sint, comparatione illorum subiectorum. Imò non desunt è Recentioribus, qui eodem fundamento existiment, ipsa Singularia sortiri posse rationem Vniuersalis, saltem quarti, & quinti: cum tàm albedo illa in pluribus existens, quàm actio ab vtraque causa procedens de pluribus affirmari possint, quod exigit Vniuersalem. Idem dicunt de hoc prædicato [cognitum à Deo] quod, cum ab vnica Dei cognitione desumatur, de infinitis tamen rebus necessariò, atque adeò in quartò Prędicabili affirmatur.

Quæstionis resolutio.

Sit nihilominùs hęc conclusio. Opus est, vt omnia Particularia contineant Naturam vniuersalem diuisam, & multiplicatam. Traditur ab

Arist. Aristotele 3. Metaph. cap. 3. Singulare, inquit, exposuimus, quod in numero est vnum: Vniuersale autem, quod in his (intellige, diuisum) alioqui ineptè opponeret Vniuersale Singulari in eo, & hoc esset vnum numero, illud verò in multis, si in omnibus posset idem numero remanere. Supponitur vt communis ab Scoto in 1. Scotus. distinctione prima, quæstion. 1. artic. 2. & ceteris Scholasticis. Vnde Bargius ad locum Scoti adnotauit, Bargius. vniuersalitatem inuoluere quandam imperfectionem, quam communitas, & communicabilitas non habét: nimirùm, quia hæ non postulant Naturæ diuisionẽ, sed in multis existentiam: vniuersalitas verò maximè. Qua de causa dixit Scotus, omnẽ quidditatem, etiam Diuinam, de se esse comunicabilem, at non vniuersalem.

Probatur ratione.

Eandem conclusionem confirmat vsus communis loquendi, dicitur enim, Vniuersale in Inferioribus diuisum esse: cum ab illis separatur, reddi vnum. Quod incongruè dicetur, si in ipsis Particularibus vnum esset, & non tam multa quàm multa ipsa existunt. Prætered. Vnitas rei vniuersalis debet esse opposita vnitati Singularis: sed vnitas singularis negat omnem sui multiplicationem secũdùm nomen, & rationem: vt docet D. Thom. 1. p. q. 13. ar. 9. ergo vnitas Vniuersalis debet sibi associare diuisibilitatẽ in plura sui nominis, & rationis. Quę talia esse non possunt, nisi habeant in se diuisam Naturam vniuersalem, hac enim tantùm de causa negant Doctores catholici, tres Personas Diuinas esse tres Deos (quod fides docet) quãuis participent omnes Naturam Diuinam. Et hinc sumitur vltima confirmatio. Si enim diuisio Naturæ in Particularibus necessaria non est, vt quippiã sit Vniuersale, cur non est vniuersalis Natura Diuina, comparatione trium Personarum, in quibus perfectissimè est?

D. Thom.

Si quam vim habent hæ rationes, in omnibus Particularibus, & Vniuersalibus idem conuincunt, licèt in tribus primis illud existat speciale,

ciale, quod cùm pertineant ad ſuorum Particularium conſtitutionem, ſi hęc inter ſe differre debent (vt probatum eſt) pari modo Vniuerſalia, quatenus ſunt in vno, diuerſa erunt à ſe, quatenùs exiſtunt in alio.

Quid animaduertendum.

D. Tho. Scotus.

Vt verò ſatisfiat obiectionibus aduerſus quartum, & quintum Prædicabile, notandum eſt ex D. Thoma 1.p.q.36.art.4.& q.39. art.3. & Scoto in 1. diſt.12. quæſt. 1. inter omnia concreta adiectiua, & ſubſtantiua hoc eſſe diſcrimen, quòd concreta adiectiua, vt dicantur in numero plurali, ſolùm exigunt ſuppoſitorum, ſeu ſubiectorum multitudinem, licèt forma vna ſit minimè compartita: ſubſtantiua autem & ſuppoſitorum, & formę multiplicationem requirunt. Ratio huius diſcriminis pro loco eſt: quia adiectiuum, cum ſignificet formam vt adiacentem ſubiecto, ab eoque dependentem, modificatur ad modum ſubiecti: quocirca, ſi hæc plura ſunt, dicitur adiectiua de illis in plurali, quantumuis forma ſit vna. At ſubſtantiua, quia ſignificant ſuum ſignificatum per modum formæ ſubſiſtentis, non modificantur à ſubiecto, ſed à modo ipſius formæ. Vnde ſi hęc ſit vna, non poſſunt proferri in numero multitudinis. Dicimus, ad Vniuerſale præcipuè requiri hanc multiplicationem formæ, vt patere poteſt ex reſolutione illius dubij de Creatore, quamuis ad abſolutum vocabulorum vſum vtraque requiratur.

Diluuntur arg. contraria.

Nunc ad arguméta in oppoſitum reſpondemus, ita eſſe intelligendam definitionem Vniuerſalis, vt ſub eo vocabulo [de pluribus] ſignificetur hæc Naturæ multiplicatio. Ad exempla verò, quæ in confirmationem Minoris afferuntur, dicendum eſt, ſubiecta alba, cauſas agentes & res cognitas dici plura adiectiuè tantum, & non ſubſtantiuè: quod veræ vniuerſalitati non ſufficit. Iam verò Recentiorum commentum de Vniuerſalitate Singularium, non eget alia reſponſione, quam qua ſit ſatis ijs, qui omnia dicunt eſſe vnum, etiam quæ contrariè opponuntur. Quid enim magis oppoſitum, quam Singulare, & Vniuerſale? quæ in vnum coaleſcent, ſi res indiuidua propter ſolam in multis exiſtentiam vniuerſalis cenſeatur.

EXPLICATIO CAPITIS PRIMI
DE GENERE.

SVMMA CAPITIS.

Tres Generis acceptiones.

PRoponit primò tres Generis acceptiones; deinde tertiam (vt loci, & Philoſophorum propriam) latius explicat. Prima acceptio generis eſt pro multitudine hominum ab vno progenitore, vel communi patria deſcendentium. A progenitore quidem vt Genus Heraclidarum ab Hercule; aut Luſitanorum à Luſio. A patria verò dicimus, Genus Aegyptiorum, aut Gallorum. Secunda vſurpatio eſt pro natali principio, ſeu vi, quam aliqui trahunt à parentibus, vel patria. Quo ſenſu dicimus, Oreſtem ducere genus à Tantalo: Pindarum genere fuiſſe Thebanum. Tertia demique vſurpatio Philoſophorum propria eſt, qua genus ſignificat id, ſub quo collocatur Species: vel, quod prædicatur de pluribus Specie differentibus in quæſtione quid eſt.

Digitized by Google

CAPVT PRIMVM: COMMENTARIVS.

Boetius.

a *Videtur itaq.*] Explicaturus Porphyrius singulas voces, quarum in præfatione meminerat, exorditur à Genere, eo quod & doctrinæ ordine, & naturæ sit prius: vt Boetius adnotauit. Doctrinæ quidem; quia Genus est Vniuersalius: vniuersaliora autem, teste Philosopho, primo Physicor. capit. primo sunt notiora; rectus verò doctrinæ ordo à notioribus incipit. Est etiam Genus natura, & origine prius, quia (vt posteà tradet Porphyrius) de illius potestate educuntur Differentiæ, quæ cum Genere constituunt Speciem, compositione Metaphysica, sicut Materia, & Forma constitutione Physica. Quare & Differentia, & Species posteriores sunt, quam Genus. Quod est intelligendum de ipsis Naturis; nam secundum relationes simul natura sunt Genus, & Species; cum se mutuò respiciant. De proprio, & Accidente res est planior, cum supponant essentiam Substantiæ ex tribus prioribus Vniuersalibus constitutam. Habetur verò hic prior Substantiæ ratio; quia iste libellus ad Prædicamenta introducit, vbi primum occurrit Genus Substantiæ, deinde cetera.

Aristot.

Memor verò Porphyrius eius præcepti, quo Aristoteles in 6. Topic cap. 2. iubet, vt ea, quæ ambigua sunt, initio statim distinguantur; docet Genus, & Speciem æquiuoca esse; non à casu, vt ex contextu patebit; sed à consilio. Id verò significat illis verbis [non dici simpliciter] quamuis enim vocabulum [simpliciter] varijs vsurpetur modis; aliquando enim significat sine adiectione; quo sensu dicimus, hominem verum esse hominem simpliciter; interdum idem valet, ac dictio [vniuersim] alias indicat, terminum, cui adiungitur, accipi pro minus præstanti significato: quo pacto vocamus bruta simpliciter animalia, quasi nullam præterea perfectionem haberent, quàm quod viuant, & sentiant. In eodem sensu dixit Porphyrius 3. c. Differentias communes, & proprias appellari solitas à Veteribus simpliciter Differentias. Nonnunquàm etiam accipitur pro [vniuocè] in qua acceptione opponitur vocabulo [multipliciter,] quo ad significandam æquiuocationem sæpè vtitur Aristoteles, vt 4. Metaph. c. 1. cũ ait; ens multipliciter dici. Quamuis, in quâ nomen [simpliciter] has omnes significationes habeat: in vltima accipitur hoc loco a Porphyrio; vt sequentia verba demonstrant. Vtitur autem verbo [videtur] non quia dubiter, nomina Generis, & Speciei multiplicia esse: sed (quod volunt Interpretes) vt Aristotelis modestiam imitetur.

§. a *Videtur itaque neque Genus, neque Species dici simpliciter:* §. b *Dicitur enim Genus, & aliquorum hominum aggregatio, qui quidem ad vnum quippiam, & inter se habent respectum. Qua significatione Heraclidarum dicitur genus, quod quidem ex respectu, qui est ab vno, id est, Hercule, & multitudine eorum, qui inter se eam habent coniunctionem, quæ ab illo profluxit, sic est nuncupatum, vt ab aliis generibus sit seiunctum.* §. c *Dicitur & alio modo genus vniuscuiusque principium ortus, tam ab eo, qui genuit quã à loco, in quo est quispiam ortus. Sic enim Oresten quidem à Tantalo, Hyllum autem ab Hercule dicimus genus habere: & rursus Pindarũ quidem Thebanũ genere, Platonem autem Atheniensem dicimus esse: patria namq. principium est generationis cuiusq. perinde ac pater:* §. d *Hoc autem significatum vsurpatius esse videtur: Heraclidæ namque dicũtur, qui genere descendunt ab Hercule.*

Prima Generis acceptio.

b *Dicitur enim Genus.*] Proponit primam Generis significationem, qua dicitur de multitudine nominum habentium originem à communi parente, vel patria. In qua duos exigit respectus: vnum totius multitudinis ad communem progenitorem, vel patriam: alterum affinitatis eorum inter se; & hos significat formaliter nomen connotando multitudinem.

Quod

Quod intelligendum eſt de frequentiori vſu vocabuli. Interdum enim (ſed rarò) peculiaris aliquis homo hac ſignificatione Genus appellatur; iuxta illud Poetę; Obruet ille agros, Agamemnoniaq. Mycęnas, Ipſumque Aeacidæ, genus Omnipotentis Vlyſſis.

c *Dicitur, & alio modo.*] Subdit, præfatã multitudinẽ per habitudinem ad principiũ diſtingui oportere à quauis alia; vt Genus Romanorum à Genere Lyſiadũ. Vnde colligunt aliqui, non rectè dici Genus hominum, ante Adamitarum, eò q; nullum relinquatur hominum Genus, à quo differat. Sed accidẽtarium videtur ad rationem Generis, hoc modo ſumpti. Quod ille reſpectus diſtinctionem afferat, cum conſtet Autores Latinæ linguæ non rarò vo-
Act. 17. care humanum Genus. Quo etiam ſenſu dixit D. Paulus, Actorum 17. Nos Dei genus eſſe. Quod ſi illa diſtinctio tantopere requiratur, ſufficiat, vt per eum reſpectum diſtinguatur à generibus earum rerum, quæ homines non ſunt; vt, brutorum, aut, plantarum. Quamuis harum & ſimilium rerum genera non ſpectauerit Porphyrius hoc loco: vti nec eas hominum multitudines, qui ſecundum vitæ, aut doctrinæ rationem ab aliquo ducunt originem; veluti genus Pythagoreorum, Platonicorum, & Epicureorum. Quia ſolum conſiderauit naturalem originem, quam Genus in ſecunda acceptione, ex qua hæc prima deducitur, ſignificat.

Secũda Generis acceptio.

d *Hoc autem ſignificatur.*] Non ſignificari nomine Generis, hoc ſecundo modo, ipſum parentem, aut patriam, ſed principium inde deductum, (quod vocare poſſumus originem, fatum, ſtirpem, proſapiam, vel genealogiam) aperte indicat Porphyrius, cum docet, non Tantalum eſſe genus Oreſtis, & Herculem genus Hyli: ſed illum à Tantalo, hunc ab Hercule genus ducere. Quod verò addit, patriam eſſe principium generis cuiuſque, perinde ad patrem, idem valet, ac ſi dicat. Quemadmodum à patre, ita & à patria genus duci. Licèt non eamus inficias, comprehendi aliquando hac generis ſignificatione ipſos parentes, & patriam; ſic enim accipit Virgilius: Tantane vos generis tenuit fiducia veſtri? Et Ouidius, cum dixit: Nam genus, & proauos, & quæ non fecimus ipſi, Vix ea noſtra voco. Nomine verò [patria] non intelligimus ſolum eantum: ſed partem quoque cæli, & virtutes aſtrorum, illud reſpicientium. A quibus aliquid in generatione contrahi, latè comprobat Tiraquellus, in L. 7. Connubiorum, præſertim num. 14. Et hac de cauſa diximus, primam Generis vſurpationem ab hac ſecunda promanaſſe; quoniã hominum multitudo idcirco genus nuncupatur, qui à parente, vel patria genus. hoc ſecũdo modo acceptũ, minorus contrazit. Vnde ſecunda acceptio (inquit Porphy.) prior eſt, & vſurpatior.

tales & Cecropidæ, qui à Cecrope, & horum quoque propinqui. Atque priùs fuit genus generationis cuiuſque principium dicitur; poſtea verò multitudo eorum, qui ab vno principio, cum Hercule, profluxerunt: quod quidem à ceteris ſeiungentes, ac ſeparantes, totum Heraclidarum diximus genus. §. e *Alio modo dicitur Genus id, ſub quo Species collocatur:* §. f *Accepta fortaſſe ſimilitudine à prioribus vocabuli eius ſignificatus. Nam & principium quoddam eorum, quæ ſub ſe habet Genus, tale eſt: & præterea videtur multitudinem omnem amplecti, quam, ſcilicet, infra ſeſe continet.* §. g *His igitur tribus modis dicitur Genus. De tertio verò genere Philoſophorum eſt ſermo; quod & deſcribentes ſic aſſignarunt: Genus id eſſe dicentes, quod de pluribus ſpecie differentibus, hoc ipſum, quid eſt, prædicatur, vt* [animal] §. h *Eorum enim, quæ prædi-*

e *Alio modo dicitur.*] Hæc eſt tertia Generis vſurpatio, pro eo, ſub quo collocatur Species: vel cui ſubijcitur. Quã deſcriptionem deſumpſit ex Arith. 1. Top. c. 4. quemadmodum priores duas Generis ſignificationes acceperat ex eodem, in 5. Met. c. 28. Sed hac de re in quæſt. ſequenti latè diſputabimus.

Tertia Generis acceptio.

Digitized by Google

f *Accepta fortasse.*] Probabile est, quod Porphyrius conijcit; nomen, scilicèt, Generis inditum fuisse rei, quæ sub se continet Species propter eius cum Generibus primo & secundo, modo dictis, similitudinem. Vt enim Genus primo modo multitudinem cõplectitur, ab vno principio deductã; ita Genus tertio modo Species, quæ illi subiacent, continet, vt etiam Genus secundo modo principium est hominum, qui Genus participare dicuntur: sic etiam res, sub se coercens Species, principium est earum constitutiuum. Licet alioqui inter hæc magnum sit discrimen; vt ex ijs, quæ de genere tertio modo sumpto, dicemus, palam erit.

pradicantur, alia de vno solo dicuntur, vt indiuidua, veluti [Socrates] & iste, & istud: alia de pluribus pradicantur, vt genera, species, differentia, propria, & accidentia communiter, sed non cuiquam propriè. Atque Genus est, exempli causa [anima!] Species [homo] Differentia [rationale] Proprium [visibile] Accidens [album, nigrum sedere] §. 1 *Genus igitur ab hisce quidem, quæ de vno solo dicuntur, hoc sanè differt, quòd ipsum de pluribus pradicatur. Ab his autem, quæ de pluribus pradicantur, hisce differre videtur. A Specie quidem, quòd Species, etsi de pluribus pradicatur non tamen de pluribus specie, sed de pluribus differentibus numero pradicatur: homo namq. (qui quidem est Species) de Socrate & Platone dicitur, qui non specie, sed numero differunt. At animal (quod est Genus) de bone, equo, atq; homine pradicatur, quæ & specie; non autem numero solo differunt. A proprio verò, quod proprium quidem de vna specie, cuius est proprium, & de indiuiduis hisce, quæ sunt sub illa specie pradicatur: vt visibile de homine solo, & de singulis hominibus dicitur. Genus autem non de vna Specie, sed de pluribus, differentibusq. pradicatur. A Differentia quoque, communibusq. Accidentibus Genus differt. Etenim differentiæ communesque accidentia, quanquam de pluribus ac differentibus specie dicuntur: non tamen ita, vt quid sit quidque, sed vt quale quidque sit, ijsmodi dicuntur.* § K *Rogantibus enim, quid nam illud sit, de quo hæc dicuntur, genus, respondemus; differentias, & accidentia: non enim de subiectis illa in quid, sed magis in quale quid dicuntur. Interroganti namque, quale quid est homo, rationale dicimus: & quale quid est cornus, nigrum dicimus. Quorum rationale quidem est differentia, nigrum autem accidens. Sed, cum quid est homo interrogamur, animal respondemus, quod quidem hominis genus est. Genus igitur, quod de plu-*

Definitur Genus tertio modo acceptũ.

g *His igitur tribus.*] Remittit hoc loco duas priores acceptiones ad Oratores, Poetas, & Historicos. Genus verò tertio modo sumptum ex sententia veterum Philosophorum (ad quos ait pertinere) sic describit. Genus est, quod de pluribus Specie differẽtibus, in quæstione quid est, prædicatur. Veluti animal, quod de homine, & bruto eo pacto enunciatur. Hanc definitionem (quam Porphyrius desumpsit ex Arist. 1. Top. c. 4.) in quæstione sequenti expendemus; nunc illud aduertimus, verbum [prędicatur] (quod actum indicare videtur) more Logico, pro aptitudine esse accipiendum.

Quędã ia cit fundamenta ad probandã descriptionem.

h *Eorum enim.*] Vt ostendat, traditam definitionem cum Genere recurrere (quæ est prima descriptionũ virtus eorum, quæ prædicantur) hãc proponit diuisionem. Quædam prædicantur de vno solo, vt Socrates, cęteraque indiuidua. Alia de pluribus. Sub quo membro omnia Vniuersalia complectitur. Quę deindè numerando subdiuidit in Genus, Speciem, Differentiam, Proprium, & Accidẽs commune, & non cuiquam peculiare, id est, contingens.

Quę p definitionis particulas excludant

i *Genus igitur.*] Incipit ostendere, traditam descriptionem Generi adęquari. Et cum in ea tres sint partes: scilicèt [prædicari de pluribus] (Specie differentibus) (in quæstione, quid est) per primam reijcit Indiuidua, quia prędicantur de vno; eadem excluduntur omnia, quæ Vniuersalia nõ sunt, vt Complexa, Analoga, & alia huius-

Digitized by Google

huiuſmodi. Per ſecũdam reijcit Species & proprtia, vtique ſpecialia, quæ de pluribus quidem dicũtur, ſed quæ ſolo differant numero. Per tertiam deniq; excludit Differẽtias, & Accidentia generica, eò quod prædicantur in quæſt. quale eſt. Non meminit hoc loco differentiæ ſpecificæ, nec Proprij generici: quæ tamen per hanc vltimam partem reijcere potuit; aut, quia hæc nulla eſſe credidit, aut alia de cauſa, quam poſtea ſubijciemus.

Quid cenſeatur prædicari i q. quid eſt.

K *Rogitantibus enim*] Quoniam dixerat, Genus prædicari in quæſt. quid eſt, iam explicat ea, quæ ſic prędicari cenſentur. Id, inquit, in quæſtione quid eſt, prædicatur quod aptè redditur, cum, quid res ſit, petitur. Id enim, quod aptè redditur, cùm, qualis ſit res, petitur, in quæſtione, quale eſt, prædicatur. Quæ deſumpta ſunt ex Ariſtotele, partim 1. Topic. cap. 4. partim 5. Metaphyſ. capit. 14. Docet igitur Porphyrius, Differentias, Propria, & Accidentia in quæſt. quale eſt, prædicari: Genus in quæſtione, quid eſt. Speciei non meminit: quia hanc diſtinxerat à Genere in eò tantùm, quòd de ſolo numero differentibus prædicetur: quaſi ſupponat in quæſtione, quid eſt, affirmari.

pluribus quidem prædicatur, ab individuis, quæ de vno ſolo dicuntur, differt: quod verò de pluribus prædicatur ſpecie differentibus, ab ijs, quæ vt ſpecies proprièque dicuntur, differt. Deniq; quod quid quidque ſit, dicit, à differentijs, vnigeque accidentibus differt, quorum vnumquodq. non quid ſit, ſed quale ſit, quomodouè id de quo dicitur habeat, dicunt. Nihil igitur vtro generis intellectu plùs minuſue memorata generis deſcriptio habet.

QVAESTIO I.

VTRVM GENVS PRObe definitum ſit à Porphyrio.

ARTICVLVS I.

EXPLICATVR, AC DEFENditur vtraque Generis definitio.

Prima Generis definitio.

PRima Generis definitio, quam Porphyrius aſſignauit, vt ſimilitudinem huius tertiæ acceptionis cum duabus prioribus oſtenderet; ita ſe habet. [Genus eſt id, ſub quo collocatur Species.] Cuius ſenſus duplex eſſe poteſt, iuxta duplicem comparationem, quam efficere poſſumus inter Genus, & Speciem, quemadmodum inter quælibet duo relata. Accipere enim poſſumus Genus, vel vt refertur ad Speciẽ: vel quatenùs terminat illius reſpectũ. Quorũ primum pertinet ad eſſentiã Generis, vt relatiuum eſt: ſecundum eſt proprietas conſequens; nam relatum mutuum alterius correſpondentiam neceſſariò exigit, & terminat. Primus igitur ſenſus eſt: Genus eſt vniuerſale, quod refertur ad Speciem. Secundus (quem probare videntur communiter Autores; Alexander, Ammonius, Albert. & alij) Genus eſt vniuerſale terminans reſpectum Speciei. Quadrat hæc definitio, vtroquemodo expoſita, in ſolum Genus; quia cetera Vniuerſalia aut non reſpiciunt Speciem; vt Species; aut non per ſe, ſed per accidens: vt Differentia, Proprium, & Accidens; quæ diſcriminatim ſe habent ad ſpeciem, & Individuum. An verò adæquata ſit, hoc eſt, perfectè explicans Generis naturam; an addendum ſit Individuum, in quod etiam Genus incurrit, quæſtion. 2. ventilandum eſt. Nunc ad ſecundæ definitionis, huius loci propriæ, explicationem accedamus.

Alex. Ammon. Albert.

Ea verò ſic erat. [Genus eſt id, quod de pluribus Specie differentibus, in quæſtione, quid eſt, prædicatur.] Locum generis habet in hac definitione [quod prædicatur de

2. Generis definitio.

Digitized by Google

phoribus] quæ fuit definitio Vniuersalis; cuius explicatio ex intento huius tractationis petenda est. Reliquę duæ partes sunt differentiæ, in quibus illud priùs aduertendum est, nõ eundem esse ordinem intelligendæ, qui est scripturæ; licèt Porphyrius non curauerit. Nam vltima pars, [ici licèt, in quæstion. quid est] prętermenda est medię, hoc est, [de differentibus Specie] Quoniam in qualibet accommodata definitione priùs apponendæ sunt differentiæ, quæ separant definitum à rebus, à quibus magis distant, quam ab ijs, à quibus minùs distinguuntur. Quare, cum Genus magis distet à Differentia, Proprio, & Accidente, quam ab Specie, (vt palam est) & per partem illam [in quæstione quid est] à Differentia, Proprio, & Accidente separetur ab Specie verò per illam, [differentibus Specie] non est dubium, quin priùs intelligenda sit ea pars [in quęstione quid est] quàm [differentibus Specie.] Partibus ita constitutis: per primam reijciuntur Singularia, & cetera, quæ exclusa sunt à definitione Vniuersalis: per secundam excluduntur Differentia, Proprium, & Accidens: per tertiam denique Species.

Quid prędicet in q. quid est.

Sed meritò rogabis. Quid p duas illas Generis differentias intelligatur? non enim satis constat, quid sit [prædicari in quæstione quid est] & [quæ sunt Specie differentia.] Quod attinet ad primam. Porphyrius illud dixit prædicari in quęstione, quid est, quod aptè redditur, cũ, quid res sit, petitur. Quod verò ad hanc postulationem apte reddatur, non explicuit. Potest tamen hęc brevis regula assignari. Cum aliquid prædicatur, vt pars essentiæ, & non per modum adiacentis, centetur in quid prædicari; quæ verò aut accidentaliter, aut per modum adiacentis enunciantur, prædicantur in quale. Vocant enim veteres Autores prædicationem in quid, substantialem, prædicationem verò in quale, accidentariam: indicantes, prædicatum in quid, esse veluti substitens, aliud tanquam adiacens. Explicemus id in ipso Genere; hoc enim primò dicitur vt aliquid essentiale, cum ad Speciei, & Individui constitutionem pertineat: deindè habet se per modum materiæ subsistentis, & sustimentis differentiam; quare seruat rationem adæquatã prædicati in quid. Aliter res se habet in rationali; licèt enim ad hominis essentiam pertineat, dicitur tamen, quasi aliquid adiacens animali; atque adeo in quęstione quale est.

Quod si vlteriùs inquiras regulam dignoscendi, quando aliquid prædicetur per modum substantis, vel adiacentis; ita accipe. Quando prædicatum est connotatiuum, & subiectum solum concretum, vel certè minùs connotatiuum, prædicatio est in quæstione quale est. Hinc colliges, rationale dici in quale de homine, quia homo est nomen solùm concretum, rationale autem connotatiuum (fusè accepto connotationis vocabulo.) Eodem modo se habent Propria, & Accidentia, vt [risibile] vel [album] comparatione Socratis. Cum verò prædicatum, & subiectum æquè concreta sunt, vel abstracta, signum est manifestum, prædicatum accipi, vt per se subsistẽs, ideoq; enũciari in quęstione quid est; veluti [aial] respectu hominis, [coloratũ] respectu albi, &c.

Quid prędicetur per modũ substantis, vel per modũ adiacentis.

Secundæ differentiæ Generis cognitio facilis est. Duobus enim modis possunt aliqua differre Specie: primò, quia sunt ipsæ diuersę species, vt [equus] & [homo.] Secundò, quia continentur sub diuersis speciebus, vt [Socrates,] & [Bucephalus] quorum ille sub humana specie, hic sub equina collocatur. Igitur, cum definitio Generis habet [quod prędicatur de differentibus Specie] intelligenda sunt, quæ vtroque differunt modo. Cognosces autem, quę Specie diuersa sint, ex documento Aristotelis 5. Metaphys. cap. 1. quod ita habet. Ea differunt Specie, quę sub eodem Genere diuersas habent definitiones essentiales. Quæ si demum in alias Species diuidi possunt, dicitur

Quę cẽsẽtur Specie differre.

Digitized by Google

tur differre Specie ſubalterna ; ſin minus , differre Specie infima . De quibus ſequenti capite eſt dicendum.

Aduertit, Genus sūmum ſimpliciter dici differre genere, ſubalternū verò ſpecie.

Illud interim aduertimus ; cum duplex ſit Genus;aliud ſummum (ſupra quòd nullum Genus collocatur: qualia ſunt Prædicamentorum capita) aliud ſubalternum (id videlicet, quod cum ſit Species alterius Generis , ipſum etiam de Specie differentibus prædicatur): illud primum dici ſimpliciter differre Genere , vel Prædicamento ab alio item Genere ſummo ; quo etiam modo differunt omnia,quę ſub illis Generibus continentur : hoc verò primum Genus ſubalternum non cenſeri differre Genere ab alio, ſed ſpecie. Et meritò; quia inter duo vniuoca nunquam eſt diſcrimen in tota entitate , ſed in differentia contrahente; habere autem differentiam contrahentem eſt proprium ſpeciei inter res communes . Quare cum diuerſa appellantur , non Genere , ſed Specie diuerſa cenſentur.

Obiecta aduerſus traditā doctrinam. Primum.

Superſunt nihilominus obiectiones . Prima. Nullum Vniuerſale poteſt prædicari incompletè : ſed Genus incompletè prædicatur ; ergo non eſt Vniuerſale. Minor patet ex ſupra dictis , vbi oſtendimus , idem eſſe prædicari de ſpecie differentibus in quæſtione quid eſt , atque prædicari incompletè . Maior probatur . Quoniam id , quod incompletè prædicatur , dicit partem ; ſi enim diceret totum , completè prædicaretur : ſed pars, per modum partis, de nulla re vniuerſaliter affirmatur (ſi verum eſt quod ſuprà docuimus , vniuerſale prædicari per modum totius.)

Occurrit. Obiect. 1.

Ad hoc argumentum neganda eſt maior . Ad probationem , ſimiliter negandum eſt, prædicari incompletè idem eſſe , ac dicere partem , per modum partis . Etenim incompletè prædicari eſt, prædicatum non dicere expreſsè, & formaliter totam Naturam communem ſubiecti; vt a nobis explicatum eſt: ſed partim inuolutè,& veluti connotatiuè;prędicari verò vt partem eſt nullo modo dicere totum id,quod eſt in ſubiecto; vt, ſi quis dicat[Homo eſt animal] [Homo eſt materia] hæc enim prædicata vnam partem præcisè ſignificant , non innuendo aliam . Porrò Genus, etſi incompletè prædicatur , non tamen vt pars;cum enim dicimus,[Plato eſt animal] etſi prædicatum non ſignificet formaliter rationale,defert tamen illud cōcernendo , eſtque hic ſenſus:Plato eadem entitate, qua eſt Plato, eſt animal : vel potiùs : idem ſuppoſitum, quod eſt Plato, eſt animal.Quod veriſſimum eſt.

Secunda . Forma prædicatur in quale de ſuo ſubiecto (vt videre eſt in Differentia): ſed Genus eſt forma ſuarum ſpecierum, vt docet Ariſt. 7. Metaph. cap. 12. confirmatque ratio cauſæ formalis,quæ conuenit Generi reſpectu ſpeciei ; cauſa enim formalis vel ipſo nomine forma eſt:ergo Genus non prædicatur in quæſt. quid eſt. Obiect. 2.

Reſpondetur ; Genus bifariam ſpectari poſſe: vno modo, quatenùs eſt pars ſimul cum Differentia componens totam ſpeciem; & hac ratione potiùs dici materiam, quàm formam : quia eſt ſubiectum Differentiæ , ab eaque determinatur ; ſicut Materia Prima à formis ſubſtantialibus . Altero , vt eſt totum quoddam potentiale , ſpeciem , tanquam partem ſubiectam , coercens : atque hoc pacto cenſeri formam ſpeciei ; quatenus omne totū forma eſt ſuatum partium: vt cum Philoſopho ſuperius diximus. At non prædicari in quale,eò quòd non ſit forma per modū adiacentis; ſed ſubſtantis. Quare ad obiectionem dices,formam adiacentē prędicari in quale:formam verò ſubſiſtentem nō niſi in quid: eiuſmodi autem eſſe Naturā generícam. Occurritur obiect. 2.

Tertia . Genus non prædicatur ſemper de Specie differentibus ; ergo hæc definitionis pars non eſt vniuerſim tribuenda Generi. Antecedens probatur primò . Quando Genus ab vna tantùm Specie per ſimplicem præciſionem abſtrahitur,nō cognoſcitur vt aliquid commune multis Spe- Obiect. 3.

tis Specie differentibus: ergo tunc prædicabitur de solo numero diuersis, vt Species, à qua præscinditur. Secundò. Cum ex phantasmate huius animalis producitur animalis species, non repræsentatur animal, vt commune multis Specie distinctis, sed similibus tãtùm Indiuiduis; at in ea specie animal est Genus: ergo Genus non semper prædicatur de Specie differentibus.

Occurritur obiect.3. Respondetur: Naturam generică in quocumque euentu prędicari posse de differentibus Specie, si præcisa est à Differentijs contrahentibus; idemque habere Naturam animalis in propositis euẽtibus, quamuis ex vi illarum abstractionum cognosci nequeat, vt communis multis Speciebus, sed solum Indiuiduis. Vt enim intellectus cognoscat, animal esse Genus, haud sufficit repræsentatio Naturę in specie communi, nisi videat, eă reperiri posse in multis Speciebus. Quod ex vi solius repræsentationis non assequitur. Vt tamen aptitudo, & relatio Generis, atque adeo tota definitio conueniat, satis est illa præcisio.

Obiect.4. Occurritur Quarta, Aristoteles 7. Physic. cap. 4. ait, in Genere latere æquiuocationes; igitur non esse vniuocum, nedum Vniuersale. Explicatur hic locus primo cap. Anteprædicamentorum: sed quod attinet ad præsens institutum, D. Thomas ita Philosophum interpretatur, vt velit, Genus (physicè loquendo) non esse vnum quid, quamuis sit Logicè. Quod clarius edisserens 1. p. quæst. 77. artic. 4. ad 1. dicit, Genus prædicari æqualiter de Speciebus secundum intentionem, non verò secundum rem. Caietanus & Diuum Thomam, & Aristotelem sic intelligit, vt significent, Genus in Speciebus esse inæqualiter perfectum propter inæqualitatem perfectionis ipsarum Specierum; quæ tamen vniuocationem non impedit. Petrus Fonl. lib. 5. Metaphy. cap. 8. quæst. 4. sect. 4. sic commentatur: In naturis communioribus (cuiusmodi sunt genericæ) maius periculum est incidendi in æquiuocationes; quia facilè continget, vt, dum putamus, nos aliquod Genus ex Naturis specialibus collegisse, imprudentes in Analogum incurramus.

Caiet. D. Thom. Petr. Fon.

ARTICVLVS II.

NVM PROPOSITÆ definitiones essentiales sint, an descriptiuæ.

NIhil de hac quæstione foret dicendum, præter ea, quæ in prima quæstione de Vniuersalis definitione dicta sunt; nisi graues Autores secundam Generis definitionem (vt proposita est) essentialem appellassent. Ac de prima quidem minor est contentio; resoluuntque Alexand. Ammon. & Albertus, esse descriptionem, eò quòd assignetur per genus, & proprietatem, quæ est, terminare respectum Speciei: vt præcedenti articulo declarauimus. Ex hoc etiam constat, pari probabilitate resolui posse, eam definitionem esse quidditatiuam, cum illa verba [sub quo collocatur Species] habere possint hunc sensum: Quod respicit Speciem. Prior tamen dicendi modus frequentior est, & expeditior.

Prior Generis definitio est descriptiua. Alex. Ammon. Alb. Mag.

Secundam definitionem essentialem esse, defendunt Scotus q. 15. Prædicabilium, D. Thomas de Ente, & Essentia, cap. 4. Caiet. ibidem, & hoc capite. Scoti fundamentum est, in hac definitione esse verum genus, & veram differẽtiam; nam Genus est Vniuersale; ratio autem Vniuersalis (iuxta Aristotelem 1. Periherm. cap. 5.) est, prædicari de pluribus; quod hic pro genere collocatur; differentia propria est, per quam hæc Species ab alijs separatur, scilicet [de differentibus Specie.] Constat ergo definitio assignata vero genere & differentia; ac proindè est quidditatiua. Idem penè est D. Thomæ, & Caietani fundamentũ: dicunt enim, relationem prędicabilis, seu (vt ipsi loquuntur) prędicationis esse ipsam formalitatem Generis; in præsentu verò relationem

Scotus. D. Thom. Caiet. Qui dicãt 2. Generis definitionem esse essentialem.

definiri

definiri formaliter;& per cõsequens definitionem esse quidditatiuam.

Opinio asserẽtium, 2. Generis definitionẽ esse descriptiuã, Ammon. Albert. Auerr.

Ammonius tamen, & Albertus, qui priorem definitionem descriptiuam fecerunt, de hac posteriori idẽ docent; idem tenet Auerr. commento vltimo huius capitis. Quos sequuntur communiter Recentiores, hoc solo nixi fundamento: Vt se habet Prædicabile ad Vniuersale; ita Prædicabile de differentibus Specie ad Genus; sed Prædicabile in communi est passio Vniuersalis (vt nemo inficiatur) ergo Prędicabile de differentibus Specie erit proprietas Generis: atqui Genus definitur hoc loco per vniuersale, & per hanc passionem; ergo describitur. Quod non obscurè indicasse videtur Porphyrius, cum definitionem assignaturus dixit; Quod scilicet Genus describẽtes, sic assignarunt. Hinc ad fundamentum contrariæ opinionis negãt, relationem Prædicabilis, vel prædicationis esse de ratione Generis, vel Vniuersalis. Nec verò Aristoteles id significauit, sed locutus est more Antiquorum, qui dicunt, passionem esse de essentia rei; hoc est, essentiam inseparabiliter consequi.

Approbatur & explicatur proxima sententia.

Hæc vt manifestiora sint, reuocanda sunt in memoriam, quæ diximus illa quæst. 1. de Vniuersalium definitionibus, nimirum, ijs explicari, vel aptitudines, vel relationes, iuxta varias vniuersalis acceptiones. At cum definiuntur aptitudines, essentiales esse definitiones, si per actum proportionatum assignentur: Cum verò relationes explicantur, esse accidentales; ob rationes ibi assignatas, quæ non minus concludunt in vniuersali communi, quàm in eius Speciebus. Diximus [si per actum proportionatum assignentur] quoniam, vt natura aptitudinis ad essendũ quidditatiuè definiatur, adhiberi debet actus essendi, non prædicandi. Veluti, si Genus definiendo dicas: Genus est vnum quid, aptum esse in multis, differentibus Specie, per identitatem in quid. Et eodem modo se res habet in ceteris. Si verò pro actu essendi actum prædicandi subijcias, describes definitionem erit; quia aptitudo ad prædicandum de multis Specie differentibus est passio aptitudinis ad essendum.

Meritò tamen rogabis, an saltem Prædicabili Generis, hoc est illi Speciei Prædicabilis, quæ sequitur naturam Generis, assentialis fit definitio. Videbitur enim affirmandum; cum quælibet potentia essentialiter definiatur per suum subiectum, & ordinem ad proprios actus: Prædicabile autem in præsenti sic definiatur. Distinctione tamen opus est. Si enim definitur Prædicabile Generis per vniuersale, & proprios actus: non est essentialis definitio; quia loco generis nõ collocatur proprium Prędicabilis fundamẽtum, quod est Genus, sed illius fundamenti genus, scilicèt, vniuersale. Nam simile definitionum genus non est essentiale, nisi cum adhibetur proprium subiectum. Nec enim quidditatiuè definis risibile, si ita proponas. [Risibile est animal aptum ad ridendum.] Porphyrius autem posuit vniuersale in communi pro genere huius definitionis. Sin genus huius definitionis sit Prædicabile de pluribus (vt voluit Scotus,) cum hoc sit proprium Genus Prædicabilis generici, & posteà addatur germana differentia, negari non potest, quidditatiuam esse definitionem.

Vt leues quædam obiectiones facilè diluantur, aduertendum est cum Caietano, dub. 1. huius capitis, hanc, & similes definitiones, quæ primò, & formaliter conueniunt formis, secundariò accommodari reibus subsistentibus, cum quibus illæ concrescunt. Caietan. Quod à Recẽtioribus dici solet, cõuenire formis in actu signato, subiectis in actu exercito. Aptitudo enim, & relatio sunt id, mediante quo Natura est in multis, & ad multa refertur: sed actus essendi in multis, ad eos. referendi in ipsa Natura exercetur. Verbi cauſ. cum dicimus, Genus esse in pluribus Specie differẽtibus; planum est, id non exerceri in aptitudine, vel relatione; cum hę sint infimæ Species, quibus repugnat, in Specie differentibus inueniri: sed in

Natura

Natura animalis, aut plâtæ, quæ multis animalium, aut plantarum Speciebus conuenit. Vnde soluta manet hæc importuna cauillatio. Intentio Generis est Species infima; ergo descriptio Generis in eam quadrare nõ potest; siquidè exigit in definito potentiam ad essendum in multis Specie differentibus, deq. illis prædicandum. Sed facilè occurritur ex dictis, quadrare in intentionem in actu signato, & vt quo: in rem verò subsistam in actu exercito, & vt quod. Eodem pacto soluendæ sunt aliæ similes obiectiones.

QVÆSTIO II.

VTRVM QVÆLIBET ENtia sine discrimine rationem Generis, & Speciei suscipiant.

ARTICVLVS I.

QVID DICENDVM SIT DE ijs, quæ realia entia non sunt.

DVo sunt rerum genera, de quibus dubitare possumus, an induere valeant rationem alicuius Vniuersalis: præsertim verò Generis, & Speciei, in quibus ob immediatam contractionem maior inest difficultas. Primum eorum, quæ realem entitatem non habent, vt negationes, & entia rationis. Secundum genus est entium realium. De vtroque breuiter dicendum est, sumpto à non realibus exordio.

Opinio asserentium, dari in negationib⁹, & priuationib. vera, Genera & Species.

Esse igitur in negationibus, & priuationibus Genera, & Species, defendunt aliqui Recentiores Philosophi hoc fundamento. Negationes aliquæ distinguũtur inter se essentialiter aut ratione formæ negatæ, aut aliter, & cõueniunt in ratione negationis, vel communissimè sumpta, vel magis cõtracta: sed in ceteris entium generibus hoc est indicium Generũ, & Specierum; ergo non est, cur hæc negationibus denegentur. Confirmatur. Quia negationes possunt esse Propria, & Accidentia; ergo Genera etiam, & Species. Consequentia videtur bona; cum omnia Vniuersalia parem requirant sui multiplicationem. Antecedens constat ex communi sententia, attribuente pleriq. subiectis negatiuas proprietates, vt Enti vnitatem, Substantiæ capacitatem suscipiendi cõtraria, & similes. Huic sententiæ patrocinatur D. Tho. 1.2. q. 71. art. 6. dum asserit, peccatum commissionis, & omissionis (quæ negationes sunt debitæ rectitudinis) Specie differre, secundum quid, negatio, & priuatio Speciem habere potest. D. Thom.

Contraria sententia defendit. Aristot.

Opposita tamen sententia est omnium grauium Autorum. Arist. 4. Topic. text. 67. & 1. de Partib. animalũ, c. 3. Priori enim loco ait, non entis nullas omninò esse Species: posteriori, priuationis, qua priuatio est, nullas esse Differentias; D. Tho. in 2. d. 28. q. 1. ar. 1. & loco 1.2 citato, vbi ait, peccatum non habere Speciem ex parte auersionis, hoc est, quatenus negatiuum est. Vbi eum sequitur Caiet. ar. 1. in fine, & in caput sequés de Specie: Heruæi, de secundis intentionibus, quæst. 2 art. 3. Capreol. in primo, dist. 29 Solutione ad quintum argumentum contra tertiam cõclusionem. Hispal. ibid. Louanien. in caput de Accidente. D. Thom. Caietan. Capreol. Hispal.

Præcipuum huius sententiæ fundamentum est (quod ex Aristotele deducunt penè omnes citati Autores) Ad rationem Generis, & Speciei, necessariam omninò esse aliquam entitatem positiuam, quæ per differentiam contrahatur, cõstituatque metaphysicè Naturam inferiorem. In entibus, inquit Capreolus, quibus repugnat realitas, neque est Genus, neque Species (cum nondicant aliquam quidditatem, nec aliquid ponant. Ratio huius rei est; quia Metaphysica compositio fit per accessum formæ ad Genus, tanquam ad materiam: sed nisi Genus concipiatur per modum entis, non est capax recipiendi formam, per quam determinetur. Pari modo, nisi ipsa Differentia consideretur, vt positiua, Obiicitur rationib.

neque

neutiquã habebit rationem formæ: sed in puris negationibus, & priuationibus nihil est, aut concipitur per modum entis, sed veluti pura entis remotio: ergo repugnat, in ijsdem esse omnem rationem Generis, & Speciei.

Addere possumus hoc aliud fundamẽtum. Vt aliquid sortiatur Generis, & speciei rationem, multiplicari debet nõ modò adiectiuè, sed etiam substantiuè (vt in quæstione de particularibus dictum est) sed negationes non patiuntur multiplicationẽ, ergo nec Generis, nec speciei subeũt rationem: Probatur Minor: Negatio, vt Specie, sic etiam numero multiplicatur per formas negatas: sed hæ nõ sunt plures, ergo nec ipsæ negationes. Patet Minor in hac negatione [non homo] vbicumque enim sit, siue in lapide, siue in ligno, negat eundem hominem. Sed hoc argumẽtum magni momenti non est, vti & illud, quo pleriq; vtuntur. Si negationes sunt Genera, & Species, aut negationes superiorum sunt Genera negationũ inferiorũ (vt negatio hominis negationũ Socratis, & Platonis) aut è cõtrario, negationes inferiorũ sunt Genera respectu negationum superiorum. Neutrum tamen dici posse, ostenditur. Non primum; quia negaretur genus de sua Specie: nam Plato est non Socrates, & tamẽ non est nõ homo. Non secundum, quoniam, si negatio Platonis esset Species, vel genus comparatione nõ hominis, idem foret asserendum de negatione Socratis, & ceterorum hominum; siquidem omnium est eadẽ ratio. Illatio tamen est absurda; cum vnius rei nequeant esse plures species, vel genera, non subalternatim posita. Verum hæc argumenta à nobis etiam dissoluenda sunt articulo sequenti.

Soluuntur argumẽta partis affirmatiuæ.

Ea, quæ in affirmantem quæstionis partem adducta sunt, ita dissoluẽtur. Primùm, concedendo, reperiri diuersitatem veluti essentialem inter aliquas negationes; itemq; conuenientiam in aliqua ratione communi: Verùm eam rationem non esse generi-cam, vel specificam: quia (vt dixi) est incapax contractionis per se, quam hæc Vniue: talia deposcunt: sed vel analogicam, vel similem albo; cum abstrahitur ab albo Cygni, & niuis. Quemadmodum enim album Cygni, & niuis non sunt inferiora albi in communi per veram contractionem, quæ constituat Individua Speciei, sed per determinationem subiectorum; ita Non homo lapidis, & Non homo ligni, non addunt suprà Non homo in communi differentiam per se contrahentem; sed determinationem subiectorum.

Accommodatus exemplum est in differentia. Abstrahimus enim Sensitiuum in communi à Sensitiuo hominis & bruti: & tamen hæc Sensitiua non sunt inferiora contrahentia commune, sed multiplicantur ratione differentiæ, qua determinatur animal; nec ipsum Sensitiuum commune Genus, vel Species est (vt in tertio articulo ostendemus:) idem ergò respondemus ad negationes communes, & inferiores.

Hinc patet responsum ad confirmationem; concessio enim Antecedente, neganda est Consequentia. Ad cuius probationem hanc assignamus diuersam rationem. Vt aliqua Natura sic Genus, vel Species, debet immediatè contrahi per proprias differentias constituere q. cum illis aliquid inferius: vt verò constituat aliquod Vniuersale, satis est, quòd sit Natura vniuoca, & multis eodem modo communicata, licèt per se non contrahatur, nec constituat vnam essentiam cum differentia eius particularis, in quo est. Quod manifestum est in differentia, quæ est vniuersalis respectu eorum, à quibus immediatè non contrahitur. Veluti [rationale] comparatione Socratis, & Platonis; idem ergo accidere potest negationibus, vt sint Propria, & Accidentia.

Oppones: Differentiam contrahi secundariò ad contractionem Natu-

Digitized by Google

ræ, quia differentia inferioris attingit totum Genus, vel Speciem; cuius differentia est pars: at differentiã subiecti nullo modo attinere ad negationes, & tamen aliam numero negationem esse in Platone, aliam in Socrate; ergo habere suas proprias differentias negatiuas.

Respondetur: ad multiplicationem negationum pauciora sufficere, quàm ad diuisionem essentiæ positiuæ; cuiusmodi est differentia; nec esse verum, Non lapidem Platonis differre numero à Non lapide Socratis; sed negatiuè tantùm se habere, id est hunc nõ illum. Quemadmodum Rationale Socratis propriè loquendo non differt numero à Rationali Platonis, sed non est illud quamuis illud difficilius, quam hoc cõcipiatur. Non pertinebunt negationes ad differentiam, quia hæc non inuenitur, nisi vbi est compositio metaphysica per se. Quam negationibus non concessimus.

In entibus rationis, propriè dictis, datur verum Genus, & Species.

Pro entibus rationis sit vnica cõclusio: Quælibet entia rationis, propriè dicta, Genera, & Species esse possunt. Hæc videtur esse omnium communis. Asseritur enim ab omnibus, qui vniuersale verum Genus efficiunt (quos suo loco commemorauimus.) Qui tametsi de sola relatione rationis loqui videãtur; est tamẽ eadem omnium ratio in hunc modũ constituenda. Entia rationis omnia concipiuntur per modum positiui, habẽtis aliquam entitatem; ergo potest intellectus plura entia rationis conficere, & ab illisque abstrahere vnam rationem, in qua conueniant: sicut abstrahit ab entibus realibus. In qua abstractione, si ratio communis dicatur de numero tantum differentibus, dabitur Species: si de differẽtibus Specie, existet Genus. Cum verò Aristoteles, D. Thomas, & ceteri Autores negant Genera, & Species in negationibus, eas accipiunt, vt pura nõ entia (sicut nos fecimus in primo artículo) non verò, quatenus entia rationis.

In figmentis non datur verum Genus, & Species.

Diximus in conclusione [entia rationis propriè dicta] quoniam probabilius est, figmẽta Generis, & Speciei relationem nõ adipisci, eò quòd fingantur ab intellectu vt impossibiliter coniuncta.

Hoc ita constituto, non est leuis, aut parum Logica difficultas, horum entium Species inter se componere. Quidam ita rem altruunt. Ens rationis in commune diuiditur vt Genus in relationem, & negationem communissimè sumptam. Deindè relatio tanquam Genus subalternum distribuitur in varias relationum Species, quas quilibet pro suo arbitratu effingit. Negatio verò, tanquam aliud Genus in priuationem, & negationem precisè sumptam. Vtrumque membrũ deinceps in angustiores Species prolixè concidunt. Nos, vt breuiter rem definiamus, primò statuimus, improbabile non esse, ens rationis in communi Genus esse ad duas Species cõmemoratas; si tamẽ seruanda sit proportio inter hæc entia, & realia, magis approbamus, partem negatiuam: cum dicturi simus, Accidẽs reale nõ esse vniuocum ad relatiuum, & absolutum. Quod verò attinet ad primã diuisionem Relatiui, eligimus illam trimembrem, quam Aristoteles li. 5. Metaph. attribuit relationi reali; videlicet in relationem causæ, & effectus; vniti, & discreti: mensurę denique, & mẽsurati. Quas non opus est hoc loco diligentius explanare, nec persequi.

Quò ad secundum membrum entis negatiui, nullo modo probamus illam partitionem in priuationem, & negationem precisè sumptam; quoniam priuatio, & negatio eiusdem formæ non differunt essentialiter, vt suprà diximus, traditque D. Thomas 1.2.q.71.art.6. ad primum, & confirmat ea ratio: Quoniam hæ priuationes, & negationes distinguuntur per formas negatas, ergo quando forma fuerit eadem, non differet essentialiter eius priuatio ab eiusdem negatione. Sed qualecumque discrimen in eis visitur, est accidentarium, ratione subiecti. Nam eadem carentia visus, quæ in lapide est negatio, in homine ob illius ad visum recipiendum capaci-

Quo pacto cõponantur Genera, & Species in entibus rationis.

D. Thom.

pacitatem, censetur priuatio. Quarè longè aliter ordinandæ sunt hîc Species, ratione videlicet formarũ, quas negant. Igitur vel negatio tollit formam determinatam, vt, Non homo, Cæcitas, & similes: vel indeterminatam, vt negatio, & priuatio in communi. Ac negatio formæ indeterminatæ est tanquam Genus ad negationes, seu priuationes, quæ tollunt formas determinatas. Efficimus enim eas prædicationes ad modum Generis, [non homo est negatio] [cęcitas est priuatio] Diximus [tanquam Genus,] quoniam probabile est, nõ magis vniuocam esse negationem formæ in communi, quàm ipsam formam: hanc verò non esse vniuocam, per se constat: cum omnia entia, siue accidentalia, siue non accidentalia complectatur.

De negationibus, quæ tollunt formas determinatas, censemus, omnes esse Species infimas inter se disparatas; siue forma sit Genus, siue Species, aut etiam Individuum. Idq. ob illud argumentum, quo proximo articulo conclusimus, neque negationes, quæ auferunt formas superiores, esse Genera earum, quæ auferũt inferiores, neque e contrario.

Obiect. 1. Superstunt duæ obiectiones breuiter enodandæ. Prima superius indicata, quæ sic habet: Si non homo in communi, prout est ens rationis, sit Species ad nõ homo, quod est in Angelo, & ad illud, quod est in Cœlo; oporteret, vt hæc Singularia includerent aliquid amplius, quàm non homo in communi: sed hoc est falsum; ergo & illud vnde infertur. Maior est clara; cum Singulare addat suam differentiam suprà commune. Minor probatur. Si aliquid includeret, illud esset differentia singularis negatiua: sed non homo Angeli nec plus nec minùs negat quàm non homo Cœli: & vtrumque idem prorsus, quod non homo in communi: ergo nihil ei addunt, & per consequens illius Individua non sunt.

Obiect. 2. Secunda. Si non homo sit vna Species, & non Socrates alia, sequitur, duas Species disparatas prædicari quidditatiuè de seipsis; nam verè dixeris [non homo est non Socrates] sequela autem videtur absurda.

Ad primam concessa maiori negetur minor, ad probationem negabis illud, quod includitur, esse negatiuũ; Nos enim non dicimus, negationes esse Species, vt negationes sunt: sed, quatenus positiua entia rationis. Quare illa differentia potius est per modum contrarij, quam negatiui. Quemadmodum ergo albedo in cõmuni repugnat completè nigredini, & hæc albedo, præter communem Naturam, includit suam differẽtiam particularem, quæ nigredini etiam contrariatur, licet incompletè: ita hoc non homo, præter communem rationem, includit propriam differẽtiam, quæ incompletè, & in actu exercito excludit hominem, quam nõ homo in communi completè, sed in actu tantùm signato, excludebat. Soluitur obiect. 1.

Ad secundam resp. incommodum esse vnam Speciem disparatam prædicari de alia in quæstione quid est; nullum verò esse prædicari in quale prædicatione quasi disparata, & simili huic [non homo est non risibile] quæ magis est illatio, quàm affirmatio vnius negationis de alia. Eatenus enim verum est, non hominem esse non risibile, quia homo est subiectum risibilis, & eo sublato nequit hoc remanere. Eodem modo, quia homo est subiectum differentiæ singularis Socratis, qui negat hominem, rectè etiam negat Socratem, nõ quod negatio Socratis prædicetur de negatione hominis, sed de subiecto, de quo dicitur negatio hominis. Soluitur obiect. 2.

ARTICVLVS II.

QVAENAM ENTIA REALIA *Genera, & Species esse possint.*

DE entibus realibus, completis, & quæ perfectam habent entitatem, nemo vnquã dubitauit, quin Generis, vel Speciei notionem sortiantur, veluti de homine, animali, quãtitate molis, qualitate perfecta, &c. Tota quæstio est quibusdam in-

com-

itized by Google

completis, vel imperfectis entibus. Cuiusmodi sunt differentiæ Metaphysicę, substantię in abstracto sumptæ, partes integrantes, & modi entium, sed de differentijs, & substantijs abstractis in Metaphysica dicemus: supponunt enim pleraque ad Metaphysicam spectantia. De reliquis in presenti breuiter agendū est. Et quod attinet ad modos, illud est in confesso apud omnes, modos, qui constituunt Prædicamenta, verè, & propriè, subire rationem Generum, & Specierum; cum Prædicamentum nihil aliud sit, quàm superiorum, & inferiorum in recta serie commoda dispositio. Hi sunt Actio, & Passio, Vbi, & Situs, Quando, & Habere. De ceteris, vt de Subsistentia, Vnionibus, Causalitatibus, &cet. vix possunt ad numerum redigi variæ Recentiorum opiniones; veteres enim Philosophi hac de re nihil expressè tradunt. Nobis tamen hæc vniuersalis conclusio omninò vera esse videtur.

Conclu. 1. In entibus realibus datur vera ratio Generis & Speciei.

Entitas modi (nisi quid aliud obstet) satis est ad recipiendā rationem Generis, & Speciei. Hanc procul dubio recipient omnes illi, qui in entibus rationis Genera, & Species agnoscunt; inde enim sumitur euidens argumentum. Nam hi modi plùs habent entitatis, quàm entia rationis; ergo, si illa sunt idonea ad contractionem, & Metaphysicam compositionem, cur prædicti modi non erunt? Nec distinguendum putamus inter modos puros, & entitatiuos, (vt faciunt graues Metaphysici) cum omnes (quicunque illi sint) plus habeant entitatis, quam entia rationis.

Explanatur cōclusio.

Diximus tamen [nisi quid obstet] quoniam sunt nonnulli Philosophi, qui negant Genera, & Species in ijs modis, quibus vltimò complentur, & subsistunt Singularia, eò, quòd sequantur immediatè differentias indiuiduantes, quæ non possunt illis modis maiorem conuenientiam tribuere, quam habeant inter se: ipsæ autem analogicè tantùm cōueniunt. Alij idem opinantur de existentia (si modus sit ab essentia actu distinctus) propterea quòd vltimò sequatur essentias admodum disparatas: sed de his agere altioris instituti est. Quāuis nobis videatur, in vtroque modo commemorato perfectam vniuocationem reperiri posse; cum nihil implicet, ex omnibus subsistentijs humanis abstrahere vnam communem rationem: & ex omnibus existentijs aliam; sicut abstrahimus ex singularibus Naturis vnam communem Naturā humanam. Enimuerò subsistentia non ita sequitur indiuiduas differentias, vt non debeatur etiam Naturæ communi, cū ad Singularia determinatur. Iam existentia non constituitur Genus vel Species ad omnes rerum disparatarum existentias (licèt ita opinentur nobiles Theologi): sed quælibet in suo ordine, vt existentia substantialis Naturę completę ad omnes substātiales, & completas: existentia humana ad omnes humanas. Mol. 1. p. q. 3. a. 4. disp. 2.

Quod attinet ad partes entium, duo constitui possunt earum Genera. Quædam sunt partes essentiales; aliæ integrantes: essentiales rursum vel sunt physicæ, vt materia, & forma entis naturalis; quibus persimiles sunt aliæ, quasi physicæ, veluti punctum, respectu lineæ: instans comparatione temporis: mutatum esse, respectu motus. Aliæ sunt Metaphysicæ: differentiæ nimirum Generum, & Specierum, & ipsæ Naturæ genericę, & specificę sub quadam consideratione. Partes integrantes, caput, vel cor animalis, ramus arboris. De partibus Metaphysicis alibi differemus, de ceteris has subijcimus conclusiones.

Concl. 1. Partes physicę possūt esse vera Genera & Species.

Prima. Partes physicæ possunt esse Genera, & Species: materia quidem ad cælestem, & sublunarem: forma verò ad varias formarū Species. Est communis inter Recentiores, & per se manifesta. Quia nulla apparet in his partibus ratio analogiæ, quæ impediat vnius conceptus præcisionem ab vtraque materia, & ab omnibus formis. Tenuit quidem oppositum Caietanus in cap. de Specie. Caiet.

Soncin-

Soncinā. Alb. Mag.

Soncinas 7 Metaph. q. 39. vbi multa profert argumēta ex Alberto Magno, tractatu 1. in Prædicabilia, cap. 8. quę pro hac opinione vim habent. Primum est. Genus & Species sunt quædam tota, materia, & forma sunt partes, ergo generis, & Speciei rationem subire nequeunt. Secundum Species prædicatur completè (vt est in eius definitione) ergo materia & forma, cum essentialiter sint incompleta, saltem non erunt Species. Nec videtur ab hac sentētia alienus D. Thomas in 3. d. 6. q. 1. art. 1. & 1 p. q. 76. art. 7 ad 3. vbi docet, in his partibus nō esse Genus, vel Speciem. Sed D. Thomas negat esse Genera, & Species, respectu totius entis, quod componunt. Et hoc ipsum probant adductæ rationes. Nos autem eis tribuimus rationem horum Prædicabilium comparatione inferiorum.

Vnde ad primum respondemus, materiam, & formam esse partes respectu totius, at si sumatur materia prima in communi, & conferatur cū hac, & illa materia, quas sub se continet, & similiter forma communis cum hac, & illa, tota quædam esse, perindè ac animale cum ad varias animalium Species comparatur. Ad secundum dicimus, materiam prædicari incompletè de toto, non verò de suis inferioribus. Neque enim idem est prædicari completè, & esse completum prędicatum; ad hoc enim exigitur, vt Natura nō sit pars alterius: ad illud sat est, quod dicat totam Naturam inferiorum: siue ea sit completa, siue incompleta.

Cōcluſ. 2. Partes quasi Physicæ sortiuntur rationem. Gener. & speciei.

Secunda conclusio. Partes quasi physicæ (si quæ sunt) rationem Generis, & speciei sortiuntur. Hæc manifestè sequitur ex præcedenti, cū nulla maior difficultas in his partibus, quàm in illis se offerat. Asserimus ergo, punctum esse infimam speciem ad omnia linearum puncta: instans, & mutatum esse, Genera ad instātia, & mutata esse corporalia, & spiritualia. Dubitari tamen solet, an Indiuisibile in communi sit genus ad hæc ita: vel secus. Nobis sane videtur, neutram partem conuinci, neutram manifestè ollēdi: præferri tamē posse affirmatiuam; quia vt quātitas permanens, & successiua (si qua est) vniuocè conueniunt in quantitate communi, ita par est credere, earum Indiuisibilia conuenire. Nec refert punctum non esse in quantitate permanente in communi, quæ sola conuenit immediatè, & vniuocè cum successiua (quod aliquis fortasse opponeret) Primò. Quia nec instans, nec mutatum esse reperiuntur in quantitate successiua communi: sed alterū primò est in tempore: alterum in motu. Deinde. Quoniam satis est, rationem permanentis, & successiui posse vniuocè conuenire: in hoc enim maximè differt punctus ab instanti, & mutato esse, quòd illud, permanens sit, hæc fluxa, & successiua.

Opponet alius, nullas duas formas physicas esse immediatas speciebus alicuius Generis, nisi, cum Species, quas constituunt, sub vno etiam Genere proximè collocantur. Verbi causa animam rationalem, & equinam conuenire immediatè in anima sensitiua, vti in Genere, quia homo, & equus sunt proximæ Species animalis (vt supponimus) hoc verò in Indiuisibilibus non reperitur. Sed respondendum est, in formis Physicis perpetuò reperiri aliquas genericas, per quas Genera constituunt: & ideò inueniri semper Genus proximum illarum Specierum, quas formæ speciales componunt: at Indiuisibilia immediatè esse in speciebus, & nulla supponere, quæ sint in Genere: quia Genus ijs non eget. Quarè posse vniuocè conuenire, esto, Species, in quibus sunt, sub nullo Genere proximè collocentur.

Tertia conclusio, pro partis integrantibus. Nulla pars integrans animalis potest esse Genus, vel Species, respectu similium partium: vt caput respectu capitum: cor respectu cordium. De hac re nihil ab alijs dictum inuenimus. Probatur tamē cōclusio. Pars, eo modo accepta, est cōpositum per accidēs ex forma,

Concl. 3. In partibus integrantibus nō reperitur ratio Generis vel Speciei.

& certa portione materiæ cum quadam complexione, & figura: Genus verò est ens per se: ergo, &c. Quod si pars sumatur, vt composita ex materia, & formâ, nullum accidens includendo, adhuc Genus esse non poterit: sed ex alio fundamento, hoc nimirum. Quia Genus contrahitur ad Speciem per se, & quatenus tale est: pars autem, quouis modò accipiatur, semper contrahitur ratione totius: ergo nunquam est idonea ad subeundam Generis notionem. Idem omninò dicendum est de partibus reliquorum viuentium, & non viuentium: in omnibus enim vim habet, vel vtraque, vel altera istarum rationum.

EXPLANATIO CAPITIS SECVNDI
DE SPECIE.

SVMMA CAPITIS.

DIuidit Porphyrius hoc caput in tres partes. Prima tres Speciei significationes enumerat, atque explicat: in secunda occasione varij respectus Generis & Speciei, miscet aliqua de serie prædicamentali: in tertia differit in Indiuiduo. Prima Speciei acceptio est pro externa rerum forma, seu pulchritudine. Secunda acceptio (Logici propria) est pro eo, quod Generi subijcitur, & de quo Genus in quæstione, quid est, prædicatur. Tertia demum est pro Specie prædicabili. Quam sic definit. Species est id, quod de pluribus, solo numero differentibus, hoc ipso, quid est, prædicatur.

Quod attinet ad secundam partem, docet, in quouis Prædicamento esse Genus summum, Speciem infimam, & res interiectas. Genus summum est, supra quod nullum est Genus, Species infima, sub qua nulla collocatur Species. Res interiectæ simul sunt Species superiorum, & Genera inferiorum.

In tertia parte (laudato Platone, quod vetuerit Philosophis in descensu ad Indiuidua vsq; excurrere) definit Indiuiduum, primò. Id, quod de vno solo prædicatur. Secũdò ex nominis etymologia. Quod diuidi non potest. Tertiò in hũc modum. Indiuiduum est, cuius omnes simul proprietates alteri conuenire non possunt.

CAPVT II. COMMENTARIVS.

a *Species autem dicitur*] In proponẽdis Vniuersalibus, ordinem naturæ sequutus Porphyrius, antepoluit Differẽtiam Speciei, vt partẽ toti. In eisdem verò tractãdis, vt doctrinę ordinẽ non deleteret, Speciem prætulit. Quæ cum per Genus explicetur, ipsumq; explicet, non potest commodius explicari, quam post Genus. Ordo verò doctrinæ is est, vt quam accommodatissimè tractẽtur ea, de quibus agendũ est. Quam rationem immutati

§. 2 *Species autem dicitur quidem, & de vniuscuiusq. forma, qua significatione dici solet, præstantissimam formam dignam esse imperio.* §. b *Dicitur autem & de eo, quod sub assignato Genere collocatur: qua significatione hominem quidem Speciẽ animalis dicere consueuimus, quod quidem est Genus, album autem Speciem coloris, & triangulum figuræ Speciem. Quòd si Genus assignantes, mentionem fecimus Speciei, Genus id esse dicetes, quod de pluribus differentibus*

Digitized by Google

Ammoni⁹. Boetius. Albert. mutati ordinis afferunt Ammonius, Boetius, & Albert. Cui addimus, hanc tractationē magis attēdere ad has Species formaliter, quā materialiter. Et eo modo Speciē esse priorē Differentia in prædicandi modo, & Generi propinquiorem. Quia Species prędicatur in quid. Differētia in quale. Memor igitur Porphyrius eius, qđ initio primi capitis dixerat, nomē Speciei simpliciter non dici: adducit initio duplicē Speciei acceptionē, Prima est, qua significat pulchritudinem: quę est (vt definit Cicero 4. Tusc. q.) apta membrorū figura cū quadam coloris suauitate. Vnde, inquit, est illud. Prima species digna est imperio (sic enim legendum est in Gręco, vbi habetur εἶδος ἄξιον non [Priami species] (vt habēt quidā codices, tueturq. Tiraquellus ex Euripide.) Ad quē sensum cecinit Regius vates de Christo Domino, Pſal. 44. Speciosus forma præ filijs hominū, prosperè procede, & regna. Et Aristoteles 1 Politicorum. Si tantū (inquit) excellerent homines corpore, quantū imagines Deorū, digni profectò essent, quib. à ceteris seruiretur, quod adeò verū est, & a natura ipsa profectum, vt vel ipsi Aethiopes, teste Aristotele 4. Politicorum, magistratus non nisi corpore proceris, & pulchris deferant; atq; adeò paucis; Cū exiguus, inquit, sit numerus formosorū, ac magnorum. Quā causam reddit Theodoretus 1. Regum q. 27. Theodore. Cur Deus Saulem primū Regē creauerit; nimirùm, quia Iudæi, more ceterarum gentium, corporis magnitudinem, & externam formam, quæ in Saule maximè eminebāt, admirabantur. Quod absque causa non fit, cum dignitas corporis præstāti animi indiciū sit, quemadmodū vitiosum corpus animę deformatę imago est, quod Homerus. Homerus in Thersyte, & Cicero in Chærea obseruarunt; in Zoilo quoque Cicero. Martialis. lusit Martialis, Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine læsus: Rem magnam pręstas, Zoile, si bonus es.

Prima speciei acceptio ꝓ pulchritudine.

Tullius.

Tiraquel.

Aristot.

Alias eiusdem vocabuli significationes Boetius, alijsq. Autoribus familiares omisit Porphyrius, & hanc commemorauit, non solùm vt ostenderet, vocabulum esse multiplex: sed quia, vt pulchritudo rudi corpori affert decorem, ita Species Logica confusioni Generis ornatum addit, Indiuiduis confert splendorem, vnde eorum forma nominatur.

Secūda speciei significatio.

b *Dicitur autem.*] Subdit secundum speciei significatum philosophorum proprium, quod sic describit. Species est id, quod sub Genere collocatur; seu, id, quod Generi subijcitur; sub Genere, inquit assignato, id est, proximè explicato. Vbi monet, incommodum non esse, se antea explicuisse Genus per

ferentibus specie, hoc ipso quid est prædicatur: & nunc id esse dicimus Speciem, quod sub assignato Genere collocatur, scīēdum est, cùm & Genus alicuius sit Genus, & Species alicuius sit Species, alterū alterius, utrumq. utriusq. definitionibus adhibere necesse esse. §. c *Assignant igitur Speciem & hoc, modo, Species est id, quod subijcitur Generi, & de quo Genus, hoc ipso quid est, prædicatur.* §. d *Insuper hoc etiam pacto. Species est id, quod de pluribus differentibus numero, hoc ipso, quid est, prædicatur. Verum hæc quidem assignatio ipsius erit infima Speciei, & quę tantummodo Species est; cetera autem & hisce competent, quæ non infima sunt.*

§. e *Atq; id, quod dicimus, hoc pacto fuerit manifestum, in vtroq. Prædicamento sunt quædam summa Genera, & quædam infimæ Species: & inter hæc media quædam sūt, quæ Genera eadem Speciesq. dicuntur. Est autem id quidem summum Genus, supra quod nullum omninò Genus transcendit: infima verò Species ea, sub qua nulla prorsus alia Species collocatur. At inter hæc summum, inquam, Genus, Speciemque infimam sunt alia, quæ Genera sunt eadem Speciesq. non eiusdē tamē, sed diuersis respectu. Explicatur autem id, quod diximus vno in prædicamēto, dilucidumque fit hoc pacto, Substantia est quoddā*

Digitized by Google

ſpeciem, & modò ſpeciem per genus; quoniam, quæ mutuò ſe reſpiciunt, ad mutuicem abſque vitio definiuntur. Quod æquè verum eſt, conſtituta ratione formali vniuerſalium in relatione ſecundum eſſe: ac in relatione ſecundum dici, vel tranſcendente. (vt ſupra conſtituimus) E tribus exemplis, quæ ſubijcit ad ſpeciei ſubiectionem indicandam, vltimum, vt magis dubium, diſcuti hoc loco ſolet ab interpretibus. Sed planè extra foeum: præſertim, cum in exemplis ſatis ſit vulgaris conſenſio, etſi veritas non ſit exquiſita.

Ammoni'. Albertus. Caietan. Auicen.

c *Aſſignatur igitur.*] Secundam ſpeciei acceptionem iterum definit hoc pacto. Species eſt id, quod ſubijcitur generi, & de quo genus in quæſt. quid eſt, prædicatur. Vbi, licet Ammonius, Albertus, Caietanus, & alij duas definitiones diſtinguant: vnam, [Quod ſubijcitur Generi] alteram, [De quo Genus in quæſtione, quid eſt, prædicatur.] Conſultius tamen Auicenna vnicam credit. Quod trifariam patet. Primò. Quia verba Porphyrij vnum definitionis modum indicat; ait enim [aſſignant ſpeciem hoc modo] Secundò. Quia ijſdem verbis apertè ſignificat Porphyrius, ſe velle aſſignare aliam ab ea, quam inter explicandam ſecũdam acceptionem tradidit; id tamen falſum eſſet, ſi illa verba [quod Generi ſubijcitur] vt integra definitio ponerentur: idem enim prorſus continét, ac illa [quod ſub Genere collocatur.] Tertiò. Quia, ablata ſecunda definitionis parte, non ſatis intelligitur habitudo Speciei ad Genus an ſit in quid, vel in quale: in ea verò exprimitur. Et quamuis Porphyrius explicando vocabuli ſignificationem, qualitatem reſpectus non expreſſerit, rem ipſam definiendo, abſque vitio non tacuiſſet.

Tertia ſpeciei ſignificatio.

d *Inſuper hoc etiam pacto.*] Adducit tertium ſpeciei ſignificatũ, quod ita deſcribit. Species eſt id, quod de pluribus differentibus numero, in quæſt. quid eſt, prædicatur. Vbi iam ſumitur ſpecies, vt eſt ſecundum Prędicabile; hactenus enim explicata fuit, vt eſt Particulare Generis. Aliud diſcrimen inter hanc, & priores definitiones conſtituit Porphyrius; videlicet, eas cõpetere omnibus ſpeciebus, tam infimis, quàm ſubalternis, hanc verò ſolis infimis. Quod poſtea explicabitur.

& ipſa Genus, vt patet: atq; ſub ipſa quidem eſt corpus, ſub corpore verò eſt animatum corpus, ſub quo animal cadit.

§. f *Sub quo rurſus animal particeps rationis eſt, ſub quod homo cadit: ſub hunc Socrates, Plato, ſingulique homines collocantur. Horum igitur Sub ſtantia quidem Genus ſummum, maximeque patens eſt, ſolúmque Genus: Homo verò Species ima, & Species ſolùm. At corpus Species quidẽ eſt ſubſtãtia, Genus autẽ corporis animati. Animatum verò corpus Species quidem eſt corporis, Genus autem animalis: rurſus animal Species quidem eſt animati, Genus autẽ animalis participis rationis. Homo verò Species quidem eſt animalis participis rationis, Genus autem hominum ſingulorum non eſt, ſed Species ſolum. Atque eminino id omne, quod eſt ante individua, & de ipſis ſine vllo medio prædicatur, Species erit duntaxat, nullo modo Generis rationem ſubibit. Vt igitur Subſtãtia, quæ ſupremùm eſt, propterea quod nihil eſt ante ipſam, Genus eſt ſummũ, vti diximus: ſic et homo, quia Species eſt ſub qua nulla Species prorſus, nec quicquam eorum, quæ diuidi in Species poſſunt, ſed in diuiduorum (in diuiduum enim Socrates, & Plato, atque hoc album eſt) Species erit profectò ſolum, ac vltima Species, ſpecialiſſimaq. Species, vt diximus. Media verò Species eorũ quidẽ erũt, quæ ſunt ante ipſũ: Genera autẽ eorũ, quæ ſuò ipſa ſunt*

e *Atq; id quod*] In hac ſecunda capitis parte ſatis perſpicuè proponit ſeriẽ prædicamentalem. In qua tria collocat rerum genera: nimirum ſuprema Genera, infimas ſpecies, & Intermedia; quæ vulgus appellat ſubalterna. Non reijcit Indiuidua, quaſi non ſint in Prædicamento atq; adeò in recta

Digitized by Google

in recta ſerie: ſed quia hic locus eſt Vniuerſalia explicandi. Adducit verò in exemplum Prædicamentum Subſtantiæ, non ſolum, quia nobiliſſimum ſit, ac baſis ceterorum; ſed quia rebus cõſtat notioribus, & proprio, peculiariq. vocabulo inſignitis.

f *Sub quo rurſus.*] Quod Porphyrius hoc loco docet, animal rationis particeps eſſe Genus hominis, hauſit à Magiſtro Platone in Timæo. Quod cenſuerunt non tantum Stoici, ſed maior Ethnicorũ pars; qui ſibi perſuadebant, non modò Cęleſtia cõpora, ſed alia quoque Numina eſſe rationalia: eoq. ſolum ab hominibus differre, quod ſint immortalia. Ceterum de hac re lege, quæ dicta ſunt 2. lib. de Cœlo, c. 2. q. 1.

g *Ima quoque Species.*] Docet, Speciem infimam vnum tantum habere reſpectum ad ſuperiora, nullum verò ad inferiora: ſicut ſupremum Genus ex oppoſito ſolum reſpicit inferiora. Hoc, quod attinet ad Speciem, dubitatione non vacat, cum infra illam ſint Indiuidua, de quibus (vt ipſe Autor fatetur) in quæſtione, quid eſt, prædicatur. Sed nihil abſurdi eſt in dictis: quia Porphyrius hoc loco non agit de quibuſuis reſpectibus; ſed his, qui cõparatione vnius ſunt reſpectu Generis, comparatione verò alterius, Speciei. Quos non habet Species infima. Cuius rationẽ reddens idem Porphyrius ait: Quia reſpectu etiam Indiuiduorũ eſt Species: cum tamen Species intermedia ab vno reſpectu Species, ab alio Genus appelletur.

ſint collocata. Quare hæc quidem duos habet reſpectus, vnum ad ea, quæ antecedunt, quò Species: alterum ad ſequentia, quò Genera illorum eſſe dicuntur. Extrema verò vnum habent duntaxat: ſummum enim Genus ad quidem, quæ ſunt ſub ſe collocata, reſpectum habet; eſt enim Genus, vt patet, ad ſuperiora verò nullum profectò habet; cum ſupremum ſit Genus, & vt principium primum, atque (vt diximus,) id, ſupra quod nullũ inueniri Genus omninò poteſt. §. g *Ima quoque Species vnum habet reſpectum. Habet enim ad ſupera, quorum Species dicitur: ad infera verò non diuerſum habet, ſed Indiuiduorum Species dicitur. Atque Indiuiduorum quidem Species dicitur: vt continens ipſa: ſuperiorum autem rurſus Species appellatur, vt continetur ab illis.* §. h *Definiunt igitur Genus ſummum ſic. Quod Genus cum ſit, non eſt Species. Et rurſus. Supra quod nullum aliud omninò Genus tranſcendit. Speciem verò imam hoc pacto. Quæ Species cum ſit, non eſt Genus. Et rurſus. Quæ Species cum ſit, alias in Species diuidi nequit. Et inſuper. Quæ de pluribus differentibus numero ipſo quid eſt, prædicatur. Media verò, quæ his intericcent, alia aliorum alterna Genera, Speciesq. vocant, atque vnumquodque ipſorum Speciem eſſe, Genusque ſtatuunt, non reſpectu tamen eiuſdem, ſed diuerſorum. Ea enim, quæ ante Speciem imam vſq; ad ſummum Genus aſcendunt, & Species, & Genera alterna dicuntur: vt, Agamemnon, Atrides, & Pelopides, & Tantalides, ac tandem Iouis filius.* §. i

Tex. 5.

Definiuntur Genus ſummũ, & Species infima.

h *Definiunt igitur.*] Aſſignat duas definitiones Generis ſummi: & tres Speciei infimæ; Prima Generis eſt. Genus ſummum eſt. quod, Genus cum ſit, nõ eſt Species. Secunda eſt: ſupra quod nullum aliud Genus trãſcendit, id eſt collocatur. Prima Speciei eſt huiuſmodi. Quæ cum ſit Species, non eſt etiam Genus. Secunda. Quæ in alias Species diuidi nequit. Quæ ferè coincidit cum prima. Tertia deniq;. Quæ de pluribus differẽtibus numero in quæſtione, quid eſt prædicatur. Texit deinde explicationem mediorum Generum, & totum denique Prædicamentum exemplo cuiuſdam familiæ declarat; in qua Iupiter collatus cum Tantalo, Pelope, & Atride, & Agamemnone, ſic eſt pater, vt non ſit filius. Contra verò Agamemnon cum ijſdem comparatus ita eſt filius, vt non ſit pater. Ceteri tres, & parentes ſunt poſterorum, & priorum filij. Ita res ſe habet in ſerie prædicamentali.

Digitized by Google

i *Verùm in familijs.*] Non ſunt per omnia ſimiles Prædicamentis familię; quoniam multæ ſæpe familiæ ad vnum principium referuntur; vt familia Agamemnonis, Atridis, Pelopis, & Tàtali, ac rurſus familię Pyrrhi, & Achillis: Pelei, & Aeaci ad vnum Iouem patrem Tantali, & Aeaci, ex quibus ceteri progeniti ſunt; at non ſic Prædicamenta omnia reducuntur ad vnum principium: ſed in quolibet ſuum eſt ſupremum Genus. Quæ omnia ſunt numero decem. Quod ſi perſæpe hæc omnia diximus entia: non tamen Ens effecimus Genus, ſed analogum. Quod probat primò autoritate Ariſtotelis: qui idcircò poſuit decé Genera ſumma, quia Ens non eſt eorum Genus. Secundò: quoniam, ſi Ens eſſet Genus, prædicaretur vniuocè de rebus omnibus: ſed prædicatur æquiuocè; ergo non eſt Genus. Maiorem ex definitione Generis perſpicuam ſupponit. Minorem probat, tum ex Ariſtotele (vt cõſtat ex initio libri quarti, 7. & 12. Metaph.) tum quia dantur decem ſumma Genera, quæ non poſſunt conuenire ratione, ſed nomine tantùm: alioqui ſumma non eſſent. Sed hæc alìò pertinent.

K *Genera igitur.*] Statuit numerũ eorum, quæ ſunt in Prædicamentis: atque ſumma Genera eſſe decem. Species omnes, etiam infimas, aliquo numero comprehendi, licet nobis ignoto. Individua autem eſſe infinita. Qua de cauſa, inquit, Plato in Phędro præcipit, vt is, qui ſcientiam conſequuturus, eſt diuidat ſumma Genera, ſed vſque ad Species infimas, ad Individua ne excurrat: quia, infinita cum ſint, ſub ſcientiam cadere non poſſunt.

Quo pacto verũ ſit, quod Porphyrius ait, Species certo numero comprehendi, Individua verò eſſe infinita: dubitant Autores: ſi enim loquitur de Speciebus, & Individuis exiſtentibus, omnia ſunt numero definita: ſi de ijs, quæ eſſe poſſunt, vt Individua propagari poſſunt infinitũ, ſic etiam Species, præſertim figurarum, & numerorum.

Louanienſes hoc poſteriori modo Porphyrium interpretantur: ſed exiſtimant, eum loqui in ſolo Prædicamento Subſtantię; cuius meminerat, in quo ſpecies etiam poſſibilis definitæ ſunt. Id tamen verum non eſt niſi habita ratione cauſarum tantum naturalium. Nam Deus Species in infinitum multiplicare poteſt. Iuxta quam verſimile, eſt locutũ Porphyriũ; ſi alioquin probabile eſt, ipſum de ſolo Genere ſubſtantiæ loqui; videtur enim doctrinam vniuerſalem tradidiſſe.

§. i *Verùm in familijs quidem ad vnum, velut Iouem, plerumque principium ipſum reducitur: in Generibus autem & Speciebus non ita res ſeſe habet. Non enim ipſum Ens, vnum omnium Genus commune eſt, nec vniuerſa Generis eiuſdem, ſupremo ſcilicet, in Genere, vt Ariſtoteles inquit, euadunt. ſed vt in Prædicamentis prima Genera decem, & quaſi principia decem prima ponantur. Etſi enim omnia quis entia vocauerit, æquiuocè (inquit,) & non vniuocè vocabit. Nam ſi ipſum Ens commune omnium Genus eſſet, vniuocè vniuerſa profectò entia dicerentur. Cùm autem ſint decem prima, communicatio nomine tantum, haud verò & ratione, ad id nomen accommodata eſt.* §. *K Genera igitur ſunt ſumma quidem decem: Species autem ima numero quidem ſunt aliquo, at non infinito: Individua verò quæ ſub imis collocantur, ſunt infinita. Quapropter deſcendere à ſummis vſque ad ima Plato iubebat, ibique ſtare; deſcendere verò per media, differentijs ſpecificis diuidentes, infinita autem omittere: neque enim cadere ſub ſcientiam poſſe.* §. *l Cum igitur ad imas deſcendimus Species, tranſire per multitudinem diuidendo neceſſe eſt: at cum ad ſumma aſcendimus Genera, in vnum multitudinem ipſam colligamus, oportet. Species enim in vnam naturam multa congregat, & magis id etiam Genus. Particularia verò, ac Singularia vnum è contra in multa ſemper dividere videntur. Speciei quippè communicatione, homines complures homo vnus ſunt: at vnus, atque communis, ipſis Particularibus plures. Singulare nam-*

Quare

Quare alij intelligunt. Species, & Indiuidua actu. Verùm vocabulum [infinita] non accipiunt secundum numerum: sed quasi dictum sit [non definita] Carent enim Indiuidua definitione.

Verùm Porphyrius propterea vetat ea in scholis Philosophorum explicari, & definiri; quia infinita sunt, & comprehendi non possunt. Quocirca placet eorum interpretatio, qui sententiam quidem accipiunt de Indiuiduis actu: vocabulum verò [infinita] non interpretantur in philosophica significatione, sed vt idem valet, atque [incerta, & indeterminata] cum enim perpetuò intereant, & generentur, nunquam sub eodem numero conseruantur: vt Species, quæ semper eædem perseuerant.

l *Cum igitur ad imas.*] Ostendit, quid accidat in ascensu, & descensu, de quibus hactenus dixit; atque, in descensu ex vno fieri multa; in ascẽsu è contrario, ex multis fieri vnum. Ratio est facilis; quia descendimus superiora diuidendo in Species, & Indiuidua; ascendimus verò, hæc ipsa, vel in Specie, vel in Genere coniungendo. Et quia plura sub Genere, quam sub Specie continẽtur, subdit Genus magis congregare, quam Speciem. Vbi illam tradit sententiam. Plures homines communicatione Speciei sunt vnus homo. Quæ quo pacto intelligenda sint, supra exposuimus.

m *Assignato verò Genere*] Circa prędicationes eorum, quæ sunt in Prædicamento, hoc assignat documentũ. Genera prædicari de Speciebus, & de ijs, de quibus species prædicãtur; non autem è contrario. Probat; quia sola maiora de minoribus, hoc est, vniuersaliora de minùs vniuersalibus, aut paria de paribus prædicantur. Constat verò ex definitionibus, Genera vniuersaliora esse (intellige prædicatione directa, & de toto subiecto,) aliàs Species indirectè affirmatur de Genere, & Grammaticum de homine; sed non de toto.

Tradit indiuiduidefinitio.

n *Indiuiduum autem.*] Hæc est tertia pars capitis, vbi differit de Indiuiduo,

namque diuisum semper est: ipsum verò commune, collectiuum, vnius suapte natura efficax. §. m *Assignato vero Genere, Speciẽq́, quidnam vtrumque ipsorum sit, cum Genus sit vnum. Species verò plures (diuisio namque Generis in Species plures semper est) Genus quid est semper de Specie prędicatur, omniaq́ omninò supera de inferis semper dicuntur: Species verò neque de propinquo sibi Genere, neque de vllo supero prædicatur: non enim conuertitur. Nam aut paria de paribus, vt hinnibile de equo: aut maiora de minoribus, vt animal de homine, prædicentur oportet: minora verò de maioribus non oportet: non enim animal hominem esse dixeris, qualiter hominem animal esse dicas. Atque de quibus Species prædicatur, de his & Speciei genus, & Genus etiam Generis, vsque ad summum Genus necessariò prædicatur. Nam si verum est dicere [Platonem hominem] & [hominem animal] & [animal Substantiam esse,] verum & [Platonem animal] dicere, & [Substantiam] cum enim supera semper de inferis prædicentur, Species quidem de Indiuiduo: Genus autem de Specie, ac Indiuiduo: summum verò Genus & de Genere, vel de Generibus (si plura media subalternaque sint) & de Specie, atque Indiuiduo prædicabitur. Summum enim de Generibus, & Speciebus, ac Indiuiduis omnibus prædicatur: illud autẽ, quod est ante imam Speciem, Genus, de vniuersis imis, ac Indiuiduis dicitur: ea verò, quæ est solùm Species, de omnibus Indiuiduis prędicatur.* §. n *Indiuiduum autem de vno solo Particulari.* §. o *Indiuiduum autem dicitur Socrates, & hoc album: atque hoc accidens; Sophronisci filius, si solus Socrates illi filius est.* §. p *Indiuidua igitur ex eo talia dicuntur, quia ex proprietatibus quidque constat, quarum idem aggregatum nunquam in alio fiet. Socratis namque proprietates nullo in alio Particulari eadem fiet. Hominis autem, communis dicõ, proprietates eadem in pluribus, imò verò in omnibus Particularibus hominibus, quatenus homines sunt, sunt, atque inueniuntur.* §. q *Indiuiduum igitur à Specie, & Species à Genere continetur.*

uiduo; tum, quia non ſemel eius meminit; tum, quia omnibus ſubijcitur Vniuerſalibus; tum denique, quia ſpecies, quatenus vniuerſalis eſt, per Indiuiduum explicatur. Hoc igitur ſic definit. Indiuiduum eſt, quod de vno ſolo Particulari prædicatur. Quod, cum eſt Indiuiduum ſubſtantiæ completæ, identicè tantùm prædicatur. Quam ob cauſam Ariſtoteles, in capite de ſubſtantia, negauit, primam ſubſtantiam de vlla prædicari, directè ſcilicèt, & naturali prædicatione.

o *Indiuiduum autem dicitur*] Innuit, Indiuidua trifariam nominari poſſe. Primò nominibus proprijs, vt Plato, vt Socrates. Secũdò, Periphraſi nominis communis, & pronominis demonſtratiui, vt, hic homo, hoc album. Tertiò, Periphraſi alicuius orationis, quæ ex hypotheſi vni tantum accommodatur; qualis eſt, Filius Sophronici. Qua oratione Socrates tãtùm deſignatur.

Genus enim eſt quedam totum, Indiuiduum autem pars, At Species & totum, ac etiam pars eſt. Sed vt pars quidem ad aliud: vt totum autem non ad aliud dicitur, ſed in alys. Totum enim in ipſis partibus eſt. De Cenere igitur, atque Specie, & quidnam ſit ſummum Genus, & quid ima Species, & qua ſint eadem Genera, Speciesque, qua preterea ſint Indiuidua, & quot modis Genus, Speciesque dicantur, ſatis iam explicauimus.

p *Indiuidua igitur*] Ex adiunctis oſtendit, hęc omnia meritò dici Indiuidua; quia eorum quodque affectum eſt ea accidentium, & proprietatum coniunctione, quæ in alterum non cadit. Vnde hanc elicimus indiuidui definitionem. Indiuiduum eſt, cuius omnes ſimul proprietates alteri cõuenire non poſſunt.

q *Indiuiduum igitur*] Explicuit Indiuiduum in ſe, & in ordine ad ſubiectum, de quo dicitur: nũc idem comparat cum Specie, cui ſubijcitur; atque, ipſum eſſe Speciei partem; Speciem autem & eſſe partem Generis, & totũ Indiuidui. Loquitur de toto, & parte potentiali, non actuali; vt perſpicuum eſt.

QVAESTIO I.

VTRVM PORPHYRIVS DE ſpecie rectè cenſuerit.

ARTICVLVS I.

EXAMINANTVR DEFINITIONES Speciei ſubijcibilis.

Argumẽta pro parte negatiua. Primum.

NOn eſſe probè definitam Speciem ſubijcibilem, ſic probat Caietanus hoc loco. Omnis definitio aſſignari debet per notiora: ſed Genus non eſt notius Specie; ergo Species non rectè definitur per Genus; vt eam Porphyrius definiuit; ac neceſſariò definiendam dux-

ior eſt certa, cum definitio ſit ad explicandam rei naturam. Minor probatur; quia ipſum Genus definitum eſt in ordine ad Speciem, tanquam ad notiorem; ergo, ſi aliud ſit etiam notius, vtrumque erit magis, & minùs notum, quàm aliud.

Secũdò. Si Species definiatur per Genus, idem conſtituetur in ſui definitione; ſiquidẽ ex præſcripto Ariſtotelis, ſecundo Topicorum, capite quinto, in qualibet definitione licet loco alicuius partis adhibere eius definitionẽ. Cum igitur Species definitur id, quod ſubijcitur Generi, ſi loco illius termini [Generi] ponatur eius definitio, ſic conſtruetur Speciei definitio. Species eſt id, quod ſubijcitur ei, ſub quo collocatur Species: quo facto, iam Species erit in ſui definitione. a. arg.

Tertiõ.

Digitized by

Tertium argum.

Tertiò. Vtraque Speciei ſubijcibilis definitio conuenit Indiuiduis; quoniam hæc etiam ſubijciuntur Generi. (vt præcedenti capite viſum eſt.) Quod ſi reſpondeas, ſubaudiendam eſſe particulam [proximè.] Indiuidua autem collocari ſub Genere remotè, & interuentu Speciei, dupliciter impugnaberis. Primò; quia Indiuidua Generis, vt [hoc animal,] proximè ſubſunt Generi, cum ex illius Natura, & Differentia ſingulari immediatè conſtituantur. Secundò. Homo eſt ſpecies ſubſtantiæ: & proximè illi non ſubijcitur; ergo data ſolutio partim deficit, partim redundat.

Quartò. Species ſubijcibilis intrinſecè, & formaliter eſt vniuerſalis; ergo definiri non debuit per ordinem ad ſuperiora, ſed ad inferiora, vt cetera vniuerſalia. Antecedés tradi videtur ab Auicenna in hoc capite; & probatur; quia ſpecies ſubijcibilis per ſe proximè terminat Genus; ſed Genus non terminatur immediatè ad ſingulare, ergo ſpecies per ſe eſt vniuerſalis.

Aduertuntur aliqua.

Priuſquàm ad hæc reſpõdeamus, recolere oportet ex Porhyrio, in ſpecie infima eſſe duplicem reſpectum, vnum particularis ad Genus: alterũ vniuerſalis ad Indiuidua. Ad quos nomen ſpeciei perinde eſt analogum, atque ad ſpeciem Logicam, & formam externam; nulla enim eſt communis ratio hoc nomine ſignificata, in qua conueniãt, & alioq; maximè differunt, cum alter ſit vniuerſalis, alter parcularis: adeo, vt nõ incongruè à quibuſdam cenſeatur ſpecies, vt illos complectitur, æquiuoca eſſe. Nobis tamen viſa eſt analoga: quoniam ob eandem rationem impoſitum eſt vocabulum vtrique ſpeciei: nimirùm, quia ratione vnius habitudinis confert ſpecies decorẽ Generi: ratione alterius Indiuiduis. At non eſt reſpectus ſpeciei ſubijcibilis in ſola ſpecie infima: ſed etiam in ſubalterna. Vnde deducitur Speciei ſubijcibilis diuiſio in infimam & ſubalternam, non tanquam Genus in Species, ſed Speciei infimæ in compoſita per accidens: nam ſubalterna dicit, præter relationem ſubijcibilis, aptitudinem, vel relationem generis: infima verò horum negationem.

Hoc poſito, aſſerimus, optimam eſſe vtramq; definitionem ſpeciei ſubijcibilis: quæ pro vna tantum habẽda eſt: & bifariã explicari poteſt: Primò hoc modo. Species eſt vnum quid, nomine, & ratione, quod ſubijcitur generi in q̃ſtione quid eſt, proximè. Prima pars eſt loco generis (vt in Vniuerſalibus dictũ eſt.) Secunda intelligenda eſt, ſecundùm aptitudinem: quaſi dicatur [aptum eſt ſubijci] & excludit omnia Vniuerſalia. Tertia reijcit Particularia Differentiæ, Proprij, & accidentis; quæ non ſubduntur Generẽ in quid. Vltima (quam Porphyrius ſubintellexit) videlicet [proximè] excludit Indiuidua; quæ remotè ſolùm Generi ſubijciuntur. Atq; definitio, hoc modo explicata, eſt deſcriptiua; quia traditur per conditionem fundamenti, & per quandam Particularis proprietatem, quæ eſt aptitudo, vt in prædicatione ſubijciatur. Quam ſanè intellexiſſe Porphyrium conſtat ex vltima definitionis parte, vb: per Generis prævicationem explicuit, Speciei ſubiectionem eſſe in prędicando. Secundò, interpretari poſſumus definitionem eo pacto, vt eſſentialis euadat; ſi nomine Generis intelligamus Particulare, pro Differentia verò cõſtituamus vel reſpectum ad Genus, hoc modo. Species eſt Particulare proximè reſpiciens Genus; vel aptitudinem ad ſubiectionem in eſſendo, quæ eſt proprius actus Particularis, quatenus Particulare eſt, hac ratione: Species eſt Particulare aptum eſſe ſub Genere.

Reſolutio quæſtion.

Argumentis in oppoſitum ſic occurres. Primò quidem (omiſſis alijs ſolutionibus) negando cum Caietano, omnia, quæ in definitione ponũtur, debere eſſe notiora definito; niſi illi ſint intrinſeca. Cuiuſmodi non eſt vnum relatiuum alteri: quia ſolùm ponitur, vt extrinſecus terminus. Quod alijs verbis indicauit

Soluũtur argumẽta. Primum Caietani.

Albertus

Alb. Mag. Albertus Magn. in tractatu Relationis, cap. 9. cum dixit, vnum relatum non definiri per aliud, sed ad aliud. Vnde hanc distinctionem colligimus illius maioris propositionis, [id, quod ponitur in definitione, est notius definitio,] si definitum per illud definiatur, verum est; si ad illud, falsum.

Soluitur. 2. arg. Secundò; pari modo respondendum est, documentum Arist. esse verum in partibus intrinsecis, & per se definientibus: non verò in externis terminis; cuiusmodi est Genus comparatione Speciei. Quare negandum est, ipsius Generis loco adduci posse definitionem.

Soluitur. 3. arg. Tertiò respondet Albertus Mag. in hoc Opusc. tract. 4. cap. 1. intelligi in definitione totalem dependentiã, quam sola Species habet à Genere, siquidem constat genere, & differentia, quorum illud actu est ipsa essentia Generis: hæc potentia saltem in Genere continetur. Quo pacto Indiuiduum non dependet à Genere; quoniam, etsi vna eius pars sit Natura generica, illius tamen singularitas non sumitur ex Genere, sed ex materia, & accidentibus. Verùm hæc solutio nec verum sumit, quod attinet ad differentiam Indiuidui, (vt alibi ostẽdendum est) nec satis tuetur definitionem; quia nõ ostendit, quomodò in ea exprimatur illud Genus subiectionis. Quare magis approbamus responsionem ibi datam: meritò enim intelliges, nomine subiectionis absolutè prolatæ, præcipuam, qualis est proxima.

Satisfit primę solutionis impugnationi. Ad primam illius impugnationẽ respondetur, hoc animal, & similia Indiuidua vaga trifariam accipi posse. Primò, vt significat animal cõtractum per Differentiam singularem, sed mediãte Specie; quo pacto idem est, ac Plato. Secundò, vt dicit compositum ex animali, & hac Differentia singulari immediatè. Tertiò denique, quatenus idem valet, ac quoddã animal; quo modo est indiuiduũ vagum. Atque hoc animal, primo modo, est quidem ens per se, sed proximè Generi non subest; vt patet. Secundò verò, & tertio, est compositum per accidens ineptumque, vt Genus de illo, tanquam Vniuersale prædicetur.

Satisfit secũdę solutionis impugnationi. Ad secundam respondemus, vt aliquid sit Species, sat esse quod alicui Generi proximè subsit; esto, sub alijs remotè collocetur: hominẽ verò immediatè respicere animal (quidquid sit de alijs Generibus.)

Soluitur. 4. arg. Ad quartum argumentum negatur antecedens. Ad probationem dices, Speciem subijcibilem, vel sumi formaliter, pro intentione; vel materialiter, pro re: si posteriori modo accipiatur, debet quidem esse res cõmunis, & apta, vt fundet intẽtionem Vniuersalis: at intrinsecè vniuersalem esse non oportet, quemadmodũ nec Genus materialiter intrinsecè est Genus. Si verò sumatur priori modo; non modò non est intrinsecè vniuersalis, sed nec oportet aptitudinem habere, cum vna numero intentio speciei subijcibilis terminare queat.

ARTICVLVS II.

SPECIEI PRAEDICABILIS Definitio explanatur.

Traditur Speciei prædicabilis definitio, & exponitur. POrphyrius in Speciem prædicabilẽ definit: Species est id, quod de pluribus numero differentibus in quæstione, quid est, prædicatur. Vbi priora verba locum habent generis, & eodem modo, quo in cæteris, explicanda sunt. Cætera locũ obtinent differentiæ, vt per illam partem [in quæstione, quid est] reijciantur ab hac definitione Differentię, Propria, & Accidentia: per eam verò [numero differentibus] Genus. Dummodò subintelligas [solo numero, vel proximè, siue cõpletè,] alioqui tota definitio quadraret in Genus: prædicatur enim animal de Platone, & Socrate, qui differunt numero. Verùm quia non solùm prædicatur de ijs, quæ numero differunt, sed de alijs, quæ differunt Specie, per eam partem sic declaratam excluditur. Vbi nihil iam opus est admonere, definitionem

Digitized by Google

tionem esse descriptiuam, reddique posse essentialem, si hoc modo construatur: Species est Vniuersale, quod necessariò, & secundùm essentiam, & in quæstione, quid est, potest esse in ijs tantùm, quæ solo differunt numero: vel certè: Species est Vniuersale, respiciens tantum ea, quæ solo numero differunt.

Oppugnatur tradita definitio. Primò.

At non vendicant satis hæc definitionem à calumnia. Sic enim opponitur primò. Si quis cognoscat animal per ordinem ad solam Speciem humanã; & ignores, ipsum prædicari de alijs Speciebus; illud prædicabit de solo numero differentibus; ergo id genus prædicationis non conuenit solis Speciebus.

Secundò.

Secundò. Si Deus efficeret, vt duæ animæ rationales informarent materias specie diuersas, cœlestem, scilicèt, & sublunarem; illa composita differrent specie, cũ includerent partes essentiales specie distinctas: at homo posset de illis prædicari; cũ ambo essent animalia rationalia; ergo prædicari potest Species plusquam de numero differentibus

Tertiò.

Tertiò. Relatio prædicabilitatis in Specie oritur à relatione subijcibilitatis ad Genus; ergo, si definitio tradita est per cõditiones fundamẽti, necesse fuit, hanc ibi exprimi.

Quartò.

Quartò. Hoc discrimen est inter Genus, & Speciem, quòd hæc in vno Indiuiduo conseruari possit, illud in vna specie non possit; ergo frustra ponitur in Speciei definitione, [de pluribus numero diuersis.]

Diluitur prima obiect.

Ad hæc ita respondendum est. Ad primum. Naturæ genericæ, præcisè conceptæ, semper conuenire relationem Generis (vt suprà diximus) esto, id ignoretur: Potest nihilominus aliquis deceptus tribuere animali relationem Speciei comparatione singulorum hominum; sed hoc nihil officit definitioni Speciei; siquidem id, quod verè prædicatur de solo numero differentibus, est vera Species; id autem, quod falsò creditur de ijsdem prædicari, habet per deceptionem Speciei prædicabilis habitudinem.

Ad secundum, negamus, in libris Physicorum ex anima rationali, & materia cœlesti fieri posse vnum per se, de quo aliqua Species, vel Genus prædicetur; & ita argumentum supponit falsum. Quod si aliquis suppositionem admittat, negabit, eum hominem, qui de illis compositis prædicaretur, fore speciem infimam: esset enim quoddam Genus, cum de specie differentibus prædicaretur, licèt alterius rationis, ac sunt Genera corporum nobis nota; hæc enim semper habent Species distinctas, ratione formarum: illud autem haberet eas distinctas per materias; vt supponitur.

Occurrit secũdæ obiectioni.

Ad tertium; concedit Caietanus, hoc loco habitudinem Vniuersalis esse affectionem habitudinis Subijcibilis; & hanc solam esse de ratione Speciei (Quam doctrinam colligit ex Alberto Magno, Tract. 4. cap. 2.) probandam nihilominus esse hanc tertiã Porphyrij definitionem, quia traditur per quandam Speciei proprietatem. Sed non videtur, tanta esse cõnexio inter hos respectus; cum nihil repugnet, aliquã Speciem prædicabilem inueniri, quæ Subijcibilis non sit; quod plerique opinantur de materia prima, alij de anima rationali. Quod enim absurdum sequitur ex eo, quòd aliqua Natura sit prædicabilis de solo numero differentibus, & sub nulla alia collocetur? Quod si fiat, euidens est, neutrum ex illis respectibus esse alterius proprietatem, sed per accidens connexos esse. Vel si aliqua inter eos dependentia visitur, hãc habere potiùs respectum Subijcibilis à prædicabili, quàm è conuerso; cum præcedenti articulo ostendimus, subiectionem Speciei supponere in fundamento aptitudinem ad vniuersalitatem. Quod solùm fortasse voluit Auicenna supra.

Diluitur 3. obiect. Caiet.

Occurrit 4. obiect.

Quartum argumẽtum tangit difficultatem, in Metaphysica pertractandam: nunc (vt breuiter respondeamus) aduertendum est, tam Genus, quam Speciem trifariam considerari posse. Primò, quò ad nudam essen-

essentiam rei subtractæ, Verbi causa, animal, quà viuens sensitiuum; & hominem, quatenùs animal rationale. Secundò, quò ad perfectionem quãdam secundariam, quam Genera, & Species ex contractione per Differentias, & existentia in Speciebus accipiunt. Tertiò denique, penes ipsam communitatem Generis, & Speciei: siue ea in capacitate, siue in relatione collocetur. Ac secundum primam considerationem dubium non est, æquè benè conseruari Genus in vna Specie, ac Speciem in vno Indiuiduo; nam tota essentia superioris necessariò includitur in quolibet inferiori. Quare, vt tota ratio hominis existeret in solo Platone, si ex hominibus hic solus viueret, ita ratio animalis integra conseruaretur in homine, quamuis alia Species animalium non existeret. Quò ad secundam verò considerationem, etsi species in vno Indiuiduo cum tota illa perfectione secundaria conseruari queat; Genus tamen in vna tantùm Specie non potest. Probatur. Hæc secundaria perfectio Naturę communis consistit in eo, quòd actuetur per Differẽtias Inferiorum, & illorum actiones exerceat: sed differentiæ, & operationes omnium Indiuiduorũ sunt æquales in perfectione essẽtiali, differentiæ verò, & operationes Specierum sunt inæqualitate perfectæ, (vt partim in 7. Metaphys. partim in tertio de Anima explicabitur) ergo Natura specifica tantam perfectionem intensiuam habet in vno Indiuiduo, quantam in omnibus; Genus autẽ plus perfectionis habet in pluribus speciebus, quàm in vna tãtùm. Qua de causa docuerunt aliqui, in quibus sunt Albert. Magn. tract. 4. de Genere, capit. 6. D. Thom. 2. Polte. lectione 13. in prim. distinction. 19. quæstion. 4. articul. 2. Speciem in vno tantùm Indiuiduo conseruari posse. Genus autem in vna specie non posse.

Denique, si loquamur de Genere, & Specie secundùm postremam considerationem, nec Genus perfectè esse potest in vna Specie, nec Species in vno Indiuiduo. Nam cõmunitas, seu vniuersalitas aut consistit in aptitudine, vel relatione, aut in actu aptitudini adæquato: sed aptitudo, & relatio non conueniunt Naturæ existenti, siue in vno, siue in pluribus (ostendimus enim solius intellectus beneficio rebus conuenire) actus verò adæquatus, cum sit esse in omnibus Inferioribus, fieri non potest, vt detur existente Genere in vna specie, aut Specie in vno Indiuiduo. Et hinc patet argumenti dissolutio.

QVÆSTIO II.

VTRVM SPECIES SIT primum Generis correlatiuum.

ARTICVLVS I.

GENVS TERMINARI PROXIME ad Speciem, remotè ad Indiuiduum.

Status quæstionis.

GEnus non modò ad Speciem, sed etiam ad Indiuidua sub specie contenta referri, certum est: tum communi omnium existimatione: tum etiam vera, & directa prædicatione, qua non minùs de Indiuiduis, quàm de Specie Genus prædicatur. Sed quo pacto ad vtrumque se habeat, id iam in controuersia, pro re, non exigua positum est.

Aduertuntur aliqua.

Quia verò hæc disputatio est de Genere, & Specie, vt relatiua sunt, præmittendum est, omne relatiuum, cum nõ sit aliud, quàm respectus ad terminum, habere necessariò alterũ sibi correspondens, in quo talis respectus terminetur. Quod, prout respectum terminat, nominatur terminus; quatenùs verò ad primum relatiuum reciprocatur, correlatiuum appellatur. Hic terminus, seu correlatiuum, aut est primum, & immediatum: aut adęquatum. Primũ est, quod immediatè terminat respectum relatiui, vt actus videndi terminat respectum visus. Adæquatum est, quod ita termi-

Digitized by Google

terminat respectum sui relatiui, vt, præter illud, nihil aliud eum terminet; cuiusmodi est actus, & obiectum respectu eiusdem visus. Nam potentia videndi, etsi primò refertur ad visionem, non ibi fistit, quousque ad obiectum pertingat. Vbi est aduertendum, aliquando vnum, idemque correlatiuum esse primum, & adæquatum (cuiusmodi est filius, respectu patris) aliquando verò primum non esse adæquatum (quod patet in visione, quam diximus terminare immediatè respectum potentiæ, non tamen adæquatè: cum is se extendat in obiectum.) Quare adæquatum correlatiuum potentiæ, sed non primum, est actus, & obiectum. Primum, & non adæquatum est solus actus.

De Generis correlatiuo.

His leuiter animaduersis, venimus in quæstionem, quodnam sit primum, quod adæquatum Generis correlatiuum? Qua in re duæ sunt celebres opiniones. Prima Louanienſiũ, hoc loco asserentium, Speciem esse primum, & adæquatum Generis correlatiuum. Ad indiuiduum verò referri quidem Naturam genericam, sed alia relatione specie diuersa, quæ constituit sextum Vniuersale. Cuius opinionis idcircò non meminimus in quæstione de numero Prædicabilium; quia hoc loco ex professo tractanda erat. Huius sententiæ non aliud afferunt fundamentum, quàm, Porphyrium, cùm dixit, Genus necessariò definiendum esse per ordinem ad Speciem, nullam Indiuiduorum mentionem fecisse. Quod non careret vitio, si hæc ad integrum Generis correlatiuum pertinerent.

Prima opinio affruit, esse Speciẽ primũ, & adæquatum.

Opinio 2. asserit, esse Subijcibile in qd incõpletè

Secunda sententia est quorundam, quos Louanienses referunt, existimantium, admittendum esse aliquid commune Speciei, & Indiuiduo, in quod primò incurrat relatio Generis, & inde secundariò referatur ad Speciem, & Indiuiduum. Illud commune appellant Subijcibile in quid incompletè.

Fulcit rationibus.

Probant suam sententiam, primò. Species, & Indiuiduum conueniunt in subiectione in quid incompletè respectu Generis; ergo Subijcibile erit aliquid vtrique commune, & prius vtroque ergo in ea prioritate terminabit relationem Generis ante speciem, & Indiuiduum. Quod si respondeas, subijcibile in quid incompletè esse Analogum, & idcircò non esse prius specie, & indiuiduo; quoniam Analogum, cum non præscindat a suis inferioribus, non est prius quam illa, vt in capite de Aequiuocis ostendemus. Quare nec posse respectum Generis priùs natura terminare. Opponent. Primò, assumptum esse falsum; nam si qua esset causa, ob quam subijcibile non esset Vniuocum ea maximè foret; quia priùs dicitur de specie, quã de indiuiduo. Sed hanc rationem non esse magni momenti, inde patet, quia animal prædicatur vniuocè de homine, & de Platone; & tamen homo subijciuntur animali, priusquàm Plato; ergo, licèt subijcibile priùs dicatur de specie; posteriùs de indiuiduo, non definet esse vniuocum. Et confirmatur. Indiuiduum, & species vniuocè conueniunt in subijcibili in communi; ergò & in subijcibili in quid incompletè. Consequentia est bona; quoniam ea, quæ in aliquo prædicato proximo conueniunt analogicè, nequeunt in remoto vniuocè conuenire. Antecedens probatur ex communi sententia asserẽte, subijcibile diuidi vniuocè in sex species, quemadmodũ Prædicabile in quinque. Enimuerò cum relatio indiuidui Generici sit species quædam entis rationis, nullum apparet Genus, quod ei commodiùs assignari possit, quàm subijcibile in communi. Secundò, quamuis subijcibile vniuocum non sit, terminabit primò respectum Generis: nam ens est analogum, & nihilominùs terminat respectum Metaphysicæ, quæ est ima species.

1. concluſ. Genus & ad speciẽ & ad indiuiduum refertur.

Sit tamen huius quęstionis prima conclusio. Genus, quatenus Genus, non solùm refertur ad speciem, sed etiam ad indiuiduum. Probatur primò ex Porphyrio definiente Genus per

Digitized by Google

per ordinem ad Specie differentia; quæ nõ modò sunt diuersæ Species, sed earum quoque indiuidua (vt proxima quæstione dictum est.) Quam definiendi formam nullus Philosophus non vsurpat, ergo omnes arbitrantur, Genus ad vtraque terminari. Secundò. Fundamentum relationis Generis est apticudo, vt communicetur suis Inferioribus in quid incompletè: sed Natura generica hoc pacto communicatur Indiuiduo æquè atque Speciei (licèt huic proximè, illi remotè) ergo eadem relatio Generis terminatur primò ad Speciem, secundò ad Indiuiduum.

Nec timendum est (quod fortasse mouit Louanienses) ne in primo termino tota relatio consumatur, ita vt nihil supersit in secundum. Haud enim defertur more aquæ ductus; sed tota ferit primum terminum, tota secundum; vt transcendens habitudo potentiæ fertur in actum, posteà in obiectum. Hinc patet, quam absurdè fingatur in Genere secunda relatio innominata; cum vna satis sit ad Speciem, & Indiuiduum. Præsertim cum Philosophi omnes existimẽt, se adæquatè diuisisse Vniuersale in quinque Species.

Concl. 2. Immediatum Generis correlatiuum est Species, non tamẽ adæquatũ.

Secunda conclusio. Species est immediatum Generis correlatiuũ; sed non adæquatum. Est communis Autorum; & quò ad secundam partem probata relinquitur ex probatione primæ conclusionis. Si enim rectè concluſimus, Genus ad Indiuiduum etiam terminari; perspicuum est, nõ finiri eius respectum in Specie. Prima pars confirmatur, primò, ex Porphyrio; ait enim, se necessitate compulsum definijsse Genus per Speciẽ; relatiuum autem non definitur necessariò, nisi per suum terminum immediatum, vt docet Aristot. 6. Topic. cap. 2. Secũdò. Genus refertur ad Inferiora; quia ab illis participatur; ergo si refertur prius ad aliquid, quàm ad Speciem, prius ab alio, quàm ab Specie participatur. Quod per se apparet satis absurdum. Tertiò. Non est maior ratio, cur admittatur Subijcibile cõmune Speciei, & Indiuiduo, quàm Prædicabile in quid commune Speciei, & Generi; atqui suprà ostendimus, hoc nullum esse: ergò nec Subijcibile admittendum est. Tota ratio est perspicua. Denique, Ostendat, cuiusmodi Vniuocum sit, genericumne. an specificum? si genericum; quo pacto terminabit relationem Generis? quæ est Species infima, asserente Philosopho, 1. Top. cap. 13. eodem modo se habere, quò ad rationẽ Generis, & Speciei vnum oppositum, atque aliud. Dicent, esse infimã speciem, relationemque Speciei, & indiuidui esse indiuiduas; sed repugnant communi sensui Philosophorum asserentiũ, Speciem subijcibilem perinde vniuersalem esse, & vniuocam, ac prædicabilem. Repugnant rationi, quoniam duo Indiuidua eiusdem Speciei non habent cõditiones adeò inter se repugnantes, vt in his relationibus reperiuntur. De quibus articulo secundo ex professo disputabimus: nunc argumentis aliarum opinionum respondeamus.

Respondetur arg. primæ opinionis.

Ad argumentum Louanienſium respondemus, in definitione relatiui omninò requiri correlatiuum immediatum: adæquatum verò conducere ad perfectiorem, absolutioremque cognitionem; sed prorsus necessarium non esse. Et idcircò Porphyrium de sola Specie expresse docuisse, necessariò collocandam in definitione Generis: quamuis, dum ipsam definitionem assignauit, Indiuiduorum quoque meminerit; vt in prima conclusione diximus.

Respondetur arg. 2. opinion.

Ad aliorum argumentum benè respõdebatur. Et ad primam responsionis impugnationẽ dicimus; esto, antecedens verũ sit, non valere consequentiam; quoniam fieri potest, vt prædicatũ ex parte sua vniuocè prædicetur; & tamen ea, quæ subijciuntur in ratione subiectionis, inæqualiter se habeant. Album enim vniuocum prædicatum est in papyro, & illius superficie: sed papyrus, & superficies in ratione subijciendi vniuoca non sunt: quia superficies proximè, & per se subijcitur, vt quo: papyrus

Digitized by Google

pyrus autem ratione ſuperficiei, & vt quod. Ita ſe res habet in Specie, & Indiuiduo; illa enim primò, & per ſe; hoc ratione illius Genus participat: cum tamen ipſum Genus vniuocum prædicatum exiſtat. Manifeſtùs tamen reſpondeas, conceſſa maiori, negando Minorem.

Ad probationem, ſimul iunctam, negabis, animal vniuocè prædicari de homine, & Platone: aliud quippè eſt, oſſe prædicatum in ſe vniuocum, aliud vniuocè prædicari. Primum habet res ſecundùm ſe; ſecundum non niſi congruè comparetur. hoc eſt, cum pluribus, in quibus prædicatum multiplicetur. At animal non multiplicatur in homine, & Platone. Quare totum argumentum nihil concludit.

Sed inſtabis; ſaltem ſequitur, ſubijcibile in ſe eſſe aliquid vniuocũ, etſi priùs dicatur de vno, quàm de alio: vt diximus de Prædicabili. Negatur illatio; quia participatio per prius, & poſterius tunc ſolùm non impedit vniuocationem, quando Natura, mediante vno, deſcendit in aliud: quo pacto ſe habet animal ad hominem, & Platonem; nõ autem Subijcibile. Quoniam ratio ſubijcibilitatis diuiditur tanquam in duo membra oppoſita, in ſubijcibilitatẽ Speciei, & ſubijcibilitatem Indiuidui; & priùs deſcendit in ſpeciem. Vnde ſequitur, non modò participationem æqualem nõ eſſe, ſed ipſam Naturam participatam eſſe multiplicem: quia, prout eſt in vna Specie, ſupponit aliam ſui partem in alia. Quod perfectæ vniuocationi repugnat.

Ad confirmationem, negabis, hæc duo Subijcibilia vniuocè conuenire in Subijcibili in communi. Nec affirmatiua ſententia eſt communis: ſed negatiua: Vbicunque enim comparatio fiat, ſemper ſubijci proximè, & remotè, modo paulò ante explicato, inducit analogiam; quamuis alioqui non repugnet, aliquas Species conuenire vniuocè in Prædicato remoto; analogicè verò in proximo: vt dici ſolet de Scientia Quia, & Propter quid; in Qualitate enim, vel Habitu ſpecificè conſentiunt: in Scientia verò analogicè: quia altera ſimpliciter ſcientia dicitur, altera ſecundum quid; cum tamen vtraque abſolutè nominetur Habitus, & Qualitas. Neque id eſt difficile intellectu: cum fieri poſſit, vt duæ Differentiæ contrahentes Genera, & conſtituentes diuerſas Species, habeant idem nomẽ, & eandem quodammodò rationem, ſimpliciter tamen diuerſam. Tunc verò, ſi tales Species comparentur in eo prædicato, non conueniunt vniuocè, licet in ſuperioribus conueniant.

Ad ſecundum, negandum eſt, Subijcibile analogum poſſe terminare relationem Generis, ob rationem aſſignatam. Ad inſtantiam Metaphyſicæ dices primò, totam Metaphyſicam non terminari ad Ens reſpectu aliquo diſtincto ab eo, quo ſinguli habitus ad ſua propria obiecta terminantur. Sed quoniam ſingulorum etiam habituum obiecta poſſunt eſſe analoga, imò totum Ens. Dices ſecundò, ex Relatis tranſcendentibus nihil colligi ad Relata ſecundum eſſe, quia illa referuntur ad terminos ſub quibuſdam rationibus formalibus, quæ poſſunt eſſe ſpecifica, quãuis termini materiales ſint generici, vel analogici. Relata verò ſecundùm eſſe aut terminantur ad ſe mutuò, aut certè abſque vlla ratione formali ſuperaddita; vt eſt communis Autorum ſententia. Denique reſponderi poteſt ad argumentum, nihil diſtinguendo ad hunc modum, Metaphyſicæ reſpectum primò, & immediatè terminari ad Deum optimum maximum: deinde ab habitantiam creatam vniuocam: deinceps ad alia. Cum verò Metaphyſica dicitur terminari primò ad Ens, id intelligendum eſt negatiuè, quaſi dictum ſit, ad nihil aliud priùs terminari.

Diluitur 2. arg.

ARTI-

ized by Google

ARTICVLVS II.

VTRVM INDIVIDVVM *Peculiari relatione à ceteris distincta referatur ad Genus?*

Prima opinio.

HActenus suppositimus, Indiuiduum referri ad Genus relatione specie distincta à ceteris particularibus: & analogicè tantum cum illis conueniente. Id modò in quæstionem vocamus. Et tres ea de re sententias reperimus. Prima asserit, Indiuiduum referri ad Genus eadem relatione, qua refertur Species. Probatur rationibus. Quando ratio fundandi est eadem, relatio nequit esse diuersa: sed in Specie, & Indiuiduo est vna fundandi ratio, participatio, scilicet, incompleta; ergo eadem erit relatio. Si verò petas ab his Autoribus, an identitas illius relationis sit specifica, an numerica. Vtrumque diuersi affruunt; quidam existimant, eadem numero relatione referri ad Genus, Speciem & Indiuiduum: illam intrinsecè, & per se; hoc extrinsecè, & ratione Speciei. Vtuntur exemplo vocis, & scripturæ, in quibus dicemus, vnam esse relationem, quemadmodum est vnica impositio, per quam vox per se, & intrinsecè dicitur significare rem: scriptura verò extrinsecè, & ratione vocis. Qui solam identitatem specificam agnoscunt, & relationes numero distinguunt; id suadent ex distinctione extremorum, quæ referuntur: cum enim relationes rationis per intellectas conceptiones multiplicentur, & intellectus soleat per diuersos actus relationes Indiuidui, & Speciei contribuere, illas numero saltem diuersas concedet.

Secunda opinio.

Secunda sententia agnoscit quidem in Indiuiduo, comparatione generis, respectum specie diuersum ab eo, quem habet species subijcibilis: sed esse illum, quo ipsum Indiuiduũ tendit in speciem. Qui per se quidẽ est respectus subijcibilitatis complet, comparatione speciei: extensione verò ad Genus, fit incompletus. Nec reputant incommodum completè, & incompletè, ex parte Prædicabilium inducere discrimen specificum; ex parte verò subijcibilium in eãdem relationem incidere. Quoniam respectu Prædicabilium sunt differentiæ per se: comparatione autem Indiuidui subijcibilis completa subiectio est per se. Quia Indiuiduum necessariò subditur speciei: incompleta verò per accidens: quoniam multa sunt Indiuidua Generis expertia: cuiusmodi plerique faciũt hoc punctum, hanc materiam primam: posito, quod punctum, & materia prima nullum supra se Genus agnoscant. Porrò necessarium esse, vt Indiuiduum eadem relatione, qua refert speciem, deducatur ad Genus, sic ostenditur: & sit secundum argumentum.

Relatiua mutua eodem modo se respiciunt: sed Genus eadem relatione fertur in Indiuiduum, qua veluti pertransito speciem, ergo Indiuiduum reciprocabitur vnico respectu in Genus per suam speciem. Cõfirmatur, quia Indiuiduum est Subijcibile remotum; ergo priùs ferit alium terminum, quàm genus. (si enim primò in Genus renderet, proximè illud respiceret) hic non est alter, quàm species, ergo, qua relatione respicit speciem, respicit etiam Genus.

Tertium. Si Indiuiduum haberet diuersas relationes ad Genus, & Speciem, & Species etiam postularet diuersas ad Genera proxima, & remota; quod nemo concedit, repugnatq. doctrinæ à nobis traditæ de numero particularium. Sequeretur præterea, idem Indiuiduum habere diuersam relationem ad Differentiã proximam, & remotam; cum sit penitus eadem ratio, quæ de specie, & Genere. Tradit hanc sententiam Petrus Fonseca lib. 5. Metaph. cap. 23. q. 14. sect. 4. Doc. Fon.

Tertia opinio.

Tertia opinio, hac ætate communis, asserit, Indiuiduum referri ad genus per relationem distinctam Specie ab ea, quam habet Species, & ab illa

Digitized by

illa, qũa ipſum ad ſpeciem terminatur. Ratione cuius opinionis haćtenùs appellauimus indiuiduum Generis Subijcibile in quid incompletè remotum.

Secunda huius ſententiæ pars ita probatur. Hæ relationes multiplicãtur per fundamenta proxima: ſed hæc in Indiuiduo ſunt omninò diuerſa reſpectu Generis, & ſpeciei: ergo & relationes. Probatur Minor. Quia Indiuiduum generi ſubijcitur incompletè. Speciei verò completè. Quæ differentiæ non minus efficaces ſunt ad diſcriminanda Prædicabilia, quàm ſubijcibilia: Sed prædicabilia differunt Specie per completè, & incompletè prædicari; ergò, &c. Deindè. Species non aliter impertit Genus Indiuiduo, quam ſibi communicatum ſit: ſed Genus communicatur Speciei incompletè; ergo incompletè transfetur in indiuiduum. Quare non poterit hoc per ſubiectionem completam Generi reſpondere. Denique. Si relatio completæ ſubiectionis ad ſpeciem ſatis eſt, vt indiuiduum extendatur ad genus; ſatis quoq; erit, vt referatur ad differentiam ipſius generis: conſequens eſt apertè falſum; ergò & antecedens. Illatio probatur. Tota ratio aſſignandi vnam indiuiduo relationem ad ſpeciẽ, & Genus, eſt, quia participat Genus interuentu ſpeciei, & illa eadem participatione, qua totam ſuſcipit ſpeciem: ſed eodem omnino modo participat genericam differentiam; ergo ſufficiet eadem relatio. Reſpondebunt, eſſe maiorem rationem, cur vna relatio ſufficiat ad ſpeciem, & Genus; non autem ad Differentiam; quia nimirum Genus prædicatur in quid, quemadmodum ſpecies, Differentia verò in qualẽ. Sed non aduertunt, illam ſimilitudinem eſſe ſolùm analogicam; proprium verò, & ſpecificum diſcrimen tantum eſſe inter Genus, & Speciem, quantum inter eandem Speciem, & Differentiam, cum omnes tres ſint ſpecies infimæ, & immediatè contentæ ſub vniuerſali in communi.

Prima pars eiuſdem ſentẽtiæ ſuadetur. Indiuidua eiuſdem Speciei omnia habent eaſdem eſſentiales conditiones: ſed non ita ſe habent relationes Speciei, & indiuidui ad Genus; ergo differunt ſpecie. Maior eſt certa; cum indiuiduis nec diuerſas proprietates attribuamus, nedum eſſentiales conditiones. Minor probatur. Quia relatio indiuidui per ſe, & eſſentialiter ſupponit relationem Speciei prius tendentem ad Genus: relatio verò ſpeciei nihil ſupponit. Reſpondent, hoc indicium ſatis non eſſe ad colligendum ſpecificum diſcrimen; quoniam iuxta probabilem ſententiam inter indiuidua humana, v.g. eſt ſimilis ordo; filius enim per ſe ſupponit parentem: hic auum: & ſic de ceteris. In gradibus item qualitatum, primus ſupponitur à ſecundo, hic à tertio, vſque ad octauum: & tamen ſeruatur identitas ſpecifica; ergo idem accidere poteſt in his relationibus.

Verum nec exempla omnibus placent, nec, qui ea recipiunt, maiorem agnoſcunt dependentiam inter illa indiuidua, quam Phyſicam, quæ non attingit rei eſſentiam: at relatio indiuidui ſecundum eſſentiam ſuam dependet, præſupponitq. relationem Speciei. Quod vel inde patet; quia eſſentia relationum poſita eſt in reſpiciendo: ſed relatio indiuidui in ipſo reſpectu prærequirit aliam; ergo in eſſentia ab ea dependet. Accedit, contractionem Generis, ab Indiuiduo eſſe remotam: quia primò, & per ſe contrahit Naturam completam, cuius pars eſt Genus: contractionem verò ſpeciei eſſe proximam, & primò terminari ad Naturam completam. Quod non eſt leue indicium eſſentialis diſtinctionis.

Hinc patet reſponſio ad argumentum primæ ſententiæ. Negandum, ſcilicet, eſt, idem eſſe vtriuſque relationis fundamentum ſecundum Speciem infimam. Licet enim vtriuſq. participatio ſit incompleta, ſunt tamen eſſentialiter ſubordina-

Soluuntur argumẽta primæ ſententiæ.

tæ, & vna proxima, altera remota. Vnde satis colligitur essentiale discrimen. Reliqua eiusdem argumenti pars, cum ex falso procedat fundamento, non est, cur explicetur. Illud tamen addimus, suppositâ ea sententia, probabiliùs sentire eos, qui numero saltem relationes multiplicant, cum etiam contractiones multiplicentur, & Genus per se includatur non modò in Specie, sed etiam in Indiuiduo. Quod non visitur in voce, & scriptura; est enim impositio vnica, & scripturæ minimè applicata.

Soluuntur argumẽta secũdę sententiæ. Primum.

Ad primum fundamentum secundæ sententiæ negandum est, per accidens esse in Indiuiduo extensionem ad Genus; quamuis enim accidere possit, vt aliqua Indiuidua non subijciantur Generi: cum tamen subijciuntur per se, habent diuersum modum illius participãdi, à modo participandi Speciem. Quemadmodum contingens est, hominem esse album, si tamen albus est, necessariò subijcitur in quale albo in communi. Quod si totam vim in eo ponant, quòd, absolutè loquendo, non est necessarium, vt Indiuiduum respiciat Genus; indeq. colligant, eum respectum esse per accidens; idem asserere coguntur de respectu ad Speciem. Nam Deus Opt. Max. Indiuiduum est, sub nulla Specie contentum.

Solu. 2. ar. secũdę sententię.

Ad secundum, neganda est Maior propositio, si comparatio fiat cum moto correlatiuo; hoc enim potest aliter se habere ad proximum, quam ad remotum relatiuum: vt ostendimus accidere in Indiuiduo, quod Speciem, qua mediante respiciendum erat Genus, completè participat: Genus verò incompletè. Ad confirmationem vt respondeatur, aduertendum est, correlatiuum dici posse remotum, vel in terminando, vel in referendo: est remotum, in terminando, quando respectus relatiui priùs defertur ad aliud: quo pacto se habet obiectum comparatione potentiæ; mediat enim actus, in quem prius fertur habitudo potentiæ. In referendo est remotum dupliciter: vno modo, quia priùs tendit in vnum, postea in aliud; altero, quia, licèt immediatè feriat suum terminum, supponit tamen, aliud relatum ad eundem terminum iam peruenisse. Inter quæ relata remota hoc est discrimen; quod relatum priori modo remotum simul est proximum, si cum primo termino conferatur: at remotum posteriori modo perpetuò differt à proximo, secundum Speciem; ob rationem paulò antè commemoratam. Dicimus ergo, Indiuiduum esse remotum in terminando, & in referendo posteriori modo.

Ad tertium, neganda est vtraque illatio. Prima; quia Species, cum quouis Genere conferatur, incompletè illud suscipit: Ipsa verò in Indiuiduo completè inest. Secunda autem; quoniam omnis Differentia, tam specifica, quàm generica, incompletè est in Inferioribus. Quod si instes, hoc saltem habere, quòd generica remotè fit in Indiuiduis: specifica proximè. Negandum est, etiam in Differentia reperiri proximè, & remotè in ratione Vniuersalis. Nunquam enim Differentia est Vniuersalis respectu eius Naturæ, cui proximè communicatur, cum æquè latè pateat, atque illa; sed comparatione Inferiorum, quæ cum remotè suscipiant Differentiã: & diuersitas inter genericam, & specificam solùm sit secundùm magis, & minùs, non est, cur nouas inducamus relationes.

Solu. 3. ar. 2. sententię.

QVÆSTIO III.

DE NATVRA, ET PARTItionibus Indiuidui.

ARTICVLVS I.

TRES INDIVIDVI ACCEptiones, & definitiones explicantur.

INdiuiduum tribus accipitur modis. Primò significat formaliter aptitu-

Digitized by Google

Trifariam accipitur indiuiduũ Primò.

aptitudinem,vel relationem,compa ratione rei communis,& denotat ip ſum Singulare,quod ſubijcitur, v.c. Platonem. Qui ſi conferatur cum ho mine,dicitur Indiuiduum ſpeciei,& definitur [Particulare ſpeciei,] ſeu [Quod ſpeciei ſubijcitur,] ſi cum a- nimali: nuncupatur Indiuiduum ge neris,quod paulò antè explicuimus, qua ratione differat ab Indiuiduo ſpeciei,& ſuum Genus reſpiciat. V- tuntur hac acceptione frequenter Logici; eam tradunt Alenſis 1. p. q. 43. ar. 1. ad 2. D. Tho. in 3. d. 6. q. 1. art. 1. quæſtiunc. 1.

Alenſ. D. Thom.

Secundò.

Secunda acceptio huius loci pro- pria eſt qua Indiuiduum formaliter dicit negationem diuiſionis in plu- ra. Quod D. Thom. 1. p. q. 29. artic. 4. definiens ait [indiuiduum eſt, quod eſt indiuiſum in ſe, & diuiſum à quouis alio vltima diuiſione,] iux- ta quam acceptionem diſiniri ſolet à Logicis ex Porphyrio [id, cuius omnes ſimul proprietates alteri conuenire non poſſunt.] Quarum definitionum diſcrimen inde ortum eſt, quia Indiuiduum nunc ſpecta- tur ſecundum eſſentiam ſuam: nunc ſecundum effectiones, quæ illi acci- dunt, & vtroque modo eſt incom- municabile; primo quidem modo ra tione differentiæ numericæ, quæ eſt principium omnis indiuiſionis in plura eiuſdem rationis; in illa enim fundatur vnitas Indiuidui, quæ eſt negatio diuiſionis actualis, & po- tentialis; vt ſupra diximus. Secundò ratione collectionis omnium accidẽ tium; quamuis enim hoc vel illud huius, Indiuidui accidens in aliud cadere poſſit, integra tamen colle- ctio non poteſt. Harum proprieta-

D. Thom.

Boetius. Alb. Mag.

tum ſumma comprehenditur à Boe- tio, & Alberto Magno, tract. 4. ca- pit. 7. numero ſeptenario; quem gratia commoditatis his verſibus complexi ſumus:

Forma, Figura, Locus, Stirps, Nomen, Patria, Tempus
Vnum perpetua reddere lege ſolent.

Ex quibus accidentibus aliud col- liges diſcrimen inter aſſignatas de- finitiones; nam quæ deſumpta eſt ex D. Thoma, & competit omnibus In- diuiduis, ſiue Subſtantiarum, ſiue Ac cidentium: quę verò à Porphyrio ac cipitur, ſolis indiuiduis Subſtantiæ accommodatur; vt ferè omnes Ex- poſitores aduertunt.

Tertia demum acceptio eſt, in qua Indiuiduum ſignificat de formali ap- titudinẽm, vel relationem ad prædi- candum de vno tantum, connotan- do ſimiliter rem ſingularem. Hanc vſurpat Alenſis loco citato in corpo re; expreſſit in contextu Porphyrius, iuxta quam ſic Indiuiduũ definitur [Indiuiduum eſt, quod de vno ſolo prædicatur.] Vbi eodem modo phi- loſophandum eſt, atq; in vniuerſali; tripartitam, ſcilicet, eſſe hanc acce- ptionem, vt erat illa Vniuerſalis: aut pro re materiali, vt Socrate; aut pro aptitudine, vt ſit ſi vno, vel de eo prę dicetur cũ ſua vnitate: aut denig; pro relatione in ea aptitudine fundata.

Tertia In- diuidui ac ceptio.

Alenſis. Porphyr.

Atque hoc vltimo modo Indiui- duum eſt Genus (vt de vniuerſali di- cebamus) ad varias Indiuidui Spe- cies; de quarũ numero eſt diſſenſio. Auerroes enim duas tantum videtur admittere; nimirum Indiuiduum cõ tingens, & neceſſarium; cum hanc definitionem ſolis accidentibus ac- commodet, Porphyriumq. repre- hendat. eò quòd illam Subſtantijs attribuerit; cum Indiuiduum Sub- ſtantiæ de ſe ſolo affirmari poſſit: quæ eſt ineptiſſima prędicatio. Com munis tamen ſentẽtia quatuor agno ſcit Species, quæ eiuſmodi ſunt. Indi uiduum in quid, complete: in quale, eſſentialiter: inquale, neceſſariò: & in quale, contingenter. Primæ exem- plum eſt Socrates comparatione ſui. Secundæ differentia indiuiduãs eiuſ dem Socratis, cũ eodem collata. Ter- tiæ hoc riſibile, vel hoc non lapis. Quartæ hoc albũ. Omnia enim hæc indiuidua eo, quo diximus, modo de Socrate prędicantur, licet prima ſpe cies, identica prædicatione affirme- tur; quæ tametſi artificioſa non ſit, ſuam tamen continet veritatem, & non minimum vſum apud Philoſo- phum, vt oſtendit D. Thomas in 1. diſt. 9. q. 4. artic. 2. adducens ex Ari-

Quatuor ſunt Indi- uidui ſpe- cies.

d by Google

stotele has propositiones [Bonũ est per se bonum] & [Homo est per se homo] Posuimus in tertia Specie exemplum etiam negatiuum; quia multis placet, nullam proprietatem singularem esse Logicè necessariam. De qua re non est hic disputandi locus.

His quatuor relationibus essendi, & quatuor prædicandi de vno, respondent in eodem Socrate totidem subijcibilitatis respectu vnius: Prima, subijcibilis in quid, completè, qua sibi subijcitur. Secunda in quale, essentialiter, qua respondet suæ Differentiæ singulari. Tertia, qua subijcitur huic proprietati. Quarta, huic accidenti. Quæ subijcibilitatis relationes vniuocè conueniũt in relatione subijcibilis vni tantum, vt diximus de relationibus Prædicabilis.

Illud verò prætermittendum non est; vt in re vniuersali, & particulari ei opposita sunt duæ aptitudines, & duæ relationes: vna propter actum essendi, quæ propriè dicitur vniuersalis, & particularis; altera propter actum prædicandi, quæ idcircò prædicabilis, & subijcibilis dicitur, vnaquæque in suo extremo. Ita in re indiuidua duas esse aptitudines, duasque relationes: alteram ad essendum: alteram ad prædicandum, quibus totidem respondent in Indiuiduo, quod subijcitur.

De quibus omnibus aptitudinibus, & relationibus illud certum habeatur, Prædicabile de vno in quid, completè, & in quale, essentialiter, Subijcibiliaque eis correspondentia, esse secundas intentiones: reliquas verò Species esse primas, Cuius ratio in promptu est; nã prima, & secũda Species Indiuidui Prædicabilis secundum se nihil differũt à subiecto: quare egent actione intellectus, quę distinguendo Prædicatum à subiecto præbeat fundamentum relationi. Ceteræ verò, cum à parte rei differant à Subiecto, & nulla indigeant præcisione, habent sufficiens aptitudinis, & relationis fundamentũ. Nisi contingat, Prædicatum solam virtualem distinctionem sortiri; quod tamen fit per accidens, & non ex ratione ipsorum Prædicatorum. Quẽadmodum etiam fieri potest, vt aliquod Prædicabile in quale, essentialiter, differat actu à subiecto (vt de Personalitate dicemus articulo sequenti) & relatio sit prima intentio.

ARTICVLVS II.

NONNVLLA OBIECTA aduersus ea, quæ concluſa sunt, dissoluuntur.

QVæ aduersus Indiuiduum Speciei, & Generis opponi possũt, in præcedẽti quæstione sunt explicata. Contra ceteras Indiuidui acceptiones, seu definitiones obijcimus. Primò aduersus ipsam volitionem, illud definiendi. Nam Aristot. 7. Metaph. cap. 15. vetat Indiuiduum definire, quemadmodum & de eodem aliquid per scientiam demonstrare. Idem sentit D. Thomas 1. p. q. 25. art. 1. — Argumẽta aduersus traditã doctrinam. Primum. Arist. D. Thom.

Secundò aduersus primam definitionem sumptam ex D. Thom. Quædam portio aquæ, vel terræ est Indiuiduum: & tamen diuidi potest in duas dimidietates eiusdem rationis; ergo perperam definitum est Indiuiduum [id, quod non potest diuidi.] — Arg. 2.

Tertiò. Cum dicitur, [omnes Indiuidui proprietates alteri conuenire non posse] aut sumuntur proprietates in Specie, aut in Indiuiduo: non secundum Speciem; quoniam omnia accidentia, quæ sunt in Platone, eadem in Specie reperiri possunt in Socrate (vt palam est.) Non secundum Indiuiduũ; quoniã hac ratione satis esset dicere, cuius nulla proprietas in alio esse potest, cũ idẽ accidẽs numero non possit esse in duob. subiectis. — Arg. 3.

Quartò aduersus vltimam definitionem Aristot. 2. cap. Antepræd. docet, Indiuiduum de nullo prædicari; ergo falsò dicitur prædicari de vno. Ex alia verò parte Indiuiduũ de pluribus affirmari; enim verò hæc materia prima (quam nemo ambiget — Arg. 4. Arist.

Digitized by Google

ambiget Indiuiduum esse) prædicatur de Socrate, & postea de eius cadaueres; quæ nō modo numero, sed specie diuersa sunt, cum formas habeāt infigniter diffidentes. Quod si respondeas, subintelligendam esse in definitione particulam, simul, illam verò materiam, non nisi successiuè de illis pluribus prædicari. In primis nullam huius conditionis afferes rationem, cum ad hoc, vt aliquod accidens sit vniuersale, satis esse videatur, quòd successiuè in multis existat. Deinde non declinatur argumentū: cum eadem numero actio simul enūcietur de prima, & secunda causa: idem locus de pluribus Angelis in eo simul existentibus.

Arg. 5. Denique contra illam Indiuidui prædicabilis diuisionem sic obijcitur. Socrates est compositus ex hac humanitate, & ex hac personalitate, (quę est modus substantialis additus Naturæ singulari) ergò si hæc humanitas, vel hæc personalitas prædicentur de Socrate nominibus concretis, vnam tantum partem formaliter significantibus, concernendo alia, erit prædicatio in quid incompletè de vnò: eiusmodi esse videntur hæ propositiones [Socrates est hic homo] [Socrates est suppositum] vel, est suppositatus; addenda ergo fuit quinta Species Indiuiduo.

Diluitur 1. arg. Ad hæc ita respondendum est. Ad primum. Indiuiduum considerari posse vel materialiter, vt est res singularis: vel formaliter pro aptitudine, vel relatione, (quo pacto est res communis, & vniuersalis) Aristoteles igitur, cum prohibet, Indiuiduū definiri, aut in scientiam vocari, non intelligit formale (quod solum Porphyrius definit) sed materiale (de quo etiam Porphyrius ex doctrina Platonis agendum esse inficiatur.)

Diluitur 2. arg. Ad secundum negandum est partes aquę esse eiusdem omninò rationis cum totali aqua, quæ diuisa est. Licet enim sortiantur idem nomen, & communem rationem, id prouenit ex conuenientia cum illa prima aqua in ratione communi aquæ, non in propria illius essentia: sunt enim alia Indiuidua totalia, & prioris rationem minimè participantia. Quare probè dictum est in definitione, quòd Indiuiduum sit impartibile in plura eiusdem rationis, hoc est, in quibus tota illa ratio includatur.

Ad tertium respondemus cum Alberto Magno, in tract. 4. cap. 7. primò, nomine proprietatum non esse intelligendas affectiones in rigore proprias; cum probabilius, Indiuiduum nullas habere; sed accidentia, (vt indicāt Autores omnes) cum inter proprietates numerent patriam, nomen, & cetera; quæ nemo dubitat esse accidentia. Deinde, hęc sumi in Indiuiduo. Ad impugnationem verò negandum est, nullum accidens vnius subiecti in Indiuiduo posse alteri conuenire, cum sint multa extrinseca, & multis communia, vt patria, sanguis, nomen, &c. Diluitur arg. Alb. Mag.

Ad quartum respondetur, Aristotelem eo loco solum negare, substantias, & accidentia singularia prædicari de aliquo essentialiter, & tanquam de suo inferiori. (vt ibidem cum probatiori interpretum parte commentamur) non de qualibet prædicatione etiam identica, vel accidentali: quibus in præsenti contenti sumus. Ad secundam argumenti partem respondemus, in definitione Indiuidui esse particulam exclusiuam [solo], quæ cogit definitionem explicare per duas propositiones, vnam affirmantem, alteram negantem. hoc pacto. [Indiuiduum prædicatur de vno, & non de pluribus] vel certè [non prędicatur de pluribus, quàm vno.] Quam propositionem negatiuam interpretari debemus oppositio modo, ac in definitione Vniuersalis explicuimus affirmatiuam illi oppositam; vt perfectè repugnent commune, & Singulare. Cum ergo de Vniuersali dixerimus, quòd prædicetur de pluribus substantiuè id ipsum negandum est de Singulari: quare sensus definitionis erit. Indiuiduum est, quod non

Diluitur 3. arg.

Digitized by Google

prædicatur de pluribus ſubſtantiuè. Cui non obeſt, quòd adiectiuè de multis enuncietur, vt contingit huic materiæ primæ, adiectioni, & loco.

Diluit vltimum arg.

Ad vltimum, negandum eſt, vllum eſſe prædicatum, in quid incompletè de ſingulari. Ad exemplum verò concedatur, id quod de Socratis conſtitutione aſſeritur: negetur verò, vllam ex adductis prædicationibus eſſe in quid incompletè: primam quidem, & quia probabile eſt, hunc hominem dicere de formali perſonalitatem: & quia, licèt eam concerneret, dicit tamen totam Socratis Naturam. Prędicatio verò completa eſt, in qua tota rei natura formaliter affirmatur. Secundam verò: quia ſuppoſitũ duobus modis accipitur: primò, vt æquè primò dicit modum, & naturam: ſecundò, vt formaliter importat ſolum modum ſuppoſiti, hoc eſt, perſonalitatem, concernẽdo naturam. Ac primo modo conſtat prędicari completè: cum tantundem valeat ſuppoſitum, ac Socrates: ſecundò fieri poteſt prædicatio, aut de Natura, aut de Socrate: ſi fiat de natura, eſt prædicatio in quale neceſſariò, pertinens ad tertiam Speciem, (ſi admittamus aliquod proprium reale) ſi de Socrate, ſpectat ad ſecundã ſpeciem Prædicabilis de vno eſſentialiter, & in quale; quoniam ille modus, etſi non pertineat ad eſſentiam naturę, Socratis tamen rationem ingreditur (vt probabilior ſententia decernit) Quod verò ea prædicatio ſit in quale, indicat apertè modus ſignificandi, qui eſt per modum adiacẽtis.

EXPLANATIO CAPITIS TERTII
DE DIFFERENTIA.

SVMMA TOTIVS CAPITIS.

Bipartitur capitis doctrina.

IN duas partes diuiſit Porphyrius hoc caput. In prima quinque propoſuit Differentiæ diuiſiones: in ſecunda totidem aſſignat definitiones. Prima diuiſio eſt Differentiæ communiſſimè ſumptæ, in communem, propriam, & maximè proptiam. Communis Differentia eſt forma, qua aliquid à ſe in alio, atque alio tempore, vel ab alia re differt; vt moueri, ægrotare. Propria eſt forma accidentaria re ipſa inſeparabilis, qua vnum differt ab alio; vt riſibile, color cæſius oculorum. Maximè propria eſt forma, qua vnum ab alio eſſentialiter diſſidet; vt rationale, ſeparans hominem ab equo. Secunda diuiſio. Differentiarum quædam faciunt vnum ab alio per accidens diuerſum; vt communis, & propria: quædam per ſe, vt maximè propria. Tertia. Aliæ Differentiæ ſunt ſeparabiles, ſcilicet, communes: aliæ inſeparabiles propriæ videlicèt, & maximè propriæ. Quarta eſt in Differentiam per ſe; vt rationale: & per accidẽs; vt aquilinum, aut ſimum eſſe. Quinta, eſt in Differentiam diuiſiuam Generis, & conſtitutiuam Speciei.

In 2. p. ca. definitur Differẽtia.

Quod attinet ad ſecundam partem capitis. Prima definitio ſic habet. Differentia eſt, qua Species ſuum Genus excedit. Secunda Differentia, eſt id, quod prædicatur de pluribus Specie differẽtibus in quæſtione quale eſt, eſſentialiter. Tertia Differentia eſt, quæ diuidit ea, quę ſub eodem Genere collocantur. Quarta. Differentia eſt, qua differunt à ſe ſingula. Quinta. Differentia eſt, qua diſtinguitur vna Species ab alia, ita vt ſit illius pars eſſentialis.

CA-

CAPVT III. COMMENTARIVS.

Traditur doctrina de prima diuisione differẽtiæ.

a *Omnis igitur.*] Docet trium Differentiarum, quæ ex prima diuisione consurgunt, tum cõuenientiam, tum multiplex discrimen. Complectitur vérò in tractione omnes Differentias, quia omnes ad Logicum spectant. In quo, inquit Auicenna, discrepant acceptiones Differentię ab acceptionibus Generis, & Speciei; quárum aliquæ huius instituti non erant.

Auicenna.

In quo cõueniãt Differentiæ.

Porrò conuenientia inter Differentias est, quòd omnes efficiant id in quo sunt diuersum. Vnde colligere licet hanc generalem Differentiæ definitionem. [Differentia est forma, qua aliud à se in alio, atque alio tempore, vel ab alia re differt] quam postea examinabimus.

In quo differẽtię differãt inter se. Discrimen 1. Discrimen 2.

Discrimina tria constituit. Primum, quod Differentiæ communes, & propriæ efficiant accidentale discrimen; maximè propriæ essentiale. Id quod propterea accidit; quia hæc est de essentia rei; illæ verò accidunt.

Discrimen 3.

Secundum, quod maximè propria Differentia, & quæ facit simpliciter aliud, specifica dicitur ceteræ solo communi vocabulo differentiæ contentæ sunt. Quasi dixerit: has nõ habuisse apud Veteres propria vocabula: illam verò appellatam fuisse specificam.

Discrimen 4.

Cuius appellationis rationẽ reddit assignando tertium discrimẽ. Differentijs, inquit, maximè proprijs fiunt Generum diuisiones, & Specierum definitiones assignantur. Cui muneri proprię, & communes, haud seruiunt; cum extra essentiam sint. Vbi obseruandum est, vocabulum habens plura significata, non semper accipi pro præstantiori, cum simpliciter profertur: sed aliquando pro deteriori: vt vides accidere in vocabulo [Differentia] & in his [viuens] & [animal,] quæ cum absolutè proferuntur; imperfectioribus significatis accommodantur.

Boetius, veluti quartum addẽs discrimẽ,

Differẽtia verò, & cõmuniter, & propriè, & proprijssimè dicatur. Differre namq; quippiam communiter dicitur, cum diuersitate aliqua quouis modo aut à seipso, aut ab alio differt. A Platone namq. Socrates diuersitate aliqua, atque à seipso puero vir factus, & ab agente non agens differt. Et semper hac differentia in ijs est sanè diuersitatibus, quæ consistunt in hisce, quæ cum interrogamus, quomodo res se habet, assignari, reddiq. solent. Propriè verò aliqua differre dicuntur, cum inseparabili differunt accidenti. Et inseparabile quidem accidens est, vt cæruleus oculorum color, vt simitas, vt cicatrix callo ex vulnere inducto. At proprijssimè quippiam à quopiam differre dicitur, cum specifica differentia differt: qualiter ab equis homines specifica rationalis Differentia differunt. §. a *Omnis igitur in vniuersum Differentia diuersum alicui adiuncta facit: sed communiter quidem & propriè differentia diuersum per accidens facimus: proprijssimè verò diuersum per se, quod quidem & aliud dicitur. Differentia igitur, quæ diuersum per accidens faciunt, tantùm Differentiæ: quæ verò aliud, ac diuersũ per se, Differentiæ specificæ nuncupantur. Animali namque Differentia rationalis adiuncta, aliud sanè, ac animalis speciem fecit: motus autem additus, diuersum à quiescente tantummodò facit: hæc igitur aliud, illa diuersum tantum fecit. differentijs igitur hisce quæ faciunt aliud, diuisiones generum in species fiunt, & definitiones etiam assignantur, quæ quidem ex Genere, talibusue differentijs constant: ceteris verò diuersitates per accidens tantùm emergunt, eius, quo de qualiter sese habet, interrogatur.* §. b *Rursus igitur à principio Differentiam diuidentes, Differentiarum alias separabiles, alias inseparabiles dicimus esse. Moueri namque, quiescere, & viuere, ac ægrotare, & quæ sunt similia generis, separabilia sunt: æquilaterum autem esse, vel simum, & rationale, & irrationale inseparabilia sunt.*

Text. 2.

Text. 3.

ſcrimen, ait, Differentiam propriam, & communem cõpetere Individuis; maximè propriam Speciebus. Quod, licet verum ſit de cõmunibus, & ijs proprijs, quarum exempla Porphyrius adduxit: abſolutè tamen verum eſſe non poteſt. Nec iuxta mentem Porphyrij; quoniã proprietates ſimpliciter neceſſariæ primò competũt Speciebus, & earum merito Individuis. Vt in capite de Communitatibus cum Autore videndum eſt.

Tradit 2. & 3. differentię diuiſo.

b *Rurſus igitur.*] Proponit ſecũdã, & tertiam diuiſionem. Inter quas illud diſſidij eſt, ꝙ ſecunda omnem cõplectitur Differẽtiam. Tertia eſt ſub diuiſio alterius membri, ſcilicet, Differentiæ re ipſa inſeparabilis. Quã partitur in differẽtiam per ſe, & per accidens, Vbi vocabulum [per ſe] accipit priori modo poſterioriſtico (vt vocãt) Docet. n. Ariſt. in c. 4. 1. Poſter. duplex eſſe genus eorũ, quę per ſe alicui conueniunt quædam pertinent ad eſſentiam, vt animal comparatione hominis: quædam ab eſſentia fluunt, vt riſibile ex natura hominis. Porphyrius verò hoc loco ſolũ priorem conuenientiam vocat per ſe.

Exempla à Porph. adducta differẽtię per ſe falſa ſunt.

c *Mortale, & ſuſceptiuum.*] Affert Porphyrius duo exempla differentię per ſe: vnum, eſſe mortale: alterum, eſſe capax diſciplinæ. Neutrum eſt verum; quia eſſe mortale, neq; pertinet ad eſſentiam humanã, nec ex ea oritur; cum ſit omnium viuentiũ defectus. Capax verò diſciplinæ nõ eſt eſſentia, ſed potentia hominis.

Quid Porphyriũ deceperit ad vſum exẽpli falſi.

Attulit tamen Porphyrius primũ errorẽ, quo ſupra credidit, animal rationale eſſe genus ad hominem, & Deos, vel Dęmones. Secundum, exempli tantum gratia: vtpotè, qui notat Philoſophi ſententiam in priorum, c. 39. exemplum non ſemper adhiberi, vt ita eſſe credatur, ſed vt res explicetur.

Diſcrimina inter differẽtias per ſe, & per accidens.

d *Quæ igitur per ſe.*] Aſſignat Tria diſcrimina inter differẽtias per ſe, & per accidẽs. Vnum, ꝙ illę in eſſentialibus definitionibus aſſumũtur: hæ minimè. Alterum, ꝙ illæ faciunt aliud, hoc eſt, eſſentialiter differre; hę nequaquã. Tertiam, ꝙ differentiæ per ſe nec intendãtur, nec remittantur: Differentiæ verò per accidẽs vtrumq. ſubeant. Quod ſic interpretamur. Differẽtijs per ſe, quatenus tales ſunt, repugnat intenſio, & remiſſio: differentijs verò per accidẽs, prout eiuſmodi ſunt, neutra repugnat; licet quædam ſint, quę ex ſuis naturis intenſionem, ac remiſſionẽ reſpuunt, vt multæ potentię, ac relationes. Eſt verò intenſio, & remiſſio apud Philoſophos idem, quod apud Logicos [ſuſcipere magis, & minus.] Illud. n. dicũt intendi, aut remitti, quod cũ aduerbijs [magis] & [minus] dici poteſt, vt magis, & minùs album. Et quia eſſentia cũ eiuſmodi:

Inſeparabilium rurſus alias per ſe, alias per accidens eſſe. Rationale namque, &
§. c *Mortale, & ſuſceptiuum eſſe ſcientiæ, per ſe homini competunt, aquilinum, vel ſimum per accidens, & non per ſe competit.* §. d *Quæ igitur per ſe competunt, in ſubſtantiæ ratione ſumuntur, & aliud faciunt: quæ verò per accidens competunt, nec in ſubſtantiæ ratione ſumuntur, nec aliud faciunt, ſed per accidens diuerſum. Et ea quidem, quæ per ſe competunt, nec intendi, nec remitti volunt: quæ verò per accidens, & ſi inſeparabiles ſunt, intenſionem, remiſſionemue ſuſcipiunt. Neque enim Genus magis minusve dicetur, cuius eſt Genus, dicitur: neque Generis Differentiæ, quibus in ſpecies genera diuiduntur. Hæ namque ſunt, quæ cuiuſque rationem conficiunt. At vniuſcuiuſque ratio vna eſt, eademque, nec intenſionem, nec remiſſionem vllam ſuſcipiens. Aquilinum autem eſſe, aut ſimum, aut colaratum intenditur, atque remittitur.* §. e *Cum igitur Species Differentiarum res ita appareant, & earum alię ſint inſeparabiles, alię ſeparabiles: & inſeparabilium quidem alię per ſe, alię per accidens: Differentiarum per ſe rurſus, alię ſunt per quas in Species diuidimus genera: alię, per quas ea, quæ ſunt diuiſa, conſtituuntur: Veluti Differentia per ſe animalis, hæ ſunt omnes, animatum, ſenſitiuum, rationale, ac irrationale, & mortale, ac immortale: atq; animati quidem & ſenſitiui Differentię conſtitutiuæ ſunt ſubſtantiæ animalis. Eſt enim animal ſubſtantia animata ſenſitiua. Mortale ver-*

rò

modi:

modi aduerbijs enũciari nõ potest cum eadem perpetuò duret (vt docet Arist. 8. Metaph. c. 5. & 6. Top. c. 3. idcircò differentia, quę ad essentiã rei pertinet, intẽdi & remitti neg. Et hęc est secunda ratio ex duabus, quibus Porphyrius ostẽdit, differẽtiã per se nõ suscipere magis, aut minus, quæ inchoatur illis verbis [Hęc nãq; sũt] Prima verò hæc est: Genus nõ admittit magis aut minus in Specie, q̃ constituit, ergo nec differentia per se: est .n. par ratio: cum vtrumq. ad rei essentiã spectet. Dr̃ia per accidẽs intẽdi, & remitti exẽplis tm̃ pbat. Est aliqs, inquit, magis aut minùs simus, vel colo ratus. Vbi ẽt aduertendũ est, nõ curari à Porphyrio propriã intẽsionem, quæ gradus deposcit: sed eã quę sufficit, vt forma secũdũ magis, & minus affirmet: cũ simitas figura sit, cui nemo intẽsionẽ, & remissionẽ cõcedit.

c *Cum igitur Species.*] Vt quintã diuisionẽ subijciat, recolit præcedẽres, vt tandẽ vltimũ mẽbrum quartę diuisionis distribuat. Cõgruit .n. hęc postrema diuisio differẽtiæ tũ per se; q̃ partitur in eas quę diuidunt Genus: & eas, quę cõstituũt Speciẽ: Quę diuisio, si referatur ad differẽtias diuidẽ generis, est in differẽtijs distinctis; alijs .n. differẽtijs cõstituitur animal alijs diuiditur in hominẽ, & brutũ, vt specificũ est. Si verò ad idẽ genus minimè referãtur, diuisio erit diuersorũ munerũ earũdẽ differẽtiarũ: eędẽ quippè differẽtię diuidũt animal in hominẽ, & brutũ, & ipsas species cõstituunt; vt videre est in rationali, & irrationali. Vtroq; modo explicuit diuisionem Porphyrius, vt patebit considerãti.

Definita differẽtia maximè propria. Primò.

f *Has itaq; definientes.*] Differentijs cõibus, & proprijs valere iussis, maximè propriã suscipit, quinq; definitionibus à Veteribus inculcatis describendã. Quarũ prima, in hoc textũ desumpta (vt monet Scotus) ex officio cõstituẽdi speciẽ, sic se habet; differentia est id, quo species suũ genus excedit; Subintelligendũ est [excessu essentiali] vt reijciatur differẽtię proprię, per quas ẽt species Genera excedũt: vt homo p risibile superet animal. Dr̃ verò spẽs p dr̃iam excedere genus secundũ

rò, ac immortale, rationale, ac irrationale animalis sunt Differentiæ diuisiuę. Per has enim in species genera diuidimur. Verum hę, quę sunt generũ diuisiuę, cõstituunę sunt specierũ: nã animal per rationale, ac irrationale, & per mortale rursus, ac immortale diuiditur: sed mortalis quidem, rationalisuè Differentiæ constituunt sunt hominis: rõnalis verò, ac immortalis Deorum: irrationalis autem, atque mortalis, animalium expertium rationis. Sic & substantię supremę animatum, atque inanimatum, sensitium, atq; insensitium Differentię cũ sint, animatum & sensitium, vnè cum substantia sumptę, animal confecere: animatum atq; insensitium plantam. Eàm igitur eędem Differentię partim constituunt sunt, partim diuisiuę, vniuerse specificę nuncupantur. Atq; his opus est maximè ad generum diuisiones, & ad definitiones conficiendas. Sed nam illis alijs, quas separabiles esse, aut inseparabiles diximus, § f Has itaq; definiẽtes, Differentiam, inquiũt, eam esse, quæ Species genus excedit. Homo nãq. supra animal, rationale, mortaleq; habet. Animal enim neq; nihil istorũ est, (vnde .n. Differentias species haberẽt) neq; omnes oppositas habet; idem enim opposita nimirum haberet. Sed vt sensent, potẽtia quidem omnes eas Differentias habet, quę sub se sunt, actu autem nullam. Atq; hoc pacto neq; ex non entib, sit, neq; circa eãdẽ opposita simul erunt. § g Definiunt autem ipsas & hoc pacto: Differentia est id quod de pluribus, & Differentibus specie, hoc ipso quale quid est, prędicatur. Rationale enim, & mortale de homine hoc ipso quale quid est homo? sed non hoc ipso quid est, prędicantur. Nam si interrogauimur, quid est homo? accommodatè dicemus, animal. At si, quale animal est, interrogabimur? rationale, mortaleq. accommodatissimè respodebimus. Nam cùm res è materiam, formaq. constent, aut ex talibus, quę instar illarũ sint, vt statua ex ere quidẽ, vt ex materia constat, ex figura autẽ, vt ex forma: sic & homo communis, qui quidem est Species, ex genere, differentiaq. cõstat, similitudinẽ rõnis subcũtibus cũ materia, atq;

Tex. 6.

Tex. 9.

ſecundum,eſſentiam;quia ſpecies coaleſcit ex Genere,& Differentia. Quemadmodũ ens naturale ex materia, & forma, (qua ſimilitudine paulò poſt vtitur Porphyrius) ita vt Genus habeat ſe inſtar materiæ; & Differentia inſtar formæ; vt ergo totum ens naturale plus includit in eſſentia,quam ſola materia; ita Species amplius habet, quàm Genus, Differentiam nimirum ſpecificam. Qua materiæ ſimilitudine perfacilè explicatur,quod Porphyrius ſubdit [Differentias,etſi non ſint in Genere actu,eſſe tamen poteſtate] Vt formæ rerum naturalium dicuntur eſſe in materia, poteſtate; quia per virtutem agentium naturalium ex illa eruuntur,in eademque ſuſtentatur: ita Differentiæ,ſi pon re ipſa, ratione ſaltem excitantur à Genere, in eodemque veluti formæ in ſubiecto recipiuntur. Vnde meritò dicuntur eſſe potentia in Genere. Quod Porphyrius, inter hanc rem declarandam, ait, Genus non poſſe habere oppoſita actu; rectè expoſuit Caietanus [per modum incluſionis] ita ſcilicet, vt ea in ſua eſſentia includat; quamuis per modum coniunctionis nullum ſit incommodum, eandem rem ſpecie, vel genere oppoſita ſimul habere: cum homo ſit albus ſimul,& niger, per Belgam & Aethyopem, animal rationale, & irrationale, per brutum, & hominem.

atque forma. Totum autem hoc animal rationale mortale eſt homo, vt iſtis vti ſtatim. § h *Deſcribunt tales Differentias & hoc modo. Differentia eſt id, quod ſuapte natura ea, quæ ſunt ſub eodem genere, ſeparat. Rationale enim, atque irrationale equum & hominem, quæ ſub eodem, vt patet, genere, quod quidem eſt animal, collocantur, ſeparat.* Text. 8.

§ i *Inſuper & hoc modo aſſignant: Differentia eſt id, quo ſingula differunt. Homo enim, & equus genere quidem non differunt, & nos enim animalia ſumus, & ea quæ ſunt expertia rationis: ſed additum rationale, nos ab illis ſeiunxit. Dij quoque, & nos rationis participes ſumus, ſed mortale adiunctum, nos ab illis diſtinxit.* Text. 9.

§ K *Exactius autem ea, quæ ad Differentiam pertinent, pertractantes, Differentiam, inquiunt, non quoduis eorum eſſe, quæ ſeparant ea, quæ ſub eodem genere collocantur, ſed id, quod ad ſubſtantiam, rationemque confert, & quod pars eius eſt rei, cuius Differentia dicitur eſſe. Non enim aptum ad nauigandum eſſe, hominis eſt Differentia, & ſi eius proprium eſt. Dicere namque poſſumus, animalium alia eſſe apta, alia non eſſe apta ad nauigandum, hominem à ceteris ſeiungentes. At aptum eſſe ad nauigandum, ad ſubſtantiam ſanè non confert, neque pars eſt ipſius, ſed aptitudo ſolum. Propterea quod non eſt tale, quales ſunt hæ Differentiæ, quas ſpecificas appellamus. Erunt igitur ea ſpecifica Differentia, quæ diuerſam faciunt ſpeciem, & quæ in ratione ſumuntur. Atque de Differentia quidem hæc ſatis ſint dicta.* Text. 10.

CAP.

Secundò. g *Definiunt autem ipſum.*] Secunda definitio, quæ Differentiam explicat, vt eſt tertium prædicabile, hæc eſt: Differentia eſt id, quod de pluribus ſpecie Differẽtibus in quæſtione,quale quid eſt,prędicatur,hoc eſt,in quæſtione, quale eſt, eſſentialiter:ceterę definitionis partes ex ſuperioribus patent.

Tertiò. h *Deſcribunt tales.*] Tertia definitio Differentiæ,vt cauſa eſt differendi,ſic habet; Differentia eſt id,quod ſuapte natura ea, quæ ſunt ſub eodem Genere,ſeparat; hoc eſt,differre efficit eſſentiali diſcrimine. Vt excludatur communis, ac propria Differentia.

Quartò. i *Inſuper hoc modo.*] Quarta definitio,verbis tantùm differens à præcedente, ſic habet: Differentia eſt id, quo ſingula differunt. Adde [ſecundum eſſentiam.]

Quintò. K *Exactius autem.*] Profert quintam definitionem, eamque omnibus connumeratis præfert: quoniam illæ,ſi,vt verba ſonant, accipiantur,in communes, & proprias Differentias haud dubiè cadunt: hæc verò ſolis ſpecificis accommodatur. Ea verò eſt huiuſmodi: Differentia eſt id,quod ſeparat ea, quæ ſub eodem Genere collocantur,

Digitized by Google

tantur, & ad substantiam eius rei pertinet, cuius Differentia dicitur, eiusque pars est. Breuius repetitur in fine capitis hoc modo. Differentia est id, quod diuersam facit Speciem, & in ratione essentiæ sumitur. In qua definitione exprimitur essentialis excessus, & inclusio in Specie: essentialis item distinctio ab alia; quæ superioribus addebamus.

QVAESTIO I.

VTRVM DIFFERENTIA IN communi recte definita, ac diuisa sit.

ARTICVLVS I.

DEFINITIO DIFFERENTIAE IN communi defenditur.

Tom.1

Definitur Differẽtia in communi.

EX conuenientia, quam Porphyrius inter omnes Differentias agnoscit, colligi solet (vt diximus) hæc Differentiæ in communi definitio: Differentia est forma, qua aliquid á se in alio, atque alio tempore, aut ab alia re differt. Quam ijsdem penè verbis Porphyrius attribuit Differentiæ communiter dictæ.

Tom.2

Argumenta aduersus vulgarẽ Differẽtiæ definitionem.

Arg.1.

Sed quòd idonea non sit, ostenditur, primò. Genus huius definitionis est forma: sed hæc recurrit cum definito; ergo definitio est vitiosa. Probatur Minor: quia omnis forma est causa, vt id, in quo est, distinguatur ab alio: ergo idem planè est forma, ac Differentia.

Arg.2.

Secundò. Homo differt à lapide per animal; & Cœlum ab elementis per materiam: & tamen animal non est Differentia hominis, nec materia forma Cœli (vt conspicuum est): ergo alijs conuenit Differentiæ descriptio.

Arg.3.

Tertiò. Homo, & linea specie non differunt: sed conueniunt in aliquo vno (in ente scilicet), & Differunt per adiunctas Differentias: ergo non satis explicata est Differẽtiæ natura. Maior probatur. Quia eodem modo affecta sunt Homo, & Linea, quod Substantia, & Quantitas ipsorum Genera: sed hæc sunt primò diuersa; ergo & illa.

Arg.4. Aristot. Alex.

Quartò. Saltem illa pars definitionis [vel à se in alio, atque alio tempore] expungenda est: nam Aristoteles 5. Metaph. cap. 9. iuxta expositionem Alexandri docet, quæ sunt eadem numero, non posse esse differentia. Deinde Socrates Grammaticus differt à se Musico in eodem tempore: cur ergo additur [in alio tempore.] Demùm. Relata simul natura esse oportet: at, quæ differunt diuersis temporibus, naturæ simultatem non habent: ergo nequeunt relationibus Differentiæ inter se opponi. Minor constat, cum Socrates in eodem tempore senex, & puer non sit: quo tamen exemplo vtitur Porphyrius.

Aduertitur. 1.

Tametsi Porphyrius vocabulum Differentiæ in varias significationes non distinxerit: Plures tamen habet necessariò explicandas. Aliter enim sumitur hoc vocabulum ex vi nominis, aliter ex vsu Philosophorum. Ex vi nominis Differentia significat primò relationem rei differentis quatenus differens est: quemadmodum similitudo est nomen abstractum significans eam relationem, qua vnum simile refertur ad aliud simile. Huius relationis extrema sunt, v. c. homo, & brutum: fundamenta remota ex vna parte rationale, ex altera irrationale. Proxima verò (quæ & rationes fundandi nuncupantur) sunt diuisiones, quibus homo, & brutum ratione illarum formarum separantur. Quoniam verò ea relatio fundatur in forma, quæ est causa discrepandi, accipitur idem vocabulum in abstracto pro ipsa forma, (quam appellamus Differentiam materialem) scilicet rationale, vel risibile. Quas significationes, vt communes, supponunt

sanè

Scot. Caiet. sanè omnes : nuncupatim Scotus, quæst. 24. Prædicabilium, Caietanus in hoc caput.

Louan. Aduertitur. 2. Sumitur etiam hoc vocabulum, (vt annotarunt Louanienses initio huius capitis) vt nomen concretum, idem significans, atque [faciens differre] quod formaliter dicit relationem facientis, seu causantis Differentiam: & connotat formam, quæ facit differre: vt rationale, candorem, &cet.

Aduertitur. 3. Ex vsu Philosophorum sumitur Differentia pro tertio Prædicabili: Placuit enim Philosophis hoc Vniuersale appellare nomine fundamenti. Est igitur in hac vsurpatione Differentia concretum vocabulum, de formali significans aptitudinem, vel relationem ad essendum in pluribus in quale essentialiter, denotas, rem subtratam (vt diximus de Genere, & Specie.) De hac tertia acceptione in quæstione sequenti agendum est: ex primis duabus secundam accipit Porphyrius in tota prima parte capitis (vt benè tradunt Louanienses) quod ex contextu facilè deprehenditur: sic enim loquitur: [Omnis in vniuersum Differentia diuersum alicui adiuncta facit.]

Sed, inter quæ extrema, & in quibus fundamentis sit relatio facientis differre, non facilè constat. Occasio verò dubitandi est: quoniam homo (vt in hoc exemplo rem totam explicemus) sit differens à bruto formaliter per relationem Differentiæ; fundamẽtaliter per rationale. Vnde aliqui opinantur, extremum, quod denominatur causans hominem differentem, esse relationem Differentiæ: sicut relatio facientis simile denominat ipsam similitudinẽ, eò quod homo relatione similitudinis reddatur similis. Alij verò hanc causalitatem tribuunt rationali, à quo profluxit relatio Differentiæ, qua homo efficitur formaliter differens: quemadmodum relatio efficientis album denominat, tanquam extremum, id, quod albedinem producit. Atque opiniones quidẽ de extremo relationis causantis Differentiam ita se habent.

Sed de opposita quoque relatione altercantur. Quidam volunt, illius fundamentum, & extremum esse relationem Differentiæ, quoniam relatio facti debet recipi in effectu, illumque denominare: sed quando homo fit differens, non fit homo, sed relatio Differentiæ: ergo illa est extremum relationis facti differẽtis. Cùm verò inter ipsum, & relationem, quã fundat, nihil medietatis, eadem erit extremum. Alij è contra, cum efficiant ipsam relationem Differentiæ causam, fundamentum, & extremum relationis facientis differre, dicunt hominem esse fundamentum relationis facti differentis: is enim immediatè afficitur à relatione. Alij denique hominem pro extremo, relationem Differentiæ pro fundamento cõstituunt. Eorum ratio est. Homo vltimò denominatur factus differens à bruto: ergo est extremum illius relationis: cum hæc sit extremi natura. Id verò, cuius gratia factus denominatur, est relatio Differentiæ: ergo hæc erit talis relationis fundamentum. Aduertitur. 4.

Nobis placent opiniones vltimo loco propositę. Videlicet fundamentum, & extremum relationis facientis differre, esse Differentiam materialem, scilicet [rationale] relationis verò facti differre, extremum esse (hominem) fundamentum, relationem Differentiæ. Quæ magis patebunt, cum Aduersariorum coniecturis occurremus. Ad fundamentum eorum, qui relationem facientis differre collocabant in relatione Differentiæ, dicimus, illo re vera probari, inter relationem Differentię, & hominem mediare aliquem respectum formæ ad subiectum: omnis enim forma habet respectum talis causæ formalis, qualis ipsa est ad suum subiectum. Verùm huius relationis doctrina ad hunc locum non spectat: sed ad communem doctrinam relationum; vbi varia earum fundamenta perquiruntur. Hic verò solùm inuestigatur radix, vnde pullulat relatio Differentiæ inter aliqua duo. Id enim difficultatem habet: cete-

ra nam-

Adm 184

ſa namque lipis nota ſunt & tonſoribus.

Atque hanc fuiſſe Porphyrij mentem, euidens eſt ijs, qui admittunt, (vt omnes, qui rectè ſentiunt, admittere debēt) ipſum in prima parte capitis differentiam accipere in hoc ſecundo ſenſu. Nam membrorum diuidentium exempla proponens ſemper adducit ipſas materiales differentias, tanquam immediatè connotatas, eſſque efficiendæ diuerſitatis vim tribuit.

Ad id verò, quo Poſteriores probabant, relationem differentiæ eſſe extremum relationis facti differentis, negandum eſt, ipſam relationem fieri, quoniam (vt docet Ariſtoteles 7. libro Metaph. capitul. 8.) per generationem nec fit ſubiectum, (quod præerat) nec forma (quæ de nouo incipit) ſed totum compoſitum. Quare, in præſenti non fit differentia; ſed homo differens, iſque à relatione facti denominatur. Eorum ratio, qui conſtituebant hominem extremum, & fundamentum huius relationis, procedebat fortaſsè in ſententia aſſerente, oppoſitæ relationis extremum eſſe relationem differentiæ. Quod cum à nobis negatum ſit, non eſt cur ipſam rationem diluamus.

Explanat Differētiæ definitio.

His explicatis, facilè eſt, propoſitam definitionem à calumnia defendere. Sed, antequam id præſtemus, aduerte, in ea loco generis eſſe illam partem [forma], cuius nomine intelligimus formam adiunctam alicui naturæ, in qua conueniant ea, quæ diſtinguenda ſunt; quo pacto ſe expoſuit Porphyrius, cum dixit [omnis igitur in vniuerſum differentia diuerſum alicui adiuncta facit] cum additur, [qua aliquid differt] intelligendum eſt [cauſaliter] id eſt, quæ eſt cauſa, vt aliquid differat; vt definitio tribuatur differentiæ materiali. Ceteræ partes expoſitione non indigent.

Soluuntur arguméta.

Quare ad primum argumentum propoſitum, negandum eſt, omnem formam eſſe differentiam, quia genus eſt forma ſuarum ſpecierum, non verò differentia. Ad ſecundum, negandum eſt, hominem differe à lapide per animal; id enim, per quod vnum differt ab alio, nihil continere debet, in quo illa duo conueniant. Si enim aliquid contineat vtrique commune, iam non differet ratione totius, ſed illius tantùm partis, quæ communis non eſt. Cum igitur in animali includatur corpus, ſecundum quod homo cōuenit cum lapide, non poteſt animal eſſe ratio differendi à lapide, quamuis illam contineat. Secunda eiuſdem argumenti pars ſoluta manet ex definitionis explicatione. Non enim omne id, quo duo quæpiam diſtinguuntur, differentia eſt: ſed quod ita ſeparat, vt formæ rationem induat. Reſponderi etiam poteſt, Cœlum non differre à ſublunaribus per materiam; cum hæc etiam in illis includatur: ſed per incorruptibilitatem in cœleſti materia contenta: hanc verò & formam eſſe, & meritiſſimò differentiam nominari.

Munitur via ad ſolutionem tertij argumēti.

Vt reſpondeamus tertio argumento, aduertendum eſt ex communi Autorum ſententia, diuerſum, & differens in hoc inter ſe diſtingui; quia diuerſum dicitur id, quod in nullo gradu communi conuenit cum alio, ſed ſecundùm ſe totum ab eo diſtinguitur: vnde, quæ ita diſcrepant, primò diuerſa nuncupantur; cuiuſmodi ſunt Genera ſumma, & differentiæ omnes, quæ in ſolo Ente conueniūt. Differēs verò appellatur, id id, quod conuenit cum alio in aliqua re vniuerſali, vel ſingulari; vtrique tamen communi: & differt ab illo per aliquam formam illi prædicato adiunctam. Hoc modo diſtinguuntur corpus, & ſpiritus; quia conueniunt in Subſtantia, & diſſident propriis differentijs: Corpus, & Cygnus quoniam conueniunt in bruto, & diſtinguuntur albo, & nigro: Belga, & Aethyops, eò quòd conſentiunt in natura humana, cui addunt alborem, & nigrorem: denique Socrates ſenex, & puer; quia participant eandem numero entitatem, & acceſſu ætatum diſcriminantur.

Ex qui-

Ex quibus inferre licèt, vnitatem eius, in quo res differentes conſentiunt, debere eſſe genericam. ſpecificam, aut numeralem; ſiquidem analogica reperitur in Ente, & non ſufficit, vt prima Genera per modos, Enti quaſi adiunctos, propriè differant. Adhibent tamen aliqui hanc moderationem, vt ea, quæ immediatè conueniunt in analogo, defectu Differentiarum non differant: ea tamen, quæ remotè conueniunt, cum habeant differentias, propriè dictas, non impropriè differant. Vt lineam, & ſcientiam; conueniunt enim in Ente, & differunt per Differentias, quibus ſua Genera contrahunt. Fa-
Ariſt. uerque Ariſtoteles, 5. Metaph. cap. 9. aſſerens, differentia eſſe ea, quæ numero, ſpecie, genere, aut proportione, id eſt, analogia conueniunt. Verisimilius tamen iudicamus, nec proximè, nec remotè conuenientia in analogo propriè differre; quoniam linea, & ſcientia (vt in his rem explicemus) non differunt per totas Differentias, quas Enti addunt; cum differentiæ ipſæ in Ente conueniant: Differentiæ autem ita opponi debèt ſub eo, quod contrahunt, & in quo res differentes conueniunt, vt nullo pacto illud includant. Qua ratione ſe habèt rationale, & irrationale ſub animali, corruptibile, & incorruptibile ſub corpore. Hæc, quamuis ita
Ariſt. ſint, docet Ariſt. 5. Metaph. c. 9. & lib. 10. c. 5. Differens interdum tam latè accipi, vt Diuerſum etiam complectatur.

Soluitur 3. arg. Ad tertium igitur argumentum negandum eſt, hominem, & lineam differre per Differentias, extra quas omninò ſit illud, in quo conueniũt; quo pacto intelligenda eſt definitio.

Soluitur 4. arg. Ad quartum negandum eſt, eam definitionis partem aut ſuperfluè, aut falsò addi. Ad primã impugnationem reſpondemus, iuxta antiquam verſionem, non excludi à propriè differentibus ea, quæ numero conueniũt; ſic enim habet. [Differentia ſunt, quæ ita ſunt diuerſa, vt ſint aliquod idem, non ſolùm numero, ſed & ſpecie, aut genere, aut proportione]: ſin expoſitioni Alexandri adhæreamus, (quam in ſuis verſionibus ſecuti ſũt Argyropilus, & Perionius) dicemus, loqui Philoſophum de diſcrimine eſſentiali; quo diffidere non poſſunt, quæ numero conſentiunt; Porphyrium verò accidentale etiam ſpectaſſe. Ad ſecundã reſpondemus, in ſummo rigore poſſe idem in eodem tempore à ſe differre: verum, ſimpliciter loquendo, non vocari differentia, niſi ea, quorum vnum repugnat alteri, & illius infert negationem. Quo modo ſe habere non poteſt Indiuiduum in eodem tempore, ratione diuerſarum formarum: in diuerſo tamen poteſt, vt patet in Porphyrij exemplis, vir, & puer, ager, & ſanus, quæ hoc animo adhibuiſſe credendum eſt. Ad tertiam reſpondet Scotus q. 24. Socratem ſenem, & puerum ſimul eſſe, ſi minùs in exiſtendo, ſaltem in referendo, quia, dum Socrates concipitur, vt ſibi oppoſitus, ſimul apprehẽditur vt ſenex, & puer. At, quò relata ſint ſimul natura, ſatis eſt, ſi, quatenus relata ſunt, hoc eſt, in referendo, ſimul ſint.

ARTICVLVS II.

NVM PRIMA DIFFERENTIAE diuiſio exacta ſit.

IN concinnè diſtributam fuiſſe à Porphyrio Differentiam in communem, propriam, & maximè propriam, oſtendit primò Scotus, q. 23. Membra diuiſionis oppoſita eſſe debent: at vnum vni tantùm opponitur, non duobus; ergo inepte diuiſit Porphyrius differentiã in tria membra; oportet enim vnum eſſe medium, & nulli oppoſitum. Scot.

Secundò argumentatur idem Scotus. Quæ differunt maximè propriè, differunt etiam propriè, & communiter (vbicũque enim reperitur Differentia eſſentialis diuerſa, ibi ſint proprietates, accidentiaque diſtincta, neceſſe eſt): ſed hæc efficiunt differentias proprias, & communes; ergo vnum membrum inuoluit reliqua.

Ter-

Tertiò. Eadem Differẽtia eſt communis, propria, & maximè propria; ergò diuiſio nõ fit in membra diſtincta, contra bonam diuidendi formã. Antecedens patet. Quoniam diſgregatiuum viſus eſt differentia maximè propria albedinis : at eadem eſt propria reſpectu Cygni, communis verò comparatione eius, qui metu albeſcit.

Multiplices propo nũtur opiniones.

Nullus tamen Interpretum eſt, qui propoſitam diuiſionem, vti accommodatam, non recipiat. Atque hac ſola perbreui ratione abundè confirmatur. Omnis forma alicui conueniens, & ab alio ſecernens, aut illius eſſentiam ingreditur: aut extra illam manet; ſi primum concedas, eſt maximè propria differentia: ſi ſecundum, vel ita coniuncta eſt cum re, vt ab ea ſeparari, re ipſa, non poſſit; & eſt propria: vel ita adhæret, vt diuelli ab ea patiatur : & eſt communis. Nec reperietur forma alicui naturæ, veluti character adiuncta, quæ alio modo ſe habeat.

Atque huc vſque omnes conſentiunt; de genere tamen diuiſionis, nimirum : vtrum ſit vniuoca, an æquiuoca; & de ijs, quæ in ſingulis membris collocantur, nonnihil addubitant. Et, quò ad primum, Antiquiores ſimpliciter aſſerunt, diuiſionem eſſe æquiuoci, ſeu analogi. Ita Albertus, tract. 5. c. 1. Scot. q. 23. Caietanus hoc loco. Recentiores è conuerſo vniuocam faciunt, Louanienſ. in vtramque partem opinandi optionem concedunt. Nobis videntur ferè omnes per ſequentes concluſiones conciliari poſſe.

Alb. Scotus. Caiet. Recent. Louan.

1. concl.

Prima ſit. Si diuiſio accommodetur differẽtijs materialiter ſumptis, eſt analogi in analogata. Probatur. Quoniam inter differentias quędam ſunt Subſtantiæ; vt [ſenſitiuum] & [rationale] quædam Accidentia, vt [riſibile] & [album] nonnullæ incompletæ; vt [quæ priori loco numeratæ ſunt] aliæ completæ, quas poſteriori loco recenſuimus : at hæc vniuocè conuenire nequeunt, (vt apertum eſt) analogicè verò conueniunt, aut in natura entis, aut in officio contrahendi communia, & diſtinguendi ea, in quibus ſunt. Atque ad ſenſum huius concluſionis locuti videntur maiores Philoſophi.

Concl. 2.

Secunda concluſio. Si diuiſio, tribuatur differentiæ formaliter ſumptæ, hoc eſt, relationi facientis differre (quam diximus eſſe formale ſignificatum diuiſi) probabilius eſt, vniuocam eſſe. Hoc ſenſu intelligendi ſunt Recentiores, quicunque aſſerunt, partitionem eſſe vniuocam. Quibus fauet Porphyrius; cum, repetens membra huius diuiſionis, ea vocat Species. Diſſentit verò expreſsè Caietanus. Cuius cauſa non diximus abſolutè, omnes Autores conciliari poſſe. Probatur concluſio ex omnimoda ſimilitudine huius diuiſionis, cũ ea, qua Vniuerſale in quinque Species diſtribuitur. Quemadmodum enim relationes Vniuerſalis fundantur in identitate; ita hæ in diuiſione, & perinde, ac diuiſio eſſentialis, & accidentialis non conuenit vniuocè, ita diximus non conuenire identitatem eſſentialem, & accidentalem : ergò ſi hæc fundamentorum analogia non tollit vniuocationem relationum Vniuerſalis, non impediet ſimilem inter relationes differentiæ.

Obijcitur contra 2. concluſionem.

Oppones, eſſe maiorem rationem in Vniuerſalibus; primò, quoniam omnia Vniuerſalia æquè participant communem illam rationem prædicandi de pluribus : at inter differentias (vt vel ipſa vocabula indicant) quædam magis, quædam minùs participant; vnde aliæ proprijſſimè differentiæ vocantur, aliæ minùs, ac minùs propriè.

Primò.

Secundò. Quia Porphyrius fatetur, differentias maximè proprias eſſe differentias per ſe: per ſe proprias, & communes per accidens: at in ore Dialecticorum nihil communius, quam & per ſe, & per accidens non eſſe vniuocum.

Secundò.

Tertiò. Omnes relationes Vniuerſalis ſunt rationis : ſed in relationibus facientis differre non ita ſe res habet. Cum enim exerceantur inter materialem differentiam, & ſubiectum;

Tertiò.

Digitized by Google

ctum; quando hæc realiter differunt, vt [risibile]&[homo][album]&[cygnus] relatio erit realis: quando minùs distinguuntur, vt [rationale]&[homo][dissegregatiuum visus]&[albedo] erit relatio rationis. Quibus nihil commune vniuocum admittendum est.

Expediuntur priores duæ obiectiones.

Sed priores duæ obiectiones eandem vim habent contra vniuocationem Vniuersalis. Nam differentiæ essentiales dicuntur propriissimè, & per se differentiæ, quia efficiunt aliud; reliquæ verò minùs propriæ, quia efficiunt alterum, hoc est, distinctum secundum terminum relationis, qui est aliquod accidens: at hoc eodem modo loqui possumus in Vniuersalibus; essentialia enim propriissimè, & per se habent identitatem: accidentaria minùs propriè, & per accidens.

Occurritur 1. arg.

Ad primum igitur negamus, membra diuidentia participare inæqualiter communem rationem differentiæ; hæc enim abstrahit ab essentiali, & accidentali, nec duo posteriora membra dicuntur minùs propriè differentiæ, habito respectu ad communem rationem differentiæ, cum Porphyrius dicat, nomen differentiæ absolutè prolatum pro illis vsurpari: sed, vt significentur speciales differentiæ, perinde, ac si diceres, aliam differentiam esse essentialem, aliam necessariam, aliam denique contingentem.

Occurritur 2.

Ad secundum similiter respondetur, alio sensu accipi per se, & per accidens hoc loco, quàm in illo Dialecticorum proloquio, vbi est sermo de ijs, quæ ita participant aliquam formam, vt vnum per se illam participet, aliud per accidens, vt esse per se extensum, cum dicitur de substantia, & de superficie, quarum hæc ratione suæ essentiæ est extensa, illa beneficio eiusdem superficiei extrinsecus adiunctæ. Sed differentiæ omnes per se hauriunt communem differentiæ rationem, & solum dicuntur per se, & per accidens conuenire respectu subiecti, quod faciunt differre.

Ad tertium neganda est minor. Cum enim dixerimus, fundamentum relationis facti differre, esse relationem differentiæ; hanc verò esse in differentia materiali, tanquam in fundamento, fieri non potest, vt vlla relatio facientis differre sit realis, cum exerceatur inter differentiam materialem, & ipsam relationem differentiæ, quæ re ipsa differre non possunt. Quare omnes relationes facientis differre sunt rationis.

Occurritur 3.

Quod attinet ad secundũ, in confesso est apud omnes, in primo membro esse omnes formas accidẽtarias, quæ re ipsa separari possunt; in tertio verò omnes differentias constituentes aliquod genus, speciem, vel Individuum; nam huic etiam concedit propriissimam differẽtiam Sanct. Thom. in primo, distinctione vigesima prima, quæstione prima, articulo secundo, cum ait: In humanis partem esse aliud à filio, quem effectum soli differentiæ essentiali Porphyrius ascribit. De ijs, quæ sunt in secundo membro, ambigitur. Dominicus Sotus sola accidẽtia inseparabilia, quæ primò competunt in diuiduis, in eo constituit; proprias verò passiones ad quartum prædicabile pertinentes excludit. Consentire videtur Boetius supra, quatenus docet, omnes differentias communes, & proprias individuis primò conuenire; colligitur ex Porphyrio, &, quia nunquam meminit in hoc membro alicuius propriæ passionis; & quia asseruit, quæ in illo sunt, magis, & minùs suscipere, quod in has passiones haud quadrat; tum etiam, quia docuit, conuenire per accidens, cum Aristoteles 1. Poster. capit. quarto dicat, proprietates competere per se secundo modo; tum denique, quoniam in tertio membro collocauit aptum ad capessendas disciplinas, quod proprium est.

D. Tho. Sotus. Boetius.

Verissimum tamen est, omnes passiones ad quartum vniuersale spectantes in secundo membro contineri, cum sint accidentia inseparabilia, quod Porphyrius postulauit, alioqui mutila erit diuisio, cum hæc

diffe-

differentias non cõprehendat. Quod enim aliqui respondent, eas reuocari ad tertium, pugnat cum Porphyrio, qui omnes differentias tertij generis vocat essentiales; pugnat cum veritate, cum nulla earum definitionum, quæ proprijssimis differentijs ascribuntur, in eas quadrent: imò addendũ putamus, vix distingui posse essentialiter relationem differentiæ propriæ à communi, nisi ratione passionum logicè inseparabilium; nam inseparabile per communem naturæ cursum non euertit rationem cõtingentiæ simpliciter, vt sequenti capite ferè demonstrabimus: ergò non præbet sufficiens fundamentum relationis specificè diuersæ. Coniecturæ ex Porphyrio leuissimæ sunt; causa enim, cur non meminerit alicuius passionis, est, quia vulgares differentias, & omnibus obuias recensere voluit, vnde & capax disciplinæ posuit loco differentiæ essentialis, quia est manifestius distinctionis signum, vt graues interpretes aduertunt. Iam verò, cum dixit, proprias differentias suscipere magis, & minus, non asseruit: hoc omnibus conuenire, sed illi generi non repugnare, vt in commentario diximus: per accidens autem competere subiectis, appellat, in essentia non includi: sed Aristoteles latius loquutus est; vocat enim prædicatum per se, quod contingens non est.

Nihil hactenùs de relationibus differentiæ dictum est; cum plerique opinentur; diuisum esse relationem differentiæ, & membra diuidentia relationes differentiæ communis, propriæ & maximè propriæ: immeritò quidem, si ad mentem Porphyrij attendamus; at si hoc etiam modo diuidere libeat, dicendum videtur, diuisionem esse analogam, cum multæ ex illis relationibus sint reales, multæ rationis defectu fundamẽtorum, & plures species, aut non distinguantur inter se realiter, aut simul non existant ad fundandam realem relationem; quando autem relatio sit realis, vel rationis, non est huius loci disputare. Illud certum statuimus, relationem differentiæ realem esse genus ad relationes differentiæ communis, propriæ, & maximæ propriæ, si reales sint, & relationem rationis ad easdem: si fuerint rationis, cum nulla ratio analogiæ in his magis, quam in relationibus facientis differre se offerat: nisi obstet earum inter se identitas, de qua in solutione argumentorum dicendum est.

Ad primum respondet Scotus, & alij, prædictam diuisionem reducendam esse ad bimembrem, hoc modo: differentiarum quædam sunt maximè propriæ, quædam non, ex quibus rursus aliæ sunt propriæ, aliæ communes; quæ sola oppositio requiritur in membris diuidentibus, videlicet, vt ex vna parte vnum exprimatur; reliqua negatione illius comprehendantur; alioqui, si nullum genus pluribus differentijs, quam duabus immediatè contrahi patiatur: quo pacto Aristoteles diuisisset qualitatem in quatuor species, & omnes Philosophi vniuersale in quinque? Ad secundum respondet idem Scotus, membra esse accipienda cum præcisione, hoc est, sumendum esse quoduis membrum, secundum id, quod formaliter præstat, quo pacto constat, vnum non includere reliqua: nulla enim res eadem forma præcisè sumpta differt maximè propriè, propriè, & communiter: licet, vbi est differentia maximè propria, ceteræ quoque existant. Respõdetur 1. arg. Respon. 2.

Ad tertium, qui diuidunt materialem differentiam, respondent, eandem sortiri tres illas denominationes, non respectu eiusdem, sed respectu diuersorum, vt in eodem exemplo videre licet: nam disgregatiuum visus respectu albedinis solum est differentia maximè propria, respectu cygni tantùm propria; respectu hominis est communis duntaxat; dubium tamen est, an in eo casu relationes differentiæ sint distinctæ, atque adeo cum diuisio sumitur formaliter, semper fiat in membra, Respon. 3. An relationes differentiæ maximè propriæ, communis, & propriæ distinguant.

bra, quæ non ſolum reſpectu diuerſorum, ſed in ſe diſtinguantur.

Proponitur ſententia negatiua.

Quorundam ſententia eſt negatiua; quæ ita ſuadetur. Eadem omninò forma differt ſubiectum album a nigro, qua albedo à nigredine; ergo eadem relatione referuntur: conſequentia eſt bona, quia relationes per fundamenta diſtinguuntur. Antecedens probatur. Forma, qua differt albedo à nigredine, eſt propria illius differentia, quam adiit colori; nam in colore cum nigredine conſentit, ſed ſubiectum album eadem differẽtia diſſidet à nigro, quandoquidem in colore ab eo non diſſentit, igitur eadem forma differũt, & conſequenter per eandem relationem referuntur, quæ cum albedine comparata erit maximè propria, cũ ſubiecto propria; vel communis, prout albedo illi conuenerit.

Præfertur oppoſita ſententia.

Licèt hæc opinio admodum probabilis ſit, oppoſita nobis præferenda videtur. Primò, quia plures eam indicãt Interpretes, cum diuiſionem ſic exponant, vt doceant, omnes tres denominationes, cõmunis, propriæ, & maximè propriæ differentiæ reſpectu diuerſorum incidere in eandem differentiam materialiter, non formaliter ſumptam. Secundò, quia ad explicationem aliarum difficultatum, præſertim in prædicamentis, aptior eſt hæc ſententia, quæ relationes inter ſe diſtinguit. Tertiò, quia relationes non diſcriminantur per fundamenta remota abſolutè ſumpta, ſed prout ſtant ſub proximis: at fundamenta proxima harum relationum ſunt inter ſe diſtincta, ſiquidem relatio differentiæ maximè propriæ fundatur in diuiſione eſſentiali, quã differentia albedinis in ipſa tantum albedine efficit, relatio differentiæ propriæ, & communis in diuiſione accidentali ſeparabili, vel inſeparabili, quam ſolam eadem albedinis differentia in ſubiecto cauſat; ergò relationes inter ſe diſtinguuntur. Simili de cauſa dici à pleriſque ſolet, in Socrate eſſe tres relationes producẽ, reſpectu parẽtis, Solis, & Dei, quamuis actio ſit eadem, quia diuerſo modo impenditur. Item relatio differentiæ maximè propriæ, præter diuiſionem eſſentialem, poſtulat ex parte fundamenti conuenientiam in genere, quam relatio conuenientiæ propriæ, & communis non poſtulat. Nec eſt, quod ab aliquo obijciatur, ſubiectũ album, & nigrum non conferri ſecũdum proprias naturas, quarum reſpectu albedo, & nigredo accidentales diuiſiones inducunt, ſed quatenus alba, & nigra ſunt, quomodò non aliter diuiduntur, quam ipſæ qualitates; nam ſi eo modo conferantur, maximè propriæ differunt. Confirmatio primæ ſententiæ ex tertio fundamento noſtræ ſoluta manet: nam differentia eſſentialis albedinis eſt fundamentum remotum, ex quo relationum diſtinctio adæquatè non ſumitur.

QVAESTIO II.

VTRVM DIFFERENTIA maximè propria rectè definiatur, ac diuidatur?

ARTICVLVS I.

EXPLICATVR, AC DEFENDITVR differentiæ definitio.

QVamuis Porphyrius pluribus definitionibus differentiam maximè propriam explicarit, vnam tantùm examinandam aſſumimus, qua dixit, differentiam eſſe id, quod prædicatur in quæſtione, quale eſt, eſſentialiter de pluribus ſpecie differentibus, & quia hæc eſt huius loci propria, & quia ceteræ, quæ aliquam expoſitionem deſiderabant, in commentario acceperunt.

1. arg. contra definitionẽ differentiæ.

Hanc igitur non fuiſſe rectè aſſignatam, probatur primò: Illud prædicatur in quale, quod ei adiacet, de quo prædicatur; ſed differentia non adiacet ſpeciei, nec illius indiuiduis, ſed

sed generi; ergo non prædicatur in quale, nisi de genere, cuius respectu vniuersalis esse non potest. Probatur Minor; quia differentia constituit speciem, & indiuidua; id autẽ, quod alicui adiacet per modum formæ, supponit illud in suo esse constitutum. Confirmatur, quia Aristoteles 7. Topic. capite 3. docet, differentiam in quid prædicari.

2. arg. Secundò: non modò species subalternæ per differentias constituuntur; sed etiam infimæ; ergò, sicut differentiæ genericæ prædicantur de differentibus specie; ita specificæ de ijs, quæ numero differunt; ergò Porphyrij definitio est diminuta.

In qua acceptione differentia definiatur

Definitur hoc loco differentia in tertia acceptione à nobis posita, qua sumitur, vt tertium prædicabile est, & de formali continet aptitudinem, vel relationem ad plura, in quibus esse potest. Vtverò tota definitio perspicua fit, explicanda sunt illa duo, quę in argumentis proponuntur; cetera namque definitionis partes ex superioribus liquent.

Quid dicatur prædicari i quale.

Quod ergò ad primum attinet, illud dicitur prædicari in quale, quod alicui adiacet tanquam forma. & significatur nomine connotatiuo significante primò formam, & innuente subiectum. Potest verò differentia referri ad Genus, quod diuidit, & ad speciem, quam constituit, ac demum ad indiuidua, de quibus prædicatur: & quidem respectu generis se habet differentia, vt forma, quæ de illius potentia, non re, sed ratione quasi educta, primò ipsum perficit additione suæ entitatis; deinde illud diuidit, non quidem secundum essentiam; nam tota essentia generis est in qualibet specie; sed quò ad potentialitatem; quatenus hæc differentia specifica adiuncta generi efficit, vt illa natura, quæ de se habebat capacitatem ad essendum in varijs speciebus, prout illi differentiæ coniuncta est nequeat plus, quam in vna specie consistere: prout verò coniuncta alij differentiæ, in alia. Denique prædicatur differentia de Genere prædicatione naturali, & in quale, vt forma de subiecto; sed quia non prædicatur vniuersaliter, respectu illius, ad nullum prædicabile pertinet. Comparatione quoque speciei plura munera exercet differentia; nam illam constituit, ab alijs distinguit, ac de illa prædicatur: & de primis duobus nihil dicendum occurrit; circa tertium dicimus, vt differentia censeatur forma speciei, & de illa in quæstione, quale est, affirmetur, satis esse, quod generi adiaceat; nam pars eodem modo est in toto, quo illum componit; sed differentia componit speciem adiacendo generi, tanquam forma subiecto; ergo per modum formæ est in specie. Exemplum huius est in compositione physica, vbi; quia forma actuando materiam constituit ens naturale, respectu ipsius entis naturalis est actus, & forma, sed non est differentia vniuersalis, cum prædicatur de specie, quia vtraque æquè latè patet. Hoc ergò habet, cum dicitur de Indiuiduis, quibus latiùs patet, & eodem modo conuenit, atque speciei, licèt non æquè immediatè. Posuimus indiuidua, vt res pateret in differentia specifica; alioqui eadem ratio est de generica ad species comparata.

Hinc patet solutio primi argumenti. Ad confirmationem respondemus; Aristotelem asserere, differentiam prædicari in quid, cum ponitur in definitione; at hoc etiam conuenit accidentibus, cum in descriptione sumuntur; genus enim in definitione positum efficit, vt omnia illius more prædicentur.

Solutio 1. arg. & cõfirmationis.

Quod ad secundum spectat, nonnulli Philosophi apud Albertum Magnum existimant, genera constitui per differentias simplices, quæ veræ differentiæ sint, vt animatum, sensitiuum, &c. Species verò infimas non habere simplices differentias, quibus cõstituantur, sed differre per complicationes communium, v.c. hominẽ distingui à ceteris animalibus,

Solutio 2. arg.

quia est rationalis, mortalis, & similiter sese rem habere in alijs infimis speciebus: quam opinionem credunt, se desumere ex Porphyrio hoc loco; tum ex definitione, qua, cum describere vellet omnes differentias prædicabiles, solas genericas complexus est; tum ab exemplis; nunquam enim attulit exemplum simplicis differentiæ specificæ. Fauet Aristoteles multis in locis: 2. Poste capit. 24. ait, in definitione speciei infimæ adhibendas esse plures differentias, quarum quælibet latiùs pateat, quam species: & quod omnes simul iunctæ cum ea recurrant; quod repetit 7. Met. text. 43. Top. capit. 3. iubet, differentiam reuocari ad genus, eò quod generalis sit, lib. 6. capit. 3. asserit, differentiam de pluribus, quam speciem prædicari, quod docuerat lib. 4. capit. sexto. Attribui solet hæc sententia Auerroi, quam satis significat 7. Metaph. illo textu 43. Themistio, Philopono, & Alexandro: sed nihil amplius significat, quam loca Aristotelis à nobis adducta, quæ interpretantur.

Auerr. Themist. Philop. Alex.

Simpliciter differẽtię infimis speciebus tribuũtur. D. Thom. Scotus. Caiet.

Opposita tamen sententia, quæ simplices differentias attribuit infimis speciebus, est communissima, vt docet Albertus, tract. 5. capit. sexto, vbi multos refert: eam exprimit D. Thomas, & Scotus in 2. Poster. ille lect. 13. hic quæstion. 52. Caietanus hoc loco, & omnes recentiores, quorum auctoritati, quę nobis hoc loco, disputandæ huius quæstionis minimè idoneo, satis esse debuerat, has addimus rationes. Prima. Quælibet species infima habet certam essentiam, qua à ceteris speciebus sub eodem genere contentis, & ab alijs entibus separatur: sed hæc essentia prouenire non potest, nisi ab aliqua differentia simplici specifica: ergo habet propriam differentiam. Probatur minor differentiæ genericæ: non efficiunt aliam essentiam à genere distinctam. Respondent: vnam quidem differentiam genericam non efficere nouam essentiam, at duas simul constituere quandam naturam diuersam ab ea, quam vnaquæque per se causabat: sed non vident, hanc responsionem mille patere calumnijs; rogabimus enim, an genera constituta per illas differentias sint disparata, an subalterna; si dent primum, explicent necesse est vtra illarum deserto suo genere transferatur ad aliud (id enim omninò admittere oportet, ne species sub vtroque genere disparato constituatur): & cum explicare nequiuerint, cur potius hæc, quam illa ad alienum migret domicilium: facebuntur differentiam, quæ ad componendam speciem vni generi aduenit, ad aliud minimè pertinere. Si dent, genera esse subalterna, maior incumbit labor explicandi, quid amplius habeat species, quam vltimum genus; siquidem in illo sunt illæ duæ differentiæ, è quibus fingunt speciem pullulare. Secunda; natura generica in specie est contracta; sed differentiæ genericæ etiam coniunctę non contrahunt naturam ad speciem; ergo datur specifica differentia. Tertia, vt se habet genus inferiùs, respectu superioris: ita species infima, cõparatione subalternæ, ergò, si genus inferius propriam habet differentiam, cur eam negent, speciei? nec latuit hoc Aristotelem, cum 7. lib. Metaph. tex. 43. perspicuè doceat, vltimam differentiam constituere vltimam speciem. Locis verò allegatis partim nomine differentię intelligit accidentia quędam, quibus in describendo vtimur, vt 2. Post. partim loquitur de solis differentijs genericis, eadem fortasse de causa, qua Porphyrius; quem non dubitamus in nostra fuisse sententia, vt facilè colligi potest ex c. 2. de specie, & vltimo de communitatibus.

1. ratio.

2. ratio.

3. ratio.

Explicantur Arist. loca allegata ꝓ cõtraria sententia.

Qua sententia, vtcunque supposita, videtur angustam definitionem assignasse, vtpotè, quæ differentias specificas non comprehendat, Caietanus tamen defendit, omnes differentias complexum fuisse Porphyrium: sed definitionem sic esse intelligendam: quasi dictum sit, differentia est, cui non repugnat prædicari de specie differentibus: quod

Caiet.

quòd verum est etiam de specificis: si enim illis „quatenus differentiæ sunt, repugnaret de specie differẽtibus prædicari, nec genericis id conueniret: nihil verò mirum esse, si nõ explicuit determinatè proprium modum prædicandi differentiæ, cum eã non definiat, vt prædicabilis est, sed vt differentia genus diuidens & constituens speciem. Verum in vtroque grauiter peccat Caietanus, & vt ab vltimo incipiamus: si Porphyrius hoc loco differentiam non definit, vt est tertium, prædicabile, nullibi sanè hoc præstat, cum tamen huius tractationis scopus sit de his agere, vt prædicabilia sũt. Deinde, siue hac, siue alia consideratione differentia spectetur: quis credat, eam definiri per id, quod sibi non repugnat, non autem per id, quod sibi vendicat? alioqui si ille definiendi modus admittatur, licet affirmare, definitiones hominis, & bestiæ conuenire animali; quatenus animal est; siquidem ei, qua tale est, non repugnat, bestiam, & hominem esse; vnde rursus sequitur, bestiæ definitionem homini cõuenire: siquidem definitio generis Logicorum sanctione cadit in speciem; ergo, si bestiæ definitio animali competit, homini tribuetur.

Minus violenta erat eorum respõsio, quam Auicenna appellat extortam; qui dicebant, non asseruisse Porphyrium, omnem differentiam prædicari de multis, quæ inter se differant specie, sed quæ differant specie, vel inter se, vel ab alijs; quod verissimum est: Omnia enim, quæ constant differentia generica, vel specifica, distinguuntur specie ab aliquo. Meritò tamen reijcitur hæc responsio, quia illa verba [differentibus specie] aliter intelliguntur in definitione generis: cum tamen Porphyrius in calce afferat, genus, & differentiã in prædicando de specie differentibus conuenire: adde, eo pacto speciem prædicari de specie differentibus; nam individua ab aliquo differunt. Quare dicendum est, cum communi sententia, definitas fuisse à Porphyrio solas differentias generericas, aut quia earum tantum definitionem inuenit apud veteres, ex quibus profitetur, se has descriptiones accipere, vel quia in scholis Philosophorum, quibus hoc opus dicabat, generalium differẽtiarum vsus, aut frequentior, aut solus erat, erit verò exacta differentiæ definitio, si detracta illa particula, de qua contendimus, ita conficiatur; Differentia est id, quod prædicatur de pluribus in quæstione quale est necessariò, & essentialiter.

Exacta differẽtiæ definitio.

ARTICVLVS II.

NVM DIFFERENTIA diuidenda sit, in Physicam, & Metaphysicam.

DIuisit Porphyrius differentiam maximè propriam in diuisiuam generis, & constitutiuam speciei; sed quoniam hæc diuisio non pertinet ad differentiam, vt tertium prædicabile est; & si quid habet difficultatis, in commentario, & in præcedenti articulo expeditum est; examinandam suscipimus propositam diuisionem, quæ à Recentioribus præsertim celebratur; appellant differentias Metaphysicas eas, de quibus hactenus dictum est quod genus contrahant, speciem constituãt, inter se verò, nec genera habeant, nec species Physicas vocant materiam, & formam, comparatione entis naturalis. Ratio dubitandi ex altera parte est, quoniam differentia constituens tertium prædicabile accidit alicui generi per modum formæ, illudq. determinat; sed nec materia, nec forma physica adduntur alicui generi, quod contrahant, ergo non possunt esse differentiæ. Minor patet; nam forma actuat quidem materiam primam; at genus nullum informat, aut contrahit, quod manifestius est in materia cui, vt esse formam, ita illius officio fungi prorsus repugnat. In qua illud efficit specialem difficultatem, quod non possit directe, & vt forma prædicari. Ex alia verò parte est,

Quæ dicãtur differẽtiæ Physicæ quę Metaphysicę.

Digitized by Google

materiam,& formã nominibus concretis ſignificatas prædicari eſſentialiter,& in quale,& vti prędicata cõmunia,& vniuoca: eſſentialiter quidem,eò,quod ſint illius partes componẽtes; in quale verò,quoniam ad interrogationẽ,qualis ſit homo, v.c. rectè reſpondemus, eſſe formatum, aut materiã;quo indicio vſus eſt Porphyrius ad colligendam prędicationem differentiæ.Eſſe denique prędicata communia vniuoca,patet,cũ ſupra oſtenderimus,materiam eſſe genus ad varias materiæ ſpecies,& formam ad multas ſpecies formatũ; at, quoties abſtractum eſt vnius eſſentiæ, concretum quoque ſimplex eſt, niſi aliquid extraneum admiſceatur.

1. opinio negãs vniuerſalis rationẽ materiato & formato.

Propter hæc argumenta in tres opiniones abiere Recentiores; Primi negant, materiatum, & formatũ habere vllius vniuerſalis rationẽ comparatione cõpoſiti naturalis,ſed eſſe prędicata analoga,eò,quod prędicẽtur prædicatione eſſentiali, quæ non pertineat ad tertium prædicabile, vt oſtenſum eſſe putant. Verum abſque fundamento negant, prædicata in ſe vniuoca,& accommodatè ſignificata vendicare ſibi vniuerſalis rationem.

2. opinio.

Quamobrem alij dicunt, hęc prædicata eſſe genera, & ſpecies phyſicas, quoniam prædicantur eſſentialiter, vt viſum eſt, & non in quale,cũ habeant modũ ſubſtantiæ,ergo in quid phyſicè tantùm. Quod veriſimilius apparet in materia, cui Porphyrius ſæpè contulit genus metaphyſicum; de forma.n.vix hocexplicatur;& magis fortaſsè ad rem dixiſſent, eâ eſſe differentiam phyſicã; quoniam ita ſe habet ad genus phyſicũ, vt metaphyſica differentia ad genus metaphyſicum: ſed hæc quoque ſententia,quatenùs aut vtramque,aut alteram partem phyſicam genus conſtituit, nobis abundè confutata videtur, ea ſola ratione,quod hęc prædicata incõcinnè reddãtur ad interrogationem, quid res ſit; ſi enim rogeris, quid ſit homo.reſpis reſpondendo,materiatus,aut formatus.

3. opin.vera affruit.

Maneat ergò tertia ſententia omninò vera,materiatum,& formatum reſpectu cõpoſiti naturalis pertinere ad tertiũ prędicabile, quãuis multa, quæ de differẽtijs à Porphyrio dicta ſunt,in eas minimè quadrẽt;primam huius ſententiæ partem credimus,latiſſe confirmatam illa ratione ſecundo loco poſita.Neminẽ verò turbari oportere; ſi, quæ Porphyrius in differentia exigit, in his differentijs omnia nõ ſint;inde colligimus, quia ipſe anguſtè differentias pertractauit, cũ ex Metaphyſicis infimas prætermiſerit. Diximus (etſi omnia non conueniant) quoniam pleraque in eis reperiuntur. In primis per materiam, & formam contrahitur aliquod genus,& conſtituitur ſpecies; nam corporeum contrahens ſubſtantiam in communi ad corpus, ex materia,& forma componitur; quare ipſa materia & forma cenſeri poſſunt differentiæ contrahentes remotè ſubſtantiam, & conſtituentes corpus, ambæ ſimul adæquatè: ſingulæ verò per ſe inadæquatè, in quo deficiunt à differentia metaphyſica;quæ proximè, & adæquatè genus ad vnam ſpeciem determinat, eam quæ componit: Deinde corpus per materiam,& formam excedit ſubſtãtiam: diſtinguitur ab ſpiritu, licet eadem ſemper limitatio adhibenda ſit.Hinc patet reſponſio ad rationem dubitandi pro parte negatiua; negamus enim,materiam, & formam non addi alicui generi, quod contrahant ad ſpeciem.Negamus,non prædicari directè, quia, cum ſint partes eſſentiales,pertinent ad genus cauſæ formalis,& alioqui prædicantur per vocabula connotatiua, quæ ex genere ſuo dicunt formalia ſignificata ad modum formæ. Quod dictum eſt de partibus phyſicis, materiato, & formato,intelligẽdum volumus de partibus, quas velut phyſicas appellamus; vt punctato,reſpectu lineæ, lineato,comparatione ſuperficiei,&c. Nec immoramur in oſtendendo, determinatam materiam pertinere ad eſſentiam huius compoſiti, & certa, ac definita puncta ad hanc lineam, quoniam hęc non pertinent ad hunc locum.

Reſpõſio adrationẽ contrariã.

EXPLA-

EXPLANATIO CAPITIS QVARTI

DE PROPRIO.

SVMMA TOTIVS CAPITIS.

Proponũtur quatuor proprij sign.

PRoponit quatuor proprij significationes, explicat singulas, & præfert omnibus vltimam. Proprium primo modo dicitur id, quod conuenit alicui speciei; sed non omni, vt, homini conuenit, Geometram esse. Secũdo modo id, quod omni quidem ineſt, sed non soli; veluti, homini bipedem esse. Tertio, quod omni, solique debetur, sed non semper, quo pacto homini conuenit canescere. Quarto denique, quod omni, soli, semperque conuenit, vt, homini risibilem esse; atque hoc inquit esse verè proprium: eò quod recurrit cum specie.

Propo. 1. mod.

Propo. 2. mod.

Propo. 3. mod.

Propo. 4. mod.

CAPVT IIII.

COMMENTARIVS.

§.a *PRoprium autem quatuor dicitur modis. Nam proprium est id, quod soli cuipiam accidit speciei, etsi nõ omni; vt, homini accidit.* §.b *mederi, aut metiri.* §.c *Et id item, quod vniuersa accidit speciei, etsi non soli. vt hominem bipedem esse. Et etiam id, quod soli accidit, & omni, & quandoque: vt omni homini in senectute canescere. Quartum autem est id, in quod omnia conue-*

a *Proprium autem.*] Postquam Porphyrius explicuit tres vniuersalium species, quæ rei essentiam ingrediuntur; accedit nunc ad duas vltimas, quæ in rei natura minimè continentur; differit autem prius de proprio, quàm de accidente; quoniã illud maiorem habet cum essentia connexionem; vtpotè, quod necessariò prædicatur. Cum ergò docet, proprium competere speciei, intelligit infimam; certum enim videtur ex contextu, in omnibus proprij acceptionibus speciei vocabulum eodem modo vlurpari, vt verborum contextus ostẽdit: sed in quarta accipitur pro sola specie infima, vt ex capite primo de genere, & vltimo de communitatibus compertum est. Tunc autem omni, hoc est, toti alicui speciei aliquid accidere intelligitur, cum omnibus illius individuis inhæresci t, tunc non accidere toti speciei, cum in aliquo individuo desideratur.

Proprium speciei infimæ conuenit.

b *Mederi, & metiri.*] Non intelligit solas medendi actiones, sed ipsam etiam artem iam comparatam; quod idcirco addimus, ne aliquis intelligere velit naturales propensiones ad eiusmodi artes, quę cum omnibus insint, ad proprium quarti generis reuocantur, vt docuit idem Porphyrius cap. superiori, de aptitudine ad nauigandum; & Aristoteles lib. 1. Topic. cap. 4. de capacitate ad Grammaticam perdiscendam. Nisi verò loquaris de peculiaribus quibusdam propensionibus, quæ aut certam complexionem, aut determinatum hominum genus consequuntur: has enim cum proprijs primi generis appositè numerabis.

c *Et id item, quod vniuersa.*] Numerat secundam, & tertiam proprij acceptionem, in quibus illud est obseruandum, vt hæc propria toti speciei conueniant, auferenda esse impedimenta, alioqui, nec omnes homines bipedes sunt, nec omnes canescunt, quoniam prioribus aut materiæ abundantia, siue defectus, aut alterius causæ inefficacia; posterioribus mors præmatura obsti-

Vt propria totispeciei cõueniãt, auferenda sunt impedimenta.

Digitized by Google

Proprium secundum naturam.

obstiterunt. Quocirca Aristoteles 5. lib. Topic. cap. 3. proprium secundo modo appellauit proprium secundum naturam, hoc est, quod naturæ rectè se habenti semper contingit; quò ad exemplum proprij tertij generis non repugnat Porphyrio Aristoteles 5. de gener. animalium, cap. 5. vbi ait, inter cetera animalia equum maximè canescere: id enim non absolutè, sed quodam modo asserit; initio enim eiusdem libri docet, solum hominem manifestè, & toto capite canescere, quod etiam docuerat in problematis sect. 10. q. 64.

Sola propria 4. modo sunt verè propria

d *Hæc verè propria.*] Docet, sola propria quarti generis esse verè propria, quia reciprocantur cum rebus, quarum sunt propria; cum enim proprium his omnibus acceptionibus sumatur, vt opponitur communi, eò aliquid melius hoc nomen merebitur, quò magis addictum alicui fuerit; id verò habet proprium, quod cum specie reciprocatur; quoniam secundum omnem considerationem illi coniunctum est. Volunt aliqui Interpretes, indicasse Porphyrium ijsdem verbis proprium, quatenùs ad quartum spectat vniuersale; idem quippè valere autumant, reciprocari cum specie, atque de illa prædicari; cũ igitur asseruerit, proprium quarto modo reciprocari cum specie, prædicabile esse indicauit. Verùm, si hęc interpretatio vim habet probat etiam speciem hoc loco definitam fuisse, vt prædicabile; cum de illa etiam dictum sit, quod cum proprio conuertatur. Prętereà ex illis verbis oppositam consequentiã elicere oportebat; quę enim reciprocantur, æquè latè patent, ergo neutrũ alterius vniuersale esse potest; verisimile tamen est, supposuisse Porphyrium, vt rem Chrysaorio notam, & in eius æui scholis peruulgatam proprij, vt vniuersalis est, descriptionem; quam nos in quæstione simul cum diuisione, in genericam, & specificam, quam etiam omisit, exponemus.

conuenerunt, vt soli, & omni, semperque accidat, quale est visibile respectu hominis. Nam homo, etsi non semper videt, visibilis tamen dicitur: non ex eo, quòd semper rideat, sed quia aptus est ad ridendum. Hoc autem ipsi semper est insitum: quemadmodum & equo ipsum hinnibile. §. d. *Hæc verè propria, inquiunt, esse, quoniam his ipsis sit & conuersio. Si est enim homo, est risibile: & si est risibile, est etiam homo.*

CAP.

QVÆSTIO I.

VTRVM PROPRII DIVISIONES, ac definitiones probandæ sint.

ARTICVLVS I.

EXAMINATVR DIVISIO a Porphyrio constituta.

Proprium bifariam dicitur.

PRoprium bifariam nominatur, vno modo ex vi vocabuli, altero ex vsu Philosophorum. Ex vi nominis significat proprium id, quod est alicui peculiare, & quasi appropriatum, vnde formaliter refert relationem cõuenientiæ alicui, cum negatione conuenientiæ, respectu alterius, quam expressit Aristoteles 1. Topicor. cap. 4. cum ita ait: Nemo proprium alicui dicit, quod alij conuenire potest; denotat verò rem, quæ proprium nominatur, vt risibile, & hinnibile. Ex accommodatione Philosophorum sumitur proprium pro quarto prædicabili, & de formali significat relationem, vel aptitudinem essendi in multis accidentaliter, & necessariò. De hac vsurpatione postea dicemus; nunc quadrimembrem Porphyrij diuisionem in primo

Digitized by Google

mo sensu traditam discutiamus; eam igitur idoneam non esse, ostenditur primò. Aristoteles lib. 1. Topic. cap. 4. tria tantũ membra assignauit; proprium per se, proprium semper, & proprium aliquando; ergò plura cõstituenda non sunt.

Obiect. 1. cõtra quadrimẽbrẽ proprij diuisionem.

Secundò: sub proprio primo modo constitui possunt duo membra: alterum conuenit semper, vt, bipedem esse, respectu animalis, aliud, quod non ita se habet, vt Grammaticum, respectu hominis.

2. obiect.

Tertiò, proprium secundo modo non continetur, sub diuiso; diximus enim, proprium in communi non solum dicere relationem conuenientiæ; sed etiam negationem communitatis cum alijs; sed proprium secundo modo conuenit alijs speciebus; ergò non est sub diuiso; atque adeò nec proprium.

3. obiect.

Quartò. Aduersus proprium tertio modo sumptum, cum dicitur, hoc proprium non conuenire semper, vel negatur conuenientia: vel existentia. Primum est falsum; quoniam homini perpetuo conuenit canescere: si detur secundum, nullũ erit proprium quarto modo; nam hæc etiam non existunt perpetuò in subiectis: risibile enim non existit, nisi cum homo ipse existens est, & ab existente separari poterit a Deo; calor autem, & ceteræ elementorum qualitates per causas naturales separantur ab ipsis elementis, quorum sunt proprietates.

4. obiect.

Quintò: vt Visus, auditus, & ceteræ potentiæ sentiendi sunt proprietates, vt facilè quiuis admittet, at in nullo sunt membro; maximè enim continerentur in quarto, cum omni, soli, ac semper animali competere videantur: sed hoc esse falsum, duplici constat ratione; prima: quia multa sunt animalia, quæ aliquo ex prædictis sensibus carent; secunda: quia non semper conueniunt ijs, in quib. insunt; amittuntur enim persæpe videndi, audiendique potentiæ, vt multorum questus attestantur.

5. obiect.

Approbanda nihilominus est Porphyrij diuisio, quam alia forma, sed eodem sensu tradidit Aristoteles, lib. 5. Topicor. cap. 1. ait enim, primum proprium esse per se, secũdum semper, tertium ad aliud, quartum aliquando. Per se proprium vocat, quod Porphyrius quarto modo, proprium semper, quod ille primo modo, vt Grammaticum esse, ad aliud, quod Porphyrius secundo modo, quia, vt inquit. 1. Topicorum, habere duos pedes non est proprium hominis absolutè loquendo, cum id multis conueniat animantibus; at si homo conferatur cum quadrupedibus, quodam modo proprium illius est duos pedes habere. Propriũ aliquando vocat Aristoteles, quando semper conuenit, & Porphyrius dixit tertio modo; nec aliud sentit Aristoteles 1. Topicor. ca. 4. cum tria tantùm membra numerauit, quoniã sub proprio aliquando complexus est, & quod conuenit in parte tẽporis, & in parte speciei: hoc est, proprium primo modo, & facilè idẽ numerus colligi potest perspectis conditionibus, quas vterque, sed expressiùs Porphyrius proprio assignat, sũt enim numero tres, omni, soli, ac semper: id ergò, cui omnes insunt perfectè, proprium est, cui aliqua deest, imperfectum; potest verò ex tribus quælibet deesse; ergò efficietur ternarius numerus imperfectè proprio rum. Hinc non solum habemus adęquatam esse diuisionem, sed etiam analogicam existere, cum solum proprium quarto modo participet omnes proprij conditiones, vnde alter verè proprium, alter proprium per se appellat: sed nec inter imperfecta propria est perfecta similitudo, plus enim de illius ratione communicat proprium tertio modo, quàm secundo, & primo, & hoc plusquam proprium secundo modo: eo quod cetera absolutè propria dici possunt: hoc verò non nisi respectu aliquorum, vt fecit Aristoteles. Vnde hanc proprij partitionem hoc modo instruere possemus: proprium aut est simpliciter, siue sine adiectione, aut secũdum quid: illud est, cui absolutè sumpto cõuenit formale significatũ pro-

Approbat proprij diuisio tradita à Porphyrio.

Solu. 1. obiectionis. Aristot. in proprij diuisione cũ Porphyrio consentit.

Diuisio proprij analogica est.

Digitized by Google

proprij ex relatione, ac negatione cõflatum, quod diuiditur in id, quod conuenit omni, soli, & semper, & quod conuenit omni, soli, licet non semper; ac demum in illud, quod conuenit soli, & non omni, siue conueniat semper, vt animali, bipedem esse, non, vt homini esse Grammaticum, hæc enim varietas non cõstituit diuersum membrum. Proprium secundum quid, vt sæpe diximus, est, cui totum formale significatum proprij non competit absolutè, sed respectu alicuius, in quo tale proprium non inuenitur.

His positis, nihil est, quod primo argumento respondeamus, cum ostẽsum sit Aristotelem cum Porphyrio consentire.

Solutio 2. obiectionis. Secundò, negandum est, illam distinctionem efficere diuersum proprium: quod si opponas: quando aliquod prædicatum conuenit omni, & soli, distinguitur in duo membra ex eo, quod conueniat semper, aut non conueniat: ergo idem discrimen sufficiet, quando prædicatum inest soli, & non omni. Respondetur, non omninò incongruè ita dici posse: verum adhuc in vno, quam in altero, maiorem esse rationem: nam in priori casu vtrumque prædicatum habet proportionem cum tota natura subiecti, cui attribuitur, cum omnibus sub ea contentis, solisq. debeatur, & meritò dicitur proprium, quamuis ob illud discrimen in diuersis gradibus constituatur: at in posteriori solum id habet proportionem cum tota natura subiecti, & consequenter proprium comparatione totius appellatur: quod inest soli, & non omni, neque semper cuius exempla attulit Porphyrius id enim, quod semper inest, habet determinatam habitudinem ad vnam generis speciem, cuius comparatione proprium secundo modo est; vt patet in eodem bipedis exemplo, & idcirco respectu totius generis, minus accommodate proprium dicitur, quod in causa est, vt illa distinctio a Philosophis minimè curetur.

Tertiò, iam respondimus, proprium secundo modo esse sub diuiso Solutio 3. obiectionis. latè sumpto, seu prout abstrahit à proprio simpliciter, & secundum quid.

Ad quartum dandum est primum membrum: ad impugnationem negandum est, homini conuenire semper id est, in quocunque tempore, canescere, quamuis enim semper aptus sit, vt canitiem habeat, non tamen, vt in omni tempore illam habeat; quo modo eadem particula intelligitur in proprijs quarti generis: quæ in quouis tempore ita subiecto conueniunt, vt ei tunc debeantur. Solutio 4. obiectionis.

Ad quintum respon. ex sensibus tactum & gustum esse proprietates quarti generis, respectu animalis, cũ ab illius essentia fluant, & omnia animalia consequantur, vt ex Aristotele traditum est in 3. de anima, cap. 1. quæstione 1. vbi etiam attingitur difficultas, quę in ceteris sensibus est maior, & huius loci minus propria; ea tamen prætermissa, supponimus cum Aristotele, eodem libro, cap. 12. & 4. de historia animalium, cap. 8. reliquos tres sensus, visum, auditum, & odoratum competere necessariò animali progressiuo, siue hoc sit genus sub animali contentum, siue cõpositum per accidens: ad hunc enim effectum non videtur omninò necessarium, constituere naturam vniuocam, cui primò debeantur hi tres sensus: quemadmodum nullam constituimus, cui primò insit respiratio; sed eam tribuimus animali pulmones habenti. Respondemus igitur, gustum, & tactum esse propria quarto modo, respectu animalis in communi, alias tres potentias, comparatione animalis progressiui (nisi quod imperfectum sit adeo, & lacessitum, vt verbis vtamur Arist. eo loco de historia animalium, vt aliqua desiderentur, tũc enim addere licebit, comparatione animalis progressiui perfecti.) Ad primam impugnationem patet, quo pacto sensus accõmodandi sunt, vt proprietates euadant. Ad secundã non est facilis respõsio propter varias Autorum sniias quas hic agitare operæ pretium non est; Solutio 5. obiectionis.

quidam

Digitized by Google

quidam enim negant, potentiam sensitiuam vnquam aboleri, sed propter organi indispositionem impediri, ne exeat in actum, quibus fauere videtur illud Aristotelis 3. de anima, D. Thom. quod Diuus Thomas ad hanc ipsam rem affert, quæstione de anima, articul. 19. ad 20. si senex accipiat oculum iuuenis, quemadmodum ille videbit; sed admittamus, quod ex eodem Diui Thomæ loco non obscurè colligitur, & alij opinantur, corrumpi sensum simul cum organo; negamus, non esse proprietatem, & de animali secundum conuenientiam affirmari non posse, & si quò ad existentiam negetur: quemadmodum enim formæ necessariæ verè prædicantur de natura non existente, quin illi coniunctæ sint, ita de existente, cui per accidens non coniunguntur, vt contingit his potentijs, si penitus elabuntur; pereunt enim non per se, sed ratione organi, in quo residebant.

ARTICVLVS II.

EXPENDITVR PROPRII quarti generis definitio.

Proprij germana definitio. Impugnatur 1. tradita definitio.

VErè proprium sic Porphyrius definiuit: est, quod omni, soli, ac semper accidit speciei: intelligit verò, nomine speciei, infimam, vt in commentario probatum est: vbi primò reprehendi potest definitio. Nam sensitiuum est proprium quarto modo, & tamen cum infima specie non recurrit; ergò vitiosa est definitio.

Impugnatur 2. Secundò, cum dicit, hoc proprium semper conuenire, vel intelligitur in omni tempore, quo subiectum existit, vel in quauis duratione, siue subiectum existat, siue non: atque adeò idem valeat semper, ac necessariò conuenire; sed neutrum dici potest; non primum, quoniam albedo, & nigredo perpetuò conueniunt Cygno, & Coruo, dum existunt, & tamen propria quarto modo non sunt: non secundum, quoniam comparans proprium Porphyrius quarto modo cum accidente inseparabili, in hoc paria facit, quod semper conueniant distinguit verò in eo, quod vnum soli, alterum non soli conueniat; sed accidens inseparabile non conuenit necessariò, ergo non æquipollent semper, & necessariò. Confirmatur esse figuratum est proprium corporis quantitate affecti: sed non dicitur de illo necessariò? ergo nõ oportet proprium quarto modo necessariò conuenire. Maior est certa, quia implicat, aut corpus quantum sine figura esse, aut figuram alibi, quam in quãtitate existere, cum sit terminus illius. Minor probatur; quoniam genus, cuius omnes species contingenter prædicantur, non potest necessariò prædicari: sed omnes species figuræ contingenter affirmãtur de corpore: siquidem multæ naturaliter, diuinitus omnes permutari possunt, ergo figura contingenter corpori attribuitur. Tertiò, quatuor elementorum qualitates sunt eorum propria, Impugnatur 3. vt vel communis loquendi vsus testatur, & tamen nec solis elementis, nec semper conueniunt; ergo reliquæ etiam definitionis partes minus rectè adhibentur. Probatur minor; quia calor nõ solum est in igne, sed etiam in mixtis: frigus verò plerumque ab aqua separatur, & negatur: cum enim ex regula Arist. vnum contrarium inferat negationem alterius, si aqua sit interdum calida, probè inferes negationem frigoris: fieri autem non potest, vt forma, & eius negatio, de eadem re simul affirmentur: ergò primæ qualitates nec solis, nec perpetuò competunt elementis.

Vt definitio explicetur, & hæc argumenta dissoluantur, aduertendum est primò, Porphyrium pressius accepisse proprium in hoc loco, quam Aristotelem in primo Topicorum; nam Aristoteles comprehendit simplicia, & complexa; vnde inter propria enumerat descriptionem, Porphyrius verò de simplicibus tantum agit, cùm in ordine ad vniuersalia, quæ omnia simplicia esse necesse est, de proprijs differat. Hinc reijciuntur à definitione multa cõtrariorum paria, siue disiuncta, quæ alioquin totam

Aduertenda nonnulla ad maiorem definitionis explicationem. Aduertendum 1.

defini-

Digitized by Google

definitionem vſurpabant, vt par, vel impar, reſpectu numeri, curuum, aut rectum, comparatione lineæ, & ſimilia. Aduertendum eſt ſecundo, Porphyrij definitionem ſolum accommodari proprijs ſpecificis, nõ quod exiſtimarit, nulla eſſe generica, ſed quoniam ſpecifica rem facilius explicant, & facilis inde aſſenſus in vniuerſaliora patebat. Tertiò denique aduertendum eſt, non conſtare inter Expoſitores, quo pacto in ea definitione accipiatur verbum (ſemper); quidam enim arbitrantur, idem valere atq; in omni tempore, quo ſubiectum exiſtit: alij æquipollere neceſſariò: priores vtuntur ea coniectura, quæ eſt in ſecundo argumẽto; poſteriores hac ratione: omne propriũ quarto modo pertinet ad quartum prædicabile, quod Porphyrius ſignificauit, cum dixit, hæc eſſe verè propria, hoc eſt, huius inſtituti, vt graues Philoſophi interpretantur: ſed quartum prædicabile non ſolum conuenit in omni tempore exiſtentiæ ſubiecti, ſed ſimpliciter neceſſariò, vt ſequenti articulo oſtendemus: ergò oẽ propriũ quarto modo neceſſariò ineſt ſubiecto. Atqui Porphyrius tacere non debuit præcipuam huius proprij differentiam: ergò par eſt credere, illo verbo fuiſſe explicatam. Nec alterius partis coniectura multũ habet momenti: quoniam Porphyrius cõferens differentiam cum proprio, ait, in eo conuenire, quod ſemper inſint. Nec tamen inde rectè colligitur, ſatis eſſe ad differẽtiam maxime propriam, quod in omni tẽpore exiſtentiæ conueniat: ergo, neque ex collatione proprij cum accidente illud de proprio rectè concluditur.

Aduertendum 2.

Aduertendum 3.

Quo pacto i proprij definitione accipiatur particula ſemper.

Hęc diſſenſio ita componenda eſt: verbum (ſemper) ex ſua inſtitutione, & primo Autoris inſtituto idem valere, atque in omni tempore exiſtentiæ, vt manifeſtè colligitur, tum ex hoc cap. tum ex illa cõparatione proprij, & accidentis in cap. 6. tum denique ex Ariſtotele 2. Topicor. c. 4. vbi nihil aliud ad proprium exigit, quã vt ſit accidẽs reciprocum cum ſubiecto. Vnde pater, ipſum Ariſtotelem, & Porphyrium in ea fuiſſe ſententia, vt exiſtimarint, omne accidens, quod omni, ſoli, & ſemper cõuenit, ex principijs eſſentiæ dimanare, & per conſequens neceſſariò conuenire.

Hinc colligitur reſponſio ad ſecũdum argumẽtum initio propoſitum: dandum enim eſt, verbum (ſemper) ex prima Autoris intentione idẽ valere, ac in omni tempore: conſequutiuè autem idẽ, quod neceſſariò: nec contra primam partem facit inſtãtia de albedine Cygni, & nigredine Corui, quia non conueniunt ſoli: nec cõtra ſecundam, comparatio proprij cũ accidente inſeparabili: conferuntur enim in primario ſignificato verbi (ſemper) non in ſecundario. Ad confirmationem, concedenda eſt maior, iuxta communiorem ſententiam, aſſerentem, implicare contradictionẽ, produci quantitatem indeterminatã, quæ ſola careret figura: quam præter alios indicat D. Thom. Quodl. 9. art. 1. defendit Capreol. in 2. d. 18. q. 1. ar. 3. ad 6. Ad min. Minor verò neganda eſt, ad cuius probationem negãdum eſt, non poſſe competere neceſſariò genus, cuius omnes ſpecies contingenter inſint, fieri enim poteſt, vt genus ſit omninò inſeparabile: ſuũ tamen effectum æquè bene præſtet per quamcunque ſpeciem, quemadmodũ contingit in forma ſubſtantiali reſpectu materiæ primæ; poſcit enim materia aliquam formam: ſine qua ſubſiſtere non poteſt; quia tamen à qualibet ſubſiſtẽtiam habet, nullam poſtulat determinatè. Accommodatius exemplum eſt in ſpecie, & individuis: Petro enim neceſſariò conuenit riſibilitas: ſed hæc, vel illa minori neceſſitate debetur. Probabilius autem excellentis ingenij Philoſophis exiſtimamus, ſeparata a Deo riſibilitate, aliã numerum diſtinctam, quam prima cauſa determinaret, continuò emanaturã: quod omninò conſequẽs eſt ad ea, quæ docentur in ſecundo Phyſic. c. 7. q. 15. art. 2. de determinatione cauſæ ſecũdæ per primam, quò ad individuum: nam in productione proprietatis intercedit hæc determinatio: ergo, ſi Petrus nequit hanc numero

Occurrit 2. ĩpugnationi.

D. Thom. Capreol.

nero determinare, vt suum effectū, neque vt passionem determinabit.

occurritur 1. impugnationi.

Ad primum argumentum patet solutio ex secundo aduertendo; maioris tamen explicationis gratia admonemus, proprium esse quodammodo fœtum coniugij inter genus, & speciem initi. Cum enim differentia perfectio quædam sit essentialis, necessariò secum defert aliquam accidentariam, tanquam sui indicem, ornamentum, vel operationis organum: alioqui, cum nostra omnis cognitio ab exterioribus originem ducat, in illius essentiæ cognitionem deuenire non possemus. At non sola species infima, sed intermediæ etiã differentię constituuntur, quare omnes suas habebunt passiones, præter suprema genera, quæ vt differentia non constant, ita reali proprietate, saltem quæ pertineat ad genus qualitatis, non afficiuntur. Diximus, reali proprietate, quoniam negatiuam habere nihil vetat: nam substantia in communi susceptiua est contrariorum: additū est (quæ pertineat ad genus qualitatis) quia genus quantitatis & qualitatis fortasse sibi, vendicant relationes. Ex hac doctrina illud fortè quis inferat, non modò species & genera, sed ipsa quoq; singularia suas habere passiones, siquidem coalescunt ex natura superiori, & differētia, quarum complexu oriri diximus passiones: quæ enim maior ratio fingi potest, cur ex coniunctione generis cum differentia specifica, quam ex coniunctione speciei cum differētia numerica, passio producatur? præsertim cum hæc nobilior sit, quam specifica differentia: atque ita philosophi non ignobiles opinantur.

Alb. Mag. Satisfit illationi.

Probat primò, singularia non habere singulares proprietates.

Respondendū tamen est cum Alberto Magno, tract. 6. cap. 1. illationem nullam esse, quod vel ex ipsa ratione, quam ad ostendendam proprietatum originē adduximus, probari primum potest: diuersæ enim proprietates ideò à natura procurātur, vt speciebus diuersitas, & essentię inequalitas innotescant: operationūq. distinctio exerceatur: sed omnia eiusdem speciei individua eiusdē sunt essentiæ, æqualisq. perfectionis essentialis, & nullam habēt, vt experiētia testatur, operationum diuersitatē: nihil enim efficit vnum alicuius speciei individuū: quod ab alia præstari nequeat, licet vnū perfectius id exhibeat, quam aliud. vt singulas percurrenti species manifestū erit. Secundò. Si ex singulis homi- Probatur 2.
nib. v. c. singulę proprietates nascerentur, aut essent numero, aut specie diuersę; Si primum, frustra ponerentur alię à proprietatibus speciei, cū hæ in singulis numero differant, & non euitaretur, ipsam proprietatē in cōmuni sumptā primò cōuenire speciei: cū enim omnib. individuis per sua inferiora conueniat, aliquid reperiatur in singulis, necesse est, cuius merito proprietas omnibus debeat: id verò nō est aliud, quā natura specifica: at hoc est, proprietates primò, & perse conuenire speciei. Si specie diuersę ponātur, id primò repugnat, quia oēs species essentiali perfectione se excedunt: at inter illas species non poterit esse inęqualitas: nam differentię individuales, vnde ea inæqualitas sumenda foret, sunt nobilitate pares. Secundò, quia infinitę essent species entium realium per vim naturę possibiles, cum individua cuiusuis speciei infinita sint. Tertiò, quia omnia individua, contra suppositionem, specie differrentur: nos enim ex diuersis proprietatibus specierū distinctionē indagamus. Hę rōnes concludūt, individuis nō ineſſe peculiares proprietates reales, & distinctas: negationes.n. & relationes fortasse hēre nō repugnat: cōuenit, n. Socrati hęc ęli negatio, hæc veritas ad mentē diuinā, &c. Ad ꝓbationē patet, cur differentia individuās effęta sit: nec maior pūlātia sę ꝓ cōfert ad ſęcūditatē, nisi a determinatione, & materialitate abstrahat.

Probat secundò, singularia non habere singulares proprietates. Diuersę proprietates speciērum diuersitatē indicant,

Ad tertium concedendum est, primas qualitates esse proprietates elementorum: negādum verò, aut alijs eo modo, quo elementis appropriantur, cōuenire, aut de elementis vere negari: quam sententiam tradit primō

occurritur tertiæ impugnationi.

Aristot. D. Thom. Caiet. Ferrar. Discrimẽ inter propria & cõmunia accidentia.

primo Aristoteles de sensu, & sensibili, cap. 4. indicat. 5. Topic. 3. D. Tho. c. 7. de Ente, & essentia. air, calorem ex principijs essentiæ ignis emanare; quod ibidẽ docet Caietanus, & Ferrar. 1. contra Gent. c. 11. idem verò D. Tho. & Caietanus multis locis primæ partis inferius citandis hoc discrimen statuit inter propria, & communia accidentia; quod hæc nõ profluant ab essentia subiecti, illa verò maximè: idem asserunt hodie penè communi consensu Recentiores: vt autem explicemus, cur dictum sit, has qualitates non conuenire alijs, eò pacto, quo insunt in elementis, sciendũ est, calorem (idem intellige de ceteris qualitatibus) spectari posse, vel absolutè, id est, in quouis gradu, & quomodocunque afficientem, vel in summo, & tanquam naturaliter debitum. At priori modo, certum est, calorem non esse proprietatem ignis, vt exemplum de mixtis concludit. Posteriori modo asserimus, proprietatem esse quarti generis; nam calor in summo non conuenit in mixtis corporibus, secundum eorum naturam; alioqui mixta non essent, quod si aliquando in ijsdem existit, vt probabile est, esse in ferro candenti citra formam ignis, non est naturaliter debitus, sed ab extrinseco proueniens, & facilè transiens; quod ijsdem penè

Caiet.

verbis ediserit Caieta. de luce Solis 1. p. quæst. 12. art. 5. in fine, si lux ponatur propria qualitas Solis, tota latitudo lucis est connaturalis Soli tãtùm, sed in summo incommunicabiliter; citra summum verò communicabilis. non ita, vt sit naturalis alijs. Imòverò mixtis corporibus calor nõ conuenit, nisi quatenus participant ignem, cui is primò debetur; at prædicatum, quod alicui primò conuenit: & merito illius alijs communicatur, non definit cum priori reciprocari, vt docent Ferrar. 1. contra Gent.

Ferrar. D. Thom. Caiet.

c. 15. Caieta. 1. poster. cap. 4. vnde D. Thomas loco contra Gent. citato, concedit, esse reciprocari cum Deo iuxta illud, Exo. 3. Ego sum qui sum, quia alijs non conuenit, nisi per participationem.

Ad secundam argumenti partẽ respondemus, frigus negari posse de aqua, quo ad existentiam, non quo ad conuenientiam; de qua enim calidissima verum est, quod sit frigida secundum conuenientiam: quo pacto negatio, & affirmatio minimè opponuntur: neque his officit, quod Porphyrius dixit, propria non admittere magis, & minus: primas autem qualitates esse capaces intentionis, & remissionis: quoniam Porphyrius loquitur de susceptione magis, & minus in prædicatione, quo ad conuenientiam, secundum quam non dicitur minus calida aqua cum frigore, vt duo, quam cũ eodem, vt quatuor, vel sex: semper enim denominatio sumitur á summo frigore: loquitur item conferendo vnum individuum particeps proprij cum alio: omnia enim secundum naturam æqualem postulant proprij portionem.

Satisfit secundæ argumenti parti.

ARTICVLVS III.

NVM PROPRIVM vniuersale esse queat.

PArs negatiua multis rationibus ostendi potest. Prima; proprium, & commune, vt confessi sumus, opponuntur: atqui vniuersale necessariò est aliquid commune; ergo proprium non potest esse vniuersale. Secunda; vel proprium est vniuersale comparatione speciei, cum qua reciprocatur, vel comparatione individuorũ, quæ sub illa continentur: nihil enim supereſt, de quo proprium verè, & secundum naturam prædicatione accidentaria affirmetur: sed cum propriũ enunciatur de specie, non prædicatur de inferiori: recurrunt enim inter se: at vniuersale semper de inferiori, seu minus latè patente prædicatur: cum verò dicitur de individuis, non prædicatur per se, sed ratione speciei, cui primò conuenit: nos autem quærimus, num sit vniuersale per se; ergò proprium non est inter vniuersalia numerandum.

1. Ratio pro parte negatiua quæstionis.

2. Ratio.

Statuit proprium esse verè vniuersale.

Dicẽdum nihilominus est cũ Porphyrio, & communi Philosophorum senten-

Definitur propriũ, vt est quartum prędicabile.

sententia, proprium esse verè vniuersale: cum de pluribus eadem ratione prædicetur. Dignitate verò esse quartum prædicabile, ob rationem à nobis assignatam: Definitur in hunc modum: proprium est id, quod prędicatur de pluribus, in quæstione, quale est, accidentaliter, & necessariò. Priores definitionis partes ex ceteris vniuersalibus perspicuæ sunt: duę extremę, accidentaliter, scilicet, & necessariò, hunc habent sensum: prędicari accidentaliter est aliquid verè affirmari de re quapiam, cuius essentiam non ingrediatur: sed illi adiacear, tanquam forma subiecto, quod non fit, nisi prędicatio efferatur in quale est, per vocabulum connotatiuum, vt supra dictum est; per hanc definitionis partem excluditur à proprij ratione differentia: genus enim, & species per superiora sunt excluſa: accidens verò quintum prędicabile excluditur per vltimam partem, necessariò: quam vt explicemus, aduertendum est, in prędicatis accidentarijs duplicem interuenire posse necessitatem.

Quid sit prædicari accidentaliter?

Quid sit prdicari necessariò? Duplex ẽ necessitas in prędicatis accidẽtalibus.

Prima ducitur ab essentia subiecti: quando nimirum prædicatum, non attenta exteriori causa, ab illius essentia indissolubili nexu dimanat, quo pacto risibile fluit ab homine, aut cum essentialiter continetur in eo, quod ita emanat, vt in risibili cõtinetur quale in communi. Secunda necessitas prouenit ab extrinseco, à cursu, scilicet, causarum naturalium; quæ hanc, vel illam complexionem, vnum aut alterum accidẽs rebus imprimunt. Qua ratione conuenit album niui, & Cygno, nigrum Coruo, & hebeno: nunquam enim hæc subiecta producuntur, nec produci naturaliter possunt, nisi cum eo causarum concursu, qui prędicta accidentia inurat.

Quæ necessitas intelligatur in proprij definitione.

His positis dubitatio est, quæ necessitas intelligẽda sit in proprij definitione: prima nè, quæ ducitur ab essentia, an secũda ex influxu causarum? Fatetur esse hanc secundam, multis rationibus ostendi potest. Prima,

1. arg.

quia, quod satis est, vt aliquid sit proprium quarto modo, superest, vt sit quartum prædicabile: idcirco enim Porphyrius propria quarti generis simpliciter propria appellare videtur; & communiter dici solet, hæc omnia ad quartum prædicabile pertinere, sed proprium quarto modo non vendicat sibi maiorem necessitatem, quam physicá, ergo nec quartum prædicabile maiorem efflagitabit. Secunda, quæ hac necessitate cõueniunt, simpliciter necessaria nuncupantur, ergo pertinẽt ad hoc prędicabile. Probatur antecedens; hæc prædicata physica saltem demonstratione de subiectis ostenduntur: demonstrant quippe Philosophi albũ de niue, moueri de cęlo, quiescere in centro de terra, &c. At quæ sub demonstrationem cadunt, necessariò conuenire perhibentur. Tertia. Negatio lapidis, esse cognitum à Deo, relatio identitatis cum equo, nemine dissentiente, pertinent ad quartũ prædicabile respectu hominis, sed non possunt ab essentia dimanare, cum partim sint negationes, partim relationes, quæ per se ab essentia nõ fluunt, licet cum illa arctissimo vinculo copulentur.

Suadetur argumẽtis satis esse hãc secundam necessitatem.

2. argum.

3. argum.

Verisimilior tamen est opposita sentẽtia, quæ primam, & absolutam necessitatem exigit, ita sentiunt expressè Albert. tract. 6. cap. 1. D. Tho. 1. q. q. 67. art. 1. ad 1. q. 77. art. 6. ad 3. & in corpore, & pleriq; omnes graues Autores, cum simpliciter asserunt, proprium emanare ex principijs essentiæ subiecti: quin idem ex Porphyrio euidenter conuinci potest, comparans enim in cap. 6 proprium cum accidente, in hoc differre ait: quod proprium primò conuenit speciei, & ratione illius indiuiduis, accidens, è cõtrario prius insit indiuiduis, & eorũ interuẽtu de specie affirmetur: quod discrimẽ oẽs approbant cum Arist. in Prædicamẽtis, ca. 5. D. Thoma, de Ente, & essentia, c. 7. sed quod primò cõuenit speciei, necessariò manat ex illius essentia: competit enim ante omnem existentiam, & absque respectu ad vllã causam extrinsecam; ergo proprium sic-

Opposita sententia statuitur. Albert. D. Thom.

ctam

clam illam necessitatem depoſcit. Deinde numerat in accidentibus album, & nigrum comparatione corui, & Cygni, quibus phyſica neceſſitate debentur: ergo Porphyrius deſiderat
Probat 1. logicam. Rationibus quoque idem confirmatur: primò proprium negari non poteſt de ſubiecto abſque illius euerſione, hoc eſt eſſentię deſtructione: accidens verò negat, vt conſequenti videbimus: ſed id, quod conuenit per cauſas ſolum naturales, & ſuppoſita exiſtentia, licet negetur, eſſentiam non euertit: ergo proprium maiorem habet neceſſitatem, quam per cauſas naturales. Minor eſt clara: quia, licet exiſtentia de re aliqua negetur, eius eſſentia non deſtruitur: ergo minus deſtruetur negatione eorum, quæ exiſtentiam conſequuntur.
Probatur 2. Vnde exiſtit ſecunda ratio: exiſtentia ſimpliciter conuenit contingenter; ergo omnia, quæ conueniunt ſuppoſita exiſtentia, eandem contingentiã ſortientur: at proprium cõuenit ſimpliciter neceſſariò, vt illius definitio oſtendit; ergo verè proprium ſecunda illa neceſſitate contentum nõ eſt: ſiquidem hęc non excedit abſolutam contingentiam.

Reſponde tur 1. argò mẽto pro alia parte. Ad primam rationem alterius partis conceſſa maiori, negamus minorem, cum oſtenderimus ſub particula [ſemper] hanc quoque neceſſitatem ſtrictè ſumptam à Porphyrio ſubintelligi: quare fatemur, omne propriũ quarto modo ſpectare ad quartũ prędicabile: licet è cõtrario nõ oẽ quartũ prędicabile ſit propriũ quarto modo: nam intellectiuum prædicatur de homine, more quarti prędicabilis: & tamen eſt proprium ſecundo modo, quod multis alijs exemplis eiuſdem proprij ſecundo modo oſtendi poteſt. Ad ſecundam, negandum eſt, ea quæ conueniunt per cauſas naturales, & phyſicè demonſtrantur, eſſe ſimpliciter neceſſaria: vt plurimum enim appellantur neceſſariè phyſicè, & eodem modo propria vocantur, cuiuſmodi ſunt, quę in argumento referuntur: ex quibus colores nullius omnino rei proprietates eſſe videntur; cum maximè pendeant ex qualitate ciborum, ex ſitu regionis, & primarum qualitatum temperamento, quæ pro tempore, & ætate maximè variantur, vt in ſecundo de generatione latè oſtenditur. Ad tertiam dicendum eſt, cum Philoſophi aſſerunt, proprium ab eſſentia dimanare, latè accipere verbum emanare, pro eo, quod eſt, immediatè eſſentiam comitari, non ratione exiſtentiæ, nec dependenter à cauſa phyſica externa, ſiue propriè fluat, vt reales proprietates, ſiue tantùm conſequatur, vt prædicata extrinſeca, entia rationis, & negatiua in argumento commemorata. Reſponde tur 3. arg.

Deinde aduertendum, proprium, vt eſt quartum prædicabile, eodem pacto diuidi in generale, & ſpeciale, atque vt ſumitur ex vi nominis; proprium generale hoc modo ſumptum eſt, quod prędicatur de pluribus ſpecie differentibus in quæſtione quale eſt accidentaliter, & neceſſariò: proprium ſpeciale, quod prædicatur de pluribus ſolo numero differentibus, &c. Sed rogabis, [illa] proprium generale ſemper ſit [talis] reſpectu ſuorum inferiorum, & ſpecificum ſpecies infima, an oppoſitum accidere queat? Reſpondetur, illud minimè neceſſarium eſſe: imò plerumque fieri, vt proprium genericum ſit infima ſpecies: & non rarò, vt ſpecificum ſit genus: nam viſiuum, tactiuum, & ſimilia ſunt propria generica, cum de pluribus ſpecie differentibus affirmẽtur; at ſecundum ſe ſunt ſpecies infimæ, è contrario verò intellectiuum humanum, vt eſt commune ad intellectum agentem, & patientem, eſt quoddam genus: & homo, de quo prædicatur ſpecies infima, quod pari modo contingit in accidente: nam hoc, & illud album numero tantùm differunt, proindeque album eſt infima ſpecies: accidens verò generatè, cum de Cygno, & niue quæ ſpecie diſcrepant prædicetur. Sciens verò eſt genus ad Metaphyſicum, & Phyſiologum: at reſpectu ſubiecti eſt accidens ſpecificum, cum de ſolis hominibus enuncietur. Aduertendum. Num proprium generale ſemper genus ſit, & ſpecificũ, ſpecies infima?

Ad argumenta initio propoſita.

ita

Soluitur rationes initio oppositæ pro parte negat.

Soluitur 1. ratio.

Soluitur 2. ratio.

Alb. Mag.

ita respondendum est. Ad primum, commune, & propriũ respectu eiusdem subiecti esse opposita: at respectu diuersorum in idem contentire: atque hoc secundo modo appellari eandem rem proprium, & vniuersale: proprium enim dicitur, respectu naturæ genericæ, vel specificæ secundum se cõsideratæ, vniuersale autem comparatione eorum, quæ sub tali natura continentur v. c. risibile dicitur proprium hominis, cui primò conuenit: vniuersale verò, comparatione Socratis, & Platonis: vnde patet ad secundum argumentum, dandum esse posterius membrum, ad cuius impugnationem respondet Magnus Albertus in fine illius cap. 1. proprium respicere naturam communem, prout est in materia; atque adeò pro vt reperitur in singularibus, & consequenter per se respicit singularia, & non est vniuersale per accidens. Non est tamen cur vereamur admittere, propriũ primò prædicari de natura communi: secundariò verò de indiuiduis: & ratione huius secũdariæ prædicationis esse vniuersale, quod non est esse vniuersale per accidens, cum per se secundo modo de indiuiduis prædicetur: nec enim idem est prædicari ratione alterius, & prædicari per accidens: alioqui viuens non esset genus hominis; quia ratione animalis de illo affirmatur.

EXPLANATIO CAPITIS QVINTI

DE ACCIDENTE.

SVMMA TOTIVS CAPITIS.

Proponũtur tres accidẽtis definitiones & diuisio vnica.

1. definitio accidẽtis.

2. definit. accidẽtis.

3. definit. accidẽtis.

PRoponit tres accidentis definitiones, & vnam diuisionem. Prima definitio est; Accidens est id, quod adest, & abest sine subiecti corruptione; eius occasione diuidit Accidens in inseparabile, & separabile; prioris exemplum sit nigro Aethyopis; posterioris rubor ex verecundia contractus. Secunda definitio: Accidens est id, quod eidem inesse, & non inesse potest. Tertia, Accidens est, quod nec est genus, neque species, neque differentia, neque proprium, semper autem est in subiecto.

COMMENTARIVS.

Tres accidẽtis significationes omissę à Porphyr. proponũtur.

1. Accidentis significatio.

2. Accidentis significatio.

POcuit a Porphyrius, nisi multum compendio studeret, aliquas accidentis significationes, quod in ceteris vniuersalibus fecerat, initio inculcare; præsertim has tres vsu frequentiores. Primam pro re, quæ suapte natura inest in subiecto, vt frigore, quantitate; qua acceptione distinguitur accidens secundum essentiam à substantia. Secũdam pro quolibet prædicato secundùm naturam accidentario, siue sit necessarium, siue contingens. Tertiam denique pro eo, quod accidentaliter, & con-

ACcidens autem est, quod adest, atque abest sine subiecti corruptione. Diuiditur autem in duo. Aliud enim est separabile, aliud inseparabile: atque de nigrum quidem accidens, separabile est: nigrum autem esse Cornu, Aethiopius inseparabiliter accidit. § b *Mente tamen, cogitationeue cornus albus, & Aethiops non niger, sine subiecti corruptione concipi potest.* § c *Definiunt etiam & hoc pacto: Accidens est, quod inesse, ac non inesse eidem potest. Et, quod neque genus, neque species, neque differentia, neque Proprium est; semper autem est in subiecto.*

3. Accidentis significatio, quæ est ppria huius loci

& contingenter alicui conuenit: siue sit accidens, vt album, & nigrum: siue substantia, vt vestitum, & auratum, quæ est propria huius loci acceptio, vt ex Porphyrij descriptionibus apertum est.

Definitio accidẽtis.

b *Mente tamen*] Quia definiendo accidens dixerat, accidens adesse, & abesse posse, deinde in diuisione constituerat vnum accidens separabile; aliud inseparabile; ostendit, quo pacto hæc inter se non repugnent: nam, cum omne accidens sine corruptione subiecti abesse posse dicitur, intelligendum, per cognitionem aut præscindentem, aut negantem; si quis enim neget, coruum esse nigrum, non continuo coruum esse negat: at quando asseritur, aliquid accidens esse inseparabile, intelligitur de separatione reali, qua constat, per vim naturæ, aut nunquam, aut rarò. si credere volumus Alberto Magno, à Coruo separari posse nigredinem.

Diuisio accidentis.

Quo pacto intelligẽdũ, accidens sine corruptione subiecti abesse posse.

c *Definiuit autem*] Assignat secundam, & tertiam definitionem, quas sumpsit ex Aristotele lib. 1. Top. cap. 4. ac secunda quidem partim superat primam, partim ab ea superatur, præcellit quidem, quatenus expresse traditur per aptitudinem ad essendum, & non essendum in subiecto, quam prima obscurè indicabat verbis actum significantibus: cedit verò primæ ratione illorum verborum, sine subiecti corruptione, quæ in prima perspicuè collocantur: in secunda subintelliguntur in particula, eidem: quoniam si accidens eidem inesse, & non inesse potest: colligitur planè idem subiectum amisso vno accidente permanere.

Quo modo dicatur accidẽs inseparabile esse.

Et quod nec genus] Hoc definiendi genus per negationem aliorum membrorum tunc probandum censet Arist. 1. Topic. citato: cum cetera membra explicata iam sunt, quod in causa fuit, vt Porphyrius in vltimũ locum hanc reiecerit definitionem. Cum autem Porphyrius addit, accidens semper esse in subiecto, ne sibi repugnet, intelligendum est illius subiecti accidens, alioqui abesse potest: sed non ita, vt subiecti accidens appelletur.

Explicat 2. & 3. definitio accidentis. Arist.

QVAESTIO I.

RECTENE SIT EXPLICATum accidens à Porphyrio.

ARTICVLVS I.

PROBANDAENE SINT PORPHYrij definitiones?

Impugnatur 1. Porphyrij doctrina.

ADuersus Porphyrij doctrinam illud in primis opponitur, eum tàm in definiendo, quàm in diuidendo, diminutum extitisse. Omisit enim definitionem, & diuisionem accidentis, vt constituit quintum vniuersale; cum tamẽ præcipuum illius institutum sit, de hisce rebus sub hac consideratione disputare. Deinde prima eiusdem definitio non constat ea parte, qua asserit, accidens abesse posse sine subiecti corruptione: aut enim intelligit, accidens separari posse sine corruptione existentiæ, aut essentiæ.

Primum est falsum; nam mors est accidens hominis, & combustio domus; & tamen cum adueniunt, euersionem subiecti secum afferunt.

Impugnatur 2.

Secundum etiam dici non potest, quoniam vel intelligitur separatio realis, vel intellectualis, id est, per intellectum negantem; realis nec cõuenit omnibus accidentibus, vt Porphyrius fatetur; nec si cõueniret, propria esset accidenti, cum pleraque propria re ipsa à subiectis diuellantur, vt frigus ab aqua &cet. Intentionali verò separatione propria etiam negari possunt absque essentiæ destructione: cur enim negato risibili illæsa non maneat hominis essentia, si hoc illius pars non sit, sed extrinseca forma? Confirmatur; quia subiectum est prius natura sua proprietate; ergo in eo priori eam non habet; ergo remanente essentia tunc poterit proprietas denegari.

Præ-

Impugnatur 3. Præterea, albedo in abſtracto nõ eſt accidens quinti prædicabilis, cum ſub ea forma de nulla re prædicari poſſit, ſed illi conuenit prima definitio, adeſſe enim, & abeſſe poteſt, & cetera. Ergò non eſt bene aſſignata.

Impugnatur 4. Quartò in ſecũda definitione perperam adhibetur particula (poteſt) ſi enim accidens definiatur per potentiam ad eſſendum, & non eſſendum, in ſubiectis, album erit nũc accidens Antichriſti: habet enim potentiam, vt in eo exiſtat; conſequens tamen eſt aperiè falſum cum album de Antichriſto verè prædicari non poſſit, vt ad vniuerſale opus erat.

Impugnatur 5. Quintò aduerſus tertiam definitionem, quale reſpectu hominis eſt ſimul accidens, & proprium; ergo malè definitum eſt accidens per aliorum negationem; antecedens probatur; quale ratione albi prædicatur de homine contingenter ratione riſibilis neceſſariò; ergo ſimul eſt proprium, & accidens.

Approbatur Porphyrij doctrina de accidente. Propter hæc negandum non eſt, probè explicatum fuiſſe accidens à Porphyrio; prima enim, & ſecunda definitio, quæ eundem pene ſenſum habent, parũ differunt à vulgata Dialecticorum definitione, ſi hoc modo

Alb. Mag. Scotus. Caiet. tum Magno Alberto, tractatu 7. cap. 2. Scoto quæſtione 34. & Caietano in hoc caput intelligatur; accidens eſt id, id eſt, vniuerſale, quod adeſt, & abeſt, ſeu adeſſe, & abeſſe poteſt per identitatem, ſcilicet cum ſuis particularibus, ſine ſubiecti cor

Aduertitur 1. ruptione, hoc eſt contingente. In cuius expoſitionis gratiam duo aduertenda ſunt: alterum, verba, [adeſt, & abeſt, in eſſe, & non ineſſe] haud ſignificare inhærentiam propriè dictã, ſed identitatem contingentem, quoniam, vt iam diximus, inter accidentia quinti prædicabilis numerantur ſubſtantiæ, vt informatum, aut ignitum eſſe, quibus inhærentia propriè dicta repugnat.

Aduertitur 2. Alterum, eſt nomine ſubiecti non intelligi ſubiectum inhæſionis etiam impropriæ, ſed inferius, ſeu particulare, ſi definitio accommodanda ſit accidenti, vt vniuerſale eſt: ſiquidem vniuerſalia per ordinẽ ad particularia definienda ſunt: quæ eſt interpretatio Autorum, quos proximè citauimus: ita patet, non fuiſſe diminutum Porphyrium in definiendo accidente. Quod attinet ad diuiſionem, non fuit cur magnopere eam curaret, cum facile ex dictis colligi poſſet. Fatemur nihilominus, expeditiorem eſſe eam definitionem, quam Dialectici in hunc modũ fabricantur. Accidens eſt id, quod prædicatur de pluribus in quæſtione quale eſt accidentaliter, & contingenter: in qua nihil explicandum ſupererat, præter vltimam particulam; ſed eam abũdè Porphyrius ſuis definitionibus enodauit. Diuiſioque accidentis in generale, & ſpeciale commendanda eſt: & eodem prorſus modo, quo ſimilis diuiſio proprij explicanda: hinc patet ſolutio primi obiecti. Proponit expeditior accidentis definitio & occurritur 1. obiectioni.

Occurritur 2. obiect. Bellarm. Ad ſecundum; dãdum eſſe ſecundum membrum iuxta communem interpretationem, quam eleganter locupletat Cardinalis Bellarminus, tomo 3. libr. de amiſſione gratiæ, capite tertio, obiectione ſexta, & dicẽdum eſſe ſermonem de ſeparatione intellectuali negatiua, qua accidentia ſeiũgi poſſe certum eſt: cum enim contingenter inhæreant rei, natura penitus immutata remoueri poſſunt ſaltem per cogitationem: at propriã, cum neceſſario connexa ſint cum eſſentia, ſi negantur, ſecum deferunt eſſentiam, ſaltem ſecundario. Quod manifeſtius ſit, aduertere oportet, eſſentiam aliquam duobus modis euerti poſſe alicuius prædicati negatione: altero primò, & per ſe: altero ſecundariò, & conſequenter: priori modo deſtruitur eſſentia, negatione prædicati eſſẽtialis: vt ſi quis neget rationale de homine. Poſteriori negatione prædicati neceſſarij, licèt enim negato riſibili nulla pars eſſentialis hominis primò, & immediatè auferatur; ſecũdariò tamen, & conſequenter negantur principia hominis: vt enim dixit Auicenna, Quo pacto eſſentia aliqua euertatur negatione alicuius prædicati?

Auicen. Albert.

uicenna,& refert Albertus, tractatu sexto cap. 1. homo, quatenus est animal rationale, est principium risibilitatis: ergo, si de illo negetur, quod sit risibilitatis principium: negatur etiam, quod sit animal rationale. Intelligimus verò negationem conuenientiæ: nam realem proprij existentiam integra subiecti essentia denegari posse, millies cõcessum est. Hinc respondemus ad confirmationem, in eo priori nullo modo negari posse proprietatem secundum conuenientiam: quamuis enim propter naturæ prioritatem non sit necesse, tunc passionem in essentia apprehendere, nunquam tamen licet eam negare, cum homo, qua homo est, illam deposcat.

Occurritur 3. obiect.

Ad tertium, negandum est, definitionem explicatam per identitatem superioris cum inferiori cadere in albedinem abstractè sumptam, quamuis enim in subiecto insit, cum illo non identificatur.

4. obiectio nioccurretur artic. 3.

Quartum argumentum attingit longiorem difficultatem articulo tertio expediendam.

occurritur 5. obiect.

Ad quintum, negandum est, quale induere rationem proprij. & accidentis comparatione hominis; quamuis enim inconueniens non sit, vt vtraque denominatio, imò plures aliæ, generis, speciei, & differentiæ in idẽ prædicatum respectu diuersorũ subiectorum concurrant; respectu eiusdem repugnat; id enim, quod est accidens, potest simpliciter non conuenire, quod est proprium, non potest non conuenire, quæ manifestam repugnantiam deuoluunt; dicimus igitur, quale est proprium hominis, & non accidens. Dices quale prædicatur necessariò de homine, quia vna illius species necessariò eidem conuenit; ergo, quia alia species contingẽter inest, contingenter etiã affirmabitur. Negatur tamen consequentia: quia prædicari contingenter inuoluit negationem prædicationis necessariæ, quæ cum alioqui tribuatur quali, efficitur, vt nullo modo contingenter affirmetur.

ARTICVLVS II.

VTRVM ACCIDENTIA quinti predicabilis, vt subiectis conueniant, indigeant sua, & subiectorum existentia.

VT satisfiat huic dubitationi, prǽmittendum est, accidentium genera esse tria; quædam sunt realia, vt, albedo, quantitas, &c. Alia rationis, vt, intentio vniuersalis, prædicati, subiecti, & similes. Vltima denique negatiua, cuiusmodi sunt nõ homo, cęcitas, &c. His positis, aliquot pronunciatis rem totam definiemus.

Prǽmittuntur aliqua ad quæstionis resolutionem.

Primum pronunciatum sit. Accidentia realia, & intrinseca non conueniunt absque propria sui, & subiectorum existentia: extrinseca propriam tantum exigunt realem subiectorum obiectiuam. Prima huius pronunciati pars communis est inter Auctores. Probatur. Totum fundamentum conueniendi horum accidentium est actualis inhærentia, seu coniunctio cum subiectis: sed, antequam vtraque existant, non possunt realiter coniungi, vt manifestum est: ergo nec vnum alteri conuenire. Maior facile probatur, cum accidens quinti prædicabilis in eo maximè differat à proprio, vt, prǽter alios docet Albertus, tract. 7. cap. 1. quod natura proprij adǽquatur, seu correspondet naturæ subiecti: natura verò accidentis non adæquatur, nec habet specialem habitudinem ad subiectum, in quo est: sed per accidens in eo reperitur: proportio verò, quæ fundatur in rei natura, & essentia, existentiam non expectat; at, quæ prouenit ex causis actu operantibus, necessariò existentiam prǽsupponit: cum circa ea, quæ non existunt, actio versari non possit. Secunda pars apponitur propter actus intellectus, & voluntatis, qui res obiectiuè tantum existentes extrinsecus denominant: dicitur enim cognitio Mathematici de Eclipsi futura, & similis

1. conclus. Accidẽtia realia, & intrinseca, vt cõueniãt, realem sui subiecto. rũq. vendicãt existentiam.

Extrinseca sui realem subiec. obiectiuam.

Albert. In quo 5. prędicabile maximè differat à 4.

litis appetitio de victoria, quæ nunquam existet.

2. Conclusio. Entia rationis contingentia non conueniũt, quin existãt obiectiue; subiecta vero, vel realiter, vel aliquo modo obiectiuè.

Secundum, entia rationis purè contingentia, vt subiectis conueniant, requirunt ipsorum existentiã, vel realè, vel aliquo modo obiectiuã, sui verò obiectiuam tantum: probatur quò ad omnes partes: quoniam, vbi primum accidens conuenit subiecto, potest de illo affirmari; sed in omni prædicatione contingente verbum, [est], importat aliquam differentiam temporis, in qua significat, prædicatum actuare subiectum: ergo si prædicatum non actuet subiectum secundum proportionem naturæ, vt diximus de proprio; sed ratione actualis informationis: fieri nullo modo poterit, vt conueniat, & prædicetur de subiecto, nisi actu existat, vt actu, & informet: existentia tamen proportionata, hoc est reali, vel rationis pro accidentis natura.

Obiectio. Obiectionis solutio.

Oppones, relationem, vniuersalis contingenter inesse naturæ communi: at non requirere sui existentiam, cum superius dictum sit, eam relationem in specie intellectus agentis ministerio producta conuenire naturæ, & non existere: quod euenire etiam diximus in relatione prædicati, & in relatione dextri; vel sinistri, quæ conuenit columnæ, cum aliquis illi fit dexter, aut sinister, quantumuis nullus de ea cogitet intellectus. Respondetur, relationem vniuersalis, & reliquas enumeratas, etsi absolutè loquendo, contingenter cõpetant rebus denominatis: posito tamen fundamento proximo, vt in illis euentis, ponitur, necessariò conuenire: quare non esse incommodum, si competãt, priusquam existãt, idcirco enim in pronunciato adhibuimus purè contingentia, quemadmodum etiam apposuimus, sufficere in subiectis existentiam aliquo modo obiectiuam, quia relatio particularis conuenit per solam vniuersalis abstractionem & repræsentationem, quæ aliqua ratione censetur ad particulare pertingere.

Tertium. Purè negationes, quantumuis contingentes conueniunt rebus absque vlla existentia, vel sua, vel ipsarum rerum. Huius probatio petenda est ex imperfectissimo modo, quo eiusmodi negationes in rebus esse dicuntur; Eatenus enim sunt, quatenus formæ negatæ in eisdem non reperiuntur. Vnde nullus dubitauerit has esse veras; Socrates nõ sedet, Adamus non loquitur; & similes, in quibus affirmantur negationes de rebus non habentibus formas negatas. Nec in eiusmodi propositionibus verbum [est] significat aliquam existentiam (quod obstare videbatur) quia particula [non] eam euertit. Quartum. Priuationes reales Proprie dictæ, & contingentes non conueniunt rebus, nisi vtraque existant subiecta reali existentia, priuationes negatiua. Probatur, quoniã priuatio est negatio formæ in subiecto apto, & tempore ido neo ad habendam formam: sed nullum subiectum habere potest talem aptitudinem, nisi realiter existat: si verè diximus in primo pronuntiato, formam, quam priuatio tollit, deposcere existentiam subiecti, vt in eo fit. Deinde existit sine forma: ergo cum priuatione illius: atque adeò existit eo modo, quo potest priuatio: rectè igitur dicebamus, & subiecti, & priuationis existentiam flagitari. Diximus priuationes reales, id est, quæ præter intellectum conueniunt, ad excludendam vnitatem precisionis, & similes, quibus sat est existentia obiectiua. Addidimus, propriè dictæ, & contingentes, ad reijciendam vnitatem entis realis passionem, quæ etiam necessario conueniũt, & improprijssimè priuatio nominatur, cum neget formam subiecto impossibilem.

3. Concl. Purè negationes contingentes absque vlla existẽtia rebus cõueniũt.

4. Conclusio. Reales priuationes propriè dictę non cõueniũt sine reali subiect. existẽtia, sui verò negatiua.

Proponitur obiectio cõtra superiorẽ conclusionem.

Superest aduersus hoc vltimum pronunciatum communis obiectio. Mortuum esse est realis, & propria vitæ priuatio, sed tantum abest, vt existentiam sui, vel subiecti desideret, vt vtramque subuertat: ergo falsum est, realem priuationem deposcere existentiam: idem dicendum est de combusto, respectu ædificij, de

Digitized by Google

corrupto, comparatione naturalis compositi, & multis alijs. Ad huius obiecti solutionem aduertendũ est, mortuum bifariam vsurpari, vno modo vt participium significans vitæ separationem factam in tempore præterito; altero, vt nomen quo pacto significat priuatum vita, quæ duplex est; vna essentialis, alia accidentalis: essentialis est ipsa anima; accidentalis eius operationes, vt crescere, nutriri, sentire, &c. Si ergo mortuum sumatur vt participium, & significet separationem vitæ accidentalis; verè nunc affirmatur de Socrate, quia Socrates, dum in tempore præterito animam agebat, vitæ accidentalis separationem patiebatur; Si verò accipiatur, vt dicit separationem vitæ etiam essentialis, dicitur de corpore Socratis, quia dum extremo spiritu laborabat, paulatim à corpore anima recedebat. In quo sensu, nihil mirum est, si nec Socrates, nec vitæ separatio existant, cum propositio sit de præterito, ad cuius veritatem satis est, vt in tempore præterito vtrumque extiterit.

Muniur via ab obiectionis solutionẽ.

Quod si mortuum sumatur, vt nomen est, siue significet priuationem vitæ essentialis, siue accidentalis, falsò de Socrate affirmabitur. Nam Socrates componitur essentialiter ex corpore, & anima; ergo non potest esse subiectum carentiæ eiusdem animæ. Deinde priuatio non est nisi in subiecto formæ capaci; at Socrates non existens non est capax operationum vitalium; ergo mortuum, vt priuatio est, non conuenit rei non existenti; quod de reliquis exemplis eodem modo asserendum est. Non diffitemur, accepto Socratis vocabulo per Synecdochem pro corpore, verè de illo enuntiari mortuum, vt dicit priuationem vitæ essentialis, non proximam, sed remotam, qui loquendi modus non est infrequens: dicimus enim, Christum Dominum triduo iacuisse in sepulchro: domum esse dirutam, &c.

Diluitur obiectio.

ARTICVLVS III.

POSSIT NE ACCIDENS reale, & internum esse quintum vniuersale comparatione subiectorum, in quibus non est.

PRoponimus quæstionem in accidenti reali, & intrinseco veluti albo, aut frigido; quoniam ex præcedenti articulo constat. hoc Accidens nullo modo conuenire subiecto, in quo nõ existit. Partem affirmatiuam sequuntur graues recentiores, quam vt astruant, duplex distinguunt vniuersale: vnum actuale, alterum potentiale: actuale, vocant naturam cõmunem, cum iam est in multis: potentiale verò eandem naturam nondum in multis constitutam, sed aptã tamen in illis esse, & eiusmodi esse accidens v. g. album, antequam existat in Antichristo, alijsque subiectis, in quibus esse potest. Probant hanc suam opinionem primò ex definitione vniuersalis; dicitur enim, vnum quid aptum esse in multis; sed album, antequam in vllo subiecto existat, aptum est, esse in multis; ergo est vniuersale potentiale. Secundò si ad vniuersale necessarium esset in particularibus actu existere, id requireretur, quia est actus vniuersalis; sed actus adæquatus Vniuersalis non est esse in vno, vel aliquibus, sed in omnibus; ergo, vt aliquid esset vniuersale, oporteret in omnib⁹ suis inferioribus simul esse; sed D. Thomas 7. Metaph. & omnes pene Interpretes tum ibidem, tum alijs locis apertè asserunt, vt natura sit vniuersalis, non esse opus, vt simul sit in multis, sed vt saltem successiuè esse possit; ergo, &c. Et confirmatur, quia homo est vniuersalis comparatione verbi diuini, & tamen eo modo non est actu in pluribus.

Proponit pars affirmatiua.

Diuiditur vniuersale in actuale, & potentiale. Primũ partis affirmatiuæ fundamentum.

Secũdum.

D. Thomas.

In hac quæst. ex antiquioribus Philosophis nihil expresse habem⁹; sed si ea, quæ in hac materia tradũt, profundius euiscerentur, ad appositam partem inclinare haud dubiè repetientur, Arist. c. vlt. 2. lib. Poster. ait vniuer-

Digitized by

Antiquiores Philosophi in partem negatiuã videtur propendere.

vniuersale esse vnum præter multa, in quibus tamen inest, vbi non obscurè indicat, vniuersale habere actualem cum suis particularibus coniunctionem, 1. Physicorum appellat vniuersale quoddam totum; sed totum nihil est, nisi quodactu continet suas partes; sed nisi vniuersale actu sit in inferioribus, nullas cõtinet partes; nec minuit huius cõiecturæ vim, vt aliqui opinantur, quod vniuersale appelletur totum potentiale, quoniã non dicitur a potentia essendi in particularibus, sed à potestate, qua illa sub se, tanquam proprias partes coercet, vt explicatum habes initio Physicorum, cap. 1. q. 1. vnde primò colligimus, exterminandam esse illam diuisionem vniuersalis in actuale, & potentiale; potentia enim ad essendum in multis, cum quibus nullum adhuc natura habet commercium, non reddit naturam vniuersalem, sed potentem, vt sit vniuersalis; cum particularia vendicauerit; atqui illud vniuersale potentiale nulla vendicat particularia; ergo nullum omninò est.

Exterminatur vniuersalis diuisio in actuale, & potẽtiale.

Quæstionis resolutio. Reale accidẽs nõ est vniuersale respectu subiectorum in quibus nõ existit.

Quare ad propositam quęstionem respondemus, accidens reale nullo modo esse vniuersale, comparatione subiectorum, in quibus non existit: quod præter hactenus dicta confirmatur 1. Aptitudo quinti prædicabilis ad essendum in suis inferioribus est contingens; sed illa aptitudo, qua album respicit corpora, in quibus esse potest, est illi essentialis: ergo non constituit quintum prædicabile. Maior est clara, cum hoc sit præcipuum discrimen inter hoc, & cetera vniuersalia. Minor probatur, quoniam essentia accidentis magna ex parte consistit in respectu transcendentali ad subiectum, tanquam ad causam materialem, vt docet Aristot. 7. Metaph. text. 2. & omnes illius Interpretes; sed hic respectus non est aliud, quam aptitudo ad essendum in subiecto; ergo hæc aptitudo est essentialis accidenti. Si respondeant, huiusmodi habitudinem essentialem esse ad subiectum in communi, cuius comparatione accidens non est vniuersale; ad subiecta autem particularia esse accidentariam, cum natura accidentis non magis expetat esse in hoc, quam in illo particulari, non diluent argumentum, sed nouo materiam exhibebunt. Nam quemadmodum materia prima, vno, & eodem respectu primò tendit in formam substantialem in communi, secundariò verò in hanc, & illam; ita accidẽs eadem aptitudine fertur per se primò in substantiam; secundariò in particulares substãtias, in quibus esse potest; quamuis ad has contingenter se habeat; vnde sic denuo licet argumentari.

Reijcitur quędam 1. rationis solutio.

Respectus habitualis accidẽtis ad subiectum primò tendit in naturam communem, & ratione illius se extendit ad singularem, sed accidens quinti prædicabilis primò respicit singularia, & eorum merito naturam communem, vt docuit Porphyrius: ergo fieri non potest, vt illa habitudo sit, per quam constituitur 1. vniuersale. 2. Albedo in communi, priusquam sit in aliquo subiecto, est abstracta; sed accidens in abstracto non potest habere relationem huius vniuersalis; ergo albedo ita sumpta vniuersalis non est. Minor & consequentia patent. Maior probatur primò; accidens non suscipit concretionẽ, nisi a subiecto; ergo, quamdiu in illo non est, abstractum manet. 2. Accidens eo modo est aptum esse in subiecto, quo postea in illo subsistit; sed est in subiecto in abstracto, ergo eodem pacto sumebatur, cum erat aptum ad existendum: probatur minor, quia solum accidẽs est in subiecto; concretum verò non dicit solum accidens, sed deuoluit ipsum subiectum, at solum accidens abstractum quippiam est. 3. Probatur eadem Maior; nam accidens eo modo tunc est, quo ab intellectu verè concipi potest, sed non concipietur verè, antequam in subiecto sit, nisi in abstracto; ergo sic esse credendum est: quæ ratio, si diligenter consideretur, rem penitus demonstrat.

2. Ratio.

Confirmatur maior 2. rationis. Primò.

Secundò.

Tertiò.

Ad primum alterius partis argumen-

Soluitur 1 argu. pro parte affirmatiua adductum.

mentum respondetur, vniuersale definiri vnum aptum, esse in pluribus, non quibuscunque, nec quouis modo, sed per modum totius in ijs, quæ sint eius particularia; at albedo, antequam sit in vllo subiecto, nec habet particularia, nec aptitudinem, vt sit per modum totius in inferioribus: sed tanquam forma in subiecto; sin minus construamus idem argumentum de albedine abstractè sumpta; est enim apta in multis existere; ergo erit vniuersalis; & quam ipsi huic argumento responsionem dederint, nos eorum argumento accommodamus, cum demonstratum sit, accidens, ao tequam denominet subiectum, in abstracto esse.

Soluitur 2

Ad secundum, fatemur ingenuè, necessariũ esse, vt vniuersale in multis sit; quia est vnum quid continens partes potentiales, quarum comparatione est totum: negamus verò, Diuum Thomam, aut alium de Philosophis oppositum asseruisse: nam loco citato est sermo de specie, quæ parum refert, existatne in vno tantum, an in multis; quia eius actus, cum sit essentialis identitas, non supponit existentiam: at actus quinti prædicabilis exercetur mediante existentia, & iccirco eget actuali existentia in multis: non tamen in omnibus, quia ad rationem vniuersalis per se requiruntur multa; quod autem ea sint plura, vel pauciora, est merè per accidens. Confirmatio diluenda est negatione maioris: nec Philosophi, aut Theologi aliud sentiunt, cum simpliciter docent, hominem esse vniuersalem, respectu verbi diuini: solum enim inuestigant, ad quod genus pertineat ea prædicatio, quod à nobis in Metaphysica explicandum est.

CAPVT SEXTVM.

De communitatibus, &c.

Definitis autem vniuersis, quæ erant proposita, genere, inquam specie, differentia, proprio, & accidente: dicendum est, quanam communia, & quæ propria vnicuique sint. Commune hoc itaque omnibus inest, de pluribus prædicari; sed genus quidem de omni specie sua, & de indiuiduis, quæ sunt sub vnaquaque specie; prædicatur. Et differentia simili modo. Species autem de indiuiduis, quæ collocantur sub ipsa. Proprium verò de specie, & indiuiduis speciei: & accidens de speciebus, & indiuiduis prædicatur. Animal enim de equis, bobus, atque hominibus, quæ quidem sunt species, prædicatur: & item de hoc equo, de hoc boue, atque de hoc homine; quæ indiuidua constat esse. Irrationale autem de boue, de equo, & de singulis similiter prædicatur. Homo verò, qui quidem est species, de singulis solùm hominibus dicitur. Et proprium de specie, cuius est proprium, & de indiuiduis, quæ collocantur sub ipsa: risibile enim de homine, & de singulis hominibus prædicatur. Nigrum autem de cornorum specie, & de singulis dicitur cornis, atque de Aethiopibus simili modo, quòd quidẽ inseparabile accidens est, vt patet. Moueri quoque, quod accidens est separabile, de equo, atque homine, & de horum indiuiduis dici solet, verum primò quidem de indiuiduis; ratione verò secundæ de speciebus etiam, quæ indiuidua continent, prædicatur. Cõe est generi, ac differẽtia species cõtinere. Cõtinẽt. n. & differẽtia species, etsi nõ omnes eas, quas genus cõtinet. Rationale nãque, etsi non expertia rationis, vt animal: Deum tamen, ac homines, quæ sunt species, continet. Præterea, vt quæ de genere, vt genus est, prædicantur, & de speciebus, quæ sub ipso sunt, prædicantur: sic quæ etiam de differentia, vt differentia est, dicuntur, eadem de specie, quæ ex ipsa constat, similiter prædicantur. De animali namque, quod quidem genus est, & substantia, & animatum, & sensitivum, vt de genere cætera dicantur, eadem & de vniuersis, quæ sub animali vsque ad indiuidua sunt, prædicantur. De rationali quoque, quod quidem

Digitized by Google

dem eſt differentia, hoc, ratione, inquam, vti, idemtidem cum prædicetur, idem non ſolùm de rationali, ſed etiam de ſpecibus rationali, atque individuis prædicabitur. Commune inſuper illud etiam eſſe poteſt, vt, ſi genus tollatur, vel differentia, vniuerſa continuò, quæ poſita ſub ipſis ſunt, tollantur. Etenim vt, ſi non ſit animal, homo non eſt, neque etiam equus: ſic, ſi non ſit rationale, nullum animal prorſus erit, quod particeps ſit rationis. Proprium verò generis eſt de pluribus, quàm differentia, ſpecies, proprium, atque accidens, prædicari. Nam animal quidem de homine dicitur, equo, ane, atque ſerpente: quadrupes autem de hiſce tantummodo dicitur, quæ quatuor pedes habent: homo verò de individuis ſolum hominis: & hinnibile de ſolo equo, ac ſingulis equis: & accidens de pauperibus ſimili modo. Atque ſumenda ſunt ea differentia, quibus diuiditur genus, non ea, ex quibus generis ſubſtantia conſtat. Præterea genus quidem potentia differentiam continet, animal enim partim particeps, partim expers eſt rationis. At differentia non continent genera. Præterea genus prius eſt hiſce differentijs, quibus diuidi ſolet: idcircò ſecum ipſas tollit, ſed ab ipſis non tollitur. Nam ſi animal tollatur, rationale ſimul irrationale continuò tollitur. Differentia verò genus non tollunt: nam ſi vniuerſa quoque tollantur, ſubſtantia animata, ſenſitiua, mente cogitationeque concipitur; quæ quidem animale eſt, vt patet. Præterea genus quidem hoc ipſo, quid eſt: differentia verò hoc ipſo, quale quid eſt, vt dictum eſt, prædicatur. Præterea genus quidem vnum in vnaquaque ſpecie eſt, vt eſt in homine animal, differentia verò plures, vt rationale, mortale, mentis atque ſcientiæ ſuſceptiuum, quibus ab expertibus rationis animalibus differt. Genus præterea ſimile materiæ eſt, differentia formæ. Sunt & alia communia propriaque generis & differentiæ: hæc tamẽ, quæ ſunt enumerata, ſufficiant. Genus & ſpecies hoc habent commune, de pluribus, inquam, vti diximus, prædicari. Species autem, vt ſpecies ſolum, non vt genus, quoque ſumatur, ſi quidem ſit idem ſpecies atque genus. Commune eſt etiam ipſis, & iis eſſe priora, de quibus dicuntur, & inſuper vtrumque totum quid eſſe. Differunt autem, quod genus quidem ſpecies continet, ſpecies autem continentur, & non continent genera. Genus enim ad plura, quam ſpecies, pertinet. Præterea, genera proſtrata oportet, vt quæ quidem & differentijs ſpecificis informata, ſpecies nimirum efficiant. Quapropter & priora genera ſunt natura, & ſecum ſpecies tollunt, & ab illis non tolluntur. Nam ſi ſpecies quidem ſit, erit & genus omninò: ſin verò ſit genus, non protinus & ſpecies eſt. Et genera quidem de quaque ſpecie ſua vniuocè prædicantur: ſpecies autem de generibus non dicuntur. Præterea genera quidem ambitu ſpecierum, quæ ſunt ſub ipſis, ſpeciem quamque: Species autem genera differentijs ſuis exuperant. Præterea neque ſpecies ſummum genus, neque genus infima ſpecies vnquam fieri poteſt. Generi commune proprio eſt, ſpecies ſequi. Nam ſi homo eſt, animal eſt: & ſi homo eſt, riſibile eſt. Commune etiam eſt prædicatio æqua: æquè namque genus de ſpeciebus, & proprium de individuis, quorum eſt proprium, prædicatur. Etenim æquè bos & homo eſt animal, & Socrates, atque Plato riſibile. Commune inſuper eſt & vniuoca prædicatio. Et genus enim de ſpeciebus ſuis, & proprium de hiſce, quorum eſt proprium, vniuocè prædicatur. Differunt autem: genus enim eſt prius, proprium verò poſterius. Eſſe enim animal, deinde diuidi differentijs, proprijſque oportet. Et genus quidem de pluribus ſpecibus, quarum eſt genus. Proprium autem de vna ſpecie tantùm, cuius eſt proprium, prædicatur. Præterea proprij quidem ſit mutuam prædicatio, generis autem non ſit. Neque enim ſi animal eſt, homo eſt, neque ſi animal eſt, riſibile eſt: ſin verò homo eſt, riſibile eſt, & è contra. Præterea, proprium quidem omni ſpeciei ineſt, cuius eſt proprium & ſoli, ac ſemper. Genus autem omni quidem ſpeciei, cuius eſt genus, & ſemper ineſt, non tamen ſoli. Præterea, ſi propria tollantur genera non tolluntur: ſin verò genera tollantur, ſpecies continuò ſimul tolluntur: quibus peremptis, & propria ſimul pereunt.

Generi

Generi autem, & accidenti commune eſt, de pluribus, vt dictum eſt, predicari, ſiue accidens ſit ſeparabile, ſiue inſeparabile. Moueri namque de pluribus, & nigrum de cornis. Aethiopibusvè, & quibuſdam etiam expertibus animæ predicatur. Pluribus autem genus, atque accidens differre videntur. Genus enim ſpecies, vt patet, precedit: accidens autem poſterius ipſis eſt, etiamſi accidens inſeparabile ſumatur. Prius enim natura id, cui accidit, accidente eſt. Et hiſce quidem, quibus genus communicatur, æquè generis communicatio competit: hiſce verò, quibus accidens communicatur, non æquè communicatio competit. Intenſionem enim remiſſionemvè communicatio accidentium ſuſcipit: generum verò non ſuſcipit. Et accidentia quidem in individuis primò ſunt: genera verò, ac ſpecies individuis ſubſtantijs natura priora ſũt. Et genera quidem de hiſce, quæ ſunt ſub ipſis, hoc ipſo quid eſt predicantur: accidentia aũt hoc ipſo quale quid eſt, aut quomodo ſeſe habet res, predicãtur. Qualis enim eſt Aethiops, ſi interrogatus ſue ris? niger dixeris: & quomodo ſeſe habet Socrates? ambulat, reſpõderes, aut ſedet.

Genus igitur quonam pacto à ceteris, differret, iam diximus. Fit autem, vt vnumquodque etiam ceterorum à ceteris quatuor differat. Quare, cum hæc quinque quidem ſint, vnumquodque verò à ceteris quatuor differat, fit, vt viginti omnes ipſorum differẽtiæ ſint. Quater enim quinque numerum dictum conficiunt. At non ita eſt, ſed cùm, ſi ordine numeres: quod ſecundo quidem loco numeras, vna deficiat differentia, propterea quod eſt ea iam ſumpta: quod tertio verò, duabus: & quod quarto, tribus: & quòd quinto quatuor: decem iſtorum vniuerſa profectò differentiæ ſunt, quatuor, tres, duæ, vna. Genus enim, quonam pacto à differentia, ſpecie, proprio, accidenteq. differat, iam dictum eſt. Sunt igitur hæ quatuor differentiæ. Differentia verò quo pacto quidem differat à genere, dictum eſt, cum dicebatur quonam modo genus ab ipſa differret. Reſtat autem, vt quonam modo differat à ſpecie, proprio, accidenteque dicatur. Atque tres hinc differentiæ emerguns, vt patet. Species rurſus quæ quidem modo à differentia differat, dictum eſt, cum quonam pacto differret à ſpecie differentia dicebatur: quo verò modo à genere differat, dictum eſt etiam, cum quonam pacto genus differat ab ipſa ſpecie, dicebatur. Reſtat igitur, vt quonam modo differat à proprio, atque accidente, dicatur. Atque ita nam & hæ differentiæ hinc oriuntur. Proprium igitur reſtabit, vt quonam pacto differat ab accidente, dicatur: nam quo pacto à ſpecie, differentia, genereq; differat, dictum eſt antea, cum illa differre ab hac dicebantur. Cum igitur generis ad cetera quatuor differentiæ ſumantur, vt diximus, differentiæ rei ſpecies, duæ proprij, vnaque eſt accidentis, decem omnes iſtorum profectò differentiæ erunt. Quarum quatuor, quæ ſunt generis ad cetera, diximus nũc, deinceps ceteras aſſeramus oportet.

Commune id itaque differentiæ eſt cum ſpecie, æquè eſſe communicatam. Singuli enim homines æquè ſunt homines, atque rationis participes. Eſt etiam & hoc commune ſemper ijs adeſſe, quibus communicatur. Semper enim Socrates rationalis eſt, ſeperq; homo. Proprium differentiæ quidem eſt, ſemper hoc ipſo quale quid eſt predicari: ſpeciei autem, hoc ipſo quid eſt predicari: nam ſi homo vt quale quid ſumitur, nõ tamen eſt ſimpliciter quale, ſed ea ratione, qua differentiæ generi coniunctæ ipſum conſtituerunt. Preterea differentia quidem in pluribus ſæpe ſpeciebus videtur eſſe, vt quadrupes pluribus animalibus ſpecie diuerſis ineſt. Species autem individuis ſolis ineſt, quæ ſub ipſa ſunt collocata. Preterea differentia prior eſt ſpecies, qua ex ipſe conſtat; tollit enim rationale hominem, ſi ipſum tollatur: at homo ſi tollatur, rationale non tollit: eſt enim & angelus. Preterea differentiæ quidem cum alia componitur differentia: rationale namq; atque mortale, ad conſtituendum hominem componuntur. Species autem cum ſpecie non componitur, vt alia quædã ſpecies oriatur; quidã enim equus cũ quadã aſina ad muli generationẽ cõcurrit: equus autem ſimpliciter cum aſina compoſitus, non effecerit mulum. Differentia, & proprium commune quidem habent æquè vt communicent his, quibus com-

communicantur: equè enim rationalia sũt rationalia, & equè risibilia risibilia. Et super, ac omni speciei adesse: nõ si diminutus et fuit bipes, ratione tamen aptitudinis semper dicitur bipes; quoniam & risibile per aptitudinem semper dicitur tale, non quia semper rideat. Propria autem hæc. Nam differentia, quidem persæpe de speciebus pluribus dicitur: rationale enim de angelo dicitur, & de homine. Proprium autem de vna tantummodo specie, cuius est proprium, predicatur. Et Differentia, quidè sequitur ea, quorũ est differentia, non tamen conuertitur. In proprijs verò fit mutua predicatio, propterea quòd conuertuntur. Differentia cum accidente commune est de pluribus predicari: & item semper, ac omni adesse, si modò inseparabile sit accidens. Nam bipes cum omni semper homini competit, cornis idem, & nigrum esse, omnibus similiter competit. Differre autem hisce videntur. Differentia namque continet species, & non continetur: etenim rationale continet hominem, & angelum. At accidentia tum continent, ex eo scilicet, quia in pluribus sunt: tum continentur, propterea quod subiecta nõ vnius accidentis sunt, sed susceptiua pluriũ. Et differentia quidem expers est intensionis, atque remissionis: accidentia autem gradus suscipiunt, ac magis talia minusue dicuntur. Præterea contrarię quidem differentię misceri non possunt: accidentia verò contraria nonnunquam miscentur. Et hæc quidem communia propriaque differentię cum ceteris sunt: species autem quo pacto à genere differentiaque differat quidem, dictum est tum, cum, quo pacto genus, & differentia à ceteris differunt, dicerẽtur. Reliquum, vtà proprio accidenteq; differat, consideremus. Speciei itaq; cum proprio est communis mutua predicatio. Nam si homo est, risibile est: & si risibile est, homo est: atque risibile, vt aptum est adridendum, sumere, vt sæpenumero diximus, oportet. Aequè præterea species adsunt hisce, quibus communicantur: & propria hisce, quorum propria esse dicuntur. Differre autem hisce videntur. Species enim & aliorum genus esse potest. Proprium verò aliorum proprium esse non potest. Et species quidem proprium antecedit: proprium autem adnomit speciei. Sit enim homo oportet, vt & risibile sit. Præterea speciei quidem semper actu subiecto adest, proprium autem interdũ & potentia inest. Socrates enim actu quidem semper est homo: non autem semper ridet, quanquam semper ad ridendum est aptus. Præterea, quorum definitiones sunt diuersæ, ea etiam sunt diuersa. Denique speciei quidem definitio est, sub genere esse, & de pluribus differentibus numero, hoc ipso quid est prædicari, & quæ sunt similia: proprij verò, soli, & semper, atque omni inesse.

Speciei verò; & accidenti commune est, de pluribus prædicari. Perpauca autem sunt reliqua, quibus conueniunt: præterea, quod plurimum inter se accidens, & id, cui accidit, distant. Propria autem vtriusque sunt hæc. Speciei quidem de his ſce, quorum est species, hoc ipso quid est, prædicari: Accidentis autem, hoc ipso quale est, aut quomodo sese habet. Et quę quę substantia vnius quidem speciei, plurium autem accidentium, tam inseparabilium, quàm separabilium particeps est. Deinde species quidem ante accidentia mente concipitur, etiamsi inseparabilia sunt: (sit enim subiectum oportet, vt illis quippiam accidat:) accidentia autem posteriora sunt, & aduentitia natura. Præterea speciei quidem communicatio æqua est: accidentium autem, etsi inseparabilia sunt, æqua non est. Aethiopi enim magis, aut minus niger Aethiope esse potest. Ai enim refert, vt de proprio, & accidente dicamus: quo enim modo proprium à genere, & specie, & differentia differat, ante diximus. Commune itaque proprio cum accidente inseparabili est, sine ipsis nõ esse ea, in quibus insunt. Vt enim sine risibili non est homo, sic & sine nigro Aethiops esse non potest. Et quemadmodum omne semperq; proprium adest, sic & ipsum inseparabile accidens adest. Differunt autem hisce. Proprium enim vni soli speciei inest, vt risibile homini: inseparabile autem, accidens, ceu nigrum, non Aethiopi solum, sed corno etiam, & pici, & hebeno, ceteris què compluribus inest. Quapropter proprium quidem conuertitur cum eo, cuius est proprium, & est ipsi æquale: inseparabile autem accidens non conuertitur.

eitur. Ac proprietatum quidem cõmunicatio æqua eſt, accidentium autem ſuſcipit gradus. Sunt & alia communia hiſce, quæ dicta ſunt, atque propriarum & hæc ad ipſarum diſtinctionẽ, communicationẽque demonſtrandã ſufficiunt.

EXPLANATIO CAPITIS SEXTI,

ET VLTIMI DE COMMVNITATIBVS,

Et differentijs prædicabilium.

POſtquàm Porphyrius quinque vniuerſalium naturam, quatenus introductionis ratio permittebat, proſequutus eſt, memor illius ſententiæ Ariſtotelicæ in primo Topicorum cap. vltimo: ex ſimilium, diſſimiliumque conſideratione magnam percipi in doctrina vtilitatem; confert eadem inter ſeſe, vt ea, in quibus conſentiunt, & diſcrepant ſub vnum quaſi aſpectum ſubijciat. Id verò tanta efficit verborum copia, tanta perſpicuitate, vt Interpretis opera non indigeat, præſertim cum nos vniuerſalium conuenientiam ante primi capitis ingreſſum, Differentiam in toto opere, prolixius forte, quam res poſtulabat excuſſerimus. Proponemus diſcurſum totius capitis, nonnihil ad illius intellectum addentes; poſtea duo proloquia à Porphyrio inducta, ab alijs vſu trita recenſebimus.

Decẽ modis cõfert Porphyrius vniuerſalia inter ſe.

Continet ergo totum caput decem horum vniuerſalium comparationes, quæ nec plures, nec pauciores eſſe poterant, ſi ſingulis omnia eſſent conferenda. Cum enim ſint numero quinque; primum cũ quattuor ſequentibus conferri oportet. Secundum cum tribus tantum: ſi enim ad primum iterum conferatur, fit inanis repetitio. Tertium cum duobus; quartum cum vltimo; quod cum vltra ſe nullũ habeat, ad priora verò iam fuerit comparatum, nulli conferendum eſt; vnde conſtitutus manet denarius comparationum numerus. Mutauit autem ordinem vniuerſalium Porphyrius; præferendo differentiam ſpeciei: & quia ſtudere voluit ordini naturæ, & quia differentia in pluribus, quam ſpecies, cum genere conſentit. Ad intellectũ verò eorum, quæ de differentia, & proprio inculcantur, memoria tenendum eſt, Porphyrium perpetuò loqui de differentijs tantùm generum, & de proprijs ſpecierum infimarum.

Conuenientia, & diſcrimen ſpecierum vniuerſalium aſſignatur.

Deinde conuenientiæ vniuerſalium, & diſcrimina hæc numerantur: genus cum differentia, ſpecie, & proprio in tribus conſentit, cum accidente in vno tantum; diſcrimina verò habet à differentia ſex, ſeptem ab ſpecie, quinque à proprio; & quattuor tantum ab accidente. Differentia verò cum ſpecie, proprio, & accidente in duobus cõſentit, diſcrepat verò quater ab ſpecie, bis à proprio, ter ab accidente. Species, & proprium conueniunt in duobus, & bis totidem diſcriminantur: ſed cum accidente ſemel concordat, diſcordat verò quadrifariam. Denique proprium cum accidente in vna, vel altera conditione, ſimile exiſtit, in tribus diſſimile, quæ omnia legenti perſpicua erunt; dummodò illud præ oculis habeatur, quæ hoc loco traduntur à Porphyrio magis propriè cadere in res materiales, vt hominem, animal, ridibile, &c. quam in earum intentiones.

Effata duo ſunt. Primum, accidentia quinti prædicabilis, primò, &

Digitized by Google

& immediatè conuenire indiuiduis, ſecundariò, & eorum interuentu, ſpeciebus, verbi gratia, equum moueri, quia Bucephalus mouetur, hominem eſſe album, quia Socrates eſt albus; quo vtitur Ariſtoteles vtrobique tamen eſt intelligendum de realibus accidentibus, nam quæ pendent ab intellectu, ſecus habere poſſunt, vt, eſſe genus, vel ſpeciem, & eiuſmodi alia. Cuius ratio in promptum eſt, idcirco enim contingentia primò conueniunt ſingularibus, quia cum ex ſua natura cum ſubiecto connexa non ſint, egent actione cauſæ extrinſecus influentis, actio verò cauſæ, ſi realis eſt, non tendit, niſi in ſingularia: intentionalis in communia etiam ferri poteſt. Secundum: in vltima parte textus ſexti ſic habet, ex duabus ſpeciebus non componitur tertia, cuius ſenſum egregiè explicat Albert. tractation. 8. ca. 8. ex verbis præcedentibus; oppoſuit enim Porphyrius differentiam, & ſpeciem in hoc, quod duæ differentiæ conſpirant in vnius compoſitionẽ; non autem duæ ſpecies. Perſpicuum enim eſt, non loqui Autorem de differentijs æqualibus, vt inquit Auicenna, ſiue æquè vltimis, ſed de ſuperiori, & inferiori; hæ namque in vnius ſpeciei conſtitutionẽ venire poſſunt, non per immediatam contractionem, vel informationem vnius ab alia; ſed quia inferior actuando, & contrahendo genus contrahit etiam differentiam ſuperiorem, ad quam comparatur, vel vt actus ad potentiam. At ex duabus vltimis ſpeciebus, neutra eſt actus, neutra potentia, & iccirco Metaphyſica compoſitione in vnius eſſentiæ compagem venire non poſſunt, & hoc ſignificauit Porphyrius, cum dixit, in concurſu æqui, & aſinæ non concurrere ſimpliciter equum ad muli compoſitionem, quia, licet equus, & aſina mulũ generent, non propterea mulus ex vtraque ſpecie compactus eſt. Quare immeritò Porphyrium carpit Albertus.

Proponũtur duo effata. Primum.

Secundũ exponitur oppoſitio Differẽtię, & ſpeciei.

Eadem expoſitio de Metaphyſica compoſitione iugulat has quorundam Dialecticorum inſtantias, materia prima ſublunarium, & anima rationalis ſunt ſpecies infimæ, & tamen componunt tertiam ſpeciem, videlicet hominem. Item linea, & ſuperficies ſunt ſpecies quantitatis, & eorum complexu fit corpus, neutra enim ex his compoſitionibus Metaphyſica eſt. Adde, Porphyrium videri de ſpeciebus tantum completis loquutum fuiſſe, enumeratas autem vel ſimpliciter, vel ex parte incompletas eſſe, ſed ne aliqua ſubſit liberæ interpretationis ſuſpicio, ex eodem contextu colligit Albertus, hanc propoſiti axiomatis moderationem, non fieri ex duabus ſpeciẽ tertiam, cuius ſuppoſita ſint eadem cum ſuppoſitis alterius ſpeciei, componentis, ſic enim perfectè opponitur ſpecies differentiæ, nam duæ differentiæ, cum vnam conſtituunt ſpeciem, ita ſe habent, vt vna earum eadem ſub ſe contineat ſuppoſita, atque ſpecies conſtituta, nam ſuppoſita hominis, & rationalis eadem ſunt, licet aliter ſub ſpecie, aliter ſub differentia conſtituantur.

Enodãtur aliquot dubia contra propoſitã explanationem.

COM-

Digitized by Google

tuta, aliquando pro ſupremo tantum genere cuiuſque prædicamenti; quid verò Prædicamentum formaliter ſignificet, in quæſtionibus expendemus.

HVIVS LIBRI MATERIA, ordo, commoditas, & partitio.

De huius libri materia duplex ſent.

1. ſenten.

QVàm certũ eſt inter omnes Interpretes, hoc libro agi de prædicamentis, tam eſt apud eos ambiguum, an præcipua materia ſint voces, vel res. Auerroes, & Caietanus hic, Auicenna initio ſuæ Logicæ, affirmant, eſſe res.

1. argum. Primò, quia de illis diſſeritur, ex quibus prædicamenta coaleſcunt, ſiquidem tractatus eſt de prædicamentis; ſed prædicamenta ex rebus tantum coaleſcunt, res enim, & non voces dicuntur genera, ſpecies, & indiuidua.

2. argum. Secundò, de his præcipuè agitur, quorum traduntur proprietates; ſed proprietates, quæ ſingulis prædicamentis aſſignantur, rebus conueniunt, non vocibus: ergò res ſunt præcipuum ſubiectum.

2. ſentẽtia. Oppoſitum docent Alexander, Simplicius, Ammonius, Porphyrius, Syrianus, & Boetius, primariam, ſcilicet, materiam eſſe voces, quod ſignificaſſe videtur Ariſtoteles ca. 4. eiuſdem operis, cum prædicamenta diſtinguens, per voces id exequatur, ſic enim ait, eorum, quæ nulla complexione dicuntur, ſingula aut ſubſtantiam ſignificant, aut quantitatem, aut qualitatem, &c.

Poſterior ſententia prẽoptat.

Poſterior ſententia multò verior eſt, dummodò non neget, in præſenti opere de rebus etiam, quæ prædicamenta conſtituunt, ſecundaria ratione diſputari. Prima huius reſolutionis pars ſuadetur.

1. ratio. Primò, quoniam Dialectica vniuerſa eſt ſcientia ſermocinalis, ergo omnes eius partes, qualis eſt hæc, ad ſermonem præcipuè attendũt, maximè ad internum.

2. ratio. Secundò, hoc loco traduntur elementa ad propoſitiones, ſyllogiſmoſque conficiendos: propoſitiones verò & ſyllogiſmi conſtant verbis ſignificantibus, non rebus ſignificatis; ergò in hoc opere verba præcipuè tractantur. Secunda pars inde conſtat, quia nec verba, qua ſignificatiua, ſufficienter intelligi poſſunt, niſi aliqua rerum ſignificatarum declaratione, nec Ariſtoteles in ſequentibus capitibus aliter ea declarauit; nam explicatione ſubſtantiæ, quantitatis, &c. expoſuit, quæ eſſent vocabula ſimplicia eorum ſignificatiua.

Ex quibus patet reſponſio ad rationes prioris ſententiæ, quatenus poſteriori aduerſantur. Ad primam enim concedimus, in Prædicamentis præcipuè res collocari; negamus tamen, hanc tractationem eſſe de ijs, quę præcipuè in Prędicamentis ponuntur, ſed de ſignis, quibus exprimuntur, quę etiam ſortiuntur appellationem generum, ſpecierum, &c. Ad ſecundam, negandum eſt, ea primò tractari, quorum proprietates explicantur, nam, vt verba ſimplicia melius perſpecta ſint, eorum ſignificata non ſolum per partes eſſentiales, ſed etiam proprietatibus explicãtur. Adde, non modò rerum, ſed etiã verborum proprietates in hoc opere tradi, nam cap. 5. ait Ariſtoteles, proprium eſſe ſubſtantiarum, ſignificare hoc aliquid, quod in ſola verba quadrare poteſt.

Soluũtur 1. ſenten. ar.

Ad 1.

Ad 2.

Quod attinet ad ordinem, hic liber conferri poteſt, vel cum alijs partibus Philoſophię, vel cum ceteris partibus Logicę; ſi priori modo conſideretur, non deſunt, qui vltimum ei locum adſcribant, eundem ſcilicet, quem Metaphyſicę (cuius pars hic liber ab his Autoribus eſſe creditur) attribuunt. Alij nullum ei definitum locum in Artium ordine concedunt, ſed ad omnes ſimul artes pertinere aſſeuerant. Primi vtuntur his rationibus. Prima. Sola Metaphyſica ex proprijs conſiderat ens vt proportionatum obiectum; ergo eadem ſola conſiderare debet immediatam entis diuiſionem in decem genera, quę hoc in opere pertractãtur; nam cuius eſt explicare aliquam naturam, eiuſdem eſt proxima illius in inferiora partitionem perſcrutari. Secunda. Modi prædicandi, quibus Ariſtoteles, ceteriq. Philoſophi hoc loco

Quẽ locũ in ordine artium hic liber obtineat.

Certũ locũ hẽre multi negant rationib. probant.

1. Ratio.

2. Ratio.

loco Prædicamenta colligunt, fundantur in modis essendi, vt apud Porphyrium dictum est; sed modi essendi pertinent ad Metaphysicum, non ad Logicum; ergo ad eundem spectabunt modi prædicandi; alioquin inuersionis ordine artes procedent, si à priori arte explicetur forma, & à posteriori fundamentum, sine quo ea forma intelligi perfectè non potest; Tertia: Dialecticus non considerat, qualia sint materialia prædicata, sed qui, & quot sint modi prædicandi formales, & à quauis materia præcisi: ergò inquirere, quot sint genera earum rerum, quæ prædicantur, ad ipsum minimè spectat; sed ad Metaphysicum.

3. Ratio.

Prædicamentorum tractatio nè ad nullũ determinatũ artificẽ pertinere, aliqui putant.

Qui negant, Prædicamentorum explicationem ad vllum determinatum artificem pertinere, ita arguunt. Nulla est scientia, vel ars, quæ omnia rerum genera versetur; sed quælibet certam etiam partem expendendam assumit; ergo labor explicandi omnes Categorias, quæ res omnes continent, non ad vnam aliquam, sed ad omnes simul artes pertinebit.

Prædicamenta ad Metaphysicũ, & Logicũ alia, atque alia ratione spectant.

Communis tamen sententia omnium grauium Interpretum est, Prædicamenta ad Metaphysicum simul, & Logicum, alia atque alia ratione pertinere; quod vt manifestum sit, & contrarijs opinionibus satisfiat, aduertendum est, res, quæ in prædicamentis collocantur, trifariam spectari posse. Primò, quo ad ipsarum naturas; veluti si in prima Categoria consideres naturam substantiæ, corporis, &c. Secundò, quatenùs sunt vniuersales, & particulares in essendo, id est, quatenus particularia includunt communia, & ab ipsis nõ includuntur. Tertiò, prout aptæ sunt in enunciatione subijci, & prædicari. Ac prima quidem consideratio, nullius determinatæ scientiæ est, sed omnium realium; & hoc tantum conuincit secunda opinio; inde tamen non sequitur, doctrinam Prædicamentorum spectare ad omnes scientias, quia prædicamentum non est sola rei natura, sed inuolui re-

Res, quę in prædicamentis locantur, trifariã spectari possunt.

riem. Secunda planè est Metaphysica, vt primæ opinionis argumenta conuincunt. Tertia meritò adscribitur Logicæ. Nam tota consideratio, quæ ad prædicationes instituitur, est Dialectica, vt nullus diffitetur: eiusmodi verò esse tertiam, de quà agimus, ex ipsius declaratione compertum est.

Soluuntur oppositæ partis rationes.

Ad rationes in oppositum respondetur: Primam primæ sententiæ nihil nobis aduersari. Ad secundam respondetur, sæpè necessarium esse ad rectum doctrinæ ordinem, explicare, quæ sit vis, & munus alicuius formæ, non explicato, sed supposito fundamento, quod vel in pueris elementarijs apparet, docentur enim virtutem, & potestatem literarum, ignorata earum natura; ita Logici cognoscunt vim prædicationũ, supposito earum fundamento, quod Metaphysici exponunt. Ad tertiam respondetur, opus esse Dialectico, omnia rerum genera, quò ad rationem prædicandi, & subijciendi, cognoscere, non vt earum rerum notitiam per se comparet, sed vt medijs abundet, ad quamcunque de re proposita quæstionem pertractandam. Argumentum secundæ resolutum iam est.

Ad 1.

Ad 2.

Ad 3.

Ad varias intellectũ operationes varias quoq; Logicæ tractationes ordinant.

Hactenùs de ordine huius tractationis ad ceteras disciplinas, nunc de illo, quem ad alias Logicę Aristotelis partes obtinet; is verò est idem, qui in operationibus mentis conspicitur. Nam primæ operationi, qua simplicia apprehenduntur, respondet hæc Prędicamentorum doctrina, vbi simplicia nomina in classes redeguntur. Secundæ, qua componimus, & diuidimus, aptantur libri de Interpretatione, in quibus de enunciatione disputatur. Tertiæ, qua ratiocinamur, congruunt Analytica, & Topica, vbi consequentiæ, argumentationes, syllogismique fabricantur.

Hæc doctrina ad omnẽ vsũ dialecticũ est maximè necessaria.

Huius doctrinæ commoditas, & vtilitas est quam maxima ad omnem vsum dialecticum; nam ad diuisiones, definitionesque cõficiendas expeditam præbet materiam, Genera,

Spe-

Digitized by Google

Tractatio Prædicamẽtorũ in tres partes diuiditur.

Species, differentiasque distinguendo. Ad argumentationem verò de quacunque re instituendam, omnem subijcit naturam, omnem proprietatem. Distributio operis est in tres partes, in ante Prędicamenta, in Prędicamenta, & post Prædicamenta. Prima quatuor capitib. continetur. Secunda, quæ præcipua est, quinque sequentibus. Tertia, vt ordine, ita vtilitate, & dignitate vltima, totidem extremis.

EXPLANATIO CAPITIS PRIMI

DE AEQVIVOCIS, VNIVOCIS, & Denominatiuis.

SVMMA CAPITIS.

Definitio Aequiuocorum.

HOc caput tres continet definitiones, & totidem in partes diuidi potest. Prima est Aequiuocorum, in hunc modum: Aequiuoca sunt ea, quorum nomen commune est, ratio verò substantiæ nomini accommodata, diuersa; hoc est, quæ nomine conueniunt, conceptibus autem, vel essentia discrepant.

Definitio Vniuocorum.

Secunda est Vniuocorum, & sic habet; Vniuoca sunt, quorum & nomen commune est, & ratio substantiæ nomini accommodata eadem, seu quæ & nomine, & essentia conueniunt.

Definitio Denominatiuorũ.

Tertia describuntur Denominatiua hac ratione: Denominatiua sunt, quæ ab aliquo nominis habent appellationem solo differentia casu; hoc est, quæ tribuunt subiecto appellationem alicuius formæ, quæ afficitur vocabulo initio eodem, fine tamen diuerso.

CAPVT I.

COMMENTARIVS.

a *Aequiuoca dicuntur.*] Quoniam huius primæ partis doctrina eo tendit, vt nonnulla explicentur ad prædicamentorum intelligentiam necessaria, quæ, si postea traderentur, inchoatam disputationis seriem interrumperẽt, idcircò primis quatuor capitibus, quædam omnibus, vel pluribus Categorijs, partim repugnantia, partim conuenientia, edisserit. Huius consilij ratio, vt in hoc primo capite eluceat, aduertit Albertus Magnus, tractatu primo. c. 2. Aegidius hic, & alij, trifariã conferri posse Prædicamenta. Primò, omnia cum Ente, cuius mẽbra sunt. Secundò, singula cum suis inferioribus. Tertiò. quædam ad alia, verbi causa, Prędicamenta accidentium ad substantia. Si comparatio fiat primo modo, omnia sunt Aequiuoca, seu analoga. qua de causa differit hoc loco de Aequiuocis; addeetiã, vt ostẽdat, ea excludenda esse à Prædicamentis. Si secundo modo omnia conueniunt vniuocè. vt planum est. Si denique tertio singula nouem Categoriarũ accidentia dicuntur de substantia, non æquiuocè; quia prędicari possunt eadem ratione, vt in Prędicabilibus visum est; non vniuocè, quia nõ affirmantur essentialiter, sed denominatiuè, & accidẽtaliter, qđ etiã conuenit ijs substantijs,

Alb. Mag. Aegid. Trifariam conferri possunt prædicamẽta.

a§ A *Equiuoca dicuntur ea*, b § *quorum nomen solum commune est*: c § *ratio verò substantia* d § *Nomini accommodata, diuersa: vt animal dicitur, & ipse homo, & id quod est pictum. Horum enim nomen commune tantummodo est, ratio verò substantia nomini accommodata diuersa. Si quispiam enim, quanam sit vtriusque ratio animalis, voluerit assignare, rationem vtriusque profecto propriã assignabit.* e § *Vniuoca ea dicuntur, quorum & nomen commu-*

Digitized by Google

Triplex cuiuſque rei conſideratio eſſe poteſt.

ſtanijs,quæ aliarum reſpectu accidentis modum imitantur,vt, auratum cõparatione ligni. Ratio propoſiti ab Ariſtotele ordinis in præfatis collationibus recenſendis eſt; quia prima rei conſideratio eſt in ordine ad ſuperius, quo conſtat, ſecunda ad inferius,quod conſtituit, tertia ad extremum, quod afficit,vel à quo afficitur.

Quadrifariã ſe poſſunt habere aliqua duo penes nomen & rationem.

Ammonius, Boetius,Simplicius,& alij notarunt, quadrifariam ſe habere poſſe aliqua duo penes nomen,& rationem,finitionemvè; aut enim conueniunt nomine & ratione, dicuntur ſynonyma; ſeu vniuoca; aut vtroque diſſident, vocanturque Heteronyma, ſeu diuerſiuoca; aut nomine quidem conueniunt,ratione verò diſcrepant, & appellantur Homonyma,id eſt. Aequiuoca; aut denique ratio vtriuſque eſt eadem, nomina autem plura, quæ dicuntur Polyonyma,ſiue Multiuoca, vt gladius, & enſis. Ex his quatuor generibus, primum duntaxat, & tertium explicat hoc loco Ariſtoteles; vel quod ceterorum nullus in hoc opere vſus eſt, vel quod ex his reliqua facilè dijudicantur. Notandum præterea eſt, Aequiuoca(idem de Vniuocis,& Denominatiuis) alia eſſe aequiuocantia,alia aequiuocata; illa ſunt vocabula ſignificantia; hæc res ipſæ ſignificatæ; de prioribus dictum eſt in libro Inſtitutionum: poſteriora demit hoc loco Philoſophus. Ceterum, vt vera Homonymia ſeruetur, neceſſe eſt, Auctore Ammonio, vt vox omnibus Grammaticis accidentijs eadem ſit. Vnde [malus] non eſt nomen Aequiuocum reſpectu arboris, & hominis vitioſi, quia pro arbore priorem producit,pro homine eandem corripit.

Vt nomen ſit æquiuocum eadẽ Grammatica accidentia habere debet.

Definit igitur Aequiuoca in plurali,quia circa multitudinem rerum, æquiuocatio eſſe non poteſt. Cur verò vſus ſit verbò (dicuntur) & non verbo, [ſunt]ea cauſa eſt,inquit Boetius,quia res non ſunt æquiuocæ ſecundum ſe, ſed per ordinem ad nomen,quo appellantur; quarè æquiuocatio in appellatione conſiſtit.

Boetius.

b *Quorum nomen*] Nomen hoc loco,vt Boetius annotauit, latè accipitur, ita,vt non ea tantum quæ propriè nomina vocari ſolent,ſed etiam verba, & participia,& quamuis orationis partem comprehendat: qua nominis ſignificatione vſus eſt idem Ariſtoteles initio primi libri Elenchorum, & alibi: vocabulum [ſolum] non excludit omnem conuenientiam; fieri enim poteſt,vt aliqua æquiuoca in multis, præter nomen,conueniant, vt Gallus homo,& Gallus auis, qui præter vltimas differentias, cetera omnia prædicata habent communia; ſed excludit conuenientiam in ratione ſub illo nomine, quo pacto dicere conſueuimus,relictum alicui in prælio ſolum enſem,ad diſtinctionem, videlicet,clypei & haſtæ.

Ariſt.

Quidin definitione nomine rationis & ſubſtantiæ intelligatur.

c *Ratio ſubſtantiæ.*] Ratio Græcè hoc loco dicitur λόγος, quod ſignificare poteſt conceptum mentis, vel ſimplicem, vel definitiuum, vel etiam conceptum obiectiuum rei ſignificatæ,vt in quæſtionibus explicabitur. Subſtantia,non ponitur pro ea,quæ ab accidentibus diſtinguitur,proprimumque Prædicamentum conſtituit,ſed pro quauis Natura,quæ poſſit ratione explicari: nam græcè habetur,οὐσίας,quod nomen, Autoribus Sergio Flauio apud Fabium lib.2.c.15.& lib.3.cap.7.& lib.8. cap.3.Boetio hic,& Macrobio libro primo in ſomnium Scipionis,cap.14.proprie ſignificat eſſentiam: quæ nominus in accidentibus, quam in ſubſtantia reperitur, vnde in vtrisque eſt propria Homonymia,ſeu Aequiuocatio.

Sergius. Quintil. Boetius. Macrob.

d *Nomini accommodata*] Hoc eſt, Aequiuoca non conueniunt in vlla natura communi, quæ ſignificetur eo vocabulo, in quo Aequiuoca dicuntur, licèt alioqui participent eandem naturam alio nomine ſignificatam, vt patet in propoſito exemplo Galli: quamuis enim homo, & auis non vniantur in aliqua natura expreſſa nomine,[Gallus,] vniuntur tamen in natura ſignificata per nomen [Animal.] Totius ergo definitionis ſenſus eſt; Res æquiuocas appellari illas, quæ habent idem vocabulum externum, diuerſam ta-

Digitized by Google

men essentiam, seu essentialem definitionem.

Quæ sint Vniuoca.

e *Vniuoca ea*] Quæ Latinè vniuoca, Græcè συνώνυμα dicuntur. Quæ autem nunc apud Grammaticos synonyma, proprie πολυώνυμα vocantur. Cetera vocabula, quæ in vniuocorum definitione ab Aristotele ponuntur, ex Aequiuocorum declaratione perspicua sunt.

Denominatiua sunt media inter Aequiuoca, & vniuoca. August. Damasc. Simplic.

f *Denominatiua*] Definit Denominatiua; quæ, vt notauit Augustinus in Categorijs, Damasc. in sua Logica cap. 35. & Simplicius hoc loco, media sũt inter Aequiuoca, & Vniuoca: quia Vniuoca totum nomen, totamque rationẽ illi respondentẽ hẽnt eãdem; Aequiuoca nomẽ quidem totũ, sed nõ rationem; Denominatiua verò non habent eandem prorsus rationem, & idem nomen, vt Vniuoca; item nec nomen prorsus idem, & rationem omninò diuersam, vt Aequiuoca, sed tam nomine, quàm ratione partim conueniunt cũ forma, partim ab ea dissentiunt, vt videre est in candore, & candido; nam candidum tum initio vocabuli, tum re significata consentit cum candore, differt autem & in fine vocis, & in modo essendi formæ, quia candor dicit formam nudè acceptam, candidum verò adiungit modum essendi in subiecto. Ad vberiorem huius explicationem oportet in quouis Denominatiuo tria considerare, formam per se sumptam, vt albedo, subiectum formæ, vt Cygnus, & concretum ex forma, & subiecto, seu modo, quo forma subiecto inhæret, vt album: forma dicitur denominans, subiectum res denominata, medium illud concretum denominatiuum. Cetèrum hæc considerari possunt, vel in vocibus, vel in rebus: si spectentur in vocibus, forma denominans est nomen, [Albedo,] denominatiuum, nomen, [Album] quod Recẽtiores Dialectici vocant Denominatiuũ denominans, subiectum [Cygnus] Si in rebus, forma denominans est albedo realis, Denominatiuum, concretũ reale ex albedine, & subiecto, quod vocant Denominatiuum denominatum, subiectum, idem Cygnus.

Tria Denominatiuorũ genera.

Ad hæc. Tria commemorari solent Denominatiuorum genera. Quædam deriuantur ex forma re, & non voce; vt studiosus à virtute, vtrumq; enim significat eandem formam, sed voces longè sunt diuersæ. Alia voce & non re, vt officiosus ab officio; nam vocabuli initium est idem, res verò significata alia, & alia. Alia denique deriuantur, & voce, & re, vt Grammaticum à Grammatica, quod, quanto rigore accipiendum sit, in quæstione explicabitur. Hæc vltima tantùm propria, & vera Denominatiua censentur a Dialecticis quibus proinde solis aptanda est proposita definitio ad hunc modum: Denominatiua sunt res quæ ab aliqua priori forma re ipsa deriuatæ, ab eadem nomen accipiunt, initio idem cum nomine formæ, in fine tamen diuersum: id enim significant illa verba contextus, solo differentia casu.

Quæ proprie denominatiua à Dialecticis censeantur.

commune est, & ratio substantiæ nomini accommodata eadem est: vt animal dicitur & ipse homo, & equus: nomine nãque communi & homo, & equus animalia nuncupantur, & ratio quoque substantiæ vtriusque eadem est. Si quispiam enim vtriusque rationem voluerit assignare, quænam sit vtriusque ratio animalis, eandem rationem omninò reddet.

§. f *Denominatiua ea dicuntur, quæ ab aliquo nominis appellationem habent solo differentia casus: vt à Grammatica Grammaticus appellationem habet, & à fortitudine fortis.*

CAP.

QVAESTIO I.

QVID SIT ÆQVIVOCVM, & quotuplex.

ARTICVLVS I.

MVLTIPLEX ÆQVIVOCORVM diuisio.

ETsi profundior analogię perscrutatio metaphysica sit; non fuit tamen hoc loco omninò prętereunda nonnulla eius inuestigatio, vt Philosophi mens, & prędicamentorum series explanentur. Igitur, vt missam faciamus diuisionem

Diuisio æquiuocationum. Aristotel. Explicatio diuisionis.

æquiuoci in æquiuocans, & æquiuocatum, de qua in commentario capitis; celebris est ea, quam Aristoteles septimo Physicorum, capite quarto, text. 31. proposuit his verbis: æquiuocationum aliæ nimium distant, aliæ similitudinem quandam habẽt.

D. Thom.

Hoc est, vt interpretatur D. Thom. & cæteri eo loco, quædam sola conueniunt voce, aliæ, præter vocem, in re significata similitudinem habẽt. Eandem prosequitur Caie. tract. de analogia nominum sub his terminis à Veteribus. & Recentioribus vsurpatis; æquiuocorum alia sunt à casu, alia a consilio, quorum illa simpliciter æquiuoci nomẽ, vt sibi proprium vendicarunt; hæc speciali etiam vocabulo analoga dicuntur. Quæ diuisio æquè cadit in nomina, atque in rẽs; ac prout nominibus accommodatur, exposita est in Institutionibus; quatenus in rebus inuenitur, sic

Caietan.

Definitio Aequiuocorũ à casu.

habet: æquiuoca à casu sunt, quæ habent commune nomen, rationem verò tali nomini respondentem omninò diuersam, cuiusmodi sunt, homo Francus, & auis sub hoc nomine [Gallus] quamuis enim illa duo secundum naturam genericam animalis conueniant in vna ratione vniuoca, & secundum specificas differentias conueniant saltem analogicè, vt postea patebit, non significantur tamen illo vocabulo, quasi conuenientia, sed perinde ac si commercium non haberent.

Consilio æquiuoca, seu analoga, idem quoque nomen habent, & rationem aliquo modo eandem, simpliciter tamen diuersam, vt homo verus, & depictus; vterque enim formam hominis participat, tametsi vnus veram, & essentialem, alius adumbratam: quod est in causa, vt hæ rationes hominis sint absolutè diuersæ. Hinc etiam est, vt analoga meritò censeantur media inter casu æquiuoca, & vniuoca, siquidem vendicant rationẽ quodammodo vnam, vt vniuoca, simpliciter tamen diuersam, quemadmodum æquiuoca, cum quibus proinde maiorem habent necessitudinem.

D. finitio analogorum.

Diuisio analogorũ.

Prosequitur Aristoteles eodẽ loco subdiuisionem alterius membri propositæ diuisionis, nimirum analogi, quam illustriorem reddidit Caiet. in eo opere ex diuo Thoma, & alijs. Analoga quędam sunt secundum inæqualitatem; alia secundum attributionem: alia demùm secundum proportionem. Analoga inęqualitatis sunt, quorum nomẽ, & ratio est omninò eadem, inęqualiter tamen perfecta in inferioribus huiusmodi sunt genera omnia, quę, licèt secundum rationem obiectiuam ab inferioribus præcisam nullam habeant diuersitatem, & idcircò simpliciter sint vniuoca, nihilominus ob inæqualitatem differentiarum cõtrahentium perfectius existunt in vna specie, quam in alia. Quamobrem D. Tho. in 1. distinct. decimanona quæst. 5. articulo secundo, vocant hæc analoga secundum esse, quatenus sunt inæqualia, quatenus perficiuntur differentijs specierum, quarum vna semper excedit aliam, quam Auerroes. 12. Metaph. com. 2. censuit, sufficiens fundamentum astruendi genus propriùs dici de vna specie, quàm de alia; quòd autem sic dicitur, analogum existimatur.

Analoga inęqualitatis.

D. Thom.

Auerroes.

Hac expositione pcluſus est aditus illi

Digitized by Google

illi obiectioni, qua opponeretur, ſpeciem quoque fore analogam ſecundum inæqualitatem, prout eſt in varijs indiuiduis. Negabis enim illationem, quia iuxta ſententiam magis approbãdam in libris de anima, omnes differentiæ indiuiduæ ſub vna ſpecie ſunt æquales in eſſentiali perfectione, & ideò æqualiter perficiũt ſpeciem. Grauior eſt eadem obiectio in ſententia Pariſienſium, qui imparitatẽ admittunt in indiuiduorum differentijs; inæqualiter enim perficietur natura ſpecifica in indiuiduis, quemadmodum generica in ſpeciebus: concedent fortaſſe totum Pariſienſes, aſſerentque, hanc ſpecierum analogiam ideò prætermiſſam à Philoſophis, quia viſitur in indiuiduis, de quibus ipſi minimè diſſerunt.

Analoga per attributionem. Analoga per attributionem ſunt, quorum eſt idem nomen, eademque ratio ſecundum terminum, diuerſa tamen ſecundum habitudines ad illum: explicatio huius definitionis, quam recipiunt omnes, hodieque probant ex Caietano c. 2. de analogia nominum, hæc eſt. Analoga omnia in hoc conueniunt cum vniuocis, & æquiuocis, quòd eodem nomine ſignificãtur, vt Ariſtoteles in ſua definitione teſtatur. Habent verò hæc, de quibus diſputamus, eandem rationem ſecundum terminum, quoniam omnia reſpiciunt vnam formam inuentam in primo analogato, vt videre eſt in ſano. Etenim quæcunq; ſana vocantur, ab vna ſanitate, quam reſpiciunt, ſortiuntur appellationem, quod, quia diuerſis modis præſtant, additur in definitione, analoga reſpicere per diuerſas habitudines; nam animal ſanitatem ſuſcipit, vt ſubiectum, pulſus indicat, vt ſignum, cibus conſeruat, vt cauſa: quia verò nomen connotatiuũ primò, & per ſe denotat ſubiectum formæ, quam ſignificat, primum analogatum ſani eſt Animal, in quo reperitur proportio quatuor humorũ, quę eſt ſanitas, cetera verò vt pulſum, & cibũ importat magis ſecũdariò, & remotè, vt reſpicientia primũ analogatum, quę idcirco abſq; reſpectu ad primũ, nec definiri, nec probè intelligi poterant, vt in eodem ſano, & in ceteris eſt manifeſtum. Quo.n. pacto explices, vel mente capias pulſum, vt ſanum, non comparando illum ad ſanitatem animalis, cuius merito terminatiuè & extrinſecè ſanus dicitur, quatenus illius eſt index? Ita docet D.Thom. 1. par. q. 13. artic. 6. in corpore. D.The.

Caiet.

Porrò autem princeps analogum, quod cetera reſpiciunt, & à quo deriuatam habent appellationem, eſt illorum cauſa, vno ex quatuor vulgatis generibus, nimirum finalis, aut efficiens, formalis, aut materialis. Finalis cauſa eſt animal ſanum, compa ratione medicinæ, & diætę, quæ propter ſanitatem animalis, vt propter finem, inſtituuntur. Cauſa efficiens eſt Medicus, à quo inſtrumenta denominantur medica, vt à cauſa effectiua principali. Cauſa formalis, quę hoc loco ab exemplari non diſtinguitur eſt v. c. homo verus, ſi referatur ad pictum, quoniã pictus per imitationem formæ veri hominis, vti proprij exemplaris, homo nominatur. Denique materialis cauſa eſt ſubſtantia collata cum accidentibus ſub ratione entis; nam ens primò dicitur de ſubſtantia, quę ſimpliciter, & per ſe eſt, de accidentibus verò cum reſpectu ad ſubſtantiam, cuius ſuſten tatione exiſtunt.

Quod ſi illud principale, quò cetera referuntur, eodem nomine ſignificetur, quò minus præcipua dicuntur analoga vnius ad alterum, cuiuſmodi eſt ſanum, eodem namq; vocabulo deſignatur & animal, quod præcipuè ſanũ eſt, & reliqua minùs præcipua: intelligimus autẽ nomine vnius omnia ſecundaria, & minus principalia, nomine verò alterius princeps analogatum. At ſi illud nõ ſignificetur eodem nomine, vocãtur analoga duorum ad tertium. Hac ratione eſt analogum ſalutare, dicimus enim ſalutaria deambulationem, potionem, & diætam, gratia animalis, cui ſalutem afferunt, cum animal ipſum, quod ſalutaria reſpiciũt,

Analoga vnius ad alterum.

Analoga duorũ ad tertium.

haud eo nomine censeatur. Hic etiã, vt in præcedenti membro, nomine duorum intelligi volumus omnia analogata secundaria, siue duo tantum existant, siue plura, nomine alterius primarium. Est hæc doctrina D. Thom. D. Thom. eadem quæst. art. 5. quæst. prima de potentia, art. 7. primo contra Gent. capit. 34. vbi eam explicat Ferrarien. Ferrar. & potest tradi per modum alterius vniuersalis diuisionis analogi secundum attributionem, vt aliud dicatur vnius ad alterum, aliud duorum ad tertium.

Analoga secundum proportionem.

Analoga secũdum proportionem sunt ea, quorum est idem commune nomen, & eadem ratio proportionaliter, seu & similis ratio, ita fere Caietan. cap. 3. illius tractatus iuxta Philosophum supracitatum. Sed quoniam plerique Veteres, & Recentiores appellant hæc analoga proportionalitatis, alij proportionis, quo vocabulo nos libentius vtimur, est aduertendum, proportionem esse habitudinem vnius ad aliud, qualis est inter quatuor, & octo; est enim proportio dupla; proportionalitatem verò iuxta vsum perspectorum esse comparationem, siue similitudinem duarum proportionum inter se, verbi gratia, proportionis quatuor ad octo, & octo ad sedecim: nam vtraq; est dupla proportio, & in hoc habet similitudinem. Idem cernitur in quibusdam analogis, veluti in principio, quoniam. vt se habet ratio præbendi initium sanguini in hepate, ita se habet in fonte ratio conferẽdi initium flumini; vnde hæc analogia cõsistit in similitudine proportionum. Verùm melius designatur hęc eadem similitudo nomine proportionis, quod, licet formaliter non significet illam relationem habitudinis, quæ inter proportiones exercetur, vt proportionalitas significat, satis tamen indicat illius fundamentum, quod est ratio totius analogiæ.

Proportio quid sit.

Ita patet ratio nostri consilij in vsu vocabuli, & explicatio postremę partis definitionis, in qua huiusmodi analoga distinguuntur ab analogis attributionis: illa enim habent vnam simpliciter rationem, quã respiciunt, hæc habent plures diuersas, non omninò, vt æquiuoca, sed proportione similes, vt videre est in principio: alia enim ratio principij est in fonte, alia in corde, alia in instanti, quòd dicitur principium temporis: ite alia ratio entis est in substantia, alia in accidente; alia forma hominis in viuo, atque in demortuo; cum interim nõ sit alia sanitas, qua denominatur animal, alia, qua pulsus, vel cibus. Subdiuidũtur hæc analoga in ea, quę sunt per proportionem propriam, & quę per impropriam: priora sunt, quę vere, & proprie participant formam nomine analogo significatam, vt eor, fons, & instans in ratione principij, substantia, & accidens in ratione entis. Posteriora ita se habent, vt forma in vno sit per se propriè, in alio per metaphoram, quomodo est analogũ risus ad risum hominis, & prati, in homine enim est propriè, in prato per translationem, dum herbarum virore, & florum amœnitate vultus hilaritatem æmulatur.

Analoga per proportione propriam.

Analoga per proportione impropriam.

Hæ sunt præcipuè analogorum diuisiones, alias minoris momenti facilè quiuis interpretabitur, vti illam, in analoga essentialia, & accidentalia: priorum exemplũ est ens ad substantiam, & accidens: est enim ens de illorum essentia: posteriorũ est principium, quod accidentaliter prædicatur de corde, & instanti. Aequè facilis est illa in analoga quò ad naturã, & quò ad modum; analogum quò ad naturam est illud, quod in se ipso est multiplicis rationis, & ens, principium, &c. nam hęc in ipso formali significato habent diuersas rationes: analogum quò ad modum est, quod in se est natura vniuoca, & in solo participandi modo habet diuersitatem, quia prius, vel intensius communicatur vni, quam alijs, huiusmodi est calidum respectu elementi ignis, & cæterorum, prius enim per se, & perfectius igni conuenit, cæteris rebus secundariò, ratione ignis, & imperfectius.

Si animum diligenter aduertas, facilè perspicies has diuisiones per se solum

Digitized by Google

solum cadere in analoga secundum proportionem, quia in his forma, penes quam analoga dicuntur, semper multiplicatur, & intrinsecè in ipsis analogatis inuenitur, quamobrem vel erit de eorum essentia, vel non; similiter aut erit eiusdem rationis in omnibus, & in modo tantum diuersa, aut diuersæ simpliciter rationis cũ quadam similitudine, & ita constabunt præfatæ diuisiones: at in analogis secundum attributionem per accidens tantum inuenirentur eædẽ diuisiones, quoniam, cum non exigant formam intrinsecè multiplicatam in membris diuidentibus, necesse non est, vt forma sit illis essentialis, nec, vt sit multiplicis rationis in seipsa, sed sufficiat vniuoca, vt patet in sanitate.

ARTICVLVS II.

EXPEDIVNTVR ALIQVAE difficultates obuia præcedentis doctrinæ.

ANaloga attributionis hoc præcipuè à ceteris differre tradidimus, quod respiciant primarium analogatum, in quo forma intrinsecè reperitur, vt palam facit exemplum sani. Verùm in hac doctrina, duplex est obiectio, vnica dubitatio. Prima obiectio, omnia sana solum dicunt attributionem ad id, à quo talia denominantur, sed denominantur à sanitate, non ab animali, ergo omnia tam minus principalia, quam principale dicunt habitudinem ad solam sanitatem, non autem ad animal, & consequenter analoga attributionis (nam de ceteris idem est iudicium) solum dicunt ordinem ad formam, non ad primum analogatum. Confirmatur, huiusmodi analoga à sola forma pendent in sui cognitione, & definitione, ergo ad eam tantum ordinantur. Secunda, etsi demus analoga attributionis propendere in vnum primarium, nihil in hoc differrent ab analogis proportionis, saltem impropriè; nam homo pictus dependet à vero, vti à causa formali externa, sine qua intelligi, definiríque nequit, & tamen est analogum proportionis impropriæ, ergo, &c.

Prima obiectio.

Secunda obiectio.

Dubitatio verò est, an opus sit ad tuendam analogiam attributionis, vt forma in vno tantum sit intrinsecè, in reliquis per solam extrinsecam denominationem. Ratio ambiguitatis ex vna parte est, analoga attributionis accipere appellationem à principali; vocarique eodem nomine, non propter similitudinem cùm illo, sed propter respectum: quæ vera non essent, si forma in omnibus existeret, ab ea namque intrinsecè denominarentur, & ob eandem dicerentur similia principali analogo, quod est proprium analogiæ proportionis. Ex alia parte ens, vt commune ad Deum, & creaturas, vel ad substantiã, & accidens est analogum per attributionem vnius ad aliud, & nihilominus eius forma intienitur formaliter in creatura, & in accidente, quæ dicunt attributionem; ergo nihil refert formam esse intrinsecè in omnibus analogis per attributionem.

Aduersus secundum diuisionis membrum.

Hæc aduersum primum diuisionis membrum. Aduersus secundum de analogis secundum proportionem se opponit Ockamus Quodlibeto quarto, quæst. 16. existimans nullum esse analogum proportionis propriè dictæ, sed solum metaphoricè: ea verò, quæ nos vocamus analoga proportionis, esse vniuoca. Primò, quoniam analogum non debet eodem modo participari ab inferioribus, id enim indicauit Aristoteles in definitione, cum dixit, æquiuoca habere diuersas rationes; at hæc proportionalia æquè primò, & principaliter dicuntur de suis inferioribus, vt patet in principio comparatione fontis, cordis, & auroræ; in accidente respectu accidentium realium, & completorum: ergo huiusmodi sunt vniuoca. Maior probatur communi effato Philosophorum asserentium, analoga dici prius de vno, quàm de alio, quod videtur deiumptum ex illo Philosophi in post prædicam. cap. de modis simul; omnes species sub

vno genere esse simul natura. sequitur enim è conuerso hac ratione, quę sunt simul natura sub aliquo gradu communiori, quam specifico, esse illius species.

2. obiect. Secundò, analogum postulat diuersas impositiones, & diuersos conceptus illis respondentes, sed quæ vocãtur analoga per proportionem, hoc non habent: nam vocabulũ principium semel impositum fuit ad omnia sua significata. & ita res se habet in ceteris; ergo non sunt analoga. Maior patet Primò explicatione vocabuli, quo iuxta graues Interpretes affecimus analoga, idem valet æquiuocum à consilio, ac nomen habens multas significationes, non temerè, vt æquiuocum à casu, sed attenta similitudine rei secundò significatę ad eam, quàm prius significabat: patet secundò ex discrimine inter analoga, & vniuoca, quod nullum est illustrius, quam quod hæc vna, illa pluribus significationibus sint affecta.

3. obiect. Tertiò, si ad analogiam sufficeret ea comparatio, vt, sicut se habet vnũ ad suam formam, ita se habeat aliud ad suam, esto, non interueniat dependentia, omnes species vnius generis erunt analogæ. quoniam, vt se habet vna ad suum esse, vel proprietatem, ita alia, verbi causa, vt se habet homo ad suum esse animalis, ita equus ad suum.

Ad 1. obiectionẽ cõtra analoga attributionis. Rata nihilominus sint, quę docuimus, & ad primam obiectionem, cõtra analoga attributionis dicendum est, ea denominari quidem à forma, nõ in abstracto, sed in concreto, quoniam analoga secundaria respiciunt prędictam formam per modum causæ, aut effectus; omnis autem actio, aut modus actionis proficiscitur, & terminatur ad concretum, non ad formam præcisam, quia hæc per se sumpta, nec causatur, nec causat. Exemplum sit in pharmaco, & medicina, quorum primum respicit sanitatem, vt effectum, secundum, vt causam finalem, vtrumque verò ad eam dirigitur, vt in animali constituendam, quod est ordinari ad animal sanum. Porrò hoc concretum semper esse præcipuum analogatum, liquidum est, cũ illud participet formam primò, & intrinsecè, & ab eo deriuetur in cetera, qđ supra explicatũ est.

Hinc patet ad confirmationem, distinguendum esse, quod ibi assumitur, à sola forma pendere analoga in cognitione, & definitione, si enim intelligitur de forma abstractè sumpta, est falsum, si de forma in concreto, verum; sed tunc nihil repugnamus.

Ad 2. obiectionem. Ad secundam respondendum, eandem formam posse nonnunquam esse fundamentum vtriusq; analogiæ, verum formaliter diuersas esse rationes analogiæ, vt euenit in proposito exemplo, bifariam namque spectari potest homo depictus; primò vt eius forma exemplariter causatur à forma veri hominis; secundò vt imitatur verum hominem, quatenus ita se habet homo pictus ad suã formam, vt verus ad suam, primo modo est analogum attributionis, secundo proportionis impropriæ.

Solutio dubitationis. Caiet. Ad dubitationem respondet Cai. c. 2. de analogia nominum, eo pene modo, quo nos ad proximam obiectionem, fieri nimirum posse, vt forma analoga sit intrinsecè in omnibus, quod necessariò fatẽdum est de ente; sed analoga secundaria non denominari à forma, prout est in ipsis; sed quatenus existit in termino, quẽ respiciunt: idem tenet Ocha. Quodlibeto quarto, quæst. 6 & D. Tho. 11. Metaph. lect. 3. vbi ad saluandam analogiam attributionis inter accidens, & substantiam, ait, accidens non dici ens, eò quod habeat entitatem, sed quia modo aliquo afficit substantiam, quæ est ens, qua loquendi forma vtitur Arist. 3. Metaphys. tex. 2. & 15. & lib. 4. c 2. idem indicat conferens ens cum sano, in modo analogię: consentit Plato loquens de ente, vt communi Deo, & creaturis; ait enim in Sophista, illud simpliciter esse ens, cui nihil deest, sed omnes cohibet perfectiones. Accedit literarũ diuinarum attestatio Exod. 3. vbi Deus optimus maximus, quasi aliquid proprium de se profert, quòd sit ipsũ esse, seu ens.

Ocha. D. Tho. Platoni Exod.

Docet

Docet ergo hæc sententia, vt creaturæ dicantur communicare cum Deo in ente, per analogiam attributionis, non esse denominãdas à propria entitate, sed à diuina, cuius sunt participationes, pari modo accidentia, cũ dicunt, attributionem ad substãtiam appellari entia ab esse substantiæ, cuius sunt affectiones, nõ autem à proprio, & est probabilis sententia.

Opinio cõmunis.

Nihilominùs communior opinio est, ad verã attributionem solum exigi, vt secundum analogum accipiat formã à primo, siue sit per denominationem extrinsecã, relicta forma in solo principali, siue per realem eius communicationem, cum dependentia tamen à primo, vtroque enim modo seruatur essentialis respectus ad principale analogum, in quo posita est vera attributio.

Quod vt planius fit, animaduertẽdum est, analoga attributionis esse in duplici differentia, quædam simul habentia analogiam proportionis; alia, in quibus est nuda analogia attributionis, quibus hoc est commune, quod in habenda forma pẽdeant à principali: Hoc verò peculiare, ꝙ in posterioribus respectus ad terminum fundatur in aliqua conditione propria ipsorum analogorum, non autem in forma, quamuis denominatio analoga sumatur ex forma, prout illis diuersis modis respicitur: in prioribus verò fundatur in eadem forma, imò est ipsamet forma, quæ prout in vno, est essentialis respectus ad aliud, præbet tamen per se denominationẽ, licet minus præcipuam, & respectiuam, vnde prouenit analogia. Nec vlla poterit excogitari ratio, cur forma sub illo respectu nõ possit significari communi nomine, & denominare secundarium analogum, atque adeò constituere veram attributionem.

Respõsio ad rationẽ dubitãdi.

Ad rationem dubitandi initio positam respondetur, quod attinet ad appellationem illud tradi de analogis negatiuè, quasi significetur, ad illius generis analogiam sufficere externam denominationem, quamuis interna non officiat. Adde hanc denominationem, cum sit respectiua, nunquam esse ita internam, quin inuoluat extrinsecũ terminum. Quod ad similitudinem pertinet, concedimus, attributionem non fundari in similitudine, quamuis simul detur, sed in respectu iam explicato; quocirca distinctè manent adhuc formales rationes analogiæ. Circa definitionem est longa disceptatio huius loci aliena, an ens, & cetera analoga per proportionem propriam habeãt vnum conceptum obiectiuum, simpliciter præcisum ab inferioribus, aptum vt distinctè cognoscatur, an verò non detur eiusmodi conceptus distinctus, sed ratio quædam confusa, quam si explicare, ac definire velimus, oporteat ad singula membra descendere.

Qui priori modo opinantur, negant, esse vniuersaliter verum, analogum attributionis definiri per terminum, nec D. Thom. cum oppositum afferere videtur, loquitur nisi de analogis purè attributionis, non autem de mistis. Qui posteriori, & probabiliori sententiæ adscribunt, fatentur analoga minus præcipua, esto, habeant formam internam, definienda esse per principale, definitione distincta, & perfecta, v.c. creaturas in ordine ad Deum; accidentia in ordine ad substantiam, quia ratio illa etiam in cõmuni est multiplex, & ita non potest explicari perfectè, nisi in vno explicetur absolutè, in alio per respectum: de his latius in Metaph. differendum. Aristot. & D. Tho. cum negare videntur, accidens dici ens, loquuntur de angustiori significatu entis, in quo significat id, quod absolutè, & per se est, & in eo sensu procedit comparatio sani adducta ab Arist. & in eodem est probabilis illa sententia de analogia attributionis ad formam externam, licet minus frequens sit. Nõ aliter explicandus est locus Platonis, & Sacræ Scripturæ, cum solum Deum appellat ens; significat enim, esse ens maxime excellens, & ab omnibus independens, vt explicat Dionys. c. 5. de diuinis nominibus. D. Tho. Arist. D. Tho. Dionys.

Venia-

Solutio obiectorum.

Veniamus ad obiecta aduersum analogiam propriè dictam, quæ tametsi rem faciant ambiguam, dissoluenda sunt, præsertim ob autoritatem Philosophorum, ac Teologorum, qui omnes analoga proportionis accipiunt. Primò Aristoteles non modò ea cognoscit, sed per antonomasiam vocat analoga, vt Caietan. annotauit, qui vlterius addit, cetera abusiuè tantum vocari analoga. fortassis quia ab Aristotele perpetuò nuncupantur ea, quæ habent esse ab vno, vel ad vnum quomodo ferè loquuntur Græci Interpretes, loca habes apud Caiet. c. 3. illius tract. & Fonsecam 4. Metaph. c. 2. q. 1. Sect. 6. insignis locus est in 1. Ethicor. capit. 6. vbi docet, rationem boni non esse vniuocam, nõ æquiuocam à casu, nec ab vno, vel ad vnum, id est, analogum attributionis, sed magis per proportionem, quemadmodum, inquit, visus ad visum corporis, & animi, inter quos constat, nullam esse attributionem, sed meram proportionem propriam; nam vtrique inest virtus videndi, perinde ac bonis omnibus inest intrinsea bonitas. Idem sentit eo loco Auerroes, & D. Thom. præterea quæst. 2. de veritate artic. 11. loquens de relationibus, & personis diuinis eas vocat analogas, non aliter quam proportione propria, ita habet 1. parte quæst. 42. artic. 4. ad tertium; eadem est sententia Ferrar. 1. contra Gent. c. 34. Ioan. de Gand. 7. Physicor. Veneti tex. 13. Zimar. verbo analogum.

Aristot. Caiet. Fonseca. Auerr. D. Thom. Ferrar.

Analogia proportionis probatur 1.

Prima ratio pro hac sententia duci potest ab ipso vocabulo: nam analogia vocatur à Cicerone proportio, comparatio, & conuenientia, quæ magis denotant similitudinem, quam dependentiam; & attentâ origine, quæ videtur esse verbum ἀναλογίζομαι, hoc est, ratiocinari: constitit enim illa similitudo in quadam mentis collatione. Secunda, hæc analoga distinguuntur ab vniuocis; ergo sunt constituenda. Consequentia est bona ex Aduersariorũ concessione, qui cum vniuocis ea cõfundunt. Antecedens ostenditur; natura vniuoca est adeò vna, vt concepta præcisè á suis inferioribus nullo modo ea includat, ab ipsorumùe differentijs includatur: & aduersarij concedunt; sed hæc analoga non ita se habent, quod docuit Aristoteles loco citato: vt enim ostendere, bonũ non esse rationem vniuocam, sicut album, subiecit, bona, quá bona, id est, secũdum communem rationem, esse multiplicia, & ratione probatur in ente, quod, cum sit prædicatum transcendens, non potest ita abstrahi á modis, quibus contrahitur ad substantiam, & accidens, quin includatur in ijsdem; quoniã si conceptus entis in communi non includeret etiam illum modum, sequeretur, modum non esse ens, quod est falsum.

Aristot.

Solut. primi argumenti.

Ad primum argumentum distinguenda est maior: analogum enim non participari eodem modo ab inferioribus, vel significare potest, nõ participari sub eadem omninò ratione, & in hoc sensu vera est maior, minor verò falsa quia principium non dicitur prius de vno, quam de alio, est tamen adeò diuersum in singulis principijs, vt nequeat in vno simplici nomine vniri, vt Aristoteles dixit de bonis. At si participari eodem modo significet idem, atque primò, & absque dependentia vnus ab alio, negandum est cum Caietano, analogum non posse hoc modo communicari, & ad subiunctam probationem ex Arist. respond. in definitione Aequiuocorum solum significari diuersitatem rationis communis proximè explicatę, nõ autẽ prioritatem. Ad aliam probationem dicimus, illud effatum, aut non esse vniuersale sed proprium relatis per attributionem, & proportionem impropriam, aut iuxta Caiet. intelligi de priori, & posteriori, secundum nobilitatem, id enim perpetuò est verũ, vt inter analoga vnum emineat excellentia illius formæ, in qua conueniunt, vt inter principia effectiuum, inter entia substantia, &c. Quod affertur ex post prædicamentis, nihil efficit, quia fit consecutio ab inadæquata

Ad primã probationem.

Ad secundam.

Caiet.

Digitized by Google

quata ratione: nam causa totalis, cur aliquæ sint species vnius generis, nõ est simultas naturæ, sed vlterius identitas in ratione omninò vna, quam analoga desiderant.

Ad 2. arg. Ad secundum arg. respond. artic. sequenti.

Ad 3. Ad tertium respond. non sufficere ad analogiam quamuis comparationem, sed eam, quæ fit in natura transcendente inclusa non solum in inferioribus, quæ comparantur, sed etiam in rationibus differendi. Causa huius rei est, quoniam si conferantur duo inferiora in aliqua natura communi, nõ inclusa in differentijs, inueniuntur perfectè vna, absque vlla diuersitate: at si illa natura, in qua fit comparatio, inclusa est in differentijs, cum hæ sint omninò simplices, & per se totas afferãt distinctionem inferioribus, necesse est, vt ratio communis in differẽtijs inclusa causet etiam illã distinctionem, & consequenter prædicta inferiora collata in ratione communi, non sint perfectè vna, sed aliquam habeant diuersitatem, vt manifestum relinquitur; hoc ergo differũt comparatio in natura vniuoca, & analogica, quod illa fiat in ratione nõ transcendente, hęc vero maximè, quod Aduersarij cum concedant in ente, non est, cur negẽt in principio, & ceteris analogis per proportionem.

Discrimẽ inter vniuoca & analoga.

Obiectio contra superiorem doctrinã. At oppones, sublata dependentia, nullam superesse regulam discernendi proportionem vniuocam ab analogica. Respondemus primò, dependentiam non esse sufficientem regulam, vt enim dependentia faciat analogiam, debet esse ratione prædicati communis, non autem ratione differentiarum; nam potentia dicit habitudinem essentialem ad actum, & tamen vniuocè conueniunt in qualitate, quia dependentia est ratione propriæ naturæ, non communis, quare nec ipsis Aduersarijs est certa nota illius distinctionis. Respondemus secundo, notam à priori nullam esse,

2. Solutio.

Caiet. quia vt bene notauit Caietan. esse vnius, vel diuersæ rationis, prouenit ex ipsa natura rei, quæ talis est, vt sit perfectè vna, aut multiplex: à posteriori verò illud colligendum est ex effectibus, præsertim formalibus, si enim sint ita diuersi, vt nullo modo identificari videantur, arguunt analogiam; sin minus, vniuocationem. Verbi gratia, actiones omnes tã substantiales, quam accidentales afficiunt substantiam vno modo, videlicet vt principium actiuum influens esset quantitas, & qualitas longè diuersis modis, vnde horum analogia, illarum vniuocatio à Philosophis deprehensa est.

ARTICVLVS III.

EXPLANATVR, AC defenditur æquiuocarum definitio.

DVas conditiones Aequiuocorum expressit Aristot. in sua definitione; altera est eorũ conuenientia in vocabulo: altera diuersitas in natura. Prima significatur illis verbis, quorum nomen commune est. Secunda verbis sequentibus, ratio verò substantiæ diuersa, vtraque videtur esse relatio. Et quidem de prima non est dubitatio, quia conueniens præ se fert habitudinem vnius ad aliud: conueniens enim cum aliquo est conueniens: de diuersitate idem commodè dici potest, iuxta ea, quę dicta sunt cap. de Differentia, quamuis nonnullis magis probatur, diuersitatem formaliter esse negationem: vtrouis tamen modo sit, Aequiuocum Aequiuocatum dicit formaliter has duas intentiones, adiunctis relationibus significati; Aequiuocum autem æquiuocans dicit diuersas relationes significandi. Id explicatione rei planum fiet, quando plures res natura differentes significantur eodem vocabulo, prout ita differunt, habent omnem formam, quæ necessaria est, vt censeantur perfectè æquiuocæ; pari modo vocabulum significans plures res inter se discrepantes per plures significationes, nihil desiderat, vt Aequiuocum sit, frustra igitur cõminiscimur alias rela-

Aequiuocum æquiuocatum quid formaliter sit, & æquiuocum æquiuocans.

Digitized by Google

relationes in connumeratis fundatas, cum quibusdam Neotericis, qui existimarunt, æquiuocatum formaliter importare simplicem relationem ad vocem, ijs, quas diximus, superadditam: cui respondeat in voce alia in relationibus significandi fundata.

Immeritò sanè, cum vox non dicatur Aequiuoca nisi quia multa significat, ad multa verò significanda nihil opus sit præter multas significationes: & idem est de re appellata nomine Aequiuoco. Deinde, quot sunt illæ relationes Aequiuoci ex parte vocis? tot ne, quot sunt, significationes? at si ita est, nō manet Aequiuocum simplex, quod volebant, si verò vna tantum est relatio, in quanam ex significationibus fundatur, & in quem terminum tendit? sunt enim plures, præsertim in Aequiuoco à casu? non fundatur in omnibus significationibus, nec tendit in omnes terminos, quia vna relatio non est in multis simul fundamentis, nec tendit in plures terminos disparatos, quales sunt res nomine Aequiuoco significatæ: non in vna tantum significatione, & in vnum solum terminum, quia de omnibus est eadem ratio. Demum Canis terrestris non accipit aliam denominationem, quando eius vocabulum imponitur ad significandum sydus, nisi consignificari eadem voce: ergo non acquirit respectum primariò terminatum ad vocem, sed ad sydus, quod est aliud consignificatum, hanc nos appellamus relationem conuenientiæ in voce.

Contra definitionem æquiuocorum.

Vt pateat, quam aptè Philosophus in sua definitione has conditiones comprehenderit, nonnulla obijciēda sunt. Primum sit contra ipsum institutum definiēdi Aequiuoca, quod damnatum est ab eodem Aristotele 6. Topic. capitu. 2. & 5. & à ceteris, quorum est penè proloquium, Aequiuocum prius diuidendum, distinguendumvè esse, quam definiamur; cuius ratio in præsenti est manifesta: quoniam Aequiuoca materialiter pro rebus significatis sunt plures res, formaliter verò plures relationes; at quæ plura sunt, vna definitione explicari non posse colligi solet ex doctrina Philosophi, septim. Metaphysic. capite duodecimo, text. 42. ergo repugnat sibi, & Philosophię Aristoteles Aequiuoca definiēdo. Secundum est, inepte traditum videri, Aequiuoca habere vnum nomen; etenim vnitas nominis est significatione potius, quæ eius est forma, quam ex sono, qui habet vicem materiæ, spectanda est; sed Aequiuocis sola vox est vna, significatio multiplex, ergo Aequiuoca simpliciter carent vno nomine. Tertium aduersus secundam definitionis partem, nomine rationis, vel intelligitur rei definitio, vel mentalis conceptus, sed neutrum verè dicas; non primum, quia multa sunt Aequiuoca, præsertim à consilio, definitione carentia, vt omnia summa genera, & Metaphysicæ differentiæ, quæ generis, & differentiæ expertia cum sint, propriè definiri non possunt. Non secūdum, quoniam etsi caeu Aequiuoca multis conceptibus apprehendantur, analoga tamen vno percipiuntur, sic apprehendimus omnia entia, quatenus entia sunt, & omnia principia, vt nemo diffiteatur; ergo Aequiuoca non habent rationē substantiæ diuersam.

Obiect. 1. Arist.

Obiect. 2.

Obiect. 3.

Pro solutione primi notandum; Aequiuocum sumi posse in genere, vel in specie; in genere sumitur confuse, vt quoddam commune prædicatum ad hoc, & illud Aequiuocum; in specie sumitur pro aliquo determinato, vt pro cane, aut gallo; cum ergo Aristoteles docet, Aequiuocum esse distinguendum, antequam definiatur, loquitur de quouis Aequiuoco in specie, quia hoc simpliciter est multæ res. Si enim quis velit definire gallū, cogitur prius diuidere auem ab homine, vt vnum definiat rationale, alterum irrationale; secus res habet de Aequiuoco in genere, quod non dicit determinate multas res, sed conditiones rerum Aequiuocarum in confuso, quæ sub vna ratione explicari possunt, vt domus, exercitus, aliaque complexa.

Eadem responsio erit, si interpre-

Ad primā obiectionem.

Aequiuocum in specie diuidēdum antequam definiatur.

Nō ita Aequiuocum in genere.

teris proloquium de Aequiuoco materiali, non de formali; illud enim est absolutè multa, hoc aliquam habet vnitatem; nam illi respectus conuenientiæ, & discrepantiæ supposita significatione aliquo modo sunt subordinati, sed tunc vrget alia difficultas eiusdem argumẽti, quod composita per accidens non possint vna definitione explanari, Aequiuocũ autem siue in communi, siue formaliter acceptum nũquam compositum esse per se, cum dicat complexionem plurium formarum. Respondendum tamen est, non esse incommodum complexum definiri definitione eiũ complexa, & descriptiua, cuiusmodi est definitio Aequiuoci. Hęc doctrina intelligenda præcipuè est, de Aequiuocis à casu, nam analoga, tametsi, vt accuratissimè definiãtur, diuidẽda sint, vt præstitit Aristoteles in 5. lib. constituerunt tamen absque partitione, quoquo modo definiri, vt videre est in eodẽ Philosopho 2. Physic. capit. 1. vbi vnica definitione explicat naturam, quæ est prædicatum analogum ad materiam, & formam.

Obiectio.

Arist.

Ad secundum, vt respondeat Magnus Albertus hic, tract. 1. cap. 2. tria distinguit in nomine, sonum, dearticulationem, & significationẽ: ad sonum quidem, ait, esse materiã, dearticulationem formam, significationẽ verò esse actum secundum, & extra essentiam nominis. Hinc quia vocabulum Aequiuoci, & sono, & dearticulatione, eiusdem respectu omniũ significatorum, docet Aequiuoca simpliciter habere vnum tantum nomẽ, etsi multæ existant significationes. Hæc doctrina quia ex parte videtur negare significationem vllo modo esse de essentia nominis, facilè confutatur, cum Aristotel. lib. 1. Peri Her. capit. 2. apertè indicat, significationem esse de essentia nominis, cum illud definiens ait; nomen esse vocem significatiuam: tum quia nomen est quoddam signum, nihil autem magis proprium signi, quam significatio. Verum nihilominus videtur nomen aliquando sumi materialiter pro voce tantum dearticulata, vt distinguitur contra sonum temerè effusum, aliàs, & frequentius pro voce cum significatione, ita vt nomen formaliter significet vtrumque, non verò vnum connotando aliud, in qua acceptione definitum est ab Aristot. in lib. Peri Herm. Addunt alij tertiam significationẽ, quã directò significet ipsam significationem, & innuatur vox more connotantium, quæ non important subiectum, nisi in obliquo.

Alb. Mag. Responsio ad secũdã obiectionem.

Nomen aliquãdo sumitur pro voce tantum.

Aliquãdo pro voce & significat.

Igitur non Aequiuocum in prima, & tertia acceptione, etsi plures habeat significationes, potest appellari simpliciter vnum nomen, primo quidem modo: quoniam sonus, & dearticulatio est vnica perinde, atque in vniuoco: secundo verò quia, vt notauimus apud Porphyrium, nomen connotans subiectum, non dicitur in numero plurali propter multiplicitatem formarum, nisi subiecta multiplicentur ex D. Thoma 1. parte, quæst. 39. articul. 3. vnde est, vt hominem affectum pluribus potentijs non appellemus plures potentes, sed vnum. Vtrouis modo ex prædictis interpretare Aristotelem, cum ait, Aequiuoca habere idem nomen.

Aliquãdo pro significatione cõnotãdo vocem.

Aequiuocum nomẽ est simpliciter vnũ.

In secunda vsurpatione constat, Aequiuocorum nomen haud esse vnum, si habet plures significationes. Ratio est, quia duæ formæ in eadem materia efficiunt duo composita diuersa: nemo quippe dixerit, eundem hominem esse, qui constiterit ex certa materia, & forma A. & qui coaluerit ex eadem materia, & forma B. igitur si nomen dicit formaliter constitutum ex voce & significatione, quot fuerint significationes diuersæ, tot erunt distincta nomina, qua de causa dixit Aristoteles primo Peri Her. capitul. 4. orationem constatam ex nomine Aequiuoco esse multiplicem. Dixi, si Aequiuocum habeat plures significationes, quoniam in hoc non sunt omnia æqualia; nec eadem omnium æstimatio. In primis æquiuoca à casu tot habent

D. Thom.

Aequiuocum nomẽ in secunda significatione est multiplex.

Arist.

Aequiuoca à casu, & impositione & relatione multiplicia sunt.

Reijcitur Alb. Mag. doctrina.

Significatio est de essẽtia nominis. Arist.

Non ita Aequiuoca a consilio p propriã proportionẽ.

habent impositiones & relationes, quot sunt res significatæ. vt per se liquet; Aequiuoca verò à consilio, quæ sunt per proportionem propriã, vnica impositione, & relatione significant, vt constat in his vocabulis, ens, principium, &c. Et ratio est, quia significant omnia sua significata, quatenus sunt similia, & ita habẽt rationem vnius termini, cui sufficit vnus respectus, qui adhuc differt à respectu vniuoci: quoniam respectus analogi terminatur immediatè ad plura, prout aliquo modo similia, respectus verò vniuoci remotè tendit in inferiora, proximè verò ferit vnam simplicem naturam, quæ eadem est in omnibus.

titudine, sed esse vnam in genere, ad omne id, quod respicit primum analogatum, modo illo metaphorico, vt bene notauit Sotus, quamuis oppositum qui tuebitur, non facilè expugnabitur, habebitque patronum Caiet. c. 4. Ex his patet solutio secundi argumenti præcedentis sectionis. Sotus. Caiet.

Analogia per ꝓportionẽ impropriam duplicem habent impositionẽ, & relatiõnem. Caietan. Ocham. Fonsec. Soan.

De ceteris analogis per solam attributionem, & proportionẽ impropriam probabilior est sententia Caietan. in eo opusc. capit. 2. & sequent. Ochami Quodlibet. 4. quæst. 6. Fonsec. 4. Metaphys. quæst. 2. Soar. tom. 2. disput. 32. sect. 2. habere duplicem impositionem, & relationem. vnam ad primarium, aliam ad secundaria analogata. Quod vel inde ostenditur, quia analoga, vt cetera nomina, imponuntur ad significandum id, quod simpliciter habet formam; deinde verò, ob similitudinem, vel habitudinẽ aliarum rerum ad illud significatum, ad eas extenditur, cum aliquo Tropo, & improprietate, quæ extensio à nobis dicitur secunda impositio; quã cum neget Sotus hic, quæst. vnica, nõ est, cur asserat, nomen analogum significare duplici impositione hoc modo exposita.

De materia tertij argumenti prolixior est dubitatio à nobis anguste tractanda. Primò enim negari potest, nomine rationis intelligi mentalem definitionem, aut conceptum, sed obiectiuum, quod Boetius hoc loco opinatur; Heruæus Quodlibet. 2. quæst. 7. Sotus §. ad euidentiam, & ante aliquot annos cepit placere Recentioribus, eritque sẽsus definitionis; Res Aequiuocas esse, quæ significantur eodem vocabulo, habent verò diuersas essentias. Neque id, quod additur, ratio substantiæ nomini accommodata, cogit ad interpretandum de definitione, aut conceptu mentis; nam, vt ratio concipiens respondet nomini, ita ratio concepta, seu significata. Cum dicimus: Aequiuoca habere diuersas essentias respondentes vocabulo, haud significamus proprias essentias: satis quippe est habere diuersos modos, vt cernitur in prædicamẽtis, quæ, cum Aequiuoca sint à consilio, non omnia propria, & rigorosa fruuntur essentia, sed pleraque modi sunt aliorum; verùm in suo genere essentiæ minus propriè dici possunt. Hæc explicatio omninò vera à nobis existimatur, non est tamen reijcienda communis veterum, Amuonij, Simplicij hic, Alberti, tract. 5. cap. 2. Damasc. in Dialectica, cap. 31. quam probarunt Louanienses hoc loco, nomine rationis indicari, vel mentalem conceptum vel definitionem, vt vertit Perionius, & ad oppositionem contra definitionem respondemus cum Alberto Magno, tractat. 1. cap. 2. verum esse, pleraq; non habere perfectas definitiones; sed hoc loco intelligi quamcunque, etiam descriptiuam respondentem nomini, vt intellexit D. August. libro 10. Categoriarum, cap. 2. & hac nullum simplicem gradum, nullum summum genus definiui, Ad 3. obiectionem. Boetius. Heruæ. Sotus. Aequiuocorum definitionis explicatio Ammon. Simplic. Alb. Damasc. Louan. Caietan. August.

Scotus.

Discrimẽ inter analoga, & casu Aequiuoca.

Vbi duo aduertenda sunt, vnũ adhuc manere sufficiens discrimen inter hæc, & casu Aequiuoca, licèt enim vtrique infint plures relationes, & respondeant menti plures cõceptus: attamen in casu Aequiuocis sunt temerè, & absque vlla subordinatione, in quo errauit Venetus hoc loco ad quartum oppositum asserens contra omnes Veteres; in consilio autẽ Aequiuocis cum subordinatione, & cõsecutione. Alterum aduertendum est, extensionem ad secundaria significata nõ multiplicari pro illorum mul-

Extẽsio ad secũdaria significata vna tãtum est.

Venet.

by C

stitui, vt in singulis explicandis patebit.

Ad 2. partē 3. obiectionis. Aequiuoca à casu & analoga per attributi. & ppor. ip. plures habent mēte cōceptus.

Aliud membrum de conceptu tangit præcipuam difficultatem analogiæ, & in primis metaphysicam, quā proinde hoc loco explicare nō libet: sufficiat obiectioni, indicare probabiliorem doctrinam alibi confirmandam. Respondemus igitur, nō solum casu Aequiuoca, sed etiam analoga per solam attributionem, & proportionem impropriā vendicare in mente plures conceptus respōdentes pluribus impositionibus, & significationibus vocis: ita significant AA. pro significationibus citati, & videtur esse ratio à maiori pro conceptibus, nā impositio fit mediante conceptu; ergo, si datur noua impositio nominis, prouenit ex nouo conceptu mentis. Confirmatur, quia in prædictis analogis, non reperitur absoluta similitudo, cuius possit formari vna conceptio, cum in quibusdam forma sit solum extrinsecè, & per metaphoram, vt ex dictis est manifestum. Caiet. vt declaret, quid sentiendum sit de analogis proportionis propriæ, distinguit duplicem conceptum in analogis; vnum perfectum, alterum imperfectum; perfectum vocat, qui est proprius ipsius rei, vt est conceptus substantiæ: quando cum illa confertur, imperfectum appellat conceptum vnius membri comparatum cum alio.

Duplex in analogis cōceptus.

V.g. conceptum eiusdem substantiæ respectu quantitatis; cum enim ens non sit aliud, quam sua analogata, vt proportione conueniunt, conceptus vnius membri propter similitudinē dicitur conceptus entis, & alterius membri, quatenus vtrumque simile est in ente; docet ergò, analoga simpliciter habere multos conceptus, quia habent multos perfectos, licèt obtineant vnum imperfectum.

Hoc vt verum sit, non satisfacit plene quæstioni & experientiæ: nam conceptus vnius membri, etsi aliquo modo conferri potest cōceptus totius analogi ob rationem Caietani, non est tamen adæquatus conceptus nominis, neque haurit totum obiectum impositionis illius, quod est analogum, secundum omnia membra, de quo est quæstio. Deinde nos experimur, audito nomine entis formari vnum conceptum, respondentem primo analogo communi, non alicui membro determinato: Quare aliter vti possumus eadem Caietani distinctione, ipso minimè repugnante in c. 5. & 6. si nimirum appellemus conceptum perfectum illum, quo distinctè percipiuntur omnia immediata significata analogi; imperfectum, quo apprehenduntur omnia confusè, quatenus aliquam habent conuenientiam. Porrò Aristoteles habuit rationem perfecti conceptus, cum asseruit, Aequiuocis respondere plures, & meritò non curauit confusum, quia, vt Aequiuoca differant ab Vniuocis, quod Aristoteles in præsenti ostendere conabatur, satis est, quod hęc, prout conueniunt, vno cōceptu distinctè, & perfectè concipi possint, illa non nisi pluribus.

Caiet. Cōceptus pfectus, et iperfectus quis.

Petrus Fonseca non contentus hac explicatione in 4. Metaphys. c. 2. q. 2. sect. 5. inuestigauit nouum modum satis Metaphysicum, quo ratione illius conceptus confusi, quem diximus esse vnicum, dicatur, analogum habere multos conceptus. Docet ergo, b. fariam conceptum esse vnum, primò re, secundò ratione: cōceptus vnus re dicitur ille, qui est vna numero qualitas realiter distincta ab alijs, vt conceptus Solis: vnus ratione dicitur, qui præterea repræsentat vniformiter, & eadem ratione suum significatum, huiusmodi est cōceptus hominis, qui non solum est vna qualitas, sed repręsentat naturam simplicem eādem in omnibus hominibus; vnus conceptus re, & nō ratione est, qui, tametsi est vna numero qualitas, repræsentatione tamen existit multiplex, quia repræsentat aliquam rationem communem minimè simplicem, sed in ipsa communitate diuersam, & solum proportione similem, & huius generis esse cōceptum analogi, quē proinde Philosophus appellauit multiplicē, nō re, sed rōne formali, seu repræsentatione, quæ fusius explicanda sunt quarto Metaphysic.

Fonsec. Cōceptus vnus re, & vnus ratione.

Cōceptus vnus re, & nō ratione quis.

Duo

Obiectiones in superiorē doctrinam.

Prima obiectio.

Duo tamen pro loco obijci possunt aduersus hanc expositionem. Primum est: si detur conceptus repræsentatione multiplex, nullam superesse rationem, ob quam, idem non appelletur analogus, sicque non in vocibus tantum, vt dici solet, sed in conceptibus etiam analogiam reperiri: illatio conspicua est. Nam vocabulum ex eo contrahit analogiam, qui, vnum cum sit, diuersas rationes obiectiuas significat non conuenientes in aliqua natura simpliciter vna, sed hoc ipsū cernitur in conceptu. Quod si hoc admittatur, perget aliquis vlterius ostendere, possibilem esse conceptum casu Aequiuocum, si nimirum quis formet vnum conceptum immediatè repræsentatiuū canis marini, & terrestris, qui talem Angelo possibilis videtur; is ergo conceptus eodem modo, quo vox, essentias omninò diuersas significabit, quod Aequiuocationi sufficiens est.

Secunda obiectio.

Secūdum obiectum est, præfectum conceptum, etsi detur, non posse in præsenti plures nuncupari, cum Aristoteles in eadem definitione appellet vnum nomine, id quod habet æqualem, aut maiorem diuersitatem in significando, alioquin in eadem definitione committet Aequiuocationem.

Respōsio ad primā.

Sanè quidem primum obiectum rectè videtur concludere institutum, nisi fiat vis in vocabulo, videtur. n. Aequiuocum ipso nomine importare non solum vocem, sed etiam impositionem, vt patet in singulis membris: nam casu Aequiuocum non dicitur, nisi quod ex libito imponentis plures accepit significationes; consilio verò Aequiuocum, quod de industria impositum est ad significanda diuersa ob aliquam similitudinem: impositio autem est placitum omninò est aliena à cōceptibus, qui ex natura sua vim habent significandi omnia, ad quæ se extendunt. Verum, si Aequiuocum appelletur, quod significat plura, aut nullo modo, aut secūdum quid tantum similia, non est, cur id conceptibus tantum denegetur, cum re vera hanc habeant repræsentationem, licèt natura insita. Quæstio de re ipsa, videlicet, an eiusmodī conceptus, præsertim repræsentans res omninò disparatas, admitti oporteat? alterius loci est.

Cōceptus quomodo æquiuoci dici possint.

Ad secundum respōdetur, esse maiorem rationem, vt nomen dicatur vnum; conceptus verò multiplex; nam significatio est extra rationem vocis, etiam dearticulatæ, & ideò, si vox sit vna, quamuis multiplicentur significationes, potest nomen vnum pro ea materialiter supponi, quatenus vna est, at repræsētatio est de intima ratione conceptus, cum hic nihil sit aliud, quam imago obiecti; vnde si in ratione imaginis est multiplex, nulla commoda ratione vnus dici potest, nisi aliquid addatur, vt vnus re, aut qualitate.

Ad secūdā

QVÆSTIO II.

VTRVM RECTE CENSVERIT Aristoteles de Vniuoco, & Denominatiuo.

ARTICVLVS I.

EXPLANATVR VNIVOCORVM definitio, & natura.

Alb. Mag. Vniuoca vniuocata quid formaliter dicant.

DE Vniuocis oppositō modo, atque de Aequiuocis philosophādum est, vt annotauit Albertus Magnus tractatu primo, cap. 3. quamuis vtriusque definitionis verba, eundem habeant sensum, & explicatum. In primis vniuoca vniuocata formaliter (hęc enim definiuntur, vt de Aequiuocis dictum est) præterrelationem significati ad nomen significans, dicunt alias duas, vnam conuenientiæ in vocabulo, aliam conuenientiæ in natura significata, penes quam differunt ab Aequiuocis: Vniuocum verò vniuocans dicit vnicam relationem significantis, eadem ratione ad rem significatam. Vbi iam licet intueri, definitum huius definitionis formaliter sumptum esse cōplexum ex pluribus relationibus, materialiter aūt esse vnam naturam.

Quid vniuocū vniuocans.

Non

Digitized by Google

Louan. Boet.

Non est prætermittenda inter Vniuoci diuisiones notatio Louaniensium circa eius acceptiones; sumitur enim Vniuocum aliquãdo pro quauis re vnius essentiæ, & nominis siue communis, siue singularis; quo sensu dixeris, Socratem esse vniuocum; alias sola natura communis, & vnius rationis vniuoca dicitur. Prima acceptio impropria est, & quasi negatiuè vsurpatur, velut si dicas nõ analogum: Secunda propria, frequens, & Aristotelica: Iuxta illam diuiduntur primò Vniuoca in participata, & participantia; participata sunt naturæ communes immediatè significatæ nomine vniuoco, quæ pluribus inferioribus eadem ratione communicantur, vt animal comparatione hominis, & bruti, homo respectu Platonis, & Socratis. Participantia sunt hæcipsa inferiora, naturam communem includentia, vt homo, & brutum, respectu animalis; Plato, & Socrates, respectu hominis. Diuiduntur secundò in vniuoca essentialia, cuiusmodi sunt viuens respectu plantæ, & animalis: corruptibilitas comparatione mixti, & elementi, & in accidentaria vt album respectu Cygni, & hominis, nigrum respectu Corui, & Aethiopis.

Vniuocorũ diuisio.

Vniuoca participata.

Vniuoca participantia.

Alia vniuocorũ diuisio.

Vniuoca essẽtialia.

Vniuoca accidentaria.

Dubitant porrò AA. vtrum in definitione Vniuocorum comprehendantur hæc omnia genera? Et quòd pertinet ad membra prioris diuisionis, Boetius existimat, vtraque definiri, si ita accipiantur, vt participatum, & vnũ ex participantibus comparentur ad nomen, exempli causa, animal, & homo ad vocabulum animal; ambo enim habent idem commune nomen, & eandem definitionem secundum illud, quæ sunt conditiones in definitione expressæ. Verior tamen est opposita sententia astruens, sola participantia definiri, quoniam si rectè expendatur definitio, his tantum accommodatur, quod sic ostenditur. Quæ definiuntur ab Aristotele, habent commune nomen, quo æquè primò significantur, & communem rationem pariter communicatam. Sed hæc non conueniunt vniuoco participato, siue sumatur præcisè, & secundum se, siue accipiatur simul cum alio inferiori.

Vniuoca participãtia definiuntur ab Arist.

In primis non conuenit prima conditio, quia communis natura, verbi causa, animal, significatur per se primò, & proximè nomine communi, inferiora autem secundariò, & remotè; ergo illud nomen, si conferatur cum solo animali, non est ei commune, sed æquè latè patens, si cũ animali, & aliquo inferiori, non est vniuocè commune, cum prius conueniat vni, quam alteri. Deinde nullam rationem eis esse communem, pari argumento monstratur. Nam participata, & participantia nõ conueniunt in aliqua natura vtriusque communi, siquidem illo vocabulo non significatur alia ratio communior participata, in qua omnia inferiora conueniunt. Adde, vniuoca à Philosopho definita esse plura: sic enim ait: Vniuoca sunt ea, &c. id est, plura: sed natura communis non facit plura cum inferioribus, vt proloquuntur Logici: ergo sola participantia definiuntur.

Ad rationem pro Boetio, quã Louanienses non improbant, ex dictis patet responsio; negandum, scilicet, est, aut vocem, aut rationem esse participato communẽ, vt vniuoci leges efflagitant, quæ eædẽ omninò videntur esse, ac inferiorum vniuersalis, nimirũ, vt simpliciter sint plura, & natura communis immediatè significata per nomen sit vna, & in omnibus illis multiplicata, idque eodem modo. Defectu primæ conditionis non sunt vniuoca inferius, & superius, quia nõ ponunt in numero. Defectu secundæ, excluduntur analoga proportionis, quia, licet illorũ inferiora æquè primò cõueniãt in ratione communi, vt inferiora vniuersalis, ratio tamen cõmunis non est simpliciter vna. Defectu tertiæ non sunt vniuocè tres diuinę personę in natura Dei, cũ hęc in personis diuisa non sit. Defectu quartæ, non est vniuocum nigrum ad Coruum ex vna parte, & Aethiopem nigrum ex alia,

Ad rationem pro Boet. Louan.

si quidem à primo accidentaliter, à secundo essentialiter participatur.

Eadem contentio est de posteriori diuisione, an, scilicet, vtrumque eius membrum, hoc est tam vniuoca essentia, quam accidentaria, in proposita definitione comprehendantur.

Alb. Mag. Auicenn. Algazel. Affirmat Albertus Magnus. cap. 3. & quos citat Auicenna. & Algazel. Ratio esse potest, quia in omnia quadrat assignata definitio, nam, vt homo, & brutum eandem habet definitionem sub hoc nomine [animal] ita Coruus, & Aethiops eandem habet sub nomine [nigrum.] Nec obstat huic rationi illa pars definitionis, [ratio substantiæ,] quamuis secundum interpretationem à nobis approbatam significet essentiam, & quidditatem,

Caiet. quia, vt interpretatur Caiet. ad hunc textum, dupliciter potest aliqua ratio vocari quidditatiua aliquorum.

Dupliciter ratio quidditatiua dicitur Primò, quia includitur in essentia illorum secundũ se. Secundò, si eis non conueniat secundum se, sed prout habent formam illo nomine significatam, & hoc posteriori modo exponi potest ea pars definitionis, vt in omnia quadret.

In hac sententia rectè ostenditur, vniuoca accidentaria comprehendi posse præfata definitione eo modo explicata, qua fortasse de causa, vt no

Caiet. tat Caietan. alibi definita non sunt ab Aristotele, sed eam fuisse mentem Aristotelis, multum à veritate aber-

Ocham. rat, quod rectè ostendit Ochamus illo Quodlib. 4. quæstione 16. ex distributione prædicamẽtorum ab eodem Philosopho constituta: diuisit enim in hoc opere prędicata in æquiuoca, vniuoca, & denominatiua, vti in membra opposita, atqui, si vniuocum complectatur accidentaria, cõfundetur cum denominatiuo. Præterea idem Philosophus infra ait, accidentia non prędicari de subiecto nomine, & ratione, id est, vniuocè. Item in capit. de substantia docet, proprium esse secundæ substantiæ vniuocè prædicari de primis; quæ falsa essent, si hoc loco sub vniuocis cohiberet accidentaria; loquitur enim eo loco iuxta definitiones hic traditas. Deinde, vt in quæstione de vniuersalium diuisione ostendimus, solum vniuocum essentiale dicitur absolutè vniuocum; ergo, cũ Aristoteles simpliciter loquatur, de essentiali tantum intelligendus est.

ARTICVLVS II.

QVAE DENOMINATIVA DEFINIERIT *Aristoteles.*

EXpedientur facilè dubitationes hic obuiæ, si, quæ in denominatiuo reperiuntur, prius inuestigemus. Denominatiuum igitur, cum sit medium inter formam denominantem, & rem denominatam, respectu vtriusque considerandum est: ac respectu formę quatuor habet conditiones commemoratas hoc loco ab Ammonio; duas pertinentes ad vocem, duas ad rem significatam. Prima est conuenientia cum forma in principio vocabuli. Secunda discrepantia ab eadem in fine eiusdẽ vocabuli. Tertia rursus conuenientia cum eadem forma in esse. Quarta diuersitas in modo eiusdẽ formæ: nam abstractum dicit solam formam precisam, concretum verò dicit eandem concernentem subiectum, seu cum modo adhæsionis ad subiectũ. Comparatione rei denominatæ habet alias duas conditiones. Prima, & in ordine quinta est, vt possit dici de re secundum nomen. Secunda, siue sexta, vt non dicatur secundum rationẽ, hoc est, vt prædicetur accidentaliter, non essentialiter.

Quatuor denominatiui conditiones respectu formæ. Anim.

Duæ denominatiui conditiones respectu rei denominatæ.

Vnde colliges, rectè notatum fuisse à Simplicio hoc loco, & D. Augustin. lib. suarum Categor. cap. 4. denominatiua esse media inter æquiuoca, & vniuoca; hæc enim & nomen, & rationem habent eandem, illa nomen quidem vnum possident, rationem tamen diuersam, at denominatiua tam vocem quàm rationem habent, nec prorsus eandem, nec prorsus diuersam, vt liquet ex dictis. Aduerte tamen, non eodem

Simpl. Augustt. Denominatiuũ medium est inter æquiuocum, & vniuocũ.

modo

modo conferri inter se denominatiua in prædictis conditionibus, atque vnuoca, & æquiuoca; nam horum comparatio fit inter ea, quæ sunt eiusdem rationis, vt inter duo æquiuocata, vel vniuocata, denominatiua verò non ita conferuntur, sed denominatum cum denominante, inter hæc enim est illa paritas, & dilcrepatio, de qua diximus.

Explicatio definitionis denominatiui.

In definitione expressæ sunt quatuor priores conditiones, cum denominatiuum dicitur, quod ab aliquo priori intelligitur re ipsa deriuatum, & indicatur conuenientia in forma cum additur [habet appellationem,] significatur conuenientia in vocabulo, vtique secundum initium [solo differentia casu] hoc est, cum diuersitate in fine vocabuli, & ex consequenti in modo significandi, seu habendi formam. Dicæ conditiones postremæ ideò non ponuntur in definitione, vt annotauit Caietan. hoc loco, quia significantur nomine definiti; ait enim, idem esse denominatiuum, ac solius nominis datiuum: explicat ergò Aristoteles, quo pacto se habeat ad formam à qua derivatur id, quod alteri nomen præbet, non essentiam. Cum audis denominatiuum solum vocabulum communicare, non intelligas, excludi formam per illud significatam, impossibile enim est, vocē prædicari absque significato, cum vox ratione ipsius significati prædicetur, sed partem constituentem essentiam.

Caiet.

Ex hac doctrina colliges primò, definitionem esse descriptiuam, siquidem explicantur respectus denominatiui ad rem denominatam, per alias conditiones eiusdem denominatiui deriuatas à forma denominante.

Colliges secundò, denominatiuum semper significare formam accidentariam subiecto; quam conditionem Albertus Magnus conatur eruere ex illis verbis definitionis [quæ ab alio], quia tam præpositio [ab], quam vocabulum [alio], indicat distinctionem. Probat interpretationem Toleti hic quæst. vnic. ad quartum, & alij Recentiores, sed quanto iure, non constat. Nam Philosophus haud definit rem denominatam, quam fatemur habere denominationem à forma distinctã, sed denominatiuum denominantem, vt mox dicemus, quod est concretum formæ, & prædicatur de re denominata. Huiusmodi autem concretum essentialiter includit formã, à qua dicitur deriuari nomine, & re illis verbis, quæ ab alio, &c. Igitur illis verbis, [ab alio] significatur forma neutiquam accidentaria ei, quod ab eo deducitur: ex quo adhuc non colligitur, an concretum sit accidentarium rei denominatæ quare magis probanda est interpretatio Caietani proximè adducta.

Toletus.

Colliges tertiò, non esse probandam sententiam Marsilij, & Aegidij existimantis, sola denominatiua denominantia, id est, vocabula cõnotatiua hoc in loco definita esse hoc argumẽto. Denominatiuum hic definitum differt casu à forma denominante, sed, quemadmodum habere casus proprium est nominum, non rerum, ita in casibus differre non rebus, sed nominibus accommodãdum est: ergo denominatiuum hic definitum est solum nomen denominans. Verum ex dictis patet, veriorem esse sententiam Ammonij, Boetij, Veneti, Soti, & aliorum affirmantium, denominatiuum denominatum, id est, concretum ex forma, & modo adhæsionis ad subiectum definiri. De hoc enim vera sunt, quæ docuit Aristoteles, in primis illud denominatiuum deriuari secundum nomen, à forma, quia, vt rectè exponit Caiet. vt album est effectus albedinis, & idcirco posterius natura, quam albedo; ita nomen huius effectus præsupponit nomen causæ, scilicet, albedinis, non quod nomen concretum iuxta Grammaticæ normam semper deducatur ex abstracto: nam fortis haud manat à fortitudine, imò è contrario fortitudo componitur ex forti, similiter, iu-

Marsil. Aegid. Amm. Boetius. Venet. Sotus.

Denominatiũ denominatũ definitur hicà Phil. Caiet.

Alb. Mag.

Digitized by Google

ſtitia à iuſto; ſed, quoniam ex eo effectus habet tale nomen, quia eſt effectus cauſæ idem nomen habentis. Deinde quod ſubijcit [dicũtur] proprium eſt rerum, nõ vocum, quamuis hæc probatio non ſit tam efficax, quoniam apud Græcos indiſcriminatim appellantur paronyma res, vel vocabula, quemadmodũ & nos æqualiter nominamus æquiuocas res, & voces, illud probat efficacius, Ariſtotelem eadem norma definiendi vſum fuiſſe in hac, & præcedentibus definitionibus; ſed in illis definijt res; ergo & in hac.

Colliges quarto, non eſſe excludenda à numero denominatiuorum ea, quæ ſecundum aliquem caſum ſui nominis non differunt à nomine formæ. Ex. C. Grammaticus. Grammatica, Grammaticum, in genere feminino, in quo planè coincidit cum ſua forma, quæ eſt Grammatica, quamuis oppoſitũ docuerit D. Aug. Et ratio deſumitur ex dictis. Docuimus enim in illa particula [ſolo differentia caſu] inuolui duas cõditiones, diuerſitatem in fine vocis, & in modo ſignificandi, & ſi rectè attendamus, prior eſt diuerſitas in modo ſignificandi. nam quia aliter ſe habet forma ſeorſim ſumpta, aliter concreta cum ſubiecto, ideò ad ſignificandum modum additum formæ, vtimur vocabulo aliter compoſito, quod ſi contingat inuariato vocabulo, quò ad ſonum, ſignificare nihilominùs ob antecedentia. & conſequentia illam diuerſitatem formæ, non eſt cur ea vox denominatiua nõ cenſeatur; etenim, quando poſterior conditio ponitur propter priorem principalem, ſi prior conſtare poſſit abſque poſteriori, iure optimo rem denominabit: atque ita exiſtimarũt Aegid. hoc loco, & Veteres alij, vt opinatur Contarenus, qui ſaltem reductitiè numerat ea vocabula cum denominatiuis, nec alia videtur eſſe Caiet. interpretatio, quam noſtra, cum ait, per accidens eſſe in toto aliquo denominatiuo, vnum caſum non differre à nomine formæ, cum in ceteris ſit diuerſitas, nec proinde eſſe illum caſum excludendum, non alia ſanè de cauſa, quam quia retinet modum ſignificandi compoſitum, & hoc conſtat ex adiunctis.

D. Aug.

Aegid. Contar. Caietan.

EXPLICATIO CAPITIS SECVNDI.

De Complexis, & Incomplexis.

SVMMA CAPITIS.

PRoponit in ſecundo Capite duas diuiſiones, & vnam definitionem. Prima diuiſo eſt eorum, quæ ſignificant, in ea, quæ complexè, & quæ incomplexè ſignificant. Secunda diuiſio rerum incomplexarum, & prædicamentalium eſt quadrimembris: quæ ſic habet: Eorum quæ ſunt, quædam de ſubiecto dicuntur, in ſubiecto tamen non ſunt, vt ſubſtantiæ vniuerſales, quædam in ſubiecto ſunt, de ſubiecto autem non dicuntur, vt accidentia ſingularia. Alia in ſubiecto ſunt, & de ſubiecto affirmantur, vt accidentia communia. Alia nec ſunt, nec enunciãtur de vllo ſubiecto: cuiuſmodi ſunt ſubſtantiæ ſingulares. Definitio eſt eorum, quæ in ſubiecto exiſtunt ad hunc modum. Id in ſubiecto eſſe dico, quod eſt in aliquo non vti pars, vt ſit autem ſeorſim ab eo, in quo ineſt, fieri nequit.

Definitio eius quod eſt in ſubiecto.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT II.

COMMENTARIVS.

a *Eorum quæ dicuntur.*] Vt oſtendat, quæ in prædicamentis locum habeant, quęq; ab illis excludantur, ſequẽtes proponit diuiſiones, quarum primam vocibus præcipuè conuenire docent Ammonius, & Boetius, poteſtq. cum Simplicio ex eo probari, quia in 4. cap. huius libri ſubdiuidimur poſterius membrum huiuſce partitionis in ea, quę ſignificant ſubſtãtiam, quantitatem, &c. quæ haud dubiè nõ ſunt res, ſed voces. Dixi (præcipuè) quia ſecundariò aptari poteſt eadem diuiſio rebus per voces ſignificatis, vtpote in quibus ſua etiam complexio & ſimplicitas reperiatur, vt quæ per voces dicuntur.

Boet. & Am. ſentẽtia.

In rebus ſignificatis per voces ſua quoq; cõplexio, & ſimplicitas reperitur.

b *Alia cum complexione.*] Cum voces à Dialectico pertractentur, non vt ſoni quidam ſunt, ſic enim ad Phyſicum ſpectant, ſed, quatenus rerum ſigna, ex ipſis rebus ſignificatis vocum ſimplicitas accipienda eſt, vt Toletus ex Auicenna hoc loco annotauit. Quare ea vox incomplexa cenſebitur, cuius ſignificatum non eſt multiplex, vt homo, Cœlum, ea verò complexa, cuius ſignificatum multiplex eſt, veluti Homo albus, Cælum, & Aer: vnde ad nominis ſimplicitatem vel complexionem, parum refert vnitas, vel pluralitas ſoni. Nam hoc vocabulum [corpus animatum] etſi conſtet pluribus ſonis, eſt incomplexum, quia ſignificat ſimplicem eſſentiam illius ſpeciei, quæ ponitur in prædicamento Subſtantiæ. Nihil verò, Semper, & minores orationes, eſto, quo ad ſolum ſint ſimplices, complexis tamẽ adnumerantur, quia multa ſimul, & immediatè ſignificant. Id quod diximus de vltimo & principali vocum ſignificato, dici etiam poteſt de primo, & immediato, hoc eſt, de conceptibus; cum enim voces non ſignificent, niſi mediis conceptibus, vt in libris de Interpretatione dicemus; neceſſe eſt earum ſimplicitatem, & vnitatem ab eiſdem conceptibus deriuari, ita vt ea vox dicatur ſimplex, cui in animo primò reſpondet vnus conceptus; multiplex, cui primario reſpondent multi, vt in iiſdem exemplis videre eſt.

Vocũ ſimplicitas à rebus ſignificatis accipienda eſt.

A Conceptib. quoque vocũ ſimplicitas ſumitur.

c *Currit, vincit.*] Hæc attulit Ariſtoteles in exemplũ eorum, quæ ſunt incomplexa, ſed non placent Ammonio exempla, quia exiſtimat, omnia verba temporis finiti eſſe complexa, eò quod ſignificatione complectantur nõ ſolum actionem, ſed etiam perſonam, cui actio attribuitur, quamuis hęc manifeſtius inferatur à prima, & ſecunda perſona verbi, quæ indicant determinatum ſuppoſitum actionis, quam à tertia, quæ indeterminatum communiter denotat; & hac de cauſa, inquit, Philoſophus attulit tertiam perſonam, quæ in primo aſpectu ſimplex videtur, quod ſatis eſt ad exemplum, cuius veritas omninò requirenda nõ eſt: tutius tamen fore, ait, ſi verba infinita attuliſſet, vt, currere, vincere, quæ nullam perſonam agentem indicant. Ceteris Interpretibus magis diſplicet hac in parte Ammonius, quam ipſi diſplicuit Ariſtoteles; nam complexio, & ſimplicitas vocis non ſumitur ex omnibus, quę ab illa quomodocunq; indicantur, ſed à proprio, & primario ſignificato, alioquin album, & omnia connotatiua eſſent complexa, à Prædicamentiſque aliena, quod Ariſtoteli toto ſequenti opere, communique ſententiæ repugnat; illatio probatur, quoniam album non ſolum ſignificat albedinem, ſed etiam denotat ſubiectum, & idem eſt de ceteris connotatiuis; pro-

P 3

a *Eorum quæ dicuntur*, b § *alia cum complexione, alia ſine complexione dicuntur. Illa talia ſunt, homo currit, homo vincit. Hæc iſtiuſmodi ſunt, homo, bos*, c § *currit, vincit.* d § *Eorum quæ ſunt, alia* e § *de ſubiecto quidem dicuntur, in nullo verò ſunt prorſus ſubiecto: vt, homo de quodam homine dicitur, vt de ſubiecto, in nullo autem eſt ſubiecto. Alia in ſubiecto quidem ſunt, de nullo verò ſubiecto dicuntur.* f § *Atque id in ſubiecto eſſe dico, quod in aliquo quidẽ eſt: & non vt pars, vt ſit aliẽ ſeorſum ab eo, in quo ineſſe fieri nequit, vt quædã Grãmatica eſt quidẽ in anima, vt in ſubiecto, de nullo verò ſubiecto dicitur*

Digitized by Google

uis; proprium autem, & primarium horum nominum significatum est forma, quæ cum simplex existat, nomina reddit incomplexa; eodem modo res sese habet in verbis, nam primò, & formaliter significant solam actionem, vel modum actionis in concreto, secundariò, & materialiter innuunt personam, siue determinatam, siue indeterminatam.

Alia rerũ simpliciũ partitio.

d Eorum quæ sunt.] Hæc est secunda partitio rerum simplicium, & Prædicamentalium; quam optimè docuit Simplicius, non tam propriè esse diuisionem, quàm enumerationem eorum, quæ in Prædicamentis collocantur: licèt simul indicetur analoga diuisio entis, in substantiam, & accidens, vt volunt Caiet. & Sotus, de qua posteà nobis proprio loco differendum est.

Caiet. Sotus.

Persecutus verò fuit vt Aristoteles præfatam enumerationem, tum recensendo naturas Prædicamentales, tum earum conditiones, Naturas quidem, cum dixit, quædam esse in subiecto, alia non esse; hæ namque sunt rationes substantiæ, & accidentis. Conditiones verò, cum subdidit, aliqua dici de subiecto, id est, esse vniuersalia, alia non dici, videlicet singularia.

Dici de subiecto, q̃d hoc loco fit. Tolet. Sotus.

e De subiecto dicuntur.] Dici de subiecto hoc loco, idem est, ac prædicari essentialiter de inferiori, vt explicant Toletus, Sotus, & alij Interpretes, patetq; ex rebus, quibus Arist. hoc attribuit, vel negat, ait nimirum, naturam vniuersalem, siue substantiam, siue accidens, de subiecto dici; Singularem verò vtramq; de subiecto minimè prædicari, quæ vera esse non possunt nisi [dici de subiecto] prædicto modo accipiatur; nam substantia vniuersalis de nullo prædicatur prædicatione artificiosa, nisi de suo inferiori, accidens verò singulare directè prædicatur de subiecto, in quo est, sed non tanquam de inferiori essentialiter subiecto.

tur; & hoc album in subiecto quidem est corpore (omnis enim color in corpore est) de nullo verò subiecto dicitur. Alia de subiecto dicuntur, & in subiecto etiã sunt, veluti scientia in anima quidem est, vt in subiecto: de Grammatica autem dicitur, vt de subiecto. Alia neque in subiecto sunt, neque de subiecto vllo dicuntur, vt quidem equus: nihil enim talium aut in subiecto est, aut dicitur de subiecto. Atque individua simpliciter, & ea, quæ vna numero sunt, de nullo quidem subiecto dicuntur, in subiecto autem nonnulla ipsorum nihil prohibet esse: quadã enim Grammatica ex iis est planè, quæ in subiecto quidem sunt, de nullo verò subiecto dicuntur.

CAP.

Esse in subiecto, q̃d.

f Atque id in subiecto esse.] Definit, quid sit esse in subiecto, seu quid sit id, quod est in subiecto; atque, id esse propriè in subiecto, quod est in aliquo, non vti pars eius, ab eo tamen separatum existere non potest, quo pacto est scientia in anima, & candor in lacte; Sed quia hæc definitio strictiori indiget examine, posteà excutienda est.

EXPLICATIO CAPITIS TERTII,

DE REGVLIS.

SVMMA CAPITIS.

Duplex documẽtũ ad notitiã eorũ, q̃ sunt in Prædicamentis. Primũ documẽtum. Secundum documẽtũ.

TRadit duo documenta ad pleniorem notitiam eorum, quæ sunt in Prædicamentis; alterum inseruit cognoscendæ Prædicamẽtorum profunditati, seu progressioni à summo genere vsque ad individua; alterum latitudini, id est, discessui in latera, qui fit per differentias. Primum documentum est: Cum quidpiam de quopiam prædicatur, vt de subiecto, ea quæ dicuntur de prædicato, dicuntur etiam de subiecto. Secundum; Quando genera non sunt subalternatim posita, eorum differentiæ diuersæ sunt: quando verò subalternatim posita sunt, nihil prohibet, easdem esse differentias.

CA-

CAPVT TERTIVM.

COMMENTARIVS.

2 *Cum quippiam de quopiam.*] Dixerat superiori capite, quædam esse in subiecto, alia dici de subiecto; & in fine eiusdē capitis explicuit, quid esset, in subiecto existere; nunc exponere aggreditur, quo pacto se habeant, quæ de subiecto dicuntur: & primum documentum est, quando aliquid affirmatur de aliquo, vt de subiecto, quæ affirmantur de prædicato, affirmantur etiam de subiecto, cuius pronunciati difficultas tota est in explicanda qualitate illius prędicationis, an scilicet comprehendatur omnis prædicatio, etiam contingens, an sola necessaria, & quæ: quo loco tres sunt expositiones, prima Simplicij & Boetij, arbitrantium, propositionem intelligi de prædicato essentiali, & in quid, quasi illius sensus sit; quādo aliquid prædicatur de aliquo subiecto essentiali, & in quæstione, Quid est, omnia essentialia attributa prędicati, essentialiter enunciantur de subiecto; Verbi causa, quia animal affirmatur de homine in quid, & essentialia animalis attributa sunt, esse viuens, esse corporeum, eadem sunt de essentia hominis; neque in oppositum vlla instantia afferri potest. Hæc videtur esse germana contextus interpretatio. Nā Aristot. eodem modo sumere debet (dici de subiecto) hic, & proximo Capite; si quidem eius doctrinam prosequitur, magisque explicat, sed (dixi de subiecto) ibi, significat prædicari in Quid; ergo idem significabit hoc loco. Deinde, hæc Regula, ceterorum etiam Interpretum confessione, traditur gratia cognoscendæ profunditatis Prædicamentalis; sed profunditas visitur inter superiora, & inferiora; ergo Regula intelligitur de prędicatione superiorum & inferiorum; hæc expositio ad mentem Philosophi, contextumque explicandum satis sit: doctrinæ causa afferendæ sunt aliæ.

Prima & Germana expositio.

2 Cvm quippiam de quopiam prædicatur, vt de subiecto: ea, quæ de prædicato dicuntur, dicentur etiam de subiecto: vt homo de quodā homine prædicatur; animal autem de homine prædicatur: igitur animal de quodam etiā homine prædicatur; quidam enim homo, & homo est, & etiam animal. § b Eorum quæ sunt diuersa genere, & non ita se habent, vt alterum sub altero collocetur, diuersæ sunt specie differentiæ: vt animalis atque scientia. Animalis namq. differentiæ sunt gressibile, & bipes, & volatile, degensq. in aquis; scientia verò nulla ex his est differentia: non enim hoc scientia à scientia differt, quod sit bipes. Eorum verò generum, quorum alterum sub altero collocatur, eadem esse differentias, nihil obstat; supera enim de suis inferis prædicantur. Quare, quotquot differentiæ prædicati sūt, totidē erūt, & subiecti.

Secunda igitur interpretatio est Ammonij, Veneti, Toleti, & plurium Recentiorum, qui ita exponunt; Quando prædicatum dicitur essentialiter de aliquo subiecto, siue in Quid, siue in Quale, omne attributum essentiale prædicato est etiam essentiale subiecto; Quæ doctrina re ipsa verissima est, & menti Aristotelis facile accommodatur; nam capite de substantia probat differentiam prædicari de individuis, quia prædicatur do specie, & refert hoc documentum, quare intelligere illud videtur de quouis prędicato essentiali.

Secūda expositio.

Tertia expositio omnium latissima est, Pronunciatum intelligi de quouis prædicato, tàm essentiali, quàm accidentali: sed in ea est nonnulla diuersitas; nam Albertus, & Andronicus à Simplicio relatis ita exponunt. Quando aliquid verè prædicatur de aliquo, quidquid dicitur in Quid de prædicato, dicitur etiam de subiecto, eo scilicet modo, quo dicitur ipsum prædicatum. Verbi causa, quia album prædicatur accidentaliter de Homine, & collocatum affirmatur in Quid de albo, affirmatur accidentaliter de Homine;

Tertia expositio, q̄ variè etiā ab Auctoribus explicatur.

Digitized by Google

Burlæus verò, & alij sic explicant. Quando aliquid verè prædicatur de subiecto, quidquid vniuersim dicitur de prædicato, dicitur etiam de subiecto. Sed vtrouis modo in hac tertia expositione pronunciatum accipiatur, nisi aliqua adhibeatur moderatio, instantias patitur; nam album dicitur accidentaliter de Homine, & color prædicatur in quæstione Quid est, de albo, nec tamen affirmatur de Homine: item animal enunciatur de Homine, & Genus prædicatur de animali, non autem de Homine. Denique dissyllabum dicitur de Genere, & non dicitur de animali, de quo Genus prædicatur.

Tertia expositio quo modo sit vera.

Tribus porrò moderationibus opus est, vt tertia expositio, quoad vtrumque sensum, vera sit. Prima, vt, quod dicitur de prædicato, affirmetur vniuersè de toto. Secunda, vt alioqui non habeat maiorem cum subiecto connexionem. Tertia, ne varietur suppositio, seu, vt non dicatur de prædicato, vt distinguitur à subiecto. Defectu primæ conditionis, non sequitur, Homo est animal, animal est irrationale, ergo homo est irrationalis, quoniam irrationale non dicitur de toto animali. Defectu secundæ non procedit, hoc Genus est essentialiter vniuersale, vniuersale est accidentaliter Genus; ergo hoc Genus est accidentaliter Genus; item, Homo est contingenter albus, album est essentialiter quale, ergo Homo est contingenter qualis, etenim Genus aliunde habet strictiorem nexum, cum hoc genere, & quale cum Homine, quam ratione vniuersalis, vel albedinis, vt in prædicabilibus explicatum est. Defectu tertiæ procedunt instantiæ contra tertiam expositionem allatæ; nam in omnibus variatur suppositio, siue sumitur prædicatum, quando subijcitur, vt distinctum à subiecto, de quo alioqui prædicatur.

Auicennæ documentũ ex hoc deductũ.

Ex hoc documento elicuerunt Auicenna, & alij antiqui aliud negatiuum in hunc modum. Quando aliquid prædicatur de aliquo, quidquid negatur de prædicato, negatur etiam de subiecto. Verb. cau. quia color prædicatur de albedine, & quantitas negatur de colore, negatur etiam de albedine. Auicennæ documẽtũ quomodo sit verum. Hoc documentum, vt verum sit, iisdem conditionibus, quibus affirmatiuum, limitandum est, alioqui sæpe deficiet, vt exemplis cuilibet obuijs facilè ostendi potest. Auicenna

Acerualis argumentandi forma, seu de primo ad vltimum.

Recentiores ex eodem pronunciato, eliciunt eas argumentandi formas, quas Cicero aceruales, Græci soritas, nostri vocant de primo ad vltimum, & per primam regulam anteprædicamentalem: veluti, si homo est, animal est, si animal est, corpus est, si corpus est, substantia est, ergo si homo est, substantia est. De quibus plura in 6. lib. Institutionum dicta sunt. Cicero.

Secũdi documẽti explicatio.

b *Eorum quæ sunt.*] Hoc est secundum documentum latitudini prædicamentorum cognoscendæ accommodatum, vt patet: eius duæ sunt partes. Ea vt intelligantur, aduertendum est, tribus modis dici aliqua genera diuersa, primò & proprijssimè, quæ in diuersis prædicamentis collocantur, vt animal, & Scientia; Secundò, cum pertinent ad idem prædicamentum, vnum tamen sub altero non constitit, vt animal, & planta: tertiò cum in eodem prædicamento sunt, & vnum sub altero collocatur, vt animal, & viuens, quorum posterius in priori continetur.

Genera quibus modis diuersa sint.

Sunt ergò, qui priorem regulæ partem intelligant de generibus, tam primo, quàm secundo modo diuersis: posteriorem verò de generibus tertio modo diuersis: cui interpretationi satis fauet Argyropoli versio; nam generibus, tàm primo, quàm secundo modo diuersis conuenit non collocari sub altero, & sola genera tertio modo diuersa vnum sub altero collocatur. Hæc tamen expositio, & Peripateticis omnibus, & Aristoteli aduersatur: quia, cum Aristoteles in secunda parte regulæ doceat, nihil obstare, quò minus eædem sint differentiæ diuersorum generum subalternatim positorum, planè indicat genera, quæ in prima parte regulæ comprehenduntur, non posse

Multorum explicatio in primam partem regulæ.

Eius refutatio.

eadem

eaſdem habere differentias, alioqui nullum conſtituiſſet diſcrimen inter genera, quæ in priori regulæ parte. & quæ in poſteriori continentur, ſiquidem genera diuerſa ſecundo modo eaſdem habent differentias conſtitutiuas. vt explicabimus; Accedit, Ariſtotelem in confirmationem primæ partis ſolum attuliſſe exemplum generum primo modo diſſidentium, nimirum animal, & Scientia. Generapri mæ regulę partis non habẽt eaſdem differentias.

Potius ergò dicendum, priorem documenti partem intelligi de generibus, primò duntaxat modo diuerſis; poſteriorem de reliquis: quę interpretatio, licet agrè aptari poſſit verſioni Argyropoli, optimè tamen conuenit cum Boetij translatione, quæ cum Græco contextu hoc loco planè conſentit, & ſic habet. Diuerſorum generum, & non ſubalternatim poſitorum, diuerſæ ſunt ſpecie differentiæ, ſubalternatorum verò nihil prohibet, eaſdem eſſe differentias. Genera autem ſubalternatim poſita, interdum vocantur ſolum ea, quorum alterum collocatur ſub altero; interdum tamen tam pro his, quam pro illis ſumuntur, quæ collocantur ſub vno tertio; & hoc poſteriori modo ſumit Ariſtoteles hoc loco genera ſubalternatim poſita, vt colligitur ex primo Top. cap. 13. vbi eandem reperies doctrinam; nomine generum non ſubalternatorum ſolum comprehendit ea, quæ nec vnum ſub altero, nec ambo ſub vno tertio collocantur. Quo fit, vt ſubalternata appellet tam ea, quorum alterum conſtituitur ſub altero, quam quæ ſub vno tertio diſpoſita ſunt, qualia habentur genera ſecundo & tertio modo diuerſa. Altera eiuſdẽ partis expoſitio. Vera documenti explicatio.

Senſus igitur documenti hic eſt. Generum primo modo diuerſorum diuerſæ ſunt ſpecie, id eſt ratione, & natura differentiæ; nam inter differentias non eſt propria diſtinctio ſpecifica: eorum vero generum, quorum alterum collocatur ſub altero, vel ambo ſub vno tertio, nihil obſtat, quo minus eędem ſint differentiæ. Dixi, non obſtare differentias eſſe eaſdem, non verò id aſſerui, quia, licèt in generibus, quorum vnum eſt ſub alio, eædem differentiæ includantur præter vltimam: in ijs tamen quæ ſub vno tertio ſunt, aliquando ſunt eædem differentiæ, quibus conſtituitur illud tertium genus, ſub quo exiſtunt, vt videre eſt in animali, & planta, in quibus reperiuntur differentiæ corporis; aliquando nullæ ſunt, vt patet in corpore, & ſpiritu, omnibuſque alijs generibus ſub gradu ſummo immediatè conſtitutis: hæc enim nullius differentiæ communione participant.

Docemur hac regula, quoties in diuerſis categorijs ad latera digredimur, non poſſe nos incurrere in eaſdem natura differentias, quantumuis in eaſdem ſimilitudine incidamus, quoniam, vt Simplicius, & Ammonius annotarunt, quæ in diuerſis categorijs exiſtunt, interdum ſortiuntur eaſdem differentias non natura, & ratione, ſed nomine, & quadam ſimilitudine, vt patet in animali, & ſcientia, quæ diuiduntur per rationale; & in corpore de prædicamento ſubſtantiæ, & corpore de prædicamento quantitatis, quæ habent pro differentia corporeum, ſed tam rationale, quã corporeum ſunt diuerſæ naturæ, & rationis. Huius rei vniuerſalis ratio ſumenda eſt ex doctrina Ariſtotelis 7. Metaphyſ. tex. 43. differentia pedum non eſt quæliber, ſed ſolius vbi ait, nullum genus diuidi per differentias extraneas, quando autem genera ſunt diuerſa ſi differentiæ forent eędem, neceſſariò reſpectu vnius eſſent extraneę. Simplic. Ammon. Ariſt.

EXPLA-

EXPLANATIO CAPITIS QVARTI,

DE DECEM PRÆDICAMENTIS.

SVMMA CAPITIS.

Voces ſimplices ſũt.

Diuidit poſterius membrum illius partitionis, quam ſecundo capite vſurpauit, vocem nimirum ſimplicẽ in decem claſſes, ſeu categorias, ſubſtantiam, quantitatem qualitatem, &c. probat autem, voces, quę has res ſignificant, eſſe ſimplices, quia non ſignificant verum, vel falſum, hac ratione; omnis affirmatio, aut negatio vera eſt, aut falſa: ſed nulla vox iſtarum rerũ ſignificatiua eſt vera, aut falſa: ergo nõ eſt complexa, ſed ſimplex. Nõ eſt hæc ratio efficax ad probandam omnimodam incomplexionem, quia homo albus, & ceteræ imperfectæ orationes non ſunt veræ, aut falſæ, & tamen ſunt complexæ: ſed cum plurimum oſtendit, has voces non eſſe affirmationes, vel negationes; quam ob cauſam aliqui Interpretes opinati ſunt, hanc Ariſtotelis ratiocinationem eò tendere, vt oſtendat, has voces eſſe ſimplices, quippe quod in propatulo ſit, ſed quò ſignificet, hunc librum antecedere libros de interpretatione, in quibus de enunciatione diſputatur; prius enim inueſtiganda ſunt ſimplicia, quam compoſita, quæ ex ſimplicibus coaleſcũt; hic autem enodantur ſimplices voces, ibi compoſitæ. Atque hęc pro toto capite ſufficiant, reliqua proximis quæſtionibus expenduntur.

Ratio Ariſtotelis.

Quò hæc ratio tendat.

CAPVT QVARTVM.

EOrum, quæ nulla complexione dicuntur ſingula aut ſubſtantiam ſignificant, aut quantitatem, aut qualitatem, aut ad aliquid, aut vbi, aut quando, aut ſitum eſſe, aut habere, aut agere, aut pati. Eſt autem ſubſtantia quidem, vt in ſummo dicamus, velut homo, equus: quantitas autem, vt bicubitum, tricubitum: qualitas, vt album, Grammaticum; ad aliquid, vt duplum, dimidium, maius: vbi verò, in foro, in Lyceo: quando autem, vt heri, ſuperiore anno: ſitum verò eſſe, vt iacet, ſedet: habere autem, vt calceatum eſſe, armatum eſſe: agere verò, vt ſecare, vrere: pati, vt ſecari, vri. Singula igitur eorum, quæ dicta ſunt, ipſa quidem ſecundum ſe nulla cum affirmatione negatione ve dicuntur; horum autem ad ſe inuicem complexione, aut affirmatio, aut negatio ſit. Videtur enim omnis affirmatio vel vera, vel falſa eſſe: eorum autem, quæ ſecundum complexionem nullam dicuntur, nihil neque verum, neque falſum eſt: vt homo, albus, currit, vincit.

QVÆSTIO I.

DE PRIMÆ ENTIS diuiſione in ſubſtantiam, & accidens.

ARTICVLVS I.

DIVISIONIS EXPLICATIO, & defenſio.

SI à capite omnes entis diuiſiones hoc loco explicandæ forent, ab ea ſanè inchoandum eſſet, qua partimur ens per finitum, & infinitum, quam omnium conſenſu conſtat eſſe primam. Sed nec locus, nec operis inſtitutũ patitur, vt plura dicamus, quàm quæ Ariſtoteles ad prædicamentorum cognitionem neceſſaria eſſe duxit: nec altiora, quàm imbecillis adhuc tyronum intellectus ferre poſſit, occaſione duplicis diuiſionis, quibus Ariſtotel. 1. & 4. cap. ens partitus

Digitized by Google

tius est, altera in substantiam, & accidens, altera in decem prædicamenta. Verum neque de his vniuersim tractabimus, perscrutantes, num sint vniuocæ, an æquiuocæ, aliaque similia: sed hoc solum, num adæquatæ sint, & singula earum membra rectè explicentur.

Quod igitur attinet ad primã entis diuisionem, in substantiam, & accidens, ab omnibus supponitur vt per se nota, expressa verò fuit ab Aristotele in capite 2. sub illis verbis. Eorum, quæ sunt, quędam sunt in subiecto, quędam in subiecto nõ sunt; quamuis enim singulis mẽbris aliam subdiuisionem adiunxerit, hoc perpetuò seruauit, vt quędam, videlicet substantias, dixerit in subiecto non esse: alia, nimirum accidentia, vt ex communi interpretum sensui docuimus, in subiecto esse. Quibus verbis non solum diuisionem perfecit, sed diuidendi rationem, & membrorum oppositionem eleganter expressit. Nam primum, & vniuersale discrimen inter substantiam, & accidens est, quod substantia sit natura perfecta, atque adeò nihil extra suum genus requirens, vt sit; accidens verò per se sit imperfectum, & alteri, vt existat, annexum. Dixi, substantiam nihil requirere extra suum genus, quia multæ sunt substantiæ incompletæ, quæ absque aliarum consortio existere non possunt, vt materia absque forma, substitentia sine natura; verum illa etiam, quę ab ijs substantijs desiderantur, sunt intra genus substantiæ, latissimè sumptę, siquidem sunt substantiæ incompletæ: at verò accidens exigit subiectum vltimum alterius generis, seu prędicamenti: quod discrimen expresse tradidit S. Thom. opus. 42. c. 1. quod postea magis explicabimus. Repetit eandem diuisionem Aristoteles 3. Metaph. tex. 10. D. Tho. opus. 42. & in dist. 8. q. 4. ar. 2.

Aristot. Prima entis diuisio.

Discrimẽ inter substãtiam, & accidens.

Arist. D. Thom.

Sed quò magis eluceat, ita possumus obijcere. Inter ens, & reliqua genera summa nihil est medium, sed si ens hoc pacto diuidatur, inter ens, & genera accidentium interponetur accidens: ergo non est probanda hęc diuisio. Minor, & consequentia patent: maior traditur ab Arist. 8. Metaph. c. 6. asserente, vnumquodq. horum, & vnum quidpiam esse, & ens quoddam, hoc est, absque vlla communicatione media. Et probatur, quia si inter ens, & nouem genera accidentium mediaret accidens, non possent illa genera distinctè cognosci, non percepto prius illo prædicato. Illatio tamen est falsa, quoniam, vt in singulis prędicamentis erit manifestum, adqualemcumq. illorum definitionem, distinctamq. cognitionem solum requirimus ens in communi, & peculiarem cuiusque modum, vt in substantia esse per se, in quantitate esse extensum, in relatione esse ad aliud.

Obiectio contra primam entis diuisionẽ.

Secũda obiectio.

Secundò: pleraque sunt, quæ nec substantiæ sunt, nec accidentia: ergo diuisio est angustia: antecedens patet in eo modo, per quem accidentia sacræ Eucharistiæ separata existunt; hic enim cum sit realiter idem cum accidente, non potest esse substantia, deinde, cum non sit in alio, non est accidens: ergo nec est substantia, nec accidens: præterea in actione creatiua, quam non esse fatentur omnes, & per se est manifestum, cum nec per se in substantiæ prædicamento ponatur, nec ratione alterius substantiæ, quam componat; non esse verò accidens, inde constat, quia ei repugnat esse in aliquo tanquam in subiecto: creatio enim est productio ex nullo, & in nullo præsupposito subiecto.

Probatur prima entis diuisio.

Dicendum nihilominus est cum Aristotele, & communi omnium sẽtentia, diuisionem esse adæquatam, nihilq. reperiri posse, quod alterius membri rationem effugiat D. Thom. opus. 42. c. 10. id ex eo probat, quia proposita diuisio fit per mẽbra contradictoria; in diuisione autem contradictoria impossibile est, aliquid extra vtrumq. membrum remanere: contradictoria enim ita se habent, vt alterum eorum de quocumq. prædicetur. Cum audis, fieri diuisionem per membra contradictoria, non intelligas, alterum membrum esse negetiuum,

D. Thom.

Contradictoria diuisio quę sit.

à ſubiecto independentia conſtituuntur. Alia reſponſio quærenda eſt. Superſunt verò duæ, altera aſſerit, illum modum eſſe ſubſtantialé, & ideò mirum non eſſe, quod ſubiectum non reſpiciat.

Alia opin.

Fundamentum huius aſſertionis eſt præcipuè illud, quod in argumẽto attingitur, omne, ſcilicet, accidés habere eſſentialem habitudinem ad ſubiectum, illum verò modum eſſentialem cum ſubiecto repugnantiam vendicare: præterea ille modus efficit in accidente, quidquid ſubſiſtentia in ſubſtantia, vt planum eſt: igitur pertinet ad idem genus, quamuis ſubſiſtentia ſit modus naturalis ſubſtantiæ, hic autem ſuper naturalis. Vnde etiã tolli videtur obiectio, quę obuiare poterat, nimirũ, modum ſubſtantialem nõ poſſe afficere accidens, eò quod fundamẽtum nequeat eſſe minoris entitatis, & nobilitatis, quã modus, quo afficitur. Hinc enim ſolum concluditur, ſecundum naturę legem nequire modum ſubſtantialem accidenti ſuperuenire, non autem id repugnare potentię diuinę, & modo ſupernaturali.

Hanc ſententiam ſatis indicat Caiet. 3.p.q.73.art.1. iuxta quam ad ſecundum exemplum actionis creatiuę dicẽdum eſt, creationem quidem ſubſtantię in ipſo termino ſuſtentari, aut vti in ſubiecto, aut tanquam in termino per identitatem cũ illo, idq. ſatis eſſe ad ſaluandam rationem accidentis, quia eſſe in ſubiecto, idem eſt, ac exiſtere in aliquo per ſe ſubſiſtente, cum ceteris cõditionibus ab Ariſtotele aſſignatis, de quibus ſtatim dicemus, ſiue ſit ſubiectũ in vulgari loquendi modo, ſiue terminus. Si verò creatio ſit accidentis, exiſtit vltimo in modo illo ſubſtãtiali, qui hypoſtaſis locum habet, & accidens productum ſuſtentat.

Caiet.

Creatio quomodo i termino ſuſtentet.

Alia via magis trita, & Concilijs, Patribus, ac Theologis conſonantior eſt, illum modum eſſe accidentalem, (ſolam enim ſubſtantiam corporis Chriſti, & accidentia in Sacramento eſſe, in multis Concilijs definitum eſt.) Habere tamen vim terminandi accidentia, quemadmodum ſubſiſtentia terminat ſubſtantiã; cuius opinionis fundamenta non eſt huius loci ex profeſſo tradere; ſatis ſit, indicaſſe illud de identitate cum accidente, quamuis enim multi accidentales modi cum ſubſtantijs identificentur, non proinde modus ſubſtantialis idem eſſe poteſt cum accidente, quia nihil eſt, quod minoris entitatis ſit ſecundum ſuam realitatem, quam ſecundum formalitatem, ſed realitas modi eſt ab ipſo fundamento; ergo ſi modus ſubſtãtialis in accidente ſit, præſtantior erit, ſecundum formalitatem, quam ſecundum realitatem ſuam, quod incõmodum non vitatur, ſi modus accidentarius cum ſubſtantia identificetur: adde, illam vnionem accidentium cũ modo ſubſtãtiali futuram eſſe hypoſtaticam, quam ferè omnes negãt, accidẽti immediatè communicari poſſe.

Verior, & cõmunior opinio.

In qua opinione ad argumentum reſpõdendum eſt, vt modus ſit accidens, non exigere tam formalem, & immediatã dependẽtiam à ſubiecto, quantam requirũt perfecta accidentia, ſed ſatis eſſe, id habere per identitatem cum aliquo fundamento, vt re vera habet modus ſubſiſtendi accidentium. Ad exemplum de actione creatiua idem reſponderi poteſt, ſi ſola accidentia crearẽtur, aut eorum tantum productio eſſet accidentalis actio, vt quibuſdam videtur.

Ad 2. obiectionem.

Ad exemplum de creatione.

Verum, quia actio creatiua ſubſtãtię eſt modus accidentarius, & non identificatur cum illo accidẽte, cuius beneficio participet ordinem ad ſubiectum, aliter reſpondendum eſt. Credimus, l. accidens in cõmuni non depoſcere tranſcendentalem reſpectum ad ſubiectum inhęſionis determinatè, ſed ad ſubiectum, vel inhęſionis, vel prędicationis; ita tamen, vt is reſpectus ſit illi eſſentialis, cuiuſmodi eſt ille, quẽ actio ſibi vendicat, reſpectu principij efficientis, de quo ſolo prędicatur more accidẽtis; et quidẽ Ariſtotelem tã latè accepiſſẽ hoc loco, eſſe in ſubiecto, ex eo colliges, quia ſub eo cõplexus eſt prędicamentum habitus, quod intrinſecè nõ inhęret,

Accidẽs in communi non reſpicit eſſẽtialiter ſubiectũ inhæſionis.

inhęret, sed extrinsecus tantùm allinciendo denominat. Cum verò à Philosophis vsurpatur, essentiam accidentis positam esse in apitudinali inhærentia, quod nos statim proponemus, aut sumitur vocabulum [inhęrentia] latè pro qualibet essentiali habitudine ab subiectum, aut inhæsionis realis, aut prædicationis per se, vel ratione alterius, aut certè habetur ratio maioris, & melioris partis accidentium, in qua non est actio, neq; ille modus separatorum accidentium, & ita intelligęda sunt, quæ in lib. Physiolog. huius Cursus de respectu essentiali accidentis traduntur.

ARTICVLVS II.

TRVM PRIMVM DIVISIONIS membrum rectè explicari soleat.

PRimum huius diuisionis membrum est substantia creata communissimè sumpta, vt continet completas, & incompletas; eam non aliter explicuit Aristoteles, quam asserendo, non esse in subiecto, ex quo loco iuncto, cap. 8. 5. lib. Metaphys. Substantię definitio. hæc tradi solet substantiæ definitio. Significationes nominis substantia. Substantia est ens non existens in alio, quam vt explicemus, afferendæ sunt in medium præcipuæ huius vocabuli significationes, quæ omninò sunt quatuor. Primò accipitur substantia pro cuiusuis rei essentia, quo pacto vsurpata fuit in definitionibus Aequiuoci, & vniuoci, & 5. Metaph. c. 8. Secundò pro quacumque re, quæ non est accidens, siue sit completa, siue incòpleta; ita sumitur eodem li. 5. Metaph. c. 8. & 1. Physicorum cap. 6. vbi differentiæ, materia & forma partes integrantes substantiæ vocantur: Tertiò, pro sola substantia perfecta, & completa, qua significatione vsus videtur Aristoteles in cap. 5. de substantia, vbi simpliciter appellat substantias eas, quæ sunt prædicamentales: & 4. Metaphysicorum diuidens ens in decem genera. Quartò denique pro solis primis substantijs, quo sensu negat Aristoteles 7. Metaphysicor. cap. 13. genera, & species substantiarum esse substantias.

Prima acceptio communis est, & cum in accidentia cadat, ab hoc loco est aliena: tertia, & quarta spectant ad prædicamentum substantiæ; secunda est huius loci propria, eò quod omnia complectatur, quæ accidentia non sunt, atq; in hac significatione describitur substantia id, quod non est in subiecto, vt docet D. Thom. in 1. dist. 8. quæst. 4. articul. 2. & Opuscul. 42. cap. 10. hoc est, ens, cui debetur, non esse in alio tanquam in subiecto inhæsionis: qua differẽtia probè distingui videtur substantia ab accidẽte, siquidem illud est ens, cui conuenit esse in subiecto inhæsionis. Alia substantię definitio. D. Thom.

Verum Auicenna relatus à Diuo Thoma illa distinct. 8. 1. lib. sent. ad secundum, reprehendit hanc definitionem, quasi inutilem ad naturam substantiæ declarandam, cuius ratio hęc ferè est: Quando aliquid definitur per negationem, debet habere prædicatum aliquod à se distinctum, in quo negatio fundetur, vt per definitionem saltem intelligatur, definitum habere illud prædicatum cõmune, & aliquid aliud, ratione cuius ei negatio debeatur: sed substantia non habet eiusmodi prædicatum; ergo non definitur accommodatè per negationem; probat minorem; quoniam si illud haberet, maximè esset ens, sed ens cum non sit vniuocum, nihil est distinctum à substantia, & accidente; ergò qui dicit, substantia est, quod nõ existit in subiecto, nullam entitatem substantiæ declarat. Impugnatur. Auicen.

Diu. Thom. eo loco non videtur improbare rationem: vnde in pluribus alijs locis hanc vsurpat substantiæ descriptionẽ: Substantia est ens per se existens, vt Quodlibet. 9. art. 5. ad 2. 1. p. quæst. 3. artic. 3. ad secundum, in 3. dist. 6. quæst. 1. artic. 1. quæstiuncul. 1. verum in descriptione explicãda relabitur Sanctus Doctor in Auicennæ reprehensionem; nam primo contra Gent. cap. 25. negat D. Thom. Alia definitio.

nè

gatiuè exponit particulam [per se] ita vt idem valeat, ac non in alio, quem sequuntur Soncinnas. 5. Metaphys. quæst. 14. Iauellus quæst. 17. & quia nulla negatio potest esse de essentia rei positiuæ, ideo inquit Diuus Thomas loco contra Gent. citato, id, quod significatur particula [per se] non est de ratione substantiæ, sed quædam eius affectio. At Durand. in 3. distin. 1. quæst. 1. numer. 9. veritus Auicẽnam, quem ibidem citat pro eadem descriptione, positiuè explicat verbum, [per se] pro reali, scilicet, & absoluta existentia substantiæ, quam simpliciter probat, non esse de illius essentia ea communi ratione, quod existẽtia solius Dei essentiam ingrediatur: vnde Diuus Thomas quæst. 7. de potentia art. 3. ad quartum ait, per se existere, non posse essentialiter definire id, extra cuius essentiam manet, cuiusmodi est omnis substantia creata. Caietanus 1. p. quæst. 54. in 4. dubio, vtrumq; sensum tribuit particulæ [per se] & quidem si vim significationis attendamus [per se] positiuum quid, absolutumque significat: verum quia facilius id percipimus per negationem cõtrarij, ideo per illam exponi solet, quam certè annexam habet; ex eo enim quod substantia sibi ad existendum sufficiat, cõsequitur negatio dependentiæ ab alio. Addendum tamen est [per se] cum positiuè vsurpatur, accipi posse, vel pro existentia substantiæ independente à subiecto inhæsionis, vel pro peculiari modo, quo substãtia determinat ens ad sui constitutionem, & ex quo manat existentia per se.

Soncin. Iauellus. D. Thom. Particula, per se, positiuè vsurpatur & negatiuè. Caietan. Durand.

Definitio est optima, sed nõ essentialis. Probatur efficaciter.

His positis, asserimus, in quacumque harum significationum sumatur verbum [per se] definitionem esse optimam, sed numquam perfectè essentialem. Prima huius assertionis pars est manifesta, quia, quolibet modo accipiatur illud [per se] semper indicat differentiam, qua substantia à toto genere accidentiũ separatur, quod est proprium munus definitionis. Secunda pars inde primò ostenditur, quia res simplices, cuiusmodi est substãtia, vt proxima quæstione dictum est, propriè definiri non possunt; cũ omnis propria definitio, aut genere, aut differentia constet, aut materia, & forma, quibus illæ res carent. Deinde si per se existẽs sumatur, vt dicit peculiarem modum, quo substãtia determinat ens, & in se constituitur, accedit quidem definitio, quã maximè posset, ad essentiales, cum ens sit, veluti genus, modus verò entis diuisiuus, vt differentia, qua substãtia essentialiter distinguitur ab accidẽte; perfectè tamen essentialis nõ est, quoniam nec illud propriè genus est, neq; hæc propria differentia.

Quib⁹ debeat cõstare vera, & ppria definitio.

Clarius est, non esse essentialem definitionem: cum per se existens significat modum existendi substãtę, quia hic est substantiæ passio: vnde hic erit definitionis sensus; vt docet D. Th. in 3. Sententiarum, dist. 1. q. 1. & 1. contra Gent. Substantia est ens, cui debetur existentia per se, & non in alio: idem penè est intellectus illius definitionis, quã reprobat Auicenna: substantia est ens nõ existens in alio, quoniam per illam negationem, etsi non expressè, implicitè satis declaratur peculiaris natura substãtiæ: sic enim explicanda est ea descriptio. Substantia est ens, cui conuenit existere indepẽdenter ab alio, vt à subiecto inhæsionis; vbi satis exprimitur, substãtiam aliquid habere peculiare, ratione cuius ei competat negatio dependentię ab alio.

Proponit definitionis sẽsus. D. Thom. Auicenn.

Ad rationem verò Auicennæ, cõcedẽdum est, requiri in huiusmodi definitionibus aliquod prędicatũ commune, negandũ verò, illud oportere esse vniuocum, nisi descriptio futura sit perfectissima: ad huius probationem negãdum est, in primis ens non esse vllo modo distinctum à substãtia, & accidẽte; differt enim virtute, licet imperfectè, vt commune analogum; deinde falsum supponit probatio, negationem dependentię fundari in solo ente, cum primo, & per se fundetur in substantia, cui soli conuenit, non esse in alio.

Diluitur ratio Auicennę.

Defi-

Occurrit obiectionibus, quę in cõtrarium adduci solent.

Definitione sic explicata, facilè occuritur omnibus obiectionibus, quæ adduci solent; veluti, substantias communes existere in toto; formam in materia; naturam in supposito, &c. Nam substantia dicitur existere independenter à subiecto inhæsionis, quod habent omnes enumeratæ substantiæ; etenim substantiæ communes sunt in singularibus, vt in subiecto prædicationis; materia verò in toto, vt pars componẽs, non vt forma inhærens; forma autẽ in materia est tanquam in subiecto informationis, & eiusdem rationis secum; deniq. naturam esse in supposito, si idem valet, ac secundam substantiam esse in prima, iam solutum est; si verò significet, naturã singularem esse in ipsa personalitate, non rectè dicitur, cum personalitas sit modus naturæ, quare potius dicendum est, naturam, & suppositalitatem existere in toto supposito, vt partes illud constituentes: leuius est, quod ex altera parte obijcitur; accidentia Sacræ Eucharistiæ non esse in subiecto inhęsionis; ergo nõ esse proprium substantię, sic existere, dices, nimirum, substantię esse proprium secundum suam naturam per se existere; accidentibus verò Sacrę Eucharistię per miraculũ concedi, vt sine subiecto existant.

Proponit alia descriptio substantię manifestior.

Nihilominus tum propter hęc, tum propter similia obiecta, præsertim verò ob difficultatem distinguẽdi existentiam modi substantialis, ab existentia accidentis, excogitari potest alia descriptio substantię, aliquantò manifestior in hũc modum. Substantia est ens, vel per se subsistens, vel pertinens ad integritatem per se subsistentis. Ex hac enim descriptione non solum facilè cognoscitur substantia completa, quę est per se subsistens, sed etiam, quisnam modus sit substantialis, quis accidẽtalis; etenim vnio inter materiam primam, & formam substantialem dignoscitur esse substantialis, quia pertinet ad integritatem, & compositionem totius substantię, relatio verò animę rationalis ad Deũ createm, & vbi quo statuitur in loco; sunt modi accidentales, quia supponunt animam in toto suo esse substantiali perfectam, & illam ordinant ad extrinseca: communior tamen, & simpliciter vsurpãda definitio erit illa vulgaris: Substantia est ens per se existens, accepta existentia per se, pro modo, & proprietate substantię, sicut in definitione accidentis, quam Aristoteles eodem capite tradit; esse in alio, sumitur pro inhęrentia actuali, quę est accidentis affectio, quamuis non sit cõtemnenda alia interpretatio, quæ accipit per se existẽs, pro modo substantiæ intrinseco, & entis diuisiuo.

ARTICVLVS III.

VTRVM ARISTOTELES RECTE definierit, id quod est in subiecto.

Aristotel. definitio multipliciter oppugnatur.

ARistotelis definitio hæc erat, id est in subiecto, quod est in aliquo, non vti pars, vt sit autem seorsim ab eo, in quo inest. fieri nequit; eam tamen vitiosam esse multis rationib. ostendi potest. In primis, tota definitio conuenit multis substãtijs, quas iam ostendimus in subiecto non esse; nam formæ omnes materiales sunt in materia, ita vt extra illam esse nequeant: similiter existunt differentiæ contrahentes in genere; Deus in hoc vniuerso, & fortasse in spatio imaginario extra cœlum, creaturæ in intellectu diuino: nec enim hæc partes sunt eorum, in quibus esse diximus, nec extra illa existere possunt. Secundò, non conuenit definitio multis accidentibus: etenim locus, actio transiens, habitus sunt accidentia, & tamen sunt in subiecto, quod extrinsecè denominãt, & ab ijs, de quibus dicuntur, separari possunt, vt manifestum est.

Primò.

Secundò.

Præterea accidentia communia ita sunt in subiecto, vt ab eo separata reperiantur; albedo enim in communi sic existit in Cygno, vt extra illum in papyro consistat; quantitas Sacræ Eucharistiæ existit separata à pane:

pane: intellectus, & voluntas sunt in homine tanquam in subiecto, illo verò demortuo remanent in anima, quæ est aliud subiectum: item accidentia hominis viui, eo extincto, remanent in cadauere, quod specie differt ab homine; denique pomum odoriferum, cum manibus attrectatur, transfundit odorem, qui est accidés; in manus, vt experientia compertum est; separantur ergo aliqua accidentia à subiectis, in quibus erant.

Tertiò. Tertiò, esse in subiecto, idem videtur esse, atque inhærere; sed multa sunt accidentia, quæ non inhærent, ea videlicet, quæ sunt idem realiter cum subiectis, vt relationes, & ceteri modi accidentales; nam inhærentia est modus vniens formam cum subiecto; sed vbi est identitas realis, est maior vnitas, quam inhærentia; ergo nulla accidentia realiter identificata cũ subiectis propriè inhærẽt.

Approbat definitio tradita ab Aristot.

Octo modis potest aliquid esse in alio.

Primò,

Secundò.

Tertiò.

Quartò.

Quintò.

Sextò.

Septimò.

Octauò.

Addit nouus mod⁹ ex Ammonio, & Simplicio.

Ammon. Simpl.

Dicendum nihilominus est, definitionem esse accommodatam: ad cuius interpretationem aduertendum est ex Aristotele, quarto lib. Phys. c. 3. octo modis posse aliquid esse in alio. Primò, vt est pars in toto, seu integrans, vt manus in corpore, seu physica, vt materia in ente naturali, seu metaphysica, vt genus, & differentia in specie. Secundò, vt totum in suis partibus, quod in eisdem exemplis ostendi potest. Tertiò, vt species in genere, veluti homo in, vel sub animali. Quartò, genus in specie, vt animal in homine, qui modus partim coincidit cum primò, partim cum secundò. Quintò, vt forma in materia, siue sit forma substantialis in materia prima, siue accidentalis in materia secunda. Sextò, vt est effectus in causa efficiente, aut motus in mouente, vt lumen in Sole, populus in potestate Principis. Septimò, vt res in fine, quò pacto auarus est in diuitijs. Octauò, in loco, aut vase, vt Socrates in gymnasio, aqua in vrceo. His modis addendus est nouus ex Ammonio, & Simplicio, quo res est in tempore: alij numerari solent, sed in octo prioribus continentur, qui hisce verbis comprehenduntur.

In sunt pars, totum, species, genus, vtraque forma.

Et quæ producens, mensa, locusq. tenẽt.

Ex omnibus hisce modis sola secunda pars quinti ad præsens institutum pertinet, quod patebit ex definitionis explicatione; in ea igitur tres sũt partes; prima, esse in aliquo; secunda, non vt partem; tertiæ, non posse ab eo, in quo est, seorsim existere. Prima ponitur loco generis, & non significat quemcunque modum essendi, vt vult Caiet. sed modum essendi proprium & naturalem in aliquo positiuo; qua proinde reijciuntur à definitione secundus, tertius, sextus, septimus, & nonus modus essendi, quoniam ea, quæ his modis sunt, in aliquo impropriè esse dicuntur: nam quod ad secundum attinet, totum idcircò dicitur esse in suis partibus, quia extra illas non est, vt Aristoteles eodem loco docet, quomodo etiam dixeris, idem esse in se, quod satis impropriè dictum erit: species simpliciter loquendo in genere non est; imò hoc continetur in specie: sed quatenus, est illius pro subiecta, quod propriè vocaueris esse sub aliquo: effectus verò eatenus dicitur esse in causa, vt inquit Diuus Thomas, quatenus est in potestate, seu virtute illius: proprius autem essendi modus est formalis, vnde adhuc minus propriè res est in fine, quia non solum non est ibi formaliter, sed nec, simpliciter loquendo, ibi est, sed tantũ per metaphoram, qua dicitur, res appetens a bono teneri: additum est in eadem parte, modũ debere esse naturalem, vt reijciatur ineffabilis modus, quo Pater æternus est in Filio, & quæuis persona diuina in alia: item is, quo Sancti sũt in Deo, Deusque in illis, cũ in eadem parte ponitur, in aliquo, intelligitur quid positiuum, vnde etiam excluditur modus, quo Deus Optimus Maximus est in spatio inani extra cœlum.

Sed pars quinti modi præsẽti instituto accommodatior.

Caietan.

Res min⁹ propriè dicitur esse in fine.

Secunda pars est loco differentiæ, significatque, accidens nec esse partem subiecti, in quo est, nec alicuius tertij per se constituti ex subiecto, & tali accidente: hæc reijcit primum

Exponitur secunda pars definitionis.

mum modum, tertium, quartum, & primam partem quinti, quid perſpicuum eſt; nam pars integrans phyſica, aut metaphyſica, verè ſunt in toto, vt eius partes, forma verò phyſica ita eſt in materia, vt ex vtraque conſurgat vnum ens per ſe, accidens autem, vt diximus ex D. Thoma, ſemper eſt in ſubiecto alterius rationis, alioquin accidens non eſſet; ex pluribus verò, quę eiuſdem rationis non ſunt, vnum per ſe fieri non poteſt, quare licet forma non ſit pars materiæ, excluditur tamen per hãc partem, quia eſt quædam pars vnius entis per ſe; certia deniq. ſignificat, id, quod propriè eſt in ſubiecto, non poſſe per vires naturæ ab eo ita ſeparari, vt perſiſtat, qua excluditur à definitione octauus modus, & nonus; quamuis enim res omnes Vniuerſi à Deo trãsferrentur in vacuum, vbi nec locus realis eſt, nec tempus, durarent nihilominus aliquãdiu, quemadmodum etiam perſiſterent piſces à fluuio extracti. Definitio ſic expoſita omni, et ſoli conuenit accidenti: quia hoc ſolùm propriè formaliter, & naturaliter eſt in ſubiecto, cum eoque non coalescit in vnum, & ab illo diuelli non poteſt, aut omninò, vt quod eſt idem realiter cum ſubiecto, videlicet relatio, vbi, & modi ſimiles, aut per ſolam diuinam potentiam, vt accidentia ſacræ Euchariſtiæ ſeparantur.

Incertum eſt, qd primo in ea definiat.

Hæc eſt definitionis expoſitio: ſed, quid in ea primò definiatur, apud omnes non conſtat. Boetius, Diuus Thomas, Burlæus, & alij non pauci exiſtimant, definitum eſſe accidens: Caietanus verò, & alij accidentis conditionem, videlicet eſſe in ſubiecto, quod alij vocant inhærens actu. Vt hæc controuerſia dirimatur, quattuor in accidente diſtinguenda ſunt: primum, eius natura, & quidditas; ſecundum, peculiaris modus, quo determinat ens, & veluti quadam differentia diſtinguitur à ſubſtantia; tertium, eiuſdem exiſtentia in rerum natura, ſiue hæc ſit modus naturæ additus, ſiue nihil aliud, quam actualitas accidentis extra ſuas cauſas conſtituti; quartum, vnio cum ſubiecto, quæ dicitur inhærentia actualis, & creditur modus ex natura rei, ab accidentis natura diſtinctus, quando accidens realiter à ſubiecto differt, vbi enim fuerit realis identitas, eiuſmodi vnio neceſſaria non eſt, vt in tertio argumento initio propoſito oſtenſum eſt; in hac vnione fundatur quædam relatio accidentis ad ſubſtantiam, quam vocant inhærentiam, vt docet Scotus in quarto diſtinct. 12. quæſtio. 3. & alij, ſed vſus obtinuit, vt ille inhærendi modus inhærentia appelletur.

Scotus.

Opinio Caietani, & aliorũ reijcitur.

Caietanus igitur, & qui illum ſequuntur, exiſtimant, in propoſita definitione accidens remotè ſolum, & materialiter explicari, primarium verò definitum eſſe inhærentiam in concreto, ſeu ipſum eſſe in ſubiecto, eorum fundamentum eſt, Ariſtotelem apertè aſſerere, ſe definire id, quod eſt in ſubiecto: verum ex ijſdem verbis oppoſitum manifeſtè colligitur, nam id, quod eſt in ſubiecto, non eſt ipſum eſſe in ſubiecto, ſed accidens: ſicut id, quod exiſtit per ſe, non eſt ipſum exiſtere per ſe, ſed ſubſtantia, quæ per ſe exiſtit: deinde Philoſophus ex communi Interpretum ſententia diuidit in ſecundo capite ens, in ſubſtantiam, & accidens, ipſumq. accidens appellat, quod eſt in ſubiecto, & hic definit ſecundum membrum: ergo primò, & per ſe definit accidens.

Vera ſententia aſſtruitur. D. Thom.

Dicendum ergo eſt, definiri accidens per ipſum modum eſſendi in ſubiecto, quemadmodum ſubſtantia definita eſt per modum eſſendi per ſe, quod expreſsè docet S. Tho. in 4. diſt. 12. quæſt. 1. artic. 1. quæſtiuncula prima, & ſubijcit eam definitionem, in qua accidens, per modum eſſendi in ſubiecto definitur, perinde eſſe deſcriptiuam, ac eam, in qua ſubſtantia explicatur per modum eſſendi per ſe: pro eadem ſententia affert eo loco Auicennam in Metaph. idem repetit Quodlibet. 9. art. 5. ad primũ, & ſecundum, & alijs locis ibidem allegatis; admonet tamen D. Th. hoc

Auicenn.

D. Thom.

Digitized by Google

secundo loco, hanc definitionem (quod nos de Logicis definitionibus sæpè diximus) non esse accipiendam secundum actum, sed secundum aptitudinem, quasi dictum sit accidens est natura, cui debetur esse in aliquo, non vti pars, &c. hoc enim modo cōueniet omnibus accidentibus, etsi actu non existant in subiecto. Illud quoque prætereundum non est, si verbum [esse in alio] sumatur in definitione non pro actuali inhærentia, nec pro aptitudine ad illam habendam, quæ est accidentis proprietas, sed pro modo, quo accidens constituitur in suo esse, & ens determinat, accedere maximè definitionem ad essentialem, vt diximus de definitione substantiæ, in rigore tamen essentialem non esse, quia accidens est gradus simplex ex genere, & differentia minimè constitutus.

Respondetur argumentis in oppositū adductis. Primo.

His positis, facilè est ad argumenta respondere, ad primum ex dictis patet responsio: eorum enim, quę ibi afferuntur, quædam sunt partes, si non subiectorum, certè alicuius tertij ex vtroque compositi; quædam impropriè sunt in aliquo, vt res creatæ in intellectu diuino, vbi obiectiuè tantum sunt, cum nobis sermo sit de existentia reali; alia denique separata perseuerant, nam destructo hoc vniuerso, perinde apud se esset Deus Optimus Maximus, vt ante illius conditionem fuisse Regius Psaltes decantauit; Sedes tua, Deus, ex tunc à sæculo tu es.

Dauid.

Secundo.

Ad secūdum negandum est, vllum esse accidens sub definito cōprehensum, cui non competat definitio, & quod attinet ad locum, habitum, & actionem transeuntem, vel non intelliguntur hoc loco sub nomine accidentis, eò quod minus propriā habeant accidentis rationem, vel esse in subiecto, sumitur latius, prout complectitur affectionem etiam extrinsecam, sub qua ratione tota definitio conuenit illis tribus accidentibus, cū neque actio, neque habitus, locusve persistere possint sub ratione accidētis, qua afficiunt subiectum; tametsi hoc sit discrimen, quod actio, quę est accidens à ceteris distinctū, non modò non possit esse absque principio actiuo, quod extrinsecè afficit, & denominat, sed nec illud naturaliter mutare potest, locus verò, & habitus, quia, prout eiusmodi sunt, non dicūt specialem rationem accidentis à ceteris distinctam, subiectum mutare possunt, quin corrumpantur, vt ex hac parte in definitione minus propriè comprehendantur. Respondeti etiam potest, hæc accidentia vendicare sibi duo subiecta; alterum existentiæ, alterum denominationis, & quāuis extra hoc sint, extra illud tamen esse non posse, idque satis esse ad veritatem definitionis. Quæ hactenus de loco dicta sunt, intelligūtur de loco physico, & extrinseco, superficie, scilicet, corpus ambiente; nam locus intrinsecus, seu vbi, cum sit modus corporis in loco constituti, omnes conditiones accidentis propriè dicti participat.

Locus dupliciter sumi potest.

Ad secundum exemplum eiusdem argumenti, de accidente communi, dices albedinem in communi esse in Cygno; quatenus, est idem realiter, & formaliter cum hac albedine singulari, & prout ita est, non posse in alio subiecto existere, licet, quatenus est idem cum alia albedine, alibi esse possit, quod definitioni non obest. Ad illud de Accidentibus Sacræ Eucharistiæ iam responsum est, nos loqui de accidente, spectata naturali potentia, secundum quam adhuc illis debetur in subiecto esse. Ad alia exempla de intellectu, voluntate, & accidentibus hominis demortui respondemus, hoc loco esse sermonem de subiecto immediato, in quo accidentia proximè inhærent, & hoc in propositis euentibus idem remanere; intellectus enim, & voluntatis immediatum subiectum est anima, reliquorum verò accidentium materia prima, mediante quantitate, anima verò, & materia non corrumpuntur. Respondimus, quòd ad accidentia cadaueris in eorum sententia, qui resolutionem vsq; ad materiam primam non admittunt, quidquid de ipsa opinione dicendum sit.

Digitized by Google

In oppoſita enim ſententia nullam res habet difficultatem.

Variæ opiniones de odoris à pomo diffuſione.

Circa odoris à pomo diffuſionem variæ ſunt opiniones Boetius, & Ammonius exiſtimant, tranſire odorem pomi ad aerem, vel manum; Ariſtotelem verò non negaſſe, accidens tranſire poſſe ab vno, ſubiecto ad aliud; ſed non eſſe extra illud ſubiectum, in quo eſt, ſiue non eſſe abſque aliquo ſubiecto veriſſimum tamen eſt, accidens ab vno ſubiecto ad aliud non migrare; quare à quibuſdam ita hoc dubium reſoluitur, vt velint, odorem in ſubiecto exiſtentem producere alium per medium, quæ eſt ſecunda ſententia Alexandri in libro de ſenſu, & ſenſibili, c. de odore, Thom. de Garbo in ſúma quæſtio. 69. & aliquanto probabilior, iuxta quam negandum eſt; odorem prius exiſtentem in pomo ad aliud ſubiectum tranſire, cum is, qui in manu, vel aere ſentitur, alius ſit numero diſtinctus: Simplicius tamen eodem textu, & alij plures opinantur, odorem non aliter diffundi à corpore odorato, quam in halitu eiuſdem corporis, hoc eſt in partibus illius ſubſtantialibus, & tenuioribus, cuius argumentum eſt, pomum poſt diuturnam euaporationem flacceſcere, & corrugari, quod ſi ita eſt, non euolat à ſubiecto odor, ſed cum ſubiecto tranſuolat.

Alexan. Thom. de Garbo. Simplic. Boetius. Ammon. Ariſtot.

Soluitur 3. argum.

Ad tertium argumentũ vt reſpondeamus, aduertendum eſt, inhærere in aliquo dupliciter ſumi poſſe, primò poſitiuè, prout idem eſt, ac habere illum modum vnionis cum ſubiecto, quem vocamus inhærentiam; Secundò, negatiuè, vt idem valet inhærere, ac non eſſe ſeparatum à ſubiecto, cum omnibus illis conditionibus in definitione poſitis, ſiue id habeat per illum modum, ſiue per ſe ipſum; priori modo ſunt in ſubiecto omnia accidentia realiter ab eo diſtincta; Secundo modo, ea quæ formaliter tantum, ſeu modaliter ab eo differunt, vt relationes, & alij modi accidentarij, quorum maior eſt cum ſubiecto vnitas, quam per poſitiuam inhærentiam, quæ hoc pacto ſunt in ſubiecto, non dicuntur propriè inhærere, vt animaduertit Durand. in primo, diſtinctio. 33. quæſtion. 1. dicuntur tamen inniti, & ſuſtentari. Verùm, vt in definitione comprehendantur, ſatis eſt, quouis modo ex his duobus à ſubiecto dependere.

Inhærere aliquo dupliciter ſumi poteſt.

Durand.

QVÆSTIO II.

VTRVM SECVNDA entis diuiſio in decem prædicamenta probanda ſit.

ARTICVLVS I.

QVID SIT ENS prædicamentale.

Quid ſit ens prædicamentale ex mente Ariſtotelis, & Diui Thomę.

TAmetſi Ariſtoteles, neque hoc loco, neque in 4. 5. & 8. Metaphyſicorum. vbi hanc vſurpat diuiſionem, vllum conſtituat diſcrimen inter ens, quod diuiditur in accidens, & ſubſtantiam, & illud, quod ſecatur in decem prædicamenta, nihilominus illud multò longius patet, quam hoc; nam ens communiſſimè ſumptum continet ſub ſe etiam incompleta, vt partes phyſicas, integrales, & rerum differentias, de quibus eſſentialiter prædicatur, vt 4. lib. Metaph. oſtendendum eſt. ens verò quod in prædicamenta diuiditur, de ſolis completis affirmatur, vt docet Ariſt. 3. lib. Metaph. c. 3. vbi negat, vllum prędicamentum dici de differentijs, quibus contrahitur. non alia de cauſa, niſi quia ſunt entia incompleta; prędicamentum verò eſt ens completũ: vnde manifeſtè colligitur ens, quod in prædicamenta diſtribuit, cõpletum eſſe oportere. Idem docet D. Tho. in 4. diſt. 1. ar. 4. quæſtiunc. 1. recipiunt communi conſenſu omnes, & nos in ſequentibus amplius confirmabimus, vt cuiuſmodi ſit eus prædicamentale, aperiamus.

Ariſtot.

D. Thom.

Ante omnia verò opus eſt, quidnam ſit prædicamentum, a quo hæc denominatio ſumitur propalare.

Expendit, quid ſit prædicamẽtũ,

Prædi-

Prædicamentum igitur ſpectata nominis Etymologia, de qua latius in præfatione diximus, illud eſt, quod de aliquo prædicatur; & quia decem ſumma genera primò, & quaſi per antonomaſiam prædicantur de primis ſubſtantijs, quę habẽt præcipua prędicamentorum fundamenta, decem prædicata, ſeu prædicamẽta dicuntur, vt voluit Diuus Damaſcenus, de Dialect. capit. 20. verum, quia non ſola prima genera, ſed quęcunque ſub illis continentur, aliqua ratione de primis ſubſtantijs enunciantur, extenſum eſt vocabulum ad totam ſeriem, ex ſummo genere intermedijs ſpeciebus, ac indiuiduis ſignificandam: in qua ſignificatione vſurpauit hoc nomen Porphyrius cap. de ſpecie, cum dixit, in ſingulis prædicamentis eſſe ſingula prima genera, alia inter media, ſpecies infimas, & indiuidua; prædicamentum ita ſumptum deſcribi ſolet: Alicuius generis ſummi realis, & eorum, quæ ſub ipſo ſunt, naturalis quædam diſpoſitio. Dicitur naturalis diſpoſitio cetera enim ſunt manifeſta, non quia ex natura rei dantur gradus ſuperiores diſtincti ab inferioribus, ita vt in rebus ipſis præter conceptus intellectus reperiatur actu illa coordinatio generum ſpecierum, & indiuiduorum; neque enim res ſunt in prædicamento, vt ludit Ammonius, ſicut vaccæ in ſtabulo; ſed, quoniam iuxta naturam rei eſt, vt a conceptibus communioribus, & ſimplicioribus ad contractiores, compoſitioreſque deſcendamus. Ex hac deſcriptione colliges cum Capreolo in 1. diſt. 8. quæſtio. 2. ad decimum octauum argumentum, prædicamentum formaliter eſſe relationem ordinis inter ſuperiora, & inferiora, quæ ex parte ſuperiorum non videtur eſſe alia, quam relatio vniuerſalis ad ſua particularia, ex parte verò inferiorum, relatio particularis ad ſua vniuerſalia, vel certe apud Logicum relatio prædicabilis, & ſubijcibilis.

D.Damaſ. Porphyr. Ammon. Capreol.

Porrò ens, quod in his claſſibus locum habet, prædicamentale appellatur, cui ofto adiecti ſolent conditiones, tres ex parte vocis ſignificantis, quinque ex parte rei ſignificatæ; quamuis enim res ipſæ, vt priores vocibus, in prædicamentis à Metaphyſico diſponuntur, à Logico tamen non niſi accommodatis inductæ ſignis collocantur; cuius doctrinæ auctor eſt Ariſtotel. qui in primo capite egit de voce æquiuoca, & vniuoca, vt illa excluſa, hæc retineretur; in ſecundo verò de ſimplici, & complexa, & reiecta complexa ſimplicem ad res prædicamentales aſſumpſit, vnde poſteriores Philoſophi duas vocis conditiones eliciunt. Primam, vt vox ſit vna, non ſecundum ſonum, id enim parum refert, ſed penes ſignificationem, id eſt, vt ſignificet vnum quid, ſiue eſſentia, ſiue ordine, quo ſenſu domus, & exercitus ſunt vna vox, quia vnicam habent ſignificationem: excluduntur hac conditione æquiuoca, tàm à caſu, quàm à conſilio, eò quod ſimpliciter multa ſignificent. Secunda eſt, vt vox ſit ſimplex, modo ſuperius explicato, cui videlicet non reſpondeant in mente primariò multi conceptus, vnde excludes animal rationale, ſubſtantiam extenſam, & eiuſmodi cetera. Tertia conditio eſt, vt accommodatum habeat ſignificandi modum; cenſetur autem accommodatus ſignificandi modus, cum nomina accidentium ſignificant in abſtracto, nomina ſubſtantiarum in concreto; quæ conditio, tametſi inter conditiones rerum nominari poſſit, quoniam eſt in ordine ad vocum ſignificationem, nominibus attribuitur; hæc etiam habetur ex Ariſtotele, nam 1. Ariſtot. 3. Topicorum ait, iuſtum non eſſe in genere, ſed iuſtitiam: & proximo capite de ſubſtantia docet, ſecundas ſubſtantias eſſe genera, & ſpecies primarum, conſtat autem, primas eſſe concretas, & quia ab eodem Ariſtotele dicuntur hoc aliquid, & quia in rebus creatis idem eſt prima ſubſtantia, & ſuppoſitum, quod certum eſt eſſe concretum; ergò ſecundæ etiam ſubſtantiæ concretæ ſunt, vt poſſint eſſe primarum

Explicantur octo conditiones ſenſu prædicamẽtali neceſſariæ.

Tres ſunt conditiones ex parte vocis.

Prima.

Secunda.

Tertia.

Digitized by Google

genera, & ſpecies; nam abſtractū de concreto, vt genus, vel ſpecies prædicari non poteſt: certè in opinione Scoti exiſtimantis, in abſtractis ſubſtantiarum non eſſe genera, & ſpecies, cum Ariſtoteles aſſerit, ſecundas ſubſtantias prædicamentales eſſe genera, & ſpecies primarum, manifeſtè indicat in concreto accipiendas eſſe.

Scotus.

Ariſtot.

Tertia conditio fuſè declaratè.

Circa hanc conditionem eſt nonnulla contentio; & in primis, quod accidentia in concreto melius, accommodatiuſque diſponantur: ſic oſtenditur. Primò, quoniam prædicamenta inuenta ſunt ad rerum naturas explicandas, ſed natura accidentis clarius perſpicitur in concreto, quam in abſtracto: ergo eo pacto ſignificanda eſt: probatur minor, quia nomine concreto exprimitur ordo tranſcendens accidētis ad ſubſtantiam, qui illius eſſentiam conſtituit, & vocabulo abſtracto non ſignificatur. Secundò, prædicamenta accidentiū colliguntur ex variis modis eſſendi, & prædicandi de prima ſubſtantia, accidentia verò in concreto ſunt, & prædicantur de primis ſubſtantiis, quod ſaltem in quatuor vltimis, vt defendunt Simplicius, & Ammonius, non videtur inficiandū, cum ab Ariſtotele nominibus concretis tradita ſint, quando maximè propriè loqui oportebat: deinde ſi hæc in abſtracto ſumantur, ſcilicet, locus, vt locus, tempus, & veſtis ad alia pertinent prædicamenta. Ex alia parte ſubſtantiam in abſtracto ſumendam inde probabis, quia ſubſiſtentia, cum qua natura ſubſtantialis concreſcit, vel eſt exiſtētia, vel alius modus conueniens; primò, & per ſe ſingularibus; ſi eſt exiſtentia, non requiritur ad prædicamenta, quæ ſiunt ex rerum eſſentijs, vt ex Ariſtotele quinto Metaphyſicorum text. 14. colligit Diuus Thomas eo loco, & expreſsè docet in ſecunda diſtinctio. 34. quæſt. vnica, art. 1. exiſtentia enim extra eſſentiam manet; alius ſubſtantialis modus competens primò ſingularibus impedit ſeriem prædicamentalem, cum non poſſit ordinari ſecundum ſuperius, & inferius, quæ enim primò ſunt in eſſentia ſingularium, genera, & ſpecies non ſunt. Præterea natura ſubſtantialis abſque vllo modo eſt ens completum; ergo habet locum in prædicamento. Demum nullum eſſe conſtituendum diſcrimen, quò ad hoc inter ſubſtantiam, & accidens, ita probatur; vt ſe habet modus eſſendi in alio ad accidens, ita modus eſſendi per ſe ad ſubſtantiam: ergo eodem pacto de vtroque philoſophandum eſt, vt nimirum vterque, vel exprimatur voce, vel taceatur. Confirmatur. Idcircò ſubſtantia ſumeretur in concreto, quia modus ſuppoſiti eſt ſubſtantialis, & cum ſubſtātia efficit vnum per ſe, ſed inhærentia eſt etiam modus accidentalis, & coaleſcit in vnū per ſe cum accidente; ergo vtrumque ſumendum eſt in concreto.

Primū argumētum.

Secundum argument.

Simpl. Ammon.

Subſtantiā in abſtracto ſumen dam variæ videntur concludere rationes.

D. Thom.

Perſiſtendum nihilominus eſt in communi ſententia, quam non ſolum Ariſtoteles indicauit, ſed expreſſit D. Thom. opuſc. 42. cap. 19. & in tractatu de ente & eſſentia, cap. 7. Caietan. ibi, alijque penes omnes, & ratio eſt, quoniam ſubſtantiæ proprium eſt per ſe ſubſiſtere, vt ex illius definitione patebit, id verò, quod ſignificatur in concreto, ſumitur vt ſubſiſtens per ſe, nomina autem abſtracta propriè non ſumuntur pro rebus, quæ per ſe ſubſiſtunt, ſed quæ in aliquo ſunt, vt docet Diuus Thomas 1. par. quæſt. 13. art. 1. explicatque Caietanus ibi: accidentium autem proprium eſt eſſe in alio. Præterea, quod attinet ad accidentia, vocabula concreta accidentium perpetuò ſupponunt pro ſubiectis, vt album pro Cygno, dulce pro ſaccaro; cum igitur prædicamēta diſtinctionis gratia inuenta ſint, non debent vocabulis cōfuſionem afferentibus ſignificari.

Cōmunis sētētia defendēda eſt Ariſtot. D. Thom. Caietan.

Quare ad primum pro accidentiū concretis dicendum eſt, prædicamenta inuenta fuiſſe, non ad cognoſcendas, ſed ad diſtinguendas rerum naturas, diſtinctius verò ſumuntur accidentia in abſtracto, quia conſiderantur ſecundum ſuam præciſam rationem, & non connotando alienam

Occurrit. argumēto.

ſui-

naturam, quod pareret confusionem.

2. Argum. Ad secundum concessa maiori, neganda est pars minoris, quæ negat, accidentia in abstracto propriè existere in prima substantia, cum alibi oppositum ostenderimus, nec enim tam propriè dixeris, album esse in Cygno, quam albedinem, licèt verò prædicatio fiat nomine concreto, cũ ea fundetur in modo essendi, penes illum res vltimò iudicanda est, quare cum proprius essendi modus sit in abstracto, non est dubium, quin eo pacto accidentia in prædicamento digerenda sint: atque eadem ratio est de vltimis quattuor prædicamentis, licet Aristoteles concretis vocabulis pro abstractis vtatur, vt res, quę in illis ponuntur clarius perciperentur: ad rationem verò negandum est, quod assumit, si vniuersim intelligatur, nam Vbi, Situs, & Duratio in nullo alio prædicamento collocantur, Habitus verò, esto per se sit substantia, non est tamen difficile, vt in abstracto consideretur, tanquam ratio præbendi eam denominationem, per quam prædicamentum Habitus constituitur, vt ibi fusius explicabimus.

Soluitur 1. argum. de substantia in abstracto sumenda.

Ad primum argumentum, quo ostenditur, substantiam abstractè sumendam esse, respondetur, siue ille modus sit ipsa existentia per se substantiæ, siue alius substantialis modus, quę est communior, & probabilior sententia, semper requiri ad complementum substantiæ: cum enim sit terminus substantiæ, & nulla res indeterminata, sit perfecta, & absoluta, sit, vt ille modus compleat substantiam, & efficiat vnum per se cum illa, vt efficiunt ceteri termini cũ rebus, quas terminant in eodem genere; veluti punctum cum linea, hæc cũ superficie: cum autem obijcitur, in prædicamentis collocari essentias, sensus est, non requiri actualem existentiam, vt res in prædicamento ponatur, quia considerari potest essentia in esse possibili: verum, quemadmodum cum existit, defert secum actualem existentiam, ita cum accipitur in esse possibili, flagitat existentiam possibilem ad sui complementum, qui labor necessarius non est, si substistentia est modus ab existentia diuersus, quia hic præcisa existentia componit vnum per se cum natura. Dissoluendum tamen est, quod tunc obijcitur, illum scilicet modum conuenire primò singularibus, & impedire seriem prædicamentalem. Respondemus igitur primò falsum esse, illum modum conuenire primò singularibus, quod postea magis patebit, cum ostendemus, nullum esse incommodum, si ille modus per species, & genera simul cum natura diuidatur. Respõdemus secundo, esto, primò conueniat singularibus, non continuò impedire seriem prædicamentalem, quoniam non est necessarium, vt conditio requisita ad hoc, vt aliquid ponatur in prędicamento, sit etiam vniuoca. Ad aliam obiectioné, ex dictis patet, negandum esse, naturam absque substistentia esse perfectè completam, cum sit indeterminata termino eiusdem rationis.

Duplex responsio, & positæ difficultatis.

Denique ad vltimum, quod contendit, inter accidens, & substãtiam nullum esse discrimen, respondendũ est, longè diuersam esse rationem in modo essendi substantiæ, & accidentis quamuis enim proportionem ferant in hoc, quod, quemadmodum vnus constituit substantiam in se, ita alter constituit accidens in alio, tamen hoc ipsum est in causa, vt vnus sit vtilis ad seriem prædicamẽtalem, alius inutilis, etenim, cum prædicamenta instituta sint, vt diximus, ad res distinguendas, & modus essendi in se diuidat substantiam a ceteris, modus autem inhærendi permisceat accidens cum substantia; ille inseruit ad prædicamentum, hic verò impedit.

Diluitur vlt. argu. quod nullum ponebat discrimen inter substãtiã, & accidẽs.

Ad confirmationem respondetur, efficere quidem inhærentiam vnum per se cum accidente, qui est terminus eiusdem rationis. & per se requisitus ad formalem eius effectum, nihilominus tamen, quia hunc effectũ præstat in ordine ad aliud, non pertinet ad complementum accidentis in genere accidentis, & idcirco est ad

Respondetur ad confirmationem.

Proponit obiectio, & dissoluitur.

feriem inutilis. Dices, vnum per se non fit ex duobus entibus, nisi vtrũque sit incompletum, quod sequenti articulo ostendetur; ergo si ex inhærentia, & accidente consurgit vnum per se, tam inhærentia ipsa, quàm natura accidentis sunt incompleta, atque adeo natura per se sola non est ad prædicamentum idonea. Respondeo, naturam accidentis in genere entis secundum quid, id est, adiacentis completam esse in abstracto, idq; sufficere, vt in prædicamento accidentium collocetur, esse verò incompletum in genere entis simpliciter, quod est subsistens, & compleri per inhærentiam ad subiectum, in quo existit; non differemur, accidentium concreta, & abstracta substantiarum aliquo modo ad prædicamenta pertinere, illa ratione abstractorum, hæc concretorum merito.

ARTICVLVS II.

CONDITIONES EX PARTE rerum explicantur.

Quinque conditiones ex parte rerum exponuntur. Prima, & in ordine quarta.

SVpersunt quinque rerum prædicamentalium attributa breuissime expedienda, quorum primum, & in ordine quartum est, vt res sit ens, hoc est, habeat aliquam essentiam; cum enim in serie prædicamentali sint species & genera, quæ in solis entibus reperiuntur, vt c. de Genere mõstrarum est, meritò solum entia huc recipimus; vnde excluduntur figmẽta omnia, vt Hircoceruus, homo volans, negationes item, & priuationes. Sed non satis est quodlibet ens,

Quinta Aristot.

nisi sit reale, quę est quinta conditio, hoc est, quod Aristot. in decem prædicamenta diuisit, vt ex lib. 6. Metaphys. c. 2. licet colligere, cui concinunt omnes alicuius nominis Philosophi, quare excluduntur à prædicamentis omnia entia rationis, quidquid verba Buridanus in fine prædicamentorum, & Caiet. cuius sententiæ mentio fiet c. de relatione. Sexta conditio est, vt sit ens per se, id est, vnius essentiæ, non æquiuocum, nec complexum, quam ex professo tradidit Arist. in 1. & 2. c. eò. u. tendunt Aristot. illæ diuisiones, in æquiuoca, & vniuoca, complexa, & incõplexa, & quidem, si prædicamentum generis, & specierum dispositio est, cum in æquiuocis, & cõplexis genera, & species reperiri non possint, à prædicamento ableganda sunt. Solent hoc loco digredi Autores ad numeranda complexa præsertim arte facta, de quibus in vtramque partem dubitãt, quando ex parte materiæ complexa non sunt, quæ enim plures habẽt materias, aut specie, aut numero distinctas, vt vestis, gladius, &c. Perspicuè sunt complexa, cum formaliter includant plures figuras, materialiter plures substantias indiuiduas; de ijs autem, quæ simplici figura, & materia constant, quid dicendum sit, colliges ex secundo capite 1. lib. de Interpretatione, vbi resoluimus, arte facta significare formaliter materiã, & figuram arte inductam, ac proinde esse cõposita per accidens, & reijci p hanc conditionem à prædicamentis.

Septima. Septima conditio est, vt sit eos finitum: intelligunt Philosophi hoc loco nomine entis finiti illud, quod essentiam habet finitam, & limitatã, quantumuis secundum alias conditiones, vt durationis, vel intentionis sit infinitum. Ratio est in promptu; etenim quæcunque in prædicamento collocantur, aut sunt naturæ communes contractæ ad indiuidua, aut ipsa indiuidua contrahentia: sed ens simpliciter infinitum nec contrahi potest, nec aliud contrahere; ergò nec in prædicamento esse: probatur minor. Quod contrahitur, recipit augmentum perfectionis à differentia; ergo non est infinite perfectum, id verò quod contrahit, coalescit ex natura contracta finita, & propria differentia, quæ si est finita, nequit simul cum natura finita aliquid infinitum efficere, quia totum compositum ex partibus finitis nullam habet infinitatem: si verò est infinita, iam continet totam perfectionem naturæ, quam dicitur contrahere, ac proinde frustra illi addetur ad indiuiduum componendum.

Burid. Caietan.

Opponas,

Digitized by Google

Opponas, si daretur linea infinitè longa, & albedo infinitè intensa, ea ponerentur in prædicamentis, quoniam essent individua contenta sub linea, & sub albedine, atq; adeò sub quantitate, & qualitate; ergo infinitum recipitur in prædicamentum.

Opponit obiectio, et dissoluit de linea infinitè longa &c.

Respondetur, nos solum excludere à prædicamentis infinitum simpliciter, non verò infinitum in certo genere, cuiusmodi sunt linea, & albedo; nam hoc infinitum habet perfectionem illius tantum generis, scilicet, quantitatis, vel qualitatis, & non aliorum generum, vt de aere infinito docet D. Tho. 1. parte quæst. 14. artic. 12. ad tertium, at infinitum simpliciter non est astrictum ad certum perfectionis genus, & ideò in nullo concluditur ordine; vnde cessat illa quorundam instantia ad propositum argumentum; essentia lineæ est extensio (supponimus enim, hanc esse rationem quantitatis:) ergo linea infinitè extensa in essentia est infinita; cessat, inquam, quia licet totũ concedas, nihil infertur incõmodi aduersus dicta, cũ nos solũ infinitum simpliciter per hanc conditionem excludamus, non autem infinitum extensione, vel intensione, quæ sola infinitas hoc argumento concluditur; imò neq; illa colligitur infinitas, quoniam, etsi essentia quantitatis sit extensio, maior tamen, aut minor est illi per accidens.

D. Thom.

Aristotel. opinio de numero.

Contra hoc esse videtur, quod Aristoteles, docet de numero in quinto Metaph. cap. 13. ait enim, multitudinem esse quantum quoddam, si numerabili sit, quibus verbis significare videtur, numerum infinitum, si daretur, non fore quantitatem prædicamentalem, & lib. 3. Physicorum ca. 3. asserit, omnem numerum esse mensurabilem, infinitum autem eiusmodi non esse, quasi dicat, non esse numerum. Secundò, quia omnis numerus, aut par est, aut impar; sed infinita multitudo neutrum esse potest, ergo non est numerus; atque hanc partem concedit D. Thom. 1. part. quæst. 7. articul. 3. & 4. Quodlib. 6. art. 1. Ab hac dubitatione facilè te expedies, negando, illam quantitatem discretã in prædicameto esse, quę est communissima & verissima sententia; ceterum, si disputationis gratia numerum inter species quantitatis enumeres, respondendum tibi erit, numerum infinitum esse in prædicamento quãtitatis, sub quantitate discreta, quam partiere in numerum, & aliam speciem innominatam, quam possumus appellare non numerum, sub qua erit prædicta infinitudo.

Vera resolutio.

Octaua, & vltima conditio est, vt ens prædicamentale sit completum, quam cepimus ostendere autoritate Aristotelis, & Diuus Thomas, nunc ratione eam confirmemus. Totum, & pars non possunt sub vno genere vniuocè conuenire; at in prædicamentis ea tantum per se primò sunt, quæ vniuocè sub genere summo collocantur; ergo nihil incompletum in eo est: sola maior probanda est in hunc modum; si aliquod genus vniuocè conueniret toti, & eius parti, bis in toto includeretur, semel ratione totius, & iterum ratione partis; id verò absurdum est maximum: vnum superest probandum, quod hæc ratio præsupponit, videlicet, omne ens incompletum esse partem entis completi, id verò quàm manifestissimum est. Nam incompletum ens non aliunde deprehenditur, nisi ex ordine, quem habet ad componendum aliud completum; alioquin, cum per se imperfectum sit, minus congruè à natura produceretur. Præterea ens incompletum, aut est Physicum, aut Metaphysicum, vel ad hæc reuocatur. Physicum est materia, & forma, de quarum incompletione nemo dubitat; Metaphysicum est differentia, quam incompletum esse libẽtius admittunt omnes: ad primum reuocantur partes integrantes, & vniones partium substantiales; ad secundum existentia, & subsistentia, quę omnia planum est alicuius entis completi constituendi gratia procurari.

Vltima cõditio. Aristot. D. Thom. Probatur ratione cõditionis explicatio.

Sed rogabis, quodnam ens cõpletum censeatur. Respon. illud censeri com-

Dubitatio Respons.

Digitized by Google

completum, quod si est singulare, nõ venit in compositionem alterius entis per se; si commune, prædicatur in quæstione, quid est, de completo singulari; priorem completionem participat hic homo, hæc albedo, licet enim ambo simul efficiant hoc cõpositum per accidẽs, homo albus, ad nullius tamen entis per se compositionẽ concurrunt; posteriorem habent genera, & species, vt animal, & albedo.

Germana explicatio & à priori et posteriori de ente completo, singulari, & communi.

Hæc explicatio, esto, sitã à posteriori, totum tamẽ ens completum circumscribit, ratio verò magis à priori cur genera, & species completorum entium sint entia completa; tametsi cũ differentijs veniant in compositionẽ inferiorum, quæ sunt etiam per se, hæc est. Ens incompletum, est, vel sumitur semper, vt pars componens aliud, genus verò, & species à parte rei nihil componunt, quia ab inferiori non distinguuntur, sed sunt tota entitas completa inferioris, per intellectum verò non apprehenduntur, vt partes, sed vt per se consistentia in inferioribus, & totam illorum entitatem continentia; ergò semper habent rationem totius completi: differentiæ autem, etsi à parte rei eodem modo se habeant, quo genera, & species, per intellectum tamen concipiuntur vt formæ adiacentes generi, vel speciei, quam contrahunt, adiacere autem componendo, est proprium partis incompletæ. Reijciuntur per hanc conditionẽ omnes partes entis per se, siue sint integrantes, vt manus, caput, & brachium; siue physicæ, vt materia, forma, & indiuisibilia quantitatis, si quæ sunt; siue Metaphysicæ adiacentes, vt differentiæ communes, & indiuiduales, denique motus, vt est tendentia ad formam, quia vt sic, est ens imperfectum.

Entium incompletorum varia genera.

Illud prætereundum non est, incompletorum entium, quædam esse natura sua talia, vt partes physicas, Metaphysicas differentias, vniones & terminos, siue substantię, siue quantitatis, cæteraque illius indiuisibilia, qua talia, & motum. Quædam solum esse incompleta, quo ad statum, seu modum, quę proinde incompleta esse definunt, eiusmodi sunt partes integrantes homogeneę, veluti aquę; dum enim coniuncta sunt toti aquæ, incompletæ manent, sed ab ea separatæ, completa euadunt entia, ex eo solum quod alium essendi modũ acquirant; cum his numerari possunt maiores quædam partes totius Heterogenei, vt totum corpus humanũ; detruncatis enim brachijs totum manet, & in prædicamento sedet. Hæc igitur entia quò ad statum incompleta, modò recipiuntur à prædicamento, modò exulant; cum quibus numerat D. Thomas quæst. 3. de potentia art. 9. ad primum, Embryonem, sed verisimilius est, hoc ens in quocumq. statu sumatur, completum esse, quantum præsens cõsideratio requirit, licet alioquin imperfectum, & physicè incompletum censeatur. Comprehendi solent prædictæ conditiones his versibus:

D. Thom.

Vox vna, & simplex, rebus concinna locandis,
Entia per se sti finita, realia, tota.

ARTICVLVS III.

QVA RATIONE *Prædicamentorum numerus colligatur.*

Variæ Philosophorũ opiniones de numero prædicamentorum.

Plato.
Xenocrat.
Valla.
Stoici.
Plotinus.
Architas Tarentin.
Arist.

MInor est apud nostros Philosophos de numero prædicamẽtorum cõtentio, quam apud veteres; inter illos enim Plato in Sophista vnum constituit rerum omnium prędicamentum. Xenocrates apud Simplicium hoc loco duo, alterum substantiæ, alterum accidentis: deerat ternarius numerus, hunc elegit Valla, vt caneret inter olores, substantiã, qualitatem, & actionem. Stoici, vt author est Plotinus lib. 1. Aeneade 6. cap. 29. quattuor inuexerunt, substãtiam, qualitatem, modum rei, & relationem, siue modum in se, & modum ad aliud. Idem Plotinus Aeneade 6. lib. 2. quinarium approbate videtur: alij nouem constituerunt, sed Architas Tarentinus ante Aristotelis tempora ad decem categorias vniuersa rede-

Digitized by Google

redegit; eum secutus Aristoteles tantam huic numero conciliauit autoritatem, vt, quamuis non adeò firma ratione stabilietur, nefas sit illi repugnare, quod docuit Auicenna 7. Metaphys. quem refert, sequiturque Scotus in 4. dist. 13. quæst. 1. articulo primo, coguntur, inquit, obseruare illam diuisionem famosam prædicamentorum, qua dicuntur esse decem generalissima propter Philosophorum antiquam autoritatem, cui non debet facilè contradici.

Auicenna Scotus.

Famosa p̃dicamẽtorũ in decẽ generalissima diuisio

Igitur multò facilius est, omnes enumeratas opiniones conuincere, quam hanc celebrem efficaciter confirmare: nã Plato in eo peccat, quod naturam analogam, cuiusmodi est ens, vt ex Metaphysica supponimus, efficiat genus rerum omnium. Eodem vitio laborat secunda opinio de prædicamentorum binario; nam accidens aut ad omnia, aut saltem ad pleraq. prædicamenta analogum est, vt ex eodem libro supponimus. Maiorem commisit Valla solœcismum: cũ enim particulatim accidentia numerasset, præcipuam omisit quantitatem, durationem, locum, &c. Stoici quoque partim diminuti fuere; siquidem quantitatem omiserunt, partim confusi, quia modus rei in se, vel significat peculiarem rationem substantiæ, quam prius numerarunt; vel omne accidens intrinsecum; & multa inordinatè coacceruant. Horum autorum vitium vt emendaret, quidam plura, quam decem statuerũt. Pythagorici quidem, vt colligitur ex Aristotele in Metaph. lib. 1. c. 5. viginti, licèt hoc non satis constet. Alij verò, quorum meminit Niphus lib. 6. Metaphys. disp. 7. & Clypeus Thomistarum quæst. 6. in prædicamenta, vndecim efficiunt, addentes solẽni numero vnum prædicamentum entium rationis, quasi verò Philosophis sit per se istorum entium cura, & non ex accidenti illa tractent; certè Aristoteles lib. 5. Metaphys. cap. 7. absoluta entis diuisione in decem prædicamenta, entium rationis per appendicem meminit; & lib. 6. c. 2. à consideratione Metaphysica omnia hęc entia remouet, ad quam tamen pertinerent, oportebat, si proprium prædicamentum constituerent. Præterea ex entibus rationis, vel plura prędicamenta condenda sunt, vel nullum; quædam enim apprehenduntur, per modum qualitatis, alia instar relationis, nec multum ausit, qui alia ad similitudinem substantiæ, vel quãtitatis apprehenderit: denique horum Philosophorum quæstio tota est de vocabulo, negari quippe non potest, entia rationis in seriem generum, atque specierum redigi posse, sed hanc seriem cum realibus numerare est inauditum.

Valla.

Plato.

Impugnãtur, & reijciuntur veterum sententiæ.

Pythagor. Niph. Clypeus. Thomist.

Aristot.

Peripatetica, & vera sententia astruitur.

Peripateticam igitur, & veram sententiam, quæ dena statuit prædicamenta, siquidem, præter antiquorum, & recentium Philosophorum autoritatem, euidentiam non habet, vt aliqui falsò existimarunt, aliqua ratione confirmemus. Scotista Mayronus hoc loco passu octauo, & alij vtuntur quadam collectione, in qua supponunt sex vltima prædicamenta, per rationes extrinsecus aduenientes absolui, quam opinionem, cum posteà improbemus, eius rationem in præsenti probare non possumus. Ochamus ex numero interrogationum, quas de prima substantia efficere possumus, prædicamenta cõcludit in prima parte suæ Logicæ, capit. 42. & Quodlib. 5. quæst. 22. debere enim rerum numerum colligi ex ordine ad primam substantiam, consentiunt omnes, cum ea sit primum subiectum omnium rerum, quę alicubi esse possunt; aut ergò, inquit, de prima substantia quærimus, quid sit, & est substantia, aut quanta, aut qualis; aut, quo referatur quid agat, quid patiatur, vbi sit, & quomodo, qua duratione, quomodo induta. Rectè quidem Ochamus, si huius enumerationis, ex qua denarium colligit numerum, aliquam afferret rationem.

Mayron.

Ocham.

Opinio Ochamire ctè se habet in enumeratione

Diuus Thomas lib. 5. Metaphys. lect. 7. hanc attulit omnibus, quæ hactenus inuentæ sunt, probabiliorem. Quidquid est in prima substan-

D. Thom. Præfertur opinio.

D. Thom.

ſtantia, & de illa prædicatur, vni è tribus modis illi conuenit, aut enim pertinet ad illius eſſentiam, aut non pertinet, illi tamen inhæret, aut nec ad eſſentiam pertinet, nec inhæret, ſed extrinſecè afficit; ſi ad eſſentiam pertinet, eſt ſubſtantia primum prædicamentum, ſi eſt extra eſſentiam, & inhæret; vel conuenit abſolutè, vel reſpectiuè; ſi abſolutè, aut ſequitur materiam, & eſt quantitas; aut formam, & eſt qualitas; ſi reſpectiuè, eſt relatio. Si afficit extrinſecus, aut in ordine ad potentiam actiuam, aut ad paſſiuam; aut ad neutram; ſi ad actiuam, eſt actio, ſi ad paſſiuam, paſſio; ſi ad neutram, vel conuenit per modũ menſuræ, vel aliter, ſi vt menſura, vel quantitatis, vel durationis; ſi quantitatis, aut quantitatis abſolutę ſumptę, & eſt locus, ſeu vbi; aut quãtitatis certo modo, & eſt ſitus, vt ſedere, ſtare, &c. ſi durationis, eſt quando; ſi nullo ex his modis ſe habet, extrinſecus tamen afficit, eſt habitus.

taph. c. 5. nomine quantitatis materiã intellexerit, & nomine qualitatis formã; quamuis id etiam fecerit ob ſimilitudinem, quę eſt inter quantitatem, & materiam in munere recipiendi, & inter qualitatem, & formam quò ad vim agendi, & actuandi.

Difficilius eſt ſecundum eiuſdem rationis aſſumptum, videlicet, ſex vltima prædicamenta eſſe formas externas; etenim paſſio neceſſario inett in re, quæ patitur, cum ſit idem realiter cum forma in paſſo inhærente, & inter actiones, tametſi tranſeunt externæ ſint, immanentes intrinſecus adhærent; nam vbi, ſitus, & duratio ſunt modi interni, vt poſtea oſtendemus, quare ſolus habitus relinquitur, de quo vniuerſim ſit verum, quod D. Thomas in ſua ratione ſuppoſuit: his aliquo modo ſatisfaciunt, qui opinantur, vbi non eſſe modum internũ corporis locati, ſed ſuperficiem ambientem, & eandem eſſe terminum motus localis; Quando autem, aut eſſe ſolum tempus primi mobilis, vt denominat res ſub ſe contentas, aut ſi includit intrinſecas durationes, ſaltẽ illud tempus non excludere; iuxta quam ſententiam loquutus videtur Diuus Thomas. In ea igitur reſpondendum eſt, ſex vltima prædicamenta non appellari formas extrinſecas, eo quod omnia in illis contenta non inhæreant in ſubſtantia, quam denominant: duobus enim tantum id conuenit, Vbi, & Situi, ſed quia eis non repugnat extrinſecus denominare, vt aliis quattuor repugnat; nam actio tranſiens extrinſeca eſt, paſſio verò illa, per quam acquiritur locus, cum ſit realiter idem cum ſuperficie ambiente, haud inhæret in corpore. Quando ſimiliter, & ſi aliquas includat durationes internas, ſecundum tempus primi mobilis extrinſecus adiacere planum eſt.

Recepta tamen communi ſententia, quæ Vbi, Situm, & Quando efficit modos internos, ægrè defenditur illa ratio, niſi quis opinetur, hæc prædicamenta non dici extrinſeca, eò quod reuera non inſint in prima ſubſtantia, ſed quia vel in ſe, vel reſpectu

Oſtẽditur obſcuritas & difficultas in collectione facta à D. Thom.

Hæc ratio vnum aſſumit aliquantulum obſcurum, alterum planè difficile; illud eſt inter accidentia intrinſecus inhærentia, quantitatem ſequi materiam, qualitatem verò formam; aut enim ſignificat, quantitatem inhærere ſoli materiæ, & qualitatem ſoli formæ, aut illam à materia, hanc à forma profluere; quorum neutrum dici poteſt; nam omnes corporeæ qualitates in materia exiſtũt, & quantitas fortaſſe actuat formam, licet oppoſitum ſit multò probabilius; & tũ quantitas, tũ plurimę qualitates ab eſſentia totius compoſiti manare videntur, vt in libris de ortu, & interitu diſputamus; ad hoc tamen reſponderi poteſt, rationem, cur à Philoſophis appelletur quantitas accidens materiæ, & qualitas formæ, nullam ex commemoratis eſſe; ſed quoniam quantitas molis, quę nomine quantitatis abſolutè intelligitur, non eſt niſi in rebus materia cõſtantibus, qualitas verò eſt in quacunque forma ſecundũ eſſentiam definita, ſiue ea actuet materiã, ſiue per ſe conſtitat, adeò, vt Ariſtot. lib. 4. Me

Secũdum eiuſdẽ rationis aſſumptum non rectè percipi.

D. Thom.

D. Thom.

Aſſeritur cõmunis ſententia.

Digitized by Google

noſtri inuoluũt ordinem ad extrinſeca, à quibus veluti accipiunt complementum ſuæ denominationis; nã Vbi, & illius acquiſitio paſſiua, ita coniuncta ſunt cum loco extrinſeco, vt afficiant, & denominent ſubſtantiam in ordine ad ipſum locum, & ſint cauſa formalis eſſendi in illo: eadem ratio eſt de Situ, quem poſteà oſtendemus idem actu eſſe cum Vbi. Quando verò nõ poteſt cognoſci abſque reſpectu ad durationem externam realem, vel imaginariam, quod ſatis eſt, vt reſpectu noſtri dicatur forma extrinſeca.

Proponit Germanus colligendi modus.

Verùm enimuerò cum ad hanc rationem tuendam, tam multa deuoranda ſint, non erit abs re aliam texere, quæ ex omnibus quaſi compacta ſingularum vitia diffugiat. Ea ſic habet. Omne ens vel habet eſſe per ſe, & propter ſe, vel in alio, & illius gratia: ſi primum, eſt ſubſtantia, ſi ſecundum, accidens, quod ex prima diuiſione probatum manet. Et quidem ſubſtantia, cum vnum tantum eſſendi modum habeat, vnicum genus conſtituit, accidens verò, eo quod ratione ſubſtantiæ eſſe obtineat; in tot genera multiplicetur, oportet, quot fuerint effectus accidentales primò diuerſi ad ſubſtantiæ exiſtentiam, conſeruationé, perfectionemq. neceſſarij, vel cum neceſſarijs coniuncti: hi verò nouenarium non excedunt. Nam accidens, vel eſt neceſſarium, vt ſubſtantia accipiat eſſe, illud vel cõmunicet, vel vt in eſſe accepto perſeueret; ad primum requiritur actio, qua eſſe producitur, & paſſio, qua idem recipitur, quæ duo conſtituunt prædicamenta: ad ſecundum, vel accidens requiritur, vt diſpoſitio rem fouens, & conſeruans, vel vt forma productionem, conſeruationemque per ſe conſequens; Si vt diſpoſitio conſeruans, aut eſt interna, & per ſe partes ita afficiens, vt inter ſe copulentur, totumque apte componant; aut eſt externa, & ipſum compoſitum per accidens tuetur: ſi eſt interna, vel requiritur præcipuè ratione materiæ, vt eius partes ſitualiter diſtinguat, & eſt quantitas; vel præſertim ratione formæ, quæ totũ exornat, & ad agendum habile reddit, & eſt qualitas. Si verò eſt externa, & per accidens cõiuncta, eſt habitus. Quod ſi accidens ad productionem, conſernationemque per ſe conſequitur, vel eſt abſolutum, vel reſpectiuum: ſi abſolutum, aut eſt cauſa eſſendi in loco imaginario, aut in tempore; ſi eſt ratio eſſendi in loco, vel abſolutè, vel cum certum partium ordine; ſi abſolutè, eſt vbi, ſi cum certo ordine eſt ſitus. Si verò eſt ratio eſſendi in tempore, eſt duratio; fieri enim non poteſt, vt aliqua res exiſtat, quin in aliquo loco, temporeque exiſtat. Si denique eſt forma reſpectiua, conſtituit prædicamentum relationis, quod propterea in vltimum locum incidit, quia non habet effectum ad eſſe ſubſtantiæ vllo modo neceſſarium, ex illius tamẽ, & reliquorum prædicamentorum eſſe neceſſariò dimanat. Hæc prędicamenta colligendi ratio etſi ſuis habeat difficultates, duplici tamen titulo ceteris antefertur: primò, quia nihil prædicamentis attribuit, quod iuxta communem ſententiam eorum naturis repugnet, quo vitio laborat collectio D. Thom. & Scot. Secundò, quia à priori, quantum res patitur, procedit, in quo ratio Ochami præcipuè deerat.

Duplicitĩ titulo ceteris antefertur.

Primò.

D. Thom. Scotus. Secundò.

ARTICVLVS IV.

OBIECTA ADVERSVS

Præfixum numerum diluuntur.

PRætermiſſis nonnullis quæſtionibus, quæ ad rem quidem præſentem faciunt, ad locum verò, & auditorium, cui ſeruimus, non conducunt; veluti, ſitne hæc diuiſio vniuoca, aut analogica? quæ diſtinctio inter ſingula membra, vel inter ſingulorum partes requiratur? poſſitne Deus noua prædicamenta condere, & ſimilibus. Ea quæ præfixo numero obeſſe videntur, & more logico diſſolui poſſunt, expediamus. Primum eſto. Cauſalitas efficientis, & materia-

Cõtra ſuperiorẽ doctrinã tria proponũtur argumenta.

Primum.

lis

lis causæ efficiunt duo prædicamenta actionis, & passionis; ergo causalitates formalis, exemplaris, & finalis causæ creabunt alia tria, est enim vtrobique paritas rationis. Secundum, motus vt est ab agente, est actio, vt in subiecto, passio; ergo, prout est à causa formali, & materiali, quemadmodum alias præbet denominationes, sic alia efficiet prædicamenta. Simile argumentum fieri potest in Loco, & Habitu, & fit confirmatio præcedentis; nam Locus denominat nō solum locatum, sed etiam locans; Habitus non modò indutum, sed induēs: Situs, & situatum, & situans; Quando, & rem temporatam, & temporantem; ergo quatuor prædicamenta supra numeratis addenda sunt. Tertium, si aliquæ denominationes extrinsecæ pertinent ad prædicamenta, non est, cur non pertineant eæ, quibus actus immanentes obiecta denominant, vt esse cognitum, amatum, visum, &c.

Secundū.

Tertium.

Ad hæc non erit difficile respondere, si animaduertamus, ad hoc, vt aliqua forma constituat prædicamentum accidentis à ceteris distinctum, præter octo conditiones vniuersale, has duas vendicare; primam, vt habeat rationem formæ actuantis, id enim postulat ratio prædicari propriè accidentarij; alioqui, si quælibet coniunctio sufficeret, prædicationes præter, aut contra naturam in aliquo essent prædicamento, quod est falsum. Secunda, vt nec totaliter, nec partialiter cōtineat denominationem alicuius, vel aliquorum prædicamentorū, ab illisve contineatur; nam prædicamenta sunt primo diuersa, quæ autem eiusmodi habent diuersitatem, in nullo participant identitatem, quare, si aliqua forma præbuerit denominationē similem alteri prædicamēto, vel continentem plures denominationes aliorum prædicamentorum, non efficiet nouam seriem, sed ad illas reuocabitur.

Duo sunt diligenter prænotanda.

Primum,

Secundū,

Ad primum igitur argumentum, concesso antecedente, neganda est cōsequentia; & maior ratio est, quia causalitates causę finalis, & exemplaris non sunt modi reales distincti ab actione, & passione, sed quædam intentiones imitandi, vel consequendi res, quæ ita causant, quæ eodem mōdo se habent siue causæ existant, siue non: quod satis manifestè indicat, eiusmodi causalitates non esse reales modos à ceteris causalitatibus distinctos; quia accidens reale, & contingens, cuiusmodi sunt hæ causalitates, respectu suarum causarum, non habet rationem formæ, nisi comparatione subiecti existentis. In causalitate causæ formalis informantis, est specialis ratio, vt prædicamentum non efficiat, nunquam enim denominat primam substantiam, sed vel formam substantialem incompletā, vel accidentariā; prædicamenta autem desumuntur ex denominationibus primæ substantiæ; præterea sunt eiusdem rationis cum eo, quod modificant; vnde causalitas accidentis est in eodem prædicamento accidentis, & causalitas formę substantialis in prædicamento substātiæ. Quod in antecedente suppositū est, causalitatem subiecti patientis constituere prædicamentum passionis, nō ita est intelligendum, vt ipsa causalitas subiecti sit passio, id enim est minus probabile, vt postea ostendemus; sed quia passio est receptio formæ in subiecto. Hinc patet solutio secundi obiecti; quamuis enim motus ab omnibus illis causis dependeat, non sufficiunt illæ dependentiæ, vt dictum est, ad noua prædicamenta constituenda.

Secundū.

Solutio 2. argum.

Ad illius confirmationem respondetur formam, vt informantem, & vt denominantem informatum, non dicere duos modos, aut rationes diuersas, sed vnicam diuersis modis significatam; idem quippe est, locum locare, & facere locatum, & vestem vestire, ac reddere vestitum; quamobrem non est alia formalitas locantis, sed prorsus eadem, nunc comparata ad locum, nunc ad locatum; quā responsionē eodē omninò modo accōmodatur alijs modis prædicamēti Situs, Quando, & Habere, & ratio vniuersalis, cur effectus causæ efficientis, quando agit in subiecto, inferat duo

Responsio ad confirmationē.

præ-

Digitized by Google

prædicamenta, effectus verò causæ formalis vnum tantum, est quoniam effectus agentis dependent regulariter loquendo per aliquid à se distinctum, à causa agente, & patiente; vnde consurgunt duæ denominationes primò diuersæ; at effectus causę formalis requirit vnum tantum modum, aut actu, aut virtute distinctum, quo ipsa causa denominet subiectũ.

Solutio 3. Ad tertium respondetur, nõ quælibet formam extrinsecus denominantem pertinere ad prędicamentũ, nisi habeat illas duas conditiones, quas ad prædicamentum accidentis exegimus; quibus definiuntur actus potentiarum cognoscentium, & appetentium; in primis enim denominant obiecta, vt terminos, ad quos feruntur, non vt subiecta, quæ perficiant; nam res idcirco dicitur cognita, vel amata, quia terminat actũ cognoscendi, vel amandi, quo potentia in ipsam contendit, quæ denominatio per modum termini, si sufficeret ad condendum prædicamentum; relatio constitueret duo, vnũ respectu subiecti, alterum comparatione correlatiui, ad quod terminatur, quod perabsurdum est. Præterea si eiusmodi actus aliquam prædicamentalem denominationem tribuunt obiectis, illa nõ est simpliciter distincta à denominationibus actionis, passionis, & qualitatis eatenus enim eorum actuum denominatio transit in obiectũ, quatenus ipsi actus afficiunt potentiam in ordine ad idem obiectũ; nam proprius effectus formalis illorum actuum est respectus ad obiectum: diximus, actum potentiæ cognoscentis, & appetentis informare sub rationibus trium prędicamentorum, quia, vt in primo de interpretatione ostendemus, quacunque illarum rationum deficiente, non determinatur potentia cognoscens, neque appetens.

Quomodo res dicatur cognita, vel amata.

EXPLICATIO CAPITIS QVINTI, DE SVBSTANTIA.

SVMMA CAPITIS.

PRæsupposita in prima capitis parte substantiæ diuisione in primam, & secundam, vtramque definit, in secunda easdem inter se confert, in tertia sex illarum attributa enumerat, & explicat. Quod attinet ad primum, definit primam substantiam hoc modo. Prima substantia est, quæ neque in subiecto est, nec de subiecto aliquo dicitur, videlicet, quia, cum sit substantia, non adhæret subiecto, & cum sit singularis, non habet inferiora, de quibus essentialiter prædicetur. Secunda substantia definitur in plurali ad hũc modum. Secundæ substantiæ sunt genera, & species, sub quibus insunt primæ. Quod attinet ad secundum, confert primas substantias cum secundis, & vtrasque inter se, hoc est vnam primam cum alia prima, & vnã secundam cum alia secunda, docetque, primas esse magis substantias, quam secundas, inter secundas verò species esse magis substantias, quam genera, quia magis accedunt ad primas, omnes tamen species infimas esse æquè substantias, quoniam æqualiter distant ab individuis, quod etiam affirmat de omnibus primis, si inter se comparentur. Quod ad tertium spectat, primum attributum est, non esse in subiecto. Secundum est, vniuocè prædicari. Tertium significare hoc aliquid. Quartum, nihil substantiæ esse contrarium. Quintum, non suscipere magis, & minus. Sextum, esse susceptiuam contrariorum.

Capitis partes.

Definitio primę substantiæ.

Secundæ substantiæ definitio.

Attributa substantiæ.

CA-

Digitized by Google

CAPVT V.

COMMENTARIVS.

Tractatio substātiæ, cur prima sit.

a *Substantia autem.*] Absoluta primi libri parte, hoc capite aggreditur secundam, præcipuamque, in qua singulatim de prædicamentis differit. Quoniam verò substantia naturę nobilitate, & existendi constantia, cetera prædicamenta ita superat, vt eius comparatione essentiam, existetiamque omnia participent, idcircò Ammonio, Boetioque autoribus primo loco ab Aristotele suo iure pertractatur. Accipitur autem vocabulum (substantia) apud Philosophos

Quatuor substantię acceptiones.

quattuor præsertim modis. Primò pro quauis rei essentia, qua significatione vsus est Aristoteles cap. 1. huius libr. dum æquiuoca & vniuoca definiret. Secundò pro quacunque re, quę non est accidens, siue sit completa, siue incompleta: ita accipitur 1. Physicorum, cap. 6. vbi differentiæ substantiarum, materiaque, ac forma substantiæ nuncupantur. Tertiò pro sola substantia completa: quo pacto sumi videtur ab eodem Aristotele hoc loco, cum solas substantias prędicamentales absolutè substantias appellet. Quarto denique pro primis tantum substantijs, quo sensu negat Aristoteles in 7. Metaphysic. cap. 13. genera & species substantiarum esse substantias. Prima significatio

Explicatio primæ acceptionis.

communis est, & latius patet, quam hoc loco deseruire possit, cum ad accidentia se fundat. Secunda est propria, siquidem separat totam naturā substantiarum ab accidentibus. Tertia magis propria. Quarta, proprijssima; nam substantia est ens per se existens, & per se existere perfectius conuenit substantijs completis, quā incompletis, quia paucioribus egent adminiculis ad per se existendum: inter completas verò multò perfectius conuenit singularibus, quæ non existunt per inferiora, vt vniuersales, sed per se immediatè, & in actu exercito, atque hac de causa dixit statim

Secundā. Tertiæ, & Quartę.

imuo Aristotel. substantiam singula-

scun-

§. a *Substantia autem, quæ quidē prè-*
priè, in primisque, & maximè sic
dicitur, est, qua neque de subiecto aliquo
dicitur, neq; in subiecto aliquo est: vt,
§. b *quidam homo, & quidam equus.*
§. c *Secunda verò substantię, species hę,*
in quibus, quas in primis substantias ap
pellabamus, insunt, dicuntur: & hę qui-
dem, & harum specierum genera, vt,
quidam homo, in specie quidem homi-
ne est: genus vero speciei animal est.
Secundę igitur substantię hę dicuntur,
vt est homo, atque animal. §. d *Ma-* TEXT. 2.
nifestum autem ex his, quæ diximus, est,
quod eorum, quæ de subiecto dicuntur,
necesse sit & nomen, & rationem de su-
biecto prędicari, vt homo de subiecto
quodam homine dicitur. Prædicatur
etiam & nomen, hominem enim de
quodam homine prædicabis, & ratio
quoq; hominis de quodam homine prę-
dicabitur: quidam enim homo, & ani-
mal rationale mortale est, quare & no-
men, & ratio de subiecto prædicabitur.
Eorum verò, quæ in subiecto sunt, in plu-
rimis quidem neque nomen, neque ratio
prędicabitur de subiecto: in aliquibus
autem nomen quidem nihil prohibet de
subiecto prædicari interdum, rationem
verò est impossibile: vt album, cum in
subiecto sit corpore, prędicatur de subie-
cto: dicitur enim corpus album: ratio ve-
rò albi de corpore nunquam prædicabi-
tur. §. e *Alia verò omnia, aut de su-*
biectis dicuntur primis substantijs, aut
in subiectis eis sunt. Hoc autem mani-
festum singula depromenti fuerit, vt a-
nimal de homine prædicatur: ergo & de
quodam homine prædicabitur: nam si
de nullo quorundam hominum, neque
omninò de homine. Rursus color in cor-
pore est: ergo & in quodam corpore.
Nam si non in aliquo corporum singu-
lorum est, nec omnino in corpore: quare
alia omnia aut de subiectis primis dicē-
tur substantijs, aut in subiectis eis sunt.
Non existentibus igitur primis substan-
tijs aliquid aliorum esse est impossibile.
Omnia enim alia, aut prædicantur de
eis, aut in subiectis eis sunt: quare non
existentibus primis substantijs, impossi-

bile

rem dici proprijſſime,& maximè ſubſtantiam. Nos tamen deinceps ſubſtantiam, niſi exprimatur ſingularis, ſeu prima, in tertia acceptione cum Philoſopho vſurpabimus.

Definitionis primæ ſubſtantię explicatio

Subindicata igitur ſubſtantię diuiſione in primam,& ſecundã,de qua poſtea diſſeremus,primã ſic definit. Prima ſubſtantia eſt,quę nec de ſubiecto aliquo dicitur,neq; in ſubiecto aliquo eſt; loco generis intelligitur ens prædicamentale; qua parte excluduntur omnia incompleta, ſiue accidentia, ſiue ſubſtantiæ,vt dſtæ Metaphyſicę; materia, & forma, &c. Item ens infinitum, Deus, ſ. Optimus Maximus, & diuinę perſonæ,quibus ceterę definitionis partes conueniũt. Cũ ſubditur (nec de ſubiecto vllo dicitur) excluduntur omnes naturæ vniuerſales completæ,tam accidentiũ, quã ſubſtantiarũ,quia prędicantur de inferioribus. Denique [nec in ſubiecto eſt]reijcit accidentia ſingularia,quę iuxta ſecundi cap. doctrinam de ſubiecto exiſtunt.

-bile eſt, alierum aliquid eſſe. §. f *Secundarum verò ſubſtantiarum magis ſubſtantia eſt ſpecies quam genus: propinquior enim eſt primæ ſubſtantię. Si quis enim prima ſubſtantia quid ſit, edat,euidentiùs conuenientiuſque reddiderit,ſi ſpeciem,quam genus reddat: vt hominem quendam manifeſtiùs aſſignabis, hominem potius quam animal aſſignans: illud enim proprium magis cuiuſdam hominis, hoc autem communius. Et cum quendam arborem aſſignauerit, manifeſtius aſſignabit, arborem aſſignando, quam plantam. Præterea prima ſubſtantia ideò,quod alijs omnibus ſubijciuntur,& omnia alia de ipſis vel prędicantur, vel in ipſis ſunt, ea gratia prima ſubſtantię maximè dicuntur. Vt autem prima ſubſtantia ad omnia ſe habent cetera,ita ſe ſpecies ad genus habet: ſubijcitur enim ſpecies generi: genera.n.de ſpeciebus prędicãtur: ſpẽs añs cũ generib. nõ cõuertũtur. Quare ex his ſpecies genere ſubſtantia magis eſt,* §.g *Ipſarũ verò ſpecierũ quamuis genera nõ ſunt, altera magis altera ſubſtantia nulla eſt. Nihilo,n.accõmodatius aſſignabis*

b *Quidam homo,&c.*] Hæc afferũtur loco exempli pro ijs,pro quibus verificantur, ſ.pro Socrate & Platone: nam ſub ea forma nõ ſunt primæ ſubſtantiæ prædicamentales, ſed vaga indiuidua,vt poſteà dicemus.

Explicatio definitionis ſecũdæ ſubſtantię.

c *Secunde verò ſubſtantiæ.*] Hæc eſt ſecundarum ſubſtãtiarum definitio, in qua loco generis collocãdum eſt ens prædicamentale, perinde atque in præcedenti definitione,ita vt tota definitio ſic proponatur. Secundæ ſubſtantiæ ſunt entia prædicamentalia, quæ ſunt genera, & ſpecies, in quibus inſunt primæ, id eſt ſub quibus primæ coercentur, vt propria inferiora. Prima definitionis parte excluduntur omnia, quæ in proxima definitione. Secunda reijciuntur ſingulatia completa,& prædicamentalia,quæ in prima parte continebantur. Per tertiam abijcies accidentia vniuerſalia, quamuis enim de primis ſubſtantijs vniuerſaliter affirmantur,earum tamen genera,& ſpecies non ſunt,ſed propria,vel accidentia.

Quid ſit dici de ſubiecto, & eſſe in ſubiecto.

d *Manifeſtum autem.*] Quoniam dixit,ſolas ſecundas ſubſtantias eſſe genera,& ſpecies primarum, reddit huius rei cauſam ex doctrina capitis ſecũdi, vbi hoc diſcrimen ſtatuit inter dici de ſubiecto, & eſſe in ſubiecto,quod illud ſit prædicari eſſentialiter,& in quid de inferiori,hoc verò inhærere ſubiecto,in cuius eſſentia nõ includatur:cum ergo planum ſit,genera, & ſpecies prædicari quidditatiuè de ſuis indiuiduis, & hoc ipſum habeant ſecundæ ſubſtantiæ,non verò accidentia,propterea definiendo ſecundas ſubſtantias dixit, eſſe genera, & ſpecies primarum. Quod accidentibus conuenire non poteſt, hæc.n. inquit, aut prædicantur ſolo nomine, vt Grammaticum de Ariſtarcho, & album de Cygno,aut ne quidẽ nomine: quòd Interpretes frequentius intelligunt de accidentibus in abſtracto: nam albedo nullo modo prædicatur de Cygno, nec nomine, nec ratione. Verius fortaſſe, quod credit Ammonius, idcircò dictum eſſe à Philoſopho, aliqua accidẽtia,

Accidẽtia quomodo prædicentur. Verior Ammonij ſententia.

nec nomine tenus de ſubſtantia prędicari, quoniam nonnulli ſunt, quibus nullum eſt impoſitum nomen concretum, ſaltem vſitatum, quo ſubiectum denominent, cuiuſmodi eſt virtus, alia, quorũ concreta, licèt vſitata ſint, in ſubiecta tamen non cadunt, ſed in ipſa accidentia, vt inhærens, & diſponens, prout à diſpoſitionibus deriuantur. Monet autem hoc loco Albertus, tractatu ſecundo, cap. 3. cùm dicatur accidentis definitio de ſubiecto non prædicari, haud negari, definitionem accidentis quoius modo de ſubiecto affirmari, quoniam, ſicut affirmamus, hominem eſſe album, ita aſſeremus, eſſe coloratum, diſgregatiuum viſus, quę eſt albi definitio, ſed non prędicari, ita vt definitio accidentis ſit etiam definitio primæ ſubſtãtię, quo pacto de eadem prima ſubſtantia affirmatur definitio ſecundæ.

Definitio accidentis quo modo de ſubiecto affirmatur.

Primę ſubſtantię maximè ſubſtantię cur dicantur.

e Alia verò omnia.] Comparat iam primas ſubſtãtias cum ſecundis, atque, primas eſſe maximè ſubſtantias, quod ita concludit: Cetera omnia, quæ in prędicamentis ponuntur, aut dicuntur de primis ſubſtantijs, aut in illis exiſtunt, vt in ſubiectis: ergò primæ ſunt maximè ſubſtantiæ. Antecedẽtis confirmatio.

Antecedẽtis confirmatio.

Quo ad priorẽ pariem.

Quo ad ſecundam.

Antecedens probat exemplis quò ad vtramque partem. Quo ad priorem hoc modo: animal prędicatur de homine, vt de ſubiecto; ergò & de aliquo ex ſingulis hominibus, ſi enim de nullo ſingulari dicitur, nequit de homine, vt de ſubiecto, affirmari; id intelligi vult in ceteris ſubſtantiarum generibus. Quò ad poſteriorem ſic; color eſt in corpore, vt in ſubiecto; ergò & in aliquo corpore ſingulari: nam ſi in nullo ex ſingularibus ſit in corpore eſſe non poterit: vnde hoc ducit conſectarium: ſublatis primis ſubſtãtijs, nihil reliquum eſſe poſſe, cum omnia aut in illis ſint aut de ipſis prędicentur. Conſequentiam præcipui argumenti, vt manifeſtam, non probat.

Contra ſuperiorem doctrinam obiectiones.

Prima.

Ceterum tum contra illam, tum contra accidentis probationes, tum etiam aduerſus conſectarium ſunt obiecta. Primum ratio ſubſtantię nõ con-

Nã de quodam homine hominem aſſignando, quam de quodam equo equum.

§. h *Similiter autem & in primis ſubſtantijs, nulla magis altera ſubſtantia eſt: nihil enim magis quidam homo ſubſtantia eſt, quam bos quidam.*

§. i *Meritò igitur poſt primas ſubſtantias ſolæ aliarum omnium ſpecies generaq; ſecundæ ſubſtantiæ dicuntur. Solæ enim hæ, earum quæ prędicamus primarum ſubſtantiarum indicant, quendam eorum hominem, ſi quis eliſperas quid ſit, ſpeciem, aut genus accommodatè demonſtrabit, & manifeſtius quid ſit, faciet, hominem quam animal attribuendo. Aliarum verò omnium, quicquid attribuas quis, tribuat extraneè, velut album, ac currit, aut aliud quidem quod huiuſmodi deprimendo. Quare meritò hæ ſolæ aliarum ſecundæ ſubſtantiæ dicuntur. Ad hæc primæ ſubſtantiæ, id quod aliis omnibus ſubijciuntur, & omnia alia de illis, vel prædicantur, vel in ipſis ſunt, propriſſimè dicuntur ſubſtantiæ. Sicut autem prima ſubſtantia ad omnia ſe habent cætera, ita genera, & ſpecies primarum ſubſtantiarum ad reliqua omnia ſe habent: de his enim reliqua omnia prædicãtur: quendam enim hominem dices Grammaticum eſſe: ergò, & hominem, & animal Grammaticum esse dices eſſe: ſimiliter autem in aliis.* Text. 4.

§. k *Communis autem omnis ſubſtantiæ eſt, in ſubiecto non eſſe. Prima namque ſubſtantia nec in ſubiecto eſt, nec de ſubiecto aliquo dicitur. Secundarum verò ſubſtantiarum conſtat quidem etiã ſic, in ſubiecto nullã eſſe. Homo enim de ſubiecto quidẽ homine quodam dicitur, in ſubiecto verò nullo eſt: nec enim in quodã homine homo eſt. Similiter vũi & animal de ſubiecto quidẽ dicitur quodam homine, non etiam eſt animal in quodam homine: Præterea eorum, quæ in ſubiecto ſunt, nomen quidem de ſubiecto prædicari interdum nihil prohibet: rationem verò eſt impoſſibile: ſecundarum verò ſubſtantiarum & de ſubiecto, & ratio, & nomen prędicatur: rationem enim hominis de quodam homine prędicabis; et animalis ſimiliter: quare non erit earum ſubſtantia, quæ ſunt in ſubiecto. Nã eſt autem proprium ſubſtantiæ horum quippe & differentia eadem eſt, quæ in* Text. 5.

ſubiecto

omnibus in subiecto esse, sed in per se esse, ergo, licet primæ substantiæ pluribus subsint, quam reliquæ, non sequitur continuò, vt sint maximè substantiæ. Secundum, ineptum est, vt Dialectici docent, à superiori ad inferius affirmando, & ab inferiori ad superius negando progredi; ergo malè inuulit Aristoteles, animal prædicari de aliquo singulari homine, quia prædicatur de homine; & è contra, si non prædicatur de aliquo singulari, non prædicari de homine. Tertium, virtus, & scientia demortuo Socrate perseuerant in eius anima; ergo destructa prima substantia, non auferuntur omnia accidentia; non auferri verò substantias communes, docet Porphyrius in capite de communitatibus, cum asserit, sublatis omnibus individuis nô tolli species, & sublatis omnibus speciebus non tolli earum genus.

Secunda.

Tertia.

Solutiones obiectionum. Ad primum, concesso antecedente, neganda est consequentia: quia Aristoteles argumentatur à posteriori, & idem est, ex eo, quod prima substantia pluribus subsit, inferre, ipsam esse magis substantiam, atq; esse magis per se existentem: quò enim aliquid magis per se est, eò plura sustinet in esse, qui proximè fusius explicabitur. Ad secundam respondetur, argumentum affirmatiuum, à superiori ad inferius, & negatiuum ab inferiori ad superius, tũc non valere, quando proceditur ad inferius determinatum, & ab inferiori determinato. Verb. c. si ita concludas, homo est albus: ergo Socrates & Plato est albus. Socrates non est niger: ergo homo non est niger: istæ namq; illationes fallaces sunt. Secus est, quando affirmatiuè descenditur ad inferius indeterminatum, vel ascenditur negatiuè non ab aliquo inferiori certo, vel incerto, sed ab omnibus simul. Prima enim deductio fundatur in prima regula antepredicamentali. Secunda est argumentatio à sufficienti partium enumeratione, quæ optima est, & hoc loco ab Aristotele vsurpata, vt notauit Albertus Magnus, tract. 2. c. 4. Ad primam partem tertij respondetur, corollarium esse intelligendum, quando destruuntur primæ substantiæ, eò ad omnes earum partes, alioqui, si altera pars maneat, vt in proposito exemplo, verum non est, adhuc tamen habebitur ordinem ad primam substantiam, quatenus illa pars ideò perfitur, vt aliqua prima substantia ex illa coalescat. Ad secundam partem respondet Albertus supra, Porphyrium loqui de generibus, & speciebus quò ad essentiam, quò ad hunc enim pendere nequit superius ab inferiori: Aristotelem verò in præsenti agere de ijsdem quò ad existentiam, quam certum est, extra singularia habere non posse, vt contra Platonem in Metaphysicis ostendit, & nos supra comiscuimus.

Ad primã.

Ad secundam.

Ab inferiorib' ad superius, & è cõtra quomodo argumentandum.

Text. 6.

subiecto non sunt: bipes enim, & gressibile de subiecto quidem homine quodam dicitur, in subiecto verò est nullo. Nec enim in homine bipes est, neque gressibile. Ratio quoque differentiæ de illo prædicatur, de quocunque ipsa differentia dicitur. Velut si gressibile de homine prædicatur: & ratio gressibilis de homine prædicatur, est enim homo gressibilis. Neq; rei verò substantiarum partes contingent quæ sunt in toto quasi in subiecto sint, ne forsan non esse substantias fateri cogamur. Non enim sic in subiecto quippiam esse, quemadmodum pariem esse dicitur. §. 1. Inest autem substantijs differentijsq;, omnes omnino vt prædicentur. Omnia enim quæ ab his prædicata enuntiantur, aut de individuis, aut de speciebus prædicantur. A prima namq; sub-

Cõparantur secũdæ substantiæ inter se.

f. Secundæ verò] Comparat secundas substantias inter se, docetque, species esse magis substantias, quàm genera; quod probat duplici argumento. Primò, quia propinquius accedunt ad primas substantias; est enim vniuersaliter verum, quod id est magis tale, quod propius accedit ad id, quod maximè est tale: quare si species viciniores, quam genera sunt primis substantijs, quæ maximè substantiæ existunt, necesse est, eandem speciem magis substantias esse, quam earum genera. Primam propositionem probat ex eo, quod

Species magis explicat naturam primæ ſubſtantiæ, quàm Genus. Secundò, quoniam, quæ magis ſubſtant, ſunt magis ſubſtantiæ, vt dixit, ſed Species magis ſubſtant, quàm Genera, ſiquidem ſubijciuntur ipſis Generibus: ergò magis ſubſtantiæ ſunt, quàm eadem genera.

Cõparantur ſpecies infimę ſubſtãtiarum inter ſe.

g *Ipſarum verò ſpecierum.*] Confert ſpecies infimas ſubſtantiarum inter ſe, affirmatq. eas eſſe æquè ſubſtantias, eò quòd æqualiter declarant naturã primarum ſubſtãtiarum. nam ſi quis (inquit) petat, quid ſit quidã homo, æquè bene reſpondetur per hominẽ, ac quęrenti, quid ſit quidam equus per equũ.

Cõparantur primæ ſubſtantię inter ſe.

h *Similiter autem.*] Comparat primas ſubſtantias inter ſe, docetq. omnes eſſe æquè ſubſtantias. quod exemplo tantum cõfirmat: ratio tamen eſt, quia omnes æquè independentes ſunt in exiſtendo, cum nulla egeat ſubiecto vel inhæſionis, vel prædicationis.

Obiectio.

Oppones; ea dicitur ab Ariſtotele magis ſubſtantia, quæ pluribus ſubſtat: ſed quædam ſpecies pluribus ſubſunt generibus, & accidentibus, quam aliæ, nam multò plura genera ſunt in homine, quàm in cœlo Martis: ſimiliter, inter primas ſubſtantias pluribus ſubſtat hic homo, quam hoc cœlum Martis: ergo falſum eſt, omnes ſpecies infimas inter ſe, & omnia inter ſe indiuidua eſſe æqualiter ſubſtantias.

Reſpõſio.

Reſpondetur, Ariſtotelem non docuiſſe, illam eſſe magis ſubſtantiam, quę quomodocunque pluribus ſubſtat; alioqui nonnullæ ſpecies eſſent magis ſubſtantiæ, quam aliarum indiuidua, quia pluribus generibus & accidentibus ſubſunt; ſed quæ pluribus ſubſtat in eadem recta ſerie; quoniam ea, quæ plura ſuſtinent in eadẽ recta linea, paucioribus egent, vt exiſtant, atque adeò magis per ſe exiſtunt; in quo poſita eſt ratio ſubſtantię. Porrò verum iudicium ęqualitatis, vel inæqualitatis inter ſubſtantias eſt per ſe exiſtere, & per ſe ſubſtare, id eſt, paucioribus ad exiſtendum & ſubſtandum indigere, & quia omnes infimæ ſpecies indiuiduis tantum egent ad hæc munera, indiuidua autem nullo egent inferiori; meritò ſpecies inter ſe collatæ æquè ſubſtantiæ dicuntur. Similiter indiuidua, cum inter ſe conferuntur.

ſtantia predicatio nulla eſt, de nullo enim ſubiecto dicitur. Secundarum verò ſubſtantiarum ſpecies quidem de individuo prędicatur: genus autem & de ſpecie prędicatur, & de individuo. Similiter autem & differẽtia, & de ſpeciebus, & de individuis prędicantur. Iã verò, ea rationem primę ſubſtantię ſpecierũ generumq. ſuſcipiunt, & ſpecies generis: quęcunq; enim de prædicato dicuntur, eadem & de ſubiecto dicentur. Similiter autem rationem differentiarum ſuſcipiunt ſpecies, & individua. Vniuoca autem ſunt, quorum & nomen commune eſt, & ratio eadem: quare omnia, quæ è ſubſtantijs differentijſque ſunt, vniuocè prædicantur.

Cur ſola genera, & ſpecies ſecũdæ ſubſtãtiæ appellantur.

i *Meritò igitur.*] Concludit ex dictis, cur ex omnibus, quæ de primis ſubſtantijs dicuntur, ſola earum genera, & ſpecies ſecundas ſubſtantias appellarit: vtitur duplici argumento. Primò, quia hæc tantum declarant naturam primarum ſubſtantiarum; cetera ſunt extranea, intelligit prædicata completa, quæ ponuntur in recta ſerie alicuius Prædicamenti, aliàs non diceret, reliqua omnia eſſe extranea, quia differentiæ ſubſtantiales ſunt de ratione primarum ſubſtantiarum. Secundò, quemadmodum primæ ſubſtantiæ ſubſtant reliquis omnibus, ita earum genera, & ſpecies omnibus alijs ſubijciuntur. Nam omnia accidentia realia, quæ ſunt in primis ſubſtantijs, de illarum generibus, & ſpeciebus verè prædicantur. Dixi (accidentia realia,) quia intentionalia non eſt neceſſe, vt, ſi in primis exiſtunt, de ſecundis etiam prædicentur.

1. ratio.

2. ratio.

Exponuntur proprietates ſubſtãtię prędicamentalis.

Prima proprietas explanatur.

K *Communiter autem.*] Hæc eſt poſterior huius capitis pars, in qua, vt explicationem ſubſtantiæ prædicamentalis pleniorem reddat, quaſdam eius proprietates exponit, ſumitque exordium ab ea, quæ tanquam præcipua in ſubſtantiæ deſcriptione vſurpatur, ſcilicet, non eſſe in ſubiecto.

Id oſtendit in vtraque ſubſtantia; in prima quidē, ex illius deſcriptione, quæeſt, non dici neque eſſe in ſubiecto; in ſecunda verò, quia licet de prima ſubſtātia dicatur, in ea tamen non eſt vt in ſubiecto, nam quę ſunt in ſubiecto; ſolo nomine de illo prędicantur; ſecundę autem ſubſtantiæ nomine & ratione de primis dicuntur. Eadem ratione oſtendit, hoc attributū conuenire differentijs ſubſtātiarum, nimirum, quia nomine & ratione de primis dicūtur; vnde colligit, hanc proprietatem non eſſe rigoroſam comparatione ſubſtantiæ prædicamentalis, ſeu non conuenire quarto modo apud Porphyrium explicato, ſed ſecundo; conuenit enim omni, ſed non ſoli, cum conueniat differentijs, & partibus ſubſtantiarum, quæ videri alicui poſſent, inquit, in toto eſſe, vt in ſubiecto, re tamen vera non ſunt, vt earum nomen & ratio indicat, nam quæ ſunt in ſubiecto, non ſunt ſubiectorum partes, vt ex capite ſecundo apertum eſt.

Secunda ꝓprietas, quib⁹ ſubſtantijs, & quomodo cōueniat.

1 *Ineſt autem.*] Secundum attributum eſt, vniuocè prædicari, prædicatione, ſcilicet, directa & artificioſa, quod etiam ſubſtantiarum differentijs conuenire docet, & ita cōfirmat. Omnis prædicatio à ſubſtantijs deducta aut eſt ſpeciei de individuo, aut Generis, vel differentiæ de ſpeciebus; ſed omnis hæc eſt vniuoca; ergò, &c. probat maiorē, quia prima ſubſtantia de nullo dicitur, ſecundæ verò, & differentię non prædicantur de alijs, quam de inferioribus, quæ vel ſunt ſpecies, vel individua: probat Minorē, prædicatio vniuoca eſt, quæ fit nomine, & ratione; ſed genera, ſpecies, & differentiæ ita prædicantur: ergo prædicantur vniuocè. Hoc attributum ſi cum ſubſtantijs prædicamentalibus conferatur, nullo modo eſt proprium, cum nec omnibus nec ſolis attribuatur, ſi verò cum omnibus tam completis, quàm incompletis, eſt proprium primo modo, licèt enim omnibus non conueniat, vt explicatum eſt, at competit ſolis; nam accidentia, quamuis de aliquibus vniuocè prædicentur, id tamen

§.m *Omnis autem ſubſtantia hoc aliquid ſignificare videtur. In primis igitur ſubſtantijs indubitabile id, verumq; eſt, hoc aliquid ipſas ſignificare. Individuum enim vnumquemque numero eſt, quod ſignificatur. In ſecundis verò ſubſtantijs, ſimiliter quidem propter appellationis figuram hoc aliquid ſignificare videtur, cum quis, aut hominem, aut animal dixerit: non tamen eſt verum, ſed quale quid potius ſignificat: non eſt enim vnum ipſum ſubiectum, vt ipſa ſubſtantia prima: ſed de pluribus ipſe homo, & animal dicitur.* Text. 7.

§.n *Verum non quale quid abſolutè ſignificat, perinde ac album: nihil enim aliud album, quam quale ſignificat. At ſpecies, & genus circa ſubſtantiā quale ipſum definiunt: qualem enim quandam ſubſtantiam ſunè ſignificant. Genere tamen amplior definitio, quā ſpecie fieri ſolet; qui namque animal dicit, is plura complectitur, quam is, qui hominem dicit.*

§.o *Competit praterea ſubſtantijs, & nihil ipſis contrarium eſſe. Prima namque ſubſtantia, vt alicui homini, aut alicui animali quidnam contrarium fuerit? nihil enim prorſus his aduerſatur. At neque ipſi homini, vel animali contrarium quicquam eſſe videtur. Non tamen hoc ſubſtantia proprium eſt, alijs enim competit, vt quantitati: bicubito enim, aut tricubito nihil contrarium eſſe videtur: neque ipſis detem, neque talium cuiquam quicquam aduerſatur: Niſi quiſpiam multum pauco, aut magnum paruo dixerit eſſe contrarium: at tamen nihil eorum, quæ definita ſunt quantitates, cuiquā prorſus aduerſari videtur.* Text. 8.

§.p *At verò ſubſtantia non ſuſcipere gradus videtur, vt ſit magis minuſue talis. Atq; non dico ſubſtantiam non magis ſubſtantiam eſſe: hoc enim iam diximus ita eſſe, ſed quamq; ſubſtantiā id ipſum quod eſt, non dici magis, ac minus eſſe, ſi velimi ſubſtātia eadem homo ſit, non eſt magis, ac minus, aut ſe ipſo, aut alio homine: nō enim alius alio magis homo eſt, perinde atq; album aliud alio magis, ac minus eſt album: corpus item album magis album nunc, quā prius, & calidum magis nunc calidum, ac minus dicimus eſſe: ſubſtantia verò non magis dicitur, nec minus, neq; homo magis* Text. 9.

Digitized by Google

tamen non vendicant reſpectu omnium, de quibus directè, artificioſe, & tanquam de minus latè patentibus affirmantur, ſiquidem de ſubſtantijs nomine, & ratione prædicari non poſſunt.

Tertia proprietas quomodo accipiēda.

m *Omnis autem ſubſtantia.*] Tertia proprietas eſt, ſignificare hoc aliquid, id eſt, quidpiam per ſe omninò exiſtens; Quod attributum, vt proponitur, non ſubſtantijs, ſed earum nominibus accommodatur, facilè tamen in res cadet, ſi pro ſignificare, intelligas eſſe hoc aliquid; conuenit autem ſolis primis ſubſtantijs, nam ſecundæ, etſi videātur hoc aliquid eſſe, id eſt, per ſe vltimò exiſtere, (vt Plato exiſtimabat) potius tamen ſunt quale quid, hoc eſt, ſubſtantiæ per modum qualitatis, ſeu formæ: quod ſi nomina ſecundarum ſubſtantiarum aliquando dicuntur ſignificare hoc aliquid, id accidere docet ob figuram appellationis, vel quia plerumque primas ſubſtantias nominibus ſecundarum vocamus, vt, cum dicimus, noui hominem: vel, cum ſint nomina abſoluta, ſignificant ſecundam ſubſtantiam per ſe, quaſi in nullo exiſteret. Hoc attributum ſiue ad nomina, ſiue ad ſubſtantias comparetur, eſt proprium primo modo, cum ſolis contingat ſubſtantijs, & non omnibus, vt ex dictis manifeſtum eſt.

Diſcrimē notādum.

n *Verum non quale.*] Quoniam dixerat, ſecundas ſubſtantias eſſe quale aliquid, ne quiſpiam decipiatur, eas ſubſtantias à qualitatibus non diſtinguens hoc inter illas diſcrimen ſtatuit. Quod qualitates ſint formæ ſubſtantijs extrinſecæ, quibus earum naturæ minimè definiuntur. At ſecundæ ſubſtantiæ ita ſunt formæ ſuorū inferiorum, vt eorum eſſentias conſtituant, & definiant.

Quarta proprietas.

o *Competit præterea.*] Quartum attributum eſt, ſubſtantiæ nihil eſſe contrarium: quod probat inductione in omnibus ſubſtantijs, ſumit verò contrarium preſsè, & propriè, (quod qualenam ſit, in cap. 10. ex profeſſo oſtendendū eſt) ſi enim de contrario latè, & per accidens accepto loque-

nunc homo, quam prius dicitur eſſe, nihilque ceterorum quicquam omninò, quæ ſubſtantiæ ſubeunt rationem. Quare patet, ſubſtantiam gradus ſuſcipere non poſſe, vt magis ſi vnquam id, quod eſt, atque minus. §. q *Maximè verò ſubſtantiæ proprium hoc eſſe videmur idem, inquam, vnumq; numero permanens, contrariorum eſſe ſuſceptiuum: quale nihil in ijs, quæ ſubſtantiæ non ſubeunt rationem, proferre poſſis: quod vnum numero cum ſit, recipere in ſe contraria poſſit: vt color vnus idemq; numero, albus idem ac niger: negotiumve idem numero, bonum malumq; vt dicatur: ac in ceteris ſimiliter. quæcumque ſubſtantiæ non ſunt. Subſtantia autem vna eademq. numero contrariorum eſt ſuſceptiua, veluti quidam homo vnus, ac idē interdum ſit albus, interdum niger, & calidus atque frigidus, & vitioſus ac ſtudioſus. Ad alia verò nulla id ipſum accōmodari videtur; niſi forſitan quiſpiam inſtaret, orationem opinionemque dicens contrariorum eſſe ſuſceptiuas. Eadem enim oratio falſa, veraque eſſe videtur, nam ſi vera eſt hæc oratio, quempiam, inquam, ſedere, ſi ille ſurgat, eadem hæc oratio falſa erit. Idem & in opinione fieri videtur: Nam ſi quiſpiam opinetur, quempiam ſedere, ſi ſurgat ille, falsò ſanè opinabitur, qui de illo eandem habet opinionem. Enimverò ſi quiſpiam & his illud accommodatum duxerit eſſe, in modo tamen habebit vtique differentiam: ſubſtantiæ enim ipſæ ſui mutatione contrariorum ſunt ſuſceptrices: ſi fit enim ex calido quippiam frigidum, mutatur ſanè; alteratur enim vt patet: & ſimiliter, ſi nigrum ex albo ſit, & ſtudioſum è vitioſo, & in ceteris ſimili modo, vnumquodque mutationem ſuſcipiens, contrariorum eſt ſuſceptiuum. In oratione verò atque opinione non ita ſit, ſed ipſe quidem immobiles penitus manent: ſi res autem moueatur, ibi tum euadunt circa ea contraria: oratio namque eadem manet, quempiam, inquam, ſedere: re autem mota, interdū vera, interdum falſa ſit. Eadem circa opinionem etiam fiunt. Quare ſaltem hoc quidem modo ſubſtantiæ proprium erit, ipſam ſui mutatione ſuſcepticem contrariorum eſſe. Quod ſi quiſpiam & hoc acceptet, opinio-*

Text. 10.

Digitized by Google

loqueretur, non est dubium, quin aliquæ substantiæ alijs contrarientur, vt ignis aquæ, sed hæc contrarietas non est ex meritis ipsarum substantiarum, sed qualitatum, caloris, scilicet, & frigoris. Subdit, hoc attributum non conuenire solis substantijs, sed etiam quantitatibus saltem determinatis, vt bicubito, & tricubito: nam magno, & paruo fortasse, inquit, cõtrarietas inest, sed capite sequenti ostender, hęc non esse quantitates, sed relationes. Ex dictis constat, hoc attributum esse proprium secundo modo, respectu substantiarum, cum omnibus conueniat, non tamen solis.

Quinta proprietas.

p *At verò substantia.*] Quinta substantiarum affectio est, nõ suscipere magis, & minus, quod nõ aliter probat, quam ex ipsius rei perspicuitate, & Philosophorũ vsu; nec enim idem homo dicitur nunc magis homo, quã antea, nec quam alius homo. Ceterũ, quia dixerat, vnam substantiam esse magis substantiam, quàm aliam, aduertit, illud esse intelligendum de substantia, quò ad aliquam eius affectionem substandi, scilicet, vel substendi, id verò, quod in præsenti docet, accipiendum esse de substãtia secũdum essentiam spectata. Et est hoc attributum secũdo modo proprium, quia conuenit omnibus substantijs, earum differentijs, & quantitatibus, vt seq. cap. docebit, vbi, quid sit magis, & minus suscipere, indicabimus.

nionem, vt puta, orationemve susceptiuas contrariorum esse, scit id ipsum verum non esse. Oratio namque opinioue, non quia suscipiunt aliquid, ideo susceptiuæ contrariorum esse dicuntur: sed quia circa quippiam aliud accidit aliquid. Ex eo namque vera vel falsa oratio ac opinio dicitur esse, quia res ipsa est, aut non est: non quia ipsæ contrariorum sunt susceptiuæ. Simpliciter enim à nulla re prorsus aut oratio aut opinio mouetur, quare non erunt susceptiuæ profectò contrariorum, si passio in ipsis nulla efficitur. At substantia hoc susceptiua contrariorum dicitur esse, quòd contrarias susciperet ipsa. Morbum enim, & sanitatem, nigredinem atque albedinẽ suscipit: atque vnumquodque talium ipsa suscipiens, susceptrix contrariorum dicitur esse. Quare substantiæ proprium erit, ipsam vnum idemq́, numero permanentem, mutatione sui susceptricem esse contrariorum. Sed de substantia quidem hactenus.

CAP.

Sexta proprietas.

q *Maximè verò.*] Sextum attributum, quod Aristoteles vocat maximè proprium, id est, proprium quarto modo iuxta grauiorum Interpretum expositionem, est, vt substantia, vna numero permanens, susceptiua sit contrariorum. Id, solis substantijs conuenire, exemplis confirmat, nam idem homo nunc est calidus, nunc frigidus, modò albus, modò niger; at idem numero color semper, vel albus, vel niger est;

Obiectio.

dixit (eadem numero Substantia), quoniam accidens in communi contraria continet, sub colore enim albor est, & nigror. Opponit Aristoteles; eandem numero propositionem, vel opinionem fieri de vera falsam; nam sedente Petro hæc propositio est vera, Petrus sedet, quæ, illo non sedente, retineri

Solutio.

potest, eritque falsa; veritas autem, & falsitas contraria sunt. Respondet, propositionem & orationem non suscipere verum, & falsum mutatione sui, sed obiecti; nam absque vlla actione, vel mutatione facta in mente fit oratio vera, vel falsa: substantia autem suscipit contraria mutatione sui: quare attributum erit, vt eadem numero substantia sui mutatione contraria recipiat: quòd in propositionem minimè quadrat. Facilius responderi posset, negando, verum, & falsum esse contraria: sunt enim vel relationes, vel denominationes extrinsecæ, vt libro sequenti ostendemus; de hoc attributo quæstione 3. latè differendum est.

Digitized by Google

QVAESTIO I.

DE SVBSTANTIAE praedicamentalis essentia.

ARTICVLVS II.

FORMALIS RATIO PRAEDICAmentalis substantiae explicatur.

Ratio formalis alicui⁹ entis duplex est mẽtalis,& obiectiua.

RAtio formalis alicuius entis apud Philosophos duplex est; vna mentalis,altera obiectiua: illa est definitio adæquatè & perfectè naturam explicans; hæc est ipsa rei essentia per mentalem rationem explicata: inter eas hoc discrepat, quod ratio obiectiua, in quacunque re simplici vel composita,finita, vel infinita reperitur, cũ nulla esse possit,quę propria essentia destituatur; at mentalis accepta pro definitione, vt à Philosophis accipi solet, in rebus tãtum finitis, & compositis inuenitur; debet enim, vt verè essentialis sit definitio, constare ex genere,& differentia, aut ex materia,& forma, quibus res simplex, aut infinita non coalescit; habet tamẽ simplex essentia loco essentialis definitionis descriptionem, quæ aliquo modo naturam exprimit: diximus, res simplices non habere rationes formales mentales acceptas pro definitionibus,quoniam, si pro conceptibus, vt nonnunquam fit, accipiãtur, nulla erit quantumuis simplex, quæ eiusmodi cõcepium habere nõ possit, licetà nobis aliquando formari nequeat, aut simpliciter, vt est conceptus Dei proprius,& essentialis, aut pro statu huius vitæ, qualis est proprius, quidditatiuusq. conceptus intelligentiarum separatarum. In præsenti igitur,cum inuestigamus rationem formalem substantiæ prædicamentalis, non quærimus essentialem definitionẽ, cum certum sit, substãtiam esse gradum simplicem; sed rationem obiectiuã, & proportionatam descriptionem, quæ tunc maximè congruit, cum per adequatam proprietatem assignatur.

Quibus debeat cõstare definitio essẽtialis.

Substãtia est gradus simplex.

Hæc substantia à quibusdam sic describitur. Substantia est ens completum per se existens; quæ descriptio est eadem, & eodem modo intelligenda,acilla, quam in capit. 4. substantiæ communissimè sumptæ attribuimus; præter illud nomen completum,quod idcirco addunt, vt substantias incompletas, quæ prædicamentales non sunt, à definitione prædicamentalis substantiæ excludant,& rectè quidem excludunt: sed naturam huius prædicamẽti ex propria, & adæquata passione non declarant. Enimuerò, cum prædicamentalis substantia perfectior sit, quam substantia absolutè, aliquam habere debet proprietatem nobiliorem,quam per se existere,id est, nõ in subiecto inhæsionis, quæ conuenit substantiæ absolutè sumptæ; hæc verò est subsistentia, quæ sine dubio perfectior est essendi modus, vt expressè tradit Diuus Thomas in 1. distin. 23. quæst. 1. artic. 1. cum ait; Subsistere est actus alicuius, vt qđ subsistit, vel vt quo subsistit, & paulò infrà. Si autem sumatur subsistentia pro eo,quod subsistit,sic propriè dicitur illud, in quo per prius inuenitur talis natura hoc modo essendi, hoc est substantia, cui conuenit subsistere. Quare,vt substantia prædicamentalis per proprium effectum, adæquatamque proprietatem explicetur,sic erit describenda. Substantia est ens per se subsistens; quam descriptionem non obscurè inculcat Boetius initio prædicamentorum; sic enim ait: Οὐσία, vel substantia est forma accipiens subsistentiam, hoc est,natura,cui conuenit subsistentia, ad illius tamẽ explicationem oportet varias verbi [subsistere] significationes distinguere.

Quo pacto nõnulli substantiã describunt.

D. Thom. Quid sit subsistẽtia ex mente.

D. Thom. Quid subsistere.

Boet. Substãtiæ descriptio à Boetio innuitur.

Igitur verbum [subsistere] ex Diuo Thoma loco proximè citato, & 1. part. quæst. 75. artic. 2. ad primum, & secundum,& alijs locis, atq; Autoribus, sex præsertim modis vsurpatur. Primò dicitur subsistere id, quod habet verum esse, & non apparens; quo sensu dixit Aristoteles in libro de mundo ad Alexandrum: Eorum,

Verbũ subsistere sex modis vsurpatur.

D. Thom. Primò.

Arist.

rum, quæ in aere cernuntur, quædam ſpecie tenus eſſe, quædam ſubſiſtere, id eſt; verum eſſe habere. Secundò. Tertiò. Iob. c. 7. Quartò. Quintò. D. Thom. Scot. Sextò. Quintus modus poſitæ deſcriptioni accommodatior.

Secundò, idem valet ac morari, Iob. c. 7. ſi manè mè quæſieris non ſubſiſtam. Tertiò, pro eo, quod alicui ſubeſt; dicimus enim, fundamentum ſubſiſtere, reliqua eminere. Quartò accipitur pro eſſe per ſe, id eſt, non in ſubiecto inhæſionis; qua ſignificatione vtitur Diuus Thomas 1. ſentent. loco citato. Quintò, pro eſſe entis ſubſtantialis completi, quod non eſt in alio, vt pars in toto, aut forma in ſubiecto. Ita Scotus in Quodlibet. 4. art. ſecundò. Sextò, & vltimo pro eſſe per ſe incommmunicabiliter; quo pacto ſola ſuppoſita ſingularia ſubſiſtere dicuntur. In hac eadem acceptione frequentiſſimè vſurpatur ſubſiſtentia, præſertim à Recentioribus, pro illo modo ſubſtantiali, qui eſt formalis cauſa per ſe incommunicabiliter ſubſiſtẽdi: dictæ priores acceptiones vulgares ſunt, & noſtro inſtituto parum conuenientes; poſteriores philoſophicæ; ex illis quinta inſeruit propoſitæ deſcriptioni; quia omnis ſubſtantia prædicamentalis exiſtit per ſe, vt quoddam totum conſtitutũ ex natura, & perſonalitate, cuius proprium eſt illo modo ſubſiſtere; quibus poſitis perſpicua eſt deſcriptionis interpretatio; idem enim eſt dicere ſubſtantia eſt ens per ſe ſubſiſtens, ac ens, cui conuenit exiſtere independenter, non modò à ſubiecto inhæſionis, ſed etiã à ſubiecto informationis, & à toto, cuius ſit pars.

Obiecta cõtra traditam doctrinam.

Contra hanc deſcriptionem multa obijci poſſent, quæ lõgiorem explicationem ſubſtantiæ deſiderant, quam hic locus patiatur; hæc tamen omittenda non ſunt. Primum, ſubſiſtere eſt proprium ſuppoſitorum; at ſubſtantia genus ſummum, & omnes ſecundæ non ſunt ſuppoſita; ergò propoſita deſcriptio in eas non quadrat. Maior eſt clara; quoniam ſubſiſtere eſt independenter omninò exiſtere; ſed nihil eſt omninò independens, niſi ſuppoſitum; nam communes naturæ egent ſingularium exiſtentia, vt ſint. Minor probatur ex definitione ſuppoſitis à Theologis receptatum apud Magiſtrum in 3. diſt. 2. tum apud Diuum Thomam 3. par. quæſt. 2. artic. 5. Suppoſitum eſt ſubſtantia completa incommunicabilis, quod ſecũdis ſubſtantijs in primis repugnat, cũ ſint genera, & ſpecies primarum. Secundum, ei, quod per ſe ſubſiſtit; repugnat exiſtere in alio; ſed ſubſtantia communis exiſtit in ſingularibus; ergo non ſubſiſtit per ſe; & confirmatur ex Ariſtotele 7. Metaphy. tex. 35. vbi ait, nullum commune eſſe ſubſtantiam; eò quòd per ſe non exiſtit, hoc eſt ſubſiſtit. Tertium anima rationalis non eſt ſubſtantia prædicamentalis ob ſui incompletionem; at ſubſiſtit per ſe, tum in corpore, tum ab illo ſeparata; ergò ſubſiſtere non eſt effectus proprius, & peculiaris ſubſtantiæ prædicamentalis. Quartum; non datur ſuppoſitum, ſeu ſuppoſitalitas in communi (vt ſic loquamur): ergò ſubſtãtia cõmunis non poteſt eſſe immediatè cõſtituta ex natura, & ſuppoſito: conſequentia eſt euidens; antecedẽs inde probatur, quia ſuppoſitum eſt ratio, cur natura ſit incõmunicabilis; ergo ipſum non poteſt eſſe communicabile; at ſi daretur ſuppoſitum commune, illud neceſſariò communicaretur inferioribus; ergo nullum eſt commune ſuppoſitũ: accepimus in his rationib. & ſæpè alibi ſuppoſitum pro eo modo, ex quo cũ natura ſuppoſitũ proprie dictũ cõſtituitur.

Magiſter. D. Thom. Quid ſit ſuppoſitũ. Secunda. Arift. Tertia. Quarta.

Prima obiectio.

Vt hæc diſſoluantur, aduertendũ eſt, duobus modis conuenire poſſe ſubſtantiæ per ſe ſubſiſtere. Primò, quia p. ſe immediate participat ſubſiſtentia, & per illam in actu exercito eſt independens à quolibet. Secundo, quia eſt id, cuius naturæ primò conuenit ſubſiſtentia, licet eam per ſe immediatè non recipiat, ſed per ſua inferiora; priori modo ſubſiſtunt ſingulares ſubſtantiæ cõpletæ. Cũ n. actualis coniunctio ſubſiſtentiæ cũ natura, (quã ſupponimus eſſe modũ ab ipſa natura diſtinctũ) fiat mediante exiſtentia contingenter con-

Duob⁹ modis conuenit ſubſtãtiæ per ſe ſubſiſtere.

Quomodo ſubſiſtant ſingulares ſubſtantiæ cõpletæ.

conueniente; & quæ contingenter accidunt, primò adhæreant singularibus, & ratione illorum naturæ communi, fit necessariò, vt subsistentia secundum realem coniunctionem, seu in actu exercito, vt vocant, prius afficiat substantiam singularem; at secundum conuenientiam, & in actu signato, quæ erat secunda subsistêtiæ participatio, prius conuenit subsistere naturis communibus, & earum beneficio descendit in singulares; quemadmodum dicere consueuimus, quantitates singulares habere partes, extra partes in actu exercito; quantitatem verò communem eisdem prius sibi vendicare in actu signato, quatenus est radix, ac principium habendi partes; idcirco enim singulares quantitates eiusmodi partibus constant, quia rationem quantitatis participant. Iisdem penè verbis hoc docuit S. Tho. 1.par.quæst.29. artic.2. & attribuit Boetio in principio libri de duabus naturis, vbi Boetius asserit, genera, & species subsistere, in quantum indiuiduis aliquibus competit subsistere, ex eo, quòd sunt sub generibus, & speciebus in prædicamento substantiæ comprehensis; idem manifestiùs tradit in 1.distinct.23.quæstion.1.artic.1. ad secundum, & distin 26.quæst.2.artic.1.ad quartum, quibus locis, ait, subsistentiam propriè, & prius esse in generibus, & speciebus, quam in indiuiduis; quâuis secundo loco addat, hoc esse secundum Boetium.

D.Tho. Boetius.

Respõdétur primæ obiectioni

His præmissis, ad primam obiectionem, concessa maiori, distinguenda est minor; si enim velit, naturas communes nõ esse suppositа, siue subsistentia in actu exercito, concedenda est, in quo sensu verum est, illis non conuenire subsistere, vt dicit existere absque omni dependentia & communicabilitate; negandа verò, si contendat, nullo modo esse suppositа. cum ostêderimus, in actu signato prius subsistere, quã singularia: ad probationem eiusdem minoris respondemus, in illa definitione negari communicationem realem, seu à parte rei; eam autem, quæ est inter naturam communem, & sua inferiora per intellectum fieri. Certè D.Thomas 1.par.quæst.29. artic.1. ad primum supponere videtur, hanc communicabilitatem non derogare suppositо; cum asserit, rationem personæ esse aliquid cõmune singularibus personis; vt tamen explicemus, quæ sit communicatio, quam suppositi definitio excludit, aduerte, aliquam rem quatuor modis alteri communicari posse. Primò, vt superius inferiori. Secundò, vt subiectum formæ. Tertiò, vt pars toti. Quartò, vt forma subiecto. Quando asseritur, suppositum esse incommunicabile, non intelligitur primo, nec secundo modo; non primo, quia, vt diximus, suppositum commune includitur in singulari; non secundo, quoniam ipsis oculis cernimus, suppositа creata multis formis accidentalibus se communicare; sed intelligendum est tertio, & quarto, vnde nec anima rationalis, nec dimidietas aquæ, licet per se subsistãt, suppositа simpliciter sunt, quoniam hæc est pars totius aquæ, illa & est pars totius hominis, & formа corporis.

D.Tho.

Quatuor modis aliquid alteri cõmunicari põt.

Ad secundum respondendum est, ei, quod subsistit per se in actu exercito, repugnare esse in alio, non verò illi, quod per se subsistit in actu signato: Caiet.3.par.q.4.ar.2. putat, negari posse, substantiam communem existere in alio, vel per aliud, eò quod subsistat per suum inferius, quod est proprius illius terminus. Quemadmodum, inquit, quantitas per se terminari dicitur, quando indiuisibilia se realiter distincto terminatur, quia est proprius eius terminus; cum ergo suppositum singulare sit proprius terminus, & vltimum fundamentum superiorum, improprie dicentur hęc in alio existere, cum in suo singulari subsistãt. Prior tamen responsio expeditior est. Ad confirmationẽ dicimus: Philosophum eo loco differere contra Platonem, solumque negare, substãtias communes subsistere in actu exer-

Secundæ.

Caiet.

exercito à singularibus separata, vt Plato contendebat. Ad tertium ex dictis patet, animam rationalẽ ideò non subsistere per se more substantiæ prædicamentalis, quia est in toto, veluti eius pars, & actus materiæ: supponimus verò, seruare ibidem suam subsistentiam incompletam, quâ habet extra corpus: quidquid velit Caiet. de cuius sententia alibi dicendum est. Quarta obiectio abundè soluta erat ex respõsione ad primam, sed propter quorũdam Recentiorum sententiam, & Veterum locutionem iterũ tractanda est. Existimant igitur aliqui, substantiarum singularium nomina, siue propria, vt Socrates, Plato, siue appellativa, vt hic homo, hic Angelus, significare primò, & formaliter constitutum ex natura, & modo suppositi, seu personalitate: nomina verò substantiarum communium formaliter significare solam naturam: de connotato autem, & secundariò indicare supposita singularia, in quibus natura existit, & cõcrescit; quod significasse videtur D. Thomas cap. 3. de Ente, & Essentia, vbi ait, hominem implicitè includere rationes constituentes individua humana. Præcipuam huius sententiæ rationem assignant eam, quæ tangitur in quarto argumento: credunt enim, singulos modos substantiarum singularium esse primò diuersos inter se, quemadmodum differẽtiæ earundem substantiarum, quas, vt ipsi credunt, consequuntur. Quare non licet sumere modum suppositi in communi, cum quo substantia vniuersalis componere queat commune suppositum, vnde apud antiquiores Philosophos inauditum est suppositum commune.

Caiet.

Quartæ.

Refellitur quorundã Recentiorum, ac veterum locutio.

D. Tho.

Verum, quidquid sit de significatione concretorum substantialium, an formaliter includat solam naturam, & denotent modum, vel æquè primò vtrumque significent, quod multò probabilius videtur; illa distinctio inter nomen commune, & singulare non est admittenda; sed qua ratione vnum significat suppositum, eadem significare aliud. Cuius sententiæ videtur esse D. Damas. li. 3. de Fid. c. 4. cum asserit; quemadmodum hoc nomen, Deus, significat eum, qui habet diuinam naturam: sic hoc nomen, homo, significat eum, qui habet naturam humanam: ratio verò est, quoniam non magis repugnat concipere, & significare naturam humanam incommuni, quam modum suppositi in communi: cur enim non abstrahamus ab omnibus modis particularium substantiarum vnum conceptum suppositi humani in communi, vt ex illo, & conceptu naturæ cõstituamus commune suppositum; quod per vocabulũ homo significetur, quod enim sumunt Aduersarij, illos modos esse primò diuersos, & sequi differentias individuales, nullam habet probabilitatem, cum perfectam inter se habeant similitudinem, & differentia singularis nullam peculiarem vendicet proprietatem, vt apud Porphyrium ostendimus; vnde nouum argumentum sumi potest ad horum sententiam euertendam, & confutandam nostram. Quotiescũq. aliquod prædicatum æqualiter sequitur omnia individua alicuius speciei, vel omnes species alicuius generis, oritur ex aliquo principio omnibus communi; sed suppositum humanum æqualiter comitatur omnia illius individua; ergò nascitur ex aliquo principio illis omnibus communi; id verò est natura hominis, quæ cum sit vniuoca, effectum vniuocum germinabit. Quod si Veteres Philosophi communis suppositi nõ meminerunt, est, quia loquebantur de ijs, quæ in re ipsa existunt, & ab alijs distinguuntur, cuiusmodi sunt sola singularia. Hinc patet ad quartam obiectionem, negandum esse, non dari suppositum commune. Ad probationem dicendum, modum suppositi non esse rationem incommunicabilitatis Metaphys. qua propter non esse mirum, si ipse Metaph. distribuatur.

D. Dam. l. de Fid. c. 4

Proponitur nouũ argumẽtũ in veræ sẽtentiæ cõfirmationem.

Distinctio inter nomẽ cõmune, & singulare nõ est recipienda.

ARTI-

ARTICVLVS II.

QVODNAM SIT GENVS SVMMVM huius prædicamenti.

Variæ hac de re sententiæ.

TAmetsi accurrata perfrutatio omnium substantiarum, quæ in hoc prædicamento collocantur, Metaphysica sit, breuis tamen earum enumeratio, atque explicatio Dialectico est omninò necessaria. Quatuor ergò sunt in re præsenti sententiæ; prima est, genus summum esse substantiam completam communissimè sumptâ, vt comprehendit creatam & increatam: hanc defundunt

1. sentent.

Greg. Gab. Holcot. Maior. Bacchon. Marſ. Aphrodi. Boetius. Aug. Damasc.

præsertim Nominales, Greg. in 1. dist. 8. q. 3. ar. 2. Gabriel ibidem. Holcot. quæst. 6. Maior, q. 1. Bacchonus d. 9. quæst. 1. Marsil. quæst. 12. videtur esse Aphrodisæi 3. Topico. cap. 1. occasionem sic opinandi dederunt Boetius de Trinitate, Aug. 1. de Trinitate, cap. 8. & sequentibus, dum asserũt duo prædicamenta, substantiam, scilicet, & relationem in Deo locum habere, & D. Damasc. in libro de decretis primæ institutionis, cap. 7. docens, Deum sub genere summo substantiæ contineri. Probatur primò hæc sententia. Quia ratio substantiæ cũ omni proprietate dicitur de Deo. Secundò, quia, si quid obstaret, esset Dei simplicitas, cui repugnaret compositio ex genere, & differentia: at hæc, cum fiat per rationem, nihil affert imperfectionis, præsertim cum similis sit in ipso Deo constitutio ex essentia, & attributis, in personis verò ex natura, & relatione: ergo, &cet.

3. ratio p. hac sent.

2. sent.

Auerr. Ioa. Gãd. Niphus. Ang. Mer. Zimara.

Secunda sententia extrema asserit, substantiæ genus summum esse Substãtiam corruptibilem, est Auerrois apud Porphyr. cap. de specie, & lib. 10. Metaphy. cap. vltimo, commento. 26. Ioann. Gandau. ibidem, quæst. 22. Niph. disput. 9. Ang. Mercenarij tom. 1. dilucidat. 1. Zimaræ Theorem. 62. & aliorum. Præcipuum horum Autorum fundamentum est locus Aristotelis ex 10. lib. Metaph. c. vlt. vbi ait corruptibile & incorruptibile differre genere; quæ cum genere differunt, in prædicamento non conueniunt.

Fũdamẽtũ huius sententiæ.

Tertia opinio est Alberti Magni in prędicamentis c. 2. Aegidij Quodlibet. 1. q. 8. Durand. in 2. dist. 3. q. 1. Marsi. in 2. q. 2. afferentium, substantiam corpoream esse genus suprem ũ huius prædicamenti: intelligentias verò incorporeas sub illo minimè contineri. Hæc præter locum Aristotelis proximè citatum habet alium in 8. Metaph. text. 16. vbi Philosophus appellat substantias separatas puros actus, vnde elicitur prima ratio. Quæ sunt infra genus summum alicuius prædicamenti, necessariò componitur ex genere, & differentia: sed purus actus omnem respuit compositionem; ergo intelligentiæ sub prædicamento substantiæ collocari non possunt; & confirmatur; quia auctore D. Thoma, 1. p. q. 50. art. 2. genus delumitur ex materia, & differentia ex forma; in intelligentijs non est materia, & forma: ergo nec genus, & differentia. Secunda: corpus est genus metaphysicè simplex, id est, ex genere, & differentia minimè compositum; ergo est supremum genus; consequentia est optima, quia in prædicamento sola suprema genera non componuntur; antecedens probatur; quia in corpore nihil est, præter materiam, & formam, ex quibus ipsum adæquatè cõponitur; ergo non reperiuntur in eo genus, & differentia a corpore diuersa. Tertia, idem gradus non potest esse essentialiter compositus ex materia & forma, & incompositus; sed substantia in corpore essentialiter coalescit ex illis partibus; ergò nequit in spiritu eadem absque compositione esse.

3. sentẽt. Alb. Aegid. Durand. Marſ.

Confirm.

Probat. 2.

Probat. 3.

4. & veræ sententia.

Amplectenda nihilominus est quarta sententia, quæ statuit, summũ genus esse substantiam completam, & finitam, communem corruptibili, & incorruptibili, corporali, & spirituali. Ita docent hodie pene omnes Recentiorum scholæ, deducuntq. ex antiquioribus; nam Arist. 5. Metaph. c. 8. inter substantias huius prædicamẽti numerat omnia corpora, & quæ-

Arist.

monia,

monia, quæ constat esse incorruptibilia, & lib. 8. text. 1. collocat in hoc prædicamento quasdam substantias non omnibus notas; intelligit verò separatas, vt colligere licet ex libro sexto text. 2. idem tradit multis alijs locis, quorum vi, fatetur Plotin. Aeneade 6. li. 1. Aristotelem arbitratum fuisse, Angelos esse in prædicamento substantiæ, quod à fortiori dixerit de corpore incorruptibili; Idem Aristoteli attribuunt Themistius initio tertij Physicor. Simpl. hoc loco, qui in eadem est sententia c. 4. præcedenti, Porph. c. de specie; ibidem Ammonius: accedit Alex. 5. Metaph. text. 33. D. Thom. lib. 10. lect. 12. & opusc. 42. cap. 6. & 7. & alij: quamuis nonnulli Thomistæ explicent D. Thom. de genere logico, non physico, quorum sententia alibi est discutienda.

Plotin. Themist. Simplic. Porph. Ammon. Alens. D. Thom.

Probatur vnica ratione.

Suadetur hæc opinio vnica ratione: substantia finita, & complera eadem omninò ratione participatur ab omnibus substantijs corporeis, & incorporeis, mortalibus, & immortalibus; ergò substantia est omnium commune genus; antecedens nō potest melius ostendi, quàm dissolutis omnibus incommodis, quæ afferuntur; nam in re ipsa nulla potest assignari ratio æquiuocationis, aut analogiæ in ratione subsistendi per se.

Confirm.

Et confirmatur aliorum generum similitudine: inter qualitates enim, & actiones aliæ sunt corporales, aliæ spirituales, quędam incorruptibiles, & supernaturales, aliæ naturales, & corruptibiles; omnes tamen vniuocè conueniunt in communi ratione qualitatis, imò in hoc ipso prædicamento homo, & brutum sub eodem genere coercentur, cum hominis forma incorporea, immortalisque sit, bruti verò anima corpori, corruptionique obnoxia; ergo mirum non est, si substantia vniuocè omnibus conueniat. Cur in hac sententia addantur illæ conditiones, finita & cōpleta, quarum prima reijcimus Deum Optimum Maximum, secūda partes substantiarum, in proxima quæstione dictum est.

Ad primum argumentum primæ sententiæ dicendum est, aut substantiam non dici propriè de Deo, sed abusiuè, vt docet Diuus Aug. 7 de Trinitate, capite quinto, aut sumendam esse substantiam analogicam, & prædicamentali superiorem, & hoc modo locutū fuisse Boetium, vt loqui etiam videtur Dionysius, cap. 2. de diuinis nominibus, cum ait, Deū esse supra substantiam. Idem omninò dicendum est de prædicamento relationis: relatio enim prædicamētalis, cum sit accidens, falsò affirmaretur de Deo; at relatio in communi verissimè, & formaliter de illo prædicatur. Ad secundum, negandum est, totam repugnantiam prouenire ex simplicitate diuina; præcipua enim oritur ex infinitate, cū qua stare nō potest Metaphysica compositio, vt proxima quæstione visum est; ex singularitate quoque diuinæ naturę euidens sumitur argumentum; nam omne singulare vniuocè contentum sub aliquo communi habere potest alia similia in natura; at possibiles esse plures Deos naturæ lumen refragatur.

Dissoluitur aliarū opinionū rationes.

D. Aug. Dionys. Boetius.

Respondetur ad 1. argum. 1. sententiæ.

Ad 2. arg.

Ad locum Aristotelis pro secunda sententia propositum responderi potest, primò, nomine generis intelligi speciem; argumentatur enim Philosophus contra Platonem, atque, vt illius ideas euertat, sic ratiocinatur: Contraria differunt specie; sed corruptibile, & incorruptibile sunt contraria; ergo differunt genere; ergo homines singulares non possunt esse eiusdem speciei cum ipsorum idea, cum hæc sit incorruptibilis, illi corruptioni succumbant; vbi, ne fit cauillum in argumento, per genus speciem intelligit: verum, quia subdit, magis distare ea, quæ differunt genere, quā quæ specie. D. Thom. eodem loco, Alensis, & aliquot Interpretes nomine generis non intelligunt genus prædicabile, sed genus subiectum, seu physicum, hoc est, materiam primam, penes quam necesse est, corruptibile, & incorruptibile differāt: significari autē ab Aristotele nomine

Explicat Arist. pro 2. sent. adductus.

D. Tho. Alensis.

generis

generis materiam primã, & constat ex primo posteriorum, text. 19. & 4. Metaph. tex. 2. & lib. 5. tex. 23. & deprehenditur ex eodem loco, neq; inconcludit, corruptibile, & incorruptibile differre genere ex eo solum, quòd sint contraria, sed quia alterum includit potentiam subiectam priuationi, alterum nõ, cum autem subiectum priuationis sit materia, rectè inferetur, quę secundum potentiã ad priuationem differunt, subiecto distingui. Quare nullo modo negat, corruptibile, & incorruptibile in eodẽ prædicamẽto collocari.

Diluũtur argumẽta 3. sententiæ.

Ad argumenta pro tertia opinione respondemus, in primis Aristotelem solũ excludere ab intelligentijs potentialitatem materiæ primę, non autem generis, quæ est communior Interpretum expositio: vnde

Ad 1. arg. resp̃sio.

ad primam rationem, quę eodem loco nitebatur, negandum est, intelligentiam ita abhorrere à potentia, vt nullam admittat cõpositionem. Ad confirmationem dices, D. Tho. voluisse exprimere similitudinem inuentam inter genus, & materiam ex vna parte, & formam ac differẽtiam ex alia, non verò genus re vera sumi ex sola materia, & differentiam ex sola forma. Est enim id perspicue falsum, cum vltima saltem differentia cuiuslibet singularis æqualiter sumatur ex materia, & forma: non minus n. differt materia Socratis à materia Platonis, quã vnius anima ab anima alterius; ergo ab vtraque desumi potest, & debet differẽtia, vt perfecta sit animal quam, cum includat animam sensitiuam, & multarum operationum principium sit, ex sola materia deriuari non potest.

Resp̃sio Ad 2. arg.

Ad secundam, negatur antecedens ad illius probationem, cõcedendum est, nullas alias partes physicas esse in corpore, præter materiam, & formam: sin illis tamẽ inueniri ab intellectu fundamentum conuenientiæ inter corpus, & spiritum, in eo, quod vtrumque subsistat, & differentiæ, quatenus vnum est compositum, & corporeum, aliud physicè simplex, & incorporeum; & in illo constituimus, rationem substantię generis sumi, in hoc rationem differentiæ. Neque enim nos in eam sententiam inclinamus, quæ actualem distinctionem inter hos gradus agnoscit, & ab hoc argumento nunquam se expedit, vt in Metaphysica patebit.

Resp̃sio Ad 3. arg.

Ad tertiam, distinguenda est maior propositio; aut enim per componi essentialiter ex partibus, intelligit inclusionem earũdem partium, ita vt essentialiter componi non dicatur, nisi id, quod partes in essentia includit, vel intelligit compositionem, aut per inclusionem, aut per identitatem in priori sensu concessa maiori, neganda est minor; neque enim substantia in corporeis componitur ex materia, & forma, vt eas in sua ratione includat, licet rectè dicatur ex illis secundum essentiam componi, quatenus actu est idem cũ corpore, quod essentialiter ex eisdẽ constat, ealque includit. In posteriori sensu negada est maior: nam idem gradus per diuersas sui partes identitatem habere potest cum corpore, & cum spiritu, & in vno re ipsa compositus esse, in alio simplex existere.

QVÆSTIO II.

VTRVM SVBSTANTIA recte dividatur ab Aristotele in primam, & secundam.

ARTICVLVS I.

ALIORVM DE PROPOSITA diuisione sententia improbatur.

Celebriores hac de re opiniones.

Prima Ammon.

VIx enumeres, quot prolatæ sint in re tam leui sententiæ; quinque celebriores exstitere. Prima est Ammonij, ad hunc locum negantis, vllam fieri in præsenti diuisionem, sed quandam enumerationem eorum, quæ sunt in prædicamento Substantiæ,

stantiæ, quasi ita numeret Philosophus substantias in prædicamento existentes, vt quis recensere solet gymnasij auditores. Ad hanc sententiam adducei potest idem hic autor, & qui eum sequuntur ea ratione, quod superius, & inferius conuenire non possint in aliquo tertio, quod in ipsis diuidatur; nam superius continetur in essentia inferioris; ergo si quid esset, in quo ambo conuenirēt, illud bis esset in inferiori, semel ratione ipsius inferioris, & iterum ratione cōmunis in eo inclusi; itemq; superius semel atq; iterum in tertio conueniret, videlicet ratione sui, & ratione inferioris, in quo est.

1. opinionis fundamentum.

2. Opinio. Tartar.

Secunda sententia extremè contraria est, diuisionem esse vniuocam. Defenditur a Tartareto hoc capite, & probatur, quia membra diuidentia sunt secundæ intentiones, scilicet, relationes substantiæ prædicamentalis; sed hæ æqualiter participāt relationē communē substantię prędicamentalis: ergo diuisio est vniuoca.

3. Opinio. Sotus. Burlæus.

Tertia sententia Soti, & Burlęi hoc loco asserit, diuisionem esse subiecti in accidentia rationis; idem quippè est, substantiam diuidi in primam & secundam, atq; in subiectum, & prędicatum; credunt nimirum, primam substantiam significare subiectum, & secundam prædicatum, quod suadere videntur earum definitiones à Philosopho subiectæ. Prima enim definitur, quæ non est in allo, nec de illo prædicatur, quæ sunt conditiones subiecti: secūda verò id, sub quo est prima, id est, prædicatū respectu primæ. Huic affinis est opinio Louanien. existimantium, diuidi substantiam in vniuersalem, & particularē, quatenus hæ etiam dicunt secundas intentiones; aliquantulum tamen variant in forma diuisionis, quia iudicant, esse accidētia, videlicet, quia diuiditur substantia prædicamentalis in primam, & secundam.

Louan. sententia.

4. Opinio.

Quarta sententia grauium Recentiorum est, fieri diuisionē cuiusdam compositi per accidens in composita etiam accidentaria: distribuitur enim hoc totum, substantia prędicamentalis, quod est complexum ex substantia, & octo illis conditionibus, in substantiam prædicamentalem singularem, & in substantiam prędicamentalem vniuersalem.

5. Opinio.

Quinta constituit pro diuiso essentiam substantiæ completæ; pro membris verò diuidentibus substantias singulares, & vniuersales; non quatenus singulare dicit relationem subijcibilis, vel particularis, & vniuersale relationem communis, aut prædicabilis; sed prout singularis substantia dicit, vel statum vltimæ contractionis, vel constitutum ex natura communi, & differentia singulari; substantia verò vniuersalis dicit statum præcisionis, vel essentiā substantiæ, quæ est præcisa à singularibus. Huius fundamētum esse potest, quia Philosophus diuidit hoc loco rem, quæ constituit prædicamentum, non aliquam eius affectionem, aut proprietatem, quæ ad hoc prædicamentum non spectat: sed ceteræ omnes diuisiones procedūt per conditiones accidentarias: hæc verò fit secundum ipsam essentiam substantiæ. Et cōfirmatur, quia nomen substantiæ, sub quo diuisio exhibetur, etsi à substantia proprietatibus deriuatū fit, vt mox dicemus, significat tamen ipsam essentiam substantiæ, vt inter Philosophos receptum est: ergo diuisio fit secundum essentiam substantiæ.

Fundamētum huius opinionis

Confirmatur.

Ferè omnes hæ sententię, si absolutè considerentur, probabiles sunt, & facilè defendi possunt; verū, si accommodandę sint ad mentem Arist. quod omninò præstare oportet, non difficile conuincuntur, vel hoc vno principio. Arist. ita diuisit substātiā, in primam, & secundam, vt vtrumq; membrum participet ratione diuisi: comparat. n. deinde primā, & secundam substantiā secūdum eam rationem substātię, quę diuisa fuerat. Cōparatio autem non fit, nisi in forma, quam participant ea, quæ inter se cōferuntur. Præterea addit, primam substantiam esse magis substantiam, quam secundam, quod, licet accipiendū non sit in toto rigore, prout magis,

Refelluntur propositæ sentētiæ.

Prima.

magis, & minus dicitur de ijs, quæ intenduntur, & remittuntur, est tamen verificandum secundum aliquã proportionem. Ex quibus apparet, propositas sententias à mente Philosophi esse alienas. Nam prima, quæ negat diuisionem ex comparatione inter primam, & secundam substantiam facta, improbatur, si rectè diximus, comparationem non fieri, nisi, quando duo aliquid commune participant.

Aliarum quatuor refutatio.

Aliæ quattuor inde arguuntur, quod secundum illas, aut nullo modo, aut falso dicitur prima substantia esse magis substantia, quam secundas. Enimuerò si diuisio est vniuoca, vt asserebat secunda sententia, æquè participatur diuisum ab vtroque membro, quidquid illud sit. Eadem impugnatione corruunt tertia, & quarta sententia. Falsum enim est, primam substantiam esse magis subiectum, vt volebat Sot. vel magis particulare, vt Louanienses exponebant, quam secundam prædicabilem, vel vniuersalem; item prima non est magis prædicamentalis, quã secunda, cum vtraque omnes conditiones secundum proprietatem participet. Mitto in tertia sententia, incptè fieri comparationẽ inter prædicatum, & subiectum, particulare, & vniuersale, cum hęc in nulla communi ratione conueniant, quæ ad præsens faciat institutum. In quinta denique sententia idem est incommodum, siquidem essentia substantiæ non est perfectior in vna, quam in alia, quod aliqua dicatur magis substantia: quia prior est in eius ratione participanda; vniuersalis substantia merebitur nomen primæ; est enim prior singulari illo modo, quo ab ea differt.

Respõdetur ad fundamẽtum primæ opinionis.

Omnibus harum opinionum fundamentis in confirmanda nostra sententia cumulatè satisfiet. Interim ad fundamentum primæ respondetur, superius, & inferius non posse conuenire in aliquo tertio essentiali, & vniuoco; at in prædicato accidentario, vel analogico, cuiusmodi est illud, sub quo fit diuisio, ostendemus, nullum esse incommodum. Secunda, tertia, & quarta, cum probant, diuisionem fieri secundum aliqua accidentia rationis, procedunt ex falso fundamento: diuisit enim Aristoteles rem prædicamentalem secundum id, quod ei per se, & realiter conuenit. Quod si in definitionibus primę, & secundæ substantiæ commemorat aliquas affectiones rationis, aut negatiuas, vel quę pertinere videantur ad rationem prædicati, & subiecti, eas affert tanquam conditiones fundamenti, quod definitur. Ad argumentum quintæ opinionis negandũ est, oportere diuisionem fieri secundum essentiam. Nam eo pacto non esset peculiaris, huic prædicamento: omnia enim diuidi possunt, quò ad essentiam, in particularia, & vniuersalia; vt ergò sit huius prædicamenti propria, debet perfici in aliqua affectione, quæ talem partitionem deposcat, quam sequenti articulo aperiemus.

Respõdetur ad rationes. 2. 3. & 4. opinionis.

Satis fit 5. Opinionis fundamento.

ARTICVLVS II.

VERA SENTENTIA EXPLICATVR, & defenditur.

AD propositæ diuisionis, iuxta mentem Philosophi, expositionem aduertendum est, vocabulum substãtiæ impositum fuisse huic prædicamento ex duplici illius affectione substitẽdi, nimirum in se, & substandi alijs, vt annotauit Diuus Isidorus in libro Etymologiarum. Nã libro secundo, cap. 26. ait, substantiam dici, quæ subsitat alijs, quam vocabuli Etymologiam tradiderat Aristoteles 5. Metaphysic. capit. 8. vbi sic loquitur. Hæc autem omnia ex eo dicuntur substantiæ, quod non de subiecto dicuntur, sed de eis cetera; libro verò primo, capitul. 4. inquit Isidorus: Substantia est id, quod in se propria virtute subsistit. Id clarè explicat Ariminensis in 4. dist. 1. quæst. 3. articu. 2. ad primum. Discrimen verò inter verbum substandi, & subsistendi, quamuis aliquãdo pro eodem accipiantur, illud est, quod

Quid signifiçet hoc nomẽ substantia,

D. Isid.

Aristot.

Arimin.

Discrimẽ inter verbum substandi, & subsistẽdi.

quod ſubſtare, ſit alijs tanquam fulcimentum ſubeſſe; ſubſiſtere vero eſt perfectè, & independenter à quolibet ſubſtante exiſtere; quæ duo, vt ex ſuperioribus patere poteſt, in ſubſtantia concurrunt, ita affecta ſunt, vt ſecundum ſe prior ſit modus ſubſiſtendi, quam ſubſtandi; ex eo enim ſubſtantia reliqua ſuſtentare poteſt, quia habet eſſe per ſe, tanquam vltimum ſubiectum; quò ad nos verò magis notum eſt munus ſuſtentandi, quam ſubſiſtendi; manu ducimur. n. ex accidentibus ad ſubiectum. Et idcircò Ariſtoteles, tum in quinto Metaphyſicorum, tum hoc loco pluris fecit deriuationem à munere ſuſtentandi, quam ab alio.

1. Cõcluſio. His prænotatis ſit prima concluſio. Propoſita diuiſio eſt adæquata. Recipitur ab omnibus, & probatur; quoniam in qualibet Categoria ſunt ſuprema genera, ſpecies intermediæ, indiuidua, vt in cap. de ſpecie Porphyr. Porphyrius tradidit: ſed nomine ſecundæ ſubſtantiæ complexus eſt Ariſtoteles omnia genera & ſpecies, nomine autem primæ, indiuidua; adæquat ergo membra diuiſionis totum diuiſum.

Secunda concluſio. Secunda concluſio. Hæc diuiſio ſit ſecundum rationem ſubſiſtendi per ſe, & ſubſtandi alijs. Quò ad vtramque conditionem inſinuatur concluſio ab Ariſtotele in hoc capite, Ariſtot. quò ad primam in textu 5. vbi commune eſſe ait vtriq. diuiſionis membro, in alio non eſſe. hoc eſt, ſubſiſtere, quò ad poſteriorem in tota præcedente cap. par. 3. à Boetio verò in Boet. libro primo de duabus naturis paulò poſt initium, Diuo Thoma, quæſtione 9. de potentia, artic. 2. ad ſex- D. Thom. tum. Caietan. hoc loco traditur, quò Caietan. ad primam conditionem quò ad vtramque ab Alberto Magno, tractatu Alb. Mag. 2. cap. 2.

Probat 1. 2. concl. Probatur primò ſecunda concluſio, quia Ariſtoteles ſecũdum vtrãq. conditionem comparat primam, & ſecundam ſubſtantiam.

Secundò. Secundò, quia vtraque eſt propria ſubſtantiæ prædicamẽtalis, vt differt à ceteris prædicamẽtis, & eſt affectio realis accidentaria; vnde tollitur illud incommodum, quod prima ſententia obijciebat; ſuperiora & inferiora non poſſe conuenire in aliquo tertio, nam ſi illud ſit extra eſſentiam, nihil impedit.

Tertiò. Tertiò, quia ambæ hæ cõditiones reperiuntur in vtraque ſubſtãtia, & de prima quidem id docet expreſsè Boetius, loco proximè citato, & nos proxima quæſtione demõſtrauimus; de ſecunda multis oſtenditur ab Ariſtotele in contextu, vt ex commentario perſpicuum eſt: colligiturq. ex dicto Porphyrij in cap. de communitatibus: quęcunque dicũtur de ſingularibus, etſi ſint contingentia, de vniuerſalibus quoque affirmari. Ergo cum ſenſibus notum ſit, accidentia in primis ſubſtantijs ſuſtentari, & ſecundæ in primis contineantur, non eſt diffitendum, in illis quoque accidentia eſſe. Porphyr.

Vltimò. Denique ſecũdum has affectiones probè dictum eſt ab Ariſtotele, primam eſſe magis ſubſtantiam, quam ſecundam, quoniam illa ſubſiſtit in actu exercito, quæ eſt propria huius verbi ſignificatio, & immediatè, ac ratione ſui ſuſtinet accidentia; hæc ſubſiſtit in actu ſignato, & meritò primæ accidẽtibus ſubſternitur quò ad actualem ſuſtentationem; quod eſt minus propriè, ſeu minus perfectè ſubſtantiam eſſe.

3. Concl. Alb. Mag. D. Thom. Caietan. Scot. Iauellus. Flandr. Tertia concluſio. Propoſita diuiſio eſt analoga. Eſt Alberti Magni tract. 2. c. 3. D. Th. q. 9. de potẽtia, ar. 2. ad 6. Caieta. hoc loco. Scot. hic. q. 1. Iauelli 5. Metaphyſ. q. 7. Flandr. q. 8. art 2. & aliorum; probatio eſt euidens ex prima ratione. Id enim, quod prius conuenit vni, quam alteri, analogicè diſtribuitur; ſed ſubſiſtere, & ſubſtare, prius & magis quadrat in primam ſubſtantiã, quam in ſecundam; ergo diuiſio eſt ſecundum analogiam, eáque attributionis: cum prędictæ conditiones ſimpliciter, & abſolutè, hoc eſt, in actu exercito conueniant primæ ſubſtantiæ, & ratione illius in ſecundam dimanent. Verum rogabis, quodnam ſit diuiſum, ſubſiſtens ne & ſubſtans in commuti for-

Quæſitũ.

maliter ſumpta, an natura ſubſtantiæ? Reſpondetur, vtrumq. pari probabilitate dici poſſe; ſiue enim dicas ſubſiſtentiũ, vel ſubſtantium, aliud primò, aliud ſecundò ſubſiſtit & ſubſtat, ſiue ſubſtantiarum, aliæ primo ſubſiſtunt, & ſubſtant; aliç ſecundò; recte diuiſionem explicueris. Sed Boetius lib. citato de duabus naturis, Albertus, & Diuus Thomas proximè allegati poſteriori modo loquuntur, quæ eſt frequentior aliorum interpretatio, & meritò quidem: nam Ariſtotelis inſtitutum eſt, rem ipſam prædicamentalem diuidere, licet per conditiones extrinſecas. Præterea, cum plures ſint conditiones; ſi diuiſum eſſet formale eorum ſignificatum, duplex eſſet diuiſum, & diuiſio: demum ipſum ſubſiſtere, & ſubſtare nõ eſt multiplex, vt mox dicemus, ſed vnicum, quare non tam propriè diuidetur. Oppones, ſi diuiſum eſt ſubſtantia ſecundum eſſentiam in primum, & ſecundum ſubſiſtens, non eſt diuiſio analogi, ſed ſubiecti in accidentia. Reſpondetur, nullum eſſe incommodum, diuiſionem eſſe ſubiecti in accidentia, & eſſe analogicam; imò id, eſſe neceſſarium, quoties accidẽtia non æquè conueniunt partibus ſubiecti diuiſi, vt in præſenti cõtingere probatum eſt.

Reſpõſio. Boetius. Alb. Mag. D. Thom. Obijcies. Reſponde tur.

Quarta concluſio. Forma, penes quam fit diuiſio, nõ eſt analoga in ſe, ſed in modo, quo à ſubiectis participatur. Hãc etſi nullus exprimat, ſupponũt omnes, & facilè probatur. Subſiſtentia (& idem eſt de ſuſtentatione) æquè perfecta eſt in prima, atque ſecunda ſubſtantia, imò eadem numerò vtramque denominat; idem quippe modus, quo Plato ſubſiſtit, afficit & reddit ſubſiſtentem naturam humanàm in Platone incluſam, eamque verè, realiter, & intrinſecè denominat; ergò æqualiter perfecta eſt ratio ſubſiſtentiæ denominans vtramque ſubſtantiam: verum quia primò, & in actu exercito afficit primam ſubſtantiã, ſecundam verò aliquantò remotius, & dependenter à prima, idcircò dicimus, interuenire analogiã in modo participandi, non autem in forma participata. Dices, hac ratione proprietates etiam conuenire analogicè ſpeciebus, & indiuiduis; nam riſibilitas, etſi primò conueniat homini; & in actu ſignato illum denominet, nihilominus in actu exercito prius afficit Socratem, & illius interuentu hominem; ergò analogicè ab illis communicabitur. Concedenda eſt illatio: nam eſt ipſa noſtra concluſio de ſuſtentatione; quod ſi Auctores huius analogiæ non meminerunt, eſt, quia attendunt ad ſolam naturam prædicati, nihil curando modum prædicationis, quod tamen in præſenti negligendum non fuit, vbi erat ſermo de ipſa vi ſubſiſtendi, & ſubſtandi. Non meminimus ſuſtentationis prædicatorum ſuperiorum, quam Ariſtoteles in contextu ſæpius indicauit; quia non eſt propria ſubſtantiæ, cum inferioribus aliorum prædicamentorum accidentibus eodem modo conueniat.

4. Concl.

Superest vna, vel altera obiectio aduerſus diuiſionem. Prima ſit; cuiuſuis bonæ diuiſionis membra, & diſtincta eſſe oportet, & oppoſita, hęc neutrum habent; nam iuxta ſententiam D. Thomæ de Metaphyſicorum graduum identitate, ſecunda ſubſtantia non differt à prima, niſi per ordinem ad intellectum, cum diuiſio ſecundum proprietatem realẽ fiat; deinde prædicatur de prima; ergo non eſt illi oppoſita, hæc enim de ſe inuicem non prædicantur. Secunda; ſi diuiſum eſt ſubſtantia, vel eſt ſubſtantia in communi, vel aliqua alia: non prima, quia ſubſtantia in communi, eſt ſecunda ſubſtantia, quæ in primam diuidi non poteſt: alia, quæ ſit prædicamentalis, nuſquam eſt; ergò diuiſum non eſt ſubſtantia ſecundum eſſentiam accepta.

In quo ſenſu verũ ſit, proprietates analogicè ſpeciebus & indiuiduis cõuenire.

Obijcit 1. aduerſus ſuperiorẽ ſubſtantię diuiſionẽ.

Obijcit 2.

Ad primam obiectionem negandum eſt inter primam, & ſecundam ſubſtantiam non interuenire diſtinctionem, & oppoſitionẽ ſufficientes ad veram diuiſionẽ; & quod attinet ad diſtinctionem, ſatis eſt virtualis: diuiſio

Satisfit 1. obiectioni.

Digitized by Google

diuidimus enim ſpeciem in genus,& differentiam,& cauſalitatem agentis in actionem,& paſſionem,inter quæ non eſt maior diſtinctio quam virtualis. Cum igitur cõceptus obiectiuus naturæ communis ſit realis,licet ex natura rei non diſtinguatur à ſingulari, probè denominari poteſt à reali proprietate. Quod attinet ad oppoſitionem,dicimus,ſatis eſſe formalem inter membra diuiſionis,vt ſæpè notatum eſt, hanc autem in præſenti non deeſſe, quamuis enim ſecunda ſubſtantia materialiter ſumpta affirmetur de prima, nunquam tamen eſt verum dicere, primam ſubſtantiam

Satisfit 2. eſſe ſecundam. Ad ſecundam obiectionem dices,diuiſum non eſſe ſubſtantiam in communi,quãtumuis D.

D. Thom. Thomas illa quæſtione nona de potentia dicat,hanc diuiſionem eſſe generis per varias conditiones, ſed cõceptum quendam ſubſtantiæ, cui cõueniant prædicamentales conditiones, abſtractum à ſingulari & vniuerſali, qui poteſt appellari conceptus ſubſtantiæ abſolutus,& per varios modos determinatur ad ſingularem,& vniuerſalem ſubſtantiam. Dixi,eſſe abſolutum,vt remouerem dubium, quod offerri poterat in hunc modum. Ille conceptus non eſt ſubſtantiæ ſingularis; ergò eſt communis,atque adeo ſecundæ. Verum.conceptus abſolutus non ita excludit ſingularitatem,vt ſtatim conſtitutus in ſtatu præciſionis, ſed continet naturam ſecundum nudam eſſentiam, ſeu cum ſola vnitate formali, cui nec ſingularis,nec vniuerſalis vnitas repugnat, & per propoſitam diuiſionem ad illas determinatur, licet mediantibus illis conditionibus, ſecundum quas diuiſio perficitur.

ARTICVLVS III.

VTRVM PRIMA, ET SECVNDA ſubſtantia probè definiantur.

EXplicata diuiſione ſupereſt, vt membrorum diuidentium rationes examinemus,Prima ſubſtãtia definit id,quod non eſt in ſubiecto,nec de ſubiecto vllo dicitur. Secũda ſunt genera & ſpecies,in quib insũt primę. Aduerſus primam definitionem obijcitur primò; aut in ea definitur aliqua prima ſubſtantia, aut aliquid commune omnibus; non primum, cum nullius ſingularis ſubſtãtiæ natura in ea explicetur;non ſecundum, quoniam illud commune, vel eſſet vniuocum,vel analogum,vel aggregatum; non vniuocum, quia, quidquid eſt vniuocum in quid,reſpectu primarum ſubſtantiarum,eſt genus, vel ſpecies,atq; adeò non prima, ſed ſecunda ſubſtantia; non analogum, aut aggregatum, quia non fore ens prædicamentale. Secundò quidam homo,& alia indiuidua vaga sũt primæ ſubſtantiæ, eis tamen non competit definitio;ergo non eſt idonea. Maior habetur ex Ariſt.qui illud ipſum attulit in exemplum:minor probatur; quia quidam homo dicitur de multis, vt de ſubiectis. Tertiò,contra ſecundæ ſubſtantiæ definitionem [genera, & ſpecies exiſtunt in primis ſubſtantijs]quod Ariſtoteles docuit, indeque collegit, primis ſublatis omnia de medio tolli; ergò perperam dicitur in definitione primas ſubſtantias in ſecundis eſſe. Quartò, homo, qui eſt in Socrate factus ſingularis per accidens, eſt ſecũda ſubſtantia,at non eſt genus,vel ſpecies; ergò definitio ſecundę ſubſtantię eſt anguſta. Maior eſt clara, cum illa ſubſtantia includat omnes conditiones prædicamentales,& ſit communis, nec enim ſingularitatem includit. Minor probatur: quoniam ille homo non poteſt prædicari de pluribus, quam de Socrate, quod tamen erat neceſſarium, vt ſpecies eſſet. Quintò aduerſus vtramque ſimul definitionem, vt membra alicuius diuiſionis accommodatè definiantur, explicari debent ſecundum formam, quæ in illis multiplicatur; ſed prima, & ſecunda ſubſtantia hoc pacto non definiuntur; nam forma, penes quam diuiduntur, eſt ſubſiſtere, & ſubſtare, definitiones

Definitio primę ſubſtantiæ.

Definitio ſecundæ.

1. Obiectio contra 1. definitionem.

Quarta.

2. Obiectio.

3. Contra 2. definitionem.

5. Obiectio cõtra vtráq. definitionem.

Digitized by Google

nihilominus hoc non explicant; prima enim ſubſtantia definitur per duas negationes eſſendi, & prædicandi, ſecunda per relationem, vel aptitudinem generis, & ſpeciei, quæ nihil faciunt ad inſtitutum.

Vtraq. definitio p. bè ſe hẽt.

Dicendum nihilominus eſt cum communi Interpretum ſententia, vtramque definitionem probè traditam eſſe. Pro quarum breui explicatione primò recolendum eſt id, quod in prima vniuerſalium quæſtione fuſius diximus, moris eſſe apud Logicos, cum rem definiunt, non afferre prædicata illius eſſentialia, ſed quaſdam fundamenti conditiones, per quas definitum explicant, vt factum eſt in vniuerſalium definitione ſecundum probabilem ſententiam, & fit hoc loco; nam prima ſubſtantia ex proprio modo ſubſiſtendi, & ſubſtandi vendicat duas negationes, per quas deſcribitur: Secunda poſtulat relationem generis, aut ſpeciei, reſpectu primæ, quod ſignificauit Caietanus in commentario huius capitis; vnde colliges, definitiones eſſe deſcriptiuas.

Caietan.

Quot nominib. appellet ſubſtantia ſingularis p. dicamẽtalis.

Aduertendum ſecundò, ſubſtantiam ſingularem prædicamentalem octo nominibus appellari; indiuiduum, primam ſubſtantiam, hypoſtaſim, ſuppoſitum, rem naturæ, perſonam, ſubſiſtentiam, & hoc aliquid. Dicitur in primis indiuiduum autore

D. Thom.

Diuo Thoma, prima parte, quæſtio. 29 art. 1. quia, licet hoc vocabulum, quemadmodum particulare, & ſingulare, accidentibus tribuatur, ſpeciali ratione ſingularibus ſubſtantijs additur, fortaſſe, quia, vt ille opinatur, ſunt ratio indiuiduationis accidentium. Vocatur prima ſubſtantia, vt in actu exercito ſubſiſtit,

Ariſtot.

& omnibus ſubſtat, vt Ariſtoteles indicauit. Hypoſtaſis eadem ratione dicitur, vt eadem quæſtione

D. Thom.

artic. ſecundo, notat Diuus Thomas, licet ex Philoſophorum, ac Theologorum vſu hypoſtaſis ſolum tribuatur indiuiduis naturæ intellectualis, quo ſenſu idem prorſus eſt,

Boet.

quod perſona, quæ à Boetio definitur: Rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia. Præterea appellatur ſuppoſitum, quatenus ſubijcitur omnibus prædicatis ſuperioribus, vt notat D. Thomas in 3. diſt. 10. quæſt. 1. art. 2. quæſtiuncula tertia, ſecundum quam rationem appellatur ab eodem D. Thoma res naturæ. Septimò vocatur ſubſiſtentia, quamuis hoc vocabulum nunc accipiatur pro ipſo modo, quo ſubſtantia ſubſiſtit, nunc pro tota ſubſtantia ſubſiſtẽte. Octauò dicitur, hoc aliquid, quatenus cõpletè ſubſiſtit alijſque ſtabilimentum præbet, vt aſſerit D. Thomas, prima parte, quæſtiunc. 75. art. 2. Ex dictis conſpicuum eſt, inter hæc vocabula indiuiduum dici de omnibus ſubſtantijs ſingularibus, ſed non ſolis, perſonam de ſolis. non omnibus, reliqua de omnibus & ſolis, niſi hypoſtaſis ſtrictè ſumatur, quomodo recurrit cum perſona: de nominibus ſecundæ ſubſtantiæ nihil dicẽdũ occurrit, quod difficultatem habeat.

D. Thom.

D. Thom.

D. Thom.

Argumenta hunc in modum explicabis, primum, concedendo cum Diuo Thoma prima parte quæſt. 29. art. 1. ſecundum membrum; ad illius impugnationẽ dices, ex primis ſubſtantijs materialiter ſumptis formari vnum conceptum analogicum, qui cum non præſcindatur à ſingularibus differentijs, non eſt ſecunda ſubſtantia. Cum verò obijcitur, primam ſubſtantiam hoc pacto non eſſe ens prædicamentale, concedẽdum eſt, nec id repugnat Philoſopho; nec enim reponit in prædicamento primam ſubſtantiam in communi, ſed ſingulas primas ſubſtantias. Ad ſecũdum; etſi nonnulli admittant, quidam homo, eſſe primam ſubſtantiã, & adinſtantiam reſpondeant, non prædicari de pluribus, vt de ſubiectis, quorum ingrediatur eſſentiam, ſed vt idem cum illis. Eum enim dicimus, Socrates eſt quidam homo, non prædicamus aliquod prædicatum per ſe cõmunius Socrate, ſed ſub quadam diſiunctione affirmamus. Socratem eſſe hunc, vel illum hominem; reſpondendum tamen eſt, quidam homo, &

Reſp. arg. in oppoſitum.

Ad primũ.

Ad ſecundum.

quodli-

quodlibet vagum indiuiduum, non esse primam substantiam, quia componitur, ex natura communi, & differentia indeterminata, vt ostendimus in quæst. de numero vniuersalium, ex quibus non fit vnum per se; adductum verò fuisse, loco exempli ratione eorum, pro quibus verificatur: nam Socrates verè est quidam homo, & est prima substantia. Maluit autem Aristoteles vti eo exemplo, quam alicuius determinati in-
Scotus. diuidui, si credimus Scoto, vt Philosophicam maiestatem, quæ ad certa indiuidua non descendit, sustineret.
Ad tertiū. Ad tertium dic, minus propriè quidem, sed aliquo modo esse inferiora in superioribus, vt partes potentiales in toto, quod quæstione prima
Adquartū. in cap. quartum aduertimus. Ad quar
Capreol. tum responderi potest, ex Capreol. in 3. dist. 5. quæst. 3. ad vndecimum, contra tertiam Conclusionem: hominem factum singularem in Socrate, esse secundam substantiam, quia seruat aptitudinem remotam, vt fit in pluribus; cum enim in definitione dicitur, secunda substantia esse genus aut species, non intelligitur actu, & formaliter, sed vel actu, vel potentia; nihilominus, cum ostenderimus, naturam communem in singulari nullam seruare aptitudinem, vel etiam remotam, imò nihil actu distingui commune, & singulare. simpliciter respondendum est, hominem prout est in prima substantia, & habet esse in rerum natura, esse primam substantiam, si tamen formetur conceptus hominis, ex quo, & conceptu differentiæ constituatur Socrates; non negauerim, hominem, prout ita componit, esse secundam substantiam, quia repræsentatur simpliciter præcisiùs à contractione singularium, licèt extrinsecè sit contractus. Quare ad formam argumenti respondebis; si per hominem contractum per accidens intelligas hominem à parte rei, supponere falsum in sententia, quam tuemur; si illum, quem proximè diximus, eum esse secundam substantiam, & prædicari posse de pluribus, vt planum est. Ad quintum negandum, primam, & secundam substantiam, non definiri secundum rationem, in qua diuiduntur: nam Caietanus hoc loco asserit, Caietan. primam substantiam definiri secundum proprium modum subsistendi, idem diceret de modo substandi, & de secunda substantia; describuntur tamen per alias fundamenti conditiones, vt monuimus. Quare ad mentem Caietani ita construendæ sunt definitiones. Prima substantia, id est, Definitur
id quod primò subsistit, & substat 1. substar-
alijs, est ens prædicamentale, quod tia ad mē-
in nullo subiecto est, & de nullo di- tem Caiet.
citur. Appositum est, prædicamentale, vt excluderet à definitione Deus, Definit 2.
& diuinæ personæ, quibus ceteræ conditiones conueniunt. Secunda substantia, seu id quod subsistit per se secundò, est genus, vel species primarum substantiarum.

Ad quintū & vlt.

QVÆSTIO III.

VTRVM SVSCIPERE contraria sit maximè proprium substantiarum.

IN ceteris substantiæ attributis, si quid erat huius loci proprium, in commẽtario explicatum est, sextum iuxta communem Interpretum sententiam est proprium quarto modo, respectu substantiæ prædicamentalis, idque significare voluit Aristoteles, cum dixit esse maximè propriũ; sed duplici ex capite videtur falsa hęc resolutio. Primum est, quia non conuenit solis substantijs prædicamentalibus; nam anima rationalis à corpore separata incompleta cũ sit, recipit nihilominus scientiam, & errorem, amorem, & odium, quæ sũt verè contraria; quantitas sacræ Eucharistiæ subit frigus, & calorem, humorem, & siccitatem; alijs ergò conuenit attributum. Quod si respondeas, Aristotelem subintellexisse id, quod suscipit contraria, esse completum; quo pacto non suscipit ani-

Aristot. Pars negatiua probatur 1.

Digitized by Google

ma, quasi hac forma proponatur. Admittere contraria, vt subiectum completum, est proprium substantiæ prædicamentalis; in primis non diues instantiam de quantitate; deinde non assignabis rationem, cur eadem moderatio adhibita non sit primo attributo, scilicet, nõ esse in subiecto inhæsionis, qua tamen adhibita manet proprium quarto modo.

Secundum caput est, quoniam nõ videtur conuenire omnibus substantijs prædicamentalibus in primis enim vniuersales contraria non suscipiunt; quemadmodum enim agere, autore Aristotele 3. Metaphysicorum c. 3. est proprium singularium per se existentium, ita etiam pati; atqui suscipere contraria est pati; ergò est proprium singularium. Et confirmatur; nam proprietas prius conuenit vniuersalibus; deinde particularibus, vt docuit Porphyrius, cap. 6. Isag. at suscipere contraria cum nõ distinguatur à sustentatione accidentium, & nos non ostenderimus, sustentationem per singularia inesse vniuersalibus, susceptio etiam eodẽ modo se habebit, atq; adeò proprietas non erit; quod Aristoteles expressisse videtur, cum dixit, esse propriũ substantiæ, vt vna numero cum sit, contrariorum sit receptiua. Deinde cœli, cum sint naturæ incorruptibilis, non sunt capaces contrariorum: omnis enim contrarietas in corporibus ad interitum disponit; igitur susceptiuum esse contrariorum omnibus substantijs huius prædicamenti non conuenit.

Aristot.

Porphyr.

Pars affirmatiuenda est.

Architas.

Duo pro eius probatione adnotanda.

Defendenda nihilominus est communis sententia, quam ante Aristotelem significauit Architas, vtens eadẽ penè phrasi, qua Philosophus; postea omnes penè Interpretes præter Porphyrium, & Ammonium ad hunc locum, paucosque Recentiores. Illius ergo defendendæ gratia duo notanda sunt; primum; duplex esse subiectum accidẽtis, vnum quo, alterum quod, subiectum, quo, est illud, in quo recipiuntur accidentia immediatè, illud verò per se sulcimentum non præstat, nisi alteri subiecto innitatur, & hoc est subiectum, quod, nimirum, quod per se, & non beneficio alterius sustentat accidentia: id perpetuò est substantia, quoniam hæc sola natura sua est vltima in existendo, & ab alio independens. Secundum notandum est in qualibet proprietate, quæ habet rationem potentiæ, duo considerari posse; primum, ipsam potentiã, seu facultatem, vt potentiam ridendi, aut intelligendi, secundum, actus talis potentiæ, vt ridere, intelligere; ac potentiam quidem, cum absque dependentia ab existentia competat primò conuenire naturæ communi; secundò inferioribus; actus è contrario, hoc est, primò inferioribus, & eorum interuentu naturæ communi; ita res sese habet in præsenti; nam potentiam suscipiendi contraria, in qua posita est ratio proprietatis, primò dicitur de secunda substantia, atque adeò de summo genere; secundò de particularibus; at suscipiẽdi actus prius insunt in primis substantijs, & deinde secundis.

His positis attributum sic est explicandum, vt quarto modo propriũ existat, esse susceptiuum contrariorum, vt quod, seu vt subiectum suapte natura vltimum; hac enim ratione cum substantia prædicamentali reciprocatur, & merito illi attribuitur. Primum patebit ex solutione argumentorum, vbi constabit, reliqua omnia, aut non suscipere contraria, vt quod, aut non vt subiectum vltimum. Secundum probatur, quoniã, vt inter arguendum diximus, susceptio contrariorum est quædam passio; at passiones attribuuntur supposito, cum igitur ostenderimus, omnem, & solam substantiam prædicamentalem suppositi rationem habere, iure optimo illi damus hanc passionem; hinc patet solutio primæ difficultatis quò ad vtramque partem. Nam quantitas suapte natura est subiectum quo, in sacramento verò per miraculum habet vicem subiecti quod; substantia autem natura sua talis est. Iam anima rationalis etsi, cum separatur, existat;

Explicatur proposita sententia.

Diluitur 1. arg. in contrariũ, quò ad vtrãq; partem.

vt

vt ſubiectum quod, non eſt tamen vltimum, quia ſemper habet reſpectum partis ad totum; ſubſtantia verò completa in ſe vltimò ſiſtit; vnde conſtat, nobis neceſſariam non eſſe additionem illius particulæ, completa, quam alij apponunt; quamuis, ſi adhiberetur, adhuc eſſet maior ratio, cur potius in hoc attributo, quã in primo intelligeretur; nam ſuſcipere contraria, cum ſit proprium ſuppoſitorum, non conuenit partibus, niſi ratione totius, aut cum ordine ad illud; exiſtere autem non in ſubiecto adhæſionis conuenit partibus, ratione ſui, quia id habẽt ſecundum rationem communem ſubſtantiæ, vt ab accidente ſeparatur.

Diluitur 2. arg.

Prima pars ſecundæ difficultatis, ex ſecũda notatione ſoluitur. Actualis enim cõtrariorum ſuſceptio primò ſpectat ad ſubſtantias ſingulares, idque ſignificauit Ariſtoteles in

Ariſt:

Metaphyſ. at ſuſceptiuum eſſe contrariorum prius conuenit ſubſtantię prædicamentali in communi; deinde inferioribus: quod non euertit prima argumenti confirmatio; ſecunda ſolum concludit, actualem ſuſceptionem requirere ſubſtantiam vnam numero. Ad ſecundam partem vt reſpondeamus, aduertendum eſt

Iambl.

cum Iamblico, contraria hoc loco, nec tam latè ſumi, vt complectantur quæcunq; oppoſita, vt multi crediderunt, qui ſuſpicati ſunt cœlum ſubire contraria, quia recipit lucem, & tenebras; nec tam preſsè, vt ſola Logica comprehendantur, ſed medio quodammodo, hoc eſt, vel contraria Logica, vel Phyſica. Sunt autem Phyſicè contraria ea accidentia, quæ ſimul in eodem eſſe non poſſunt, & à quorum vno ad aliud non fit tranſitus in inſtanti, ſed in tempore; quomodo opponuntur quantitas parua, & magna, locus ſurſum, & deorſum,

Cœlũ ſuſcipit contraria ſaltem Phyſica.

oriens, & occidens. Ad argumentum ergo reſpondemus, cœlum admittere contraria ſaltem Phyſica, cum ſecundum eandem ſui partem modò ſit in oriente, modò in occidente.

Alb. Mag.

Notauit Magnus Albertus, tract. 7. cap. 12. ideo affirmari ſimpliciter de cœlo, quod ſubeat contraria, ratione diuerſorum locorum, quia locorum oppoſitio eſt veluti primum analogatum reliquarum oppoſitionum: vocabulum enim (diſtantia,) quo in oppoſitorum explicatione vtimur, in locis eſt proprium, in ceteris trãslatitium.

Obijciat aliquis, ſi contraria hoc loco ſtrictè non accipiantur, nullam eſſe cauſam, cur in quarto attributo eodem pacto non vſurpentur; id verò ſi concedatur, iam ſubſtantia habebit contrarium: Quis enim neget, ignem Phyſicè cõtrarium eſſe aquæ, vt locus orientis eſt loco occidentis; ergo vel dicendum erit, non omnem ſubſtantiam ſuſcipere contraria, vel aliquam contrarium vendicare. Reſpondetur, eſto, contraria vtrobique eodem modo ſumantur, nõ ſequi inſtitutum, quia in vtroque loco intelligenda eſt particula, per ſe; at ſubſtantiæ per ſe nihil contrariatur, cum tamen per ſe ſuſcipiat cõtraria; ignis enim repugnat aquæ, ratione qualitatum, atque adeò per accidens; cœlum autem per ſe ipſum loca ſubit. Cur verò vna ſubſtantia alteri non

Obijcies?

Reſpõſio.

cõtrarietur, hæc eſt ratio. Omnis contrarietas latè ſumpta, aut eſt reſpectu ſubiecti, in quo duo ſe non compatiuntur; aut inter ipſa duo, quia ſe interimunt; at ſubſtãtia neutro ex his modis repugnat alteri: nõ primo, quia non habet ordinem ad ſubiectum; non ſecundo, quia immediatè non agit in aliam; ſolum igitur per accidens habere poteſt contrarium.

Ratio, ob quam vna ſubſtantia alteri non contrarietur.

Rogabis ad finem huius dubitationis, in quo differat hæc proprietas ab ea, ex qua nomen ſubſtantiæ deriuatur, ſcilicet, ſubſtare alijs: Reſpondetur, iuxta mentem Philoſophi in duobus differre; primò, quia ſubſtare eſt aptitudo ad recipienda non modò accidentia, ſed etiam prędicata ſuperiora eſſentialia: at ſuſceptiuum eſſe contrariorum eſt capacitas accidentium tantùm: ſecundò, quia ſubſtare etiam reſpectu accidentium multò latius patet: accipitur enim pro aptitudine ad reci-

In quo differat hæc proprietas ab alia.

pienda quælibet accidentia; virtus autem ſuſcipiendi contraria pro ſola aptitudine ad quædam, nimirum, certo modo oppoſita, quæ eſt pars eius aptitudinis, quam ſubſtantia habet, ad omnia accidentia recipienda. Cum audis, ſubſtantiam poſſe recipere omnia accidentia, & omnem ſubſtantiam ſubire contraria, non intelligas, quamcunque ſubſtantiam ſuſcipere poſſe omnia accidentia, vel omnia contraria, cum multa naturaliter repugnent aliquibus ſubſtantijs, & aliqua fortaſſe ſupernaturaliter; ſed ſubſtantiam in tota ſua latitudine capere omnia accidentia naturalia, & quaſdam ſubſtantias, quædam contraria, alias alia.

EXPLANATIO CAPITIS SEXTI,

DE QVANTITATE.

SVMMA CAPITIS.

Prima q̃titatis diuiſio.

IN prima parte huius capitis proponit Ariſtoteles duas quantitatis partitiones: in ſecunda tres illius proprietates enumerat. Prima diuiſio eſt in quantitatem continuam, & diſcretam; quantitas continua eſt, cuius partes communi aliquo termino copulantur; diſcreta cuius partes nullo communi termino copulantur. Secunda diuiſio eſt in quantitatem conſtantem partis habentibus poſitionem, & in eam, quę conſtat partibus non habentibus poſitionem. Prima videtur eſſe generis in proximas ſpecies: ſecunda eiuſdem generis per differentiam remotam; quæ tres complectitur ſpecies, lineam, ſuperficiem, & corpus, & per negationem eiuſmodi differentiæ, quæ ceteras coercet. Quod attinet ad ſecundam partem, primum attributum eſt, non habere contrarium. Secundum, non ſuſcipere magis & minus. Tertium maximè proprium, vt ſecundum quantitatem res dicantur æquales, & inæquales.

Secunda.

Quantitatis attributa.

CAPVT VI.

COMMENTARIVS.

a *Quantum autem.*] Tanta eſt ſimiſtudo inter quantitatem, & ſubſtantiam in præcipuo eius attributo, ſuſtentatione, ſcilicet, accidentium. vt vel eam ob cauſam, autore Boetio debuerit Ariſtoteles poſt ſubſtantiam, ante qualitatem, eſto nobiliorem, & ante reliqua accidentia de quantitate differere; nam omnes corporeæ qualitates intermedia quantitate ſubſtantiæ inhærent. Hæc ratio ducitur ex ordine naturę.

Boetius.

Aliam

a *QVantum autem partim eſt continuum, partim diſcretum: & partim ex habentibus poſitionem partibus, partim è non habentibus conſtat.*

§. b *Atque diſcretum quidem eſt, vt numerus, atque oratio: continuum autem, vt linea, ſuperficies, & corpus: & inſuper præter hæc tempus, & locus. Partium enim numeri nullus terminus communis eſt, quo ipſa copulantur, cen quinque, & quinque, ſi ſint denarij partes, nullo communi termino copulantur, ſed ſunt ſeiuncta. Similiter tria, & ſeptem communi termino nullo copulãtur.*

Neque

Digitized by Google

Ammon. Aliam assignat Ammonius ex ordine doctrinæ; nam proximo c. sæpè meminerat quantitatis, cuius explicationem si diutius traheret, inconcinnè doctrinam interrumperet. Non definit verò quantitatem, quia logici instituti non est, vt Caietanus annotauit, rerum naturas perscrutari, sed in seriem disponere, ad quem vsum statim initio bifariam diuidit quantum, id est, quantitatem, vtitur enim concreto pro abstracto, vt à Latinis interdũ fit. Species primæ diuisionis, quia proprijs nominibus carent, exprimuntur per complexionem, scilicet, quantitas continua, & quantitas discreta.

Caiet.

Cõtinuæ, & discretę quãtitatis diuisiões.

b *Atque discretum.*] Subdiuidit vtrumq. membrum primę diuisionis in suas species; discretum quidem in numerum, & orationem, continuum autem in lineam, superficiem, corpus, tempus, & locum; deinde probat singulas. Et in primis, numerum esse quantitatem discretam, ostendit, supposita discretæ quantitatis definitione, in hunc modum. Partes numeri nullo communi termino copulantur, subaudi, sed hæc est ratio quantitatis discretæ: ergo, &c. Maiorem, quam solam posuit, probat in denario, cuius duæ partes, idest, duo quinarij, vel ternarius, & septenarius, non copulantur communi termino, quia omnes eorum vnitates sunt inter se diuisæ. Idem apertius concludi potest hoc modo. Terminus communis debet æqualiter pertinere ad partes, quæ copulantur, alioqui communis non erit; sed diuiso denario in duos quinarios, vltima vnitas cuiusuis quinarij nullo modo pertinet ad alterum; ibi autem non datur alius terminus; ergo nullus est communis: si enim fingas, dari aliam vnitatem, qua vtriusq; quinarij extrema iungantur, iam totus numerus ex ea compositus non erunt decem, sed vndecim; quo pacto numerus diuidatur, in quæstionibus ostendemus.

Numerus est quantitas discreta.

Item oratio.

c *Similiter, & oratio.*] Probat, orationem, & esse quantitatem, & esse discretam. Monet autem, sibi sermonem non esse de oratione mentali, aut scripta, quas constat esse qualitates, vel ex qualitatibus compositas, sed de vocali. Esse quantitatem probat ex eo, quod orationem metimur suis syllabis, longis, & brcuibus; mensurari autem est proprium quãtitatis; ergò, &c. Quod sit discreta, eodem arguméto conuincit, quo in numero, nimirum, quia syllabarum nullus est communis terminus, sed omnes sunt inter se diuisæ, vt planum est.

Quantitas continua.

d *Linea verò.*] Accedit ad species quantitatis continuæ, probatq. omnes esse continuas; nam quantitates esse perspicuum est. Rationem ducit ex definitione quantitatis cõtinuæ, quasi ratiocinetur hoc modo: quantitas continua est, cuius partes communi aliquo termino copulantur; sed partes lineæ copulantur puncto; partes superficei linea, partes corporis superficie; ergo omnes hæ quantitates sunt cõtinuæ. Eodem modo procedit in tempore, & motu; nam tempus, inquit, exactum copulatur cũ præsente, præsens verò cũ futuro, instanti vtiq;, seu momento. Loci autem partes eundem habent terminum, quem partes corporis locati: oportet enim locum perfectè respondere corpori locato; ergo si partes corporis termino potiũtur, eodem potiri debent partes loci. Eodẽ, inquam, non numero, vt quidam malè

Tẽpus est quantitas.

Itẽ locus.

Neque omninò fit, vt numeri partium terminus communis vllus fumatur, sed semper partes seiunctæ sunt. Quare discretum numerus est.

§. c *Similiter & oratio discretum esse videtur: nam quantum ipsum esse, ex eo patet, quia longa brcuisque syllaba inensuratur. Enim verò orationem dico, quæ fit cum voce: etenim nullæ partes ipsius communi termino copulantur. Neque enim terminus communis vllus est, ad quem syllaba coalescant: sed quęque per se sunt seiunctę.*

§. d *Linea verò continuum est; sumi namq; communis terminus, quo partes lineę copulentur, punctum potest, & istidem superficiei linea. Plani namq; partes*

Digitized by Google

malè interpretantur, cum locus realiter à locato diſſideat; ſed ſpecie, quoniam dimenſiones corporis cõtinentis & contenti ſunt eiuſdem rationis ſpecificæ.

Quando Ariſtoteles in hoc capite Mathematicorum more puncta, lineas, ſuperficieſq. in magnitudine, & in tempore inſtantia ſupponit, operę pretium fuerit, horũ rationes, officiaq. exponere, ſi alicubi exiſtũt.

Punctum quid ſit. Punctum igitur definitur quippiam omninò indiuiſibile ſitum habẽs in magnitudine. Prima pars excludit omne id, quod partes habet integrantes, in quas diuidi poſſit, vti habent omnes quantitates, & qualitates corporeæ. Vnde patet, punctum, etſi in quantitate exiſtat, quantitatem non eſſe: omnis namq. quantitas in partes integrantes diſſecatur, vt ex Metaph. c. 13. patet. Secunda diſtinguit punctum ab vnitate, inſtanti, alijsq. rebus omninò indiuiſibilibus, quæ certum in magnitudine ſitum non vendicant.

Linea, ſuperficies, & corpus quid ſint. Linea ex Ariſtotele 5. Metap. c. 13. eſt magnitudo ad vnum continuata: ſuperficies eſt magnitudo ad duo continuata; corpus eſt magnitudo ad tria continuata, quę vt intelligãtur, ſupponendũ eſt cum Mathematicis id, quod Platonicis etiam aſcribit Ariſtoteles 1. de anima cap. 4. ſcilicet, ex fluxu puncti fieri lineam, & ex fluxu lineæ ſuperficiem, ex fluxu denique ſuperficiei corpus. Enimuerò, ſi punctum A. fluat ad punctum B. ſuiq. fluxus veſtigiũ derelinquat, efficiet longitudinem quandam infinitorum punctorum, ſed omnis latitudinis, & profunditatis expertem, quam lõgitudinem lineam dicimus: quæ ſi ad dextram, vel ſiniſtram partem fluat, ſuiq. veſtigium relinquat, efficiet planitiem infinitis lineis refertam, quæ proinde iam erit longa, & lata, ſed minimè profunda, deniq. ſi tota ſuperficies deorſum deprimatur, ſuiq. motus veſtigium derelinquat, efficiet craſſitiem quandam ſuperficiebus, lineis, punctiſq. plenã; atque adeo ſecundum tres partes diuiſibilem, quam vocamus corpus.

partes communi quodam termino copulantur. Similiter & in corpore ſumere, aſſignareque lineam, ſuperficiemvè communem terminum poſſumus, quo partes corporis copulantur. Porrò autem & tempus & locus generis huius ſunt; tempus enim præſens cum exacto futuroque copulatur. Rurſus & locus continuus eſt: corporis enim partes, quæ quidem aliquo communi termino copulantur, locum occupant. Igitur & loci partes, quas quęq; pars corporis occupat, eodem ſanè termino copulantur, quo copulantur & partes corporis. Quare locus etiam continuus erit, quippe cum partes ipſius uno communi termino copulentur. §. e *Præterea partim, vti diximus, ex habentibus poſitionem partibus, partim à non habentibus conſtat. Nam linea quidem partes poſitionem habent: quæque enim ipſarum alicubi ſitum habẽt: atque qua in parte plani quæque ſita eſt, quaque cum parte copulatur, ſumi aſſignarique poteſt. Similiter & plani partes põſitionem quãdam nimirum habent: ſimili namque modo quaq; partium, vbi iacet, quaque cum parte copulata eſt, aſſignabitur. Partes etiam ſolidi locivè poſitionem identidem habent. At in numero nemo demonſtrare, partes ipſius poſitionem quam habeant, aut vbi ſint ſitæ, aut quæ quibus cum copulentur, poteſt. Nec item in tempore: nulla enim pars temporis permanet: quod autem non permanet, id quonam pacto poſitionem habebit? Sed ordinem habere potius dices, propterea quod hæc pars ſit prior temporis, hæc poſterior. Et in numero ſimili modo: ex eo planè, quia prius vnum, quam duo, & duo quam tria, & tria quam quatuor numerantur. Atque hoc quidem pacto ordinem quendam habent, poſitionem autem ipſarum non vtique ſumas. Oratio quoque ſimiliter ſeſe habere videtur: nulla enim ipſius pars permanet: ſed iam quæ dicta eſt, prehendi amplius non poteſt: quare partium ipſius poſitio ſanè nõ erit, cum nulla prorſus permaneat. Quę cùm ita ſint, patet, partim ex habentibus poſitionem partibus, partim è non habentibus poſitionem conſtare.* Text. 2.

§. f *Atque hæc ſola, quę dicta ſunt, propriè quanta dicuntur, cætera verò vniverſa per accidens. Ad hæc enim aſpi-* Text. 3.

Ex

Punctũ. Linea, & superficies quid magnitudini præstent.

Ex quibus, etsi fictitia sint, duo colliguntur munera puncti, lineæ, & superficiei, respectu magnitudinis, in qua sunt: vnũ terminare magnitudinem, alterum eius partes copulare. Nã extrema illa puncta A. B. terminant duntaxat lineam, nihilque copulant: media verò & terminãt, & copulant, Verb. c. punctum in media linea constitutum & terminat primam dimidietatem, & eam copulat cum secunda, quod eodem modo dicendum est de linea, comparatione superficiei, & de superficie respectu corporis. Vnde patet, cur Philosophus in suis descriptionibus dixerit, lineam terminari ad vnum, id est, ad punctum; superficiem ad duo, hoc est ad lineam, & punctum; corpus ad tria, scilicet, ad superficiem, lineam, & punctum: attendit nimirum ad primum officiũ terminandi; si enim ad secundum copulandi aduertere voluisset, ita magnitudines definiret; linea est magnitudo, cuius partes copulantur punctis; superficies est, cuius partes copulantur lineis; corpus verò, cuius partes copulantur superficiebus. Nec in postremis descriptionibus vllum erit vitium, licèt superficies nõ tantum lineis, sed etiam punctis coalescat, & corpus non modò superficiebus, sed lineis, punctisq; cõpingatur; quoniam superficies per se, & proximè lineis duntaxat, punctis verò remotè, & ratione lineæ componitur; corpus per se, & proximè solis superficiebus copulatur, ceteris autem indiuisibilibus remotè, & superficierum merito.

aspicientes, & cetera quanta dicimus: velut album ex eo multum dicitur, quia multa superficies est: & actio longa, motusue, quia tempus est longum: nihil enim per se vnumquodque horum dicitur quantum. Etenim si quispiam quantanam sit actio, assignauerit, tempore sanè ipsam definiet, biennem dico ergo, aut triennem esse, aut alio simili modo. Et album etiam, quantum sit, si quis assignauerit, superficie nimirum definiet: quanta enim est superficies, tantum & album esse. Quare ea sola, quæ dicta sunt, propriè & per se quanta dicuntur: cæterorum verò nihil per se, sed per accidens dicitur quantum. § g *Præterea quantitati nihil est contrarium. Indefinitis enim quantis nullam omninò contrarietatem esse patet: ceu bicubite, aut tricubito, aut superficiei, aut alicui tali: nihil. n. est illorum omninò contrarium:* § h *nisi quispiam pauco multũ, aut paruo magnum dixerit contrarium esse. At horum nihil est quantum, sed potius est ad aliquid. Nihil enim per se magnum, vel parũ dicitur, sed ad aliud sanè refertur: ceu mons quidem parum dicitur, millium autem magnum: propterea quod hoc maius, ille minor hisce, quæ generis eiusdem sunt, existat. Ad aliud igitur est ipsorum relatio: nam si parum quicquam, magnumve per se diceretur, nunquàm mons quidem parum, millium verò magnum vtique dicatur. Rursus in pago quidem multos homines Athenis autem paucos dicimus esse, qui tamen longè sunt illis plures:* Text. 4.

Instãs q̃d sit.

Quæ dicta sunt de puncto, & linea, eodem ferè modo accomodanda sunt tempori, & instanti: est enim instans quippiam omninò indiuisibile copulans, & terminans partes temporis; & quemadmodum ex fluxu puncti lineam remanere diximus, ita fingi potest, ex fluxu instantis relinqui tempus, quod proinde finiri potest; Quantitas successiua terminata ad instans, vel accomodatius, Quantitas successiua, cuius partes copulantur instanti. De termino loci nihil dicendum, cum nec locus sit quantitas, vt posteà ostendemus, nec, si esset, eius terminus à terminis magnitudinis differret, vt Aristoteles dixit: Qui inter quantitates successiuas motum enumerant, sua indiuisibilia copulantia, & terminantia apponunt, & mutata esse vocant, de quibus si admittantur, idem omninò dicendum, atque de instantibus temporis.

Temporis definitio.

Mutata esse q̃d sint.

e *Præterea partim.*] Ad intellectum secundæ diuisionis, quam hoc loco pertractat, notandum est, Situm primò, & per se esse ordinẽ, seu positionẽ par-

Digitized by Google

partium in loco, veluti cubare, ſedere, ſtare; ſunt enim quædam diſpoſitiones partium corporis in partibus loci, hinc diſpoſitio partium in toto corpore. ſecundum quam reſpondere poteſt loco extenſo, dicitur etiam ſitus. Verbi cauſa, caput eſſe ſupra collum, hoc ſupra pectus, brachia demitti ex humeris, & ad ſummas manus terminari, ita vt vna pars ſit quaſi locus alterius, illique accommodata exiſtat; vnde colligitur, ad hunc ſitum tres conditiones eſſe neceſſarias; ordinem partium, continuationem, & coexiſtentiam, quæ omnes in ſola quantitate continua permanente reperiuntur; nam partes temporis vniuntur quidem, & ordinantur, vt tradit Ariſtoteles ad finem huius textus, ſed non coexiſtunt; partes numeri è contrario, licèt ſimul exiſtant, non ſunt continuæ. Deniq. partes orationis, quatenus illa quantitas videtur, nec vnitæ, nec coexiſtentes ſunt. Quam ob cauſam diximus ſupra, hanc diuiſionem fieri per differentiam remotam, & per negationem complectentem ceteras; nam magnitudo iuxta vulgarem diuiſionem, quam Ariſtoteles in præſenti ſequitur, non collocatur immediatè ſub quantitate in communi, ſed ſub prima eius ſpecie, quæ eſt quantitas continua.

Quid ſit ſitus.

Tres cõditiones ad ſitum neceſſariæ.

f *Atque hæc ſola.*] Alij credũt, hoc loco fieri tertiam diuiſionem, in quanta per ſe, & quanta per accidẽs: verius tamen eſt, voluiſſe Ariſtotelẽ, omnibus veri ſpeciebus enumeratis, excludere cetera, quæ quanta dicuntur, eò quod non per ſe, ſed beneficio aliorum denominationem quãti ſortiantur, quod probat exemplo qualitatis, actionis, & motus.

g *Præterea quantitati.*] Hæc eſt ſecunda pars huius capitis, in qua aſſignat tria quantitatis attributa. Primum eſt: nõ habere contrarium, intellige per ſe, ac propriè; nam per accidens, & impropriè planum eſt, ſuperficiem calidam repugnare frigidæ, & magnitudinem perfectam imperfectæ. Porrò, quod nihil contrarium ſit quantitatibus certis, ac definitis, indubitatum eſſe, inquit, dubitatione tamen non caret, quid intelligat per definitam quantitatem. Nam priora exempla bicubiti, & tricubiti ſignificant, definitum ſumi pro certa mẽſura. Poſtremum verò exemplum ſuperficiei indicat, ſumi pro certa ſpecie, quæ eſt opinio Toleti ſuperiori capite. Verum cum ſtatim pro quantitatibus incertis accipiat magnum & paruum, quę æqualiter reperiuntur in ſuperficie, atq; in ceteris ſpeciebus, nõ eſt verisimile, accepiſſe quantitatẽ certam pro ſpecie determinata, ſed pro definita mẽſura. Quare noie ſuperficiei in vltimo exemplo intelligit aliquã certam menſuram definitã, vt cubitum.

Primum quãtitatis attributũ.

Toletus.

Obiectio cõtra ſuperiorem doctrinam.

h *Niſi quiſpiam.*] Quãuis æque certum ſit, quantitatibus incertis nihil eſſe contrarium; vt manifeſtius hoc reddat, duplex obiectiũ proponit. Primum eſt; magnum & paruum, multum & paucum ſunt quantitates, & ſunt cõtra-

res: & in domo quidem multos, in theatro verò paucos, qui quidem & ipſi multò ſunt illis plures. Præterea bicubitum quidem, atque tricubitum, & talium vnumquodque quantum ſignificat, magnum autem & parvum, quantum non ſignificat; ſed magis ad aliquid. Alterius enim contemplatione magnum parvumque intelligitur. Quare patet, hæc ex his eſſe, quæ ad aliquid ſunt. Præterea, ſine quanta hæc quiſpiam eſſe ponat, ſine non ponat, nihil eſt ipſis contrarium: quod enim per ſe ipſum ſumi non poteſt, ſed ad aliud ſemper refertur, ei quonam pacto contrarium quicquam fuerit? Præterea, ſi magnum, ac parvum contraria ſunt, fiet, vt idem contraria ſimul ſuſcipiat, & eadem ſibi ipſis cõtraria vt ſint. Fit enim interdum, vt magnum atque parvum ſit idem. Eſt enim ad hoc quidem parvum, ad aliud verò magnum: quare fit, vt idem eodem tempore magnum ſit atque parvum. Quod ſi hæc contraria ſint, idem profecto contraria ſimul ſuſcipiet: at nihil videtur ſimul ſuſcipere contraria poſſe: ſubſtantia namq; ſuſceptrix quidem contrariorũ eſſe videtur: non tamen valet ſimul, atque egreditur quiſquam: neque ſimul album eſt quicquam atque nigrum, neque ceterorum

Digitized by Google

rla:igitur quantitatibus incertis aliquid eſt contrarium. Ad hoc argumentum bifariam reſpondet Ariſtoteles;primo,negationes maioris, duplici ratione concludens, magnum & paruum non eſſe quanta, ſed relata. Prima eſt:ea,quæ alicui rei non conueniunt abſolutè & in ſe, ſed comparatione ad aliud,non ſunt quantitates ſed relationes; atqui nulla res dicitur magna, vel parua &c. niſi comparatione aliorum; ergo non ſunt quantitates. Maiorem huius rationis ſupponit,quia quantitas eſt ens abſolutum. Minorem probat multis exemplis;nam mons(inquit) dicitur paruus. & granum milij magnum,quod non poteſt eſſe verum niſi per comparationē ad aliud; item in vrbe dicuntur eſſe pauci homines, in pago multi, quod apertè falſum eſt,niſi reſpectiuè dicatur. Alia ratio eſt,quoniam id, cuius vocabulum relationem ſignificat,non eſt quantum,ſed relatum;vocabula autem magni & paruum, multum, & paucum ſignificant relationes exceſſus, & defectus in magnitudine, & numero.

rum quicquam quod quidem contraria ſuſcipiat ſimul. Fit etiam, vt ipſa ſibi contraria ſint. Nam ſi magnum contrarium paruo eſt,cum idem corpus & magnum ſit & paruum eodem tempore:maximè ſequens videtur, vt idem quoque ipſum ſibi contrarium fateamur. Sed vt quicquam ſit ipſum ſibi contrarium, fieri nequit. Ergò nec magnum paruo contrarium eſſe poteſt,neque panco multum. Quare etſi quiſpiam hęc non ad aliquid,ſed quanta eſſe dicit, contrariā tamen nullum prorſus habebunt;maximè autem quantitatis contrarietas verſari circa locum videtur.Superum enim infero contrarium ponunt,locum,qui eſt in medio,inferum eſſe dicentes: propterea quod medij ad fines ipſius mundi diſtantia maxima eſt. Cęterorum quoque definitionem contrariorum,ab his afferre ac aſſignare videntur. Quænam plurimum inter ſeſe ſub eodem genere diſtant,ea contraria eſſe dicunt.

occuritur alteri obiectioni.

Nec obijcias, magnitudinem, & multitudinem eſſe quantitates;ergo idem erit dicendum de magno, & multo; ſi quidem concretum, & abſtractum non differunt in formali ſignificato. Nam magnitudo, & multitudo nunc ſignificant quantitatē, illa continuam permanentem, hęc diſcretam: nunc verò exceſſum in quātitate. Quando priori modo ſumuntur, non dantur paruum, & paucum,quæ illis opponantur: quia in eo ſenſu quæuis minima quātitas dicitur magnitudo, & quilibet exiguus numerus multitudo: quando ſumuntur poſteriori modo, ſignificant relationes, & concreta inde reſultantia ſunt relata. Cum ergo Ariſtoteles magno, & multo oppoſuerit paruum, & paucum, procul dubio ſumpſit hæc, quatenus à relationibus deducuntur.

§.K *Por-*

2. ſolutio ſuperioris arg.

Secunda reſponſio eſt,negando minorem: ſcilicet,hæc eſſe contraria, ſiue ſint quantitates,ſiue non. Si enim quis dicat,ea non eſſe quanta, ſed relata, ex eo ſequitur, non eſſe contraria; quoniam contrarium eſt naturæ abſolutæ,& per ſe producitur in ſubiecto, vt alterum expellat; relata verò ſunt ad aliud, & non producuntur per ſe, vt poſtea patebit. Si autem quis dicat, magnum, & paruum eſſe quanta, inde probabitur non eſſe contraria; quia ex oppoſito ſequeretur, eandem rem ſimul ſuſcipere contraria, & ſibiipſi aduerſari, quod eſt abſurdum. Probatur illatio; nam eadem res eodem tempore eſt magna, & parua, reſpectu diuerſorum; & cùm hoc habet ratione eiuſdem numero quantitatis, eadem quantitas ſibi erit aduerſa. Abſurditatem illationis inde ſatis confirmatam exiſtimat, quia nec ſubſtantia, cui maximè conuenit, contraria ſuſcipere, poteſt ſimul contraria habere: nec enim eodem tempore eſt alba, & nigra, ſana & ægra: idem dicendum eſt de multo, & panco.

2.obiect. i *Maximè*]Scđm obiectū eſt: locus ſupremus,& infimus sūt q̄titates,& ſibi cōtrarij:ergo aliq̄d eſt cōtrariū q̄titati. Prima pars antecedētis cōſtat ex hoc ipſo capite;ſcđa,pbat;q̄a cōtraria sūt ea,q̄ maximè diſtāt:locus aūt infim⁹,q̄

eſt

est in medio mundi, maximè distat à supremo, qui est in cælo, adeò vt maxima distantia in definitione contrariorum ex analogia ad localem distantiã dicatur. Non respondet obiecto Arist. fortasse, quia nondum explicuerat
Respõsio. naturam loci, vt Simplicius annotauit. Responderi tamen facilè potest, negando, locum supremum, & infimum esse quantitates, vt in quæstione dicemus. Si enim sumantur quà loca, aut pertinent ad prædicamentum vbi, aut sunt in specie superficiei, quam ex dictis constat, non habere contrarium; si verò quà supremus, & infimus, sunt relationes; supremum enim relatiuè opponitur infimo; nec distantia, cuius fit mentio in definitione contrariorum, localis est, sed formalis; quamuis ex analogia ad illam distantia vocetur. Attributum hactenus explicatum est proprium secundo modo, quia conuenit omni quantitati, non tamen soli, cum substantijs etiam competat.

Secundũ attributũ. *K Porrò autem.*] Secundum quantitatis attributum est, non suscipere magis, & minus; quod nunc logicè probat Aristoteles, nimirum, quia nullum quantum respectu alterius dicitur magis, aut minus quantum, vt patebit per singula discurrenti; quæ autem magis, & minus suscipiunt, cum his aduerbijs prædicantur; quare attributum est proprium secundo modo, quia sequitur omnem quantitatem, non tamen solam, vt ex
Obiectio. capite superiori apertum est. Opponi tamen solet & contra doctrinam, & contra rationem, quod in rarefactione, & condensatione ceræ eius quantitas acquirat magis, & minus,
Solutio. ipsaq; cera dicatur in rarefactione magis extensa, in addensatione minus: ergo &c. Respondetur, negando primam partem antecedentis; nã suscipere magis & minus idem est; atq; admittere plures, & pauciores partes eiusdem formæ in eadem parte subiecti, vt in 8. Metaph. & primò de generatione traditur. In rarefactione autem, & condensatione nec producuntur, nec corrumpuntur nouæ partes quantitatis, sed eędem amplius dilatantur, vel contrahuntur, vt ex ijsdem locis supponimus. Vnde ad secundam antecedentis partem, negandum est, ceram dici cum aduerbijs magis, & minus proprie acceptis, sed improprie, pro eo, quòd est maius, & minus, quo pacto non infrequenter dicimus, vnum hominem esse magis extensum, quàm alium, id est maiorem, nisi quis velit, tum in hoc exemplo, tum in eo, quod in argumẽto adducitur, eas denominationes sumi ex relationibus excessus, & defectus in quantitatem, quæ aliquo modo cum aduerbijs magis, & minus efferuntur.

K § Porrò autem quanto magis ac minus esse non competit, vt bicubito. Non est enim aliud alio bicubitum magis: neque in numero, vt tria magis quam quinque, tria vel quinque, è contrario dicantur. Neque tempus aliud alio magis tempus dicitur: neque in eorum vllo omnino, quæ dicta sunt, magis minus ve dicitur. Quanto itaque non magis ac minus esse competit. § I *Proprium autem quantitatis est maximè æqualitas, & inæqualitas, vt hoc æquale vel inæquale vnumquodque eorum, quæ rationem quantitatis habent, dicatur, vt corpus æquale inæquale, & numerus, & tempus æquale inæquale: & similiter dicitur, & de cæteris quæ iam dicta sunt, simili modo. Reliqua verò, quæ non sunt quanta, non omnino æqualia ac inæqualia videbuntur: veluti dispositio æqualis inæqualisve non omnino dicitur, sed similis potius, atq; dissimilis. Et habitum itidem æquale inæquale ve, non omninò, sed simile dici atq; dissimile solet. Quare, quantitatis maximè proprium erit, æquale ac inæquale vt dicatur.*

CAP.

I *Proprium autem*] Tertium attributum est; quod secundum quantitatem res dicantur æquales, vel inæquales, quod Aristoteles vocat maximè proprium, id est, quarto modo proprium, quod, qua ratione, & quibus conditionibus explicandum sit, in quæstione tertia exponemus.

QVAE-

Digitized by Google

QVÆSTIO I.

DE RATIONE FORMALI Quantitatis.

ARTICVLVS I.

PRIORES DVAE SENTENTIAE proponuntur, & confutantur.

Tres hac de re sententiæ.

IN hac quæstione, quæ inter Philosophicas difficultates cum primis enumeratur, tres extant celebriores sententiæ, in quibus præsertim habetur ratio quantitatis cõtinuæ permanentis, vnde facilè erit, communem rationem explicare. Prima asserit, rationem formalem quantitatis in eo positam esse, quod sit mensura substantiæ. Est D. Thom. opusc. 52. & Alberti Magni, tract. 8. cap. 1. videtur esse Caietan. hoc loco, text. 1. deducique potest primò ex Aristot. tum quinto Metaphis. c. 13. tum hoc loco; priori enim loco dicit, numerum, & continuum esse quantitates, si mensurari possint; posteriori verò idem probat de oratione. Probatur deinde; quia species quantitatis continuæ permanentis nominibus mensurarum significamus, cum dicimus, lineam habere vnam dimensionem, superficiem duas, corpus tres; ergò ratio mensuræ est illis intrinseca.

1. sententia.

D. Thom. Alb. Mag. Caiet.

Reijcitur hæc sententia.

Hæc sententia nullam habet probabilitatem, nisi in quodam sensu valde improprio, quem posteà explicabimus. Hoc vt ostendatur, præmittendum est ex Aristotele 10. Metaphys. mensuram esse id, quo quantum cognoscimus; vnde duo colliguntur; vnum, rationem mensuræ esse respectiuam: alterum, non constituere rationem formalem alicuius prædicamenti, cum non respiciat substantiam, sed quantitatem. Rationes autem formales accidentium desumuntur ex ordine ad primam substantiam; potest verò hæc ratio mensuræ bifariam sumi, vno modo pro actu mensurandi, altero pro aptitudine ad mensurandum. In primis igitur ratio mensuræ actualis non potest constituere rationem quantitatis, quia supponit actualem accommodationem vnius quantitatis ad aliam, quæ est contingens; vel, si sumatur mensuratio impropriè, id est, respectu ipsius substantiæ, immediatè supponit actualem inhæsionem, quæ nihilominus cõtingens est quãtitati, vt per se constat; ergò ratio mensuræ præsupponens coniunctionem, vel inhæsionem contingentem essentialis esse non potest. Deinde non potest collocari essentia in aptitudine, quoniam aptitudo ad metiendum est quędam conditio fundata in ratione quãtitatis. Ex eo enim, quod quantitas sit certo quodã modo per se extensa, nascitur, vt possit substantiam, vel alia mensurare; ergo eiusmodi potentia posterior est illius ratione formali. Præterea quantitas est natura absoluta; ratio mensuræ est respectiua, vt ex definitione collegimus. Denique mensurare, vti diximus ex Aristotele, est facere, vt innotescat, quanta sit moles rei mensuratæ; sed in substantia non est alia moles, quam ipsius quantitatis; ergò effici per quantitatem, vt cognoscatur moles substantiæ, est efficere, vt ipsamet quantitas cognoscatur, quod est satis impropriè mensurare. Quod si, esse mensuram substantiæ, significet, esse accidens suapte natura ostendens, quãto loco assistere queat substantia per propriam extensionẽ, quã præhabeat, etsi loquutio sit impropria, non differet fortasse opinio ab ea, quam vltimo loco approbabimus.

Explicatur Arist. propria sen. adductus.

Quod attinet ad Philosophum, neutro loco significat, quantitatem esse mensuram, sed mensurabilem: inde enim colligit, numerum, orationem, & continuum esse quanta, quia sub mensuram cadunt, quidquid sit de ipsa collectione, neque proinde significat, mensurabilem esse rationẽ formalem quantitatis; sed quandam illius proprietatem, ex qua rectè infertur rei natura; vnde colliges, quãtitati proprium esse non solùm mensurare posse alia, sed etiam mensurari posse,

Reddere substantiã mensurabilẽ est quantitati proprium.

Digitized by Google

posse, seu reddere substantiam mensurabilem, imò hoc magis propriũ esse, quam illud; cum esse mensuram dicat ordinem magis immediatum ad actum humanum applicantem vnum alteri, quam esse mensurabile ab alio, quod rei conuenit secundum se. Ad probationem respondetur, quantitatem dici illas habere dimensiones, quia per suas species est in causa, vt corpus trifariam metiamur secundum longitudinem, latitudinem, & profunditatem, quæ est earum affectio, non essentia.

Respondetur ad probationem primę sẽt.

Secunda sententia.

Secunda sententia statuit, rationẽ formalem quantitatis in eo, quod sit diuisibilis in partes eiusdem rationis; hanc etiam indicat D. Thom. in

D. Thom.

Capreol.

1. dist. 19. quæst. 1. art. 1. ad primum, & prima parte, quæst. 50. art. 2. defendunt Capreol. in 2. dist. 3. quæst. 1. art. 3. ad vndecimum, & dist. 10. quæst. 2. ad secundum, contra primam conclusionem, Scot. hic quæst. 17. Albertus primo Physicorum, tract. 2. ca. 4.

Alb.

Soncin.

Iauell.

Soncin. 5. Metaph. quæst. 21. Iauellus quæst. 20. Probatur primò ex Philosopho sic definiente quantitatem in quinto Metaph. cap. 13. Quantum est diuisibile in ea, quæ insunt, quorum vtrumque, vel vnumquodque vnum quid, & hoc aliquid aptum est esse, id est, in partes eiusdem rationis, quæ separatè à toto possunt subsistere, vt vnum quid tale, quale erat diuisum. Secundò, quia nihil apparet, quod prius tribui possit quantitati, quam diuisibilitas, formalis autem cuiuslibet ratio est prima, quæ illi tribui potest.

Probatur 2. ex Arist.

Probat 2.

Hæc sententia duplicẽ potest habere sensum.

Hæc etiam opinio duplicem habet sensum, in primo sumitur diuisibilitas pro capacitate, vt partes quãtitatis verè, & realiter separentur ab alijs partibus, idque per physicam actionem, atque hoc modo nequit esse ratio quantitatis, cum non conueniat omnibus. Nam corpus diuina potentia redactum ad punctum seruat quantitatem, non verò eiusmodi diuisibilitatem; quia circa indiuisibile non potest physica diuisio exerceri. Dices, in eo euentu impediri diuisionem, non diuisibilitatem, vbi ratio quantitatis collocatur. Sed non satisfacies, quia ratio formalis rei, itemque formalis eius effectus impediri non possunt, forma in subiecto existente; ibi autem reuera impeditur aptitudo ad physicam diuisionem. Deinde prius est, rem habere partes eo modo affectas, vt inseparabiles non sint, quam diuisibilem esse; ergo in eo priori ponenda est illius natura, & essentia. Denique, esse diuisibile in partes eiusdem rationis conuenit etiam qualitati secũdum gradus intensæ. Quod si dicas, quantitatem esse diuisibilem in partes quantas, idque esse illi proprium, ac peculiare, explicandum tibi erit, cuiusmodi sint illæ partes quantitatiuæ, indeque ratio quantitatis veltiganda.

Rationes in oppositum nihil concludunt; secunda enim falsum assumit, diuisibilitatem esse primum omnium, quæ in quantitate inueniuntur, vt ostendimus. Prima non rectè colligit, quia Aristoteles explicauit quantitatem per quandam illius proprietatem, vt alias sæpè facit. Alio modo sumitur diuisibilitas à Capreolo in 2. dist. 3. qu. 1. art. 3. ad primum Scoti contra secundam conclusionem, nimirum, vt idem est, ac distinctio partium, hoc est, vnam partem non esse aliam; quod dupliciter adhuc explicari potest; primò, vt essentia quantitatis sit habere plures partes, & eius formalis effectus causare in subiecto partes, siue confusas, siue ordinatas vnam post aliam; secundò, vt sit habere plures partes inter se ordinatas. Capreolus videtur priori modo intelligere, quia, vt statim dicemus, existimat substantiam sine quantitate nullas habere partes, sed omnes à quãtitate accipere, quod falsum, & impossibile esse patebit; atqui posteriori modo hanc sententiam interpretaretur, non differret à sententia, quam proponemus, & ex parte approbabimus.

Solutur rationes, quibus 2. sententia nitebatur.

Capreol.

AR-

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

VERA SENTENTIA proponitur, & in meliori sensu approbatur.

Ratio formalis quãtitatis quę

TErtia sententia, quæ meritò Peripatetica existimatur, asserit, quantitatis essentiam in eo esse positam, quod sit ens per se extensum, & formalem eius effectum esse reddere substantiam extensam, hoc est, habẽtem partem extra partem. Ita docet Scotus in 4. d. 10 q. 1. art. 2. & quinto Metaphysic. q. 9. eius discipulus Antonius Andreas, quæstio. 10. Niphus disput. 9. Gandauus quæst. 9. Venet. 12. suæ Metaphysicæ, Durand. in 1. distin. 34. quæ. 1. Ferra. 4. contra Gent. ca 87. §. ad euidentiam, Argent. in 4. dist. 10. quæ. 2. art. 1. Louanienses, Sotus, & omnes Recentiores hoc loco, & in quinto Metaphysi. Confirmatur hæc sententia. Extensio reciprocatur cum quantitate, & est radix omnium, quæ illi tribuuntur; ergo est propria quantitatis ratio; consequentia est euidens; antecedẽs quò ad primam partem manifestum erit singula percurrentis; nam substantia materialis, corporeæ qualitates, & ceteræ materiæ accidentia tunc extensa sũt, cum quantitati iunguntur. Deinde nusquam est quantitas, nisi miraculum intercedat, quin ad sensum aliquid extendat; ergò reciproca est extensio cum quantitate. Quò ad secundam partem ostenditur antecedens; ex eo enim, quod quantitas habet partes extensionis admittit diuisionem, substantiam mensurat, & mensurabilem reddit, ita vt, si partes mente separentur, inepta prorsus ad hæc munia intelligatur; ergo primum omnium, quod in quantitate cernitur, est hæc partium extensio.

Scot. Ant. And. Niph. Gand. Venetus. Durand. Ferrar. Argent. Louan. Sotus.

Quãtitas vbique est extensa.

Extensio quadruplex.

Hactenus omnes citati Autores cõsentiunt; sed in hac partium extensione explicanda non leuiter dissentiunt. Cuius controuersiæ explicandæ gratia notandum est, extensionem quadruplicẽ esse. Prima vocatur entitatiua, eaque in eo posita, quod res aliqua constet pluribus partibus, entitatem componẽtibus, quarum vna non sit alia; quod videre est in substantia corporis humani: alia enim pars est substantia capitis, alia pedis, alia ceterorum membrorum. Secunda extensio est quantitatiua per ordinem ad ipsum totum quantum, qua videlicet plures illæ partes ita ordinantur inter se, vt, præterquam quod sint plures, ita affectæ existant, vt seruent inter se ordinem, quo v. g. primo loco sit caput, deinde collum, tertiò pectus & cetera. Tertia est extensio aptitudinalis in ordine ad locum, qua, scilicet, duæ partes eiusdẽ corporis, aut duo corpora ita se excludunt, vt necessariò vindicent sibi diuersas partes loci, quod cernitur in cuiuslibet corporis partibus; alteri enim loco respondet caput, alteri pedes, &c. Quarta est actualis extensio in eodem loco, quę correspondet prędictę aptitudini; estque proprius illius actus; porrò has duas extensiones esse diuersas, (de ceteris enim conspicuum est) deprehẽditur in corpore Christi in Sacramento Altaris existente, quod aptum cum sit, ratione quantitatis locum diuisibilem occupare, ab eoque omne aliud corpus excludere, actu neutrum habet; siquidem omnes partes corporis eidẽ puncto respõdent, & in eodem spatio cum quantitate hostiæ persistũt.

Prima entitatiua.

2. in ordine ad locũ aptitudinalis.

3. in ordine ad locũ aptitudinalis.

4. in ordine ad locũ actualis.

Entitatiua extẽsionẽ à quantitate nõ esse.

Cum igitur tertia sententia asserit, rationem quantitatis esse extensionem, & primarium illius effectum reddere corpus extensum, non intelligit primam, vel quartam extensionem, licet Capreol. loco. cit. to existimauerit, substantiam materialem nullas ante quantitatem partes habere, sed eius beneficio illas accipere, ita vt, si materia corporis humani sine quantitate à Deo conseruaretur, nullis constaret partibus substantialibus, ijs tamen poniretur, si tursum quantitatem induceret. Sed fieri non posse, vt substantia accipiat à quantitate eiusmodi partes, atque adeò primam extensionem, suadetur primò: Partes substantiæ corporeæ sunt substantiales;

Capreol.

Digitized by Google

ergò nequeunt ab accidente, cuiusmodi est quantitas, formaliter prouenire; est enim hoc commune omnibus accidentibus, vt subiectis, in quibus sunt, se ipsa tantum communicent. Cũ igitur quantitas substantiales partes non habeat, qui fieri potest, vt se communicando illas impẽdat? Secundò, entitas substantiæ corporeæ ante quantitatem est, vt nullus inficiatur; sed non est simplex; ergo ante quantitatem habet partes, ex quibus componatur. Minor ostenditur, quia accidens non mutat esse substantiale subiecti, cui aduenit, sed illud in se perfectum supponit; ergo non efficeret quantitas, vt substantia corporis sit substantialiter composita, si prius simplex extitisset. Tertiò è contrario; si substantia, quãdiu erat sub quantitate, habebat partes distinctas, vt concedunt: ergo cum à Deo conseruatur sine quantitate, easdem retinebit; alioquin nõ seruabitur eadem substantia; sed prius esset substantia cõposita, postea alia simplex; ergo primus effectus quantitatis nõ est extensio entitatiua, seu substantialis. Deinde nõ esse localem actualem, quæ erat quarta extensio, non eget alia probatione, quam existentia corporis Christi in Sacramento, vbi certum est, esse quantitatem in corpore inhærentem, & nihilominus illud non constituere actu extensum in loco, nec aliud corpus excludere.

Nec localem actualẽ esse primum eius effectum.

Supersunt secunda, & tertia extẽsio, de quibus est tota huius dubitationis cõtentio. Et quod ad antiquorum Philosophorum mentem attinet, nihil certum deprehendi potest, quamuis maiorem eorum pars explicare soleat, quantitatem in ordine ad locum; quod tamen indicium haud magnam facit coniecturam; possunt enim explicare quantitatem per effectum notiorem, qualis est localis extensio, etto, alia sit prior. Nonnulli igitur volunt secundam extensionem substantiæ esse primarium effectum quantitatis; quod explicando sic primò confirmare possunt. Effectus primarius quantitatis est absolutus; ergo debet exerceri in corpore absolutè sumpto, seu secundum se tantum; at hoc modo se habet extensio totius, non autem ea, quæ est ad locum; ergo in priori constituendus est primarius quantitatis effectus. Secundò, prima extensio, quæ ab aliquo accidente prouenire potest, est illa quò ad totum; nam entitatiua antecedit omne accidens: localis est posterior; ex eo enim, quod res in se habeat vnam partẽ extra aliam cum quadam lege, nascitur, vt eodem modo illas habeat in loco extenso, & secundum ordinem diuisibili; ergo extensio totius est primarius quantitatis effectus.

Exẽsionẽ totius esse primũ quãtitatis effectũ aliqui opinãtur.

Alij contendunt, tertiam extẽsionem esse primarium quantitatis effectum; quam vt percipias, aduerte, nomine aptitudinis ad occupandum locũ intelligi posse, vel non repugnantiam, vel realem entitatem, quæ est illius fundamentum, & reddit substantiam positiuè habilem ad locum replendum, quemadmodum intellectuum sumi potest, vel pro non repugnantia ad intelligendum, vel pro potentia positiua, quę est intellectionis principium. Cũ igitur dicimus, quantitatis effectum esse reddere corpus aptum ad occupandum locum, nomine aptitudinis non intelligimus negationem, sed formam positiuam, in qua illa fundatur, & cuius merito substantia habet propriè partem extra partem, quia ratione illius repugnat, naturaliter vnam esse in eodem spatio cum alia. Probatur hęc sententia primò. Extensio substantiæ in ordine ad totum non potest prouenire à quantitate; ergò primarius eius effectus est extensio aptitudinalis ad locum. Consequentia est optima; quia nulla alia superest, quæ præcedat; cum entitatiua sit à substantia, localis actualis supponat ordine naturæ aptitudinem, & separabilis sit à quantitate subiecto inhærente.

Extẽsionẽ loci aptitudinalẽ esse primariũ effectũ q̃titatis.

De qua extẽsione id notetur.

Antecedens multis ostendendum est: primò communi argumento. Deus potest seruare substantiam corpoream sine quantitate in eodem

Probatur vera sententia.

loco,

Digitized by Google

loco, in quo ſub quãtitate exiſtebat; ſed in eo euentu partes eſſent ordinatæ, non ſecus, ac ſub quantitate; ergo ordo partium in toto à quantitate prouenire non poteſt; minor eſt euidens, quia ordo partiũ nihil aliud eſt, quam caput, verbi cauſa, eſſe vnitum collo, & nõ thoraci, collum verò thoraci, & non cruribus, & ſic de ceteris partibus; ergò, ſi ſubſtantia corporis maneret in eodem loco nõ diuiſa, ſed continua; maneret eodem modo ordinata. In maiori nulla apparet contradictio, cur potentiæ diuinæ illud negandum ſit: oſtenditur tamen à ſimili. Deus poteſt conſeruare duas ſubſtantias corporeas ſine quantitate in diuerſis locis, vt nemo inficiatur; ergo poterit ſeruare duas eiuſdem ſubſtantiæ dimidietates, & in duabus partibus ſpatij, in quibus antea erant, retinere; ergo poteſt cõſeruare totam ſubſtantiam in eodem loco. Quod amplius confirmatur: etenim poteſt Deus diuidere illam ſubſtantiam, & ſtatuere vnam dimidietatem contiguam alteri; nulla enim ibi cernitur repugnantia; ergo poterit totam ſubſtantiam continuam ponere.

Primi arg. ſolutio cõfutatur.

Hoc argumentum varias opiniones inter Aduerſarios excitat; Soto enim q. 1. rationis euidentia compulſus fatetur, ſeruari poſſe illam ſubſtantiam ſine quantitate in eodem ſpatio, in quo antea fuerat, negat tamen, remanere extenſam & ordinatam ſitualiter. Verum hæc reſponſio, aut ſibi implicat, aut in hanc poſteriorem explicationẽ relabitur; quid enim eſt ſitualiter extenſum eſſe, habere ne partes verè ordinatas, & vnitas inter ſe, an eo pacto, vt ſitum habere poſſint in loco? ſi primum, contradictio eſt, fateri partes remanere in eiſdem ſpatijs, & cum iiſdẽ vnionibus, atq; antea, & negare eſſe eodem modo extenſas: ſi ſecundum, nihil aliud eſt, quantitatem afferre extenſionem ſitualem, quam aptam eſſe ad eſſendum in loco extenſo.

2. Aliorũ ſolutio.

Quamobrem magis cõſequenter alij, neſcio tamen an verè, negant, per abſolutam Dei potentiam perſeuerare poſſe ſubſtantiam in eodem loco eo modo, quo priùs erat: ſed in inſtanti ſeparationis quantitatis confuſum iri omnes partes, ita, vt caput non ſit iam vnitum collo tantum, & collum pectori, ſed quælibet pars omnibus alijs partibus, vt contingere videtur in gradibus qualitatis, quorum primus eſt immediatè vnitus cum omnibus ſeptem, ſecundus ſimiliter cum primo, & cum reliquis. Ad confirmationem dicunt, eſſe diuerſam rationem in duabus ſubſtantijs, vel duabus eiuſdem partibus diuiſis, atq; in partibus eiuſdem; ex eo enim, quod illæ conſeruentur diſtinctæ, & ordinatæ, nullum ſequitur incommodum, cum duæ ſubſtantiæ ſpirituales ea ratione exiſtere poſſint, at ſi vnius ſubſtantiæ partes vnitæ, & ordinatæ conſeruentur, dabitur effectus formalis ære dẽtis ſine cauſa, quod abſurdum eſt maximum: de loco autem, in quo extitura ſit ſubſtantia, credunt, ſi naturæ ſuæ relinquatur, confluxuram ad punctum: alioquin ſeruari à Deo poſſe in ſpatio diuiſibili, modo tamen exiſtendi indiuiſibili, ſcilicet, totam in toto ſpatio, & totam in qualibet eius parte.

Propoſita reſponſio infirmat.

Hæc reſponſio multis rationibus impugnari ſolet. Certè eo titulo diſplicere poteſt, quia potentiæ diuinæ id negat, in quo nulla eſt contradictio, & concedit naturæ, quod vix Deo tribuamus; fluxus enim ſubſtantiæ ad punctum quo pacto fiet in inſtanti? ponamus enim punctum concurſus eſſe centrum corporis 20. palmorum; tunc extremæ partes aliquod ſpatium percurrere debent, vt centrum contingant; ergo deferuntur per motum, quem inſtans non capeſſit: nam ſubſtantiam quantitate eſſe ſpoliatam non confert ad motum in inſtanti, cum Angeli in tempore moueantur, & ipſi admittant, non poſſe totam illam ſubſtantiam per totum ſpatium in tranſuerſum à Deo in momento deferri. Deinde, tot vniones ſubſtantiales quis producet, ſi omnis cauſa præter conſer-

Digitized by Google

uationem abſit: Demum, quis cogit cauſam ſecundam, vel Deum, vt multiplicet vniones inter partes, cum conſeruatio vnius ab alterius coniunctione magis non pendeat ſeparata quantitate, quam pendebat coniuncta?

Secundò probatur illud antecedens, ſcilicet non poſſe extenſionem totius prouenire à quantitate; aut enim prouenit effectiue, aut formaliter. Primum licet indicare videatur Hiſpalenſis in 2.d.18. q.vnic. ar.3. eſt tamen per ſe abſurdum, quoniam formalis cauſa non edit effectum, aliquid extra ſe producendo, ſed ſeipſam communicando. Secundum ſic improbatur. Ordo partium conſiſtit in illa ſerie vnionum non interrupta; ſed quãtitas nequit eam exulare in alio à ſe realiter diſtincto: Vt enim concipiatur quantitas illum ordinem formaliter cauſans, debet apprehendi interiecta inter partes ſubſtantiæ illas vniendo, & diſtinguendo, quod plane fictitium eſt; nã partes, aut ſeipſis vniuntur, aut cum plurimum per modos ſubſtantiales cum ipſis identificatos, vel quippiã aliud etiam ſubſtantiale. Nam communis ſententia eſt, vnionem eſſe de ratione vniti; nequit igitur intrinſecus partium ordo a quantitate deriuari. Dices, eſto ſeries intrinſeca vnionum formaliter quantitas nõ ſit, quantitatem tamen ſupponere, & ea ſublata perire; at hoc eſt iniquis conditionibus in concordiam venire; aſſeris enim ordinem, & extenſionem, de quo contendimus, formalẽ quantitatis effectum non eſſe, ſed ab illa vti à diſpoſitione pendere, quod nihil ad rem facit. Confirmatur argumentum: in accidentibus corporalibus eſt ordo partium, & illa totius extenſio; at non cauſatur formaliter a quantitate, cum hæc non ſit aliorũ accidentium forma, ſed materia; ergo non eſt, cur negetur, ſubſtantiam ita ſe habere formalem ordinem abſque beneficio quantitatis.

Effectum cauſæ formalis non eſſe aliqd a cauſa ſeparatum.

Quo pacto corporea accidẽtia extendantur.

Vltimò, vt tota ſubſtantia ſupponitur ſub quantitati, tãquam materialis eius cauſa, ita partes ſubſtantiæ partibus quãtitatis; ergo quemadmodum ſubſtantia ſupponitur alicubi ad recipiendam quantitatem, ita ſupponi debeat eius partes, vbi extituræ ſunt partes quantitatis? Quare ſi quantitas futura eſt in hoc pedali, in eodem præſupponitur extenſa ſubſtantia; ergo habet intrinſecam extenſionem, quam à quantitate non accipit. Nec reſpondeas, ſupponi ſubſtantiam indifferentem ad eſſendum in tanta, vel tanta extenſione, & per quantitatem formaliter determinari; nam quantitas non eſt ſubſtantiæ formalis ratio coexiſtendi tanto loco; & alioquin eſt illa poſterior; ergo præſupponit illius extenſionem in loco, quæ cum ſit poſterior extenſione intrinſeca, & ordine partium, manifeſtè conuincitur, internam ſubſtantiæ extenſionem antecedere quantitatem. Vnde tandem concluditur, probabiliorem eſſe opinionem explicantium rationem formalem quantitatis in ordine ad locum, quam ad totum, ſi quidem illa eſt prima extenſio extrinſecus aduenies. Quæ diximus de extenſione magnitudinis in ordine ad locum, eodem modo applicanda ſunt extenſioni motus, & temporis in ordine ad tẽpus imaginarium, vel coexiſtentiam realis, quemadmodum enim quantitas molis affert ſubſtantiæ partibus repugnantiam eſſendi in eadem parte loci; ita motus, & tempus efficiunt, vt partes actionis, & durationis nõ ſimul decurrant, ſed vna poſt aliam, vt in quæſt.1.art.2. magis explicabitur.

ARTICVLVS III.

OBIECTA ADVERSVS *hanc opinionem diſſoluuntur.*

MVlta ſunt, quæ hanc extenſionis per ſe opinionem demoliri videantur. Primum ſit; eſſe diuiſibile in partes eſt ſaltem proprietas quantitatis, vt in 1.ar. confeſſi ſumus; ergo non conuenit per ſe ſubſtantiæ materialis; at ſi per ſe habeat exten-

1. Obiectio.

Digitized by Google

extenſionem ſecundum quam poſſit eſſe in loco diuiſibili, neceſſariò eſt diuidua; ergo vel dicendum eſt, ſubſtantiam nullam habere extenſionẽ, vel diuiſibilitatẽ non eſſe propriã quantitatis affectionem. Vt reſpondeas huic argumento, duplicem aduertes eſſe partibilitatem; alteram phyſicam, alteram veluti Metaphyſicam. Illa deducitur ad actum, cũ per contractum phyſicum vnum corpus introducitur inter partes alterius, eaſque ſeparat: hæc, cum duæ partes, quæ in eodem loco erant vnitæ, accipiunt eſſe in diuerſis locis, vel per impulſum diſtrahuntur. Prima diuiſibilitas eſt propria, & quantitatis proprietas, nec conuenit ſubſtantiæ quãtitatis experti, quia ſubſtantia ſine quantitate, quantumuis extenſa ſit, poteſt exiſtere penetratiuè cum alijs corporibus; quare à nullo expellitur, vel ſecatur; ſecũda eſt minus propria diuiſibilitas, & conuenit omni rei corporeę extẽſionis partes habẽti, exerceriq. põt à Deo, vel Angelo; à Deo quidem vtroque modo explicato; ab Angelo poſteriori dunta xat.

Duplex diuiſibilitas Phyſica, et Metaphy.

Phyſica, propria quantitatis, alia minimè.

2 Obiectio. Secundum. Nullum accidens actu afficiens ſubiectum habet pro effectu formali conſtituere illud in potẽtia proxima ad actualem formam, vel ad effectum illius; ſed reddere aptum ad occupandum locum eſt eiuſmodi effectũ habere; ergò non poteſt quantitati conuenire. Minor, & conſequẽtia notæ ſunt; maior patebit ſingula percurrenti. Albedo enim reddi actu album, frigus frigidum, & ſic de ceteris. Reſpondendum eſt cum diſtinctione maioris propoſitionis; ſi enim vult, accidens nõ reddere ſubiectum ex me aptum ad ſe ipſum, vel ſuũ effectum formalem accipiendum, vera eſt, quoniam, cum forma, illiuſque formalis effectus communicentur ſubiecto per exiſtentiam formę in illo, fieri inquit, vt forma in ſubiecto ſit, quin ſe ipſam, ſuumq. effectum eidem impertiat. Sin velit, nullius accidentis effectum formalem eſſe reddere ſubiectum aptum ad aliam vlteriorem formam, eſt apertè falſa; nã eadem quantitas, in qualibet ſententia, habet pro effectu formali conſtituere ſubſtantiam capacem aliorum accidentium, & qualitas formaliter efficit ſubiectum capax habendæ rationis ſimilitudinis.

Reſpõſio.

Quod ſi dicas, hos nõ eſſe primarios effectus formales quãtitatis, ſed ſecundarios; nec ad rem loqueris, cũ omnis formalis effectus, ſtatim ac forma in ſubiecto eſt, illi communicetur: nec argumentum declinabis; quoniam nõ deſunt accidentia, quorum primarij effectus eiuſmodi ſint. Quis enim alius effectus formalis eſt intellectus, voluntatis, & riſibilitatis, quàm reddere ſubiectum intellectiuum, volitiuum, & riſibile, hoc eſt, poſitiuè aptum, & capax ad volitiones, intellectiones, &c. vniuerſim igitur dicendum eſt, duplex accidentium genus reperiri; quædam ſunt vltimæ actualitates, quæ ſubiectum ad vlteriorem formam non ordinãt, vt intellectio, volitio, color, &c. alia ſubiectum diſponunt ad vlteriorem formam, vt intellectus, & voluntas, quibus annumeranda eſt quantitas, reſpectu occupationis loci: reddit enim ſubiectum proximè aptum, vt locum occupet.

Accidẽtiũ gẽra duo, vnũ diſponit ad alias formas, aliud non diſponit.

3. Obiectio. Tertium, ſi ſubſtantia propriam haberet extenſionem, haberet quoque propriam figuram; conſequens eſt falſum: ergo & antecedens; Falſitas conſequentis patet primo ex Ariſtotele in quinto Metaphyſ. c. 14. aſſerẽte, figuram eſſe in immobilibus, hoc eſt, iuxta communem Interpretum ſententiam, in quantitatibus; patet ſecundò ex figuræ definitione, quæ ſic habet; figura eſt qualitas reſultans ex terminatione magnitudinis; conſequutio oſtenditur: ſi ſubſtantia corporea ſine quantitate ſeruaretur extenſa in loco, terminaretur certo quodam modo, quod perſpicuum eſt, ſi talis ſubſtantia eſſet alicuius ſtatuę; ex re autem ſic terminata reſultat figura.

Quorũdã reſpõſio ſi guram in ſubſtantia admittentis.

Aliqui non formidarent, figuram ſubſtantialem admittere, vt admittimus quantitatiuam, præſertim qui agnoſcunt indiuiſibilia, non modò in quantitate, ſed etiam in ſubſtãtia,

Digitized by Google

Arim. quorum meminit Gregorius Arim. in 1. d. 2. q. 2. quod fortè significare

Aegid. voluit Aegid. theoremat. 28. cum docet, in substantia materiali dari quẽdam modum quantitatis pertinentem ad rationem corporis organici; videtur enim corpus organicum figura compleri, non fecisse autem Philosophos huius figuræ mentionem, quia loquebantur de illa, quæ naturaliter est in rebus, cuiusmodi

Cõior solutio substantialem figurã negans. est sola quantitatiua. Nihilominus, ne communi Philosophorum voci repugnare videamur, respondendum est, figuram non quamcunque terminationem sequi, sed quantitatiuam; est enim qualitas corporea, quę non, nisi interuentu quantitatis, vt ceteræ corporeæ qualitates, in substantia recipitur.

Quarta obiectio. Quartum; accidens, quod habet pro effectu formali, reddere subiectum capax alicuius denominationis, non præbet illam per se, sed interuentu illius formæ, ad quam disponit: sed quantitas efficit corpus occupans locum per se ipsam; ergo illius effectus non est reddere corpus ad occupandum idoneum. Maior patet primò ijsdem exemplis, quibus nostram sententiam cõfirmauimus; etenim, quia effectus formalis intellectus, & voluntatis est intellectiuum, & volitiuum, non possunt hæ potentiæ efficere intelligens, & volens; sed addendæ sunt intellectio, & volitio. Patet secundò ratione; forma absoluta (de hac enim loquimur) simul atque est in subiecto, totam suã rationem, & denominationẽ illi communicat: igitur si tum temporis aliquam non præber, sed ad illam disponit, expectat profectò nouam formam, à qua illa denominatio præbeatur. Minor proposito est

Durand. expressa Durand. in 4. dist. 10. quæst.
D. Thom. 2. videtur supponi a D. Thoma super
Boetius. Boetium de Trinitate, quæst. de causa pluralitatis, ar. 3. & ab alijs communiter, vsurpari. n. solet, occupationẽ loci esse effectum formalem quantitatis, licet secundarium, formalis autem effectus, quicunque ille sit, causatur immediatè à forma; & probat, quia nihil fingi potest à quantitate distinctum, per quod locum occupet.

Respondetur, concessa maiori, negando minorem. Autores verò pro illa citatos, si Durandum excipias, sic interpretamur, vt velint, extensionem localem actualem esse effectum secundum, & formalem quãtitatis, quia ex forma quantitatis proueunt, vt ipsa, & corpus, in quo est, locum occupando extendantur, quamuis occupatio non fiat à quantitate formaliter, sed à modo existendi in loco debito quantitati, hoc est, ab Vbi quantitatiuo, quod in qualibet sententia necessariò dicendũ est; si enim extensio in loco esset formaliter à quantitate, non posset persistente quantitate in corpore à Deo impediri; quoniam, vt posita forma in subiecto, Deus non concurrit alio influxu ad affectum formalem illius, ita perseuerante forma eodem modo vnita, nequit formalem eius effectum inhibere. Certè in causa effectiua hac sola ratione intelligimus, Deum prohibere effectum, si reliqua sunt præparata, quod subtrahat concursum suum. Dices, illud esse intelligendum de effectu formali primario, non autem de secundario, cuiusmodi est extensio in loco. Sane qui

Responsio multorum Autorũ improbatur. ita responderit (respondent autem multi, & magni Autores) explicare deberet modum, quo Deus possit impedire effectum, ad quem nullo alio influxu concurrit, quam quo conseruat causam in subiecto, & cum nullum inuenerit, in nostra sententia præsidium quæret.

ARTICVLVS IV.

QVO PACTO PERTINEAT *ad quantitatem habere partes extensionis in se.*

Qõ se habeant ad q̃titatẽ partes extensionis ī se.

QVæ sit propria quantitatis extensio, qua à ceteris differt prædicamentis, hactenus ostensum est; superest, vt, quomodo in eadem reperiatur extensio totius, quæ posita est in partium ordine, breuiter

Digitized by Google

ostẽ-

Supponũtur duo. Primum.

ostendamus. Qua in re primò statuendum est, quantitatem habere illam extensionem totius quæ in continuata partium serie collocatur; tum, quia extensio per ordinem ad locum necessariò illam suppomt; enimverò si partes alicuius entis cõtinui respondere debent cum quodam ordine partibus loci, necesse est, vt in ipso toto ordinatæ sint, & distantes: tum, quia substantia, & accidentia corporalia habent similem extensionem, vt ostendimus; ergo non erit deneganda quantitati, in qua euidentiora sunt illius argumenta. Vnde secundo loco suppones, prædictam extensionem non esse peculiare prædicatum quantitatis, sed commune illi cum ceteris entibus corporeis ex partibus extensionis compositis: quamobrem illius explicatio ad quodlibet prædicamẽtum spectare poterat: verum, quia magis coniuncta est cum ratione, & definitione quantitatis, quæ est ens per se extensum, & quia magis principaliter in quantitate ratione extensionis localis reperitur, hic semel proponenda fuit. Duo igitur explicanda sunt: alterum, num hęc extensio sit de essentia entis corporei, in quo inuenitur, siue sit substantia, siue accidens. Alterum, quo pacto in re communi inueniatur.

Secundũ.

Non extẽsio sit de essẽtia entis corporei; & qũo in re cõmuni reperiatur.

Extẽsio dupliciter recipiẽdo. 1. Extẽsio. 2. Extẽsio, Quibus cõueniat primò.

Quod ergo ad primum attinet, bifariam iuuari potest hæc extensio. Primò, vt dicit seriem ordinatam, qua pars extrema proximè vnitur cum sola media, & illius interuentu remotè cum altera extrema. Secundò, vt significat solam compositionem partium inter se mediante vnione, siue vna copulentur tantum cum altera, siue cum pluribus, vel etiam omnibus. Prima extensio conuenit speciali quadam ratione quantitati, sed nullius entis essentiam cõstituere potest.

Primum patet, quia cum partes quantitatis non possint naturaliter esse in eodem loco, nequeunt inter se ita copulari, vt vna sit omnibus, vel pluribus immediata, sed singulis tantum: vnde consurgit illa series partium sibi mutuò copulatarum. Ceterorum verò entium partes, quia de se in indiuisibili esse non respuũt, omnes omnibus immediatæ, & vnitæ esse queunt, & ita, nisi quid extrinsecum sit in causa, vt ordinatæ sint, confusæ esse patiuntur.

Ostẽditur secundò.

Secundum probatur, quoniam Deus potest ita componere partes cuiuscunque corporis Homogenij, licèt quanti, vt hunc ordinem non seruent: ergo nullius essentiam ingreditur. Consequentia est bona, cum ea, quæ pertinent ad rei essentiam, à Deo mutari non possint. Antecedens suadetur: sumat Deus corpus palmare, & complicet vnam dimidietatem super aliam, vniatque vtramque secundum omnes partes; hoc ipsum deinde efficiat in quartis, octauis, & ceteris omnes efficiendo præsentes, & vnitas omnibus; tunc nulla erit pars, quæ omnibus alijs vnita non sit; ergo nulla erit series partium, atque adeò ordo in vnione partium ad nullius essentiam pertinet.

Secũda extẽsio est de essẽtia earũ rerum, q̃ ex partibus componuntur.

Secunda extensio est de essentia earum rerum, quæ ex partibus componuntur; quemadmodum est in cõpositum physicum non modo includit materiam, & formam, sed etiam vinculum quo illæ inter se copulantur; ita compositum integrale, vt vtrũ sit, constitui debet essentialiter ex pluribus partibus eiusdem rationis, & ex eorum vinculis, si quid sint a partibus diuersum; at extensio hoc secundo modo accepta solum postulat plures partes inter se vnitas; ergo includitur in essentia cuiusuis entis corporei partibus extensiuis cõflati.

Probat assertio.

Confirmatio illius.

Confirmatur primò, quia hanc extensionem auferre Deus non potest, nec quò ad actum, nec quò ad aptitudinem, dummodò rei essentia perseueret; si enim vel partes, vel earum vnitates tollantur, iam non erit vnũ compositum, & idem quod antea. Confirmatur secundò, quia non potest concipi res corporea prædictis partibus constituta, tanquam vna essentia; quin apprehendantur plures partes inter se vnitæ; atque quæ rei

Digitized by Google

conceptum neceſſariò ingrediuntur, ad eſſentiam pertinent. Tota ratio eſt euidens.

Secũda difficultas enucleatur.

Atquè hæc facilè intelliguntur in compoſito ſingulari, vt potè in quo reperiuntur plures partes numero diſtinctæ, quæ compoſitionem, extẽſionemque perficiunt: at in re communi percipi compoſitio non poteſt, & eſt ſecunda difficultas, quam propoſuimus explicãdam. Aut enim res communis, Verbi gratia, quantitas, componitur ex partibus ſingularibus, aut ex communibus; non primum; quia partes componentes ſunt de eſſentia compoſiti, ſed in eſſentia communi nihil ſingulare includitur, vt per ſe conſtat; ergò res communis non componitur ex partibus ſingularibus; non ſecundum; quoniam non dantur plures partes eiuſdem rationis communes. Si enim ex omnibus partibus extenſionis quantitatis mente præſcindamus partem in communi, non plures, ſed vnam tantum abſtrahemus; quemadmodum, ſi ex omnibus hominibus abſtrahamus hominem, vnum tantum colligemus. Cum igitur omnis compoſitio ſit ex pluribus, & pars communis vna tantum ſit, non videtur quantitas, nec alia res corporea id genus extenſionis, & compoſitionis participare.

De qua cõpoſitione in præſenti fit ſermo.

Locuti ſumus in tota hac dubitatione de compoſito ex partibus eiuſdem rationis: quoniam, cum partes ſunt diuerſæ rationis, concipiuntur plures in communi; & totum etiam commune actu componunt, quod

D. Thom.

docet S. Thom. 1. parte quæſt. 3. artic. 2. cum aſſerit, hominem in communi conflari ex carne & oſſe, quæ licet ſecundum rationem eſſentialem non ſint plura in communi, eò quod eadem anima informentur; quò ad accidentia tamen, quæ deuoluunt, aut,

Capr.

vt vult Capreol. in prima diſtin. 24. quæſt. vnica ad primum Scoti, contra ſextam concluſionem, & tribuit

Ariſt.

Ariſtoteli 3. Metaphyſic. text. quadrageſimoprimo includunt, (exiſtimant enim partes heterogeneas includere eſſentialiter qualitatem, & quantitatem) diuerſa ſunt, & tanquam plura in communi concipi poſſint.

Reſpõſio ad quęſtionem.

Ad difficultatem igitur hac concluſione reſpondemus. Nec quantitas, nec alia res corporea in communi componitur ex multis partibus eiuſdem rationis; dicitur tamen cõpoſita & extenſa, quia eſt radix, & cauſa compoſitionis, & extenſionis inferiorũ, in quibus continetur. Prima pars huius cõcluſionis euidẽter confirmata eſt argumento proximè confecto. Secunda probatur, & explicatur. Eſſe radicem compoſitionis, & extenſionis eſt talem habere naturam, vt, quoties contrahitur ad ſingularia, poſcat multitudinem partium, & earum compoſitionem, ſed quantitas in communi materia prima, & qualitates corporeæ extenſionis capaces ita ſe habent, vt omnia ſingularia, quæ earum naturas participant, neceſſariò ſibi vẽdicent multitudinem partium, & compoſitionem: ergo ſunt cauſæ prædictæ extenſionis. Hæc, tametſi in qualibet ſententia vera ſunt, nonnihil diſcriminis habent in noſtra conſtituente actualem identitatem inter naturam communem & inferiorem, & in ſententia Scoti id negante. Nobis enim neceſſariò fatendum eſt, qualitatem communem à parte rei componi ex ijſdem partibus, quibus componitur ſingularis: ſiquidem ab ea nihil actu differt; cum verò præſcinditur conceptus communis, tunc nullam apprehendimur compoſitionem, ſed rem, quæ compoſitionem depoſcit, vt in ſuis inferioribus exiſtat.

Scotus.

Quod ſi inferas: ergo ille conceptus obiectiuus eſt ſimplex, vnde rurſum ſequitur, particularia ratione illius non poſſe eſſe compoſita. Dicendum ad primam illationem, illum conceptum eſſe formaliter ſimplicem, ſed virtute, ſeu originaliter compoſitum, & ratione huius virtualis compoſitionis ſunt compoſita inferiora; quare ſecunda illatio nihil colligit. In ſententia Scoti eſt quidem gradus communis in ſingularibus realiter compoſitus, non tamen eſſentialiter; cum particulare,

Propoſitur duę illationes.

Reſpõdetur primæ illationi.

Reſpõdetur ſecundę illationi.

&

Digitized by Google

& commune actu distinguuntur, per se autem consideratus eodem pacto se habet, atque in nostra sententia.

QVÆSTIO II.

VTRVM SPECIES *Quantitatis recte à Philosopho numerentur.*

ARTICVLVS I.

SPECIES QVANTITATIS *discretæ reijciuntur.*

Reijciuntur species quãtitatis discretæ.

EXtra locum esset de singulis quãtitatis speciebus in hoc late disputare, cum earum natura absque physica, & metaphysica cognitione perspecta esse non possit. Quare nec rem omninò prætermittemus, nec alio modo, quam ab Aristotele hic tractata est, explicabimus, reijciendo prius species, quæ vulgari tantũ more in quantitatibus numerantur, deinde admittendo eas, quæ à maiori Philosopharum parte huic ordini ascribuntur, profundiori singularum perscrutatione in eos libros reseruata.

Quantitatis diuisio.

Quod igitur attinet ad quantitatẽ discretam, quæ fuit primum membrũ illius diuisionis, qua distributa fuit quantitas in continuam, & discretã: eam diuisit Aristoteles in numerum, & orationem; numerum deinde etsi ille non diuiserit, in varias tamen species possumus dissecare; quod vt efficiamus, aduertendum est, numerũ apud eius defensores componi ex quantitatibus continuis actu distinctis, non tamen ex quibuslibet, sed ex illis, quæ possunt inter se continuari; quod significauit Aristoteles 3. lib. Physicorum, cum dixit, numerum fieri ex diuisione continui. Volunt igitur nõ ex vna superficie, vno corpore, & vna linea, sed ex tribus lineis fieri ternarium; ex quatuor superficiebus quaternariũ; ex quinque corporibus quinarium. Similiter non fieri binarium ex vna quantitate permanente, & alia successiua, sed ex vtraque successiua, & eiusdem rationis; Verbi gratia, duobus motibus, vel duobus temporibus, non autem ex motu, & tempore. Hoc posito, diuiditur numerus in numerum quantitatum, permanentium, & quantitatum successiuarum: permanens rursus in numerum linearum, superficierum, & corporum; & horum quilibet in infinitas species, binarium, ternarium, quaternarium, &c. Numerus successiuarum, in numerum temporum, & motuum; vterque deinde in numerum spiritualium, & corporalium; & horum quilibet, perinde ac præcedens, in species infinitas. Alij alijs vtuntur diuidendi rationibus.

Aristot.

Ex quibus componatur numerus. Arist.

Statuitur vera conclusio.

Nostra tamen conclusio sit; quam vocant quantitatem discretam, non esse veram quantitatis speciem, sed adumbratam. Primam partem docent Albertus Magnus 8. Metaphys. tractatu primo, cap. 8. Ex Scoti discipulis Bassol. in 1. distin. 24. quæst. vnica, Paulus scriptor ibidem. Ex Nominalibus Ocham. ibidem quæst. 2. Gregor. Arim. quæstione secunda, articul. 2. Marsilius distinctione vigesima septima, articul. 1. his accedit Aureol. apud Capreol. distinctione vigesima quarta quæstion. prima conclusione quinta. Pro secunda ijdem Autores adduci possunt; omnes enim loquuntur de numero, vt de vera quantitate (orationem enim liberius explodunt) deinde tota pene schola Diuus Thomas qui, veram speciem esse, asseuerare videntur. Prima suadetur primò; quantitas discreta non est vnum ens per se; ergò non est species quantitatis; cõsequentia patet ex conditionibus ad ens praedicamentale requisitis; quadam enim erat, vt sit ens per se, antecedens probatur, ex multis entibus nõ fit vnũ per se, nisi intercedat aliqua vnitas, sed partes quantitatis discretæ nulla vnitate copulantur, cum neque integrali vnitate intrinsiua, aut

Propositæ assertionis Autores. Alb. Mag. Bassol. Pau. scrip. Ocham. Greg. Ari. Marsil. Aureol.

Schola D. Thom.

Prima pars suadetur primò.

Digitized by Google

aut extenſiua, nec Phyſica, aut Metaphyſica iungantur. Dicent, hoc eſſe neceſſarium, in vno per ſe continuo, non autem indiſcreto, quod ex ratione ſua poſtulat diuiſionem. Sed hoc ipſum eſt, quod oppugnamus; quia vnum per ſe, abſolute loquendo, eſt effectus alicuius vnitatis per ſe, ergo ſi inter partes diſcreti non eſt eiuſmodi vnitas, vt diximus, nequit diſcretum eſſe vnum per ſe, quoniam ratio ſpecifica abſque generica conſtare non poteſt; quare ſi diſcretum non eſt vnum per ſe abſolutè, nec vnum per ſe diſcretum.

Nonnullo rũ reſpon ſio. Refellit.

Suadetur ſecundò. Secundò; ex multis entibus actu completis non fit ens vnius eſſentiæ, ſed vnitates, ex quibus numerus coaleſcit, ſunt plura entia completa (ſunt enim plura corpora quantitatiua, aut plures lineæ): ergò non conueniunt in vnius eſſentiæ compoſitionem. Reſpondebunt, vnitates eſſe completa entia in genere cõtinui, ſed reſpectu entis diſcreti habere rationem incompleti, quatenus ſunt indiuiſæ: aſſument exemplum ex linea, quæ in ſua eſſentia eſt completa, & quatenus indiuiſibilis, habet incompletionem, cuius meritò in ſuperficiei compoſitionem venit. Hæc reſponſio falſum aſſumit, nam ens incompletũ, quodcunque ſit eſſentialiter ordinatur ad alterius compoſitionem, vt ex illius definitione ad quartum caput colligere licet, imò excepta anima rationali, ſemper actu componit; vnitates autem per accidens cõiunguntur cum alijs ad numerum efficiendum; quid enim attinet ad hoc corpus, vel ad hanc lineam, eſſe alia, cum quibus numerentur. Quare entia incompleta non ſunt; ſecus habet linea, cũ ſuperficie cõparata; neceſſario enim cum illa coniungitur, & intrinſeca propenſione ad eam componendam ordinatur.

Suadetur tertiò. Tertiò; quantitas diſcreta non eſt ens reale, ergò nec prædicamentale. Antecedens ſuadetur; vnitas eſſentialis diſcreti pẽdet ex ordine, vt docet Ariſtoteles 8. Metaphyſic. cap. 3. & D. Thom. ibidem; ſed eiuſmodi ordo naſcitur ex intellectu concipiente aliquam vnitatem, & vltimã, & formam reliquarum, vt docet Soncin. 10. Metaphyſic. quæſtione 6. & alij. Et ratio conuincit, cum à parte rei nullus ordo per ſe in illis appareat; ſunt enim omnes eiuſdem conditionis; ergo non eſt ens reale, ſi rectè à nobis dictum eſt, ens reale eſſe, quod ab intellectus operatione non pendet. Hæ rationes cum deſtruant communem rationem quantitatis diſcretæ, neceſſariò tollunt de medio vtramque illius ſpeciem, numerum, & orationem. Sed numerum ſpeciatim non eſſe vnum ens per ſe, & conſequenter ſpeciem quantitatis tradidit Ariſtoteles multis in locis, 3. Phyſic. ca. 7. ait numerum eſſe plures vnitates, & 8. Metaphyſ. c. 3. Numerum non eſſe vnum, ſed ſicut cumulum; quod eodem ſenſu repetit libro 10. c. 3. & 9. Accedunt Auerr. 3. Phyſ. com. 68. aſſerens, numerum eſſe aceruum vnitatum. Euclides 7. Elem. eſſe multitudinem conflatam ex vnitatibus, quæ omnia vnitatem eſſentiæ perſpicuè negant.

Soncin. Ariſt. Numerus non eſt vnum ens per ſe. Auerr. Euclid.

Orationem maiori licentia omnes relegant cum Alberto Magno quinto Metaphyſic. Caietan. hoc loco, imò cum Ariſtotele, qui eo loco nullam eius fecit mentionem; & meritò, quia in oratione vocali hæc ſunt, ſinguli ſyllabarum ſoni, motus, quibus ſoni producuntur, continuitates talium motuum, moræ, ſeu tempora, in quibus fiunt, ordo ſyllabarum inter ſe, denique totius orationis ſignificatio; at nihil horum nouam conſtituit quantitatem; nam ſoni pertinent ad qualitatem; motus ſunt entia incompleta, & reducuntur ad prædicamentum ſoni, vt poſtea dicemus; continuitates, & tempora horum motuum, ſi quid diſtinctum ſũt, & prædicamentale, efficiunt duas ſpecies quantitatis continuæ ſucceſſiuæ, de quibus ſtatim eſt dicendum. Si verò ſumatur aggregatum illorum temporum, vel motuum, non eſt ens per ſe ob communem rationem diſcreti; ordo ſyllabarum, & totus orationis ſig-

Alb. Mag. Reijcitur oratio ab ſpecibus Quantitatis. Caietan.

Digitized by Google

gnificatio, sunt relationes rationis ex humana voluntate pendentes, quas constat non esse quantitates. Nihil ergo est in oratione, quod quantitas sit, à ceteris speciebus distincta.

Secunda pars propositæ à nobis conclusionis erat, discretam quantitatem similitudinem quandam habere cum vera, quam non opus est ostendere, cum earum inter se similitudo fuerit in causa, vt Mathematici absque vllo discrimine de quantitate continua, & discreta loquantur. Quæ scientia, cum olim celeberrima fuerit, & ante reliquas pueris traderetur, adeò inualuit, vt alijs (contra earum decreta) loquendi formam præscripserit, vnde effectum est, vt Aristoteles, aljque magni nominis Philosophi inter veras quãtitates numerent discretam, præsertim numerum, quem alias tanquam ens per accidens damnant, vt vidimus apud Aristotelem, & Auerroem; quod similiter apud alios videre licet. Hanc fuisse causam, cur Aristoteles hoc loco numerum, & orationem in quantitatibus reposuerit, docent Autores, qui pro nostra sententia adducti sunt: colligitur ex ratione, qua probauit, orationem esse quantitatem, quia, nimirum, eam metimur, & longam, ac breuem appellamus; quasi dicat; idcircò in quantitatibus orationem repono, quia eas habet affectiones, quas attribuimus quantitati. Quod si quis sibi persuadeat, ea ratione vsum fuisse ad ostendendum, orationem non similitudine tantum, sed re ipsa quantitatem esse, hoc modo illam expediet orationem esse mensurabilem, & longam, ac breuem ratione temporis intrinseci, quod reperiri dicitur in cuiuslibet soni productione, vel ratione plurium temporum in productione multarũ syllabarum, aut dictionum consumptorum, quod nouam quantitatem non inuehit.

Secunda pars propositæ assertionis ostenditur.

Arist. Auerr.

Cur Aristotel. numerum, & orationẽ in quantitatibus reposuerit.

ARTICVLVS II.

NVM SPECIES QVANTITATIS continuæ probè recensentur.

ARistoteles hoc loco quinque species quantitatis continuæ numerauit, lineam, superficiem, & corpus, tempus, & locum. In quinto Metaphysicorum omisit tempus, & locum, indicauit tamen aliam nouam, nimirum, pondus, quia dixit, graue, & leue affectiones esse quantitatis; sunt autem propriæ affectiones ponderis: ergo significauit, pondus esse quantitatem. Si autem omnes species, quas vel Aristoteles, vel eius Interpretes assignant, colligere velimus, hoc modo per diuisionem procedemus. Quantitas continua alia est permanens, alia successiua; permanens, alia magnitudo, alia non magnitudo. Magnitudinis tres sunt species; corpus, superficies, & linea; non magnitudinis autem duę, locus, & pondus. Successiua quantitas distribuitur in duas species subalternas, tempus, & motum; earum quælibet in duas, vt volunt, infimas; tempus quidem in tempus spirituale, & corporale; motus item in spiritualem, & corporalem.

Species quãtitatis continuæ numerantur.

Optimus colligẽdi modus.

Non desunt, qui hæc omnia veras quantitates esse arbitrentur; sed maior, & melior Philosophorum pars excludit in primis locum, & pondus; & quidem, locum non esse speciem quantitatis a magnitudine diuersam, & si oppositum defendant Veteres aliquot Philosophi, vt Philoponus & Simplicius 4. Physicor. tex. 49. ita suadetur. Locus trifariam sumi potest, primò pro spatio, quod corpus locatum replet; Secundò pro superficie extrema corporis continentis ambiente locatum; tertiò pro præsentia rei ad locum, seu pro vbi; sed horum nihil est propriè quantitas à ceteris contradicta; nam metiuallum, iuxta veram Philosophiam, quę tradita est 4 Physic. cita-

Locus, & pondus reiiciuntur.

Philop. Simplic.

to, ut-

to, nihil reale eſt, cum nec productum ſitâ Deo, nec corrũpi aliquando poſſit: quod autem reale non eſt, à prædicamento abeſt. Quod ſi cum Veteribus reale quid eſſe permittamus, non erit locus aliud, quam tres dimenſiones à ſubſtantia ſeparatæ, vt ipſi volunt, quæ non conſtituunt nouã ſpeciem a corpore, & eius partibus diſtinctam. Iam ſuperficies locantis comparatione corporis, non habet effectum formalem quantitatis, qui eſt, corpus ipſum extendere, quoniam locus ſupponit corpus intrinſeca ſua quantitate extenſum, vt extremè illud circumſcribat: ergo non eſt noua ſpecies quãtitatis. Denique præſentia corporis in loco exiſtentis alium habet effectum formalem, nimirum, corpus alicubi collocare, & idcircò diuerſum conſtituit prædicamentum: quod ſi aliquãdo præſentia extenſa eſt, id ex genere ſuo non poſtulat, cum æquè in ſpiritu atque in corpore inueniatur, ſed ratione eius ſpeciei, quę in re corporea extenſa reperitur.

Quid ſit locus ſecũdum mentẽ veterũ.

Pondus admiſit quidem Architas, receperunt Simplic. & alij in hunc locum, Diuus Auguſtin. 10. lib confeſſ cap. 8. ſed reſpuunt quotquot reliqui ſunt; & ratio eſt ſatis manifeſta, quoniam põdus non eſt aliud, quam grauitas deorſum corpus impellens, quæ omnium confeſſione ad prædicamentum ſpectat qualitatis, quia eſt productiua impulſus deorſum, quod eſt proprium munus qualitatis. Præterea perſiſtente eadem quantitate ſit corpus nunc grauius, nunc leuius, quam antea; ergo pondus non eſt quantitas, ſed qualitas: qua fortaſſe de cauſa Ariſtoteles appellauit graue, & leue affectiones quantitatis. Alia etiam ratione dici poſſunt grauitas, & leuitas paſſiones quantitatis, nimirum, quod corpus maius cum eadem intenſione grauitatis magis ponderat, quam corpus minus, quod in alijs qualitatibus non contingit; neque enim corpus calidum bipedale calidius eſt, intenſiuſue calefacit, quam corpus pedale ſub eadem caloris intenſione:

Archit. Simpli. D. Aug. Põdus inter ſpecies quãtitatis non benè quidã admiſerunt.

ſed hęc per accidẽs ſe habent ad quãtitatem, cuius nomen non tribuit Ariſtoteles ponderi ex propria ſententia, ſed iuxta aliorum opinionem, vt D. Thomas eo cap. 13. 5. Metaphyſic. annotauit; quo etiam modo interpretandus eſt, cum aſſerit hoc ca. locum eſſe veram quantitatem: in 4. enim Phyſic. lib. & cap. & in 5. Metaphy. aperuit ſuam mentem, locoque inter ſpecies quantitatis nullum dedit.

D. Tho. Explicãtur varia loca Ariſtot.

De ceteris ſpeciebus quid omninò tenendum ſit, in 4. libro Phyſic. & 5. Metaphyſic. luculenter eſt oſtendendum; nunc conſulò auditorum commodo viſum eſt, rudi quadam notitia illas, quaſi veræ ſint qualitates, inculcare. Quod ab omnibus pene Autoribus hoc loco factum videmus; qua de cauſa nullũ pro ea opinione recenſemus. Quod igitur tres illę magnitudinis ſpecies, linea, ſuperficies, & corpus, veræ ſint quantitates inter ſe diuerſę, hac probabili ratione concludes. Eſſentia quantitatis poſita eſt in extenſione: ſed in quolibet horum datur extenſio diſtincta ab extenſione aliorum; ergo in omnibus eſt vera eſſentia quantitatis, & in ſingulis ſua propria. Minor oſtenditur per ſingula diſcurrendo. In primis linea participat extenſionem ſecundum longitudinem cum negatione latitudinis adiuncta, quem modum extenſionis non habet alia ſpecies; nam ſuperficies eſt extenſa ſecundum planitiem, ſeu latitudinem adiuncta negatione profunditatis; corpus autem preter alias addit extenſionem ſecundum profunditatem; quod ſi Deus produceret longitudinem per ſe à ſuperficie ſeparatam, & ſuperficiem ſeparatam à corpore, quod illius potentię denegari non poteſt, tum demum appareret, has ſpecies aliquam per ſe extenſionem ſibi propriam, & ſpecificam participare, ratione cuius veræ ſpecies conſtituantur.

Probabilior ratio deſpecieb. quãtitatis.

Tempus etiam & motus proprias habere videntur extenſiones; (quamuis id cum Ariſtotele in 5. Metaphy. negari poſſit) nam linea, ſuperficies, &

Ariſtot. Motus, & tempus videntur habere proprias extenſiones.

Digitized by Google

& corpus extendunt res permanentes; tẽpus verò & motus successiuas, vt successiuam productionẽ albedinis, & localem motum; quemadmodum enim illa sunt in causa, vt substantia possit extendi in loco modo explicato, aut secundum longitudinem solum, aut secundum lõgitudinem, & latitudinem simul, aut denique secundum longitudinem, latitudinem, & profunditatem: ita motus & tempus, vt operationes non simul fiant, sed cum quadam extentione, & vna pars post aliam.

Quæ debeant in motu considerari. Aristo.

Verum, vt manifesta sit distinctio inter motus, & temporis durationẽ, considerãda sunt nonnulla, quæ in motu spectari possunt. Aristoteles in 3. Physic. c. 3. tria distinguit; primum est processio formæ, quæ producitur, Verbi causa, caloris ab agente; secundum receptio in patiente; tertium ipsa forma, quæ fluit, nondum perfecta, sed gradatim ad perfectionem tendens. Actio quidem, ac passio propria habent prædicamenta, forma fluens ab eodem Aristotele, ceterisque Philosophis reducitur ad prædicamentum eiusdem formæ in esse perfecto, & absoluto: præterhæc, duo addunt posteriores Philosophi motui successiuo, cõtinuitatem partium formæ, quæ producitur, quam iuxta aliorum sententiam addidisse videtur Auerroes 6. lib. Phys. com. 9. & durationem eiusdem continuitatis, cum enim simul non transeat, sed aliquando perseueret, eget aliqua forma extendente illius successiuam durationem, quæ est tempus. Dicunt igitur, eiusmodi continuitatem formæ fluẽtis esse vnam speciem quantitatis successiuæ, quoniam extendit ipsam productionem formæ, quæ alioquin instantanea esse posset; alteram tempus eiusmodi continuitatis durationem extendens; cum audis, continuitatem motus terminò modo accepti esse speciem quantitatis, non intelligas ipsam formalem rationem vniendi partes formę continentor productæ, sed modum afficientem totam productionem, efficientemque, vt vna illius pars non

Auerr. In motu cernit̃ continuitas & duratio.

decurrat simul cum alia, quo pacto diximus quãtitate permanentem nõ distinguere, vel vnire partes substantiæ inter se mutuò, sed in ordine ad distantiam localem.

Motu & tempore, de quibus nihil in præsenti deterum relinquimus, præterea his, aduersus tres magnitudinis species, quæ maiori iure à plerisque Philosophis veræ quantitates existimantur, hæ quatuor obiectiones Dialectico opportunæ se offerunt. Prima; linea, & superficies sunt entia incompleta; ergo nõ sunt species per se quantitatis. Probatur antecedens; linea componit essentialiter superficiem, superficies corpus; sed nullum ens completum essentialiter ordinatur ad compositionem alterius entis per se; ergo illa duo sunt incompleta. Proponũtur 4. obiectiones. Prima.

Secunda esto, essent entia completa, non viderentur species à corpore distinctæ; quoniam duæ species immediatè partiẽtes vnum genus, nunquam ita se habent, vt vna pertineat ad essentiam alterius; ergo cum corpus lineam, superficiemque essentialiter includat, non possunt hæc tres species cõstituere. Antecedens constat inductione; nulla enim reperitur instantia; constat ratione, quia species immediatæ eiusdem generis sunt simul natura, vt cap. 14. huius lib. cum Aristotele ostendemus; at si vna sit pars essentialis alterius, necessariò ab ea supponeretur, ea lege, qua partes componentes sunt priores natura, quam totũ; ergo non erũt simul natura, atque adeò nec species. Secunda.

Tertia, omnes tres dimensiones non sunt aliud, quam longitudo diuerso modo comparata; nã latitudo plani nihil aliud requirit, quam duplicem longitudinem versus duas partes protensam; corpus verò eandem longitudinem versus tres, quod vel inde patet; quia omnes has dimensiones longitudine metimur. Tertia.

Quarta, nullum genus dicitur denominatiuè de specie: sed quantitas prædicatur denominatiuè de linea, superficie, & corpore; ergo hæc non sunt quantitates species. Probatur minor; Quarta.

minor, linea, ſuperficies, & corpus
Ariſt. dicuntur ab Ariſtotele quanta; quantũ autem eſt denominatiuum, quod formaliter ſignificat quantitatem, & connotat ſubiectum, de quo nomine & non ratione prædicatur. Ergo ratio quantitatis denominatiue tantũ conuenit his tribus formis, atqiadeò ſpecies quantitatis non ſunt. Confirmatur inductione facta in ceteris accidentibus; nulla enim ſpecies abſtractè ſumpta denominatur à ſuo genere in concreto. Nemo quippe dixerit, albedinem eſſe coloratam, vel, paternitatem eſſe relatum, & ſic in ceteris; Igitur cum linea, ſuperficies, & corpus denominentur à quãtitate, ſignũ eſt nõ eſſe illius ſpecies.

Dum has tres ſpecies tutamur, ad
Reſpõſio ad primã obiectionem primam obiectionem diſtinguimus antecedens; ſi enim linea, & ſuperficies accipiãtur, vt indiuiſibiles, incompletæ ſunt, ſi vt diuiſibiles, & extenſæ, completæ exiſtunt. Vnde probatio antecedentis ſolum cõcludit, has dimenſiones ratione indiuiſibilitatis pertinere ad compoſitionẽ alterius entis per ſe, & ſub ea conſideratione completas non eſſe: quemadmodum enim punctum, vt copulet partes lineæ, indiuiſibile eſſe debet, & incompletũ ita linea, vt copulet partes ſuperficiei, & hæc, vt vniat partes corporis, indiuiſibiles ſunt, & qua tales, incompletæ, ſed aliunde extenſionem, completionemque participant.

Ad ſecundam
Ad ſecundam pariter diſtingue antecedens: ſi enim velit, nullam ſpeciem pertinere ad eſſentiam alterius ſub eodem genere contentæ, quatenus ſpecies eſt talis generis, recte habet: at alia ratione pertinere non eſt incommodum; linea verò nõ ingreditur per ſe primò ſuperficiem, vt diuiſibilis, & quanta; ſed quatenus indiuiſibilis; quod eodem modo dicendum eſt de ſuperficie reſpectu corporis. Diximus, per ſe primò, quoniam non videtur negandum, diuiſibilitatem lineæ in ſuperficiei eſſentia includi. & diuiſibilitatem ſuperficiei in eſſentia corporis: cum illa ſecundum ſuam eſſentiam definiatur quantitas duarum dimenſionum, hoc verò quantitas trium dimenſionum; & diuiſibilitas, atque indiuiſibilitas in re non ſeparentur; quo circa vbi eſt vna, neceſſariò futura ſit alia: verum indiuiſibilitas includitur per ſe, & directò veluti pars formalis, diuiſibilitas autem ſecundariò, & materialiter, ratione. i. indiuiſibilitatis; cui eſt annexa. Vnde patet reſponſio ad vtramque probationem antecedentis. Ad primam enim dices, ideo non eſſe inſtantiam, quia nõ eſt ſimile rerum genus, quod partim diuiſibile, partim indiuiſibile ſit, nec quærenda eſt ſimilitudo ex vno prædicamento ad aliud. Soluit prima pars antecedentis.

Ad ſecundam reſpondebis, ſuper-
Soluitur ſecũda pars eiuſdem. ficiem, & lineam eſſe ſimul natura cum corpore, quia ſub ea ratione, qua ſunt quantitatis ſpecies, non cõponunt per ſe primò ipſum corpus; atque adeo non præſupponuntur. Dices, hac ratione punctum quoque dici poſſe aliqua ratione completum, & alicuius generis ſpeciem, inter, prout lineam terminat, & copulat, incompletum ſit: ſed eſt longè diuerſa ratio, quia punctum ſecundũ omnem rationem eſt indiuiſibile, & idcircò incompletum, & alioquin, cum per ſe ſit ordinatum ad genus quantitatis complendum, non poteſt alterius generis ratione participare. Dubitatur de pũcto. Reſpõdet.

Ad tertiam negandum eſt, ſolam
Ad tertiã. longitudinem efficere omnes dimenſiones, quamuis enim lineæ in infinitum multiplicentur, nunquam efficiẽt latitudinem, niſi interponantur partes materiales ſuperficiei, nec corpus niſi partes materiales extenſionis corporis miſceantur, quod confidenti eſt manifeſtũ. Ad probationem autem reſpondemus, lineam non eſſe menſuram adæquatam plani, & profundi, idcircò tamen adhiberi, quia in corpore verſus omnem partem ſunt lineæ, quod, tametſi admodum difficile videatur, eſt nihilominus in hac ſententia neceſſariò deuorandũ. Satisfit probationi.

Ad quartam reſpondent aliqui,
Ad quartam. quibus fauet Scotus hoc c. quæſtione prima peculiare eſſe huic prædicamento, vt nomina concreta indifferenter Scotus.

ſerenter prædicentur de concretis, & de abſtractis, quod non ſolum viſitur in ſpeciebus reſpectu generis, ſed reſpectu ſuarum ſpecialium rationum, & in ipſo genere ſummo, comparatione ſuę formalis rationis; dicimus enim, quantitatem, & extẽſionem, & extenſam lineam eſſe longitudinem, vel longam, & ſic in ceteris. Huius diſcriminis inter hoc, & cetera prædicamenta variæ aſſignantur rationes, quas omittimus, quia in re non poteſt eſſe controuerſia. Nam hæc concreta quantum, extentum, longum, &c. vel ſignificant effectum formalem quantitatis, & ſpecierum illius, vel alterius formæ; ſi detur primum, impoſſibile eſt, quod de abſtractis quantitatibus affirmetur, quia formalius accidentiũ effectus non fit, niſi per vnionem accidentarium cum ſubiecto; at nec ſuperius cum inferiori, nec idem inferius ſecum accidentaliter vniri poteſt. Si verò important effectum formalem alterius formæ, tunc rectè prædicantur de ſpeciebus quantitatis, nec quicquam noui in hoc prædicamento apparet. Quare Capreol. in

Opinio Capreoli, & aliorũ. Capr. Hiſpal.

a.d. 18. q. 1. art. 3. ad primum Adami, & Hiſpalenſis ibidem ad primum Aureoli, & alij, qui accipiunt illa concreta, vt deducta à proprio, & formali effecta quantitatis, docent, in illis prædicationibus ſumi à parte ſubiecti abſtracta pro concretis, idemque valere, quantitas eſt extenſa, linea eſt quanta, atque quantum eſt extenſũ, lineatum eſt quantum; quo pacto reliquorum etiam prædicamentorum accidentia de ſe prædicantur; dicimus enim, album eſſe coloratum, nigrum eſſe quale, &c. Alij credunt, illa concreta deriuari ab aliqua affectione quantitatis, veluti à ratione menſuræ, vel à diuiſibilitate, quæ tam de genere, quam de ſpeciebus quantitatis denominatiuè prædicantur.

Germana reſpoſio.

Ad rationem igitur iuxta vtramuis expoſitionem, conceſſa maiori, neganda eſt minor. Ad id enim, quantitatem prædicari denominatiuè de his tribus ſpeciebus; nam ſecundum priorem ſenſum prædicatio eſt eſſentialis, & generis de ſuis ſpeciebus; ſecundum poſteriorem eſt quidem accidentaria, ſed nihil mirum, cũ non prædicetur quantitas, ſed aliqua eius affectio, quæ non ſolum de inferioribus, ſed etiam de ipſo genere sũmo denominatiuè affirmatur, vnde patet ſolutio confirmationis.

QVÆSTIO III.

VTRVM ESSE AEQVALE, Vel inæquale ſit quarto modo proprium quantitatis.

ARTICVLVS I.

OMNI, AC SOLI QVANTITATI hoc attributum conuenire.

Quæ ſit præcipua proprietas quãtitatis.

DE ceteris proprietatibus quantitatis, vel dixímus in commẽtario, quo ad locus patitur, vel dicemus commodiori. Hæc eſt præcipua, & huius loci propria, quam omni quantitati, ſoli, ac ſemper conuenire docuit Ariſtoteles, recipiunt omnes Interpretes, ſuas tam é habet difficultates. Prima ſit, nulli quantitati communi conuenit æqualitas, ſed perpetuò inæqualitas; ergo idem dicendum erit de ſingularibus; ergo non fuit aſſignandum attributum ſub diſiunctione, ſed dicendum, proprium eſſe quantitatis inæqualem eſſe. Secunda conſequentia perſpicua eſt. Prima probatur, quia attributum prius conuenit naturæ communi, quam ſingulari; ergo ſi æqualitas non competit ſpeciebus, non conuenit individuis. Antecedens probatur, quia ſuę ſpecies eiuſdem generis ſemper ſunt inæquales in perfectione, vt ex 8. prim. Metaphyſic. deſumitur. Secunda; æqualitas, vel inæqualitas eſt ad aliud, ſed neque ſummum genus quantitatis habet aliquid, cum quo comparetur, nec ſi in mundo eſſet vna ſola quantitas, vt per Dei potentiam fieri poteſt, alce-

Prima difficultas cõtra traditã aſſertionẽ.

Secũda difficultas.

Digitized by Google

xi æqualis, aut inæqualis esset; ergo &c. Tertia; quantitas infinita non potest commensurari alteri quantitati; æqualitas autem in commensuratione fundatur; ergo nulli potest esse æqualis: at est possibilis; ergo æqualitas non conuenit omni quantitati. Quod autem non conueniat soli, probatur quartò; duo pondera propriè loquendo dicuntur æqualia, vel inæqualia, & tamen non sunt quantitates. Quintò, quantitati proprie attribuitur æquale, vel inæquale, quia habet partes extensionis capaces commensurationis, sed substantia materialis est eodem modo extensa, vt diximus; ergo habet proprium æqualitatis, vel inæqualitatis fundamentum.

3. difficultas.

4 difficultas.

5. difficultas.

Quædam prius aduertenda proponũtur.

Vt hæc dissoluantur, & genuina proprietatis ratio enodetur, aduertendum est primò, hoc attributum, quemadmodum illud vltimum substantiæ, non sumi secundum actum, sed secundum aptitudinem: ratio enim proprietatis ferè nunquam in actu, sed in potentia collocatur. Deinde, non satis esse, quod impropriè, aut per accidés conueniat, vt de illo etiam diximus; quoniam, vbi agitur de rei natura, & illius à cæteris distinctione, in omni proprietate res, & vocabula accipienda sunt. Sic igitur attributum expones. Aptum esse, vt propriè, & per se dicatur æquale, vel inæquale, est proprium quarto modo quantitatis dicitur, aptum esse, vt comprehendimus omnẽ quantitatem, etsi actu nullam habeat, cui commensuretur: requiritur enim tum temporis aptitudinem. Additur, propriè, ad excludẽdam metaphoricam æqualitatem, & inæqualitatem, secundum quas multa, quæ propria quantitate carent, æqualia, & inæqualia denominantur: est videlicet duplex quantitas; altera propria, quæ in extensione consistit, altera impropria, quæ posita est in perfectione essentiali, vel accidentali, secundum quam res etiam dicuntur æquales, vel inæquales propter analogiam ad propriam quantitatem, & similitudinem æqualitatis; hac ratione dicimus, eres diuinas personas esse æquales in perfectione essentiæ, duos homines inæquales in virtute videndi. Verum, vt quantitas est impropria, ita æqualitas est translatitia. Adiungitur vltimò per se, quoniam alioquin substantijs etiam competeret aptitudo ad æqualitatem, & inæqualitatem, cum per accidens, & ratione quantitatis hoc habeant.

Vera attributi expositio.

Duplex datur quantitas propria, & impropria.

Aduertendum est secundo, æqualitatem, & inæqualitatem non verari inter quaslibet quantitates diuersarum specierum, vt inter lineam, & superficiem, vel inter superficiem, & corpus, aut denique inter motum, & tempus. Ratio est, quia hoc attributum fundatur in commensuratione duarum quantitatum, quæ nulla erit, vbi modus existendi in subiecto fuerit diuersus: at diuersæ species habent modum existendi adeò diuersum, vt proportionem commensurationis, & comparationis habere non possint; poterimus nihilominus propriè comparari secundum æqualitatem duo tempora, vnum spirituale, & aliud corporale: similiter duo motus, quoniam habent eundem extensionis modum, & solum differũt materialiter, adeò vt à quibusdam specie nõ distinguantur. Opponas. Aristotelem asserere 4. lib. Phys. c. 12. tempus esse mensuram motus, & motum mensuram temporis, alio atque alio modo; sed quæ se metiuntur, habent accommodationem proportionis; ergo inter diuersas species quantitatis cernitur æqualitas. Respondetur, alio sensu dictum fuisse ab Aristotele eo loco, tempus, & motum se inuicem mensurare, quam ad æqualitatem opus erat; ibi enim loquitur tantum de indicio agnoscendi protensionem temporis, & motus, non autem de adæquatione; quia docet nos colligere, longum fuisse tempus, si magnus extitit motus; vel magnum fuisse motum, si tempus longum extitit; quod non requirit adæquationem, vel proportionem, vt manifestius colliges ex alia comparatione, quam ibidem fecit; docuit

Alterũ aduertendũ.

Opponit locus Aristotelis. Arist.

Exponit i vero sẽsu.

Digitized by Google

docuit enim nos deprehendere quãta sit magnitudo ex motu, & è contra, quantus sit motus ex magnitudine: quod pari modo dici potest de quacunque forma per motum acquisita. Si enim multus fuit calor, magnus extiterit motus necesse est, cum tamen inter calorem, & motum non possit esse proportio adæquationis, sed quoddam indicium colligendi actionem ex termino, vel è contra.

Enodatur prima difficultas initio posita.

Ad primum argumentum initio positum, negandum est, nulli speciei quantitatis conuenire æqualitatem; ad probationem similiter negãdum est, vnam speciem comparandam esse cum alia quò ad hoc attributum, præterquam in iis quarum exceptionem fecimus; vbi cum non attenditur specifica diuersitas, sed extensio durationis, vt potest dari inæqualitas, ita æqualitas. Dices, ergo ceteræ species quantitas neutram attributi partem haberent, nec enim habent, cum quo conferantur. Respondetur distinguendo illationem. Si enim inferat, alias species non participare æqualitatem, vel inæqualitatem, in actu exercito concedenda est, in actu verò signato neganda; quamuis enim species per se æqualitatẽ, & inæqualitatem non exerceant, potentiam tamen habent, vt in suis inferioribus ab illis denominentur. Hinc patet responsio ad primam partem secundi argumenti: nam genus summum per sua inferiora ad aliud comparatur, quod satis est, vt attributum habere censeatur, quemadmodum de vltima substantiæ proprietate dictum est. Ad secundam partem respondetur, illam quantitatem habituram potentiam, vt esset æqualis, vel inæqualis alteri, si produceretur. Ad tertium negandum est, quantitati infinitæ, si admittatur, non conuenire proprietatem; esset enim æqualis alteri infinitæ, siquidem neutra alteram excederet: inæqualis verò finitæ, quam superaret. Et cum Autores negant, infinitum mensurari posse, aut cum finito proportionem habere, loquuntur in priori parte huius sententiæ de mẽsura determinata, hæc enim finita dum sit, nec per adæquationem, nec per repetitionem metiri potest infinitam quantitatem. Ad quartum dicendum est, pondera dici æqualia, vel inæqualia per metaphoram, ratione virtutis deorsum impellentis. Ad quintum respõdetur, eam solam extensionem esse fundamentum æqualitatis, & inæqualitatis, quæ per se est apta causare distantiam partiũ; hæc enim sola propriè, & simpliciter extensio dicitur; quia sola est capax commensurationis, & adæquationis; alia enim, quæ de se indifferẽs est ad essendum in pũcto, vel in spatio, quam accommodationem commẽsurationis habere potest? & eiusmodi est extensio substantialis, vt quæstione prima visum est.

Enodatur 4.

Enodatur 5.

Obijcit.

Respondetur.

Enodatur 2. difficultas.

Enodatur 3.

ARTICVLVS II.

CVIVSMODI SIT AEQVALITATIS, & inæqualitatis relatio.

Quæ sit relatio æqualitatis, & inæqualitatis.

DIximus, potentiam ad æqualitatem esse aptitudinem ei similẽ, quam substantia habet ad suscipienda contraria; videlicet, si pro fundamẽto sumatur, nihil aliud, quam ipsam naturam quantitatis, vt commensurationis capacem, formaliter verò quandam non repugnantiam ad actualem æqualitatem, & inæqualitatem subeundam. Reliquum est, vt, quidnam sit ipsa æqualitas, eique opposita inæqualitas, videamus. Vtramque in relatione sitã esse pro comperto supponimus, cum in mutua duorum habitudine, eaque minimè transcendente conspiciatur. Sed num relatio realis sit, an rationis, adhuc incertum: Quidam respondent; relationes, quibus diuersæ quãtitates inter se referuntur, esse reales, quia requisitas habent conditiones; at quibus vna eiusdem quantitatis pars cum altera comparatur, esse rationis ob defectum distinctionis realis extremorum. Existimant nimirum hi philosophi, non solum totam vnam quantitatem esse æqualem, vel inæqualem alteri, sed vnam par-

Aliqui realem esse opinantur.

partem eius alteri; Verbi gratia, in motu cœli vnius anni circulationem habere relationem æqualitatis ad circulum alterius anni, inæqualitatis verò ad circulum mẽsis, quamuis vnicus sit motus sola ratione diuisus. Alij existimant, quantitates permanentes habere relationes reales; inter successiuas autem relationes quidem æqualitatis esse reales, inæqualitatis verò rationis.

Aliorum placitum.

Quod afferunt de permanẽtibus, probant; quia nulla deest conditio ad relationem realem requisita; discrimen verò successiuarum inde cõfirmant, quoniam æquales motus, verbi causâ, simul incipiunt, ac desinunt; inæquales autem sic se habent, vt, quando inæquales esse incipiunt, iam alter non existat; si enim pariter finiuntur, æquales sunt; sed quando alterum extremorum non existit, relatio non est realis, ergo, &c.

Quo pacto suam sentẽtiam cõfirmẽt.

Vt quæstioni respondeatur, aduertendum, est, relationem æqualitatis non esse eandem cum relatione conuenientiæ in specie, neque relationem inæqualitatis eandem, ac relationem differentiæ, quod plerique suspicati sunt, arbitrantes, relationem conuenientiæ in specie vocari in substantia identitatem, in qualitate similitudinem, in quãtitate æqualitatem, in reliquis commune conuenientiæ nomen retinere. Sed, quod de quantitate asseruimus, sic probatur. Si æqualitas idem esset, atque identitas specifica, nunquam possent esse inæquales duæ lineæ, aut duæ superficies, cum specie non discrepẽt; at inæqualitas in his præsertim visitur; ergo aliud habet fundamentum, quam specificam diuersitatem, nimirum inadæquatam commensurationem, vt diximus. Deinde non assignaretur attributum per disiunctionem, cum impossibile sit, duas quantitates eiusdem speciei non habere conuenientiam in specie, & duas diuersarum specierum non habere discrepantiam, atque adeò sequerentur necessariò, & actu, eandem quantitatem respectu vnius fore æqualem, & respectu alterius inæqualem. Denique nihil nouum quantitati attribueretur præter nomen, siquidem in quouis prædicamento individua conueniunt essentialiter in specie, & species discrepant sub vno genere. Rectè ergo dicebamus, has relationes fundari in adæquatione, vel inadæquatione partium integrantium per se extensarum, quæ quoniam toti quantitati per se conueniunt, ideò hoc illi attributum, vt aliquid eidem proprium, adquirunt.

Assignat discrimen inter relationem æqualitatis, & relatio nẽ conuenientiæ.

Primũ discrimen.

Secũdum.

Tertium.

Vera resolutio.

Hoc posito, sit prima conclusio. Aequalitas, & inæqualitas quantitatum permanẽtium semper sunt reales. Probatur, quando fundamenta sunt realia, realiter distincta, & existentia relationes sunt reales, sed ita se habent quantitates permanentes; cum fundant æqualitatem, & inæqualitatem; ergo, &c. Maior supponitur ex sequenti capite. Minor ostenditur, quò ad omnes partes. In primis enim quantitates permanentes sunt reales; deinde, cum illis cõueniunt prædictæ relationes, actu existunt, siquidem ostensum est, eas non fundari in conuenientia, vel diuersitate specifica, alioue prædicato necessario, quod ante existentiam competat, sed in actuali commensuratione. Denique realiter inter se differunt, quia nunquam comparantur, quò ad hanc affectionem, duæ partes eiusdem quantitatis, sed totales quantitates inter se; cum enim in toto cubito, verbi gratia, non solum sint duæ dimidietates, sed quattuor quartæ, & octo octauæ, & sic deinceps in infinitum, non esset determinatus numerus relationum; imò, cum conferri possint non tantum æquales, sed etiam inæquales, essent infinitæ vtriusque generis relationes, quod nemo concedet. Non diffitemur, comparari posse per intellectum, & partes eiusdem totalis quãtitatis inter se, & duas quantitates non existentes, quo in euentu relationes rationis participabunt; sed aptitudo, quæ attributum proprè constituit, eas tantùm respicit, quæ ex natura rei conuenire possunt.

Prima assertio.

Eius probatio.

Secunda conclusio. Aequalitas, & inæqua-

Secúda assertio. Probatur primò.

inæqualitas quantitatum succeſſiuarum (ſi quãtitates ſunt) omnes ſunt rationis. Probatur primò. Nullum datur temporis punctum, in quo duo motus, verbi gratia, æquales, vel inæquales exiſtere poſſunt; ergo eorum relationes reales nõ ſunt. Conſequentia valet ex principio, quod ſupponimus ex relationum doctrina: nunquam, ſcilicet, relationem realem conuenire ſubiecto, niſi in eo exiſtat. Antecedens ſuadetur, quia dum motus procedunt, ſemper ſunt indifferentes, vt ſint æquales, vel inæquales; præſertim ſi pendeant à cauſa contingenti, quæ à motu ceſſare poſſit; ergo æqualem determinatè habebunt, niſi poſtquam peracti ſunt, at nũc reales relationes habere non poſſunt; ergo. Secundò, Probatur ſecundò. æqualitas (idem eſt de inæqualitate) denominat immediatè totã quantitatem: ſed totus motus non exiſtit realiter æqualis alteri; ergo non poteſt totus denominari à relatione reali. Explicatur maior. Cubitus eſt æqualis alteri per æqualitates ſuarum partium, hoc eſt, per æqualitates ſemicubiti ad alterum ſemicubitum, ſed per ſe totum; alioquin darentur ſimul in eadem quantitate relationes æqualitatis, & inæqualitatis, reſpectu eiuſdem, nam cubitus eſt æqualis alteri cubito, inæqualis verò dimidietati illius; ergo, ſi ratione partium hanc ſubeat denominationem, habebit ſimul plures relationes æqualitatis, & inæqualitatis, imò infinitas, cum infinitis conſtet partibus æqualibus, & inæqualibus partibus alterius quantitatis. Cum igitur hoc in Philoſophia incommodum ſit maximum, faciendum eſt, in ſucceſſiuis æqualitatem, vel inæqualitatem realem eſſe non poſſe, ſed in mente conceptam, aut dum fiunt, aut cum iam perfecta ſunt. Vnde cuerſa manet quorundam obiectio opponentium, ſucceſſiua etiam, ſi veræ quantitates ſunt, eſſe entia realia, realiter diſtincta, & ne ipſa exiſtentia, quas tantum conditiones ad relationem realem Veteres depoſcunt; momentim exiſtunt adæquate, ſeu ſufficienter ad habendam denominationem à relatione, vt explicatum eſt.

Euertitur quorundã obiectio.

EXPLANATIO CAPITIS SEPTIMI

DE RELATIONE.

SVMMA CAPITIS.

Antiqua relatorum definitio. Relatorũ proprietates. Definitio Ariſtotelica. Altera relatorũ proprietas.

TRes ſunt huius capitis partes; prima continet relatorum definitionem ab antiquis traditam: Secunda quattuor relatorum proprietates: Tertia germanam eorundem definitionem ab Ariſtotele inuectam, & quinti iuxta illam attributi explicationem. Circa primum definitio antiquorum eſt: Relata ſunt ea, quæ id, quod ſunt, aliorum eſſe, aut ad aliquid aliquo alio modo dicuntur. Quod attinet ad ſecundum. Prima proprietas eſt, habere contrarium. Secunda, admittere magis, & minus. Tertia, dici ad conuertentiam, hoc eſt, mutuò ſe explicare. Quarta, eſſe ſimul natura, id eſt, ſimul exiſtere, quin alterum ſit cauſa exiſtentiæ alterius. Quod attinet ad tertiam, definitio Ariſtotelis, & vera eſt; Relata ſunt, quorum eſſe idem eſt eis, quod eſt ad aliquid aliquo modo ſe habere. Attributum eſt, vt ſi vnum definitè cognoſcitur, alterum quoque definitè cognoſcatur.

Digitized by Google

CAPVT VII.

COMMENTARIVS.

a *Ea verò dicuntur*] De relatione idcircò prius agit, quam de qualitate, quæ naturæ ordine, & nobilitatis iure prior erat, quia doctrinæ ordo postulabat, auctore Ammonio, & Caietano, vt, quæ superiori cap. in disputatione de magno, & paruo de relatis dixerat, quamprimum explicarentur, nam quæ ad precedentium cognitionem necessaria sunt, ea, licet alioqui posteriora, omnibus aliis anteponenda sunt, vt Louaniens. quoq. scripserunt.

Ammon. Caietan.

Louaniēſ.

Vocat autem Philosophus relationem (ad aliquid) quoniam per hoc expressius separatur relatio à ceteris accidentibus quod eius natura in quodam velut transitu posita sit. Quod etiam in causa fuit, vt relata definierit in numero plurali, nimirum, vt ostenderet, relationem inter duo exerceri. Quod Ammonius hic, & Albertus tractatu de quantitate cap. 3. annotarunt, nisi cum Boetio, aliisq. Interpretibus plurale pro singulari accipias. Sensus porrò adductæ definitionis est; relatiua sunt ea, id est entia, quæ id, quod sunt, seu magis consentaneè ad Græcum contextum, ea ipsa, quæ sunt, hoc est, secundum suas naturas, & essentias, aliorum esse, aut ad aliquid alio modo dicuntur, id est, relatione ad aliud explicatur, siue in casu accusandi, siue in quouis alio, id enim significant illa verba, vel aliquo alio modo, vt Simplicius exposuit.

Ammon. Albert. Boet.

Definitionis explicatio.

b *Velut i duplum*] Affert varia relatorum exempla, quæ diuersis casibus ad alia explicantur, ac priora duo exempla sunt verè relatorum, quæ ad hoc prædicamentum spectant, posteriora quatuor sunt rerū, quæ licet in alijs prædicamentis collocentur, in definitione tamen comprehenduntur: quam ob causam, cum priora numerasset tanquam vera exempla, posteriora diuisim hoc ijciendo illa verba (sunt & hęc etiā) quæ est Ammonij commentatio.

c *Sunt*

a *Ea verò dicuntur ad aliquid, quæ id, quod sunt, aliorum esse, aut ad aliquid aliquo alio modo dicuntur:* b *velut i duplum, id quod est cuiusplā dicitur: duplum enim alicuius scilicet; & maius id quod est, alio dicitur maius: aliquo namque maius dicitur. Similiter & cetera, quæ ifiusmodi sunt. Sunt & hæc etiam ex hisce, quæ ad aliquid sunt, vt habitus, dispositio, scientia, atque positio. Omnia enim hæc id, quod sunt, aliorum esse, aut ad aliud aliquo alio modo dicuntur: & non aliud quidquam. Habitus; & scientia alicuius scientia, & positio alicuius positio dicitur esse, ceteraque simili modo. Ea igitur sunt ad aliquid, quæ id, quod sunt, aliorum esse, aut ad aliquid aliquo alio modo dicuntur, eo nomen magnus ad aliud dicitur: ad aliquid enim mens ingens dicitur. Simile quoque cuipiam simile dicitur: & cetera etiam talia ad aliquid eodem modo dicuntur.* c *Sunt autem & recubatio & statio, & sessio positiones quædam: positiones verò ad aliquid sunt: Recubare autem: aut stare, aut sedere, positiones non sunt: sed à dictis positionibus denominatiuè dicuntur.* d *Est autem & contrarietas in hisce, quæ ad aliquid sunt: virtus namque vitio contrarium est, quorum virumque ad aliquid est: & ignorationi scientia. Non tamen vniuersis contrarietas inest: duplo namque & dimidio & similibus, contrarium est nihil.* e *Videntur etiam ea, quæ sunt ad aliquid, & gradus suscipere, vt magis thinnuve talia sint, simile namque & magis & minus dicitur simile. & dissimile et æquale & inæquale similiter: quorū vtrag; ad aliquid sunt. Quippe cum simile cuidā simili, & dissimile cuidam dissimile, & inæquale cuidam inæquale dicatur. Nō vniuersè tamen hanc subeunt legem. Duplum enim non magis minusve dicitur duplum, neque quicquam talium vllum.* f *Atque vniuersa, quæ sunt ad aliquid, ad ea dicuntur, quę conuertimur: seruus enim heri dicitur seruus, & herus serui dicitur herus: & duplum dimidij duplum & dimidium dupli dimidium*

Text. 1.

Text. 2.

Text. 3.

Text. 4.

c *Sunt autem.*] Constituit hoc discrimen, inter abstracta, & concreta situs, quod abstracta, scilicet recubatio, statio, &c. sint relata iuxta hanc definitionẽ; recubare verò, stare, &c. minime, cuius rei hanc causam reddunt Ammon. & Simpl. quos sequitur Toletus, quoniam abstracta dicunt solas positiones, quæ habitudinem habent ad subiectum, & ideò iuxta propositam definitionem pertinent ad hoc prædicamentum: concreta verò, quia includunt subiecta, sunt aliorum prædicamẽtorum. Planior tamen sensus est, illa abstracta dici relata secundum propositam definitionem, quia ex modo significandi important habitudinem ad aliud, id est, ad subiectum, per quam explicantur; concreta, cum iam denotent subiecta, ad nihil aliud explicantur: fieri autem posse, vt eadem res modò significetur cum habitudine, modò sine illa, statim patebit.

Ammon. Simplic. Tolet.

Primum attributũ.

d *Est autem & contrarietas.*] Hæc est secunda pars capitis, in qua numerãtur attributa, quorum primum est, habere contrarium, quod aduertit, non conuenire omnibus, sed quibusdam tantum, veluti virtuti, & vitio, scientiæ, & errori: nomine enim ignorationis errorem positiuum intelligit, non priuationem; alioqui priuatiua esset oppositio, non contraria. Hoc attributum nullo modo est proprium, siquidem non conuenit omnibus relatis, vt capite sequẽti patebit, non solis, vt superioribus capitibus visum est, imò non conuenit vlli relato verè prædicamentali, sed quibusdam secundum dici. Vnde patet, Arist. sibi non contradicere, cum superiori cap. absolutè negat, relationem habere contrarium, hic verò oppositum affirmat; quia ibi loquitur de relatis secundum esse, & prædicamentalibus, hic de omnibus, quæ Veterum definitione comprehenduntur.

Secũdum attributũ.

e *Videntur etiam ea.*] Secũdum attributum relatorum ait, esse magis, ac minus suscipere, quod facilè esset eisdem relatis secũdum dici accommodare, quibus primũ adscripsimus, nam

midium dicitur; & in ceteris simili modo: quamquàm interdum dictio casu differt. Scientia enim scibilis scientia, & scibile scientia scibile, & sensus sensibilis sensus, & sensibile sensus sensibile dicitur. Verum interdum conuersio fieri non videbitur, si id, ad quod dicitur, nõ accommodatè fuerit assignatum, sed qui assignat, errauerit: veluti si ala auis fuerit assignata, non conuertitur auis ala; non enim primò accommodatè est assignata ala auis: nam non hoc ala ipsius dicitur, quod est auis, sed quo est ales: complurium enim, & aliorum ala sunt, quæ aues non esse constat. Quare si accommodatè fuerit assignata, fiet conuersio sanè: veluti ala alitis ala, & ales alæ est ales. Atqui interdum & nomen facere necesse est, si positum nomen, ad quod accommodata fuerit assignatio, non sit, ceu si clauus nauigij assignabitur, non accommodata sit assignatio: non enim eo clauus ipsius dicitur, quo nauigium est, sunt enim nauigia, quorum claui non sunt. Sed forsitan accommodatior assignatio fuerit, si clauus clauati clauus, aut aliquo alio simili modo dicatur, non enim positum nomen est. Atqui conuertitur, si accommodata fuerit assignatio: clauatum enim clauo est clauatum. Idem fuerit & in ceteris modus: veluti caput accommodatius fuit assignatum, si capitati capiti, quam si animalis esse dixerimus; non enim eo caput habet, quo animal est: complura namque animalium capite vacant. Hoc autem pacto facillimè quispiam earum nomina sumet, quibus nomina posita non sunt, si à propositis primum vocibus, etiam his imponat nomina, quæ cum primis conuertuntur vt in prædictis inuenire licet, vbi ab ala ales, & à clauo clauatum assignabatur. Vniuersa igitur ea, quæ sunt ad aliquid, si accommodatè quis reddat, ad ea sanè dicuntur, quæ conuertuntur. Nam si ad quoduis vnumquodque, & non ad id, ad quod dicitur, assignetur, non fit sanè conuersio. Neq; enim quidquam eorum, quæ sine controuersia ad ea dicuntur, quæ conuertuntur, nomen habent, conuertitur: si non ad id, quod dicitur, sed ad accidentium aliquid assignetur. Veluti, si seruus non liberi,

Digitized by Google

nam ſuſcipere magis, & minus, & habere contrarium ferè ſunt coniuncta, cum remiſſio, & intenſio ex admixtione contrarij enaſcãtur; vel certè illud tribuere relatis ſecundũ eſſe, non ratione relationis, ſed fundamenti, vt Simpl. Ammon. & Boetius hoc loco, Albertus tractatu de hac materia, c. 5. fecerunt. Quo ſenſu non dicuntur relationes magis & minus admittere, quia ipſæ gradus intenſionis ſuſcipiant; ſed quoniam ſunt in qualitatibus intenſionis, & remiſſionis capacibus.

Simpl. Ammon. Boetius. Albert.

Cur dicantur relationes ſuſcipere magis & minus.

Huic tamen interpretationi manifeſtè repugnat Ariſtotel. qui inter exempla relatorum, quæ magis, minuſq. ſuſcipiunt, numerat æquale, & inæquale, quorum fundamentum eſt quantitas, quæ intendi, & remitti nõ poteſt. Quare multis aliorum interpretationibus reiectis, omninò probanda eſt illa Fonſecæ 5. Metaph. c. 15. q. 5. ſect. 2. qua docet, ipſas relationes dici à Philoſopho ſuſcipere magis, & minus, non propriè, quaſi vna relatio ſimilitudinis accipiat plures gradus perfectionis, eò quod fundamentum magis intendatur: conſiſtit enim ſimilitudo in indiuiſibili, & à fortiori æqualitas, & inæqualitas; ſed impropriè, quatenus fundamentis ad maiorem vnitatem, & diuiſionem progredientibus mutantur relationes, & quia fundamẽta ratione aduenientium relationum dicuntur perfectius ſimilia, vel diſſimilia, æqualia, vel inæqualia, dicuntur ipſæ relationes, magis, & minus admittere, nõ in rigore Philoſophico, ſed locutione vulgari, vt Toletus aduertit in quęſtione ad hunc textũ.

Tolet.

Tertiũ attributum.

f *Arqui vniuerſa.*] Tertium attributum eſt, dici ad conuertentiam, ſeu ad reciproca, hoc eſt, explicari ſolere relatione ad ea, quæ vicißim ad ipſa explicantur, licet nõ ſemper eodem caſu, vt Ariſtoteles explicat in contextu. Verbi cauſa, Dominus dicitur ſerui dominus, & ſeruus domini ſeruus, ſcientia dicitur ſcibilis ſcientia, ſcibile autem dicitur ſciẽtię ſcibile. Hoc attributum eſt proprium quarto modo, reſpectu omniũ, relatorum

ſed hominis, aut bipedis, aut minimum ſimilium fuerit aſſignatus, non fuerit ſanè conuerſio: nõ enim accommodata eſt aſſignatio. §. g *Præterea ſi accommodatè ad id, quod dicitur, fuerit aſſignatum; ſublatis quidem ceteris omnibus, quæ ſunt accidentia, relicto autem eo ſolo, ad quod eſt aſſignatum accommodatè, ad illud ſanè dicetur: ceu ſi ſeruus ad herum dicitur, ſublatis quidem ceteris vniuerſis, quæ accidunt hero, bipede, inquam, ſcientia ſuſceptiue, ac homine: relicto autem tantummodò hero, ſeruus ad ipſum ſemper dicetur: ſeruus enim heri dicitur ſeruus. Quòd ſi non accommodatè ad id, ad quod tandem dicitur, fuerit aſſignatum, ceteris quidem ſublatis, eo verò ſolo relicto, ad quòd eſt aſſignatum, non ad ipſum ſanè dicetur. Aſſignatus enim ſit ſeruus hominis, alatus: atq; ab homine herus auferatur, non ad hominẽ ſanè ſeruus dicetur. Nã enim herus non ſit, neq; ſeruus eſt ſanè. Similiter & ab omni ales auferatur, non vlterius ala profectò ad aliquid erit: ſi enim ales nõ ſit, neq; erit ala cuiuſquã. Quare quodcũq; aſſignatur ad id, ad quod tandem dicitur accommodatè, oportet. Atque, ſi ſit quidem poſitum nomen, facilis aſſignatio ſit: ſin verò non ſit, nomina fortaſſe ponantur neceſſe eſt. Quod ſi hoc aſſignentur modo ea, quæ ad aliquid ſunt, vniuerſa ad ea ſanè dicentur, quæ conuertuntur, vt patet.* §. h *At verò ea, quæ ſunt ad aliquid, ſimùl natura eſſe videntur. Atque in plurimis quidem vera eſt hæc ſententia, in quibuſdam autem vera non eſt. Simul enim duplum eſt, & dimidium: & ſi eſt dimidium, duplum eſt, & contrà: & ſi ſeruus eſt, herus eſt etiam: ſimiliter & in ceteris. Quin & mutuò hæc interimunt ſeſe. Nam ſi duplum non eſt, dimidium non erit: & ſi dimidium non eſt, duplum non erit. Idem eſt & in ceteris modis, quæ rationis ſunt ſimilis.* §. i *Non tamen in vniuerſis, quæ ſunt ad aliquid, verũ hoc eſſe videtur, ſimul, inquam, natura vt ſint: ſcibile namq; ſcientia prius eſſe videbitur. Plerumq; enim rerum, quæ antea ſunt, ſcientias nos accipimus. In paucis enim, aut nulla re prorſus ſcientia fieri quàm ſpiam cum ſcibili ſimul videbit. Præterea, ſi ſcibile tollatur, tollitur & ſcien-*

Text. 5.

norum tām prędicamentalium, quam non prædicamentalium, omnibus.n. cōuenit. Quod ſi alterum relatorum videatur nō conuerti id, inquit Ariſt. continget, quia nō rectè aſſignatur. Verbi cauſa, ſi ala dicatur auis ala, & clauus nauigij clauus, è cōtrario autem, nec auis dicatur eſſe alæ, nec nauigiū clauis inde ſanè prouenit, quia non aſſignantur termini accommodati; nam auis non dicitur ab ala, nec nauigium à clauo, imò plura habent alas, quæ aues non ſunt, vt apes, & veſpertiliones, & cymbæ, aliaq. nauigia clauo non regūntur.

Aſſignabitur verò accommodatus terminus, & reciprocus, ſi alæ opponatur ales, vel alatū, & clauo clauatum; ſic.n. licebit mutuò reciprocare, atq; aſſerere, alam eſſe alitis alam, & alitem, vel alatum eſſe ala alatum; ſimiliterq. clauatum eſſe clauo clauatum. Ceterum, quia aliquando ex altera parte non ſunt vocabula vſitata, iubet Ariſtot. ea fingere, quo pacto, quia caput non benè conuertitur cū animali, fingimus capitatum, vt rectè dicamus, caput eſſe capitati caput, & capitatū eſſe capite capitatū.

Quomodo relatiuorum termini aſſignati agnoſcātur.

g *Præterea ſi accommodatè.*] Vt facilè cognoſcamus, an terminus relati probè aſſigneturꝫ hāc tradit regulam ſatis vtilē: ſi remotis omnibus, & retento ſolo termino aſſignato, adhuc dicatur ad conuertentiam, ſignū eſt, rectè fuiſſe propoſitum, ſi verò non dicatur, nō rectè deſignatū eſt ex ea; vt experiamur, an dominus ſit verū correlatiuū ſerui, remouenda ſūt ab eo eſſe hominē, eſſe bipedem, &c. relicto eo ſolo, quod ſit dominus, quo facto, ſi adhuc conuertitur, eſt verum correlatiuum ſerui, ſin minus, nō eſt verum correlatiuum deſignatum.

Quartū attributum.

h *At verò ea qua.*] Proponit quartum attributum, nimirum, relata eſſe ſimul natura, in ea ſignificatione, qua id Philoſophus cap. 12. definit, eſſe ſimul natura, io hunc modum. Simul natura ſunt ea, quæ exiſtendi conſequentia reciprocantur, nec alterū, vt alterum exiſtat, cauſa eſt, hoc eſt, quæ ſimul exiſtunt, nec vnum exiſtentiæ alterius cauſa eſt. Quo pacto ſe habent

ſcientia: ſcientia verò ſi tollatur, non tollitur ſcibile. Nam ſi ſcibile non ſit, ſcientia non eſt: nullius enim prorſus ſcientia erit. Scientia verò etiamſi non ſit, ſcibile eſſe nil prohibet: quadrationis enim circuli, etſi ſcibilis eſt, ſcientia quidem nondum eſſe videtur: eſt autem ſcibilis ipſa. Præterea, animali ſublato, ſcientia quidem nō erit: cùm complura interim, quę ſcibilia ſint, exiſtant. Sic & in ſenſu res ſeſe habere videtur: ſenſibile enim antecedere ſenſum videtur. Si ſenſibile namque tollatur, tollitur & ſenſus: at ipſum ſi ſenſus auferatur, non tollitur, ſenſus enim circa corpus, & in corpore ſunt. Itaque ſenſibili ſublato, corpus è medio tollitur: eſt enim & ipſum corpus ſenſibile, ſi corpus verò non ſit, etiam ſenſus auferetur. Quare ſit, vt ſecū ſenſibile ſenſum auferat. At ſenſus ſecum ſenſibile non tollit. Nam ſi animal tollatur, tollitur quidem ſenſus, ſenſibile verò non tollitur. Eſt enim ſenſibile corpus: vt calidum, frigidum, dulce, amarum, & cetera omnia, quę ſunt ſimilis generis. Præterea ſenſus quidem cum ſenſitiuo ſimul emergit: nam vnà cum animali & ipſe ſenſus efficitur. Senſibile autem eſt, & anteà quàm ſenſus ſit ortus: eſt.n. ignis, & aqua cęteraq. talia, è quibus animal conſtat, & anteà quam ſit omninò animal, aut ſenſus. Quare ſenſibile prius ipſo ſenſu videbitur eſſe. §. X *Exiſtit autem hoc loco dubitatio quædam, vtrum nulla ſubſtantia dicatur ad aliquid, quemadmodum & videtur, an hoc in aliquibus ſubſtantijs ſecundis cōtingat. In primis namque ſubſtantijs verū eſt: nam neque toto, neque partis ad aliquid ſanè dicuntur; quidam enim homo non dicitur cuiuſdam quidam homo, neque quidam equus cuiuſdam quidā equus. Et itidē in partibus. Quedam enim manus non cuiuſdam quędam manus, ſed cuiuſdam dicitur manus: & quoddam caput, non cuiuſdam quoddam caput, ſed cuiuſdam dicitur caput. Eadem & in pluribus ſecundis ſubſtantijs dici poſſunt. Homo namque non cuiuſdam dicitur homo: nec equus alicuius dicitur equus, nec lignum alicuius dicitur lignū: ſed alicuius poſſeſſio dicitur. Talia igitur patet non ad aliquid eſſe. In quibuſdam autem ſecundarum ſubſtantiarum eſt* Text. 6.

bent duplũ, & dimidium, dominus, & ſeruus. Defectu prioris conditionis non ſunt ſimul natura ſuperius, & inferius; nec enim neceſſe eſt, vt exiſtente animali, exiſtat homo; vel ſublato homine, tollatur etiam animal, defectu poſterioris non ſunt ſimul natura Sol, & lux, quãuis enim ſimul exiſtant, Sol tamen eſt cauſa lucis.

Quibus relatis conuenit.

i *Non tamen in vniuerſis.*] Docet, propoſitum attributum non conuenire omnibus relatis ſuprà definitis, quod probat duplici exemplo, ſcilicet, ſcientiæ, & ſcibilis, ſenſus, & ſenſibilis, nam ſcibile ferè in omnibus tempore antecedit ſcientiam. Dixi ferè, quia arte facta non præcedunt ſcientiam primi inuentoris: præterea ſublato ſcibili, neceſſe eſt, tolli ſcientiam: ablata tamen ſcientia, non eſt opus, ſcibile auferri; poteſt.n. dari ſcibile, cuius nulla datur ſcientia, vt patet in quadratura circuli, cuius hactenus demonſtratio inuenta nõ eſt. Poſſunt præterea multæ res perſeuerare, quamuis earum ſcientia amittatur vt cœlum, elemẽta, &c. Eodem modo, ſublato ſenſibili obiecto, neceſſariò tollitur ſenſus, non tamen è contrario; imò, cum ſenſus non oriatur, niſi cum animali, ad animalis autem generationem elementa præſupponatur, neceſſe eſt, vt ſaltem hęc ſenſibilia priora ſint, quam ſenſus.

K *Exiſtit autem.*] Vt in hac tertia parte cap. Veterum definitionem, tãquam imperfectam, reijciat, ſuamq. introducat, proponit hãc dubitationem, vtrum aliqua ſubſtantia ſit ad aliquid, quaſi dicat, certiſſimum eſſe, nullam ſubſtantiam eſſe in prędicamento relationis; alioqui permiſcerentur ipſa prædicamenta, quæ diſtinctionis gratia inuenta ſunt. Nihilominus ex Veterum definitione ſequitur, aliquas ſubſtantias eſſe ad aliquid, eas nimirum, quæ explicantur relatione ad aliud, quod licet nõ conueniat primis ſubſtantijs, nec earum partibus integrantibus, nec etiam ſecundis completis, at cõuenit quibuſdam ſecundis incompletis, vt capiti, & alæ, dicitur enim caput ca-

Veteris definitionis refutatio.

pitati

dubitatio: Caput enim alicuius dicitur caput, & manus alicuius dicitur manus, & vnumquodque tale eodem modo dicitur: quare hęc videbuntur ad aliquid eſſe. Si igitur eorum, quæ ſunt ad aliquid, definitio eſt aſſignare, aut omninò eſt difficile, aut impoſſibile, nullam ſubſtantiam ad aliquid eſſe oſtendere. §. l *Sin verò non ſufficienter eſt aſſignata, ſed ea ſunt ad aliquid, quorum eſſe idem eſt ei, quod eſt ad aliquid aliquo modo ſeſe habere, fortaſſe ad hęc aliquid dici poteſt.* §. m *Prior autem definitio ſequitur quidem ea, quæ ſunt ad aliquid, omnia; non tamen idem eſt, quod ipſorum ad aliquid eſſe, id quod ſunt aliorum eſſe dicere.* §. n *Ex his igitur patet, ſi quiſpiam aliquid eorum, quæ ſunt ad aliquid, definitè ſcit, ſimul id, ad quod illud dicitur, definitè ſcire. Hoc autem patet quidem ex his ipſis. Nam ſi ſcit quiſpiam, hoc aliquid eſſe; eſt autem eorum, quę ſunt ad aliquid eſſe, idem ei, quod eſt ad aliquid aliquo modo ſeſe habere, & illud profectò ſciet, ad quod hoc aliquo modo ſe habet. Si enim neſcit omninò id, ad quod hoc aliquo modo ſe habet, neque ſi ad aliquid hoc modo ſe habet, ſciet. Patet autem & ex ſingulis: nam ſi quiſpiam hoc ſcit definitè duplum eſſe, & id, cuius duplum eſt, continò definitè ſcit. Nam ſi nullus definitè duplum ſcit illud eſſe, neque ſi eſt duplum omninò ſcit. Similiter, & hoc ſi ſcit pręſtabilius eſſe, & quo pręſtabilius eſt definitè ob hanc eandem, ipſum ſcire neceſſe eſt. Nec indefinitè ſciet, hoc pręſtabilius eſſe deteriore; hęc enim opinatio eſt, non ſcientia. Non enim exactè iam deteriore pręſtabilius eſſe ſcit: nam ſi forte ſic accidat, nihil eſt deterius ipſo. Quare patet, neceſſarium eſſe, vt quicquid eorum, quæ ſunt ad aliquid, quiſpiam definitè ſciat, & id idemidem, ad quod illud dicitur, vt ſciat.* Text. 7. Text. 8.

§. o *Fit autem, vt caput, & manus, & quæcunque talium, quæ ſubſtantiæ ſunt, id quod eſt ipſum definitè ſciatur, at non ſit neceſſario, vt ad id, quod dicitur definitè ſciatur. Cuius enim hoc caput, aut cuius eſt manus, non ſit vt definitè ſciatur. Quare hęc non ad aliquid erunt. Quod ſi hęc non ſunt ad*

aliquid,

Text. 9.

Digitized by Google

pitati caput, & ala alati ala: quare probanda, inquit, non est ea definitio, quæ nos fateri cogit, aliquas substantias esse in prædicamẽto ad aliquid.

Aristotelica definitio.

l *Sin verò non sufficienter*] Reiecta veterum definitione, suâ statuit hoc loco Aristoteles, ex qua dissolui possit proposita quæstio. Definitio sic habet: Relata sunt ea, quorum esse quo modo se habere, id est, quorum illa verba, aliquo modo, significant idem est ei, quod est ad aliquid, aliquo modo se habere, id est, quorum natura, & essentia est aliud respicere; illa verba, aliquo modo, significant variam respiciendi rationem, quę diuersis casibus exprimitur.

aliquid, verè dicere licet, nullam substantiam ad aliquid esse. Difficile autem est fortasse, de talibus vehementer asserere eum, qui non persepe cogitationem in his posuerit: circa tamen vnumquodque ipsorum non est inutile dubitasse.

CAP.

Inter vtrãque discrimen.

m *Prior autem*] Ne quis suspicaretur, parum interesse inter hanc, & veterum definitionem, à se reprehensam, explicat, quatenus ambæ conueniant, & differant. Conueniunt in hoc, quod vtraque comprehendit omnia vera relata, dissentiunt verò, quia prima complectitur multa, quæ relata non sunt, & per aliud explicantur, vt de quibusdam substantijs dictum est. Secunda sola relata prædicamentalia: quod discrimen continetur illis verbis, ad aliud dici, ad aliud se habere.

Quintum relatorum attributũ.

n *Ex his igitur*] Ex definitione à se tradita, colligit hanc relatorum proprietatem, quod si vnum definitè cognoscitur, alterum quoque definitè cognoscatur, quæ est quarto modo propria, vt posteà ostendemus. Nam Aristoteles solum probat, eam quadrare in omnia relata hac ratione; essentia cuiusque relati est respicere suum terminum; ergo impossibile est, relatum cognoscere, quin simul percipias terminum; ad quem tendit, alioqui, si, quo referatur, ignores, necesse est, quisnam respectus, sit ignorare. De his plura in quæst. 4.

o *Fit autem vt*] Ex hoc attributo dissoluit quæstionem superius excitatam, quæ definitione Veterum dissolui non poterat. Solutio est, quod manus, caput, & aliæ eiusmodi substantiæ non sunt ad aliquid per se, eò quod cognosci possunt, non cognito eo, ad quod explicantur. Si enim cuiusuis hominis solam manum, vel caput aspicias, non est dubium, quin homine ignorato possis has illius partes cognoscere.

QVÆSTIO I.

DE NATVRA, ET ESSENtia Relationis.

ARTICVLVS I.

NVM ADMITTENDAE SINT Relationes reales.

Alb. Mag. Auerroes. Auicenna. Alpharab. Aureolus. Zeno Elea. Nõ dari relationes

SCribit Albertus Magnus in prędicamentis ca. 1. ferè omnes antiquiores Platone, & Aristotele negasse, relationem esse genus entis realis à ceteris distinctum; quod referũt Auerroes lib. 5. Metaph. cõment. 20. & lib. 12. comment. 19. Auicen. 3. suæ Metaph. c. 10. Alpharab. apud Albertum. Postea Aureolus apud Capreolum in 2. dist. 30. quæ. 1. & apud Gregorium dist. 28 q. 1. Præcipuus huius sententiæ autor habetur Zeno Eleates, qui eandem sic primo confirmat: Relatio (quod ipsum vocabulum prę se fert) nihil est aliud, quam comparatio non actiua, seu, q̃ se habet ex parte intellectus: hæc non est intellectus operatio; ergo est cõparatio passiua, seu in re ipsa: in re aũt, antequã p intellectũ cõferatur, solũ datur forma absoluta, q̃ subiacet cõparationi: ergo relatio nõ est peculiare genus entis. Minor patet primò inductione, in similibus enim solum sunt qualitates, in æqualibus quantitates, quarum merito ad inuicem conferri possunt. Deinde ratione, quoniam cõparatio fit in aliqua forma præsupposita; hæc verò est absoluta necessariò;

reales, multi ex antiquis iudicarunt. Autores huius opinionis. Præcipuus Autor Zeno Eleates.

Prima probatio. probatur minor inductione. Probatur ratione.

Digitized by Google

rio ; alioquin daretur processus in infinitum. Si enim comparatio fieret in relatione, cum hæc comparatio quædam sit, debet fundari in alia forma, de qua rursum quæri posset, an esset relatiua, vel absoluta; etsi daretur primum, de illa rediret similis quæstio, si secundum, admitteretur, comparationem fieri in re absoluta, quod ab initio intendebatur, atque adeo dicendum erit, ante actum intellectus nihil esse in rebus, nisi absolutum.

Secunda probatio.

Secundo probatur. Omnes denominationes relatiuæ in rebus creatis abunde sumuntur ex absolutis: ergò necessarium non est, nouum genus inuehere. Cõsequentia est optima, quoniam relationes propter denominationes respectiuas inducuntur. Antecedens probatur: positis enim duobus quantis eiusdem extensionis, & præcisa quacunque alia forma, siue mente, siue re ipsa, necessariò dicuntur æqualia, nihil enim aliud est æquale esse, quam pari extensione, ac alterum simul existens affici: satis ergò sunt res absolutæ simul existentes ad respectiuas denominationes. Et confirmatur, quia pleræque similes denominationes à rebus absolutis admittentur ab aduersarijs, nulla interposita relatione, veluti esse visum, esse amatum, quæ desumuntur ex actibus videndi, & amandi; esse dextrum, vel sinistrũ, quæ in columna, v.c. deriuãtur è partibus animalis; ergò pari modo res se habebit in ceteris.

Tertia probatio.

Tertiò: eiusmodi appellationes adueniunt rebus absque vlla ipsarũ mutatione; ergo & absque noua entitate. Consequentia est bona; quoniam noua entitas realis non incipit esse in mundo sine noua productione: quotiescunque autem in subiecto noua productio inuenitur, necesse est, illud mutari; ergo si nihil mutatur, nihil de nouo suscipit. Antecedens est Aristotelis in quinto Physicorum, cap. 2. text. 10. & patet in albo, quod, si solum existat, nulli est simile, verum simul atque alterũ producitur, dicitur simile nulla causa circa ipsum operante, vt in confesso est, & tradit Aristoteles loco citato: indeque probat, ad relationem non esse per se motum, quia aduenit per alterius mutationem; vnde efficax sumitur confirmatio. Ens reale non incipit esse in mundo absq; causa effectiua: relatio, seu denominatio relatiua cõsurgit in re absque vllius causæ concursu, vt Aristoteles asseruit; ergo non defert realem entitatem. Alias rationes afferri solitas prætermittimus, quia magis impugnant actualem distinctionem relationum à fundamento, de qua in præsenti nihil dicendum est quam realem earum entitatem.

Confirmatur autoritate Aristotel.

Admittendæ sunt relationes reales.

Nihilominus præter relationes rationis, quas plerique omnes concedunt, & nos apud Porphyrium explicauimus, admittendas esse alias reales, quibus nouum efficiatur prædicamentum, post Platonem, & Aristotelẽ omnes Philosophi, ac Theologi tradiderunt; illi quidem apud Philosophum hoc loco, & quinto Metaph. cap. 15. & Porphyrium cap. de specie: hi apud Magistrum in primo distin. 28. vel 30. & apud D. Thomam prima part. quæst. 28. Alensis in summa 1. p. quæst. 9 Henriq. Quodlibet. 3. quæ. 4. & Quodlibet. 9. quæst. 3. Boetius de Trinitate, ca. 11. Ab vtrisque etiam varijs rationibus stabilitur. Inter Philosophos plures rationes affert Sõcinnas quinto Metaphysic. quæst. 28. quarum omnium vis ad geminum caput reduci potest. Primum & præcipuum est: in rebus creatis absque omni operatione intellectus reperiri aliquas denominationes per ordinem ad extrinseca diuersas à denominationibus, & formalibus effectis aliorum prædicamentorum, ad quas proinde exigitur nouum genus rerum respectiuarum: nam effectus formales diuersi distinctas causas deposcunt; assumptũ patet in his appellationibus. Pater, causa, simile, æquale, propinquũ, &c. Est enim Socrates verè, &, vt vocãt, a parte rei pater, & duo alba similia. Cõfirmatur, quia prædictæ denominationes variantur, omni absoluto penitus immu-

Plato.
Arist.
Qui Autores hæc senserint.
Porphyr.
D. Thom.
Alensis.
Henriq.
Boet.
Socin.

Germana probatio ex duplici cap. adducitur.

Stabilitur cõprobatio.

Digitized by Google

immutato, sublato enim filio, aut albo, amittit continuò Socrates paternitatem, & album similitudinem. Secundum caput est, inueniri per multas habitudines ad relationes, quæ deposcunt in termino entitatem realem. Enimverò scientia realis est de vero realique ente: sed Metaphysica, & Mathematica sunt reales scientiæ, & disputant de relationibus, vt compertum est; ergo illæ sunt reales entitates.

Confirmatur ex Theologia desumpta.

Theologi itarem confirmant. In Deo reperiuntur relationes reales, quibus diuinæ personæ constituuntur, & distinguuntur, vt docet fides orthodoxa: ergo in rebus creatis vbi similes inueniuntur denominationes, admittendæ erunt reales relationes, non quidem substantiales, vt diuinæ, quia adueniunt subiectis iam cõstitutis, & per se existentibus; verum accidentales, cum more ceterorum accidentiũ subiecto inhæreant, quæ tamen aliquo modo diuinarum relationũ perfectionem participent,

In Deo dãtur relationes reales.

D. Paulus. Ephesi. 3.

iuxta illud D. Pauli. A quo omnis paternitas in cœlo, & in terra nominatur. Illatio per se ipsam fidem habet; quoniam nulla assignabitur ratio, ob quam repugnet creaturis illud genus rerum, quod de se, nec imperfectũ sit, cum reperiatur in Deo; nec infinitè perfectum, si sumatur, vt abstrahit à creato, & increato, substantiali, & accidentali; quod ne fiat, nulla prohibet ratio: cum relationi, qua relatio est, non magis conueniat infinitum, quam finitum: substantiale, quam accidentale; imò cum prioribus videtur habere maiorem repugnantiam. Siquidem relatio ob oppositionem cum alia non potest sibi vendicare omnimodam perfectionem, & quia est ratio, vt aliquid referatur, non vendicat sibi esse substantiale.

Expendit locus Diui Pauli.

Posterior opinio vt omnino vera defendenda est.

Hæc posterior sententia vt verissima defendenda est, quidquid interim sit de distinctione relationis à suo fundamento, de qua in prædicamẽtis metaphysicis est differendum: addendúsque propositis rationibus, non solum conuinci, relationes esse entia realia, sed etiam intrinseca rebus denominatis; relationes.n. diuinæ intrinsecè, & formaliter sunt in personis: creatæ verò, cum consistãt in tendentia vnius ad aliud, necesse est insint formaliter in eo, quod per relationem tendit. Præterea, si relatio esset forma externa subiecto, quod denominat, cum sit accidens, (loquimur.n. de creatis) debet in aliquo existere; ergo saltem respectu illius erit interna. Constabit autem ex dicendis, aliud propriè denominari à relatione, quod ab eadem afficitur: atque adeò non præbere denominationem, nisi fundamento, in quo inhæret.

Relationes diuinæ intrinsecè, & formaliter sunt in personis.

Ad argumenta prioris sententiæ facilis est responsio. Ad primum dicendum est, relationis vocabulum non solum significare comparationis actum, sed etiam habitudinem duorum inter se, quæ tametsi in rebus reluceat ratione formarũ absolutarum; est tamen, si formaliter accipiatur, ratio quædã distincta in ijsdem rebus, à parte rei inuenta ante omnẽ intellectus operationem: imò est ipsum obiectũ, quod intellectus apprehendit, cum duo relatiua realia inter se mutuò cõparata cognoscit. Itaque in forma ad argumẽtum negamus minorem; ad cuius primã probationẽ negamus, in similibus, & æqualibus solas qualitates, & quantitates inueniri; illæ enim non sunt formaliter similitudines, & æqualitates, cum ijsdem perseuerantibus, si desint extrema, res non sint similes, vel æquales. Ad secundam fatemur, comparationem, id est, relationem à parte rei, vel proximè, vel remotè fundari in absolutos; inde tamen non sequitur, ante omnem operationem intellectus non esse relationem in rebus.

Diluitur primũ argumẽtum pro prima opinione.

Ad secũdum inficiamur, respectiuas denominationes abundè præstari formis absolutis. Ad probationem negandum est, quanta per ipsas qualitates formaliter esse æqualia, vel nihil aliud esse æquale formaliter, quã pari extensione, atque alterum affectum esse, nam vt vna quantitas formaliter,

Diluitur secũdum. Quid sit æquale formaliter.

maliter ſolum efficit vnum quantũ, ita duæ nihil amplius efficiũt, quam duo quanta; quod verò hæc vlterius ſint æqualia, vtrique accidit per nouam formam reſultantem, alioquin denominatiu relatiua non eſſet ſimplex, nec idonea ad conſtituendum prædicamẽtum. Ad confirmationem dices primò: in re viſa, & amata, & in columna inueniri relationes rationis, à quibus proximè denominantur, deinde eſſe peculiarem rationẽ, cum res denominatur ab alijs, quæ ſe habent tanquam formæ externæ, quod in multis relationibus dici non poteſt, vt in æquali, ſimili, &c.

Reſpõdet ad confirmationẽ.

Solutio tertij pendet ex ea quæſtione, de diſtinctione relationum à fundamento, quam omittimus; ſi relatio virtute tantum differt à fundamento, & non actu, vt Alb. Mag. hoc loco c. 1. alijque docuerunt, perfacilis eſt ſolutio; quoniam id, quod actu non differt à ſubiecto, nec eget noua cauſa, nec inducit mutationẽ; cum productum cẽſeatur ſimul cum ſubiecto, ſolumq. expectet alterius termini poſitionem, vt perfectè cõcipiatur. Aliter reſpondetur, admiſſa actuali diſtinctione; quia percipi nõ poteſt ſubiectum cum noua forma, quin aliter atq; antea ſe habeat. Dicendum igitur eſt, aduentu relationis aliquo modo ſubiectum immutari, neq; id negatum fuiſſe ab Ariſtotele, ſed nõ mutari à cauſa extrinſeca: voluit enim indicare, hoc eſſe peculiare relationibus, vt nulla cauſa denuò operante in ſubiecto, ſed in termino, reſultent: qua de cauſa cum dixiſſet, ad relationem non eſſe mutationem, ſubiunxit, [ita eorum motus ex accidente eſt] quaſi diceret, terminari quidem mutationem ad relationem, verum non per ſe, & ex intentione cauſæ, ſed per accidens ad poſitionem termini; vnde etiam patet ad confirmationem, Ariſtotelem non negaſſe relationibus omnem cauſam, ſed cauſam per ſe, & extrinſecã; producuntur enim per emanationem à ſubiecto, vt alij rerum termini.

Diluitur tertium argumẽtum pro prima opinione. Alb. Mag.

Aduẽtu relationis ſubiectũ aliquo modo immutat.

Obiectio mẽs Ariſt.

ARTICVLVS II.

NVM OMNES, ET SOLAE relationes reales in prædicamento ſint.

VT huic dubitationi ſatisfiat, vulgares relationis communiſſimè ſumptæ diuiſiones præmittendæ ſunt. Prima eſt in relationem realem, & rationis; hoc eſt, cuius exiſtẽtia ab intellectus operatione dependet, vt relatio generis, & ſpeciei, prædicati, & ſubiecti; illa, quæ beneficio intellectus non eget, vt exiſtat, vt Pater, ſimile, duplum, &c. Secunda diuiſio eſt relatorum potius, quã relationum; in relata ſecundum eſſe, & ſecundum dici; vocãt Philoſophi relata ſecundum eſſe ea, quæ per ſe, ſeu per ſuam eſſentiam ordinantur ad alia; quo pacto eſt affectum ſimile ad aliud ſimile, materia ad formã, & viciſſim forma ad materiam; relata ſecundum dici vno modo appellant ea omnia, quæ habitudine ad aliud apprehenduntur, vel explicantur, quo pacto ſub his relatis omnia comprehenduntur, etiam ſecundum eſſe, quia omnia habitudine ad aliud cognoſcuntur, ac declarantur; alio modo ea ſolũ dicuntur relata ſecundum dici, quę ſunt res abſolutę, & in ſolo explicandi, & concipiendi modo videntur relata; vt caput, & ala, quæ eatenus relata dixeris, quia caput dicitur alicuius capitati caput, & ala alati ala, in hac ſignificatione ſumitur vocabulum, cum fit ſecunda diuiſio, ne membrum diuidens totum diuiſum exæquet.

1. Relationum diuiſio in reales, & rationis.

2. In relata ſecũdũ eſſe, & ſecundum dici.

Relatũ ſecundũ dici bifariã vſurpatur.

Tertia eſt ſubdiuiſio relationum ſecundum eſſe in tranſcendentes, & non tranſcendentes, ſeu prædicamentales, de qua ſubdiuiſione multa Caiet. in lib. de Ente, & Eſſentia c. 7 q. 15. quæ à nob s examinãda ſunt in Metaphyſica. Nunc ſupponimus ex communi omnium doctrina, diuiſionem eſſe exactam, reperirique

3. In tranſcendẽtes, & prædicamentales. Caiet.

multa

multa relata transcendentia, multa item non transcendentia: inter quæ plura assignari solét discrimina, nobis in præsenti duo sufficiát. Vnum ex parte termini, alterum ex parte subiecti. Differunt hæc relata ex termino, quoniam relatum prædicamentale, seu non transcendens respicit aliud, vt purum terminū; hoc est, non sub ratione alicuius causæ, vel vt aliquem effectum circa illud exerceat: hoc pacto se habet pater ad filium, simile ad simile, &c. Transcēdens verò non respicit purum terminū, id est, non refertur ad aliud gratis, vt sic loquamur, sed intuitu alicuius muneris præstādi, vel recipiendi: quomodo effecta sunt potētia ad actum, & obiectum, materia ad formam. Creaturę ad Deum, vt primum exemplar. Hoc discrimen tradidit Caietanus loco citato.

Membrorum 3. diuisionis duplex discrimen.

Primū ex termino.

Caietan. ad Ex subiecto.

Aliud discrimen ex subiecto est; quod relatio transcendens non supponit subiectum, cui adueniat tanquam forma, quodque referat; sed includitur essentialiter in eò, quod refertur; imò nihil omninò est relatum, quam ipsa relatio: non transcēdens autem in rebus creatis est forma accidentaria adiacens subiecto, quod relatum denominat. Hæc differētia, & maxima est, & maximè perspicua, vt cernes in ijsdem exēplis. Nam materia, forma, & potētia, quæ sunt relata trāscendentia, nihil aliud essentialiter sunt, quā ipsi respectus ad terminos, vt in libris Physicorū, & de Anima comprobatum est: quia verò in omnibus prædicamentis inueniuntur entia hoc modo per se ordinata ad aliud, vocatur hic respectus transcendens. Pater verò, simile, & æquale præter respectum superadditum, supponunt proprias naturas, in quibus ille fundatur, & quæ per illum referuntur.

Proponit quæstio.

Hoc supposito, non satis constat inter Autores, an omnia hæc relationum, & relatorum genera ad hoc spectent prædicamētum. Prima sententia est Thomistarum, Capreoli in primo dist. 33. q. 1. Caietan. 1. parte, q. 13. art. 7. & q. 28. art. 1. Ferrariens. 4. contra Gentes. cap. 14. Soncin. Metaph. q. 26. asserentium, non solū relata realia, sed etiam rationis in hoc prædicamento collocari; quod sumunt ex varijs locis D. Tho. præsertim ex illa quæst. 28. vbi docet, hoc peculiare esse relationū generi, quod aliqua recipiat entia rationis, & probant, quoniam definitio secūdo loco ab Aristotele tradita, æquè cōuenit relationibus rationis, ac realibus, vt docet Simplicius & Damasc. hoc loco. Nam totum esse relationis rationis est ad terminum, cum quo simul est, & cognoscitur perinde ac realis; ergo conueniunt vniuocè in communi conceptu relationis: atque adeò sunt eiusdem prædicamenti species.

Tres sentētiæ referūtur.

Prima. Capreol. Caiet. Ferrar.

Soncin.

D. Thom.

Simpl. Damas.

Secunda sententia, quam refert Sotus 1. q. huius capitis, & est Boetij, Simpl. & Albert. c. 2. & Veneti, reponit in hoc prædicamento omnia relata, tàm secundum esse, quàm secundum dici. Cuius fundamentum non solū est, Veterum definitionem omnibus competere; sed etiam omnia re vera relata esse; nam quæ ad aliud explicantur, idcircò hoc habent, quia terminum respiciunt; ergo per aliquem respectum.

Secunda. Sotus. Boet. Simplic. Alb. Mag. Venetus.

Tertia sententia esse potest, sola, & omnia relata secūdum esse in hoc genere contineri, cum ijs adæquata esse videatur Philosophi definitio; complectitur enim omnia, quæ re ipsa ad aliud se habent: hanc apud Recentiores tantùm inuenimus.

Tertia.

Quarta cōmunis, & vera opinio est, sola relata secundum esse realia, & non transcendentia ad hoc prædicamentum pertinere; ad cuius explicationem & probationem subijcimus sequentes conclusiones.

Quarta cōmunis.

Prima conclusio. Relatio rationis non potest per se in hoc prædicamēto collocari. Probatur primò, quia vna ex conditionibus entis prædicamētalis est, vt sit reale, vt in quarto capite ostensum est. Secundò, vt relatio rationis in hoc prædicamento esset, deberet vniuocè cum reali in summo genere conuenire, vt per-

1. Conclusio; relata rationis prædicamēto non esse.

perſpicuum eſſ; id verò eſſe impoſſibile, multifariam oſtenditur. Primò, quoniam ens rationis ſimpliciter nihil eſt, ſpeciſſe fingitur; ad ens autem verum, & fictum nihil vnius nomen eſſe poteſt, cum alterum ſimpliciter ſit ens, alterum verò non ſit, quod

Heru. Soncin. ibi ſe docuit Herueus. Quodlibet. q. 1. art. 1. & probat Sonc. 4. Metaph. q. 6. Deinde illa communis ratio, aut eſt vera, aut ficta inter hęc enim nullum cadit medium ſi vera, ergo in ente rationis, quod eorum confingatur, commenta ſi conficta, quæ ratione includetur in ente reali, cuius nulla pars fictitia eſt? Denique illa ratio communis abſtrahit ab ente reali, & rationis, vt Thomiſtæ volunt: ergo non eſt genus huius prædicamenti, quoniam prædicamentum eſt alicuius generis realis diſpoſitio; quare ne lacephalam conſtituamus Categoriam, explodenda ſunt entia rationis.

Capr. Caiet. Capreolus, & Caietanus reſpondent ad hæc, inducto diſcrimine formalitatum relationis in formalitatem in, & ad, vt vocant, quod proximo articulo confutabimus.

2. Nec relata ſecundũ dici Ariſt.

Secunda concluſio. Relata ſecundum dici non habent locum in hac categoria; eſt communis, expreſſe tradita ab Ariſtotele, qui non alia de cauſa improbauit definitionem Veterum, niſi quia hæc relata complectebatur, vt ex eorum deſcriptione facilè demonſtratur. Vocantur enim relata ſecundum dici res abſolutæ cognitæ, ſiue explicatæ ad modum relatorum, vt patet in exemplis alæ, & capitis à Philoſopho adductis. Præterea ſi res abſolutę eo ſolo titulo, quod relationem annexã habeãt, vel cum illa concipiantur, ad hanc Categoriam pertinerent, in ipſis ordinibus, qui diſtinctionis gratia inuenti ſunt, egregiè omnia confunderentur.

3 Nec trãſcendentia.

Tertia. Excluduntur etiam ab hoc prædicamento relata ſecundum eſſe tranſcendentia. Hæc item Authoribus, & rationibus comprobatur. Sunt enim res ſimpliciter abſolutæ & quædam ſubſtantiales, vt materia, & forma quædam accidentales, vt potentiæ & habitus; ſic aliæ completæ, aliæ incõpletæ, vt iſtis exemplis notum eſt; cum tamen relationes prædicamentales, & completæ, & vnius rationis eas eſſe oporteat.

Quæ relata prædicamẽtalia dicantur.

Quarta & ultima. Suggeditur hanc Categoriam nomen, & colligitur relationes ſecũdum eſſe reale, & non tranſcendentes, quas proinde, non vocant prædicamentales. Hæc communiter recipitur, & à partium enumeratione euidenter concluditur. Si enim eſt aliquod prædicamentum relationis, & nõ recipit relationes rationis ſecundum dici, nec tranſcendentes, cum aliæ non ſuperſint præter reales ſecundum eſſe, & non tranſcendentes, neceſſe eſt, vt ex illis componatur.

Reſpondetur ad obiect. Arift. definitio, quibus cõueniat.

Ad fundamenta aliorum opinionum ita occurrendum. Ad fundamentum quidem primæ nihil concedam, definitionem Ariſt. ad plura, quam relationis categoriam ſe extendere; negandum tamen eſt ſub ea comprehendi relationes rationis; quia loco generis intelligitur, ens reale, finitum, cum ceteris conditionibus in c. 4. aſſignatis. Nec D. Tho. aliud vnquam docuit; in loco enim primæ partis ſolum ſignificat vocabula aliorum prædicamentorũ non ſignificare entia rationis ſimilia realibus eorum entibus, vt vocabulum relationis ſignificat, quod prouenit ex propria relationis natura. Cetera enim prædicamenta habent totum effectum formalem in ordine ab ſubiectum, hoc addit præterea reſpectum ad aliud, quem ſolum credidit D. Thom. poſſe intellectum fingendo imitaris qua de re diximus apud Porphyrium.

D. Tho.

Curĩ aliis prædicamentis entium rationis eſſe dicatur.

Fundamentũ ſecundę quo ad primam partem nihil vrget; idcirco. n. verus definitio à Philoſopho repudiatur, quia exim hoc prædicamentum excurrit. In ſecunda parte eſt maior difficultas; antiquiores, nempe Philoſophi, Auic. 5. lux. Metaph. Hen. Quodlib. 3. q. 4. poſtea Cai. ſequẽtur in ſine docent, relata ſecũdum dici ſemper habere annexam relationem ſal-

Satisfit argum. 1. Auicen. Henr. Caiet.

tem

tem rationis. Aliqui verò Recentiores id necessariò esse negant, sed sufficere ad relatum secundùm dici, quod à nobis cognosci, explicarivè non possit nisi per terminum; quâuis nulla afficiatur relatione; quibus si objicias, nihil aliud esse concipi in ordine ad aliud, quam respectum rationis suscipere. Negant plane assumptum; quia ad tribuendam relationem rationis necessarius est conceptus cõparatiuus ad illam terminatus, vt apud Porphyrium ostensum est; hunc autem non intercedere, cum relatiuum secũdum dici apprehendimus, & explicamus, clarũ esse; cum enim exponimus alatum per alam, vel diuinam potentiam per creaturas, nihil de respectu cogitamus.

Relata secũdũ dici formaliter sũt absoluta; cõnotant relationem.

Nihilominus cum prioribus Philosophis dicendum est, relata secundum dici formaliter quidem esse absoluta, de connotato verò inuoluere relationem saltẽ conuenientem. Ratio est, quoniam ens absolutũ, quod nec formaliter, nec fundamentaliter pertinet ad aliud, non exigit, vt per illud explicetur. Cur enim magis per hoc, quam per aliud, si ad nullum est affectum? V. c. potentia actiua diuina nõ conciperetur, & explicaretur per ordinẽ ad creaturas, nisi haberet determinatã vim ad illas procreandas, quæ est fundamentũ relationis productiuæ? & ala non describeretur per auem, nisi esset illius pars, quod sub nomine alæ oblique saltẽ significatur. Dicimus ergo, huiusmodi relata necessariò habere relationem, saltem conuenientem, nec Recentiorũ fundamentum aliud probat, quam non existere semper relationem, quia vt plurimum est rationis, & egẽt conceptu ad ipsam terminato, quem ratiuse formamus.

Cur potẽtia Dei ad creaturas explicẽ.

Qũo relata secũdũ dici ī hoc prædi. sint.

Porrò ad argumentum, cuius causa hæc dicta sunt, respondemus, si Relata secundum dici accipiantur, vt formaliter dicunt relationem, in hoc prædicamento esse: at eo pacto sunt relata secundum esse: si verò sumantur, vt solent, quatenus de formali dicunt absolutum, & deuolutè relationem, pertinere ad prædicamentum illius absoluti, quod dicunt illud fit. Qua de causa probè dictum fuit à Caiet. diuisionem in relata secundum esse, & secundum dici nominum esse potius, quam rerum; vtrobique enim reperitur relatiuum & absolutum; sed nomen relatiui secundum esse formaliter indicat relationem denotando absolutum. Nomen verò relatiui secundum dici contrario.

Diuisio in relata secũdum dici, & secũdum esse qualis. Caiet.

Ad fundamentum tertiæ opinionis patet responsio ex discrimine inter relationes transcendentes, & non transcendentes; quamuis enim omnes sint secundum esse, transcendentes tamen non constituunt peculiare genus entis: atque pacto à definitione Philosophi excludantur, iam patebit.

Ad arg. 3. opinion.

ARTICVLVS III.

PRÆDICAMENTALIVM relatiuorum definitio exhibetur.

Definitio relationis prædicam.

REiecta veteri relatorum definitione ob eas rationes, quæ hactenus datæ sunt, quæ ab Aristotele approbatur, sic habet; Ea sunt ad aliquid, quorum esse idem est ei, quod est ad aliquid aliquo modo se habere; ex cuius declaratione in commentario tradita hæc ei potest relationis prædicamentalis definitio, sensu quidem par, perspicuitate autem longè superior; Relatio est ens, cuius totum esse est aliud respicere. Loco generis est ens vtique prædicamentale, vt excludantur relationes diuinæ, & quæcunque prædicamentalia non sunt, reliqua sunt pro differentia; indicantque propriam, & peculiarem relationis naturam, qua à cæteris distinguitur, in hoc constituram esse, vt in aliud tanquam in terminum tendat. Vnde reijciuntur cætera prædicamenta, quorum essentia potius est in se, vel in subiecto, quam ad terminum.

Clarior definitio.

1. Contra definitionẽ obiect.

Vt hæc magis illucescant, obijcitur primò: Relationes transcendentes

tes plerǽque ſunt entia prædicamẽtalia, quorum tota eſſentia eſt ad aliud ſe habere; ergò definitio non eſt reciproca cum prædicamentali. Antecedens patet in materia primæ, quæ nihil eſt aliud ex communi, veraque philoſophia, quam pura potentia ad formã ſubſtantialem, quod in ceteris relationibus tranſcendentibus cernere eſt. Secũdò relatio potius eſt id quo alia referuntur, quam quod referuntur ergo perperã dictum eſt, in definitione eſſentiam relationis eſſe, reſpicere aliud. Antecedens

Ariſt. videtur colligi ex Ariſtotele, qui idcirco definiuit relationem in concreto, vt hunc reſpectum explicaret. Ratione probatur, nulla forma denominatur à ſuo effectu formali: ſed reſpicere eſt effectus formalis relationis: ergo non poteſt de relatione

3 affirmari. Tertiò; relatio eſt verum accidens reale, vt oſtenſum eſt: ergo nequit totum illius eſſe in reſpectu conſiſtere; inſidet enim omne accidẽs alicui ſubiecto, atq; adeò aliqua eius pars, vel prædicatũ non ad terminum, ſed ad ſubiectum affecta eſſe debet.

Reſpõdetur primæ. Ad primam obiectionem negandum antecedens; primò, quia vocabulũ, ad aliud, in definitione ſignificat purum terminum, qualem ſupra explicauimus, aſſignando differentiam inter relata tranſcendentia, & prædicamẽtalia, nimirum, inter quẽ, & relatum nullum interſit commercium, præterquam terminãdi, & referendi, quod nõ viſitur in termino relationis tranſcendentis; ſemper enim intuitu alicuius muneris exhibẽdi, vel recipiendi officium terminandi exercet. Secundò, quoniã fallum eſt, totum eſſe relatorum trãſcendentiũ eſſe aliud reſpicere; habẽt enim propriam eſſentiam, &, ſi ſunt accidentia, peculiarem effectum formalem; ſed ob dependentiam, vel cauſalitatem ad aliud ordinantur, quod patet in eodem exemplo materiæ primæ; eſt enim illius eſſe ſubſtantiale, quẽadmodum eſt totum Phyſicum ex illa, & forma conſtitutum; verũ quia ob ſui incompletionem cohærere per ſe non poteſt, reſpicit formam, cuius beneficio conſiſtit. Relatio autem prædicamentalis nullum aliud effectum, aut eſſe habet, quam reſpicere terminum.

Reſpondetur ſecundæ. Ad ſecundam reſpondet Albert. Mag. capit. ex tribus vocabulis, quæ huic prædicamento attribuuntur, relatio, relatiuum, & relatum, vltimum eſſe proprijſſimum, quia ſignificat actum, ſeu exercitium referẽdi, & reſpondere illi oratiõi [Ad aliquid,] qua vſus eſt Ariſtoteles in hac categoria nominãda. Secundum eſſe minus proprium, quia ſignificat aptitudinem ad referẽdum; primum eſſe maximè improprium, quoniam habet modum ſignificandi abſolutum; ſed non inficiatur, ipſam relationem ſecundum ſe ſumptam eſſe eſſentialiter reſpectum ad aliud. Dicimus ergò, relationem non reſpicere in actu exercito, ſed in actu ſignato; ſiquidem eſt ratio, & principium, quo ſubiectum refertur, & in hoc ſenſu accipienda eſt definitio more logico; idem quippe valet, aliud reſpicere, atque eſſe rationem, & principium referendi; quanquam, ſi definitio applicetur relato, in concreto, non egeat ex explicatione. & hæc poteſt eſſe cauſa, cur ab Ariſtotele in concreto definita ſit relatio. Id verò, quod obijciebatur, effectum formalem dici de forma abſtracte ſumpta, ſuppoſito eo verborum ſenſu, quem diximus, negandum eſt.

Reſpondetur tertiæ. Capreol. Caiet. Soncin. Ad tertiam difficultatem reſponderi poſſet iuxta ſententiam Capr. & Caietan. & Soncin. quos ſupra retulimus, in relatione ſpectari duplex eſſe, vnum commune cum ceteris accidentibus; alterum proprium, & peculiare, modum, ſcilicet, proprium, & quaſi differẽtiam, qua ens ad definitum prædicamentum determinatur, & ſecundũ prius eſſe, quod vocant [In] ſubiecto inſiſtere; ſecundum poſterius, quod appellant [Ad] non eſſe in ſubiecto, ſed ad terminũ: in definitione autem, cum aſſeritur, totum eſſe relationis conſiſtere in reſpectu, ſermonem eſſe de proprio ac peculiari eſſe.

Relatũ trãſcẽdẽs quo modo referatur.

Duplex eſſe relationis, In, & Ad.

Verum

Prædicta distinctio quomodo probãda..

Verum hęc distinctio, etsi quò ad priorem partem vera sit; quò ad posteriorem nullo modo est admittenda, quoniam relatio etiam secundum specialem modum, & veluti differentiam contrahentem est verum accidens in subiecto inhærens; quod probatur primò ratione D. Thom. D. Thom. in primum Sententiarum ad Anibaldum, dist. 25. art. 4 ad 3. Relatio constituit vnum genus accidentis realis, distinctum à reliquis octo; sed communis ratio accidentis non præbet hanc distinctionem, cum in ceteris reperiatur; ergo prouenit ab eius peculiari modo; ergo hic est realis, & accidentarius. Secundò, nulla natura communis determinatur per ea, quæ sunt alterius generis; at natura accidentis determinatur, & quasi contrahitur ad esse relationis per modum constituentem relationem; ergò hic modus est accidentarius. Tertiò, ratio communis non habet in re ipsa alium modum existendi, quam ratio particularis; sed communis natura relationis inhæret, vt fatentur; ergo & particularis. Cetera constant. Maior probatur, & quia hæ rationes actu non distinguuntur, & quia eo modo, quo differunt, prius intelligitur existere ratio particularis; ab ea enim valet existendi consequentia; ergo ad illius existentiam accommodabitur communis; quare, si hæc inhæret, illa quoque inest, necesse est.

Relatio quò adspecificam rationem est in subiecto.

Quartò; nisi relatio inesset subiecto secundum specialem rationem, qua à ceteris differt, nõ præberet effectum formalem distinctũ ab illis, atque adeo non redderet subiectum, in quo esset relatiuum, sed accidente affectum, quod absurdissimum cum sit, necessario fatendũ est, relationem quo ad vtramque rationem communem, & particularem esse accidens verè inhærens; nec in definitione, cum dicitur, totũ esse relationis consistere in respectu, excluditur, quod est de ratione communi accidentis; sed explicatur, quale accidens sit relatio; quemadmodum cum dicitur quantitas secundum propriam rationem esse per se extensa: minimè negatur quò ad illam etiam rationem esse accidens. Vnde patet obiectionis dissolutio.

ARTICVLVS IV.

QVÆNAM AD PRAEDICAMENTALEM relationem exigantur.

PRæter loci institutum esset, omnes conditiones, quæ pro relatione reali ab Autoribus assignãtur, accuratè discutere; cum id absq. prolixa Metaphysicæ cognitione præstari non possit. Proponemus absque examine, quæ vulgò recipiuntur, vt relationes reales ab ijs, quæ ratione fiunt, internoscantur. Sed prius, quæ in quauis relatione interueniant, aperiamus. Quattuor assignantur. Primum est vltimum subiectum, quod à relatione denominatur, & vocatur extremum, vt sol, qui denominatur causa, & lucidum, quod appellatur effectus. Hoc extremum aliquando est substantia, vt in primo exemplo, aliquando accidens, veluti cum duæ quantitates dicuntur æquales.

In quouis relato quatuor inueniuntur.

1. Subiectum.

Secundum est fundamentum, id vocant Philosophi, quod est causa extremo, vt referatur, V.c duæ qualitates sunt causæ, vt duo corpora referantur relatione similitudinis, & fundent ipsam relationem. Non est tamen perpetuò necessarium, vt fundamentum differat ab extremo. Nam substantia filij est fundamentum simul, & extremum filiationis & qualitates, licet comparatione substantiæ sint fundamenta distincta, cum tamen ipsæ similes nominantur, simul sunt extrema, & fundamenta. Cum eiusmodi fundamento, siue illud ab extremo differat, siue non, identificatur cõmuniter relatio realis; diximus, communiter, quia potentia generandi est fundamentum paternitatis, cum sit causa, vt pater referatur ad filium, & iuxta probabilem sententiam non illa, sed substantia patris cum relatione identificatur.

2. Fundamentum, quod à subiecto sẽper non differt.

Digitized by Google

3. Ratio fundandi.

Tertium eſt ratio fundandi, quæ ab alijs appellatur conditio neceſſaria, vt relatio ſequatur fundamẽtum. Communius vocatur fundamentum proximum, reſpectu, ſcilicet, prioris fundamenti, quod remotum nuncupatur; eò quod inter ipſum, & relationem fundandi ratio mediet; eiuſmodi eſt actio generandi, reſpectu relationis Patris, vnitas in gradu, comparatione relationis ſimilitudinis inter duo alba. In quibus exemplis ſimul oſtenditur, hanc rationem fundandi non eſſe eiuſdem rationis in omnibus, ſed in quibuſdam eſſe realem, qualis eſt actio generandi, in alijs negationem, quod patet in vnitate graduali, quæ nihil eſt aliud, quam negatio diuerſitatis in eodem gradu qualitatis.

Ratio fundandi multiplex.

Triplex earum diuerſitas.

Aliud harum rationum diſcrimen tradi ſolet, quod nimirum aliquæ perpetuò exiſtere debeant, vt relatio denominet extremum; aliæ ſatis ſic, ſi ſemel fuerint, cum primum relatio pullulauit, etſi ſtatim elabantur; aliæ deniq. medio modo ſe habeant, hoc eſt, nec ſemper exiſtant, nec ſatis ſit, aliquando fuiſſe. Priorum exempla ſunt vnitas in gradu inter qualitates ad relationem ſimilitudinis, & vnio materiæ cum forma ad relationem vniti; aliarum actio generandi, vel calefaciendi; earum denique, quę extremo loco adductæ ſunt, actus docendi, & amãdi. Ad Relationes enim Magiſtri, & diſcipuli, ac mutuæ amicitiæ nec ſatis eſt ſemel docuiſſe, & amaſſe, nec igitur perpetuum harum actionum, & paſſionum exercitium.

Hæc doctrina, quò ad primum membrum, veriſſima eſt, & à nemine improbatur; quo ad ſecundum, nonnullam patitur difficultatem: videtur enim abſque fundamento dictũ, relationem cauſæ pro fundamento proximo depoſcere actionem, vt reſultet in ſubiecto, nõ verò vt conſeruetur, quando enim forma pendet ab aliqua diſpoſitione ſubiecti, vt in eo introducatur, ab eadem pendet, vt conſeruetur, vt patet in diſpoſitionibus formæ ignis, ſicut enim hæc forma abſque calore, & ſiccitate introduci nequit, ita ſine illis in materia durare non poteſt; ergo ſi relatio in fieri pendet ab actione, pendebit etiã in conſeruari. Deinde, quæ maior ratio eſſe poteſt in alijs fundamentis proximis, quam in actione, vt illis euerſis euaneſcat relatio, non autem euaneſcente actione? Quod ſi obijcias; Socratem dici Patrem tranſacta generatione; ergo habere relationẽ. Reſpondebitur primò, eſſe aliam relationem ab ea, quã habuit in actuali productione, cuius fundamentum proximum eſt ceſſatio actionis, quod fortaſſe inſinuauit Ariſtoteles, cum diuiſit relationes fundatas in actione per differentias temporis præteriti, præſentis, & futuri. Reſpondebitur ſecundò, continuam nutritionem, qua filius conſeruatur, eſſe aliquo modo actionem Patris, quatenus ab eo fluxit potentia nutritiua, per quam adminiſtratur conſeruatio, quæ eſt loco generationis continuæ. Non eſt omninò improbabilis hæc ſententia quam Scotus aliquando amplexus eſt.

Ariſtot.

Scotus.

An ſublata ratione fundandi relatio duret.

Probatur pars negatiua.

Communior tamen, & veriſimilior eſt, quæ aſſerit, actionem ſolum requiri in primo eſſe relationis. Primò, quoniam perſeuerat denominatio relatiua, quæ prouenire non poteſt ab alia relatione; ſi enim prima ſimul cum actione abolita eſt, nulla ſupereſt ratio fundandi aliam, quia corruptio actionis eſt negatio cauſalitatis; Ariſtoteles autem docuit, fundamentum relationis cauſæ eſſe cauſalitatem. Secundò; effectus refertur ad cauſam, quia ab ea accepit eſſe: ſed ſi effectus ſublata actione duret, ſemper habet eſſe acceptum a cauſa; ergo habebit relationem ad illam.

Defenditur affirmatiua.

Alterius partis argumentis ſatisfit.

Rationes alterius partis facilè, diluuntur. Prima negatione antecedentis: aqua enim generari non poteſt abſque aliquo frigore, cum tamen ſine vllo conſeruetur: imò ignis in exemplũ adductus plus exigit caloris & ſiccitatis vt primò producatur, quam vt conſeruetur. Ad ſecundum reſpondetur, maiorem rationem eſſe, quoniam cetera fundamen-

Google

menta proximæ nô possunt corrumpi, quin simul destruantur, aut omninò, aut magna ex parte fundamenta remota, in quibus insunt relationes; nam duæ albedines non amittunt vnitatem gradualem, nisi altera, vel vtraque minuatur, vel augeatur: actio verò, etsi pereat, integra relinquit fundamenta relationum, vt videre est in relatione Patris, & filij. Quæ autem fuerit mens Arist. cum relationem causæ per tempora distribuit, quæstione sequenti videndum est.

Nulla ratio fundãdi aliquãdiu tãtum requiritur Almain. Gabriel.

Hæc de secundo membro illius partitionis. Tertium nullo modo est admittendum: valet enim hoc loco doctrina communis de corruptione habituum contra Almainum in Moralibus, tract. 1. c. 18. & Gabriel. in 3. dist. 23. q. 1. art. 3. dub. 6. asserentes, habitum corrumpi per intermissionem actuum; etenim forma, quæ remota causa, vel dispositione aliquãdiu durat, ex vi defectus talis causæ, aut dispositionis perpetuò durare potest; (nisi eius naturæ sit, quæ statim aboleri incipiat, quod addimus propter impulsum ad motum localem) sed relatio magistri, & amici cessante actione aliquandiu perseuerat; alioquin necessarium foret, vt magister docendi, & amicus diligendi actũ non intermitteret; ergo semper conseruatur relatio, si fundamẽtum perdurat. Quare dicendum est, relationem discipuli tamdiu durare, quamdiu seruatur doctrina ab eo accepta; relationem verò amici, quamdiu perseuerat habitus, seu propensio in alium; mutuam verò familiaritatem, & docendi vsum ad quandam moralem appellationem tantum requiri.

4. Relationi necessarius est terminus.

Quartum, quod exigitur, est terminus: cum enim essentia relationis sit transitus ad aliud, necesse est habeat scopum, quem figat: hunc appellamus terminum, estq; illud, ad quod relatiuum primò, & per se refertur, cuiusmodi est filius, respectu relationis patris. Quia verò terminus relationis prædicamentalis ita relatiuum terminat, vt vicissim ad ipsum referatur; quatenus sic refertur, correlatiuum dicitur. Num terminus sit absolutus, an formaliter relatiuus, alieque similes quæstiones in Metaphysicam referuentur.

Conditiones ad relationem realẽ quatuor.

Hæc sunt relationum fulcimenta, hic apparatus, quibus non rarò potiuntur relationes rationis, perinde ac reales; quocirca necessarium est, conditiones relationum realium absque examine, vt diximus, indicare. Hæ quatuor omninò sunt. Prima in subiecto: Secunda in termino: Tertia in vtroque simul: Quarta denium in ratione fundandi. Ex parte subiecti requiritur, vt tam extremum, quàm fundamentum, in quo est relatio sint entia realia; cum enim relatio non habeat aliam realitatem, quam fundamenti, nisi hoc reale fit, quò pacto relatio erit realis? quæ ratio non solum procedit de fundamento remoto, sed etiam de extremo; quoniã hęc aut non differunt, aut cũ distinguuntur, fundamẽtum innititur extremo; nõ poterit verò fundamentum reale ab extremo minimè reali sustineri.

1. In subiecto.

2. In termino.

Ex parte termini oportet etiã ipsum esse ens reale, aut secundũ se totum, aut saltem quò ad extremum. Recipiunt hanc cõditionem omnes ferè Philosophi. Auicen. 3. Metaph. c. vlt. D. Tho. 1. p. q. 13. art. 7. & q. 28. art. 1. ad secundum; secundò Contra Gent. c. 12. q. 3. de potentia, art. 3. ad 5. Capr. in 1. dist. 7. q. 2. Cai. & Fer. ille 1. p. hic contra Gent. citatis: Sonc. 5. Metaph. q. 27. Petrus Fonsec. 5. Metaph. c. 15. q. 1. sect. 7. Mayr. in 1. dist. 29. q. 6. & 8. Diximus, oportere esse reale, saltem quò ad extremum termini, quoniam, cum terminus sit cor relatiuum, habere debet fundamentum, & extremũ suæ relationis, quæ in relatione mutua ambo sũt realia; in non mutuis solũ extremum; priorum exemplum sunt duo similia, posteriorum scientia, & scibile; extremum enim ex parte scibilis est realis entitas rei scitæ, fundamentum capacitas negatiua, vt sciatur.

Auicenn. D. Thom. Capr. Caiet. Ferrar. Soncin. Mayron. Fonsec.

3. In subiecto simul, & termino.

Ex parte vtriusque deposcitur, vt subiectum, & terminus sint realiter distincta, & realiter existentia, quæ

est communis sententia, & ab ipsdem Autoribus approbatur, vel ea ratione, quod relatio sit respectus quidã minimè intentus à natura, sed per accidens consequens aliorum positionem; debet igitur spectare realem subiecti, & termini positionem. Defectu primæ conditionis non datur relatio realis in vlla priuatione, aut negatione: imò nec in rebus, quia relationis fundamentum est aptitudo negatiua. Item, non datur in Deo ad creaturas, quia nomine subiecti realis intelligitur etiam res capax accidentalis denominationis. Defectu secundę nõ exercetur relatio realis inter conceptum negationis, & negationem. Defectu tertiæ est relatio rationis identitas eiusdem ad se ipsum, & relatio patris ad filium, si neuter, vel alter tantum existat. De his latissimè in 5. Metaph. disputabitur.

4. In fundamento proximo.

In fundamento proximo præter ea, quę obiter dicta sunt, illud solum exiges ad relationem realem, vt, seu negatiuum sit, seu positiuum, ab operatione intellectus non pendeat. Ratio hæc est. Relatio realis a parte rei, & nõ spectata intellectus actione denominat subiectum; sed non potest illud denominare, quin fundamentum proximum interueniat: ergò hoc nequit ab intellectu pendere. Vnde per oppositum colliges, omnem relationem, cuius ratio fundandi ab intellectu dependet, esse rationis.

quoniam omne relatum essentialiter postulat correlatiuum, in quod referatur; sed relatum in communi huiusmodi correlatiuum habere non potest; ergò nec ipsum verè relatum esse. Minor probatur, quia si haberet correlatiuum, vel esset ipsum met relatum, vel aliud ab eo diuersum. Primum dici non potest, si verè docuimus, relationem realem necessariò tendere ad rem diuersam. Si detur secundum, sequitur, admittenda esse duo suprema genera: nulla.n. est maior ratio, cur relatiuum potius sit huiusmodi summum genus, quam correlatiuum, si neutrum habet supra se aliud; supponimus.n. ex vtroque abstrahi non posse conceptum communem genericum; si enim abstraheretur, de illo institueretur eadem disputatio. Fauet huic dubitationi forma loquendi Arist. vbicunque enim de relatione differit, vtitur vocabulo in plurali, ad indicandum, vt videtur, non esse vnum aliquod relatum omnium caput. Arist.

In prędicamẽtis accidẽtiũ duo sunt rerũ genera.

Antequam ad quæstionem respõdeamus, duo aduertenda sunt. Primũ est in prædicamẽto relationis (quod in ceteris accidentium prædicamẽtis contingit) reperiri duas classes, alteram abstractorum, quæ propriè, & per se in serie ordinantur; alteram concretorum, quæ minus propriè, & abstractorum merito disponuntur: nec oppositum huius doctrinæ asseruit Alb.c 2. cum dixit, generalissimum huius prędicamenti proprijssimè dici relatum, impropriè relationem; non enim attendit ad rem ipsam, sed ad modũ significandi proportionatum entitati respectiuæ, vt supra diximus. Secundum est: dupliciter posse relatum aliquid referri; primò per se immediatè, ita vt præcisio quocunque inferiori actu ad alterum referatur, sicut animal præscindendo à qualibet specie est per se sensitiuum: secundo ratione suorum inferiorum, ita vt actu non referatur, nisi quando illius species, vel individua, in quibus inuenitur, ad alia referuntur. Alb. Mag.

His positis sit prima conclusio: in abstra-

QVÆSTIO II.

QVAE SIT HVIVS PRAEdicamenti constitutio.

ARTICVLVS I.

VTRVM IN HOC PRAEDICAmento sit aliquod genus supremum.

Ratio dubitandi.

EST in hac Categoria specialis dubitandi ratio, nec sanè exigua,

Digitized by Google

1. Conclusio: in relationũ abstractis esse verum genus summum.

abstractis relationũ datur genus summum; Hæc est omnium communis: probatur primò, omnes relationes inferiores conueniunt vniuocè inter se, alioqui non efficerent vnum prædicamentum; ergò datur aliqua natura vna & vniuoca, quæ cum supra se nullam habeat, erit genus supremum. Deinde eiusmodi prædicatio; hæc relatio est relatio, illa relatio est relatio, siue (hæc, & illa) denotent individua, siue naturas communes, est vniuoca essentialis, & in quid; ergò prædicatur aliqua natura generica. Demum, in abractis non procedit ratio difficultatis initio proposita. Cũ enim relatio non referatur ad aliud in actu exercito, sed sit forma, principiumque referendi, non exigit terminum communem ex aduerso respondentem.

2. Conclusio: in cõcretis quoque genus summum esse.

Secunda conclusio; inter concreta etiam reperitur aliquod genus summum. Hanc expresè nullus reijcit, tum ob priores rationes primę conclusionis; eodẽ enim modo hic proponi possunt; tum quia nihil implicat, communissimum relationis conceptũ applicari subiecto, formareq. relationis concretum; nulla quippe est forma adeò communis, vt ei non respõdeat effectus formalis adæquatus, qui in præsenti erit relatum vniuocum, & communissimum. Tota difficultas est in modo explicandi eiusmodi concretum. Vtrum, nimirum, sit relatum primò, & per se, an per aliud, & merito inferiorũ; priori enim responsioni obstat argumentum initio propositum; posteriori natura relationis, seu effectus formalis illius, qui est actu referri.

An hoc genus referatur proximè, an remotè.

Scotus.

Scotus in prædicamentis quæst. 15. primò concedit, relatum in communi esse genus summum huius prędicamenti. Deinde astruit, primò, & per se referri ad suum terminum; quod idcircò asserit, quia in primo dist. 30. quæst. 1. defendit, vnius relationis terminum non esse alteram relationem oppositam, sed absolutum; & quemadmodum datur relatum in communi, dari etiam terminum in communi; licet hoc inter illa inter sit, quod relatum sit vniuocum, & genus summum vnius prędicamenti, terminus verò sit quippiam analogum; quia est quæcunque res absoluta apta terminare relationem. Nec existimari debet incommodum, terminum relationis vniuocæ esse analogum; quando Aristoteles, vt proximè patebit, analogum fecit eius fundamentum, à quo relatio non minus dependet, quam à termino. Cohæret optimè hæc doctrina; nam admisso termino absoluto relationis egregiè soluit difficultatem. Quamobrem crediderim, nihil in contrarium doceri ab Scoto in primo dist. 21. q. vnica, vt falso quidam opinantur, cum asserit, relata æquiparantiæ non referri per se, in actu exercito, sed per sua inferiora; loquitur enim præcisè de relatis æquiparantiæ, vbi terminus semper est relatum, non verò de quouis relato communi, aut de summo genere, quod in eius sententia non est æquiparantiæ, sed indifferens ad quamlibet appellationem, imò indifferens, vt terminus habeat, vel non habeat relationem realem, quod addo propter relata tertij generis, seu non mutua.

Scotus.

In sententia Scoti refertur proximè.

Hæc, vt diximus, rectè habent in sentẽtia Scoti; at in opposita astruente, vnius relationis terminum esse aliam relationem, quæ nec minus communis est, nec Aristoteli minus consentanea, perplexa res est. Quidam enim suspicantur, in hac etiam opinione respondere terminum immediatum, & proximum relato communi, quod ita fere probant. Quemadmodum omnia relata in hoc conueniunt, quod referantur ad aliud, ita omnibus cõmune est, vt alia terminent; ergo sicut ex rationibus referendi abstrahitur vna communis ratio relati, sic ex rationibus terminandi præscindi potest cõmunis ratio termini, quæ ex æquo respondeat relatiuo. Verum non satis explicant, quid per terminandi rationem intelligant; vel enim significant aliquam correlatiuorum affectionem, vel ipsas relationes correlatiuas? si con-

Quid in opposita sententia dicendum sit, agitat.

3. Sentẽtia asserens, proximè referri cõfutatur.

Digitized by Google

riò ; alioquin daretur processus in infinitum. Si enim comparatio fieret in relatione, cum hæc comparatio quædam sit, debet fundari in alia forma, de qua rursum quæri posset, an esset relatiua, vel absoluta; etsi daretur primum, de illa rediret similis quæstio, si secundum, admitteretur, comparationem fieri in re absoluta, quod ab initio intendebatur, atque adeo dicendum erit, ante actum intellectus nihil esse in rebus, nisi absolutum.

Secunda probatio.

Secundo probatur. Omnes denominationes relatiuæ in rebus creatis abundè sumuntur ex absolutis: ergò necessarium non est, nouum genus inuehere. Cõsequentia est optima, quoniam relationes propter denominationes respectiuas inducuntur. Antecedens probatur: positis enim duobus quantis eiusdem extensionis, & præcisa quacunque alia forma, siue mente, siue re ipsa, necessariò dicuntur æqualia, nihil enim aliud est æquale esse, quam pari extensione, ac alterum simul existens affici: satis ergò sunt res absolutæ simul existentes ad respectiuas denominationes. Et confirmatur, quia pleræque similes denominationes à rebus absolutis admittentur ab aduersarijs, nulla interposita relatione, veluti esse visum, esse amatum, quæ desumuntur ex actibus videndi, & amandi; esse dextrum, vel sinistrũ, quæ in columna, v.c. deriuãtur è partibus animalis; ergò pari modo res se habebit in ceteris.

Tertia probatio.

Tertiò: eiusmodi appellationes adueniunt rebus absque vlla ipsarũ mutatione; ergo & absque noua entitate. Consequentia est bona; quoniam noua entitas realis non incipit esse in mundo sine noua productione: quotiescunque autem in subiecto noua productio inuenitur, necesse est, illud mutari; ergo si nihil mutatur, nihil de nouo suscipit. Antecedens est Aristotelis in quinto Physicorum, cap. 2. text. 10. & patet in albo, quod, si solum existat, nulli est simile, verum simul atque alterũ producitur, dicitur simile nulla causa circa ipsum operante, vt in confesso est, & tradit Aristoteles loco citato: indeque probat, ad relationem non esse per se motum, quia aduenit per alterius mutationem; vnde efficax sumitur confirmatio. Ens reale non incipit esse in mundo absq; causa effectiua: relatio, seu denominatio relatiua cõsurgit in re absque vllius causæ concursu, vt Aristoteles asseruit; ergo non defert realem entitatem. Alias rationes afferri solitas prætermittimus, quia magis impugnant actualem distinctionem relationum à fundamento, de qua in præsenti nihil dicendum est quam realem earum entitatem.

Confirmatur autoritate Aristotel.

Admittendæ sunt relationes reales.

Nihilominus præter relationes rationis, quas plerique omnes concedunt, & nos apud Porphyrium explicauimus, admittendas esse alias reales, quibus nouum efficiatur prædicamentum, post Platonem, & Aristotelẽ omnes Philosophi, ac Theologi tradiderunt; illi quidem apud Philosophum hoc loco, & quinto Metaph. cap. 15. & Porphyrium cap. de specie: hi apud Magistrum in primo distin. 28. vel 30. & apud D. Thomam prima part. quæst. 28. Alensis in summa 1. p. quæst. 9 Henriq. Quodlibet. 3. quæ. 4. & Quodlibet. 9. quæst. 3. Boetius de Trinitate, ca. 11. Ab vtrisque etiam varijs rationibus stabilitur. Inter Philosophos plures rationes affert Sõcinas quinto Metaphysic. quæst. 28. quarum omnium vis ad geminum caput reduci potest. Primum & præcipuum est: in rebus creatis absque omni operatione intellectus reperiri aliquas denominationes per ordinem ad extrinseca diuersas a denominationibus, & formalibus effectis aliorum prædicamentorum, ad quas proinde exigitur nouum genus rerum respectiuarum: nam effectus formales diuersi distinctas causas deposcunt; assumptũ patet in his appellationibus. Pater, causa, simile, æquale, propinquũ, &c. Est enim Socrates verè, &, vt vocãt, a parte rei pater, & duo alba similia. Cõfirmatur, quia prædictæ denominationes variantur, omni absoluto penitus immu-

Plato.
Arist.
Qui Autores hæc senserint.
Porphyr.
D. Thom.
Alensis.
Henriq.
Boet.
Soncin.

Germana probatio ex duplici cap. adducitur.

Stabilitur cõprobatio.

Digitized by Google

immutato, sublato enim filio, aut albo, amittit continuò Socrates paternitatem, & album similitudinem. Secundum caput est, inueniri per multas habitudines ad relationes, quæ deposcunt in termino entitatem realem. Enimverò scientia realis est de vero realique ente: sed Metaphysica, & Mathematica sunt reales scientiæ, & disputant de relationibus, vt compertum est; ergo illæ sunt reales entitates.

Confirmatur ex Theologia desumpta.

Theologi ita rem confirmant. In Deo reperiuntur relationes reales, quibus diuinæ personæ constituuntur, & distinguuntur, vt docet fides orthodoxa: ergo in rebus creatis, vbi similes inueniuntur denominationes, admittendæ erunt reales relationes, non quidem substantiales, vt diuinæ, quia adueniunt subiectis iam cõstitutis, & per se existentibus; verum accidentales, cum more ceterorum accidentiũ subiecto inhæreant, quæ tamen aliquo modo diuinarum relationũ perfectionem participent, iuxta illud D. Pauli. A quo omnis paternitas in cœlo, & in terra nominatur. Illatio per se ipsam fidem habet; quoniam nulla assignabitur ratio, ob quam repugnet creaturis illud genus rerum, quod de se, nec imperfectũ sit, cum reperiatur in Deo; nec infinitè perfectum, si fumatur, vt abstrahit à creato, & increato, substantiali, & accidentali; quod ne fiat, nulla prohibet ratio: cum relationi, qua relatio est, non magis conueniat infinitum, quam finitum: substantiale, quam accidentale; imò cum prioribus videtur habere maiorem repugnantiam. Siquidem relatio ob oppositionem cum alia non potest sibi vendicare omnimodam perfectionem, & quia est ratio, vt aliquid referatur, non vendicat sibi esse substantiale.

D. Paulus. Ephesi. 3.

Expendit locus Diui Pauli.

Posterior opinio vt omnino vera defendenda est.

Hæc posterior sententia vt verissima defendenda est, quidquid interim sit de distinctione relationis à suo fundamento, de qua in prædictis metaphysicis est differendum: addendúsque propositis rationibus, non solum conuinci, relationes esse entia realia, sed etiam intrinseca rebus denominatis; relationes.n. diuinæ intrinsecè, & formaliter sunt in personis: creatæ verò, cum consistãt in tendentia vnius ad aliud, necesse est insint formaliter in eo, quod per relationem tendit. Præterea, si relatio esset forma externa subiecto, quod denominat, cum sit accidens, (loquimur.n. de creatis) debet in aliquo existere; ergo saltem respectu illius erit interna. Constabit autem ex dicendis, aliud propriè denominari à relatione, quod ab eadem afficitur: atque adeò non præbere denominationem, nisi fundamento, in quo inhæret.

Relationes diuinę intrinsecè, & formaliter sunt i personis.

Ad argumenta prioris sententiæ facilis est responsio. Ad primum dicendum est, relationis vocabulum non solum significare comparationis actum, sed etiam habitudinem duorum inter se, quæ tametsi in rebus reluceat ratione formarũ absolutarum; est tamen, si formaliter accipiatur, ratio quædã distincta in ijsdem rebus, à parte rei inuenta ante omnẽ intellectus operationem: imò est ipsum obiectũ, quod intellectus apprehendit, cum duo relatiua realia inter se mutuò cõparata cognoscit. Itaque in forma ad argumẽtum negamus minorem; ad cuius primã probat onẽ negamus, in similibus, & æqualibus solas qualitates, & quantitates inueniri; illæ enim non sunt formaliter similitudines, & æqualitates, cum ijsdem perseuerantibus, si desint extrema, res non sint similes, vel æquales. Ad secundam fatemur, comparationem, id est, relationem à parte rei, vel proximè, vel remotè fundari in absolutis; inde tamen non sequitur, ante omnem operationem intellectus non esse relationem in rebus.

Diluitur primũ argumẽtum pro primã opinione.

Ad secũdum inficiamur, respectiuas denominationes abundè præstari formis absolutis. Ad probationem negandum est, quanta per ipsas quãtitates formaliter esse æqualia, vel nihil aliud esse æquale formaliter, quã pari extensione, atque alterum affectum esse, nam vt vna quantitas formaliter,

Diluitur secũdum. Quid sit æquale formaliter.

maliter ſolum efficit vnum quantũ, ita duæ nihil amplius efficiũt, quam duo quanta; quod verò hæc vlterius ſint æqualia, vtrique accidit per nouam formam reluctantem, alioquin denominatio relatiua non eſſet ſimplex, nec idonea ad conſtituendum prædicamẽtum. Ad confirmationem dices primò: in re viſa, & amata, & in columna inueniri relationes rationis, à quibus proximè denominantur, deinde eſſe peculiarem rationẽ, cum res denominatur ab alijs, quæ ſe habent tanquam formæ externæ, quod in multis relationibus dici non poteſt, vt in æquali, ſimili, &c.

Reſpõdeẽ ad confirmationẽ.

Solutio tertij pendet ex ea quæſtione, de diſtinctione relationum à fundamento, quam omittimus; ſi relatio virtute tantum differt à fundamento, & non actu, vt Alb. Mag. loco c. 1. alijque docuerunt, perfacilis eſt ſolutio; quoniam id, quod actu non differt à ſubiecto, nec eget noua cauſa, nec inducit mutationẽ; cum productum cẽſeatur ſimul cum ſubiecto, ſolumq. expectet alterius termini poſitionem, vt perfectè cõcipiatur. Aliter reſpondetur, admiſſa actuali diſtinctione; quia percipi nõ poteſt ſubiectum cum noua forma, quin aliter atq; antea ſe habeat. Dicendum igitur eſt, aduentu relationis aliquo modo ſubiectum immutari, neq; id negatum fuiſſe ab Ariſtotele, ſed nõ mutari à cauſa extrinſeca: voluit enim indicare, hoc eſſe peculiare relationibus, vt nulla cauſa denuò operante in ſubiecto, ſed in termino, reſultent: qua de cauſa cum dixiſſet, ad relationem non eſſe mutationem, ſubiunxit, [ita eorum motus ex accidente eſt] quaſi diceret, terminari quidem mutationem ad relationem, verum non per ſe, & ex intentione cauſæ, ſed per accidens ad poſitione termini; vnde etiam patet ad confirmationem, Ariſtotelem non negaſſe relationibus omnem cauſam, ſed cauſam per ſe, & extrinſecã; producuntur enim per emanationem à ſubiecto, vt alij rerum termini.

Diluitur tertium argumẽtum pro prima opinione. Alb. Mag.

Aduẽtu relationis ſubiectũ aliquo modo immutat.

Oſtẽditur mẽs Ariſt.

ARTICVLVS II.

NVM OMNES, ET SOLAE relationes reales in praedicamento ſint.

VT huic dubitationi ſatisfiat, vulgares relationis communiſſimè ſumptæ diuiſiones præmittendæ ſunt. Prima eſt in relationem realem, & rationis; hoc eſt, cuius exiſtẽtia ab intellectus operatione dependet, vt relatio generis, & ſpeciei, prædicati, & ſubiecti; illa, quæ beneficio intellectus non eget, vt exiſtat, vt Pater, ſimile, duplum, &c. Secunda diuiſio eſt relatorum potius, quã relationum; in relata ſecundum eſſe, & ſecundum dici; vocãt Philoſophi relata ſecundum eſſe ea, quæ per ſe, ſeu per ſuam eſſentiam ordinantur ad alia; quo pacto eſt affectum ſimile ad aliud ſimile, materia ad formã, & viciſſim forma ad materiam; relata ſecundum dici vno modo appellant ea omnia, quæ habitudine ad aliud apprehenduntur, vel explicantur, quo pacto ſub his relatis omnia comprehenduntur, etiam ſecundum eſſe, quia omnia habitudine ad aliud cognoſcuntur, ac declarantur; alio modo ea ſolũ dicuntur relata ſecundum dici, quę ſunt res abſolutę, & in ſolo explicandi, & concipiendi modo videntur relata; vt caput, & ala, quæ eatenus relata dixeris, quia caput dicitur alicuius capitati caput, & ala alati ala, in hac ſignificatione ſumitur vocabulum, cum ſit ſecunda diuiſio, ne membrum diuidens totum diuiſum exæquet.

1. Relationum diuiſio in reales, & rationis.

2. In relata ſecũdũ eſſe, & ſecundum dici.

Relatũ ſecundũ dici bifariã vſurpatur.

Tertia eſt ſubdiuiſio relationum ſecundum eſſe in tranſcendentes, & non tranſcendentes, ſeu prædicamentales, de qua ſubdiuiſione multa Caiet. in lib. de Ente, & Eſſentia c. 7 q. 15. quæ à nob s examinãda ſunt in Metaphyſica. Nunc ſupponimus ex communi omnium doctrina, diuiſionem eſſe exactam, repeririq; multa

3. In tranſcendẽtes, & prædicamentales. Caiet.

Digitized by Google

multa relata transcendentia, multa item non transcendentia: inter quæ plura assignari solèt discrimina, nobis in præsenti duo sufficiãt. Vnum ex parte termini, alterum ex parte subiecti. Differunt hæc relata ex termino, quoniam relatum prædicamentale, seu non transcendens respicit aliud, vt purum terminũ; hoc est, non sub ratione alicuius causæ, vel vt aliquem effectum circa illud exerceat: hoc pacto se habet pater ad filium, simile ad simile, &c. Transcẽdens verò non respicit purum terminũ, id est, non refertur ad aliud gratis, vt sic loquamur, sed intuitu alicuius muneris præstãdi, vel recipiendi: quomodo effecta sunt potẽtia ad actum, & obiectum, materia ad formam. Creaturæ ad Deum, vt primum exemplar. Hoc discrimen tradidit Caietanus loco citato.

Membrorum 3. divisionis duplex discrimen. Primũ ex termino.

Caietan.

Aliud discrimen ex subiecto est; quod relatio transcendens non supponit subiectum, cui adueniat tanquam forma, quodque referat, sed includitur essentialiter in eò, quod refertur; imò nihil omninò est relatum, quam ipsa relatio. non transcẽdens autem in rebus creatis est forma accidentaria adiacens subiecto, quod relatum denominat. Hæc differẽtia, & maxima est, & maximè perspicua, vt cernes in ijsdem exẽplis. Nam materia, forma, & potẽtia, quæ sunt relata trãscendentia, nihil aliud essentialiter sunt, quã ipsi respectus ad terminos, vt in libris Physicorũ, & de Anima comprobatum est; quia verò in omnibus prædicamentis inueniuntur entia hoc modo per se ordinata ad aliud, vocatur hic respectus transcendens. Pater verò, simile, & æquale præter respectum superadditum, supponunt proprias naturas, in quibus ille fundatur, & quæ per illum referuntur.

Ex subiecto.

Proponitur quæstio.

Hoc supposito, non satis constat inter Autores, an omnia hæc relationum, & relatorum genera ad hoc spectent prædicamẽtum. Prima sententia est Thomistarum, Capreoli in primo dist. 33. q. 1. Caietan. 1. parte, q. 13. art. 7. & q. 28. art. 1. Ferrarien. 4. contra Gentes. cap. 14. Sonc. 5. Metaph. q. 26. asserentium, non solũ relata realia, sed etiam rationis in hoc prædicamento collocari; quod sumunt ex varijs locis D. Tho. præsertim ex illa quæst. 28. vbi docet, hoc peculiare esse relationũ generi, quod aliqua recipiat entia rationis, & probant, quoniam definitio secũdo loco ab Aristotele tradita, æquè cõuenit relationibus rationis, ac realibus, vt docet Simplicius & Damasc. hoc loco. Nam totum esse relationis rationis est ad terminum, cum quo simul est, & cognoscitur perinde ac realis; ergo conueniunt vniuocè in communi conceptu relationis; atque adeò sunt eiusdem prædicamenti species.

Tves sentẽtiæ referũtur.

Prima. Capreol. Caiet. Ferrar.

Soncin. D. Thom. Simpl. Damasc.

Secunda sententia, quam refert Sotus 1. q. huius capitis, & est Boetij, Simpl. & Albert. Mag. & Veneti, reponit in hoc prædicamento omnia relata, tàm secundum esse, quàm secundum dici. Cuius fundamentum non solũ est, Veterum definitionem omnibus competere; sed etiam omnia re vera relata esse; nam quæ ad aliud explicantur, idcircò hoc habent, quia terminum respiciunt; ergo per aliquem respectum.

Secunda. Sotus. Boet. Simplic. Alb. Mag. Venetus.

Tertia sententia esse potest, sola, & omnia relata secũdum esse in hoc genere contineri, cum ijs adæquata esse videatur. Philosophi definitio; complectitur enim omnia, quæ re ipsa ad aliud se habent: hanc apud Recentiores tantùm inuenimus.

Tertia.

Quarta cõmunis, & vera opinio est, sola relata secundum esse realia, & non transcendentia ad hoc prædicamentum pertinere; ad cuius explicationem & probationem subijcimus sequentes conclusiones.

Quarta cõmunis.

Prima conclusio. Relatio rationis non potest per se in hoc prædicamẽto collocari. Probatur primò, quia vna ex conditionibus entis prædicamẽtalis est, vt sit reale, vt in quarto capite ostensum est. Secundò, vt relatio rationis in hoc prædicamento esset, deberet vniuocè cum reali in summo genere conuenire, vt per-

1. Conclusio; relata rationis prædicamẽto non esse.

perſpicuum eſt, id verò eſſe impoſſibile, multifariam oſtenditur. Primò, quoniam ens rationis ſimpliciter nihil eſt, ſpe eſſe fingitur; ad ens autem verum, & fictum habet vnumquodque eſſe poteſt, cum alterum ſimpliciter ſit ens, alterum verò non ſit, quod Heru. Soncin. docuit Herueus Quodlib. 9. quæſtione 10. probat Soncin. 4. Metaph. q. 6. Deinde illa communis ratio, aut eſt vera, aut ficta; inter hæc enim nullum cadit medium ſi vera, æquè in ente rationis, quod eorum continetur, continetur: ſi ficta, quæ ratione includetur in ente reali, cuius nulla pars fictitia eſt? Denique illa ratio communis abſtrahit ab ente reali, & rationis, vt Thomiſtæ volunt: ergo non eſt genus huius prædicamenti, quoniam prædicamentum eſt alicuius generis realis diſpoſitio; quare ne acephalam conſtituamus Categoriam, explodenda ſunt entia rationis. Capreolus, & Caietanus reſpondent ad hæc, inducto diſcrimine formalitatum relationis informabitarum in, & ad, vt vocant, quod proximo articulo confutabimus. Capr. Caiet.

2. Nec relata ſecundũ dici Ariſt.

Secunda concluſio. Relata ſecundum dici non habent locum in hac categoria; eſt communis, expreſſe tradita ab Ariſtotele, qui non alia de cauſa improbauit definitionem Veterum, niſi quia hæc relata complectebatur, vt ex eorum deſcriptione facilè demonſtratur. Vocantur enim relata ſecundum dici res abſolutæ cognitæ, ſiue explicatæ ad modum relatorum, vt patet in exemplis alæ, & capitis à Philoſopho adductis. Præterea ſi res abſolutæ eo ſolo vnulo, quod relationem annexam habeat, vel cum illa concipiantur, ad hanc Categoriam pertinerent, in ipſis ordinibus, qui diſtinctionis gratia inuenti ſunt, egregiè omnia confunderentur.

3 Nec trã ſcendentia.

Tertia. Excluduntur etiam ab hoc prædicamento relata ſecundum eſſe tranſcendentia. Hæc idem Authoribus, & rationibus comprobatur. Sunt enim res ſimpliciter abſolutæ & quædam ſubſtantiales, vt materia, & forma quædam accidentales, vt potentiæ & habitus; iſtæ aliæ complectę, aliæ incõpletæ, vt iſtæ exemplis vtrorum eſt; cum tamen relationes prædicamentales, & complexæ, & vnius rationis eas eſſe oporteat.

Quæ relata prædicamẽto dicantur.

Quarta & vltima. Ingrediuntur hanc Categoriam nomen, & relationes ſecundum eſſe reales, & non tranſcendentes, quas proinde iam vocant prædicamentales. Hæc communiter recipitur, & à partium enumeratione euidenter concluditur: ſi enim eſt aliquod prædicamentum relationis, & nõ recipit relationes rationis ſecundum dici, vel tranſcendentes, cum aliæ non ſupereſſint præter reales ſecundum eſſe, & non tranſcendentes, neceſſe eſt, vt ex illis componatur.

Reſpondẽtur argumẽtis Ariſt. definitio quibus cõueniat.

Ad fundamenta aliarum opinionum ita occurrendum. Ad fundamẽtum quidem primæ, eſt multi concedãt, definitionem Ariſt. ad plura, quam relationis categoriam ſe extendere; negandum tamen eſt, ſub ea comprehendi relationes rationis; quia loco generis intelligitur ens reale, finitum, cum ceteris conditionibus in c. 4. aſſignatis. Nec D. Thomas aliud vnquam docuit; in loco enim primæ partis ſolum ſignificat, vocabula aliorum prædicamentorũ non ſignificare entia rationis ſimilia realibus eorum entibus, vt vocabulum relationis ſignificat, quod proueniet ex propria relationis natura. Cetera enim prædicamenta habent totum effectum formalem in ordine ab ſubiectum, hoc addit præterea reſpectum ad aliud, quem ſolum credidit D. Thom. poſſe intellectum fingendo imitari; qua de re diximus apud Porphyrium. D. Tho.

Curĩ alijs prædicamentis entia rationis eſſe nõ dicantur.

Fundamentũ ſecundę quo ad primam partem nihil vrget; idcirco non verus definitur a Philoſopho repudiatur, quia extra hoc prædicamentum excurrit. In ſecunda parte eſt maior difficultas; antiquiores enim Philoſophi, Auic. 3. ſuæ Metaph. Hen. Quodlib. 3. q. 4. poſtea Caiet. ſequẽtes in hac parte docent, relata ſecũdum dici ſemper habere annexam relationem ſal-

Satisfit argumẽtis Auicen. Henr. Caiet.

tem

tem rationis. Aliqui verò Recentiores id necessariũ esse negant, sed sufficere ad relatum secundũ dici, quod à nobis cognosci, explicarive non possit nisi per terminum; quãuis nulla afficiatur relatione; quibus si obijcias, nihil aliud esse concipi in ordine ad aliud, quam respectum rationis suscipere. Negant plane assumptum; quia ad tribuendam relationem rationis necessarius est conceptus cõparatiuus ad illam terminatus, vt apud Porphyrium ostensum est; hunc autem non intercedere, cum relatiuum secũdum dici apprehendimus, & explicamus, clarũ esse; cum enim exponimus alatum per alam, vel diuinam potentiam per creaturas, nihil de respectu cogitamus.

Relata secũdũ dici formaliter sũt absoluta; cõnotant relationem.

Nihilominus cum prioribus Philosophis dicendum est, relata secundum dici formaliter quidem esse absoluta, de connotato verò inuoluere relationem talẽ conuenientem. Ratio est, quoniam ens absolutũ, quod nec formaliter, nec fundamentaliter pertinet ad aliud, non exigit, vt per illud explicetur. Cur enim magis per hoc, quam per aliud, si ad nullum est affectum? V.c. potentia actiua diuina nõ conciperetur, & explicaretur per ordinẽ ad creaturas, nisi haberet determinatã vim ad illas procreandas, quæ est fundamentũ relationis productiui; & ala non describeretur per auem, nisi esset illius pars, quod sub nomine alæ oblique talẽ significatur. Dicimus ergo, huiusmodi relata necessariò habere relationem, talem conuenientem, nec Recentiorũ fundamentum aliud probat, quam non existere semper relationem, quia vt plurimum est rationis, & eget conceptu ad ipsam terminato, quem ratius efformamus.

Cur potẽtia Dei ad creaturas explicet.

Quo relata secũdũ dici in hoc prædicam. sint.

Porrò ad argumentum, cuius causa hæc dicta sunt, respondemus, si Relata secundum dici accipiantur, vt formaliter dicunt relationem, in hoc prædicamento esse: at eo pacto sunt relata secundum esse; si verò sumantur, vt sonant, quatenus de formali dicunt absolutum, & deuolutè relationem, pertinere ad prædicamentum illius absoluti, quod cum illud sit. Qua de causa probè dictum fuit à Caiet. diuisionem in relata secundum esse, & secundum dici nominum esse potius, quam rerum; vbique enim reperitur relatiuum & absolutum; sed nomen relatiui secundum esse formaliter indicat relationem denotando absolutum. Nomen verò relatiui secundum dici contrario.

Diuisio in relata secũdum dici, & secũdum esse qualis. Caiet.

Ad fundamentum tertiæ opinionis patet responsio ex discrimine inter relationes transcendentes & non transcendentes; quamuis enim omnes sint secundum esse, transcendentes tamen non constituunt peculiare genus entis: atque pacto à definitione Philosophi excludantur, iam patebit.

Ad arg. 3. opinion.

ARTICVLVS III.

PRÆDICAMENTALIVM relationum definitio explicatur.

Definitio relationis prædicam.

REiecta veterum relatorum definitione ob eas rationes, quæ hactenus datæ sunt, quæ ab Aristotele approbatur, sic habet; Ea sunt ad aliquid, quorum esse idem est ei, quod est ad aliquid aliquo modo se habere; ex cuius declaratione in commentario tradita hæc elici potest relationis prædicamentalis definitio, sensu quidem par, perspicuitate autem longè superior; Relatio est ens, cuius totum esse est aliud respicere. Loco generis est ens vtique prædicamentale, vt excludantur relationes diuinæ, & quæcunque prædicamentalia non sunt, reliqua sunt pro differentia; indicantque propriam, & peculiarem relationis naturam, qua à cæteris distinguitur, in hoc constitutam esse, vt in aliud tanquam in terminum tendat. Vnde reijciuntur cætera prædicamenta, quorum essentia potius est in se, vel in subiecto, quam ad terminum.

Clarior definitio.

1. Contra definitionẽ obiect.

Vt hæc magis illucescant, obijcitur primò. Relationes transcendentes

tes pleræque sunt entia prædicamẽtalia, quorum tota essentia est ad aliud se habere; ergò definitio non est reciproca cum prædicamentali. Antecedens patet in materia prima quæ nihil est aliud ex communi, veraque philosophia, quam pura potentia ad formã substantialem, quod in ceteris relationibus transcendentibus cernere est. Secũdò, relatio potius est id quo alia referuntur, quam quod referuntur; ergo perperã dictum est, in definitione essentiam relationis esse, respicere aliud. Antecedens videtur colligi ex Aristotele, qui Arist. circò definiuit relationem in concreto, vt hunc respectum explicaret. Ratione probatur, nulla forma denominatur à suo effectu formali: sed respicere est effectus formalis relationis; ergo non potest de relatione affirmari. Tertiò; relatio est verum 3 accidens reale, vt ostensum est; ergo nequit totum illius esse in respectu consistere; insidet enim omne accidẽs alicui subiecto, atq; adeò aliqua eius pars, vel prædicatũ non ad terminum, sed ad subiectum affecta esse debet.

Rosp̃detur primæ — Ad primam obiectionem negandum antecedens; primò, quia vocabulũ, ad aliud, in definitione significat purum terminum, qualem supra explicauimus, assignando differentiam inter relata transcendentia, & prædicamẽtalia, nimirum, inter quẽ, & relatum nullum interest commercium, præterquam terminãdi, & referendi, quod nõ visitur in termino relationis transcendentis; semper. n. intuitu alicuius muneris exhibẽdi, vel recipiendi officium terminandi exercet. Secundò, quoniã falsum est, totum esse relatorum trãscendentũ esse aliud respicere; habẽt enim propriam essentiam, & si sunt accidentia, peculiarem effectum formalem; sed ob dependentiam, vel causalitatem ad aliud ordinantur, quod patet in eodem exemplo materiæ primæ; est enim illius esse substantiale, quẽadmodum est totum Physicum ex illa, & forma constitutum; verũ quia ob sui incompletionem cohærere per se non potest, respicit formam, cuius beneficio consistit. Relatio autem prædicamentalis nullum aliud effectum, aut esse habet, quam respicere terminum.

Ad secundam respondet Albert. Mag. cap. 2. ex tribus vocabulis, quæ huic prædicamento attribuuntur, relatio. relatiuum, & relatum, vltimum esse proprissimum, quia significat actum, seu exercitium referẽdi, & respondere illi orationi [Ad aliquid,] qua vsus est Aristoteles in hac categoria nominãda. Secundum esse minus proprium, quia significat aptitudinem ad referẽdum; primum esse maximè improprium, quoniam habet modum significandi absolutum; sed non inficiatur, ipsam relationem secundum se sumptam esse essentialiter respectum ad aliud. Dicimus ergò, relationem non respicere in actu exercito, sed in actu signato; siquidem est ratio, & principium, quo subiectum refertur, & in hoc sensu accipienda est definitio more logico; idem quippe valet, aliud respicere, atque esse rationem, & principium referendi; quanquam, si definitio applicetur relato, in concreto, non egeat ea explicatione, & hæc potest esse causa, cur ab Aristotele in concreto definita sit relatio. Id verò, quod obiciebatur, effectum formalem dici de forma abstracte sumpta, suppositio eo verborum sensu, quem diximus, negandum est.

Ad tertiam difficultatem respon- Respondetur tertiæ. deri posset iuxta sententiam Capr. & Caietan. & Soncin. quos supra sequimus, in relatione spectari duplex esse, vnum commune cum ceteris accidentibus; alterum proprium, & peculiare, modum, scilicet, proprium, & quasi differentiam, qua ens ad definitum prædicamentum determinatur, & secundũ prius esse, quod vocant [In] subiecto insistere; secundum posterius, quod appellant [Ad] non esse in subiecto, sed ad terminũ: in definitione autem, cum asseritur, totum esse relationis consistere in respectu, sermonem esse de proprio ac peculiari esse.

Capreol. Caiet. Soncin.

Relatũ trãscẽdés quo modo referatur.

Duplex esse relationis, In, & Ad.

Verum

Prædicta distinctio quomodo probãda ..

Verum hęc distinctio, etsi quò ad priorem partem vera sit; quò ad posteriorem nullo modo est admittenda, quoniam relatio etiam secundum specialem modum, & veluti differentiam contrahentem est verum accidens in subiecto inhærens; quod probatur primò ratione D. Thom. in primum Sententiarum ad Anibaldum, distt. 25. art. 4 ad 3. Relatio constituit vnum genus accidentis realis, distinctum à reliquis octo; sed communis ratio accidentis non præbet hanc distinctionem, cum in ceteris reperiatur; ergo prouenit ab eius peculiari modo; ergo hic est realis, & accidentarius. Secundò, nulla natura communis determinatur per ea, quæ sunt alterius generis; at natura accidentis determinatur, & quasi contrahitur ad esse relationis per modum constituentem relationem; ergò hic modus est accidentarius. Tertiò, ratio communis non habet in re ipsa alium modum existendi, quam ratio particularis; sed communis natura relationis inhæret, vt fatentur; ergo & particularis. Cetera constant. Maior probatur, & quia hæ rationes actu non distinguuntur, & quia eo modo, quo differunt, prius intelligitur existere ratio particularis; ab ea enim valet existendi consequentia; ergo ad illius existentiam accommodabitur communis; quare, si hæc inhæret, illa quoque insit, necesse est.

Relatio quò adspecificam rationem est in subiecto.

Quartò; nisi relatio inesset subiecto secundum specialem rationem, qua à ceteris differt, nõ præberet effectum formalem distinctũ ab illis, atque adeò non redderet subiectum, in quo esset relatiuum, sed accidente affectum, quod absurdissimum cum sit, necessario fatendũ est, relationem quò ad vtramque rationem communem, & particularem esse accidens verè inhærens; nec in definitione, cum dicitur, totũ esse relationis consistere in respectu, excluditur, quod est de ratione communi accidentis; sed explicatur, quale accidens sit relatio; quemadmodum cum dicitur quantitas secundum propriam rationem esse per se extensa: minimè negatur quò ad illam etiam rationem esse accidens. Vnde patet obiectionis dissolutio.

ARTICVLVS IV.

QVÆNAM AD PRAEDICAMENTALEM relationem exigantur.

PRæter loci institutum esset, omnes conditiones, quæ pro relatione reali ab Autoribus assignãtur, accuratè discutere; cum id absq. prolixa Metaphysicæ cognitione præstari non possit. Proponemus absque examine, quæ vulgò recipiuntur, vt relationes reales ab ijs, quæ ratione fiunt, internoscantur. Sed prius, quæ in quauis relatione interueniant, aperiamus. Quattuor assignantur. Primum est vltimum subiectum; quod à relatione denominatur, & vocatur extremum, vt sol, qui denominatur causa, & lucidum, quod appellatur effectus. Hoc extremum aliquando est substantia, vt in primo exemplo, aliquando accidens, veluti cum duæ quantitates dicuntur æquales.

In quouis relato quatuor inueniuntur.

1. Subiectum.

Secundum est fundamentum, id vocant Philosophi, quod est causa extremo, vt referatur, V.c duæ qualitates sunt causæ, vt duo corpora referantur relatione similitudinis, & fundent ipsam relationem. Non est tamen perpetuò necessarium, vt fundamentum differat ab extremo. Nam substantia filij est fundamentum simul, & extremum filiationis. & qualitates, licet comparatione substantiæ sint fundamenta distincta, cum tamen ipsæ similes nominantur, simul sunt extrema, & fundamenta. Cum eiusmodi fundamento, siue illud ab extremo differat, siue non, identificatur cõmuniter relatio realis; diximus, communiter, quia potentia generandi est fundamentum paternitatis, cum sit causa, vt pater referatur ad filium, & iuxta probabilem sententiam non illa, sed substantia patris cum relatione identificatur.

2. Fundamentum, quod à subiecto sẽper non differt.

Digitized by Google

3. Ratio fundandi.

Tertium eſt ratio fundandi, quæ ab alijs appellatur conditio neceſſaria, vt relatio ſequatur fundamẽtum. Communius vocatur fundamentum proximum, reſpectu, ſcilicet, prioris fundamenti, quod remotum nuncupatur; eò quod inter ipſum, & relationem fundandi ratio mediet; eiuſmodi eſt actio generandi, reſpectu relationis Patris, vnitas in gradu, comparatione relationis ſimilitudinis inter duo alba. In quibus exemplis ſimul oſtenditur, hanc rationem fundandi non eſſe eiuſdem rationis in omnibus, ſed in quibuſdam eſſe realem, qualis eſt actio generandi, in alijs negationem, quod patet in vnitate graduali, quæ nihil eſt aliud, quam negatio diuerſitatis in eodem gradu qualitatis.

Ratio fundandi multiplex.

Triplex earum diuerſitas.

Aliud harum rationum diſcrimen tradi ſolet, quod nimirum aliquæ perpetuò exiſtere debeant, vt relatio denominet extremum; aliæ ſatis ſic, ſi ſemel fuerint, cum primum relatio pullulauit, etſi ſtatim elabantur; aliæ deniq. medio modo ſe habeant, hoc eſt, nec ſemper exiſtant, nec ſatis ſit, aliquando fuiſſe. Priorum exempla ſunt vnitas in gradu inter qualitates ad relationem ſimilitudinis, & vnio materiæ cum forma ad relationem vniti; aliarum actio generandi, vel calefaciendi; earum denique, quę extremo loco adductæ ſunt, actus docendi, & amãdi. Ad Relationes enim Magiſtri, & diſcipuli, ac mutuæ amicitiæ nec ſatis eſt ſemel docuiſſe, & amaſſe, nec igitur perpetuum harum actionum, & paſſionum exercitium.

An ſublata ratione fundandi relatio duret.

Probatur pars negatiua.

Hæc doctrina, quò ad primum membrum, veriſſima eſt, & à nemine improbatur; quo ad ſecundum, nonnullam patitur difficultatem: videtur enim abſque fundamento dictũ, relationem cauſæ pro fundamento proximo depoſcere actionem, vt reſultet in ſubiecto, nõ verò vt conſeruetur, quando enim forma pendet ab aliqua diſpoſitione ſubiecti, vt in eo introducatur, ab eadem pendet, vt conſeruetur, vt patet in diſpoſitionibus formæ ignis, ſicut enim hæc forma abſque calore, & ſiccitate introduci nequit, ita ſine illis in materia durare non poteſt; ergo ſi relatio in fieri pendet ab actione, pendebit etiã in conſeruari. Deinde, quæ maior ratio eſſe poteſt in alijs fundamentis proximis, quam in actione, vt illis euerſis euaneſcat relatio, non autem euaneſcente actione? Quod ſi obijcias; Socratem dici Patrem tranſacta generatione; ergo habere relationẽ. Reſpondebitur primò, eſſe aliam relationem ab ea, quã habuit in actuali productione, cuius fundamentum proximum eſt ceſſatio actionis, quod fortaſſe inſinuauit Ariſtoteles, cum li. 5. Metaph ca. 15. diuiſit relationes fundatas in actione per differentias temporis præteriti, præſentis, & futuri. Reſpondebitur ſecundò, continuam nutritionem, qua filius conſeruatur, eſſe aliquo modo actionem Patris, quatenus ab eo fluxit potentia nutritiua, per quam adminiſtratur conſeruatio, quæ eſt loco generationis continuæ. Non eſt omninò improbabilis hæc ſententia quam Scotus aliquando amplexus eſt.

Ariſtot.

Scotus.

Communior tamen, & veriſimilior eſt, quæ aſſerit, actionem ſolum requiri in primo eſſe relationis. Primò, quoniam perſeuerat denominatio relatiua, quæ prouenire non poteſt ab alia relatione; ſi enim prima ſimul cum actione abolita eſt, nulla ſupereſt ratio fundandi aliam, quia corruptio actionis eſt negatio cauſalitatis; Ariſtoteles autem docuit, fundamentum relationis cauſæ eſſe cauſalitatem. Secundò; effectus refertur ad cauſam, quia ab ea accepit eſſe: ſed ſi effectus ſublata actione duret, ſemper habet eſſe acceptum a cauſa; ergo habebit relationem ad illam.

Defenditur affirmatiua.

Alterius partis argumentis ſatisfit.

Rationes alterius partis facilè, diluuntur. Prima negatione antecedentis: aqua enim generari non poteſt abſque aliquo frigore, cum tamen ſine vllo conſeruetur: imò ignis in exemplũ adductus plus exigit caloris & ſiccitatis vt primò producatur, quam vt conſeruetur. Ad ſecundum reſpondetur, maiorem rationem eſſe, quoniam cetera fundamen-

menta proximæ nõ possunt corrumpi, quin simul destruantur, aut omninò, aut magna ex parte fundamenta remota, in quibus insunt relationes; nam duæ albedines non amittunt vnitatem gradualem, nisi altera, vel vtraque minuatur, vel augeatur: actio verò, etsi pereat, integra relinquit fundamenta relationum, vt videre est in relatione Patris, & filij. Quæ autem fuerit mens Arist. cum relationem causæ per tempora distribuit, quæstione sequenti videndum est.

Nulla ratio fundãdi aliquãdiu tãtum requiritur Almain. Gabriel.

Hæc de secundo membro illius partitionis. Tertium nullo modo est admittendum: valet enim hoc loco doctrina communis de corruptione habituum contra Almainum in Moralibus, tract. 1. c. 18. & Gabriel. in 3. dist. 23. q. 1. art. 3. dub. 6. asserentes, habitum corrumpi per intermissionem actuum; etenim forma, quæ remota causa, vel dispositione aliquãdiu durat, ex vi defectus talis causæ, aut dispositionis perpetuò durare potest; (nisi eius naturæ sit, quæ statim aboleri incipiat, quod addimus propter impulsum ad motum localem) sed relatio magistri, & amici cessante actione aliquandiu perseuerat; alioquin necessarium foret, vt magister docendi, & amicus diligendi actũ non intermitteret; ergo semper conseruatur relatio, si fundamẽtum perdurat. Quare dicendum est, relationem discipuli tamdiu durare, quamdiu seruatur doctrina ab eo accepta; relationem verò amici, quamdiu perseuerat habitus, seu propensio in alium; mutuam verò familiaritatem, & docendi vsum ad quandam moralem appellationem tantum requiri.

4. Relationi necessarius est terminus.

Quartum, quod exigitur, est terminus: cum enim essentia relationis sit transitus ad aliud, necesse est habeat scopum, quem figat: hunc appellamus terminum, estq; illud, ad quod relatiuum primò, & per se refertur, cuiusmodi est filius, respectu relationis patris. Quia verò terminus relationis prædicamentalis ita relatiuum terminat, vt vicissim ad ipsum referatur; quatenus sic refertur, correlatiuum dicitur. Num terminus sit absolutus, an formaliter relatiuus, alijque similes quæstiones in Metaphysicam reseruentur.

Conditiones ad relationem realẽ quatuor.

Hæc sunt relationum fulcimenta, hic apparatus, quibus non rarò potiuntur relationes rationis, perinde ac reales; quotirca necessarium est, conditiones relationum realium absque examine, vt diximus, indicare. Hæ quatuor omninò sunt. Prima in subiecto: Secunda in termino: Tertia in vtroque simul: Quarta denium in ratione fundandi. Ex parte subiecti requiritur, vt tam extremum, quàm fundamentum, in quo est relatio sint entia realia; cum enim relatio non habeat aliam realitatem, quam fundamenti, nisi hoc reale fit, quò pacto relatio erit realis? quæ ratio non solum procedit de fundamento remoto, sed etiam de extremo; quoniã hęc aut non differunt, aut cũ distinguuntur, fundamẽtum innititur extremo; nõ poterit verò fundamentum reale ab extremo minimè reali sustineri.

1. In subiecto.

2. In termino.

Ex parte termini oportet etiã ipsum esse ens reale, aut secundũ se totum, aut saltem quò ad extremum. Recipiunt hanc cõditionem omnes ferè Philosophi. Auicen. 3. Metaph. c. vlt. D. Tho. 1. p. q. 13. art. 7. & q. 28. art. 1. ad secundum; secundò Contra Gent. c. 12. q. 3. de potentia, art. 3. ad 5. Capr. in 1. dist. 7. q. 2. Cai. & Fer. ille 1. p. hic contra Gent. citatis: Sonc. 5. Metaph. q. 27. Petrus Fonsec. 5. Metaph. c. 15. q. 1. sect. 7. Mayr. in 1. dist. 29. q. 6. & 8. Diximus, oportere esse reale, saltem quò ad extremum termini, quoniam, cum terminus sit correlatiuum, habere debet fundamentum, & extremũ suæ relationis, quæ in relatione mutua ambo sũt realia; in non mutuis solũ extremum; priorum exemplum sunt duo similia, posteriorum scientia, & scibile; extremum enim ex parte scibilis est realis entitas rei scitæ, fundamentum capacitas negatiua, vt sciatur.

Auicenn. D. Thom. Capr. Caiet. Ferrar. Soncin. Mayron. Fonsec.

3. In subiecto simul, & termino.

Ex parte vtriusque deposcitur, vt subiectum, & terminus sint realiter distincta, & realiter existentia, quæ

Digitized by Google

est communis sententia, & ab ijsdem Autoribus approbatur, vel ea ratione quod relatio sit respectus quidã minimè intentus à natura, sed per accidens consequens alterum positionem: debet igitur spectare realem subiecti, & termini positionem. Defectu primæ conditionis non datur relatio realis in vlla priuatione, aut negatione: imò nec in rebus ibi, quia relationis fundamentum est aptitudo negatiua. Item, non datur in Deo ad creaturas, quia nomine subiecti realis intelligitur etiam res capax accidentalis denominationis. Defectu secundę nõ exercetur relatio realis inter conceptum negationis, & negationem. Defectu tertiæ est relatio rationis identitas eiusdem ad se ipsum, & relatio patris ad filium, si neuter, vel alter tantum existat. De his latissimè in 5. Metaph. disputabitur.

4. In fundamento proximo.

In fundamento proximo præter ea, quę obiter dicta sunt, illud solum exiges ad relationem realem, vt, seu negatiuum sit, seu positiuum, ab operatione intellectus non pendeat. Ratio hæc est. Relatio realis a parte rei, & nõ spectata intellectus actione denominat subiectum; sed non potest illud denominare, quin fundamentum proximum interueniat: ergò hoc nequit ab intellectu pendere. Vnde per oppositum colliges, omnem relationem, cuius ratio fundandi ab intellectu dependet, esse rationis.

QVÆSTIO II.

QVÆ SIT HVIVS PRÆDICAMENTI CONSTITUTIO.

ARTICVLVS I.

VTRVM IN HOC PRÆDICAMENTO SIT ALIQUOD GENUS SUPREMUM.

Ratio dubitandi.

EST in hac Categoria specialis dubitandi ratio, nec sanè exigua, quoniam omne relatum essentialiter poscit correlatiuum, in quod referatur; sed relatum in communi huiusmodi correlatiuum habere non potest; ergò nec ipsum verè relatum esse. Minor probatur; quia si haberet correlatiuum, vel esset ipsum met relatum, vel aliud ab eo diuersum. Primum dici non potest, si verè docuimus, relationem realem necessariò tendere ad rem diuersam. Si detur secundum, sequitur, admittenda esse duo suprema genera: nulla enim est maior ratio, cur relatiuum potius sit huiusmodi summum genus, quam correlatiuum, si neutrum habet supra se aliud; supponimus enim ex vtroque abstrahi non posse conceptum communem genericum; si enim abstraheretur, de illo institueretur eadem disputatio. Fauet huic dubitationi forma loquendi Arist. vbicunque enim de relatione differit, vtitur vocabulo in plurali, ad indicandum, vt videtur, non esse vnum aliquod relatum omnium caput. Arist.

In prędicamẽtis accidẽtiũ duo sunt rerũ genera.

Antequam ad quæstionem respõdeamus, duo aduertenda sunt. Primũ est in prædicamẽto relationis (quod in ceteris accidentium prædicamẽtis contingit) reperiri duas classes, alteram abstractorum, quæ propriè, & per se in serie ordinantur; alteram concretorum, quæ minus propriè, & abstractorum merito disponuntur: nec oppositum huius doctrinæ asseruit Alb. c 2. cum dixit, generalissimum huius prędicamenti proprijssimè dici relatum, impropriè relationem; non enim attendit ad rem ipsam, sed ad modũ significandi proportionatum entitati respectiuæ, vt supra diximus. Secundum est: dupliciter posse relatum aliquid referri; primò per se immediatè, ita vt præcisio quocunque inferiori actu ad alterum referatur, sicut animal præscindendo à qualibet specie est per se sensitiuum: secundo ratione suorum inferiorum, ita vt actu non referatur, nisi quando illius species, vel individua, in quibus inuenitur, ad alia referuntur. Alb. Mag.

His positis sit prima conclusio: in abstra-

1. Conclusio: in relationũ abstractis esse verum genus summum.

abstractis relationũ datur genus summum; Hæc est omnium communis: probatur primò, omnes relationes inferiores conueniunt vniuocè inter se, alioqui non efficerent vnum prædicamentum; ergò datur aliqua natura vna & vniuoca, quæ cum supra se nullam habeat, erit genus supremum. Deinde eiusmodi prædicatio; hæc relatio est relatio, illa relatio est relatio, siue (hæc, & illa) denotent individua, siue naturas communes, est vniuoca essentialis, & in quid; ergò prædicatur aliqua natura generica. Demum, in abractis non procedit ratio difficultatis initio proposita. Cũ enim relatio non referatur ad aliud in actu exercito, sed sit forma, principiumque referendi, non exigit terminum communem ex aduerso respondentem.

2. Conclusio: in cõcretis quoque genus summum esse.

Secunda conclusio; inter concreta etiam reperitur aliquod genus summum. Hanc expresè nullus reijcit, tum ob priores rationes primę conclusionis; eodẽ enim modo hic proponi possunt; tum quia nihil implicat, communissimum relationis conceptũ applicari subiecto, formareq. relationis concretum; nulla quippe est forma adeò communis, vt ei non respõdeat effectus formalis adæquatus, qui in præsenti erit relatum vniuocum, & communissimum. Tota difficultas est in modo explicandi eiusmodi concretum. Vtrum, nimirum, sit relatum primò, & per se, an per aliud, & merito inferiorũ; priori enim responsioni obstat argumentum initio propositum; posteriori natura relationis, seu effectus formalis illius, qui est actu referri.

An hoc genus referatur proximè, an remotè.

Scotus.

Scotus in prædicamentis quæst. 15. primò concedit, relatum in communi esse genus summum huius prędicamenti. Deinde astruit, primò, & per se referri ad suum terminum; quod idcircò asserit, quia in primo dist. 30. quæst. 1. defendit, vnius relationis terminum non esse alteram relationem oppositam, sed absolutum; & quemadmodum datur relatum in communi, dari etiam terminum in communi; licet hoc inter illa inter sit, quod relatum sit vniuocum, & genus summum vnius prędicamenti, terminus verò sit quippiam analogum; quia est quæcunque res absoluta apta terminare relationem. Nec existimari debet incommodum, terminum relationis vniuocæ esse analogum; quando Aristoteles, vt proximè patebit, analogum fecit eius fundamentum, à quo relatio non minus dependet, quam à termino. Cohæret optimè hæc doctrina; nam admisso termino absoluto relationis egregiè soluit difficultatem. Quamobrem crediderim, nihil in contrarium doceri ab Scoto in primo dist. 21. q. vnica, vt falso quidam opinantur, cum asserit, relata æquiparantiæ non referri per se, in actu exercito, sed per sua inferiora; loquitur enim præcisè de relatis æquiparantiæ, vbi terminus semper est relatum, non verò de quouis relato communi, aut de summo genere, quod in eius sententia non est æquiparantiæ, sed indifferens ad quamlibet appellationem, imò indifferens, vt terminus habeat, vel non habeat relationem realem, quod addo propter relata tertij generis, seu non mutua.

Scotus.

In sententia Scoti refertur proximè.

Hæc, vt diximus, rectè habent in sententia Scoti, at in opposita astruente, vnius relationis terminum esse aliam relationem, quæ nec minus communis est, nec Aristoteli minus consentanea, perplexa res est. Quidam enim suspicantur, in hac etiam opinione respondere terminum immediatum, & proximum relato communi, quod ita fere probant. Quemadmodum omnia relata in hoc conueniunt, quod referantur ad aliud, ita omnibus cõmune est, vt alia terminent; ergo sicut ex rationibus referendi abstrahitur vna communis ratio relati, sic ex rationibus terminandi præscindi potest cõmunis ratio termini, quæ ex æquo respondeat relatiuo. Verum non satis explicant, quid per terminandi rationem intelligant; vel enim significant aliquam correlatiuorum affectionem, vel ipsas relationes correlatiuas? si con-

Quid in opposita sententia dicendum sit, agitat.

1. Sententiã asserens, proximè referri cõfutatur.

Digitized by Google

ditionem, ea non est aliqua entitas, quæ in communi sumpta possit terminare relationem; sed cum plurimum est aptitudo terminandi consequens relationes. Si verò intelligunt ipsas relationes, recurrit argumentum initio positum; sequitur enim, duo suprema relationum genera esse admittenda. Præterea illud correlatiuum, vel est reale, vel rationis, vel aliquid vtrique commune. Primum & secundum esse non potest, quoniam foret necessarium, correlatiua inferiora esse, aut omnia realia, aut omnia rationis; quod esse falsum patet in relationibus mutuis, & non mutuis. Dabitur ergo tertium; sed illud commune est analogum; Aristoteles verò exigit, vt, quot modis dicitur vnum relatiuum, totidem dicatur eius oppositum; quod tamen, si in terminis absolutis necessariò non fit, vt proximè dictum est, in relatiuis est omninò verum. Quare relato in communi nullus terminus proximus, & immediatus cõstituendus est; ac proinde ipsum per se primò relatum esse non potest.

3. Conclusio genus summũ remotè referri.

Propter hæc statuenda est tertia conclusio. Relatum in cõmuni, quod est gens summum concretorum huius prædicamenti, non refertur per se, proximè, & in actu exercito ad terminum, sed remotè per sua inferiora, & in actu signato, vt vocant. Quod proinde magis propriè dicatur habens relationem, quam relatũ. Hæc est sententia Veterum Philosophorum, Boetij & Simplicij ad hunc locum, Alberti Magni 5. Metaphys. tract. 3. c. 7. Ioannis de Gandauo ibidem, q. 15. & Recentiorum cum Petro Fonsec. 5. Metaph. c. 15. q. 6. sec. 4.

Boetius. Simpl. Albert. Gand. Fonsec.

Probatur conclusio.

Prior conclusionis pars tota est perspicua ex secundo aduertendo; posterior vt intelligatur, sciendum est, ex formis accidentalibus, quæ habẽt ordinem ad extrinsecum, duo genera concretorum deduci posse; vnum proprium, & vltratum, cuiusmodi est in alijs formis album, quantum, &c. aliud minus proprium, seu minus perfectum, & magis ab vsu alienum, quod est habens formam. Exemplum sit in gratia: hæc enim si rationalem substantiam afficit, efficit gratam; si irrationalem, solum efficit habentem gratiam; hoc ipsum maiori iure contingit in relatione, quæ per suam essentiam ordinatur ad extrinsecum; quod enim gratia causat ob proportionem, quam in subiecto deposcit, hoc efficit relatio propter exigentiam termini; quem si actu habeat, denominat subiectum per se, & actu relatum, sin minus denominat habens relationem.

Quoniam verò impossibile est, relato in communi respondere actu terminum, vt iuxta hanc sententiam, quæ vnius relationis terminum facit aliam relationem, probatum est; aliunde autem nihil impedit, relationem afficere suum subiectum; dicimus, concretum inde resultans non esse tam propriè relatum, sed habens relationem. Nisi relatum accipiatur pro eo, quod remotè per sua inferiora, & in actu signato refertur; tunc enim idem valet, atque habens relationem. Hoc ipsum, quod de summo relato diximus, docuit D. Augustin. in libro Categor. cap. 11. de omnibus communibus, sed loquitur admodum rigorosè; accommodatius Scotus citatus id tribuit ijs tantum, quæ sunt æqualis comparationis, in quibus est eadem ratio, quæ in supremo genere: quoniam non possunt esse duo similia in communi, vel duo æqualia, cum ab omnibus abstrahatur vna ratio similis, & æqualis; ea tamen quæ sunt inæqualis comparationis, vt Pater, & Dominus, in communi etiam ad suos terminos referuntur.

Augustin. Scotus. Relata æquiparantiæ qũo referantur.

Obijcitur cõtra conclusionẽ.

Opponas; formalis effectus relationis est referri; sed in relato communi est per se, & immediatè relatio; ergo per se refertur; formalis enim effectus impediri non potest, forma in subiecto existente. Respondetur concedendo totum; si effectus formalis, & eius causa cum proportione accipiantur; nam relatio etsi omnis est principium, seu forma referendi, non tamen omnis eodem modo; sed relatio suprema; &

Respõdet.

by Google

ma; & omnes æqualis comparationis sunt principium referendi remotè, aliæ proximè: & quemadmodum hæ, cum subiectum informant, efficiunt relatum proximum, ita illæ remotum. Vnde si illa particula (per se,) quæ ponitur in consequentia, significet relationem per se, id est, non mediante alio, efficere suum concretum, concedenda est; si verò significet illius concretum, referri per se, id est, non per sua inferiora, concedenda est cum distinctione proposita.

Instantia. Sed contra ipsam distinctionem, sic obijcies. Relatio in communi est principium referendi remotum, & relatum commune refertur in actu tantum signato; ergo omni relationi, relatoq. inferiori hoc ipsum conueniet; ac proinde nulla relatio erit proximum referendi principium, nullum proximum relatum, contra id, quod in eadem distinctione adiunximus.

Solutio. Negatur tamen consequentia; nec enim opus est, vt omnia, quæ dicuntur de natura communi, præsertim si sint negatiua, conueniant inferioribus; possunt enim conuenire communi, prout ab inferioribus præscindit: hoc pacto conuenit animali in differentia ad rationale; & irrationale, quod de nulla specie affirmatur. Ad eundem modum conuenit relationi in communi, esse formam referendi remotè, & ipsi communi relato remotè tendere, non vt quidpiam essentiale, sed tanquam negationem proximitatis consequentem naturam, vel communissimam, vel relati æquiparantiæ communis.

Solutio dubitationis initio positæ. Ex dictis patet responsio dubitationis initio propositæ; fatemur enim, in hoc prædicamento, siue in abstracto, siue in concreto dari supremum genus modo hactenus explicato.

Aristot. Aristoteles verò, aut plurale accepit pro singulari, vt fecit in prædicamento qualitatis, definiens qualia, vt videbimus, aut relatum sumpsit in rigorosa significatione, quatenus solum dicitur de proximis, vt satis indicat illud attributum: quod si vnum designatè cognoscitur, aliud quoque designatè cognoscatur; quod tamen qua ratione accommodandum sit relato communi, postea dicemus. Quo verò pacto definitio superius explicata accommodetur relationi communi, non difficile est intelligere, si subintelligantur illæ particulæ, proximè, vel remotè, seu in actu signato, vel exercito.

ARTICVLVS II.

PARTITIO RELATIONIS in suas species explicatur.

Tres diuisiones relationis prædica. Damasc. RElationis prædicamentalis tres sunt celebriores diuisiones. Primam tradit ex professo D. Damascenus cap. 34. in relationes æqualis, & inæqualis comparationis, siue appellationis; quas alij vocant relationes æquiparantiæ, & disquiparantiæ. Relationes æqualis comparationis sunt, quæ ex vtraque parte idem nomen habent, vt similitudines, & dissimilitudines; inæqualis verò comparationis, quæ diuersis nominibus appellantur, vt Paternitas, & Filiatio; Dominatus, & Seruitus.

Subdiuisio Scot. Priores subdiuidit Scotus ad hunc locum in relationes æquiparantiæ presè, & latè. Dicuntur æquiparantiæ presè, quando in vtroque extremo est eadem forma in specie, à qua nomen imponitur; vt similitudines, & æqualitates proprijssimè dictæ; quod videntur insinuasse Parisien. in post prædicamentis, dubio secundo, cum dicunt, ad æquiparantiam requiri, vt relata, & nomine, & ratione fundandi sint eadem. Latè vocantur relata æquiparantiæ, quando nomen quidem vnum est, forma autem, vnde deriuatur, non est eadé specie; qua ratione dicitur æqualis comparationis relatum communiter sumptum, cum dicitur esse relati relatum: quod pari iure dixeris de Opposito, differente, alio, & similibus; itemq. de dissimili, nisi dissimilitudo sit sub eadé specie formæ, & de similitudine, quæ cernitur inter effectum, & eius causã

Relata cur in plurali definita.

Digitized by Google

æquiuocam, vt notauit Caietanus prima parte, quæstione 4. artic. 3.

Caietan.

Relata disquiparantiæ.

Relationes disquiparantiæ quædam sunt digniores, quas proinde vocant superabundantiæ, præcedentiæ, vel superpositionis, vt Dominatus, Paternitas; aliæ minus dignæ, veluti relatio filij, & serui. Rectè adnotarunt aliqui, hanc subdiuisionem solum cadere in relationes creatas; Nam diuinæ, tametsi inæqualis comparationis sint, vt relatio Patris, & Filij, sunt tamen æquè dignæ, vt communiter docent Theologi, & Patres.

Damasc.

Secúda diuisio i mutua, & non mutua.

Secunda diuisio, quam præter Damasc. recipiunt ferè omnes Philosophi, ac Theologi, est in relationem mutuam, & non mutuam. Relatio mutua est, cui in termino respondet alia relatio realis, vt paternitas similitudo, &c. Non mutua, cui in termino non respondet relatio realis: huiusmodi est relatio creaturæ ad Deum, & scientiæ ad scibile. Hæ diuisiones accommodatæ sunt ad varia relationum genera indicanda: sunt enim ambæ adæquatæ, & quædam relationum discrimina patefaciunt. Sed propriè diuisiones generis in suas immediatas species non sunt, nec vt tales ab aliquo expressè defenduntur. Vtraque enim traditur per aliquid nimis extrinsecum relationi, videlicet, per correspondentiam termini; quam constat non modò extra essentiam esse relationis; sed rationem quoque principij essentialiter distinguentis propriè non habere; cum terminus, aut nullo modo relationem præcedat, aut si quo modo præcedit, id habeat ratione fundamenti; quod alibi explicandum est. Discrimen autem specificum accommodatissimè assignatur per ea, quæ distinguendi vim habent.

Hæ diuisiones propriæ non sunt.

1. Diuisio improbat.

Deinde reprobatur speciatim prima diuisio, quoniam, si relatio æquiparantiæ latè sumatur, comprehendit subte genus summum, quod tamen impossibile est sub sua specie cõineri; si presse, mains fortasse incommodum sequitur, nimirum, aliqua sub vno membro contenta magis differre inter se, quam ab ijs, quæ in opposito membro continentur. Nam relationes æquiparantiæ latè, & presse sumptæ minus discrepant inter se, quam à relationibus disquiparantiæ, & tamen iuxta illam diuisionem, quædam illarum numerantur cum relationibus disquiparantiæ in membro opposito. Quod incommodum secundam quoque diuisionem excludit, maiorem quippe conuenientiam habere videntur inter se omnes relationes causæ, siue mutuæ sint, siue non, quam cum relationibus vnitatis, de quibus statim dicemus. Sed inter relationes causæ sunt aliquæ mutuæ; aliæ non mutuæ, vt videre est in relationib. filij, & creaturæ; ergo mutuum, & non mutuum non est primum relationum discrimen.

1. Diuisio reijcitur.

3. Diuisio ab Aristotele tradita in tria membra. Aristot.

Præterissa igitur alia diuisione Damasceni loco citato, in relata à natura, à fortuna, ab arte, & ab anima, aliisque minus approbatis, tertia tradita ab Aristotele 5. Metaphys. c. 15. recepta ab omnibus posterioribus Philosophis, ac Theologis; ab illis quidem apud Aristotelem hoc loco, & 15 Metaphy. ab his verò partim apud Magistrum in 1. dist. 30 & 31. partim apud D. Thom. 1. par. q. 28. quos proinde referre nominatim operæ pretium non est. Hæc, inquam, distribuit relationem per fundamenta proxima in tres species. Prima fundatur in vnitate, & multitudine. Secunda in actione, & passione. Tertia in mensura, & mensurato.

Primam

Nomine vnitatis intelligit Aristoteles identitatem in aliqua natura, vel forma; nomine multitudinis diuisionem secundum eandem naturã, vel formam. Vnde in prima parte huius speciei sunt relationes, identitatis, æqualitatis, similitudinis, propinquitatis, &c. In secunda relationes differentiæ, inæqualitatis, dissimilitudinis, distantiæ, &c.

Secũdam.

Per actionem, & passionem intelliguntur omnes causalitates prouenientes à causa realiter existente, & tendentes ad existentiam effectus, quam-

Digitized by Google

quàmobrem in hac ſpecie non modo ſunt relationes agentis, & patientis propriè dicti, ſed materiæ, & formæ, tam accidentalis, quam ſubſtantialis; imò & relatio naturæ humanæ verbo vnitæ; eſt enim relatio dependentiæ, In eadem ſpeciæ collocandæ ſunt relationes fundatæ in principio actiuo ad ſubiectum paſſiuum, antequam detur actio, ſi reales ſunt, & à tranſcendentibus diſtinctæ, vt indicare videtur Ariſtoteles eo loco, ſed non ſatis conſtat. Diximus, intelligi cauſalitatem cauſæ exiſtentis, & tendentis ad exiſtentiam effectus, vt excluderetur relatio cauſæ finalis, antequam ſit; quia conſtat, eam realem eſſe non poſſe; quidquid reclament Soncin. & Iauellus, quia relatio realis poſcit exiſtentiam fundamenti, & termini. Item relatio cauſæ formalis externæ, atque exemplaris, quæ fundatur in menſura, proindeque ad tertiam ſpeciem pertinet.

Tertiam. Porrò nomine menſuræ, quæ tertiam cauſat ſpeciem; intelligit Philoſophus regulam, & exemplar, vel quaſi exemplar relatiuum, quod menſurans tum appellatur. In hac ſpecie collocat relationem ſcientiæ ad ſcibile, intellectus ad intelligibile, viſus ad viſibile, ſupponendo, quod præter relationes tranſcendentes habeant alias relationes reales, & prædicamentales, quod duriuſculum fortaſſe eſt.

Approbat diuiſio. Hanc diuiſionem ſic expoſitam non aliunde probat Ariſtoteles, quã ex fundamentis ipſarum relationũ; cum enim relationes à fundamento eſſe accipiant, non poſſunt commodius, quam per fundamentum diſtribui. Cur verò hæc potius ratio diſtinguendi per fundamẽta eligatur, quam alia, ex terminis notum eſſe videtur; nam quæ aſſignata ſunt, & realium relationum principia ſunt, & earum diſcrimen aperiè indicant; quod Alexan. Alenſ. in 5. Metaphyſi. cap. 15. inde concludit, quia tres ſunt vniuerſales modi entis primò inter ſe diſcrepantes, ſcilicet, idem, & diuerſum; potentia, & actus perfectum, & imperfectum, qui eodem ordine reſpondent enumeratis relationum ſpeciebus; perfectum verò, & imperfectum poſuit Alenſ. ad exprimendum menſuram, & menſuratum; ſemper enim menſura habet rationem perfecti, quantumuis res menſurata natura ſua perfectior exiſtat, quia eſt tanquam regula, & exemplar.

Alexand. Alenſ.

Ita probabiliter oſtenſum eſt, enumeratas ſpecies habere primam differentiam in hoc genere; at nullam eſſe relationem, quę ſub illi non cõtineatur, probat eodem lib. 5. Metaphy. D. Tho. quia tribus tantum modis ordinari ſolet vna res ad aliam, primò ſecundum eſſe, quando, ſcilicet, vna res pendet ab alia in eſſe, vtique eſſentię, vt intelligere videtur; & eſt tertium genus. Deinde ſecundum vnitatem actiuam, & paſſiuam, & eſt ſecundum genus. Tertiò ſecundum quod quantitas vnius rei poteſt mẽſurari per aliam, & conſtituit primũ genus; veriſimile eſt accipi à D. Tho. quantitatem hoc loco Metaphoricè pro perfectione, ſicut & menſurari pro adæquari, ſeu cõuenire. Sic enim inſeruit hic ordo ad conſtituendum primum genus relationum. Quod ſi hæc non plenè conuincunt, diuiſionem eſſe adæquatam, occurrendo obiectionibus in oppoſitum id perficiemus. D. Thom.

Prima igitur obiectio ſit; tria fundamenta aſſignata non conueniunt vniuocè; ergo nec relationes ipſis innitentes; conſequentia eſt bona, cum relatio ab eodem habeat vnitatem, à quo habet eſſentiam; hanc verò ſortitur à fundamento, quod maiorem vnitatem, quam in ſe contineat, procul dubio præbere non poteſt. Antecedens patet, quia aſſignata fundamenta partim ſunt negatiua, partim poſitiua, inter quæ vniuocatio dari nõ poteſt. Reſp. ad obiectionẽ cũ Ferrar. 2. contra Gent. c. 12. conceſſo antecedente, negando cõſequẽtiam, ad cuius probationem inficiandum eſt, eodem pacto ſumi ſemper ab aliquo vnitatem, quo ſumitur eſſentia; præſertim, quado acceptio eſſentiæ

1. Diuiſionis impugnatio.

Reſpõſio Ferrarien.

sentiæ eatenus alicui attribuitur, quatenus est fulcimentum alterius, vt in præsenti contingit, & in Metaphys. exemplo conceptus entis (qui cum ab analogo essentiam habeat, est tamen vnus specie) & aliorum ostendetur. Nunc dicimus, relationes speciales accipere distinctionē, & vnitatem à fundamentis, relationem verò in communi ex simili modo abstractionis vnitatem generică vendicare.

2. Impugnatio. Secunda. Genus distribuitur in membra opposita; oppositio verò non reperitur plusquam inter duo; quidquid enim tertium fingatur inter duo distantia, medium erit; ergò perperam diuisa est relatio in tria

Respõsio. membra. Ad hanc obiectionem responsum est in cap. de Differentia; vbi ostendimus, ad hoc genus oppositionis sat esse accipere ex vna parte vnum membrum, & ex altera quotquot sunt reliqua sub illius negatione; quod in præsenti fiet, si dicamus, relationem diuidi in eam, quæ fundatur in causalitate, & in eam, quæ non fundatur in causalitate: in primo enim membro erit secunda species: in secundo secunda, & tertia. Quod attinet ad rem ipsam, dices, incommodum non esse, vnum genus diuidi immediatè in plures species, quam duas; illud enim quod opponitur, scilicet, tertium semper manere interpositum; nec in distantia situali, vnde similitudo sumpta videtur, est verum; fingendæ .n. sunt species, velut anguli in triangulo.

3. Impugnatio. Tertia. Relatio magis dependet à termino, & fundamento remoto, quàm à proximo; ergo per illa potius distribuenda fuit in species, quā per hoc. Consequentia est optima; vel ex ratione, qua distributionem Aristotelis confirmauimus. Antecedens patet, cum relatio manere possit absque fundamento proximo, nō verò absque remoto, vel termino, vt ex dictis apertum est. Postulabat hęc obiectio discussionem illius dubij: vndenam sumatur specifica relationum distinctio, ex fundamento ne, an ex termino? quam remittimus in Metaphys. & supponendo, hanc desumi tum à fundamento, tum aliquo modo à termino, vt asserit D. Thom. 3. p. q. 35. art. 5. iungendo articulum 5. q. 1. in 8. distinct. 1. sententiarum.

Respõsio. Primò respondendum breuiter, relationes dependere magis à fundamento remoto, quò ad existentiam, propter rationem assignatam; non verò quò ad specificationem, cum in eodem fundamento remoto, variatis proximis multæ fundentur relationes specie differentes, vt patet in Deo, aliam quippè relationem habet, cum creat, aliam cum generat simul cum causis naturalibus, idque ob diuersitatem actionum. De terminis manifestius est magis secundario ab illis accipi distinctionem, cum remotiores sint & non præexistant.

4. Impugnatio. Quarta, & vltima. Videntur esse aliquæ relationes, quæ in nullo ex prædictis fundamentis existant, ac proinde angustam esse diuisionem. Patet antecedens in relatione appetitus ad rem appetitam, & vniti ad vnitum, qualis est inter duas partes quantitatis.

Respõsio. Respondetur omnes relationes fundatas in actibus potētiarum appetentium pertinere ad

Arist. tertium genus; quamuis enim Aristoteles tantum meminerit potentiarum cognoscentium: eadem tamen ratio est de appetentibus, quia omnes habent essentiam commensuratam obiectis, & producunt actus illis proportionatos. Obiecta verò nihilo magis dicunt per se ordinem ad potentias appetitiuas quàm ad cognoscitiuas, quæ est propria ratio fundandi relationum tertij generis, quia sunt omnes non mutuæ. Atque hæc de speciebus relationis in communi dicta sufficiant, prolixior enim singularum subdiuisio præceptorum industriæ, & auditorum studio committitur: reliqua in Metaphysicam referuantur.

QVAE

Digitized by Google

QVÆSTIO III.

VTRVM ESSE SIMVL Cognitione sit quarto modo proprium Relatorum.

Vltima Relatorũ ꝓprietas omnibus conuenit.

DE ceteris proprietatibus, quantum ad hunc locum ſpectat, in commentario dictum eſt. Hanc vltimam omnibus conuenire relationibus, ex earum natura ſatis compertũ eſt; quælibet enim eſſentia tunc aptè percipitur, cum, qualis in ſe eſt, ab intellectu dignoſcitur; ſed eſſentia relatiui eſt per ſe ordinata ad terminum; ergo hoc ignorato non poterit accomodatè cognoſci, quod Ariſtoteles docuit in contextu, cum dixit; ſi quis definitè ſcit, hoc eſſe duplum, & id, cuius duplum eſt, continuò definitè ſciat, neceſſe eſt; loquitur verò de quacunque cognitione etiam confuſa, qua tamen relatiuum, vt relatiuum eſt, determinatè cognoſcatur. Vnde etiam ſequitur iuxta eundem Philoſophum, & omnes illius Interpretes, neceſſarium eſſe in relatiui definitione eius terminum collocare; eſt enim definitio præcipua rei cognitio, quæ proinde attingere debet rei definitæ terminum, ſi in reſpectu ad illum eius eſſentia conſtituta eſt.

Vt hęc communis aſſertio firmior ſit, inueſtigandum eſt, quo pacto hęc proprietas relatis prædicamentalibus accõmodetur, num ſcilicet omnibus, ac ſolis, an quomodo ſe habeat. Prius igitur videndum eſt, an conueniat omnibus; vbi dũplex vrſitur difficultas; prima oritur ex relato communi, & omnibus æqualis comparationis, in communi etiam acceptis; ſecunda ex illis relatis ſingularibus, quæ plures terminos habere poſſunt; etenim relatum commune non habet aliud proximum, & immediatum ad quod referatur, vt à nobis oſtenſum eſt; item relata æquiparantiæ in communi non ſunt plura; ergò non oportet, vtijs cognitis alia ſimul cognoſcantur, cum nulla ſint. Iam verò relatum particulare, v. c. pater reſpiciens plures filios, etſi cognoſcatur determinatè, nõ opus eſt, vt aliquis filius determinatè percipiatur, ſed hic, aut ille indeterminatè & è contra filius reſpiciens vtrumque parentẽ poterit determinatè cognoſci, quin vterque parens, vel alter deſignatè intelligatur, cum ſatis ſit, parentem confuſè apprehendere.

Quomodo hæc ꝓprietas relatis æquiparantiæ cõueniat.

Expedita eſſet prima difficultas, ſi iam hic præferremus ſententiam, quã præcedenti quæſtione retulimus, aſſerentem, relatum referri ad abſolutum, atque adeò dari terminum cõmuni relato reſpondentem; cũ hoc enim ſimul cognoſceretur genus sũmum huius prædicamenti. Verum, quia illud non omninò approbauimus, & quia in æquiparantiæ relatis recurrit eadem difficultas, dicendum eſt eodem modo, quo relata hæc ſe reſpiciunt, eſſe ſimul cognitione: diximus verò, ſe reſpicere in actu ſignato, & per inferiora; quare eodem modo attributum participabũt, non quod ratione inferiorum eis conueniat attributum; cum potius eorum merito de inferioribus affirmetur; ſed quia illius exercitium extra illa obtinere non poſſunt.

Quæ relatã vna, q̃ pluribus relationibus referãtur.

Secunda quoque difficultas, vt planè ſolueretur, poſtulabat examẽ illius quæſtionis, vtrum vnum relatum referatur ad plures terminos, vna, vel pluribus relationibus? ſed ſupponemus veriorem ſententiam, & iuxta illam reſpondebimus. Vera igitur doctrina aſſerit, inter relata, quæ plures habent terminos, quædam neceſſariò plures vendicare, vt totum cum refertur ad partes, ſiue componentes, vt totum Phyſicum ad materiam & formam, ſiue ſubiectas, vt ſuperius ad inferius; quædam non exigere plures, ſed æquè bene terminari ad vnum, atque ad plures, vt pater reſpectu filij, & ſimile ad aliud ſimile. Pater enim perfectè dicitur vnius tantum filij, & ſimile vnius ſimilis. Relata prioris

Digitized by Google

ris generis vna tantum relatione ad omnia correlatiua referuntur: posteriora verò tot relationibus numero diuersis, quot sunt distincta correlatiua.

Hoc posito, ad secundam difficultatē respondendum est, relatiua singularia, quæ vna relatione ad plura referūtur, esse simul cognitione cum omnibus, vel distinctè, vel saltem confusè sumptis; non verò cum vno tantum; alioquin non percipietur adæquatè respectus; si autem relatiuum plures habeat relationes, tunc vnamquamque illarum cognosci simul cum suo definito termino, v. c. Pater habens tres filios, si cognoscitur quò ad relationem primogeniti debet definitè intelligi primogenitus; & sic de ceteris; eodem modo res se habet in filio, quem verisimilius est alia relatione tendere in Patrem, alia in matrem, cum quibus proinde designatè cognoscendus est.

Quidā attributū alijs conuenire opinantur. Caiet. Capreol. Ferrar. Soncin.

Accedamus ad secundam partem, videlicet, an esse simul cognitione solis relatis prædicamentalibus contingat. Thomistæ frequentius opinantur, alijs etiam conuenire, ita colligitur manifestè ex Caiet. Capreol. Ferrar. Soncin. citatis in 1. q. artic. 2. qui inde probant, relationes rationis sub hoc genere vniuocè cōtineri, quia participant hoc attributum; quod facilè confirmatur; nam genus ignota specie cognosci nō potest, vt Porphyrius in cap. de specie docuit. Confirmatur secundò, quia conuenit relatis transcendentibus; materia enim cognosci non potest, ignorata forma, nec potentia, ignorato obiecto, in quod ordinata est; ergo non cadit in sola prædicamentalia esse simul cognitione.

De qua notitia sit sermo.

Vt hæc pars definiatur, videndum prius est, de qua cognitione loquatur Philosophus; si enim de quacunque intelligatur, non est dubium, conuenire attributum non prædicamentalibus etiam, vt confirmationes conuincunt. Igitur Auerroes, Auerroes. & Albertus capit. 9. intelligunt cognitionem definitiuam; & quia vnum relatum semper definitur ad aliud; idcirco vera cognitione definitiua sine illo cognosci non posset. Non improbat hanc sententiam Caietanus hoc loco; sed iuxta illam indubitatum est, proprietatem conuenire relatis rationis, & transcendentibus, atque adeò esse secundi, non quarti generis; quod pari modo dicendum est in sententia eorum, qui eam interpretantur de cognitione essentiæ præcisè sumptæ, vt apertum est. Quare hoc loco Caietanus Caiet. secutus Boetium putat, loquutum Aristotelem de cognitione, quoad esse existentiæ, quasi dixerit, si vnum relatum cognoscitur existens, aliud quoque existere percipitur, quæ videtur esse mens D. Thom. 1. part. q. 13. artic. 7. ad 6. dum ait, ea esse simul natura, quorum vnum includitur in conceptu alterius, seu est simul cognitione cum illo, quod non rectè diceret, nisi vellet ea simul cognosci, quæ pariter existentia percipiūntur, quia esse simul natura est esse simul existentia; ergo, si ex simultanea cognitione infertur simultanea existentia, cognitio ferebatur in existentiam, alias multa transcendentia cognoscuntur simul quò ad essentiam, quæ simul natura non sunt, vt materia, & forma. Verum, si hac ratione proprietas exponatur, non modò non conuenit solis prædicamentalibus, sed etiam non omnibus, primum patet in materia primum, quam si quis cognoscat existere; necesse est, eodem pacto formam apprehendat; cum sine illa materia esse non possit, quod manifestius cernitur in materia, & forma incorruptibili, quæ sunt omninò inseparabiles. Secundum probatur in relatiuis non mutuis, iuxta eam sententiam, quæ vnius relationis terminum facit aliam relationem; cognito enim relatiuo reali existente, non cognoscitur existens relatio rationis, si nemo de illa cogitet; nec satis est, quod existat secundariò in eodem conceptu relatiui realis, quia existentia hic requisita non ponitur, sed supponitur à cognitione, vt ab eadem attingatur. D. Thom.

Non

Quo pacto attributum sit propriũ.

Non procedunt vlterius Interpretes; vnde apparet, quam inanis, atque imperitus sit quæstus Recentiorum existimantium, repugnare Philosopho eos, qui negant, hoc attributum esse proprium quarto modo. Nihilominus asserimus, ita concinnari posse, vt sit proprium quarto modo, probabiliterque existimari posse, hanc fuisse Aristotelis mentem. Sic igitur exponimus, si vnum relatiuum cognoscitur, vt vera & realis essentia, necesse est alterum etiam cognosci concomitanter solum, & tanquam purum terminum, non verò vt causam, aut effectum; quo pacto excluduntur omnia non prædicamentalia. Nam prima conditio excludit relata rationis, quia carent vera essentia; secunda reijcit transcendentia, quoniam cognoscũtur vt causæ, vel effectus.

Aristot.

Rogabis ad absolutionem huius quæstionis, an hæc duorũ relatorum cognitio fiat vnico conceptu, an duplici? Respondemus omissa controuersia cum D. Thom. loco proxime citato, Scot. in 1. d 21. q. 1. Aegidio, & Argentin. ibidem quæst. 1. art. 1. fieri vno conceptu, quo per se primò, & in recto cognoscitur natura vnius relatiui; in obliquo autem, & secundariò alterum illi respondens. Probatur; relatum cognoscitur, vt in se est; atqui in se includit tendentiam vsque ad terminum; ergo, cum perfectè cognoscitur, percipi debet, non solum in toto transitu, vt sic loquamur, sed etiam in fine illius: atq; adeò finis aliquo modo cognoscendus est. Cõfirmari potest, quia alias cognitio relatiui esset absoluta; imò non appareret, qua necessitate iungatur cum cognitione alterius, cum non sit physica illius causa, nec alio modo per se connexa.

Vtrumq; relatũ eadẽ notitia apprehendi.

D. Tho. Scotus. Aegid. Argen.

EXPLANATIO CAPITIS OCTAVI.

DE QVALITATE.

SVMMA CAPITIS.

QVattuor in partes distributum est hoc caput: prima differit de qualitate, & eius speciebus: secunda de quali, eius concreto: tertia de attributis qualitatis: quarta continet cuiusdam dubij solutionem. Quò ad primam, qualitas describitur id, quo quidam dicuntur quales. Eius partes numerantur quattuor. Prima habitus, & dispositio. Secunda naturalis potentia, & impotentia. Tertia patibilis qualitas, & passio. Quarta forma, & figura. Quò ad secũdam definit Aristoteles quale in plurali hoc modo. Qualia sunt ea, quæ à qualitatibus denominatiuè dicuntur, id est, voce, & non ratione. In tertia parte numerantur tria attributa, scilicet, habere contrarium, suscipere magis & minus, vt secundum qualitates res dicantur propriè similes, & dissimiles, quod est proprium quarto modo. In vltima parte proponit hoc dubium, habitus, & dispositio numerata sunt capite superiori inter relata; ergo non debent hic inter qualitates reponi. Respondet dupliciter; primò habitum, & dispositionem in genere pertinere ad relationem, in specie verò ad qualitatem: secundò non esse incommodum, eandem rem diuersis rationibus ad duas simul categorias pertinere.

Qualitatis definitio.

Eius species.

Qualitatis concretorum definitio.

Eius attributa.

CA-

Digitized by Google

CAPVT VIII.

COMMENTARIVS.

a *Qualitatem verò.*] De qualitate idcircò prius differit Aristoteles, quam de actione, ceteriſq. posterioribus prædicamentis, quia vicinior est substantiæ, & in se diuturnior; eius descriptio est per effectum formalem, scilicet: qualitas est id, quo quidam dicuntur quales. Quæ non solum probanda est, quia effectus vniuersim notiores nobis sunt, quam eorum causæ, sed quia effectus formales accidentium peculiari titulo nobis magis innotescunt; nimirum, quia concreta notiora nobis sunt abstractis, vt hoc loco docet Ammonius, & composita simplicibus, vt Auerroes obseruauit, primo Physic. com. 3. Formales autem effectus accidentium, & concreta, & composita quædam sunt.

Ammon.

Auerroes.

Vtitur autem verbo in plurali numero loco singularis, perinde enim valet, qua quidam dicuntur, atque, qua aliquid dicitur quale, licet Albertus existimet, [quidam] poni pro hominibus, & verbum (dico) esse in prima persona, scilicet, dicimur; addit que, Aristotelem ideo qualitatem per hominem definijsse, quia in eo sunt omnia qualitatum genera, corporalium, & spiritualium, quod in nullo alio ente reperitur. Ceterum in græco est, λέγονται, in tertia persona, vt Argyropolus, Boetius, & Perionius verterunt. In descriptione loco generis intelligens prædicamentale: [qua dicuntur quales] est loco differentiæ, & intelligendum formaliter, ad excludenda ea, quibus efficitur aliquid quale effectiue, vt Sol, & ignis, & in propria quæstione qualitatis, ad distinctionem ceterorum accidentium, quibus iuxta Aristotelem quinto Metaph. capit. 14. & Porphyrium in capit. de proprio, & accidente res dicuntur quales, sed communi quadam ratione; à qualitate verò dicuntur peculiariter, & propriè.

Albert.

Definitionis explicatio.

Argyro.

Boetius.

Perionius

Porphyr.

b *Est autem qualitas.*] Incipit numerare qualitatis species, quas etiam genera vocat, eò quod sint subalternæ, quæ modò species superiorum, modò genera inferiorum appellantur. Prima species est habitus, & dispositio; non quasi hæc complexio primam speciem constituat, sed quia vtraque sub prima specie proximè collocatur. Inter eas hoc discrimen statuit Aristoteles; quod habitus diuturnior sit, & à subiecto difficilius amoueri possit: dispositio sit minus diuturna, & à subiecto facilius expellatur. Hoc discrimen non aliter probat, quàm ex communi sensu, & loquutione Philosophorum, qui perpetuò vocant habitum qualitatem difficilè mobilem, dispositionem verò eam, quæ facilè abijci potest. Ex quibus, & alijs, quæ inter docendum ab Aristotele dicta sunt, colliguntur ab Interpretibus hæ descriptiones habi-

Prima qualitatis species.

Discrimẽ inter habitum, & dispositionem.

tus,

a *QValitatem verò dico, qua quales quidam dicuntur.* §. b *Est autem qualitas ex hisce, quæ multis modis dicuntur. Atque vna quidem species qualitatis habitus dispositioq; vocetur. Differt autem habitus à dispositione: nam magis permanet, atq; diuturnior est. Tales sunt ipsa scientiæ, & virtutes. Scientia namque ex eorum numero videtur esse, quæ permanent, & cum difficultate dimouentur: etiamsi quispiam mediocriter scientiam acquirat, nisi magna mutatio, vel à morbo, vel à re quapiam alia similis fiat: similiter & virtus, vt iustitia, temperantia, & quæcunque tales, haud facilè dimoueri, mutarive videntur. Dispositiones autem eæ sunt, quæ faciliter dimoueri, mutariq. possunt, vt caliditas, frigiditas, sanitas, morbus, & quæ sunt hisce similia. Nam his ipsis homo aliquo modo disponitur, & facilè quoque mutatur, ex calido frigidum subitò, & ex valetudine morbum, & in cæteris etiam simili modo. Nisi & harum ipsarum aliqua ob diuturnitatem versa iam in naturam sit, dimoueriq. nequeat, aut summa cum difficultate mutari possit: quam quidem hac ratione quispiam vt habitum iam nuncupauerit. Patet autem,*

tus,& diſpoſitionis: Habitus eſt qua-
Habit⁹ de- litas benè, vel malè afficiens ſubie-
ſcriptio. ctum,quæ difficulter abijci poteſt, vt
habitualis virtus, & ſcientia. Diſpo-
Diſpoſi- ſitio eſt qualitas benè, vel malè affi-
tionis de- ciens ſubiectum, vt eiuſdem virtu-
ſcriptio. tis,& ſcientiæ actus; quæ poſtea fu-
ſiùs explicanda ſunt.

c *Sunt autem habitus.*] Communis expoſitio eſt, hoc aliud diſcrimen, quod Ariſtoteles hic ſtatuit inter habitum, & diſpoſitionem; quod omnis habitus ſit diſpoſitio, non autem omnis diſpoſitio habitus; non conſtitui inter diſpoſitionem, de qua paulò ante, quæ eſt ſpecies contra habitum diuiſa, ſed de diſpoſitione generica: ad cuius rei intelligentiã
Ammon. notat Ammonius, diſpoſitionem dupliciter ſumi; primò pro ſpecie habitui oppoſita: ſecundò pro quodam genere ſubalterno ad habitum,& diſpoſitionem preſsè ſumptam communi; de quo tantum verum eſt, omnem habitum eſſe diſpoſitionem, nõ tamen omnem diſpoſitionem eſſe habitum; quemadmodum omnis homo eſt animal, non tamen omne animal eſt homo quia brutum eſt animal, & non eſt homo. Diſpoſitionem ita generaliter ſumptam definire poſſumus, qualitatem benè, vel malè afficientem ſubiectum.

Secunda qualitatis ſpecies.

d *Aliud autem qualitatis.*] Numerat ſecundam qualitatis ſpeciem, quæ naturalem potentiam, & impotentiam comprehendit; in communi tamen ſumpta vocabulo caret, niſi ei
Albert. tribuamus id, quod Magnus Albert. affirmat, in vſu fuiſſe apud Veteres, ſcilicet, aptitudo, quæ ſic definiri po-
Eius defi- teſt: Aptitudo eſt qualitas à natura
nitio. inſita, qua res agit, vel reſiſtit. Dicitur naturalis, ad diſtinctionem habitus, qui potentia quoque eſt ad agen
Naturalis dum, vt patet in artifice, ſed eſt ac-
potentia quiſita, non conceſſa à natura. Naturalis potentia eſt qualitas à natura inſi-
quid. ta, qua facilè quæque res agit, aut reſiſtit, vt vis luctandi, & currendi animalis; & durities ferri.
Naturalis impotẽtia Naturalis impotentia eſt qualitas à natura inſita, qua difficilè quæque res agit, aut reſiſtit, vt habitudo ingenij, & mollitudo butyri.
Tertia ſpecies.

e *Tertium qualitatis eſt genus.*] Proponit tertiam qualitatis ſpeciem, proEius defi- prio etiam vocabulo carentem, ſub qua continetur patibilis qualitas & paſnitio. ſio; ea ſic deſcribitur ex doctrina Ariſtotelica. Eſt qualitas, quæ aut ſenſum

ea homines habitus dicere velle, quæ ſunt diuturniora, neque dimoueri facilè poſſunt. Eos enim, qui ſcientias non admodum tenent, ſed eas amittere facilè poſſunt, habitum habere non dicunt, ea licet ſcientia aliquo modo deterius, melius vè diſpoſitos videant. Itaque ſic à diſpoſitione habitus differt, vt illa facilè dimoueri poſſit: habitus autem diuturnior ſit, & cum difficultate moueatur.

§. c *Sunt autem habitus quidem, & diſpoſitiones: diſpoſitiones verò haud neceſſariò habitus ſunt. Qui namq. habent habitus, ij aliquo modo etiam diſponuntur: at qui diſponuntur, ij non omninò & habitus habent.* §. d *Aliud autem* Text. 2. *qualitatis genus eſt, quo ad luctam aliquos, aut ad curſum, aut ad ſanitatem, aut ad morbum aptos eſſe dicimus: & ſimpliciter ea, quæ per potentiam naturalem impotentiam vè dicuntur. Non enim quidquam horum ex eo dicitur tale, quia aliquo diſponitur modo: ſed quia naturalem potentiam habet, vt facilè quippiam aut faciat, aut non patiatur: Vt ad pugilatum, curſumvè apti dicuntur ideò, non quaſi verum earum facultatem iam aliquam teneant: ſed tantum, quia naturalem, aut vim, aut imbecillitatem facilè aliquid faciendi habent. Sic apti ſanitati, quia vim naturalem, haud facilè obnoxiam, morbidi contra, quia obnoxiam facilè, ſin quia vi non facilè obnoxia carrent, dicuntur. Eiuſdem generis eſt & durum, ac molle. Durum enim ex eo dicitur, quia potentiam habet, vt non facilè diuidatur: molle autem ex eo, quia eiuſdem habet impotentiam.* §. e *Tertium qualitatis* Text. 3. *eſt genus; qualitates paſſiuæ, ac paſſiones; quæ quidem talia ſunt: vt dulcedo, amaritudo, acerbitas, & ea, quæ ſunt generis ſimilis: caliditas præterea, frigiditaſque, & albedo, atque nigredo. Has igitur*

Digitized by Google

Patibilis qualitas quid.

mouet, aut ex motu oritur, vt color, & ſonus. Patibilis qualitas eſt diu permanens qualitas, quæ aut ſenſum mouet, aut ex motu oritur, vt color natiuus. Paſſio eſt breui tranſiens qualitas, quæ aut ſenſum mouet, aut ex motu oritur, vt rubor ex verecundia contractus, & pallor ex metu. Has omnes eſſe qualitates, ex eo confirmat Ariſtot. quia res eiuſmodi accidentibus affectæ quales dicuntur.

Paſſio qd ſit.

Patibilis qualitas vnde dicatur.

¶ *Qualitates autem.*] Docet hoc loco, vnde patibiles hoc nomen patibilium accipiant: ad cuius rei notitiam ſupponendum eſt, patibile dici à paſſione, vt per ſe conſtat: paſſionem verò quadrifariam ſumi apud Ariſt. Vno modo pro aliqua ſubiecti proprietate, vt lib. 4. Topic. cap. 5. Secundò pro receptione cuiuſuis formæ in ſubiecto, ſiue ea forma noceat; ſiue conducat ſubiecto, qua ſignificatione conſtituitur prædicamentum paſſionis. Tertio magis populariter pro receptione formę incommodum affectus, vt qualitatis, quę cauſat dolorem ſubiectionem alterius formæ ſubiecto conſentaneę 5. Metaph. cap. 21. Quartò pro qualitate, quæ ex paſſione ſecundo modo accepta primum nomine, ſcilicet, cauſæ effectui communicato, hac vſurpatione vtitur tum hic, tum loco proxime citato. Ex paſſione ſecundo modo ſumpta reſultat nomen patibilis tùm in ſubiectum, tùm in formam, ſeu qualitatem. In ſubiectum quidem vno modo, ſolum enim denominatur patibile, quia recipere poteſt qualitatem: in ipſam verò qualitatem tripliciter: primò, quando qualitas introducitur cum paſſione, quo pacto introducitur calor in aquam; ſecundò, quando accidens efficit paſſionem in ſubiecto, vt idem calor, dum agit in manum: tertiò dicitur patibile accidens, quando oritur ex paſſione ſeu motu, quemadmodum oritur candor ex motu primarum qualitatum in ſubiecto.

igitur qualitates quidem eſſe, perſpicuũ eſſe videtur. Ea namque, quæ hęc ſuſceperunt, qualia ſanè dicuntur: vt, mel ex eo dicitur dulce, quia dulcedinem ſuſcepit, & corpus etiam album, quia ſuſcepit albedinem. Similiter & in cęteris res ſe habere videtur. §. f *Qualitates autem paſſiua dicuntur nõ ideo, quòd ea, quæ ſuſceperunt, paſſa aliquid ſunt. Neque enim mel ex eo, quia paſſum aliquid eſt, dulce dicitur: neque cęterorum talium quicquam. Similiter & caliditas, & frigiditas nõ ex eo paſſiuæ qualitates dicuntur, quia ea, quæ ſuſceperũt, aliquid paſſa ſunt, ſed quia quæq; qualitas dicta paſſionis in ſenſibus eſt efficax. Dulcedo namque paſſionem quãdam in guſtu facit, & caliditas in tactu: cęteraque ſimili modo. Albedo autem, & nigredo, cęteriq; colores non eodem modo qualitates paſſiuæ dicuntur ſed quia à paſſione ſunt facta.* §. g *Nam quod per paſſionem mutationes complures colorum fiant, verum eſt. Puduit enim quempiam, atque erubuit: & timuit quiſpiam, atque pallut. Quare ſi quiſpiam*

Subiectũ cur patibile dicatur.

Forma quot modis patibilis denominetur.

Senſibiles qualitates quomodo patibiles dicantur.

Docet igitur Ariſtoteles, patibiles qualitates non eodem titulo omnes vocari patibiles, ſed aliquas ſecundo, alias tertio modo: nam primo modo, etſi omnes dici poſſint patibiles, quia ſemper recipiuntur cum paſſione, id tamen non eſt peculiare qualitatibus, ſed commune aliis accidentibus. Illæ porrò qualitates, quæ guſtu, & tactu percipiuntur, ideò, inquit, dicuntur patibiles, quia efficiunt in ſentibus realem motum, nam tactus, & guſtus, cum agunt, realiter alterantur: colores autem, qui percipiuntur, ſunt patibiles, quia ex paſſione motuve oriuntur. De qualitatibus, quæ ad alios ſenſus pertinent, hoc tantum abſolutè dici poteſt, eas, quæ efficiunt in ſenſu paſſionem realem, dici patibiles, quia motum efficiunt: quę ſolam intentionalem, quia motu efficiuntur. Definire autem, quænam ſint, ad libros de anima ſpectat, vbi id latè diſcuſſum eſt. Atque id contingit, quando motus, vel eſt natiuus, qualis in generatione cygni eſt motus primarum qualitatum, ex quo prouenit candor naturalis; vel accidentarius, ſed efficax, & diuturnus, à quo pro-

prouenit qualitas similiter diuturna, vt pallor ex longa ægritudine; quando verò motus est accidentarius & breui transit, qualitas inde orta dicitur passio, vt rubor ex verecundia contractus, & pallor ex metu; cum enim eiusmodi qualitates post ipsam passionem non durent, non censentur alio nomine, quam ipsius passionis.

Obiectio. Oppones, omnes patibiles qualitates posse eadem causa patibiles appellari; nam omnes efficiuntur ex passione, motuvè reali; omnes itē efficiunt passionem, quædam realē, quædam intentionalem; ergo si illa appellatio sumitur ex præstantiori nota, dicātur omnes patibiles, quia efficiunt; si ex deteriori, appellentur similiter patibiles, quia motu efficiuntur. Solutio. Respondetur, appellationem patibilis sumi ex præstantiori passione; præstantiorem autem esse realem, seu actiuè, seu passiuè accipiatur, quam intentionalem, vt per se constat. Deinde multò excellentius esse, passionem efficere, quam ab eadem effici; quare omnes qualitates dici patibiles ex passione reali, quam cum omnes non efficiant, sed quædam tantum; aliæ verò ab ea efficiantur, fieri non posse, vt cunctæ eodem titulo patibiles nuncupentur.

g *Nam quod per*] Dixerat, colores diu permanentes oriri posse ex aliqua passione, & proinde esse patibiles qualitates, id hoc loco ita probat: Ex breui passione pudoris oritur rubor celeriter transiens; ergo ex passione diuturna nasci poterit rubor etiā diuturnus; est enim æqua ratio, quoniam, vt se habet breuis causa ad effectum duratione breuē, ita diuturna ad effectum diuturnū.

Passio qūo non simpliciter qualitas dicat. h *Quæ verò ab hisce*] Ostenderat proximè, qualitates ortas ex passionib. diuturnis esse simpliciter qualitates, quia per eas simpliciter quales denominamur, vt rubri, aut pallidi; nunc docet eas, quæ nascuntur ex passione breui trāseunte, nō esse simpliciter qualitates ex opposito fundamento; nimirū, quia nō denominātur simpliciter quales, qui passionib. afficiuntur; nec enim rubrum dicimus,

quispiam etiam natura taliū passionum incursuum: è aliquid subiit, similē colorem verisimile est illum habere. Quæ namq; nunc, dum pudet, dispositio circa corpus emersit, eadem & in naturali cōstitutione dispositio fieri potest, vt & color natura similis fiat. Quæcunq. igitur affectionum talium initiū ab aliquibus sumpserūt passionibus, quæ permanēt, cū difficultateq. dimouentur, possiua qualitates dicuntur. Sine. n. in naturali cōstitutione pallor, aut nigredo sit orta, qualitas dicitur. Nam circa eadem quoque dicimur quales: siue ob diuturnum morbum, aut calorē hæc eadem acciderint, modo non facilè dissoluātur, aut per vitam permaneant, qualitates sanè passiua & ipsa dicuntur, cum hisce similiter quales dicamur: § h Quæ verò ab hisce fiunt, quæ facilè dissoluuntur, passiones dicuntur, non qualitates. Non enim per hæc quales dicuntur. Neque enim erubescens ob verecundiam rubens, neq; pallēs ob timorem pallidus, appellatur, sed aliquid passus potius dicitur esse. Quare passiones hæ res, & non qualitates dicūtur. Similiter et in anima qualitates passiua, passioneq. dicūtur: Quæ n. in generatione continuò à passionibus quibusdam ipsa, quæ sine difficultate dimoueri non possunt, sunt orta, qualitates dicuntur: vt insania, iracundia, & quæ sunt similis generis. Qualis enim ob hæc ipsa dicuntur, vt iracundi, atque insani. Similiter & quæcunque mentis egressiones non naturales: sed à quibusdam alijs casibus facta sunt, quæ aut sine difficultate dimoueri non possunt, aut omninò immobiles sunt, qualitates itidem & hæ dicuntur; quippe cum hisce quales dicantur. Quæ verò ab hisce fiunt, quæ facilè dissoluuntur, atque expirant, passiones dicuntur: veluti, si turbatus quispiam, iracundior fuerit. Non enim iracundus dicitur, qui tali in perturbatione iracundior est: sed potius esse aliquid passus dicitur esse. Quare passiones talia, non qualitates, dicuntur. § i *Quarum qualitatis genus est figura, & ea quæ circa vnumquodque est forma, & insuper rectitudo,*

Text. 4.

qui ruborem verecundia contraxit, nec pallidum, qui metu palleſcit. Nõ negat Ariſt. paſſionem eſſe ſimpliciter qualitatem ſecundum rem, alioqui ſibi repugnaret, dum inter qualitatis ſpecies eam enumerat. ſed quòd ad modum exiſtendi in ſubiecto, eò quod non ita illud perficit, vt denominationem abſolutè prębeat. Cuius rei gratia aduertendum eſt, tres conditiones eſſe omninò neceſſarias, vt qualitas aliqua, vel quodcunque aliud accidens denominet ſubiectũ, in quo eſt. Primam; vt, ſi gradus habet, vltra medium intendatur; hac de cauſa aqua, in qua ſunt tres gradus frigoris, non dicitur abſolutè frigida, vel calida, ſed tepida; ratio eſt, quia accidentia, quæ habent gradus, habent etiam contrarium, & quot gradus deſunt in ſubiecto vnius cõtrarij, tot ſubſtituuntur ex oppoſito; cùm verò ſubiectum nõ denominetur ſimul ab vtroque oppoſito, debet ab excedente nuncupari. Id intelligitur in qualitatibus, quarum contrarij gradus ſe compatiuntur in eodẽ ſubiecto, cuius generis nõ ſunt actus animæ contrarij, qui proinde, ſub quacunque intenſione exiſtant, ſubiectum denominant; dicitur .n. cognoſcere, vel appetere is etiam, qui admodum remiſſe hos actus exercet. Secunda conditio eſt, vt exiſtat in maiori parte ſubiecti, niſi eius naturæ, ſit vt poſtulet aliquam partem determinatam; qua de cauſa Aethiops non dicitur albus, eſto, habeat albedinem in dentibus. Dixi (niſi poſtulet certam partẽ) quia, vt homo dicatur ſimus, ſatis eſt, quod ſimitas inſit naſo, quem ſolum depoſcit, vt ſubiectum adæquatum. Tertia eſt, vt breui non tranſeat, ſi natura ſua poteſt diutius durare; defectu huius conditionis non dicitur ruber, qui ex verecundia ruborem contrahit, nec pallidus, qui metu pallorem concipit, vt dixit Ariſtoteles poſſunt enim hæ qualitates habere perfectius, & permanentius eſſe, ſub quo tantum denominant, quæ eſt doctrina Ariſtotelis in hoc textu. Dictum eſt, (ſi natura ſua durare poſſit) quoniam ſonus, licet ſtatim effluat, denominat tamen ſubiectum ſonans, eò quod non habeat perfectiorem eſſendi modum, ſecundum quem denominationem præbere poſſit.

Quid neceſſarium ſit, vt accidens denominet ſubiectũ.

rudo, & eruditas, & quidquid eſt hiſce ſimile, horum enim vnoquoque quale quippiam dicitur. Ex eo namque, quia triangulus, aut quadratum quippiã eſt, quale quid dicitur, & quia rectum idem eſt, aut curuum. Forma etiam quodque dicitur quale. §K *Rarum autem, & denſum, & aſperum, atque læue quale quidem ſignificare quid videbuntur, à qualitatis tamen diuiſione remota eſſe videntur. Partium enim potius poſitionem videntur quandam ſignificare. Etenim denſum quidem ex eo quippiam eſt, quia partes ipſius ſibiipſis propinquæ ſunt: rarum autem ex, quia à ſeſe diſtant. Læue etiam eſt ea: quia rectè partes ſunt ſua: aſperum verò ex eo, quia quædam partium eminentes, quædam humiles ſunt. Atq; forſitan quidem & alius quiſpiam qualitatis modus videbitur eſſe: qui tamen maximè dici ſolent, tot ferè ſunt. Ea igitur, quæ diximus, ſunt qualitates, vt patet.* §l *Qualia verò ſunt ea, quæ denominatiuè ab ipſis, aut alio aliquo modo dicuntur. In pleriſq; igitur, quin potius ferè in omnibus denominatiuè dicuntur: vt ab albedine albus, à Muſica Muſicus, & à iuſtitia dicitur iuſtus: & in cæteris ſimili modo. ſed* Tex. 5.

in

Quarta qualitatis ſpecies.

Forma q̃d ſit.

Quid figura.

i *Quartum qualitatis*] Aſſignat quartam ſpeciem qualitatis, quæ etiam careret vocabulo; continet tamen ſub ſe formam, & figuram. Forma eſt qualitas reſultans ex terminatione quantitatis ſpectatæ in re aliqua naturali, vt externa ſpecies hominis, & leonis. Figura eſt qualitas reſultans ex terminatione quantitatis ſecundum ſe ſpectatæ, hoc eſt, non habita ratione ſubiecti, in quo eſt, vt triangulus, circulus, &c.

K *Rarum autem, &c.*] Satis obſcurum eſt, cur Ariſtoteles neget, rarum & denſum eſſe qualitates; & quid intelligat nomine poſitionis, ad quam ea reducit. Ratio dubitandi circa primum eſt, quia ipſe Ariſtoteles lib. ſeptimo.

Phyſic.

Digitiz

Phyſic. cap. 2. affirmat, rarum, & dẽſum, aſperum & læue pertinere ad tertiam ſpeciem qualitatis, iuxta doctrinam à ſe traditam in ſecundo de generatione, c. 2. vbi ait, hæc ſentiri ſenſu tactus Reſpondetur breuiter, eſto, admittatur, rarum, & denſum eſſe qualitates tertiæ ſpeciei, quod ſatis dubiũ eſt, & ad hunc locũ non pertinebat; hæc tamen vocabula nõ habere illam tantum ſignificationẽ, ſed aliam magis vulgarem, de qua proinde locutus eſt Ariſtoteles, qua ſignificant ſitum & collocationem partium in toto quanto, quæ dicebatur eſſe figura; re vera tamen non eſt, ſed quædam poſitio.

Quid poſitionis noie ſignificet Philoſophus.

Quid autem intelligat Ariſtoteles nomine poſitionis, quod erat ſecundum dubium, non ſatis conſtat; quidam ſitum interpretantur, quod eſt vnum ex vltimis prædicamentis, ſed immeritò, cũ rarum, & denſum, aſperum, & læue, nõ ſint actuales poſitiones in loco, ſed præciſo, vel mutato loco, eodem modo in ſe perdurent: alij credunt, loqui Ariſt. de ea poſitione, quam cum relationibus enumerauit, in prædicamento relationis illam reponere. Sed quamuis Ariſto. nomine poſitionis illam intelligeret, ad prædicamentum relationis eam non reuocaret; quoniam eo loco non recenſuit poſitionem inter vera relata, ſed inter ea, quæ iuxta Veterum definitionẽ relata ſunt, & re ipſa ad alias ſpectant categorias. Verius igitur alij per poſitionem intelligunt illam, de qua locutus eſt in prædicamento quantitatis, cum dixit, quædã quanta conſtare partibus habentibus poſitionem, id eſt certum ordinem, quem planè ſignificant rarum, & denſum, aſperum, & læue, ſub hac ſignificatione, vt ex eorum definitionibus à Philoſopho in textu propoſitis clarum eſt. Vult ergo Ariſtoteles hæc omnia ad prædicamentum quantitatis pertinere, tanquam proprias diſpoſitiones, & modos quantitatis.

in quibuſdã ex eo, quia non ſunt nomina, qualitatib. poſita: non ſit vt ab ipſis denominatiuè dicantur: vt aptus ad lectam, aut ad curſum, qui quidem naturali potentia talis dicitur, à nulla qualitate dicitur denominatiuè. Potentijs enim hiſce, quibus hi quales dicuntur, non poſita nomina, ſicut artibus, quibus militares, aut curſores ob diſpoſitionem dicuntur, ſunt. Militaris enim dicitur ars, & curſoria, atque ab his ij, qui deſponuntur, denominatiuè dicuntur. Interdum etiam eſt poſitum & qualitatis nomen, non tamen id, quod ipſa quale dicitur, nomine illius denominatiuè dicitur. A virtute namque honeſtus quiſpiam dicitur, ex eo ſanè, quia virtutem habet, ſed non denominatiuè dicitur à virtute. Non tamen in multis id ipſum ſit. Ea igitur qualia dicuntur, quæ à dictis qualitatibus denominatiuè, aut aliquo alio modo dicuntur. § m *Atqui* Tex. 6. *contrarietas in qualitate eſſe videtur; iuſtitia namque contrarium eſt iniuſtitia, & albedini nigredo, & cetera eodẽ modo. Ea etiam, quæ ab ipſis qualia dicuntur, contraria eſſe videntur: vt iniuſtum iuſto, & nigrum albo. Non tamen in omnibus hoc eſſe videtur. Flauo enim aut fuſco, aut talibus coloribus, quæ quidem ſunt qualia, nihil eſt contrarium. Adhæc, ſi contrariorum alterum qualitas eſt, & reliquũ omninò qualitas erit. Hoc autem ita eſſe patet ex ſingulis prædicamentis: nam ſi iuſtitiæ contrarium eſt iniuſtitia, atque iuſtitia qualitas eſt, eſt & iniuſtitia. Nam eterorum prædicamentorum, neque quantum, neque ad aliquid, neque vbi, neque alterum quic-*

Concretorum qualitatis definitio.

l *Qualia verò ſunt*] Hæc eſt ſecunda pars capitis, in qua Philoſophus differt de quali, quod in plurali numero ſic definit. Qualia ſunt ea, quæ denominatiuè à qualitatibus, vel aliquo alio modo dicuntur. Denominatiuè dici eſt eadẽ voce, non verò eadem ratione à forma appellari, vt capite primo explicatum eſt: illud autem, vel aliquo alio modo ſignificat, ſubiectum aliquando non dici propriè denominatiuè à qualitate, vel quia nullum qualitati nomen impoſitum eſt, quo pacto pugiles, & curſores denominantur tales, à facultatibus naturalibus, quæ nominibus carent, vel quia licet qua-

Digitized by Google

litati nomen impoſitum ſit, ex eo tamen non deducitur concretum, quo ſubiectum appellatur: qua rõne probus & ſtudioſus dicuntur à virtute.

Monet Boetius, non eſſe reprehendendum Ariſtotelem, quaſi commiſerit circulum, dum prius qualitatẽ per quale, modò quale per qualitatẽ definit, contra ipſius præceptum 6. Topicorum cap. 3. hoc enim tunc vitio vertitur, quando id, quod definit aliud, & per ipſum definitur, eodem modo ſumitur, & eſt æquè notum, non verò, quando accipitur diuerſis conſiderationibus, quarum alia ſit notius, alia minus notum; quo pacto ſe habet quale in præſenti: nã quatenus qualitatem definit, ſumitur vt notius nobis, quatenus verò per qualitatem definitur, ſumitur, vt ignotius natura; nam cauſa natura ſua notior eſt, quam eius effectus.

Primũ qualitatis attributorum. Quõ conueniat.

m *Atqui contrarietas.*] In hac tertia capitis parte recenſet tria qualitatum attributa: primum eſt, habere contrarium; quod multis exemplis oſtendit conuenire qualitatibus, tũ concretè tum abſtractè ſumptis. Poſtea docet, non omnes qualitates habere contrarium, quod probat exemplo aliquarum qualitatum tertiæ ſpeciei, vt mediorum colorum. Idemque probare poſſet in omnibus alijs ſpeciebus; nam in prima non habent contrarium virtutes mediæ: in ſecunda omnes potentiæ cognoſcendi, & appetendi: in quarta nulla perfecta figura, vt circulus triãgulus, & cetera huiuſmodi cuiquã contrariantur.

quiequam omninò, niſi qualitas iniuſtitiæ accommodatur. Eadem & in ceteris, quæ ſunt in qualitate, contrarijs dici poſſunt. § n *At verò qualia ipſa gradus ſuſcipiunt, ac magis talia, minuſve dicuntur: album enim aliud alio magis minuſve dicitur, & iuſtum alio magis minuſve. Et ipſa etiam intentionem ſuſcipiunt: fit enim, vt album albius ſe ipſum dat. Non tamen omnia, ſed plurima conditionem hanc ſubire videntur. Nam dubitauerit quiſpiam, ſi magis minuſve iuſtitia dici poſſit, & de diſpoſitionibus etiam ceteris ſimili modo. Sunt enim qui de talibus contendunt: iuſtitiam nãque iuſtitia, aut ſanitatem ſanitate magis minuſve dici debere haud omninò dicunt. Sed aliud ſanitatem, iuſtitiam vè, aut Grammaticem, aut id genus diſpoſitionem magis, aliud minus habere concedunt admodum. Attamen ea, quæ hiſce qualia dicuntur, gradus ſuſcipere controuerſia ſuſcipiunt, magiſque talia, atque minus dicuntur: Iuſtior enim & ſanior alius alio dicitur, & in ceteris ſimili modo. Triangulus autem & quadratum, ceteraq. figura non videntur talem conditionem ſubire; nam ea quidem, quæ trianguli rationem circuliq. ſuſcipiunt, triãguli ſimiliter aut circuli ſũt omnia. Eorũ verò, quæ rationem hanc non ſuſcipiunt, nihil alio magis minuſve tale dicetur: non enim quadratum magis, quã altera ex parte logus, circulus eſt quippè cũ neutrum circuli ſubeat rationẽ: atque ſimpliciter, ſi non ſubeant propoſiti rationem, alterum altero magis tale minuſve minimè dicetur. Non ergo omnia qualia*

Videtur etiam hoc attributum non conuenire ſolis qualitatibus, cum Ariſtoteles illud tribuat actionibus; & paſſionibus, & traditurus extremum attributum dicat, nihil eorum, quæ deſignata erant, eſſe proprium qualitatis, hoc eſt, illi tantum conuenire, quare non habere contrarium nullo modo eſt proprium qualitatis.

Secundum attributũ, Quõ conueniat. Plato. Alexand. Boet. Alb. Mag.

n *At verò qualia ipſa*] Tradit ſecundum attributũ, nimirum, ſuſcipere magis & minus; quod primò oſtendit qualib. conuenire, ſiquidem vnũ album, vel iuſtum, non modò eſt magis album, & iuſtum, quam aliud, ſed etiã quã ſe ipſum in alio tẽpore. Subdit, non omnia qualia magis, & minus ſuſcipere, quod paulò infra probat exemplo figurarum: nam triangulum, quadratum, &c. nec reſpectu ſui, nec reſpectu aliorum, dicuntur magis, vel minus talia. De qualitatib. in abſtracto nihil reſoluit, ſed refert ſententiã aliorum, qui negabant, abſtracta ſuſcipere magis, & minus, inter quos fuit Plato, vt referũt Alexand. & Boetius hoc loco; Albertus tractatu de qualit. c. 9. ſed diſtinctione opus eſt, nã ſuſcipere magis, & minus, dupliciter cõtingit; primò

logicè,

logicè, quod tunc fit, cum aliquid prædicatur cùm aduerbijs magis, & minus: Secundò physice, quando, scilicet, forma in subiecto per additionem graduum perficitur. Quamuis igitur nulla qualitas in abstracto suscipiat magis, & minus, quia cum prædictis aduerbijs non prædicatur, omnes tamen, quarum concreta intenduntur, & remittuntur, magis, minusve suscipiunt secundo modo, quoniam in eodem subiecto magis perficiuntur.

Tertiũ attributum.

o *Similia autem*] Assignat tertium attributum, scilicet, qualitatem esse fundamentum similitudinis & dissimilitudinis, propriè videlicet, & per se; quod probat, solis qualitatibus cõuenire. Quo pacto insit omnibus, & qua ratione intelligendum sit, postea expendemus.

Obiectio.

p *Non autem perturbari*] Hæc est postrema pars huius capitis, in qua soluit Aristotel. quandam obiectionem, quæ ex collatione huius capitis cum superiori se offert. Dixit.n. cap. superiori, habitus, & dispositiones esse ad aliquid, nunc autẽ asseruit, esse qualitates, quæ videntur esse pugnantia. Huic obiecto duas adhibet solutiones; prima est habitus & dispositiones, quò ad genera, pertinere ad aliquid, quò ad singularia verò, id est, quò ad species, ad qualitatem spectare. Quod idem confirmat, quia dicimus quidẽ, scientiam esse alicuius rei scientiam, at Grammaticam esse alicuius Grammaticam non asserimus, nec Musicã esse alicuius Musicã, & sic in ceteris. Secunda solutio est non esse incommodum, eandem rem pertinere ad diuersa prædicamenta, si consideretur secundum plures rationes, quibus naturas diuersorum generum participet.

1. solut.

2. solut.

Contra superiores solutiones obiectio prima. Secunda. Tertia.

Multa opponi solent contra has solutiones; in primis, impossibile esse, superius pertinere ad vnũ prædicamentũ, & inferiora ad aliud, cum prædicamentũ includat totã seriem superiorũ, & inferiorum, & illius essentia in horum ratione includatur. Item: quemadmodũ se habent scientia, & habitus in communi ad obiectum commune, ita scientiæ, & habitus speciales ad propria obiecta; ergo si illa propter eum respectum sunt relata, hæc etiam relata esse. Denique in prædicamento non collocari nisi id, quod eius rationem participat; fieri autẽ non posse, vt eadem res simul habeat plures essentias: ergo nec in pluribus prædicamẽtis collocari. Hæc tamen facile diluuntur, si dicamus, Arist. in 1. solutione non asserere, scientiã, & habitũ esse vera relata de prædicamẽto ad aliquid; sed esse relata secũdũ dici, quę simpliciter sũt absoluta. Differimẽ verò inter cõmunia, & particularia in eo esse, quia nomina

Obiect. solutio 1.

qualia gradus suscipiunt, vt magis talia minusve dicantur. Eorum igitur, quæ dicta sunt, neutrum proprium qualitatis esse videtur. § o *similia autẽ dissimilia q; per qualitates solas dicuntur. Simile.n. quippiam cuipiam nulla alia profecto ratione esse videtur, quã ea, qua quale est. Quare propriũ qualitatis erit hoc, ipsa simile aiq; dissimile dici.* § p *Nõ autẽ perturbari oportet, si quispiam nos duxerit de qualitate tractantes complura eorũ, quæ sunt ad aliquid, cum qualitatibus ipsis enumerasse. Habitus enim, & dispositiones ad aliquid esse dicuntur; singularium verò nihil. Scientia namq; qua quidem est genus, hoc ipsum quod est alicuius dicitur esse: cuiusdam enim scientia dicitur: singularum verò scientiarum nulla id ipsum, quod est, alicuius dicitur esse: vt Grammatica non dicitur alicuius Grammatica, neq; Musica cuiuspiã Musica, nisi generis ratione ad aliquid, & ipsa dicantur. Grammatica enim alicuius scientia dicitur, non alicuius Grammatica: & Musica cuiusdã scientia, non cuiuspiam Musica. Quare singula non sunt, vt patet, ad aliquid; at quales singulis his dicimur: quippe cum & has ipsas habeamus. Scientes enim ex eo dicimur, quia singularum aliquas scientiarum habemus. Quare singula erunt qualitates, quibus & quales, qui eas habent, dicuntur. At ha non sunt ad aliquid, vt diximus. Præterea si quid idem, & quale, & ad aliquid, sit, in vtrisque ipsum generibus collocari, enumerarig; haud absurdum erit,*

Text. 8.

Text. 9.

CAP.

Digitized by Google

communia, scientia scilicet, & habitus significant etiã habitudinem secun-
Secunda. dum dici, quam nomina particularium non exprimunt. In secunda autem solutione dices, Philosophum locutum esse ex hypothesi, nimirum, si eadem res participet plures rationes formales, posse pertinere ad plures categorias, quod verissimum est; vtrum autem suppositio vera sit, non discutit, nos de illa postea disseremus.

QVAEST. I.

DE NATVRA, ET speciebus qualitatis.

ARTICVLVS I.

Essentia, & definitio qualitatis exponitur.

Impugnatur definitio qualitatis.

COntra eam descriptionẽ qualitatis, quam Aristoteles assignauit. Qualitas est id, quo quidam dicuntur, quales, est cõmunis obiectio; aut reddere subiectum quale significat affectionem à forma accidentaria, quæ prædicetur in quæstione quale est, aut aliquem peculiare afficiendi modum, propriumque effectum formalem huius prædicamenti; si primum, quadrat descriptio in omnia accidentium prædicamenta, siquidem omnia sic afficiunt substantiam, vt in quæstione quale est de illa enuncientur; Si secundum, non explicatur, in quo posita est ratio illius effectus, atque adeò ratio qualitatis. Eodem quippe modo definies quantitatem id, quo res dicuntur quantæ; relationem id, quo res appellantur relatæ; ergo descriptio non est accommodata ad prædicamenti naturam explicandam.

Alb. Mag. Discrimẽ inter qualitatem, & cetera accidentia.

Albertus Magnus in prędicamentis cap. 1. vt hanc difficultatem, & Philosophi definitionem explicet, aduertit, cetera prædicamenta accidentium instituta esse ad præbẽdum substantiæ determinatum aliquem afficiendi modum; qualitatem verò solum ad perficiendam substantiam; quod ostendit percurrendo singula. Nam quantitas est ad extendendum, relatio ad referendum, & sic in ceteris. Qualitas verò hoc vnum sibi vendicat, quod substantiam perficit; quod, inquit Albertus, expressit Aristoteles, cum describens qualitatem hoc solum ei tribuit, quod efficiat subiectum quale; quasi dicat, cetera accidẽtia aliquid speciale tribuere. Vnde patet responsio ad obiectionem; dandum est enim secundum membrum, ad cuius impugnationẽ, negãdũ est, æquè bene describi posse per similem orationem alia prædicamenta; quoniam non exprimeretur, qualis esset eorũ formalis effectus, vt exprimitur in qualitate; idem enim valet, esse id, quo res dicuntur quales, ac quo res absolutè, & in se perficiuntur.

Impugnationis dilutio.

Hanc expositionem sequũtur alij Interpretes, expressitque D. Tho. 1. quæst. 49. art. 2. cum dixit, qualitatẽ esse modum substantię determinantem illius potentiam accidentalem, id est, ad formam accidẽtalem: quasi dicat, propriũ esse qualitatis actuare potentialitatẽ, quam habet substantia, vt ab accidente perficiatur. Capacitas namque substantiæ ad cetera accidentia non est ita vniuersalis, & quasi indeterminata ad solam perfectionem recipiẽdam, sed certis quibusdam perfectionibus addicta, nimirũ, vt extendatur, vt referatur &c. Quare non recipimus Caietani cõmentum ad illum locum D. Thomę; existimat enim, per determinationem accidentalem intelligi propriã determinationem qualitatis, ex libera vsurpatione D. Thomæ non ob specialem rei naturam.

Qualitas simpliciter substantiam perficit. D. Thom.

Caietan.

Nihilominus propositus discursus non plenè satisfacit, quoniam, etsi quædam qualitates ad hoc solum institutæ videantur, vt substantiam exornent, plurimæ tamen sũt, quæ

Præcedẽs explicatio reijcitur.

Digitized by Google

quæ ad illius conſeruationem, operationemq. aut conducunt, aut omninò depoſcuntur; quales ſunt diſpoſitiones formam ſubſtantialem conſeruantes, vt calor, frigus, & ceteræ primæ qualitates: potentiæ actiuæ, vt intellectus, appetitus, vis nutriendi, & augendi, ceteraq. eiuſmodi. Qua de cauſa Albertus M. eodem loco addidit, qualitatem conceſſam eſſe ſubſtantiæ, non ſolum ad perficiendam eius potentialitatem, ſed etiam ad munus agendi, & patiendi; quod fecerat ante illum Auerroes hoc loco. Vnde Ariſtotelis definitionem ſic interpretabimur, vt, cum ait, per qualitatem res dici quales, intelligat, ſubſtantiam dici perfectam tam in exiſtẽdo, quã in operando.

Alb. Mag.

Auerr.

Ariſt. definitio exponitur.

Propria qualitatis deſcriptio explicãtur.

Vel certè hanc manifeſtiorem deſcriptionem colligemus. Qualitas eſt ens complens, & perficiens ſubſtantiam creatam in eſſendo, vel operando. Cuius explicatio perſpicua manet ex dictis; prima enim pars excludit à definito omnia, quæ non ſunt entia prædicamentalia; ſecunda cetera omnia prædicamenta, quia ſubſtantia non ornat ſeipſam, vel ad operationem diſponit tanquam principium quo; quãtitas autem inſtituta eſt ad extenſionem; relatio ad tendentiam in extrinſecum; cetera verò, aut ſunt viæ potius ad perfectionem, quam perfectiones ſubſtantiæ, vt actio, & paſſio, aut ſubſtantiam iam perfectam, & abſolutam conſequuntur, vt, Vbi, Situs, Duratio, & Habitus. Non expreſſimus in deſcriptione, quod Albertus dixit, qualitatem eſſe inſtitutã ad patiendum: quoniam, etſi aliquæ qualitates recipiãt in ſe alias, cuiuſmodi ſunt potentiæ cognoſcẽtes, & appetentes, nulla tamen eſt in toto genere, quæ ad recipiendum tantum ſit deſtinata, vt conſideranti erit manifeſtum: quo circa ſub illa diſiunctione omnes ſufficienter comprehendũtur.

Albert.

ARTICVLVS II.

Num bene diſtributa ſit qualitas à Philoſopho in quatuor ſpecies.

Diuiſit Ariſtoteles qualitatem in quattuor partes ſubiectas; ſcilicet, in habitum, & diſpoſitionem; naturalem potentiam, & impotentiam; patibilem qualitatem, & paſſionem, formam, & figuram. Circa quam partitionem duo explicanda ſunt in hoc articulo. Primum, an diuiſio ſit exacta? Secundum, quo pacto illius membra inter ſe differant, eſſentialiterne, an accidentaliter? Quod ad primum attinet; nullus eſt alicuius nominis Theologus, aut Philoſophus, qui propoſitam diuiſionem vti adæquatam, nõ recipiat; in ratione verò, qua illam confirmant, pauci conueniunt. Prætermiſſis alijs duæ ſunt celebriores: primã affert Scotus hoc loco, quæſtione prima, qua ferè vtuntur Simplicius, & Ammon. ibidem. quæ ſic habet. Qualitas aut eſt in ſola ſuperficie corporis, aut intus; ſi primum, eſt quarta ſpecies forma, & figura; ſi ſecũdum, vel eſt ſenſibilis ſenſu externo, vel non, ſi eſt ſenſibilis, eſt patibilis qualitas, & paſsio, qua conſtituunt tertiam ſpeciem; ſi nõ ſentitur ſenſu externo; aut eſt inſita à natura, & eſt ſecunda ſpecies, naturalis, ſcilicet potentia, & impotẽtia; aut acquiſita, & eſt habitus, ac diſpoſitio, quib. prima ſpecies coaleſcit.

Quadrimẽbris diuiſio à nullo reijcit.

Collectio Scoti proponitur.

Scotus.

Simplic.

Ammon.

Hæc colligendi ratio optimè defendi poteſt, & ad ſecundam huius articuli dubitationem eſt admodum vtilis; quia ſi conditiones in ſingulis membris aſsignatæ diligẽter inſpiciantur, nulla res poterit ad plures ſimul ſpecie pertinere. Quod verò obijci ſolet, pulchritudinẽ, & colores in ſola ſuperficie exiſtere, & tamen illam collocari ab Ariſtotele 7. Phyſic. cap. 3. in prima ſpecie, hos verò ab eodẽ, & ceteris Philoſophis in tertia reponi; hoc inquã: nullius momenti eſt; quoniam pulchritudo non eſt ens vnius eſſentiæ, ſed per

Ariſtot.

Digitized by Google

accidens compoſitum exacta membrorum compoſitione, cum quadam colorum ſuauitate, vt habes lib. 2. de generatione, c. 8. quæſt. 3. a. 3. nec ab Ariſtotele adducitur, niſi loco exẽpli; colores autem in medio etiam corpore exiſtunt, vt traditur ſecundo de anima, c. 7. quæſt. 1. Illud ſolũ in hac ratione diſplicet, quia colligit qualitatis ſpecies ex conditionibus prorſus accidentarijs, cuiuſmodi ſunt ſentiri ſenſu externo, eſſe in vltima ſuperficie, vel intra corpus, &c.

Cur Scoti collectio non probetur.

Quare D. Tho. 1. 2. q. 49. ar. 2. confutata hac ratione, prout à Simplicio proponitur, ſecundam affert in hunc modum. Qualitas eſt modus ſubſtantię accidentarius, qui vel cõparari poteſt cum natura ſubſtãtiæ, vel cum eius actione, & paſſione, vel denique cum quantitate. Si conferatur cum natura ſubiecti, quatenus illi eſt conueniens, aut diſconueniens, efficit primam ſpeciem; ſi cum eius actione, & paſſione, vel eſt actionis, & paſſionis principium, & conſtituit ſecũdam ſpeciem, vel eſt terminus, & creat tertiam. Sic exponit hoc membrum Caietanus hoc loco, & recipiunt aliqui Thomiſtæ. Nam D. Tho. indiſtinctam reliquit ſecundam, & tertiam ſpeciem. Demum, ſi comparatur cum quantitate, efficit quartam ſpeciem formam, & figuram continentem.

D. Thom. collectio explicatur.

Caietan.

D. Thom.

Multa obijci ſolent aduerſus hãc collectionem duo ſunt præcipua: alterum eſt, ex ea ſequi, eandẽ qualitatem ſub diuerſis conſiderationibus ad plures ſpecies pertinere, qd fieri non poſſe in ſecunda huius articuli parte oſtendemus; Sequela eſt manifeſta, quia calor V. c. eſt qualitas igni conſentanea, & terminat motum alterationis; ergo ſub prima ratione erit diſpoſitio; ſub ſecũda patibilis qualitas. Alterum, quod obijcitur, eſt, tertiam ſpeciem non explicari adæquatè per terminum actionis; vel enim ſignificat, omnes qualitates illius ſpeciei fieri per motum ſtrictè ſumptum, qui nimirum ſucceſſionem habeat, & ſubiectum propriè mutet: vel per motum latè ſumptum, vt complectitur mutationem inſtantaneam, & ſubiectũ impropriè immutantem. Sed neutrum horum dici poteſt; ſi namque proprius motus requiratur; & repugnatur Ariſtoteli hoc capite aſſerẽti, non omnem patibilem qualitatem per paſsionem fieri; & excluditur ab ea ſpecie lumen aeris ſola mutatione productum: quod commuui, & veræ ſententiæ contradicit. Sin motus impropriè dictus ſufficit, multæ diſpoſitiones ad tertiam ſpeciem pertinebũt, quia per actionem momentaneam fiunt, vt termini actionum ſenſus & appetitus. Accedit, hanc conditionem eſſe planè extraneam naturæ qualitatis, & minimè adæquatam ad illius naturam explicandam; licet enim ſolæ qualitates ſint termini alterationũ; tamen nec omnes, nec ſolæ, quæ in tertia ſpecie collocantur, ita fiunt, vt proxima ratione mutato nomine motus in alterationẽ cõcludi poteſt.

Impugnatur primo.

Impugnatur ſecũdo.

Impugnatur tertio.

Propter hæc excogitanda videtur alia colligendi ratio, quæ ex cõditionibus qualitati magis internis, & in eadem ſpecie manifeſtius repugnantibus procedat; vt præcedentium collectionum vitia declinet: id verò vt habeat, ex qualitatis deſcriptione ſuperiori articulo à nobis tradita inchoanda eſt: igitur, cũ dixerimus, rationem qualitatis in eo ſitam eſſe, vt ſit complementum, perfectioque ſubſtantiæ, tam in eſſendo, quàm in operando, neceſſe eſt, omnem qualitatem ſubſtantiæ aduenire, aut propter eius eſſe, aut propter operationem: ſi propter operationem, aut aduenit, vt principium, aut vt eius terminus: rurſum, ſi vt principium, (loquimur de proximo, nam remotum eſt ipſa ſuoũtia) aut eſt primum, & regulariter ab ipſa natura inſitum, aut ſecundũ, & extrinſecus aduenies, ſeu acquiſitũ: ſi natura inſitũ, conſtituit ſecundam ſpeciem, ſcilicet naturalem potentiã; ſi ab extrinſeco proueniens, cõſtituit primam ſpeciem ex parte, nimirũ quò ad habitum; nam alterã eiuſ-

Vera, & Germana colligẽdi ratio proponitur.

eiusdem speciei pars est dispositio continens terminos operationum, qui ipsarum tantum operationum gratia sunt, quales sunt cognitionũ, & appetitionum termini: reliqui enim, qui propter operationes non sunt, ad sequentes species spectant. Si ergo qualitas substantiæ aduenit propter eius esse complendum, & perficiendum, vel est terminus extensionis illius, & constituit quartam speciem forma, & figura contentam, quocunq; tandem modo hæ à quantitate distinguantur; vel est substantiæ dispositio eam fouens, conseruãs & exornans, (etto alioqui operatiua sit) & efficit tertiam speciem, quæ passibilis qualitas, & passio appellatur. Hæc colligendi ratio ex eo probata relinquitur, quia ex conditionibus qualitati maximè internis, videlicet, ordinari ad esse, vel ad operationẽ, procedit; & hinc inter singulas species essentiale discrimen constituit. Ceterum, quæ qualitates naturales, & supernaturales iuxta illam in singulis speciebus collocentur, in Metaphy. ostendendum est.

1. Sentẽtia affirmans, quattuor qualitatũ paria non esse veras species. Alb. Mag.

Quod attinet ad secundam articuli partem, de discrimine harum qualitatum. Veteres quidam, quorum meminit Albertus Magnus hoc loco cap. 3. existimarunt, has non esse veras qualitatis species essentialiter dissidentes, sed quosdam qualitatis modos, quibus alij similes facilè excogitari possint. Id primò ostendunt Aristotelis authoritate, qui cum initio huius capitis dixisset, qualitatem multis modis dici, his quattuor recensitis, subijcit, aliũ fortasse modum inueniri posse, sed quos enumerasset, in vlu maximè esse. Secundò, quoniam vna qualitas secundum essentiam multas illiusmodi appellationes participat. Verb. cau. calor, vt ignem in suo esse conseruat, est passibilis qualitas, vt operatur, secunda, vt subiecti naturæ consentaneus, prima. Eandem sententiam defendit Scotus quæstione prima huius prædicamenti, & in 4. dist. 6. quæst. 10.

Scotus.

Sit nihilominus prima assertio. Qualitas in communi diuiditur immediatè in aliquas partes subiectas, tanquam in veras species essentialiter dissidentes; hanc nullus, qui qualitatem verum genus summum à ceteris diuersum agnoscit, negare potest; nullum quippe genus est, quod per essentiales differẽtias oppositas non diuidatur in species ijsdem differentijs constitutas; ergo si qualitas genus summum est, aliquas habeat species essentia discrepantes necesse est. Nec responderi potest, qualitatem quidem esse naturam vnuocam, & communem, sed eius inferiora non esse diuersas species, sed indiuidua, quoniam in nullo prædicamento sunt manifestiora specificæ diuersitatis indicia, quam in qualitate, quod omnium sensuum iudicio relinquendum est.

Contraria sentẽtia approbanda.

1. Assert.

Secunda assertio: Quattuor enumerata membra sunt veræ & immediatæ species qualitatis. Totam assertionem satis expressit Aristoteles in contextu, dum hæc modò genera; modò species appellat; sequuntur communi consentu omnes Interpretes; quod confirmatum relinquitur eadem ratione, qua sufficientiam diuisionis ostendimus. Et confirmatur, quoniam nulla est diuisio ex ijs, quæ ab alijs afferuntur, quæ pluribus incommodis obnoxia non sit. Controuersia tamen est, an differentia harum specierũ sit solum formalis, vel etiam realis. Primum enim defendunt communiter Thomistæ cum suo Autore loco 1. 2. citato ad primum; & probant argumentis initio propositis. Deinde probari potest à maiori; nam eadem res sub diuersis formalitatibus pertinet ad diuersa prædicamenta: ergo pertinere poterit ad plures eiusdem prædicamenti species. Antecedens patet in Vbi, & Situ, qui est vnus, idemque modus; & in probabili sententia relatio sola ratione distinguitur à fundamento, & in prædicamento longè diuerso constituitur.

2. Assert.

Arist.

Formale esse harũ specierum discrimen, cõtendunt Thomistæ.

Communiter tamen inter Recentiores sentẽtia agnoscit inter prædictas species distinctionem realem, quæ

Reale esse agnoscẽdũ cõfirmat.

Digitized by Google

Duplex distinctio formalis, vna à parte rei, alia per intellectum.

quæ vt probetur, aduertendum est, duobus modis considerari posse distinctionem formalem, seu essentialem inter has species cum identitate reali. Primò cum distinctione actuali, veluti si vna species sit quasi fundamentum, & essentia principalis; alia modus illi annexus, siue illum appelles formalitatem, siue modum tantum; quo pacto in vulgari sententia distinguitur figura à quantitate. Secundò cum sola distinctione virtuali, quam esse diximus inter gradus Metaphysicos eiusdem singularis. Igitur nullam harum distinctionum reperiri inter prędictas species sic ostenditur: Species alicuius generis æquè primò illud patiuntur, vt cum Aristotele in post prædicamentis ostendemus: sed si vna esset modus alterius, necessariò illam supponeret; ergo nequiret simul cum illa genus diuidere. Præterea calor secundum eandem formalitatem est qualitas patibilis ignem conseruans, & virtus actiua; ridiculum enim fuerit, existimare calorem reddi proximè actiuum per modum superadditum, quod tamen si fieret, non rectè diceretur, calorem poni in secunda specie, sed modum caloris, quod nec Thomistæ concedent. Iam verò sola distinctio per rationem est planè impossibilis, quia, cum probatum sit, diuersas species constitui diuersis differentijs specificis, necessarium esset, vt in illa reperirentur eiusmodi differentiæ continerentur; aut ergo omnes essent de illius essentia, aut vna tantum, & aliæ accidentariæ. Primum fieri non potest; cum vna essentia constare nequeat oppositis differentijs. Secundum est falsum, tum ob rationem factam in priori membro, tum quia nulla est maior ratio, cur vna potius differentia sit essentialis, quam alia.

Neutra in dictis speciebus locũ habet.

Dilutio rationis pro opinione Thomist. Soluuntur argumẽta

Vnde patet solutio rationis aduersæ partis; ex eo enim, quod vnum prædicamentum sit forma, modusve alterius; aut ab eo sola virtute distinguatur, non sequitur vllum incommodum, cum sub vno genere non collocentur, & alioquin apparerent in eadẽ forma diuersi effectus formales; quanquam, quod de Vbi, & Situ dicitur, postea magis est explicandum. Ad primum ergo argumentum contra specierũ distinctionem respondemus; Aristotelem non idcirco dixisse, alium modum qualitatis posse reperiri, quia id sibi persuaserit, vt Boetius, & Simplicius opinantur, sed quò insinuaret, alium diuisionis modum excogitari posse; quem ille, vt non approbauit, ita in medium afferre noluit. Ad secundum negamus, vllam esse qualitatem, quæ spectatis omnibus cõditionibus in nostra collectione annotatis plurium specierum rationem subeat. Nec Arist. aliud docuit, cum calorem in pluribus numerauit: vsus enim exemplorum liber est, nec semper veritatem deposcit.

initio proposita.

1.

Aristot.

2.

ARTICVLVS III.

Quo pacto quatuor qualitatum paria inter se differant.

SECTIO ARTIC. I.

De habitu, & dispositione.

1. opinio. Habitum, & dispositionẽ accidentaliter differre asseuerat. Boet. Ammon. Alb. Mag. Aegid. Scotus. D. Thom. Alensis. Louaniẽs.

SIngulas qualitatis species gemi-nis vocabulis affecit Aristoteles. Sed num solę voces, an res etiam per illas significatæ diuersæ sint, non satis explicuit; vnde varię Autorum sententiæ extiterunt, & in primis circa primam speciem Boetius, Ammonius, Albert. Magnus, Aegidius, Scotus hoc loco, D. Tho. q. 7. de malo, artic. 4. Alens. 4. p. q. 9. membro 3. Louanienses, & multi Recentiores existimant, accidentaliter tantum differre, quod probatur primò ex Aristotele asserente in hoc capite, habitum, & dispositionem esse vnã speciem, quod falsum esset, si specie differrent. Deinde aut, dispositionem temporis diuturnitate fieri habitum. Nemo autem existimauit, vnam speciem commigrare in aliã. Denique distinguens habitum à dispositione, hoc statuit discrimen, quod

Probat 1.

Digitized by Google

quod habitus difficilius à subiecto dimoueatur, dispositio facilius; quæ differentia planè est accidentaria, visiturque in eodem calore, qui à lapide facilè abijcitur, ab igni perdifficilè. Secundò esse facilè, & difficilè mobile à subiecto, nec separat omnem habitum à dispositione, nec solum. Primum probatur, quia vitium dici solet dispositio: Virtus verò habitus, & tamen illud non rarò altius inhæret, ægriusque expellitur, quam hæc. Secundum patet in exemplo caloris ad tertiam speciem pertinentis.

2. Opinio specificũ discrimen inter habitum, & dispositionẽ agnoscit. D. Thom. Caiet.

Opposita sententia asseuerãs, habitum, & dispositionem specie distingui, continerique sub vno genere subalterno, quod (vt colligitur ex Aristotele cap. 12. huius lib. & 2. Topicorum cap. 2.) appellari potest dispositio; traditur à D. Thom. 1.2. quæst. 49. art. 2. & ab eius sectatoribus asserentibus, eam esse magis consentaneam Aristoteli; quod multis indicijs ex hoc capite desumptis, probant idem D. Thom. 1.2. quæst. 50. art. 1. & Caietan. hoc loco, illud manifestius, (quod in textu continetur) scientiam esse habitum; & si quis ea mediocriter addidicerit; quod verum non esset, si penes perfectum, & imperfectum tantum differrent; illius præcipuum fundamentum, & ab omnibus approbatum est, quod iecit Aristoteles, habitum difficulter abijci posse à subiecto, dispositionem facilè; quod sic exponit D. Thom. illa quæst. 49. 1.2. vt nolit Aristoteles, hoc solum differre has species, vt vna diutius, quã altera duret, ægriusque dejciatur; sed quod has conditiones ex natura sua sibi vendicent; hoc enim satis indicat essentiæ diuersitatem; neque enim eadem species natura sua vendicare sibi potest adeò oppositas conditiones.

Cõfirmat Philosophi auctoritate, & ratione.

Proponũtur variæ habitus acceptiones.

1. Acceptio.

Vt hãc partem explicemus, aduertendum est, nomina habitus & dispositionis multifariã sumi; habitus primò accipitur pro actu, habendi aliquid, qui quasi interiacet inter habentem, & rem habitam, hanc affert Aristoteles 5. Metaph. cap. 20. & 23. hoc lib. c. 9. & 14. in quibus locis varias quasi species huius habitus assignat; inter quas illa constituit prædicamentum, qua significat actũ habendi circumpositum ornamentũ. Secundo modo sumitur precisè qualitate producta per nostros actus ad illosq. inclinante; in qua significatione definitur ab Arist. 9. Metaph. cap. 5. potẽtia medijs actibus acquisita. Tertio demum accipitur latius pro qualitatibus primæ speciei, vbi duplicem adhuc vsum habet, nũc. n. sumitur pro illa prima specie communissimè sumpta, sub qua vsurpatione definitur ab Arist. in lib. 5. Metaph. c. 23. hoc modo; habitus est dispositio, secundum quam benè, vel malè disponitur subiectum. Nunc verò pro specie contra diuisa à dispositione, qua acceptione vsus est Philosophus in præsenti, in qua sic definitur. Habitus est qualitas benè, vel malè afficiens subiectum, quę difficulter abijci potest.

Secunda.

Aristot.

Tertia.

Trifariam accipitur dispositio.

Dispositio quoque tribus modis præter alios accipi solet; vno latissimè, pro quacunque forma subiectũ afficiente; quo sensu vulgo dicitur res esse hoc, aut illo modo dispositа, id est, affecta. Secundo nimis precisè pro forma præparante subiectum ad vlteriorem perfectionem. Cuius acceptionis vsus frequentissimus est in Physica, cum agitur de præparatione materiæ primæ ad formã substantialem. Tertio vsurpatur medio quodam modo pro solis qualitatib. primæ speciei, vbi etiam bifariã sumitur; aliquando enim significat illud genus subalternum, sub quo est habitus, & dispositio, vt diximus ex Aristotele, & Albertus, & alij Veteres tradiderunt; aliquando verò pro specie cõtra diuisa ab habitu, quæ sic describitur. Dispositio est qualitas benè, vel malè afficiens subiectum, quæ facilè abijci potest. Tribuitur speciatim huic primæ speciei benè, vel malè afficere subiectum, non solum, quia omnis virtus, ac vitium, in quibus est bonum, & malum morale, in ea continetur; quamuis inde

Alb. Mag.

Dispositionis definitio, prout ab habitu distinguitur.

for-

Digitized by Google

fortaſsè deriuata ſit hæc appellatio, vt colligitur ex Ariſtot. 5. Metaph. c. 14. ſed etiam, quia per hanc ſpeciē diſponitur ſubſtantia, vt diximus, circa operationes, ad quas quoniam vltimò quælibet res à natura deſtinatur, meritò iuxta modum, quo ſe ad illas habet, abſolutè, & quaſi per antonomaſiam rectè, aut prauè diſpoſita nuncupatur.

Quæſtionis reſolutio.

His animaduerſis aſſerimus cum D. Tho. eſſentiale, & ſpecificum diſcrimen inter habitum, & diſpoſitionem inde colligi, quod ille per ſe, & natura diuturnior ſit, hæc per ſe minus diuturna, & facilior, vt à ſubiecto expellatur; ſeu, vt vulgò hodie vſurpatur, quod habitus vendicet ſibi cauſas difficilis expulſionis, diſpoſitio cauſas facilis expulſionis. Verum, quæ ſint eiuſmodi cauſæ, quibus quaſi notis hæ ſpecies ſeparentur, variè ab autoribus explicatur. Caiet. & Sotus hoc cap. intelligere videntur hoc commune aſſertum de cauſa formali externa; dicūt enim, ſcientiam eſſe habitum, & difficulter mobilem, quia nititur primis principijs, & lumine intellectus, quæ deficere non poſſunt. Opinionem verò eſſe diſpoſitionem, & facilè mobilem ob imperfectionem medij aſſentiendi. Verum hęc explicatio primò nō eſt vniuerſalis, quia ſolum procedit de habitibus animi, ijsque complexis. Nam ſpecies, & ſimplices apprehenſiones non habent rationem obiectiuam fallibilē, vel infallibilem. Secundò, non eſt vera, quoniam ijſdem principijs, & lumine intellectus fulcitur actus ſciendi, quibus habitus, & tamen ille ex ſe, facilè abijcitur.

D. Thom.

Quæ ſint cauſæ facilis & difficilis expulſionis.

Caietan. Sotus.

1. opinio.

Refellitur 1.

2. Alij recurrūt ad cauſam materialem, docentque, habitum difficulter abijci, quia eſt conſentaneus naturæ ſubiecti; diſpoſitionem verò facilè, quoniam eſt improportionata. Sed non attendunt, æqualem, vel maiorem, proportionem habere cum anima rationali actum ſcientiæ, aut virtutis, quam habitum. Quare alij cōtendunt. cauſam eſſe negatiuam, carentiam ſcilicet, contrarij, haucque attuliſſe D. Thom. Quaſi verò nullus habitus contrarium habeat, & omnis diſpoſitio illo prædita ſit, cū oppoſitum maiori ex parte contingat, vt conſideranti patebit. Sunt demum è Recentioribus, qui ad cauſam finalem confugiant; quia, inquiunt, omnis habitus inſtitutus eſt, vt ſimul cum potentia aliquid operetur, conſtans eſt, & minimè labilis. Diſpoſitio verò, quia non eſt principium, ſed terminus actionis, fixa non eſt, nec immutabilis. Verum hi numerare coguntur inter habitus omnes ſpecies intentionales, quæ pendent in fieri, & conſeruari à cauſa. Gratiam verò, & characteres inter patibiles qualitates, quæ à communi ſententia abhorrent.

Reijcitur.

Duo alij dicēdi modi confutantur.

Dicendum igitur exiſtimamus; etſi probabile ſit, habere cauſas prolixæ, vel anguſtæ durationis non ſumi pro veris cauſis, ſed pro internis principijs qualitatis, ita vt illa dicatur habitus, quæ natura ſua ſibi vendicat permanentiam: illa diſpoſitio, quæ op poſitum poſtulat. Nihilominus hoc cōmune dictum intelligi poſſe, de cauſis efficientibus, ſi rem ad hanc normam exponamus. Omnis qualitas primæ ſpeciei, quæ pendet ab efficiente ſolum in fieri, ſiue conferat ad inchoandam, ſiue ad terminandam actionem, eſt habitus: Ea verò, quæ & in fieri, & conſeruari dependet, eſt diſpoſitio. Hæc expoſitio in primis nullam habet repugnantiam cum ſentētia Ariſtotelis. Deinde conſtituit apertum diſcrimen inter has ſpecies; docet enim experientia, nulla eiuſdem ſpeciei individua ſic affecta eſſe, vt vnū poſſit durare remota cauſa, alterum non poſſit.

Vera opinio proponitur, & confirmatur.

Demum concordat cum vulgari enumeratione rerum, in vtraq; ſpecie exiſtentium. In habitu enim reponūtur omnes ſpecies impreſſæ intellectus, & ſenſuum internorū, excepto communi; omnes artes, ſcientiæ, & virtutes habituales; omnes demum qualitates in animo, vel corpore, ex actuum frequentatione relictæ. In diſpoſitione collocantur ab

Quæ ſub habitu cōprehendātur.

Auto-

Digitized by Google

Quæ sub dispositione collocentur.

Autoribus omnes termini cognitionum,& appetitionum;species intentionales sensuum externorũ, & cõmunis, qualitates productæ in medio à magnete, succino & torpedine; influxus cęlestes, & impulsus, quæ omnia pendent à suis efficientibus in fieri, & conseruari; tametsi impulsus non eodem rigore, quo cetera: hanc enim limitationem habitui,& dispositioni in nostra collectione addi volumus, vt ille in fieri & conseruari à sua causa non pendeat, hæc verò maximè.

Explanantur Arist. loca in 1. arg. adducta.

Ad loca Arritot.pro contraria sententia respondetur, in primo appellasse habitum, & dispositionem vnã speciem subalternam; quia in illa conueniunt,quo sensu dixit Porphyrius, plures homines participatione communis esse vnum hominem. Secundus nihil aduersum nos cõtinet; neq; docet,dispositionem diuturnitate fieri habitum, sed quasi habitũ, scilicet ob diuturnitatem. Quod si opponas,in nostra opinione, nec in sensu proposito verã esse posse Philosophi sententiam,quia nulla qualitas pendens in fieri, & conseruari à causa modum habitus cõsequitur, semper enim remota causa euanescit.Respondebimus primò; Aristotelem illud nõ docuisse, nisi in qualitatibus, quas adduxerat loco exempli,veluti in ægritudine,& sanitate, quæ ad hanc speciem non pertinent. Verum, quia alijs in locis verisimile est, ipsum in qualitatibus huius speciei idem docere, respondemus secundò, illam dispositionem, cuius causa naturaliter ab operando non cessat, habere modum habitus, vt sunt iuxta probabilem sententiam termini amoris, & cognitionis Angeli de seipso. Ad tertium iam diximus,differentiam non esse facilè,vel difficulter abijci, sed ex natura sua, & propria causa id habere, quod nõ conuenit calori, qui alio quoque titulo ab hac specie exulat.

Obiectũ.

Dilutio 1.

Soluitur 2. argum.

Ad secundum argumentum, negãda est vtraque pars antecedentis; ad probationem primæ negandum etiã est, vitium, & errorem non esse habitus,cum non pendeant in fieri, & conseruari, quod expressit Aristoteles 7. Phys.cap.3. vbi ait, habituum quosdam esse virtutes, quosdam vitia, quod ijdem penè verbis docet D.Tho.1.2.q.54.art.3. & q.51.artic. 3. ait, habitus intellectus alios esse opinatiuos, alios scientificos; opinio verò aliquando est error; eadem est sententia Alberti Magni c. 2. vbi pro se non obscurè adducit Auerroem 3.de anima, comment.18. Ad probationem secundæ partis fatemur,facilè,& difficilè mobile eo modo explicata,si latissimè accipiantur, reperiri etiam in alijs prædicamentis. Verum, cum applicantur huic speciei, sumuntur, vt cadunt in qualitates insensibiles, & ad actionem aliquo modo pertinentes.

Arist.

D. Thom.

Alb. Mag.

SECTIO ARTIC. II.

De ceteris tribus complicationibus.

Tres vltimæ cõplicationes accidentaliter discriminantur.

SIt vnica conclusio: tres vltimæ complicationes accidentario tãtum discrimine separantur. Est omnium communis sententia,quam oportet figillatim confirmemus. Potentiæ igitur vocabulum tribus accipitur modis; primò latissimè pro omni forma,ratione cuius non repugnat aliquis actus, siue producẽdus, siue recipiendus, qua significatione extenditur nomen potentiæ ad non repugnantiam, etiam ad actum supernaturalem, qualis est in aqua ad producendam gratiam, & in anima ad illam recipiendam;quam etsi vocant potentiam logicam; non est, quia pertineat ad hunc locum, vbi agimus de solo ente reali, sed quia appellatione tantum est potentia. Secundo modo sumitur magis presse, pro quacunque reali vi agendi, vel patiendi; siue sit accidens, siue substantia; vbi comprehenditur potentia Dei actiua,& vis formæ,capacitasque substantialis materiæ. Tertiò denique, & strictius pro virtute proxima, qua agens creatum operatur, quæ perpetuò est accidens, vt habetur

1. Potẽtiæ acceptio.

2.

3.

Digitized by Google

habetur 2. Phyſ. c. 7. q. 18. imò qualitas, vt traditur q. 19. Verum non dicitur potentia in hac vſurpatione de quacunq; qualitate operatiua; alioqui multæ qualitates tertiæ ſpeciei ſub potentia cõtinerentur, vt calor, frigus, &c. Sed de illa tm̃, quę intuitu ſolius actionis à ſubiecti natura prouenit quę proinde meritò definitur, Qualitas inſita à natura ad ſolã operationem, per cuius primam partem excluditur prima ſpecies, per ſecũdã tertia, in qua reperiuntur multę qualitates actiuæ, & à ſubiecto prouenientes; ſed per ſe formaliter conferunt ad ſubiecti ornatũ, vel cõſeruationẽ, non verò ad puram actionẽ.

Potentiæ definitio, prout eſt ſpecies qualitatis.

Tripliciter impotẽtia vſurpatur.

Impotẽtia tria ſignificare poteſt; primò carentiam potentię ad aliquẽ effectum. Secundò imbecillitatẽ poſitiuam ad aliquid efficiendum, qualis eſt habitudo ingenij, aut valetudinaria complexio. Tertio ſignificare poteſt vnam potentiam realẽ cõparatam ad actus alterius potentiæ, quorum reſpectu impotẽtia dici poteſt, quatenus eos producere non valet; quo ſenſu potentia audiendi dicitur impotentia videndi, & hęc impotentia odorandi, &c. Ex quibus iã licet oſtẽdere, impotentiam non eſſe veram ſpeciem qualitatis à potentia diſtinctam. Nam in prima ſignificatione eſt negatio, in ſecunda verò ſolum differt à potentia ſecundũ magis, & minus; quia ingeniũ magis perſpicax eiuſdem eſt ſpeciei cum tardiori, & viſus pueri cum viſu ſenis, cum ille potentia, hic impotẽtia appelletur. Minus adhuc differt impotentia in tertio ſignificato, quia viſus non habet aliquam ſpecialem rationem, propter quam dicatur impotentia audiendi, ſed ex propria eſſentia, qua conſtituitur in eſſe potentiæ videndi, vendicat ſibi non inclinare in actus audiendi. Igitur impotentia nullo modo conſtituit ſpeciẽ à potẽtia diſtinctam, ſed eadem vis, quatenus imbecillior eſt, impotentia dicitur, & in eadem ſpecie collocatur, non ſub ratione impotentiæ, quæ nihil reale eſt, ſed vt potentia, cui annexus eſt ille defectus. Sunt in hac ſpecie omnes potentiæ vitales, multæ virtutes herbarum, & lapidum occultæ, vt virtus reſidens in Magnete, in Succino. An detur aliqua potentia purè paſſiua, alibi dicendum eſt; interim pars negatiua magis approbatur.

Probatur concluſio in tertia ſpecie.

Inter patibilẽ qualitatem, & paſſionem, eſt expreſſa ſententia Ariſtotelis in contextu, eſſe diſcrimen accidentarium; idque, oſtendit in rubro colore, qui cum ſemper ſit eiuſdẽ ſpeciei, ſi tamen eſt in aliquo à nativitate, dicitur patibilis qualitas. Si repentinus ex verecũdia, vocatur paſſio. Differunt.n. hæ qualitates, autore Philoſopho, eo ſolum, quod vna plus, altera minus duret; quæ diuerſitas præcisè ſumpta eſſentialis eſſe non poteſt. Dixi mus, præcisè sũpta, quoniam habere ex natura vim diu permanendi, aut facilè tranſeundi, eſſentię diuerſitatem induit, vt in prima ſpecie vitium eſt. Sed ex doctrina ibidem tradita ſic obijcies. Sufficiens indicium eſſentialis diſcriminis inter habitum, & diſpoſitionẽ eſt, qđ ille pendeat à ſua cauſa ſolum in fieri, hęc in fieri, & conſeruari; Sed hoc ipſum viſitur in hac ſpecie; nam lumen, & ſonus, quæ ſunt paſſiones, pereũt amota cauſa; calor, & frigus, & reliquæ patibiles qualitates ſemel productæ ſine cauſa diu conſiſtunt; ergo diſtinguuntur ſpecie.

Obiectio.

Reſpondemus, illud indiciũ, vbicunque ſit, ſufficere ad colligendã eſſentialem diſtinctionem; negamus tamen, illud intercedere inter omnem paſſionem, & patibilem qualitatem, vt patet in rubore, & in luce, quæ in obiectione affertur; hæc enim, quatenus eſt in ſole, eſt patibilis qualitas, quatenus in aere, & luna, eſt paſſio. Addimus præterea, ſi quando illud diſcrimen inter paſſionem aliquam, & patibilem qualitatẽ intercedit, eſſe per accidens; quia eorum diuerſitas ſolum conſiſtit in hoc, vt vna fiat per paſſionem in ſubiecto, & ſtatim diffluat, altera paſſionem cauſare poſſit, & diu conſiſtat. Vnde reuocari poteſt in dubium an lumẽ, ſonus, & ſi quæ ſunt aliæ qualitates

Eius diſſolutio.

huius

huius ſpeciei pendentes in fieri & conſeruari, paſſiones appellandæ ſint, eò quod breui tranſeant. Cum Ariſtoteles dicat, paſſionem motu alterationis præcurrente gigni. Dicendum tamen eſt, etſi ſpectata nominis etymologia paſſiones non ſint, abſolutè tamẽ cum illis numerari, quoniam participant propriam earum differentiam; maiorem ſcilicet, ac minorem durationem. In hac ſpecie ſunt quattuor primæ qualitates, & quæ illas conſequuntur, ſi ad conſeruationem, ortumve rei pertineant, vt grauitas, leuitas, raritas, & denſitas, ſi veræ ſunt qualitates, & non ſitus partium.

Cõfirmatur cõcluſio in forma, & figura.

Denique in figura, & forma apertior eſt concluſio, quia idem modus reſultat ex terminatione quantitatis, (quæ eſt figuræ notio, ac deſcriptio) ſi conſideretur more mathematico à ſubiecto abſtractus, eſt figura, ſin conſideretur in ſubiecto præſertim naturali, vt in homine, vel leone, eſt forma. inter quas præcipua proinde diuerſitas eſt in acceptione, & connotatione ſubiecti; diuidi ſolet figura in internam, & externam; internam vocant, quæ perpetuò rem comitatur, & variationem non ſubit, niſi partes ſubiecti per ordinem ad illud realiter immutentur; externam, quæ conuenit rei in ordine ad locum, & facta mutatione partium in loco variatur. Verum, cum hæc poſterior nihil à ſitu diuerſum eſſe videatur, ſola prima intra genus qualitatis continetur. De qua poſſet eſſe quæſtio, an differat à quantitate actu, vel ſolum virtute; quamuis enim prior pars ab omnibus, vt vera, ſupponatur, ſecunda non caret magna probabilitate. Sed de hoc alibi differendum, vbi etiam diſquiretur; num variæ figurarum ſpecies, quas Mathematici numerant, & Logici in hac ſerie diſponunt, veræ ſpecies ſint? an eiuſdem ſpeciei individua accidentario tantum diſcrimine diſſidentia.

Quæ figura ad qualitatẽ ſpectet.

QVÆSTIO III.

Sitne proprium quarto modo qualitatum, vt ſecundùm eas res dicantur ſimiles, & diſſimiles.

Quæ ſimilitudo, & diſſimilitudo proprietas qualitatis ſit dicenda.

QVod in prædicamento quantitatis de æqualitate, & inæqualitate diximus, pari modo in hoc de ſimilitudine, & diſſimilitudine dicendum eſt. Videlicet proprietatem qualitatis non eſſe quamcunque ſimilitudinem, eamque actualẽ, ſed aptitudinem, vt ſecundum qualitatem res dicantur propriè, & per ſe ſimiles. Dicimus, ſecundum aptitudinem, quia fieri potuit, vt vna duntaxat qualitas in mundo exiſteret, quæ nulli foret ſimilis, aut diſſimilis actu, ſed potentia; additur, propriè, quoniam nonnulla per Metaphorã ſimilia vocantur, licèt rarius, quam in quantitate. Demum, quia ſubſtantiæ qualitatibus affectæ propriè ſimiles, vel diſſimiles appellantur, nõ tamen per ſe, ſed merito qualitatum; idcircò ſubijcimus tertiam conditionem, per ſe; illud præterea obſeruandum, (ne iiſdem obiectionibus ſæpius reſpondeamus) quemadmodum quantitates communes dicuntur æquales, & inæquales, per ſe quidem in actu ſignato, per inferiora verò in actu exercito, ita ſe habere qualitates, ſaltem ratione eius ſimilitudinis, quæ in intenſione gradual fundamentum habet, cuius limitationis ratio ſtatim patebit.

Duæ circa hoc attributum ſententiæ.

His præſuppoſitis in dubitatione eſt, an hoc attributum ſit quarto modo proprium qualitati; & ratio dubitãdi naſcitur ex vnitate, quæ eſt proprium ſimilitudinis fundamentum, & in qualitate reperitur duplex; vna in gradu, altera in ſpecie; quas conſtat mutuò ſeparatas eſſe poſſe. Nam duæ albedines gradu impares habẽt vnitatem in ſpecie, & diuiſionem in gradu; at nigredo, & albedo æqualiter intenſæ conſentiunt vnitate gradual, diſcrepãt ſpecifica; Igitur, qui ſimilitudinis fundamentum efficiũt vni-

Digitized by Google

vnitatem in gradu, negant, hãc proprietatem omnibus conuenire qualitatibus, quia multæ sunt gradibus expertes: vt figuræ & potentię. Qui verò similitudinem fundant in vnitate specifica, omnibus eam tribuũt, quoniam nulla est qualitas, quę non conueniat cum alia in specie, & discrepet in genere.

Probatur conclusio in tertia specie. Arist.

Primam sententiam probat similitudo inter hoc, & attributum quantitatis; quemadmodum enim se habet æqualitas ad quantitatem, ita similitudo ad qualitatem, vt autor est Aristot. 5. Metaph. cap. 15. Sed æqualitatis fundamentum non est vnitas in natura specifica, sed in extensione partium; ergo similitudinis etiã fundamentum erit vnitas in intensione graduum. Deinde, vt ibidem argumentabamur, nihil peculiare tribuitur qualitati præter nomẽ, si eius similitudo non sit aliud, quam conuenientia in essentia; quælibet enim aliorum prædicamentorum indiuidua parem habent conuenientiam. Denique, si vnitas in natura cõmuni est similitudinis, & dissimilitudinis fundamentum, eadem qualitas respectu eiusdem erit similis, ac dissimilis; nam albedo simul conuenit cum nigredine in genere, & discrepat in specie.

Secunda sententia confirmatur.

Secundam sententiam probat in primis illud Aristotelis 5. Metaph. cap. 15. quod in substantia efficit idem, in quantitate efficere æquale, in qualitate simile; constat autem, fundamentum identitatis in substantia esse conuenientiam in natura cõmuni. Deinde Aristoteles hoc loco vocat similitudinem, & dissimilitudinem maximè proprium qualitatis; sed nisi fundamentum eius sit vnitas essentiæ, id erit falsum, vt in prima opinione ostensum est. Demum, inter naturas communes qualitatum est maior quædam proportio, quam inter quantitates, habent enim aliquæ contrarietatem, aliquæ mediam oppositionem, quod in quantitatibus non visitur; ergo possunt speciali modo penes similitudinem, & dissimilitudinem comparari. Hãc sententiam sequitur Boetius hoc loco, vbi non aliam reddit rationem, cur identitas in qualitate vocetur similitudo, nisi quia sic voluere Priores. Eandem supponit Albertus Magnus, cap. 33. D. Thom. in 1. distinct. 19. quæst. 1. artic. 1. & 2. parum distant Capreol. Hispalen. ibidem dist. 31. ad primum Henri. qui tamen aliquam rationem reddunt, potiorem, quam Boetius, de qua statim.

Boetius. Alb. Mag. D. Thom. Capreol. Hispal.

Vera quæstionis resolutio.

Nobis ita hæc secunda, & multò communior sententia placet, vt prior magna ex parte reijcienda non sit. Asserimus igitur, similitudinem magis propriè dici de illa, quæ consistit in gradu; nihilominus eam, quam Philosophus, & Interpretes vt maximè propriam ascribunt qualitati, abstrahere à similitudine in gradu, & specie; quod eodem modo in dissimilitudine intelligendum est. Prima assertionis pars abundè probata est argumentis pro prima sententia; quibus tamen non expugnatur secunda, quam probabiliter suadent rationes secundæ sententiæ; quamuis prima desumpta ex autoritate Aristotelis, qua ferè Autores nituntur, nullam pene vim habeat, nisi forte pro parte contraria. Cum enim Philosophus ait, vnitatem in substantia efficere idem, nomine substantiæ significat essentiam, vt egregiè interpretatur Fonsec. seriesque ipsius dictionis ostendit. Quare sensus illius loci est, ea quæ sunt vnum in essentia, dici idem, quæ in quantitate æqualia, quæ in qualitate similia. Vbi videtur vnitatem æqualitatis, & similitudinis opponere essentiali; atque adeo has relationes in vnitate specifica minimè fundari, vnde ex eo loco nihil concluditur: facit verò speciatim pro secunda parte conclusionis vltima ratio de habitudine, quæ inuenitur inter duas species qualitatis, vt ratione illius magis propriè inter se conferantur, quam duæ species quantitatis.

Fonsec.

Super-

Digitized by Google

Respondetur argumentis primæ sententiæ.

Supersedeamus pluribus cõfirmationibus, præsertim in re parui momenti; ex solutionibus enim argumentorum vtriusq; partis, quatenus alteri officiunt, res erit perspicua.

Ad 1. Ad primum igitur primæ sententiæ fatemur, præcipuam esse similitudinem gradualem, sed specificam quoque admittendam, nec Aristotelis comparationem in omnibus intelligendam esse, sed in eo quod, quemadmodum æqualitas est inter quantitates, ita similitudo est inter qualitates.

Ad 2. Ad secundum negãdum est, nihil peculiare tribui qualitati, si hęc proprietas fundetur in vnitate specifica, & quod attinet ad dissimilitudinem, iam diximus, idcirco hanc reperiri inter duas species qualitatis, quoniam ob propriam rationem habent inter se contrarietatem, quam non habent duæ species quantitatis. Cur verò cõuenientia in natura specifica dicatur similitudo, & conuenientia quantitatum non dicatur æqualitas, non est alia ratio, quam eadem natura qualitatis, quæ cum data sit ad complendam substantiam in suo esse, vt supra diximus, habet quandam rationem intensiuæ perfectionis; similitudo autem maximè attenditur penes intensiuam rei perfectionem, sicut æqualitas penes extensiuam. Quod significasse videtur Capreol. & Hispalen. supra, cum docuerunt, similitudinis fundamentum nõ esse præcisam naturam qualitatum, sed quandam vnius cum altera commẽsurationem, intensiuam vtique, vt diximus; hoc igitur peculiare tribuitur qualitati, cum ei adscribitur similitudo.

Capreol. Hispal.

Ad 3. Ad tertium concedendum est, ratione plurium vnitatum dari nonnunquam oppositas relationes inter duo qualia; tametsi non illas, quæ in argumento ponuntur; nam similitudo non excurrit vltra vnitatem specificam; quare vnitas qualitatum in genere præcisè sumpta similitudo non est, ob minimam specierum cõformitatem; quamuis diuisio sub genere dissimilitudo sit, propter specierum contrarietatem, aut improportionem. Admittimus igitur, duo alba inæqualiter intensa sortiri posse vnam relationem dissimilitudinis in gradu, alterã similitudinis in natura. Monet tamẽ Albertus, alteram tantum relationem denominare subiectum, eam.s. cuius fundamentum absolutè prædicari potest. V.g. inter Belgam, & Indum simpliciter dicitur esse dissimilitudo, quia gradus albedinis existentes in Indo non sufficiunt ad præbendam illi denominationem. Vnde colliges, nõ esse admittẽdam ex opposito inter corpus album, & nigrum vt octo, vnam relationem similitudinis in gradu, & aliam dissimilitudinis in specie; quia similitudo gradualis semper supponit specificam. Ad hæc, si quispiam roget, an eadem relatione similitudinis, vel dissimilitudinis, qua referuntur qualitates, referantur earum subiecta, an diuersa? Respõdendum est affirmatiuè, ob easdem rationes, propter quas idem asseruimus de differentia, vt consideranti erit manifestum.

Relationes similitudinis & dissimilitudinis simul esse posse.

Satisfit argumentis secundæ sent.

Ad argumenta secundæ opinionis nihil dicendum superest. Nam primus Aristotelis locus iam est explicatus. Secundus, & subiectum argumẽtum solum probant, vnitatem specificam qualitatis esse fundamentum similitudinis minus (vt sic lõquar) rigorosè.

Vtrũ relationes similitudinis, & dissimilitudinis sint reales.

Illud in extrema huius quæstionis parte scire cupias, an relationes similitudinis, & dissimilitudinis sint reales, vel rationis? Respondemus breuiter; eas, quæ fundantur in gradu, citra omnem controuersiam, reales esse, dummodò extrema realiter existant; nulla enim conditio ad earum realem entitatem desideratur. De relationibus fundatis in vnitate specifica nonnulla extat dubitatio, propter sententiam quorundam existimantium, relationes, quæ conueniunt subiectis, siue illa existant, siue non reales esse non posse; quia sequeretur, aut relationes reales conuenire, antequam sint, aut relationes rationis transire aliquando

Resolutio

Digitized by Google

in reales; ſiquidem ante ſubiectorũ exiſtentiam ſunt rationis, poſteà, vt ſupponitur, reales. Verum hoc fundamentum, & multa liberè aſſumit, & illa duo incommoda efficaciter non probat. Dicemus enim, relationes ſimilitudinis, & diſſimilitudinis, quæ conueniunt qualitatibus non exiſtentibus, vel ex vtraque, vel ex altera parte eſſe rationis; poſteà vero quam vtrinque qualitates exiſtunt, eſſe reales, non quidem per conuerſionem priorum, ſed quia poſitis fundamentis nouę conſurgunt relationes. Quare ad dubitationem reſpondemus, vtraſque relationes eſſe reales, æquo, aut maiori iure, quam relationes differentię.

CAPVT NONVM.

SVſcipit, & ipſum agere patiuè contrarietatem. Calefacere namq. & frigefacere, & calefieri, & frigefieri, & voluptate, ac dolore affici, contraria ſunt: quare contrarietatem ſuſcipiũt. Gradus quoque ſuſcipiunt, vt magis atque minus dicantur. Fit enim, vt magis quippiam minuſue calefacias, & iidem calefiant, & doleat magis minuſue: quare agere patiuè gradus ſuſcipiunt, vti diximus. De his igitur tot à nobis ſint dicta. Dictum eſt autem, & de ſitum eſſe, in hiſce quæ diximus de ijs, quæ ſunt ad aliquid, denominatiuum ipſum à poſitionibus dici. De ceteris verò, vt de quando, de vbi, & de habere: quia ſunt manifeſta: nil aliud dicitur, quàm ea, quę in principio diximus: habere quidem induium atque armatum eſſe ſignificare: vbi verò, in Licæo eſſe. & cetera quæcunque de ipſis ſunt dicta. De generibus ergo propoſitis ea, quæ ſunt dicta, ſufficiunt.

EXPLANATIO CAPITIS NONI.

DE ACTIONE, ET PASSIONE.

BReuiſſimè percurrit Ariſtoteles in hoc capite ſex vltima prędicamenta, partim, quia vulgata ſunt, & perſpicua, partim, quia alibi ab eodem tractantur. Nam de actione, & paſſione latiſſimè agit in tertio Phyſicorum; de loco, & tempore in quarto; de ſitu, & habere, ſatis ſunt (inquit) quę initio, id eſt, in quarto capite huius operis dicta ſunt; vbi ſingulorum deſcriptiones per exẽpla proponuntur. Actioni, & paſſioni duo concedit attributa, ſcilicet, habere contrarium, & ſuſcipere magis ac minus, quæ exemplis confirmat. Ea verò nullo modo ſunt horum prædicamentorum propria, cum nec omnibus, nec ſolis conueniant; non conueniunt omnibus, quia generatio ſubſtantialis, augmentatio, & aliæ ſimiles actiones nec intenduntur, & remittuntur, nec vllum habent contrarium, cũ earum termini neque gradus habeant, neque alicui aduerſentur. Quæ de his, & reliquis vltimis prædicamentis deſiderari poſſunt, in quæſtionibus tradenda ſunt.

Actionis, & paſſionis attributa.

Quõ conueniant.

QVAE-

Digitized by Google

QVÆSTIO I.

DE ACTIONE, ET passione.

ARTICVLVS I.

QVAE SIT ACTIONIS, ET passionis essentia, ac definitio.

HAec vltima prædicamenta leuius adhuc, quam superiora cum Arist. degustanda sunt, quoniam non modò in Metaphysica, vt illa, sed etiam in Physiologia diligentius pertractãtur; Actio quidem & passio, in secundo & tertio auscultationis libro; locus atque duratio in 4. Porrò actio, quam Aristoteles priorem semper numerat, ex illius doctrina 3. Phys. c. 3. definiri ad hunc modum solet. Actio est agẽtis, quatenus est agens, actus, siue perfectio. Passio verò sic: est patiẽtis, quatenus est patiens, actus, siue perfectio. Quæ descriptiones eandem penè difficultatem habẽt. quam descriptio qualitatis; nihil enim manifestius, quam actionem esse formam, à qua agens denominatur agere; passionem verò, qua patiens aliquid dicitur, sicut albedine album, & quantitate quãtum; verum naturas agentis, & patientis nec illis definitionibus, nec aliũdè perspectas habemus, vt cuiusmodi naturæ sint illæ formæ cognoscamus. Quod paulò apertius explicuit Auctor sex principiorum, cum actionem sic descripsit. Actio est forma, per quam in materiam subiectam denominamur agere; Passionem hoc modo; passio est effectus, illatioq. actionis. In quibus descriptionibus, etsi magis explicantur actionis, & passionis munera, nihilominus vocum significatio potius, quam rerum, de quibus agimus, natura declaratur, vt Albertus in illud opus tract. 2. c. 2. confitetur.

Actionis, & passionis definitio.

Author sex princ.

Albert.

Cur Philosophus nõ

Possumus quidem horum Authorum, præsertim Aristotelis, authoritatem defendere, & cur apertiori definiendi formula vsus non sit, eam afferre rationem; quod notum adeò sit, quid agere, quidvè pati significet, tam explorata, vtriusque natura, vt propter explicandã actionem, & passionẽ nihil addere oportuerit, quam esse formas agentis, ac patientis. Maioris tamen perspicuitatis causa ita possunt definiri. Actio est vltimus actus agẽtis, vt agens est, quo mediãte aliquid efficit. Dicitur, actus vltimus, vt reijciatur omnis forma permanẽs, qua mediãte agens operatur: siue hæc sit substantialis, vt in compositis ex materia, & forma: siue accidentalis, cuiusmodi sunt potentiæ, & habitus illis inhærentes, quibus mediantibus causa agit, sed non tanquam per vltimas formas; nisi enim omnibus hisce principijs superueniat actio, nihil fiet: & hac de causa subditur agẽtis, quatenus agens est, quia actio solum denominat in actuali effectione. Additur, aliquid fit, vt magis exprimatur vis, & natura actionis; quamuis enim duæ partes præcedentes sufficienter distinguant actionem à ceteris prædicamentis, non tamen illius efficaciam, & naturam satis explicant: quia non declarant, totam eius rationem in eo esse positam quod sit medium quo producendi effectum, & eiusdem effectus dependentia ab agente. Vbi etiã subintelligitur, ipsam actionem per se immediatè procedere ab agẽte; si enim actio egeret alio medio, quo produceretur, illud etiam egeret alio, & sic in infinitum: quod in 2. Phys. c. 7. latius explanatur.

Aptior definitio actionis proponitur, & explicatur.

Passio est actus patientis, vt patiens est, quo mediante formam recipit. Explicatio huius definitionis patet ex præcedente. si rationem afferamus, cur in definitione actionis dictum sit, vltimus actus, in hac verò nec vltimum, nec primum posuerimus: hæc esto. In agente post actionem nulla reperitur forma, quæ illud denominet, quatenus agens est: nam termini actionum immanentiũ, etsi posteriores sint actionibus, & agentia denominent, non conse-

Aptior passionis descriptio & explicatio.

Digitized by Google

rantur tamen, prout fic ad illa, vti ad agentia, ſed quaſi ad ſubiecta recipientia. Si enim Deus efficeret, vt agens ſuapte natura immanenter operans effectum ederet extra ſe, (quod non videtur implicationem continere) denominaretur eiuſmodi agens à ſola actione, & non à termino, quem producebat; ergo ſi nũc ab illo denominatur id habet, quatenus patiens eſt. At poſt paſſionem ſequitur in ſubiecto forma, vnde illa dici non poteſt actus vltimus patientis: nec item vocari poteſt primus, quia pleraque ſubiecta habent priorem actum, qui eſt illis ratio recipiendi formam. Nam ſubſtantia corporea ſuſcipit accidentia per quantitatem, quæ eſt actus materiæ: ſpiritualis per potentias, quæ

Obiectio. ſunt illarum actus. Sed oppones; dantur aliæ formæ, quibus ſubiectum recipiat formam; ergo comprehenduntur in definitione paſſionis.

Diluitio. Reſpondetur, negando illationem; quia cum in definitione dicitur, paſſionem eſſe, qua mediante patiens recipit formam, intelligitur formaliter, & proximè, quod in ſolam cadit paſſionem, nam ceteræ formæ remotè, & mediante paſſione aliquid recipiunt. Num verò eodem modo intercedat paſſio inter ſubiectum, & formam, quo actio inter agens, & effectum, an diuerſo, ex ſequentibus patebit.

ARTICVLVS II.

QVAE SINT HORVM PRAEdicamentorum ſpecies.

Diuiditur actio in immanentẽ & tranſeuntem. Quid actio immanens.

QVoniam eadẽ penè doctrina eſt actionis, & paſſionis facilè erit vnius diuiſione explicata, ſi in reliquis diuerſum quidpiam extierit, indicare. Prima & potiſſima actionis diuiſio eſt in immanentem, & tranſeuntem. Actio immanens eſt, quæ manet in eodem ſuppoſito, & in eadem potentia, à qua elicitur; & ſi potentia partes habeat, in eadem parte potentiæ: cuiuſmodi ſunt cognitio, & appetitio. Vocari etiam ſolent actiones immanentes illæ, quæ, tametſi non recipiantur in potentia, qua fiunt, manent tamen in eodem ſuppoſito, quales ſunt productio amoris in voluntate ab intellectu poſſibili, & ſpeciei intelligibilis ab intellectu agente in poſſibili: emanatio item habituum ex actibus, actiones nutritiuæ, augmentatiuæ, & loco motiuæ; ſed hæc appellatio impropria eſt, & non continet actiones ſpecie diuerſas à tranſeuntibus, quia differentia immanentium propria & eſſentialis eſt, vt non egrediantur extra principium proximum, à quo fiunt. Dubitatio tamen eſt, an participent eiuſmodi differentiam emanationes proprietatum à ſubiectis, vt frigoris ab aqua, intellectus, & voluntatis ab anima? Ad partem affirmatiuam facit, quia naſcuntur immediatè à ſubſtantia, & in eadem recipiuntur. Ad negatiuam, quod hæ reſultantiæ tribuuntur generanti, vt agenti principali, quod ſemper eſt principium ſeparatum. Hęc contentio ita componenda videtur, vt emanationes proprietatum corporalium omnes ſint tranſeuntes, non propter principium, cui tribuuntur, hic enim de ſolo principio proximè exercente actionem habetur ratio; ſed quia in compoſito phyſico immediatum principium actionis eſt forma; immediatum verò ſubiectum eſt reſpectu ceterorum accidentium quantitas, reſpectu ipſius quantitatis materia: emanationes verò proprietatũ ſpiritualium ſunt immanentes, quia proximum principium actiuum, & receptiuum eſt ſubſtantia (ſupponimus enim ab ea proximè dimanare:) negandum tamen non eſt, actiones proprijſſimè immanentes ſolùm reperiri in potentijs appetentibus, & cognoſcentibus.

Propriè illa ſolũ immanẽs dicitur, quæ in principio proximo recipitur.

Proprietatis corporeę emanatio trãſiens dicitur.

Spiritualis immanens nominatur.

Actio tranſiens eſt, quę non recipitur in potentia, à qua producitur, ſiue tranſeat in diuerſum ſuppoſitum,

Actionis trãſeuntis definitio.

Digitized by Google

tum, vt illuminatio dimanans à Sole in aerem, siue in distincta parte, aut potentia eiusdem suppositi, vt calefactio, qua manus manum calefacit, & productio phantasmatis à sensu communi in phantasiam. Subdiuidunntur hæ actiones varijs modis. Immanens distribui potest primò in vitales, & non vitales quo posteriori membro comprehendimus emanationes potentiarum spiritualium, quæ eodem modo, quo ipsæ potentiæ, subsecantur. Vitalis actio immanens diuiditur proximè in actiones potentiarum appetentium, & cognoscentium; rursum appetitiones in rationales, & sensitiuas, sub quibus variæ sunt species, illæ in voluntate, hæ in appetitibus sensitiuis; actiones potentiarum cognoscentium dispertiri possumus in actiones intellectus, & sensus; sensus item in actiones interni, & externi; singulas deinde in varias species, pro multitudine potentiarum, & obiectorum.

Actio immanēs in vitalē, & non vitalem distribuitur.

Transeuntis partitio inculcatur.

Actio transiens videtur immediatè diuidenda in productiones diuersorum prædicamentorum, substantiæ, quantitatis, qualitatis. Deinde verò remotius in inferiores species, quibus eorundem prædicamentorum species producuntur. Supponimus in hac diuisione, productiones substantiarum, siue totalium, siue partialium, esse accidentarias, & ad hoc prædicamentum pertinentes; quod quantam habeat probabilitatem, alibi est disputandum.

Obiectio contra actionis transeuntis definitionem.

Huic diuisioni illud tantum obstare videtur, quòd actio transiens eo modò explicata non contineatur in actionis definitione. Nam forma est actus illius, in quo inhæret; actio transiens non inest principio actiuo; ergo non est illius actus, quod in definitione dicebatur. Iam verò, si diuisio accómodetur passioni, multò minus ei prædictum membrum conueniet. Nulla quippe transiens passio esse potest; siquidem omnis non modò est in subiecto, quod patiens dicitur, sed etiam in eadem parte, secundùm quam denominatur. Respōdendum nihilominus est, actionem

Dilutio.

etiam transeuntem esse actum non intrinsecum, siue inhærentem, sed extrinsecus denominantem: in definitione autem intelligi actum, quatenus ab vtroque abstrahit; quo sensu non est incommodum, actionem transeuntem de Deo prædicari vt actum extrinsecum, dummodo à perfectionis vocabulo abstineatur. Ad reliquam partem dubitationis dicendum, passionem quoque in immanentem, & transeuntem diuidi, transeuntem tamen non eodem pacto actioni, & passioni conuenire; actio enim vocatur transiens, quia verè transit in aliud subiectum distinctum à principio proximò: Passio verò non quia transit à patiente, sed quia respondet actioni transeunti. Vnde passio transiens est illa, secundum quam vnum subiectum patitur ab alio, vel vna potentia, aut pars eiusdem subiecti ab alia potentia, vel parte.

Passio etiã in trãseuntem, & immanẽtem diuidatur.

Quid passio transiens.

Secunda diuisio, quæ totum etiam complectitur actionis prædicamentum, fit in actionem vitalem, & non vitalem; vitalis est, quæ procedit ab aliqua potentia animæ: non vitalis, quæ à quouis alio principio nascitur. Hanc idcircò minus probamus, quia in vtroque membro continentur aliquæ actiones terminatæ ad substantiam, & aliæ ad accidens. Cum tamen omnes substantiales, quantum fieri poterit, distinguendę primò videantur contra accidentales: ita vt in vtroque membro commixtæ non sint, quod in prima diuisione seruatur.

2. Diuisio. Actionis in vitalē, & non vitalem minᵉ apta iudicatur.

Tertia partitio est in actionem successiuam, & instantaneam, quam plerique essentialem esse arbitrantur, sed quanta probabilitate id asserant, hoc loco disputari prohiber quædam doctrina huius Cursus in 2. Physic. quam cum iterum recognouerimus, rem penitus definiemus.

Tertia actionis diuisio in successiuã & instantaneam.

Illud omninò explicandum, quo pacto actio, & passio, vt vera genera in propositas species diuidãtur, cum idẽtitatem habeant cum motu, quem Aristoteles, vniuersaque Philoso-

Digitized by Google

Actionis, & Passionis vniuocatio impugnatur.

phia analogum esse confitetur: videtur autem in his prædicamentis esse eadem prorsus ratio, quę in motu. Enim verò motus est analogus, quia terminus in communi, ad quem tendit, & á quo specie sumit, analogus est, videlicet, ens commune diuersis prædicamentis; sed actio, & passio in eundem feruntur terminum, & per eũ distinguũtur, vt inter diuidendũ insinuauimus; ergo nequeunt vniuoca esse, & in veras species dissecari, quod de passione docet D. Tho. de Ente & Essentia ca. 1. cum asserit, passionem non dici eadẽ ratione de subiecto corporali, & spirituali. Accedit, motum non ingredi seriem prædicamentalem, quia est ens imperfectũ, & magis via ad ens, quam absolutum ens; sed eadem omninò imperfectio visitur in actione, & passione saltem successiua: vtraque enim, dum motus durat, paulatim perficitur, & absoluitur; ergò non possunt prædicamenta constituere.

D. Tho.

Actionis, & passionis vniuocatio propugnatur 1. Auerr.

Non est difficilè, antiquam, & veram sententiam de horum prædicamentorum vniuocatione retinere, & obiectionem dissoluere; quod in ea opinione, quæ cũ Auerroe 5. Physic. com 9. assereret, motum esse formam, dum est in cõtinua acquisitione; actionem verò, & passionem esse causalitates agentis, & patiẽtis, multò facilius expediretur; quoniã motus eo modo sumptus formaliter cõtinet res plurium prædicamentorũ: actio verò & passio sunt modi limitatæ naturæ ex ordine ad principiũ actiuum, & subiectum, vnde ille imperfectus est, & analogus, hæ vniuocæ, & absolutę. Sed iuxta probabiliorem sententiam de actionis, & passionis identitate, respondendum est, motum esse analogum, quia non est aliud quam fluxus formæ, vel forma fluens, absque ordine, vel conuenientia in aliqua vna ratione, ex qua sortiatur vnitatem generis; sed immediatè respicit diuersitatem ipsorum terminorum, qui motu fiunt; at actio est peculiaris quidam modus, qui, licet diuidatur in species propter terminos, in communi tamen sumptus,

Propug. 2.

non à termino, sed à principio actiuo recipit distinctionem à cæteris prædicamentis; & qualiscunque sit forma, quæ producitur, ipsa perpetuò habet eundem modum afficiendi, & denominandi efficientem causam. Quod eadem proportione applicandum est passioni, mutato principio effectiuo in subiectum. Atque hæc de analogia.

Actio, & passio perfecta entia sunt.

Quod attinet ad imperfectionem, hæc est ratio, cur potius inueniatur in motu, quàm in actione, & passione; quia motus per se est partim in fieri, partim in facto esse: actio verò, & passio æquè perfectæ sunt in tempore, atque in instanti, vt ex productionibus instantaneis constare potest. Quod si aliquæ cum motu coniunctæ sunt, his per accidens, & ratione motus euenit, vt totæ simul non existant, quod proinde non tollit, earum naturam esse perfectam, & absolutam. Quæ de passionis, & actionis distinctione hoc loco dicenda videbantur, in Metaphys. multò commodiùs, & luculentiùs explicanda reseruamus.

QVÆSTIO II.

DE PRÆDICAMENTO situs, & Vbi.

ARTICVLVS I.

Quæ sit formalis eorum ratio.

De formali rõne Vbi duę sententiæ.

ANtequam descriptiones asseramus, & explicemus, inuestigare oportet, in quanam forma Vbi, & Situs prædicamenta sint; quamuis hæc materia in 4. Physicorum cap. 5. magna ex parte profligata sit. Duæ igitur sunt extremæ sententiæ de ratione Vbi. Prima asserit, illius formam, & rationem esse locum extrinsecum, in quo res esse dicitur. Secunda, esse aliquid intrinsecum rei in loco existenti. Prima rursus bipartita est in duas loci acceptiones: qui. n. cũ Stoicis,

Stoici.

&

Digitized by Google

& quibuſdam Academicis, alijſque Peripateticis arbitrantur, locum eſſe ſpacium à corpore occupatũ, cuiuſmodi eſt illud, quod inter cauum Lunæ, & terræ faciem intercedit, in eodem interuallo rationem Vbi conſtituerunt. Qui verò cum Ariſtotele loco citato opinãtur, locum eſſe ſuperficiem ambientem rem locatam, eandem ſuperficiem aſſignant pro forma Vbi, non quidem vt extendit corpus continens (ſic enim ſpectat ad prædicamentum quantitatis,) ſed quatenus externè continet, denominatque rem locatam.

Hæc ſententia in communi accepta, videlicet, quatenus aſſerit, locũ, in quo res continetur, eſſe formaliter vbi, fuit ſatis recepta inter antiquiores Philoſophos, quia indifferenter vocant hoc prædicamentum locum, vel, Vbi. Ariſtoteles 5. Phyſ. c. 2. ait, motum ad tria prædicamenta contendere, quantitatem, qualitatem, & Vbi: motum verò ad Vbi appellat localem. i. ad locum. Illius Interpretes ibi, & alijs locis eadem loquendi forma vtuntur. D. Thom. 1. part. q. 10. artic. 3. ait, mobile ſecundum motum localem eſſe in potentia ad locum tantum extrinſecum. Probatur primò; Alicubi eſſe, eſt eſſe in Vbi, ſed nulla res dicitur eſſe in aliquo modo ſibi intrinſeco, ſed in loco externo; ergo locus eſt Vbi; Secundò ſuperficies ambiens corpus locatum verè, & realiter illud denominat; ergo illa denominatio ſpectat ad aliquod prædicamentum; non apparet autem aliud opportunius. Tertiò ſpecies Vbi ſunt eædem cum ſpeciebus loci; videlicet, ſurſum, deorſum, antè, & retrò; ergo forma eſt eadem.

D. Thom. 1. Opinio, Vbi & locum externũ nõ diſtinguens confirmatur.

Qui Vbi à loco diſtinguunt, variè de eo sẽtiũt.

Authores ſecundæ ſententiæ omnes conſentiunt, illud internum, quod rationem Vbi conſtituit, eſſe modum rei, non realitatem diſtinctam: ille enim ſufficit ad omnia, quę in Vbi reperiuntur: trifariam tamen ſe exponunt. Nonnulli Recentiores volunt, eum modum eſſe ipſam rei exiſtentiam in hoc, vel illo loco; quod iam probari poteſt; quia Vbi eſt terminus motus localis, vt antea ex Ariſtotele dicebamus, & poſtea probabimus; ſed per motũ localem non acquiritur aliquid internum, quod in mobili non præextiterit, vt ſupra docuit D. Th. ergo comparatur exiſtentia in hoc, aut illo loco, quæ proinde eſt ipſum Vbi. Secũdo loco alij admittunt, eſſe modũ diſtinctum ab exiſtentia, & à reliquis omnibus accidentibus, reſultantem ex cõiunctione rei locatę cum ſuperficie ambiente: Ita docet Gilbertus in opere ſex principiorum, cap. de Vbi, quod ſic deſcribit. *Vbi eſt circumſcriptio corporis ex circumſcriptione loci proueniens; quam circũſcriptionem paulò inferius docet, eſſe in corpore circundato.* Sequitur Alber. Mag. in eodem opere tract. 5. cap. 1. hæc expoſitio eodem modo, quo ſuperior probari poteſt. Tertiò, & vltimò ab alijs ſic exponitur hæc ſententia, vt velint, Vbi eſſe modum internũ, per quem res formaliter eſt in loco, qui non proueniat effectiuè ex ſuperficie ambiente, ſed producatur à cauſa conſtituente rem in loco.

Gilbert.

Alb. Mag.

Hanc vltimam ſecũdæ opinionis interpretationẽ, quò ad rem ipſam, defendunt Durand. in 2. diſtinct. 15. quæſt. 3. Maior diſtinct. 2. Ochamus quæſt. 9. cum alijs Nominibus. Iandunus 4 Metaphyſ. q. 4. & multi Recentiores. In ea duo probanda ſunt; primum, Vbi eſſe modum realem intrinſecum rei locatæ contra primam opinionem. Secundũ, talem modum non prouenire ex circumſcribente ſuperficie, ſed aliunde contra priores expoſitiones ſecundæ ſententiæ. Primum oſtenditur in hũc modum. Motus localis eſt realis mutatio; ergo terminus per eam comparatus erit realis: quia omnis acquiſitio reſpondet naturæ termini; at non poteſt eſſe locus extrinſecus; ergo aliquid internum mobili. Probatur minor. Si motus fiat extra cœlum, vbi nullum eſt corpus ambiens, erit nihilominus realis; ergo habebit realem terminum, quem conſtat eſſe non poſſe ſuperficiem ambientem quippè quæ nulla ſit; ergo mo-

Vbi eſt modus ab exiſtentia diſtinct'. Durand. Maior. Ochan. Iãdunus.

dus internus. Maior inde patet, quia illud corpus realiter agitaretur, & correſponderet diuerſis partibus cœli; etſi ponamus, eſſe animal Dei potentia conſeruatum, exercebit poſitiuum actum potẽtiæ motricis, quem ſine termino conſtare eſt impoſſibile. Secundò corpus in pleno mutat plerumque Vbi, retẽta eadem ſuperficie, & mutat ſuperficiem conſeruato Vbi; ergo non eſt idem Vbi, ac ſuperficies; primum patet in eo, qui defertur naui; hæret enim perpetuò eidem ſuperficiei nauis, & continuò eſt in diuerſo Vbi. Secundum in turri, quæ cũ ſemper ibidem ſit, ſuperficies identidem mutat.

Vbi ex ſuperficie ambiente nõ reſultat.

Secundum, quod propoſuimus, ijſdem primò rationibus confirmatur. Etenim ſi hoc ſpatium inter terram, & Lunæ cauum inane eſſet, & corpus ab vna parte in aliam mutaretur, acquireret procul dubio diſtincta Vbi, vt probauimus; at nulla daretur ſuperficies ex cuius appoſitu reſultarent. Item. Circumpoſita eadem ſuperficie in pleno variatur Vbi, & hoc immutato ſuperficies alternatur, vt in ſecundo argumento vidimus; ergo aliunde, quam ex ſuperficie naſcuntur Vbi. Confirmatur exemplo Cœli Empyrei, quod alicubi eſſe quò ad vtramque ſuperficiem concauam, & conuexam negandum non eſt, vt in quarto Phyſicorum demonſtrabitur; at ex parte conuexa non coniungitur ſuperficiei reali, quæ præfatum modum producat, ſed ſpatio inani vndique circumfuſo.

Secundò. Vbi eſt ratio formalis eſſendi in hac, vel illa parte: ergo non reſultat ex loco extrinſeco. Antecedens probatur primò, quia omnis modus realis habet ſuum effectum formalem: Vbi autem, quem modum eſſe oſtendimus, nequit alter effectus aſſignari. Secundò, ſi ex ceteris omnibus, quæ prædictum modum antecedunt, aliquid eſſet ratio eſſendi in loco; & modus eſſet ſuperuacaneus, & cum primum res producitur, exiſteret omnibus in locis, in quibus poſtea eſſe poſſet, cum iam daretur ratio formalis eiuſmodi aſſiſtentiæ. Nec ſatisfacies occurrendo, illam rationem formalem nõ eſſe completam, niſi corpus ad talem locum applicetur: Suberit enim occaſio ſuſpicandi illud, quo mediante corpus applicatur, eſſe rationem formalem aſſiſtendi, vt re vera eſt; iſtud autem vocatur Vbi. Conſequentia præcipuæ rationis eſt euidens: ſi enim modus reſultaret ex applicatione loci extrinſeci, prius eſſet corpus in loco exiſtere, quam habere Vbi, & conſequenter ille modus prorſus eſſet inutilis.

Reliquæ ſententiæ confutantur.

His argumentis non ſolum probata eſt vera ſententia, ſed oppoſitæ penè omnes conuictæ. Nam prima, quatenus vult, Vbi eſſe ſuperficiem externam, omnibus argumentis confutata eſt; at prout vult eſſe interualium, inde facilè reprobatur, quia vel illud interuallum eſt corpus triplicè dimenſum, vt pleriq. Authorum ſignificabant, vel quid inane, vt re vera eſt, & poſteriores confitentur: ſi primum, ſpectat ad prædicamentum quantitatis, vbi ſunt omnes dimenſiones; ſi ſecundum, nullibi categoriarum eſt, cum nihil ſit. Iam verò ſecunda explicatio ſecundæ opinionis abundè refutata eſt, cum oſtendimus, Vbi aliunde haberi, quam à circumpoſito corpore. Prima ſe ipſa corruit; nam exiſtentia non producitur, vel corrumpitur per motum localem, ſed per productionem, & corruptionem ſubiecti; ergo non eſt Vbi. Præterea ad nullum ſpectat prædicamentum, vt ſupra vidimus.

Exiſtentia nullo modo eſt in prædicamento.

Dicés, exiſtentiam per ſe in nullo poni prædicamento: at exiſtentiam in loco poſſe in hoc collocari. Verum quid addit ſupra exiſtentiam eſſe in loco? relationem, an modum? ſi detur primum, recurritur ad opinionem Scoti aſſerentis, hoc prædicamentum, vt reliqua præter quattuor priora, conſtare relatione contenti ad continens, quam non oportet iam hoc tempore improbare: facilè enim ab omnibus conceditur, relationem vbicunq. reſultãtem ad pro-

Digitized by Google

propriam categoriam pertinere; si admittatur secundum, hunc modum nos appellamus Vbi, & non ipsam existentiam.

Aliarũ opinionum argumẽtis occurritur

Ad probationes harum opinionũ nihil ferè respondeamus oportet; quod enim in prima affertur, Aristotelem, & antiquiores Philosophos confundere Vbi cum loco: ideo contingit, quia Vbi in hoc vniuerso semper est coniunctum cum loco externo, ob corporum colligationem. Eandem ob causam motus ad Vbi localis dicitur ab Arist. manifestior quippe illius terminus est locus, quam Vbi. Quo loco aduertendum, per motum localem duos acquiri terminos, vnum primarium, & independentem à pleno, aut vacuo; alterum secundarium, & per accidens cum priore coniunctum, qui in pleno tantum reperitur; ille est Vbi internum; hic locus extrinsecus, qui propterea nomẽ tribuit motui, quia patentior est. D. Th. loco citato non negat, corpus per motum localem esse in potentia ad formam intrinsecam, sed ad formam realiter distinctam; vt penes hoc opponat motum localem motibus alterationis, & augmentationis, qui tendunt in formas realiter à subiecto distinctas.

Ad primam probationem negandum est, illa locutione significari rẽ esse in loco ambiente, vel in ipso Vbi; potius enim significatur effectus formalis Vbi, qui proprium nomen non habet, & à quibusdam dicitur vbicatum; igitur esse alicubi idem valet, atq; aliquo vbi affectum esse, ad id verò minimè exigitur, vt corpus sit in Vbi; fateri quoq; poteris, similes locutiones communius, & proprius accommodari loco externo. Ad secundam dices, superficiem ambientem pertinere ad prædicamentum habitus, vt ex illius doctrina magis patebit. Ad tertiam respondemus, illas species, seu appellationes magis propriè accommodari Vbi, quam loco; huic tamẽ propter vicinitatem aliquãdo attribui, quod non est sufficiens indicium perfectæ identitatis.

Ratio formalis Situs quæ.

De Situ eędem versantur sentẽtię, significat enim, vt hoc loco de illo agimus, certam positionem partium corporis in ordine ad locum; Vnde, qui cõtendebant, vbi esse locum externum, idem de situ opinantur, aiuntq. situatum esse, quod est huius prædicamenti concretum, esse denominationem à loco certo quodã modo corpus afficiente: vt cubare, sedere, &c. Ceterum, qui Vbi faciũt modum internum, hoc ipsum de Situ asserant necesse est, ęquo, aut potiori iure; nam sedere, stare, & cubare modi sunt ipsius corporis, & non externę denominationes. Hanc posteriorem sententiam veram omnino esse putamus; Dicimusque, Situm esse modum intrinsecum, quo res est in loco, non absolutè, id enim præstat Vbi, sed certa quadam partium dispositione. Id probant eædem fere rationes, quæ suadent, Vbi esse modum, si applicentur admodum essendi in loco definita ratione, & partium habitudine.

Inter Vbi, & Sitũ distinctio.

Discrimen inter Vbi, & situm idẽ est, quod inter actionem, & passionem, virtuale. s. non actuale. Enimverò, si situs est positio, vel coordinatio partium Vbi, clarum est, necessarium non esse nouum modum superadditum partibus Vbi, sed sufficere easdem partes sic affectas; nec enim dispositio vniuersi est aliquid prẽter illius partes rectè diipositas; præterea cum situs superueniat Vbi, & Vbi sit quidã modus, necessarium foret, vnum modum ab altero affici: quod facile concedendum non est; sufficere autem, hoc discrimen ad diuersa creanda prædicamenta, ex superioribus supponatur.

Definitio Vbi.

Ex dictis facilè est, horum prædicamentorũ definitiones colligere ad huc modum. Vbi est forma interna, qua res in aliqua spatij parte existit. Per priorẽ definitionis partẽ excluditur locus, & oẽs externæ formæ: per posteriorem interę, quarũ effectus formalis non est constituere in certa mũdi parte; inter quas reijcitur etiam potẽtia motiua, tam animaliũ, quã elemẽtorũ, quia cõstituunt corpora,

gitized by Google

pora, in quibus sunt, in loco effectiuè, & non formaliter, quo pacto intelligimus in definitione vltima verba.

Definitio Situs.

Situs est dispositio corporis in se resultans, ex locali partium vbicatione; hoc est, non solum est positio corporis in loco, sed eiusmodi positio quæ contineat collocationẽ plurium partium existentium definito, quodam modo in loco, v.g. Sessio est ille modus essendi, qui reperitur in corpore sic affecto, vt superior dimidietas afficiatur. Vbi rectò, & in superiori loco statuatur; inferior ab vbi veluti sinuato, & loco inferiori collocetur; quoniam verò ex Vbi vtriusque partis resultat quidam ordo in toto, ideo situs dicitur dispositio; quod ita accipiendum est, vt situs formaliter non sit relatio ordinis, sed ipsum Vbi sic ordinatum. Ex hac descriptione colliges, situm in solis corporibus inueniri; includit enim plures partes eiusdem Vbi: partium autem multitudo extra corporalia non est. Inter corporea verò præcipuè reperitur in animalibus ob maiorem partium distinctionem, in ceteris corporibus ob partium similitudinem, non tam apertè. At Vbi, quia non exigit partium diuisionem, sed præsentiam in loco, æquè in corpore, atque in spiritu esse potest.

Situs i corporib. tãtum reperitur.

ARTICVLVS II.

SPECIES VBI, ET SITVS enumerantur.

Diuisio vbi in circũscriptiuũ & definitiuum Vtriusque definitio.

VVlgatissima diuisio Vbi est in circumscriptiuum, & definitiuum. Illud est modus, quo aliquid ita est in loco, vel spatio, vt totum sit in toto spatio, & partes in partibus spatij: quod Vbi potiuntur omnia corpora, quæ naturaliter existunt, vt per se manifestum est. Definitiuum est modus, quo aliquid ita est in vno loco, vt extra illum non sit: & totum existat in toto loco, & totum in qualibet parte eius: sic existunt omnes substantiæ spirituales, hæ enim, cum partibus careant, non possunt secundum diuersas partes distinctis loci partibus respondere; quamuis esse Dei per primam partem vtriusque definitionis excludatur, quia non est modus accidentarius: nihilominus speciatim reijcitur per secundam partem definitionis Vbi definitiui [Ita est in vno loco, vt extra illum non sit] hoc est, aliquo loco definitur, & limitatur: quod nulla ratione quadrat esse diuino, ob eius immensitatem. Exponimus hac ratione illam definitionis partem, vt palam fit, non esse cõtra rationem Vbi definitiui, quod res eadem per Dei potentiam sit in diuersis locis per diuersa Vbi, vel eiusdem, vel diuersæ rationis: vt cernere est in Christi Domini corpore, quod secundum modum existendi in Sacramento variis assistit locis: cum eodem tempore per Vbi naturale, & extensum in cœlo sit.

Vbi definitiuũ Deo non conuenit.

Hæc diuisio est essentialis, & in immediatas species. Vtrumque inde colligi potest, quia Vbi est vnum è prædicamentis actu distinctũ à præcedentibus: ergo continere potest sub se aliquas species: sed nullus hucusque attulit aptiores, quam enumeratas. Accedit, definitiuè, & circumscriptiuè existere, pertinere maximè ad modum essendi in loco, ac proindè meritò pro differentijs Vbi assignari. Nec repugnat huic asserto, quod nõnulli graues Authores sentiunt, spiritualia, quibus magis proprium est Vbi definitiuum, æquiuocè esse in loco, atque adeo non conuenire vniuocè cum corporibus: Inter quos ita expressè loquitur D. Th. 1. p. q. 52. art. 1. Nam hi Doctores accipiunt esse in loco, non pro habere Vbi, sed pro existentia in loco externo, seu superficie cõtinente: quo pacto verum est, spiritualia esse æquiuocè in loco, quoniam propriè loquendo non continentur superficie ambiente, quæ sit extrema corporis cõtinentis, qualem eam vocat Arist. cum locum definit in 4. Phys. c. 4. Nihilominus, si acciperent esse in loco, pro affectum esse Vbi, non negarent vniuo-

Proposita diuisio est essẽtialis, & immediata.

Spiritualia sunt equiuoci in loco. D. Thom.

Arist.

itized by Google

vniuocè conuenire, quæ definitiuè, & circunſcriptiuè exiſtunt.

Nũ propoſitæ ſpecies infimæ ſint, an ſubalternæ, ambigua quæſtio eſt, pendetq. magna ex parte ab illa, an in re exiſtente tot ſint vbi diuerſa, quot entitates realiter diſtinctæ, quã hoc loco definire abſque prolixa diſputatione non poſſumus: ea igitur in ſuum locum relicta, ſic in præſenti ſtatuimus. Vbi circumſcriptiuum corporis quantitatiui eſſe infimam ſpeciem, cũ inter illius inferiora non ſit aliud diſcrimen, quam in diuerſis huius ſpatij partibus collocare: qđ nõ eſt indicium maioris diſtinctionis, quam numericę: Definitiuum eſſe ſpeciem ſubalternam, diſpertiriq. immediatè in corporale, & ſpirituale: corporale deinde in ſupernaturale, & naturale: In priori membro eſt Vbi corporis Chriſti Domini in Euchariſtiæ Sacramento, & illud, quo Deus conſtitueret aliud quodcunq. corpus totum in toto, & totum in qualibet parte loci: item, quo poneret punctum indiuiſibile (ſi quod eſt) in ſpatio extenſo, & ſi quid aliud à Deo condi poteſt. In poſteriori eſt Vbi ſubſtantiæ corporalis, vel alterius accidentis, quod ſine quantitate totum in toto, & totum in qualibet parte exiſtat, quod quamuis euenire non poſſit, niſi per Dei potentiam: poſito tamen priori miraculo ſeparationis ſubſtantiæ, vel accidentis à quantitate, non eſt ſupra eorum naturam indiuiſibiliter in loco eſſe, quoniam repugnãtia indiuiſibiliter exiſtendi tota prouenit à quantitate, vt à radice.

Vbi circũſcriptiuũ eſt ſpecies infima.

Definitiuũ eſt ſpecies ſubalterna.

Rogabis, num ad hanc ſpeciem pertineat illud Vbi, quod ineſſet pũcto quantitatiuo, ſeparatim ſumpto? ad negatiuam n. partem facit, quod locus puncti nõ habeat partes; ergo non poteſt conſtitui totus in toto, & totus in qualibet parte loci; ad affirmatiuam, quod punctus, cum partibus careat, nequit loco circumſcribi. Affirmatiua pars eligẽda eſt, tũ propter rationẽ propoſitã, tum quia ad Vbi definitiuũ ſatis eſt, quod habeat negationẽ circumſcriptiui, hoc eſt, non ponat ſubiectum extenſum in loco; quare propria illius differentia eſſe videtur, collocare rem indiuiſibiliter, ſiue locus ſit diuiſibilis, ſiue indiuiſibilis, cuiuſmodi eſt in propoſito exemplo, & cum Angelus ad punctum ſe colligeret per Vbi ſpirituale. Quod vbi ſpirituale à multis in tot ſpecies diſtribuitur, quot ſunt loca maiora, ac maiora in infinitum; ſatius tamen eſt, vel ob iſtũ proceſsum omnia, quæ ſubſtantijs competunt, vnius ſpeciei conſtituere, vt fecimus in corporibus: niſi propter Vbi omninò indiuiſibile, de quo proximè dictum eſt, admittendæ ſint duæ ſpecies, altera Vbi exiſtentis in loco extenſo, altera exiſtẽtis in indiuiſibili.

Vbi pũcti ſeparati definitiuum eſt.

De ſpeciebus ſitus non multo aliter, ac de figuris cenſendum eſt, cum enim ſitus conſiſtat in proportione, & habitudine partium inter ſe, & ad locum: hęc verò innumeris modis variari poſſit: ſicut figurarum ſpecies ex qualibet varietate terminationis partium diſtinguũtur: ita huius prędicamenti ſpecies diſcriminari poterunt. Vnde Albertus ſuper librum de ſex principijs, tractatu de poſitione cap. 1. diuidit primò ſitum in rectè, & inflexè eſſe, tanquam in ſpecies ſubalternas; ſub illis deinde velut imas ſpecies, in ſeſſionem, cubationem, ſtationem, &c. quibus annumeranda ſunt aſperum, & læue, non quatenus dicunt figuram, ſed partium poſitionem, atque ordinem. Sed de his ſatis.

Species Situs quæ.

Albert.

QVÆSTIO III.

De duratione, & Habitu.

ARTICVLVS I.

Durationis prædicamentum explicatur.

DE hac materia aut plurima, aut nihil dicendum eſſet: eſt enim inter quæſtiones philoſophicas, vna è grauiſſimis: de qua proinde multa in quarto Phyſicorũ, plura

De rõne formali quando.

Digitized by Google

plura in 5. Metaphyſi. dicenda ſunt: ſed quia in his prædicamentis fundamenta iacimus Metaphyſicorum, neceſſarium eſt, rudi (vt aiunt) Minerua rationem, ac ſpecies. Quando exponere, ac recenſere. Quod ergo ad rationem attinet, duæ ſunt ſententiæ. Prima conſtituit formalem rationem. Quando in extrinſeca denominatione à tempore primi mobilis. Eſt admodum communis D. Thom. opuſcul 48. Scoti in 2. diſt. 2. quæſt. 2. videturque deſumpta ex illa deſcriptione Gilberti. Quando eſt ratio ex temporis incidentia, ſeu adiacentia relicta: quamuis ipſe Gilbertus nolit, formam huius prædicamenti eſſe ipſum tempus externũ, ſed illius (vt ſic loquamur) veſtigiũ. Fauet Ariſtoteles, qui in cap. 4. explicuit. Quando per eſſe in præſenti, aut ſuperiori anno, quæ denominationes à tempore primi mobilis deſumuntur: & hic cap. 6. vocat prædicamentum temporis: cur dicant, hãc denominationem deſumi potius à tempore extrinſeco, quam ab intrinſeco, eam aſſignant rationem, quia tempus vt internè afficit proprium ſubiectum, ſpectat ad quantitatem: à tempore autem primi mobilis idcirco deriuatur, quia notiſſimum eſt, ac maximè æquale.

1. Opi. aſſerens, eſſe denominationem externam.

D. Tho.

Scot.

Ariſt.

Secunda ſententia eſt, formam prædicamenti Quando eſſe durationem cuilibet rei creatæ intrinſecam: quæ in hoc diſtinguitur ab exiſtentia, quod exiſtere ſolum dicit rem eſſe extra ſuas cauſas: durare verò vlterius includit perſeuerantiam in acceptione exiſtentiæ, ſiue ea perſeuerantia ſit penes totum eſſe per productionem receptum, quo pacto durant Angelus, homo, ceteraque permanentia: ſiue penes alias, & alias partes, vt durant ſucceſſiua: quę ideò perſiſtere dicuntur, quia prioribus partibus, quæ labuntur, continuò ſuccedunt aliæ; quamobrem duratio ſic definiri ſolet. Duratio eſt permanſio rei in exiſtentia. Cuius explicatio ex dictis eſt manifeſta, ſi ſubintelligas conditiones entis prædicamentalis, vt reijcias infinitam Dei Optimi Maximi durationem ſua infinitate prædicamenti incapacem: & partiales durationes, quæ in alicuius totalis, & completæ compoſitionem veniunt, cuiuſmodi ſunt eæ, quibus durant partes integrantes, aut phyſicæ in toto compoſito.

2. Opin. eſſe durationem cuiq. rei internam.

Durationis definitio.

Etſi prior ſententia antiquitate, atque adeo probabilitate non exigua ſe tueatur, poſterior à nobis amplectenda eſt, vt in Philoſophorum ac Theologorum ſcholis hodie frequentior, & rationibus longe firmior. In ea duo erant probanda, primum cuiuſuis rei durationem eſſe illi intrinſecam: hoc tradidit Aegidius in tract. de menſura Angelorum, Albert. de ſex princip. tract. 4. initio. Capreol. in 2. diſt. 1. quæſt. 2. art. 1. Cloc. 5. Sco. q. 1. & Nominales. Probatur, ſecluſa quacunque duratione extrinſeca poteſt quælibet res, ſi à Deo conſeruetur, in ſuo eſſe perſeuerare, vt per ſe manifeſtũ eſt; ergo duratio, cuius formalis effectus eſt in eſſe permanere, eſt forma interna. Deinde quædam entia reſpondent maiori durationi extrinſecæ, quædam minori: vixit enim Adam pluſquam nongentos annos, & Abel multò pauciores, ſed hoc non prouenit ab ipſo tempore externo primi mobilis, vel alio imaginario; neutrum quippe realem affectionem cauſat in re durante; ergo aliquid internũ eſt in ipſis entibus, cuius interuentu maiorem aut minorem æquant durationem externam; quod non eſt aliud, quam interna duratio. Denique, vt ratio aſſiſtẽdi loco externo eſt Vbi rei internum, ita cauſa exiſtendi tempori extrinſeco debet eſſe intrinſeca duratio. Secundum in hac ſententia probandũ erat, hac durationem eſſe huius prædicamenti formam. Id verò perſpicuum eſt primò ex comparatione Vbi; ſecundò quia denominatio ſumpta a duratione eſt realis, & habet ceteras conditiones ad prædicamentum requiſitas, nec apparet aliud, in quo reponatur.

Secunda ſententia approbatur.

Aegid.

Albert.

Capreol.

Scot.

Nomina-

Confirmatur 1.

2

3

Argu. primæ ſententiæ diluuntur.

Quare ad fundamenta prioris ſententiæ

tentiæ dicimus, hoc prædicamentum accepisse nomen à manifestiori specie, quam fatemur esse tempus primi mobilis, per ordinem, ad quam intelligimus, & explicamus omnes inferiores durationes, & hac de causa Aristoteles per huius temporis differentias prædicamentum explicuit. Nihilominus sub eodem complecti omnes, & solas durationes internas, ita vt ipsummet tẽpus non pertineat ad prædicamentum, Quando, prout denominat res inferiores, sed quatenus durantem efficit primam sphæram motabilem. Nec officit, quod illius sententiæ Authores assumunt, tempus comparatione subiecti, in quo inhæret, pertinere ad prædicamentum quantitatis. Sit enim id verum sit, adhuc in eo distinguetur ratio durationis, sub qua in Quãdo reponatur, quæ sit permansio existentiæ; & ratio tẽporis, quæ posita sit in extensione motus. Dices: Denominatio, quam illud tempus præbet sublunaribus, est realis; ergo alicuius prædicamenti, nõ alterius; ergo, &c. neganda tamen est illatio, cum non afficit per modum formæ, sed veluti terminus coexistens; idem enim est rem correspondere, vel mensurari tempore, ac illi coexistere, quæ denominatio magis est relatiua, quam à forma absoluta externa.

Occurritur obiectioni.

Durationis in permanẽtem & successiuam diuisio.

Series durationis hæc cõstitui solet. Duratio alia dicitur permanens, alia successiua; hæc (si vlla per se datur) eodem pacto ac tempus subdiuidenda est. Illa distribuitur in supernaturalem, & naturalem; Supernaturalis est, qua durant res supernaturales, vt habitus per se infusi; quod rursum tribuitur in æternitatem participatam, & in modum æternitatis. Aeternitas participata est duratio illarum rerum, quæ magis participant diuinum esse, vt visionis beatificæ, luminis gloriæ, & iuxta nõnullos, gratiæ. Modus æternitatis est duratio reliquorũ habituum, & actuũ supernaturaliũ, vt fidei, spei, caritatis. Non facimus mentionem æternitatis simpliciter; quia hæc est infinita Dei duratio nullo ordine inclusa.

Duratio supernaturalis.

Modus æternitatis.

Duratio permanẽs naturalis est, qua durant res naturales; quæ pari modo diuiditur in æuum; & modum æui; æuum est duratio rei incorruptibilis, vt Angeli, animę nostrę, Materię primæ, & Cœli. Modus est duratio rei corruptibilis, veluti hominis, lapidis, & aliarũ rerum, quæ tametsi vltimo intereunt, dum persistunt, partium successione carent. His alię durationes adiungi solent, eas tamen, & harum, quas proposuimus, definitiones, ac naturam alibi aperiemus.

Duratio naturalis.

Modus æui.

ARTICVLVS II.

DE PRAEDICAMENTO Habitus.

AVthor sex Principiorũ sic definit habitum in ea significatione, qua in capite de Qualitate ad hũc locum spectare diximus. Habitus est corporum, & eorum, quæ circa corpus sunt, adiacentia; quam definitionem quidam sic exponunt, vt velint, habitum esse modum accidentarium resultantem in re vestita ex vestium circumpositione. Cuius sententię videtur esse Philosophus 5. Metaph. c. 20. cum docet, habitum esse actu medium inter habentem, & rem habitam; quemadmodum actio media est inter causam, & effectum; sed actio est modus ab vtroque distinctus; ergo iuxta mentem Philosophi idem erit de habitu existimandum. Confirmatur; quia vestis est substantia, eaq; plerumque complexa; hoc verò prædicamentum est accidentis, non cuiusque, sed simplicis; ergo aliquis modus accidentalis præter vestem necessariò concedendus est.

Antiqua habitus definitio.

Autor sex Princip.

Aristot.

Vera tamen, & communis sententia docet, abstractum huius prædicamenti esse vestem latè accepto vocabulo: concretum verò vestitum, quod non importat modum à veste, & corpore distinctum, sed extrinsecam vestis denominationem, & verè nullus modus intermedius fingi potest à vestis appositione prouenies, cum homo absque vlla interna mutatione indui, exuique possit.

Vera ratio habitus.

Nec

Digitized by Google

runtur tamen, prout sic ad illa, vti ad agentia, sed quasi ad subiecta recipientia. Si enim Deus efficeret, vt agens suapte natura immanenter operans effectum ederet extra se, (quod non videtur implicationem continere) denominaretur eiusmodi agens à sola actione, & non à termino, quem producebat; ergo si nũc ab illo denominatur id habet, quatenus patiens est. At post passionem sequitur in subiecto forma, vnde illa dici non potest actus vltimus patientis: nec item vocari potest primus, quia pleraque subiecta habent priorem actum, qui est illis ratio recipiendi formam. Nam substantia corporea suscipit accidentia per quantitatem, quæ est actus materiæ: spiritualis per potentias, quæ

Obiectio. sunt illarum actus. Sed oppones; dantur aliæ formæ, quibus subiectum recipiat formam; ergo comprehenduntur in definitione passionis.

Dilutio. Respondetur, negando illationem; quia cum in definitione dicitur, passionem esse, qua mediante patiens recipit formam, intelligitur formaliter, & proximè, quod in solam cadit passionem, nam ceteræ formæ remotè, & mediante passione aliquid recipiunt. Num verò eodem modo intercedat passio inter subiectum, & formam, quo actio inter agens, & effectum, an diuerso, ex sequentibus patebit.

ARTICVLVS II.

QVAE SINT HORVM PRAEdicamentorum species.

Diuiditur actio in immanentẽ & transeuntem. Quid actio immanens.

QVoniam eadẽ penè doctrina est actionis, & passionis facilè erit vnius diuisione explicata, si in reliquis diuersum quidpiam extiterit, indicare. Prima & potissima actionis diuisio est in immanentem, & transeuntem. Actio immanens est, quæ manet in eodem supposito, & in eadem potentia, à qua elicitur; & si potentia partes habeat, in eadem parte potentiæ: cuiusmodi sunt cognitio, & appetitio. Vocari etiam solent actiones immanentes illæ, quæ, tametsi non recipiantur in potentia, qua fiunt, manent tamen in eodem supposito, quales sunt productio amoris in voluntate ab intellectu possibili, & speciei intelligibilis ab intellectu agente in possibili: emanatio item habituum ex actibus, actiones nutritiuæ, augmentatiuæ, & loco motiuæ; sed hæc appellatio impropria est, & non continet actiones specie diuersas à tum seuntibus, quia differentia immanentium propria, & essentialis est, vt non egrediantur extra principium proximum, à quo fiunt. Dubitatio tamen est, an participent eiusmodi differentiam emanationes proprietatum à subiectis, vt frigoris ab aqua, intellectus, & voluntatis ab anima? Ad partem affirmatiuam facit, quia nascuntur immediatè à substantia, & in eadem recipiuntur. Ad negatiuam, quod hæ resultantiæ tribuuntur generanti, vt agenti principali, quod semper est principium separatum. Hęc contentio ita componenda videtur, vt emanationes proprietatum corporalium omnes sint transeuntes, non propter principium, cui tribuuntur; hic enim de solo principio proximè exercente actionem habetur ratio; sed quia in composito physico immediatum principium actionis est forma; immediatum verò subiectum est respectu ceterorum accidentium quantitas, respectu ipsius quantitatis materia: emanationes verò proprietatũ spiritualium sunt immanentes, quia proximum principium actiuum, & receptiuum est substantia (supponimus enim ab ea proximè dimanare:) negandum tamen non est, actiones proprijssimè immanentes solùm reperiri in potentijs appetentibus, & cognoscentibus.

Propriè illa solũ immanẽs dicitur, quæ in principio proximo recipitur.

Proprietatis corporeę emanatio trãsiẽs dicitur.

Spiritualis immanens nominatur.

Actio transiens est, quę non recipitur in potentia, à qua producitur, siue transeat in diuersum supposi-

Actionis trãseuntis definitio.

tum,

tum, vt illuminatio dimanans à Sole in aerem, siue in distincta parte, aut potentia eiusdem suppositi, vt calefactio, qua manus manum calefacit, & productio phantasmatis à sensu communi in phantasiam. Subdiuiduntur hæ actiones varijs modis. Immanens distribui potest primò in vitales, & non vitales quo posteriori membro comprehendimus emanationes potentiarum spiritualium, quæ eodem modo, quo ipsæ potentiæ, subsecantur. Vitalis actio immanens diuiditur proximè in actiones potentiarum appetentium, & cognoscentium; rursum appetitiones in rationales, & sensitiuas, sub quibus variæ sunt species, illæ in voluntate, hæ in appetitibus sensitiuis; actiones potentiarum cognoscentium dispertiri possumus in actiones intellectus, & sensus; sensus item in actiones interni, & externi; singulas deinde in varias species, pro multitudine potentiarum, & obiectorum.

Actio immanēs in vitalē, & non vitalem distribuitur.

Transeuntis partitio inculcatur.

Actio transiens videtur immediatè diuidenda in productiones diuersorum prædicamentorum, substantiæ, quantitatis, qualitatis. Deinde verò remotius in inferiores species, quibus eorundem prædicamentorum species producuntur. Supponimus in hac diuisione, productiones substantiarum, siue totalium, siue partialium, esse accidentarias, & ad hoc prædicamentum pertinentes; quod quantam habeat probabilitatem, alibi est disputandum.

Obiectio contra actionis transeuntis definitionem.

Huic diuisioni illud tantum obstare videtur, quòd actio transiens eo modò explicata non contineatur in actionis definitione. Nam forma est actus illius, in quo inhæret; actio transiens non inest principio actiuo; ergo non est illius actus, quod in definitione dicebatur. Iam verò, si diuisio accōmodetur passioni, multò minus ei prędictum membrum conueniet. Nulla quippe transiens passio esse potest; siquidem omnis non modò est in subiecto, quod patiens dicitur, sed etiam in eadem parte, secundùm quam denominatur. Respōdendum nihilominus est, actionem etiam transeuntem esse actum non intrinsecum, siue inhærentem, sed extrinsecus denominantem: in definitione autem intelligi actum, quatenus ab vtroque abstrahit; quo sensu non est incommodum, actionem transeuntem de Deo prædicari vt actum extrinsecum, dummodo à perfectionis vocabulo abstineatur. Ad reliquam partem dubitationis dicendum, passionem quoque in immanentem, & transeuntem diuidi, transeuntem tamen non eodem pacto actioni, & passioni conuenire; actio enim vocatur transiens, quia verè transit in aliud subiectum distinctum à principio proximò: Passio verò non quia transit à patiente, sed quia respondet actioni transeunti. Vnde passio transiens est illa, secundum quam vnum subiectum patitur ab alio, vel vna potentia, aut pars eiusdem subiecti ab alia potentia, vel parte.

Transeuntis à patiente.

Quid passio transiens.

Dilatio.

Secunda diuisio, quæ totum etiam complectitur actionis prædicamentum, fit in actionem vitalem, & non vitalem; vitalis est, quæ procedit ab aliqua potentia animæ: non vitalis, quæ à quouis alio principio nascitur. Hanc idcircò minus probamus, quia in vtroque membro continentur aliquæ actiones terminatæ ad substantiam, & aliæ ad accidens. Cum tamen omnes substantiales, quantum fieri poterit, distinguendę primò videantur contra accidentales: ita vt in vtroque membro commixtæ non sint, quod in prima diuisione seruatur.

2. Diuisio. Actionis in vitalē, & non vitalem minū apta iudicatur.

Tertia partitio est in actionem successiuam, & instantaneam, quam plerique essentialem esse arbitrantur, sed quanta probabilitate id asserant, hoc loco disputari prohibet quædam doctrina huius Cursus in 2. Physic. quam cum iterum recognouerimus, rem penitus definiemus.

Tertia actionis diuisio in successiuā & instantaneam.

Illud omninò explicandum, quo pacto actio, & passio, vt vera genera in propositas species diuidātur, cum idētitatem habeant cum motu, quem Aristoteles, vniuersaque Philoso-

Actionis, & Passionis vniuocatio impugnatur.

phia analogum esse confitetur: videtur autem in his prædicamentis esse eadem prorsus ratio, quę in motu. Enim verò motus est analogus, quia terminus in communi, ad quem tendit, & à quo specie sumit, analogus est, videlicet, ens commune diuersis prædicamentis; sed actio, & passio in eundem feruntur terminum, & per eũ distinguũtur, vt inter diuidendũ insinuauimus; ergo nequeunt vniuoca esse, & in veras species dissecari, quod de passione docet D. Tho. de Ente & Essentia ca. 1. cum asserit, passionem non dici eadẽ ratione de subiecto corporali, & spirituali. Accedit, motum non ingredi seriem prædicamentalem, quia est ens imperfectũ, & magis via ad ens, quam absolutum ens; sed eadem omninò imperfectio visitur in actione, & passione saltem successiua: vtraque enim, dum motus durat, paulatim perficitur, & absoluitur; ergò non possunt prædicamenta constituere.

D. Tho.

Actionis, & passionis vniuocatio propugnatur 1.

Auerr.

Non est difficilè, antiquam, & veram sententiam de horum prædicamentorum vniuocatione retinere, & obiectionem dissoluere; quod in ea opinione, quæ cũ Auerroe 5. Physic. com 9. assereret, motum esse formam, dum est in cõtinua acquisitione; actionem verò, & passionem esse qualitates agentis, & patiẽtis, multò facilius expediretur; quoniã motus eo modo sumptus formaliter cõtinet res plurium prædicamentorũ: actio verò & passio sunt modi limitatæ naturæ ex ordine ad principiũ actiuum, & subiectum, vnde ille imperfectus est, & analogus, hæ vniuocæ, & absolutę, sed iuxta probabiliorem sententiam de actionis, & passionis identitate, respondendum est, motum esse analogum, quia non est aliud quam fluxus formæ, vel forma fluens, absque ordine, vel conuenientia in aliqua vna ratione, ex qua sortiatur vnitatem generis; sed immediatè respicit diuersitatem ipsorum terminorum, qui motu fiunt; at actio est peculiaris quidam modus, qui, licet diuidatur in species propter terminos, in communi tamen sumptus,

Propug. 2.

non à termino, sed à principio actiuo recipit distinctionem à ceteris prædicamentis; & qualiscunque sit forma, quæ producitur, ipsa perpetuò habet eundem modum afficiendi, & denominandi efficientem causam. Quod eadem proportione applicandum est passioni, mutato principio effectiuo in subiectum. Atque hæc de analogia.

Actio, & passio perfecta entia sunt.

Quod attinet ad imperfectionem, hæc est ratio, cur potius inueniatur in motu, quàm in actione, & passione; quia motus per se est partim in fieri, partim in facto esse: actio verò, & passio æquè perfectæ sunt in tempore, atque in instanti, vt ex productionibus instantaneis constare potest. Quod si aliquæ cum motu coniunctæ sunt, his per accidens, & ratione motus euenit, vt totæ simul non existant, quod proinde non tollit, earum naturam esse perfectam, & absolutam. Quæ de passionis, & actionis distinctione hoc loco dicenda videbantur, in Metaphys. multò commodiùs, & luculentiùs explicanda reseruamus.

QVÆSTIO II.

DE PRÆDICAMENTO Situs, & Vbi.

ARTICVLVS I.

Quæ sit formalis eorum ratio.

De formali rõne Vbi duę sententiæ.

ANtequam descriptiones afferamus, & explicemus, inuestigare oportet, in quanam forma Vbi, & Situs prædicamenta sint; quamuis hæc materia in 4. Physicorum cap. 5. magna ex parte profligata sit. Duæ igitur sunt extremæ sententiæ de ratione Vbi. Prima asserit, illius formam, & rationem esse locum extrinsecum, in quo res esse dicitur. Secunda, esse aliquid intrinsecum rei in loco existenti. Prima rursus bipartita est in duas loci acceptiones: qui. n. cũ Stoicis,

Stoici.

&

& quibuſdam Academicis, alijſque Peripateticis arbitrantur, locum eſſe ſpacium à corpore occupatũ, cuiuſmodi eſt illud, quod inter cauum Lunæ, & terræ faciem intercedit, in eodem interuallo rationem Vbi conſtituerunt. Qui verò cum Ariſtotele loco citato opinãtur, locum eſſe ſuperficiem ambientem rem locatam, eandem ſuperficiem aſſignant pro forma Vbi, non quidem vt extendit corpus continens (ſic enim ſpectat ad prædicamentum quantitatis,) ſed quatenus externè continet, denominatque rem locatam.

Hæc ſententia in communi accepta, videlicet, quatenus aſſerit, locũ, in quo res continetur, eſſe formaliter vbi, fuit ſatis recepta inter antiquiores Philoſophos, quia indifferenter vocant hoc prædicamentum locum, vel, Vbi. Ariſtoteles 5. Phyſ. c. 2. ait, motum ad tria prædicamenta contendere, quantitatem, qualitatem, & Vbi: motum verò ad Vbi appellat localem. i. ad locum. Illius Interpretes ibi, & alijs locis eadem loquendi forma vtuntur. D. Thom. 1. part. q 10. artic. 3. ait, mobile ſecundum motum localem eſſe in potentia ad locum tantum extrinſecum. Probatur primò; Alicubi eſſe, eſt eſſe in Vbi; ſed nulla res dicitur eſſe in aliquo modo ſibi intrinſeco, ſed in loco externo; ergo locus eſt Vbi; Secundò ſuperficies ambiens corpus locatum verè, & realiter illud denominat; ergo illa denominatio ſpectat ad aliquod prædicamentum; non apparet autem aliud opportunius. Tertiò ſpecies Vbi ſunt eædem cum ſpeciebus loci; videlicet, ſurſum, deorſum, antè, & retrò; ergo forma eſt eadem.

D. Thom. 1. Opinio, Vbi & locum externũ nõ diſtinguens confirmatur.

Qui Vbi à loco diſtinguunt, variè de eo sẽtiũt.

Authores ſecundæ ſententiæ omnes conſentiunt, illud internum, quod rationem Vbi conſtituit, eſſe modum rei, non realitatem diſtinctam: ille enim ſufficit ad omnia, quę in Vbi reperiuntur: trifariam tamen ſe exponunt. Nonnulli Recentiores volunt, èum modum eſſe ipſam rei exiſtentiam in hoc, vel illo loco; quod rationabiliter probari poteſt; quia Vbi eſt terminus motus localis, vt antea ex Ariſtotele dicebamus, & poſtea probabimus; ſed per motũ localem non acquiritur aliquid internum, quod in mobili non præexiterit, vt ſupra docuit D. Th. ergo comparatur exiſtentia in hoc, aut illo loco, quæ proinde eſt ipſum Vbi. Secũdo loco alij admittunt, eſſe modũ diſtinctum ab exiſtentia, & à reliquis omnibus accidentibus, reſultantem ex cõiunctione rei locatę cum ſuperficie ambiente: Ita docet Gilbertus in opere ſex principiorum, cap. de Vbi, quod ſic deſcribit. Vbi eſt circumſcriptio corporis ex circumſcriptione loci proueniens; quam circũſcriptionem paulò inferius docet, eſſe in corpore circundato. Sequitur Alber. Mag. in eodem opere tract. 5. cap. 1. hæc expoſitio eodem modo, quo ſuperior probari poteſt. Tertiò, & vltimò ab alijs ſic exponitur hæc ſententia, vt velint, Vbi eſſe modum internũ, per quem res formaliter eſt in loco, qui non proueniat effectuè ex ſuperficie ambiente, ſed producatur à cauſa conſtituente rem in loco.

Gilbert.

Alb. Mag.

Hanc vltimam ſecũdæ opinionis interpretationẽ, quò ad rem ipſam, defendunt Durand. in 2. diſtinct. 15. quæſt. 3. Maior diſtinct. 2. Ochamus quæſt. 9. cum alijs Nominibus. Iandunus 4 Metaphyſ. q. 4. & multi Recentiores. In ea duo probanda ſunt; primum, Vbi eſſe modum realem intrinſecum rei locatæ contra primam opinionem. Secundũ, talem modum non prouenire ex circumſcribente ſuperficie, ſed aliunde contra priores expoſitiones ſecundæ ſententiæ. Primum oſtenditur in hũc modum. Motus localis eſt realis mutatio; ergo terminus per eam comparatus erit realis: quia omnis acquiſitio reſpondet naturæ termini; at non poteſt eſſe locus extrinſecus; ergo aliquid internum mobili. Probatur minor. Si motus fiat extra cœlum, vbi nullum eſt corpus ambiens, erit nihilominus realis; ergo habebit realem terminum, quem conſtat eſſe non poſſe ſuperficiem ambientem quippe quæ nulla ſit; ergo modus

Vbi eſt modus ab exiſtentia diſtinct". Durand. Maior. Ocham. Iãdunus.

Digitized by Google

das internus. Maior inde patet, quia illud corpus realiter agitaretur, & correſponderet diuerſis partibus cœli; etſi ponamus, eſſe animal Dei potentia conſeruatum, exercebit poſitiuum actum potétiæ motricis, quem ſine termino conſtare eſt impoſſibile. Secundò corpus in pleno mutat plerumque Vbi, reténta eadem ſuperficie, & mutat ſuperficiem conſeruato Vbi; ergo non eſt idem Vbi, ac ſuperficies; primum patet in eo, qui defertur naui; hæret enim perpetuò eidem ſuperficiei nauis, & continuò eſt in diuerſo Vbi. Secundum in turri, quæ cũ ſemper ibidem ſit, ſuperficies identidem mutat.

Vbi ex ſuperficie ambiente nõ reſultat.

Secundum, quod propoſuimus, ijſdem primò rationibus confirmatur. Etenim ſi hoc ſpatium inter terram, & Lunæ cauum inane eſſet, & corpus ab vna parte in aliam mutaretur, acquireret procul dubio diſtincta Vbi, vt probauimus; at nulla daretur ſuperficies ex cuius appoſitu reſultarent. Item: Circumpoſita eadem ſuperficie in pleno variatur Vbi, & hoc immutato ſuperficies alternatur, vt in ſecundo argumento vidimus; ergo aliunde, quam ex ſuperficie naſcuntur Vbi. Confirmatur exemplo Cœli Empyrei, quod alicubi eſſe quò ad vtramque ſuperficiem concauam, & conuexam negandum non eſt, vt in quarto Phyſicorum demonſtrabitur; at ex parte conuexa non coniungitur ſuperficiei reali, quæ præfatum modum producat, ſed ſpatio inani vndique circumfuſo.

Secundò. Vbi eſt ratio formalis eſſendi in hac, vel illa parte: ergo non reſultat ex loco extrinſeco. Antecedens probatur primò, quia omnis modus realis habet ſuum effectum formalem: Vbi autem, quem modum eſſe oſtendimus, nequit alter effectus aſſignari. Secundò, ſi ex ceteris omnibus, quæ prædictum modum antecedunt, aliquid eſſet ratio eſſendi in loco; & modus eſſet ſuperuacaneus, & cum primum res producitur, exiſteret omnibus in locis, in quibus poſtea eſſe poſſet, cum iam daretur ratio formalis eiuſmodi aſſiſtentiæ. Nec ſatisfacies occurrendo, illam rationem formalem nõ eſſe completam, niſi corpus ad talem locum applicetur: Suberit enim occaſio ſuſpicandi illud, quo mediante corpus applicatur, eſſe rationem formalem aſſiſtendi, vt re vera eſt; illud autem vocatur Vbi. Conſequentia præcipuæ rationis eſt euidens: ſi enim modus reſultaret ex applicatione loci extrinſeci, prius eſſet corpus in loco exiſtere, quam habere Vbi, & conſequenter ille modus prorſus eſſet inutilis.

Reliquæ ſententiæ confutantur.

His argumentis non ſolum probata eſt vera ſententia, ſed oppoſitæ penè omnes conuictæ. Nam prima, quatenus vult, Vbi eſſe ſuperficiem externam, omnibus argumentis confutata eſt; at prout vult eſſe interuallum, inde facilè reprobatur, quia vel illud interuallum eſt corpus trinè dimenſum, vt pleriq. Authorum ſignificabant, vel quid inane, vt re vera eſt, & poſteriores confitentur: ſi primum, ſpectat ad prædicamentum quantitatis, vbi ſunt omnes dimenſiones; ſi ſecundum, nullibi categoriarum eſt, cum nihil ſit. Iam verò ſecunda explicatio ſecundæ opinionis abundè refutata eſt, cum oſtendimus, Vbi aliunde haberi, quam à circumpoſito corpore. Prima ſe ipſa corruit; nam exiſtentia non producitur, vel corrumpitur per motum localem, ſed per productionem, & corruptionem ſubiecti; ergo non eſt Vbi. Præterea ad nullum ſpectat prædicamentum, vt ſupra vidimus.

Exiſtentia nullo modo eſt in prædicamento.

Dices, exiſtentiam per ſe in nullo poni prædicamento: at exiſtentiam in loco poſſe in hoc collocari. Verum quid addit ſupra exiſtentiam eſſe in loco? relationem, an modum? ſi detur primum, recurritur ad opinionem Scoti aſſerentis, hoc prædicamentum, vt reliqua præter quatuor priora, conſtare relatione contenti ad continens, quam non oportet iam hoc tempore improbare: facilè enim ab omnibus conceditur, relationem vbicunq. reſultãtem ad pro-

propriam categoriam pertinere; si admittatur secundum, hunc modum nos appellamus Vbi, & non ipsam existentiam.

Aliarũ opinionum argumẽtis occurritur

Ad probationes harum opinionũ nihil ferè respondeamus oportet; quod enim in prima affertur, Aristotelem, & antiquiores Philosophos confundere Vbi cum loco: ideo contingit, quia Vbi in hoc vniuerso semper est coniunctum cum loco externo, ob corporum colligationem. Eandem ob causam motus ad Vbi localis dicitur ab Arist. manifestior quippe illius terminus est locus, quam Vbi. Quo loco aduertendum, per motum localem duos acquiri terminos, vnum primarium, & independentem à pleno, aut vacuo; alterum secundarium, & per accidens cum priore coniunctum, qui in pleno tantum reperitur; ille est Vbi internum; hic locus extrinsecus, qui propterea nomẽ tribuit motui, quia patentior est. D. Th. loco citato non negat, corpus per motum localem esse in potentia ad formam intrinsecam, sed ad formam realiter distinctam; vt penes hoc opponat motum localem motibus alterationis, & augmentationis, qui tendunt in formas realiter à subiecto distinctas.

Ad primam probationem negandum est, illa locutione significari rẽ esse in loco ambiente, vel in ipso Vbi; potius enim significatur effectus formalis Vbi, qui proprium nomen non habet, & à quibusdam dicitur vbicatum; igitur esse alicubi idem valet, atq; aliquo vbi affectum esse, ad id verò minimè exigitur, vt corpus sit in Vbi; fateri quoq; poteris, similes locutiones communius, & proprius accommodari loco externo. Ad secundam dices, superficiem ambientem pertinere ad prædicamentum habitus, vt ex illius doctrina magis patebit. Ad tertiam respondemus, illas species, seu appellationes magis propriè accommodari Vbi, quam loco; huic tamẽ propter vicinitatem aliquãdo attribui, quod non est sufficiens indicium perfectæ identitatis.

De Situ eędem versantur sentẽtię, significat enim, vt hoc loco de illo agimus, certam positionem partium corporis in ordine ad locum; Vnde, qui cõtendebant, vbi esse locum externum, idem de situ opinantur, aiuntq. situatum esse, quod est huius prædicamenti concretum, esse denominationem à loco certo quodã modo corpus afficiente: vt cubare, sedere, &c. Ceterum, qui Vbi faciũt modum internum, hoc ipsum de Situ asserant necesse est, ęquo, aut potiori iure; nam sedere, stare, & cubare modi sunt ipsius corporis, & non externę denominationes. Hanc posteriorem sententiam veram omnino esse putamus; Dicimusque, Situm esse modum intrinsecum, quo res est in loco, non absolutè, id enim præstat Vbi, sed certa quadam partium dispositione. Id probant eædem fere rationes, quæ suadent, Vbi esse modum, si applicentur admodum essendi in loco definita ratione, & partium habitudine.

Ratio formalis Situs quæ.

Discrimen inter Vbi, & situm idẽ est, quod inter actionem, & passionem, virtuale. s. non actuale. Enimverò, si situs est positio, vel coordinatio partium Vbi, clarum est, necessarium non esse nouum modum superadditum partibus Vbi, sed sufficere easdem partes sic affectas; nec enim dispositio vniuersi est aliquid prẽter illius partes rectè diipositas; præterea cum situs superueniat Vbi, & Vbi sit quidã modus, necessarium foret, vnum modum ab altero affici: quod facile concedendum non est; sufficere autem, hoc discrimen ad diuersa creanda prædicamenta, ex superioribus supponatur.

Inter Vbi, & Sitũ distinctio.

Ex dictis facilè est, horum prædicamentorũ definitiones colligere ad huc modum. Vbi est forma interna, qua res in aliqua spatij parte existit. Per priorẽ definitionis partẽ excluditur locus, & oẽs externæ formæ: per posteriorem internę, quarũ effectus formalis non est constituere in certa mũdi parte; inter quas reijcitur etiam potẽtia motiua, tam animaliũ, quã elemẽtorũ, quia cõstituunt corpora,

Definitio Vbi.

Digitized by Google

pora, in quibus sunt, in loco effectiuè, & non formaliter, quo pacto intelligimus in definitione vltima verba.

Definitio Situs.

Situs est dispositio corporis in se resultans, ex locali partium vbicatione; hoc est, non solum est positio corporis in loco, sed eiusmodi positio quæ contineat collocationē plurium partium existentium definito, quodam modo in loco, v.g. Sessio est ille modus essendi, qui reperitur in corpore sic affecto, vt superior dimidietas afficiatur. Vbi rectò, & in superiori loco statuatur; inferior ab vbi veluti sinuato, & loco inferiori collocetur; quoniam verò ex Vbi vtriusque partis resultat quidam ordo in toto, ideo situs dicitur dispositio; quod ita accipiendum est, vt situs formaliter non sit relatio ordinis, sed ipsum Vbi sic ordinatum. Ex hac descriptione colliges, situm in solis corporibus inueniri; includit enim plures partes eiusdem Vbi: partium autem multitudo extra corporalia non est. Inter corporea verò præcipuè reperitur in animalibus ob maiorem partium distinctionem, in ceteris corporibus ob partium similitudinem, non tam apertè. At Vbi, quia non exigit partium diuisionem, sed præsentiam in loco, æquè in corpore, atque in spiritu esse potest.

Situs i corporib. tãtum reperitur.

ARTICVLVS II.

SPECIES VBI, ET SITVS enumerantur.

Diuisio vbi in circũscriptiuũ & definitiuum Vtriusque definitio.

VVlgatissima diuisio Vbi est in circumscriptiuum, & definitiuum. Illud est modus, quo aliquid ita est in loco, vel spatio, vt totum sit in toto spatio, & partes in partibus spatij: quod Vbi potiuntur omnia corpora, quæ naturaliter existunt, vt per se manifestum est. Definitiuum est modus, quo aliquid ita est in vno loco, vt extra illum non sit: & totum existat in toto loco, & totum in qualibet parte eius: sic existunt omnes substantiæ spirituales, hæ enim, cum partibus careant, non possunt secundum diuersas partes distinctis loci partibus respondere; quamuis esse Dei per primam partem vtriusque definitionis excludatur, quia non est modus accidentarius: nihilominus speciatim reijcitur per secundam partem definitionis Vbi definitiui [Ita est in vno loco, vt extra illum non sit] hoc est, aliquo loco definitur, & limitatur: quod nulla ratione quadrat esse diuino, ob eius immensitatem. Exponimus hac ratione illam definitionis partem, vt palam fit, non esse cõtra rationem Vbi definitiui, quod res eadem per Dei potentiam sit in diuersis locis per diuersa Vbi, vel eiusdem, vel diuersæ rationis: vt cernere est in Christi Domini corpore, quod secundum modum existendi in Sacramento variis assistit locis: cum eodem tempore per Vbi naturale, & extensum in cœlo sit.

Vbi definitiuũ Deo non conuenit.

Hæc diuisio est essentialis, & in immediatas species. Vtrumque inde colligi potest, quia Vbi est vnum è prædicamentis actu distinctũ à præcedentibus: ergo continere potest sub se aliquas species: sed nullus hucusque attulit aptiores, quam enumeratas. Accedit, definitiuè, & circumscriptiuè existere, pertinere maximè ad modum essendi in loco, ac proindè meritò pro differentijs Vbi assignari. Nec repugnat huic assertо, quod nõnulli graues Authores sentiunt, spiritualia, quibus magis proprium est Vbi definitiuum, æquiuocè esse in loco, atque adeo non conuenire vniuocè cum corporibus: Inter quos ita expressè loquitur D. Th. 1. p. q. 52. art. 1. Nam hi Doctores accipiunt esse in loco, non pro habere Vbi, sed pro existentia in loco externo, seu superficie cõtinente: quo pacto verum est, spiritualia esse æquiuocè in loco, quoniam propriè loquendo non continentur superficie ambiente, quæ sit extrema corporis cõtinentis, qualem eam vocat Arist. cum locum definit in 4. Phys. c. 4. Nihilominus, si acciperent esse in loco, pro affectum esse Vbi, non negarent

Propositа diuisio est essẽtialis, & immediata.

Spiritualia sunt equiuocè in loco.

D. Thom.

Arist.

vniuo-

univocè conuenire, quæ definitiuè, & circunſcriptiuè exiſtunt.

Nũ propoſitæ ſpecies infimæ ſint, an ſubalternæ, ambigua quæſtio eſt, pendetq. magna ex parte ab illa, an in re exiſtente tot ſint vbi diuerſa, quot entitates realiter diſtinctæ, quã hoc loco definire abſque prolixa diſputatione non poſſumus: ea igitur in ſuum locum relicta, ſic in præſenti ſtatuimus. Vbi circumſcriptiuum corporis quantitatiui eſſe infimam ſpeciem, cũ inter illius inferiora non ſit aliud diſcrimen, quam in diuerſis huius ſpatij partibus collocare: qđ nõ eſt indicium maioris diſtinctionis, quam numericę: Definitiuum eſſe ſpeciem ſubalternam, diſpertiriq. immediatè in corporale, & ſpirituale: corporale deinde in ſupernaturale, & naturale. In priori membro eſt Vbi corporis Chriſti Domini in Euchariſtiæ Sacramento, & illud, quo Deus conſtitueret aliud quodcunq. corpus totum in toto, & totum in qualibet parte loci: item, quo reponeret punctum indiuiſibile (ſi quod eſt) in ſpatio extenſo, & ſi quid aliud à Deo condi poteſt. In poſteriori eſt Vbi ſubſtantiæ corporalis, vel alterius accidentis, quod ſine quantitate totum in toto, & totum in qualibet parte exiſtat, quod quamuis euenire non poſſit, niſi per Dei potentiam: poſito tamen priori miraculo ſeparationis ſubſtantiæ, vel accidentis à quantitate, non eſt ſupra eorum naturam indiuiſibiliter in loco eſſe, quoniam repugnãtia indiuiſibiliter exiſtendi tota prouenit à quantitate, vt à radice.

Vbi circũſcriptiuũ eſt ſpecies infima.

Definitiuũ eſt ſpecies ſubalterna.

Rogabis, num ad hanc ſpeciem pertineat illud Vbi, quod ineſſet pũcto quantitatiuo, ſeparatim ſumpto? ad negatiuam n. partem facit, quod locus puncti nõ habeat partes; ergo non poteſt conſtitui totus in toto, & totus in qualibet parte loci; ad affirmatiuam, quod punctus, cum partibus careat, nequit loco circumſcribi. Affirmatiua pars eligẽda eſt, tũ propter rationẽ propoſitã, tum quia ad Vbi definitiuũ ſatis eſt, quod habeat negationẽ circumſcriptiui, hoc eſt, non ponat ſubiectum extenſum in loco; quare propria illius differentia eſſe videtur, collocare rem indiuiſibiliter, ſiue locus ſit diuiſibilis, ſiue indiuiſibilis, cuiuſmodi eſt in propoſito exemplo, & cum Angelus ad punctum ſe colligeret per Vbi ſpirituale. Quod vbi ſpirituale à multis in tot ſpecies diſtribuitur, quot ſunt loca maiora, ac maiora in infinitum; ſatius tamen eſt, vel ob iſtũ proceſsum omnia, quæ ſubſtantijs competunt, vnius ſpeciei conſtituere, vt fecimus in corporibus: niſi propter Vbi omninò indiuiſibile, de quo proximè dictum eſt, admittendæ ſint duæ ſpecies, altera Vbi exiſtentis in loco extenſo, altera exiſtẽtis in indiuiſibili.

Vbi pũcti ſeparati definitiuum eſt.

De ſpeciebus ſitus non multo aliter, ac de figuris cenſendum eſt, cum enim ſitus conſiſtat in proportione, & habitudine partium inter ſe, & ad locum: hęc verò innumeris modis variari poſſit: ſicut figurarum ſpecies ex qualibet varietate terminationis partium diſtinguũtur: ita huius prędicamenti ſpecies diſcriminari poterunt. Vnde Albertus ſuper librum de ſex principijs, tractatu de poſitione cap. 1. diuidit primò ſitum in rectè, & inflexè eſſe, tanquam in ſpecies ſubalternas; ſub illis deinde velut imas ſpecies, in ſeſſionem, cubationem, ſtationem, &c. quibus annumeranda ſunt aſperum, & læue, non quatenus dicunt figuram, ſed partium poſitionem, atque ordinem. Sed de his ſatis.

Species Situs quæ.

Albert.

QVÆSTIO III.

De duratione, & Habitu.

ARTICVLVS I.

Durationis prædicamentum explicatur.

DE hac materia aut plurima, aut nihil dicendum eſſet: eſt enim inter quæſtiones philoſophicas, vna è grauiſſimis: de qua proinde multa in quarto Phyſicorũ, plura

De rõne formali quando.

by Google

tentiæ dicimus, hoc prædicamentum accepisse nomen à manifestiori specie, quam fatemur esse tempus primi mobilis, per ordinem, ad quam intelligimus, & explicamus omnes inferiores durationes. & hac de causa Aristoteles per huius temporis differentias prædicamentum explicuit. Nihilominus sub eodem complecti omnes, & solas durationes internas, ita vt ipsummet tẽpus non pertineat ad prædicamentum, Quando, prout denominat res inferiores, sed quatenus durantem efficit primam sphæram motabilem. Nec officit, quod illius sententiæ Authores assumunt, tempus comparatione subiecti, in quo inhæret, pertinere ad prædicamentum quantitatis. Sed non id verum sit, adhuc in eo distinguetur ratio durationis, sub qua in Quãdo reponatur, quæ sit permansio existentiæ; & ratio tẽporis, quæ posita sit in extensione motus. Dices: Denominatio, quam illud tempus præbet sublunaribus, est realis; ergo alicuius prædicamenti, nõ alterius; ergo, &c. neganda tamen est illatio, cum non afficit per modum formæ, sed veluti terminus coexistens; idem enim est rem correspondere, vel mensurari tempore, ac illi coexistere, quæ denominatio magis est relatiua, quam à forma absoluta externa.

Occurritur obiectioni.

Durationis in permanẽtem & successiuam diuisio.

Series durationis hæc cõstitui solet. Duratio alia dicitur permanens, alia successiua; hæc (si vlla per se detur) eodem pacto ac tempus subdiuidenda est. Illa distribuitur in supernaturalem, & naturalem; Supernaturalis est, qua durant res supernaturales, vt habitus per se infusi; quod rursum tribuitur in æternitatem participatam, & in modum æternitatis. Aeternitas participata est duratio illarum rerum, quæ magis participant diuinum esse, vt visionis beatificæ, luminis gloriæ, & iuxta nõnullos, gratiæ. Modus æternitatis est duratio reliquorũ habituum, & actuũ supernaturaliũ, vt fidei, spei, caritatis. Non facimus mentionem æternitatis simpliciter; quia hæc est infinita Dei duratio nullo ordine inclusa.

Duratio supernaturalis.

Modus æternitatis.

Duratio permanẽs naturalis est, qua durant res naturales; quæ pari modo diuiditur in æuum; & modum æui; æuum est duratio rei incorruptibilis, vt Angeli, animę nostrę, Materię primæ, & Cœli. Modus est duratio rei corruptibilis, veluti hominis, lapidis, & aliarũ rerum, quæ tametsi vltimo intereunt, dum persistunt, partium successione carent. His alię durationes adiungi solent, eas tamen, & harum, quas proposuimus, definitiones, ac naturam alibi aperiemus.

Duratio naturalis.

Modus æui.

ARTICVLVS II.

DE PRAEDICAMENTO Habitus.

AVthor sex Principiorũ sic definit habitum in ea significatione, qua in capite de Qualitate ad hũc locum spectare diximus. Habitus est corporum, & eorum, quæ circa corpus sunt, adiacentia; quam definitionem quidam sic exponunt, vt velint, habitum esse modum accidentarium resultantem in re vestita ex vestium circumpositione. Cuius sententię videtur esse Philosophus 5. Metaph. c. 20. cum docet, habitum esse actu medium inter habentem, & rem habitam; quemadmodum actio media est inter causam, & effectum; sed actio est modus ab vtroque distinctus; ergo iuxta mentem Philosophi idem erit de habitu existimandum. Confirmatur; quia vestis est substantia, eaq; plerumque complexa; hoc verò prædicamentum est accidentis, non cuiusque, sed simplicis; ergo aliquis modus accidentalis præter vestem necessariò concedendus est.

Antiqua habitus definitio.

Autor sex Princip.

Aristot.

Vera tamen, & communis sententia docet, abstractum huius prædicamenti esse vestem latè accepto vocabulo: concretum verò vestitum, quod non importat modum à veste, & corpore distinctum, sed extrinsecam vestis denominationem, & verè nullus modus intermedius fingi potest à vestis appositione prouenies, cum homo absque vlla interna mutatione indui, exuique possit.

Vera ratio habitus.

Nec

Digitized by Google

Gilber. Nec Gilbertus in ſua definitione aliud ſignificauit. Nam adiacentia idē eſt, ac circumpoſitio veſtis; nō quod circūpoſitio ſit aliquid diſtinctum, ſed quia veſtris non pertinet ad hoc prędicamentum, nec dicitur habitus, niſi circumpoſita, quam ob cauſam dixit Ariſtoteles loco citato, habitum eſſe medium inter veſtem, & veſtitum; vt enim quiſpiam dicatur habere veſtem, ſatis eſt, ſi illam vel in arce poſſideat (qui eſt alter modus habendi poſtea explicandus): vt autem perhibeatur habere veſtem, quatenus hoc exigit prædicamētum, neceſſe eſt, intercedat veſtitio, (vt ſic dicamus) qua mediante veſtis cùm corpore vniatur, non propria vnione, ſed circumſiſtentia.

Fundamēto oppoſitę ſentētię ſatisfit.

Ad confirmationem reſpondetur cum D. Thom. opuſc. 48. nihil impedire, rem denominantem eſſe ſubſtantiam, ſi denominet per modum accidentis, vt in præſenti contingit. Multum tamen refert, an ſit ſimplex, vel complexa; indumenta enim, vel ornamenta ex multis per artem conflata, vt à prædicamento ſubſtantiæ, ita ab hoc reijciuntur.

D. Tho.

Huius prędicamenti ſpecies eędē ſunt, quæ ornamentorum; vt veſtes, annuli, arma, &c. imò, quę ſubſtantiarum per modum formæ adiacentium; quamuis enim D. Thom. opuſ. citato humana tantum ornamenta proprie complectatur; eſt tamen eadem ratio in alijs ſubſtantijs, quæ corporibus, etiam inanimatis circumponuntur. Vnde in hoc prædicamento ſunt omnes hæ denominationes, auratum, ignitum, locatum, dealbatum, &c. Atque hæc de logicis prædicamentis ſufficiant.

Huius prędicamenti ſpecies.

EXPLANATIO CAPITIS DECIMI.

DE OPPOSITIS.

SVMMA CAPITIS.

TRia præſertim continet hoc decimum caput primum explicantur quatuor oppoſitorum genera: deinde hæc ipſa inter ſe conferuntur, demum contraria, eorum gratia de ceteris diſputatur, fuſius explanantur. Quod attinet ad primū; oppoſita diuiduntur in relatiua, contraria, priuatiua, & contradictoria: relatiua ſunt, quæ id, quod ſunt, oppoſitorum eſſe, aut aliquo alio modo ad illa dicuntur: contraria non definit, ſed exemplo explicat, vt album, & nigrū; diuiditq. in immediata, & mediata: illa ſunt, quorum alterum neceſſe eſt ineſſe proprio ſubiecto, vt ſanitas, & ægritudo, reſpectu animalis: hæc ſunt, quorum neutrum neceſſe eſt ineſſe proprio ſubiecto, vt album, & nigrum: priuatiua ſunt habitus, & priuatio, vt viſus, & cæcitas: contradictoria ſunt affirmatio, & negatio. In ſecunda parte probat, hæc oppoſitorum genera inter ſe diſtingui. In tertia parte quinque enumerat contrariorum attributa, quæ in commentario explicantur.

Quatuor oppoſitorum genera.

CA-

Digitized by Google

COMMENTARIVS.

DE a *oppositis autem*] Hæc est tertia, & vltima pars huius tractatus, in qua nonnulla declarantur, quorum mentio in tradendis prædicamentis facta est, & pleniorem desiderabant explicatum; hæc sunt contraria, quæ in omnibus ferè prædicamentis commemorata sunt; esse simul, vel prius natura, de quo in capite de relatione: item motus, & mutatio, de quibus in categoria substantiæ, & qualitatis: denique habitus, quo vocabulo in multis prædicamentis vsus est Aristoteles. Inchoat verò tractationem à contrarijs, quorum doctrina, vt vberior fit, exorditur ab oppositis.

Quæ sint contrariæ.

b *Opposita namque.*] Enumerat quattuor illa oppositorum genera, & singula exemplis manifestat: inter quæ illud de bono, & malo, quod in exemplum contrariorum affertur, postea explicandum est.: illud quoque obseruandum est, hanc oppositionem esse inter simplices terminos, non inter propositiones complexas de quarum oppositione in libris de Interpretatione differitur.

c *Quæ igitur*] Aggreditur singulorum oppositorum explicationem, & sumit exordium à relatiuis vtpotè minus oppositis, quæ definit illa definitione Veterum, ea fortassè de causa, quia frequentior erat. Ceterum loco illius vocabuli (aliorum dicuntur) vsus fuit hoc loco, (oppositorum dicuntur) vt manifestius indicaret, se non explicare nùc relata, quòd ad eorum essentiam, sed penes oppositionem.

CAPVT X.

DE a *oppositis autem, quot modis opponi soleant, deinceps dicendum esse videtur.* § b *Opposita namque modis quatuor opponi dicuntur: aut vt ea, quæ sunt ad aliquid: aut vt contraria, aut vt habitus, & priuatio, aut vt affirmatio atque negatio. Atq; vt in summa dicam, duplum & dimidium, vt ea, quæ sunt ad aliquid: bonum & malum, vti contraria: cæcitas atque visus, vt habitus, & priuatio sedere & non sedere, vt affirmatio atque negatio, opponuntur.* § c *Quæ igitur, vt ea, quæ sunt ad aliquid, opponuntur, ea id quod sunt, oppositorum esse, aut aliquo alio modo ad illa dicuntur: vt duplum dimidij, id quod est, alicuius dicitur duplum: & scientia scibili eodem opponitur modo: atque ipsa id quod est scibile dicitur esse. Et scibile etiam id quod est, ad oppositum ipsam, inquam, scientiam, dicitur, scibile namque aliquod, id scientiam, dicitur scibile. Quæ igitur, vt ea, quæ sunt ad aliquid, opponuntur, ipsa id quod sunt aliorum esse, aut aliquo alio modo vicissim dicuntur.* § d *Ea verò, quæ vt contraria opponuntur, nullo pacto legem hanc subeunt: neque enim bonum malo dicitur bonum, sed* Tex. 2.

Cõtraria, & relatiua qđ habeãt discrimen.

d *Ea verò, quæ*] Inchoat explicationem contrariorum, & primò ea separat à relatiuis, quod relatorum vtrumque dicitur esse alterius: at contrariorũ neutrum alterius esse dicitur. Falsum quippe est, album esse nigri album, vel nigrum esse albi nigrum: dicitur nihilominus vtrumq. cõtrarium alteri, quod idcircò notat, quia reliqua duo opposita non dicuntur mutuo eodem nomine, v.c cæcitas dicitur carentia visus, at visus non dicitur carentia cæcitatis, item non sessio dicitur negatio sessionis, & non è contrario.

Cõtrariorũ diuisio.

Quæ sint immediata.

Quæ mediata.

e *Atqui contraria.*] Diuidit contraria in immediata & mediata: immediata sunt, quorum alterum necesse est inesse proprio subiecto, aut de eodem prædicari: vt sanitas, & morbus, respectu animalis. Quod exemplum verum est, loquendo in toto rigore Philosophico; quilibet enim discessus à perfecta temperie, in qua sanitas consistit, est morbus: quamuis Medici cum Galeno, loquendo secundum æstimationem, medium constituant inter morbum, & sanitatem. Contraria mediata sunt, quorum neutrum necesse est proprio subiecto,

ſubiecto, niſi alterum eorum inſit à natura, veluti album, & nigrum, reſpectu corporis, poteſtenum aliquod corpus vtriuſque eſſe capax, & nihilominus vtriuſque expers. Dictum eſt in vtraque definitione, (proprio ſubiecto, id eſt, contrariorum capaci) quia reſpectu ſubiecti ad ſuſcipienda contraria minimè idonei, oē contrarium habet medium; lapis namque, & ſanitatis, & ægritudinis eſt expers. Additum eſt in ſecunda definitione, (niſi alterum eorū, &c.) quoniam ſi alterum ineſt à natura, eſto, contraria ſecundum ſe ſint mediata, neceſſarium eſt vnum illorum ineſſe: vt albus color, & niger ſi cum Cygno conferantur.

f *In quibuſdam igitur.*] Aduertit Ariſtoteles, quædam contraria habere media nominata, vt inter alborē, & nigrorem ſunt pallor & rubor: quædā innominata, veluti quæ ſunt inter bonum & malum. Priora media dicuntur per participationem, quia aliquid habent de vtroq. extremo, vel actu, vel virtute, vt alibi explicari ſolet. Poſteriora dicuntur media per negationem, quia ſunt negationes vtriuſque extremi, vnde patet, illa eſſe entia poſitiua, hæc negatiua.

Priuatiuè oppoſita quæ ſint.

g *Priuatio autem*] Priuatiuè oppoſita ſic exponit; ſunt habitus & priuatio circa idē. Nomine habitus intellige quamuis formam, vel quaſi formam, quod addimus propter pilos, dentes, & arma, quibus priuati dicuntur, qui ea habere debuerant. Priuatio verò definitur negatio formæ in ſubiecto apto, & in tempore à natura conſtituto, vt forma inſit. Dicitur in ſubiecto apto, quoniam hoc differt priuatio à pura negatione, quod hæc reperitur in quocunque ſubiecto, vbi nō eſt forma negata, ſiue ad eā habendā aptum ſit, ſiue nō; vnde lapis nō dicitur cæcus, eſto, viſu careat: at priuatio nō datur niſi in ſubiecto capaci formę. Additur (in tempore, &c.) quoniam ſubiectum capax alicuius formæ non dicitur ea priuari, niſi quando forma ineſſe debebat; qua de cauſa nec puer ante

ſed contrarium, neque album nigri dicitur album, ſed contrarium; quare oppoſitiones hæ differunt. § c *Atqui contraria quidē, quæ talia ſunt, vtrūſorum alterum neceſſariò rebus ijs inſit, in quibus aptum eſt fieri, aut de quibus prædicantur, ea nullum prorſus medium habent: quorum autem alterum ineſſe non neceſſe eſt inter hæc aliquid omninò medium cadit: veluti ſanitas, ac morbus in animalis corpore fieri apta ſunt, atque alterum inſit animalis in corpore, ſanitas, inquam, aut morbus, neceſſe eſt: & de numero par, atque impar prædicatur, & alterum par, aut impar inſit numero neceſſe eſt: atque nullum inter hæc, aut inter par, & impar, aut inter ſanitatem, ac morbum, medium cadit. At quorum alterum ineſſe neceſſe non eſt, horum medium eſt aliquid: vt album, & nigrum in corpore aptum eſt fieri, & non neceſſe eſt, in corpore alterum horum ineſſe: non enim omne corpus, aut album, aut nigrum eſt. Vitioſum quoque ſtudioſumque de homine quidem ceteriſque compluribus prædicatur: at non neceſſe eſt, alterum illis ineſſe, de quibus prædicari poſſunt: non enim omnia, aut vitioſa ſunt, aut ſtudioſa: atque eſt inter hoc medium ſanè: fuſcum quidem, & flauū, caterique tales colores, inter album, & nigrum: id autem, quod neque vitioſum eſt, neque ſtudioſum, inter vitioſum, ac ſtudioſum.* § f *In quibuſdam igitur media nomen habent, vt fuſcum, pallidum, rubrum, ceteriquè tales colores, qui media ſunt inter album, & nigrum, in quibuſdam verò nomine quidem non eſt, facilè medium aſſignare, vtriuſq. tamen extremorum negatione ipſum medium definitur: vt id, quod neque bonum eſt, neque malum, neq; iuſtum, neq; iniuſtum.* § g *Priuatio autem aliq; habitus dicitur quid circa quippiam idem, vt viſus, & cæcitas circa cœlum: vt ſimpliciter autem dicam, in quo ſolet habitus fieri, circa id vtrumq. ipſorum dicitur. Atque priuatum eſſe dicimus vnumquodque eorum, quæ ſuſceptiua ſunt habitus, cum eſt habitus nō quouis modo, ſed in eo, vel in quo conſueuit eſſe, vel quando illud conſueuit ipſum habere. Edentulum enim non ex eo dicimus, quia dentes non habet: & cæcum*

Tex. 3.

Tex. 4.

itidem

ante annum edentulus est priuatiuè; nec catulus ante septimum diem cæcus; quia natura comparatum est, vt dentes non nisi post annum pueris enascantur, & catulis visus non nisi post septimum diem concedatur.

h *Priuatum autem esse*] Quia dixit, ad priuationem necessarium esse subiectum capax formæ, & priuationis, quod cum forma, vel cum priuatione efficit concretum, probat esse priuatum, & priuationem; item habere habitum, & ipsum habitum, seu formam, quæ sunt cõcreta, & abstracta partim differre, partim conuenire: differre, quia non de quocũque dicitur priuatum esse, dicitur priuatio; nã homo dicitur cæcus, & habens visum, non verò cæcitas, aut visus, quod exemplis etiam ostẽdit, vt patet in contextu. Conuenire aũtẽ, quia, vt priuatio, & forma opponuntur, ita illorum concreta inter se.

Contradictoriè opposita quę sint.

i *At enim neque*] Explicaturus cõtradictoriè opposita supponit eorũ descriptionem initio propositam, nimirum, quod opponantur sicut affirmatio, & negatio. Ne tamen quis deciperetur, existimans, non esse aliam oppositionem contradicentiũ, quam eam, quæ cernitur in propositionib. contradictorijs, monet, non esse idẽ affirmationem, & negationẽ, ac res per hæc significatas; cum affirmatio, & negatio sint orationes; res autem significatæ non sint orationes, visitur nihilominus, inquit, inter significata eadẽ oppositio, quæ inter orationes, quod probat hoc exemplo; sicut hæc, homo sedet, opponit huic negatiuæ, homo non sedet, ita ipsum sedere, & non sedere sibi inuicem opponuntur, quod facile cuiuis erit ratione concludere; nam vis orationis tota sumitur ex rebus significatis.

Priuatiua quomodo à relatis differant.

K *At verò priuationem*] Hæc est secunda pars huius capit. in qua diximus, Aristotelem conferre inter se oppositorum genera. Quoniam verò contraria cum relatiuis initio cõsulit, nunc eadem relatiua separat à priuatiuis duplici ratione; prima, quia priuatiua non dicuntur aliorum esse. Secunda, quia non dicuntur

sistidem non ex eo, quia visum non habet: sed quia non habet, cum est aptus habere. Sunt enim, quæ orta non continuo visum dentesq; habent: at non edentula, aut cæca dicuntur. § h *Priuatum autem esse, habitumq; habere, non est priuatio atque habitus: nam visus quidem est habitus, cæcitas verò priuatio. At habere visum non est visus, neque cæcum esse cæcitas est: etenim cæcitas est priuatio quædam: cæcum autem esse est priuatum esse, & non priuatio. Præterea si cęcitas idem esset, ac cęcum esse, vtraque profecto de eodem prædicarentur: at homo dicitur quidem cęcus, cęcitas autem nulle dicitur pacto. Et ipsa tamen, priuatum, inquam, esse, habitumque habere perinde, vt priuatio, atque habitus opponi videntur: modus enim oppositionis idem est. Nam vt cęcitas & visus, sic & cæcum esse, ac habere habitum opponũtur.*

§ i *At enim neque etiam id, quod sub affirmatione negatione que est, affirmatio est atque negatio. Affirmationem namque negationemque orationem esse constat: alteram affirmatiuam, alteram negatiuam: at nihil eorum, quæ sub affirmationem negationemvè cadunt, oratio est, vt patet. Dicuntur tamen & hæc ipsa perinde opponi, atque affirmatio negatioque opponuntur: in his enim idem oppositionis est modus. Nam vt affirmatio, veluti sedet, negationi, cui non sedet, opponitur: sic & res, quæ sub vtrumque cadunt, sedere, inquam, & non sedere sibi mutuo aduersantur.* Text. 5.

§ K *At verò priuationem, ac habitum non esse opposita sic, vt ea quæ sunt ad aliquid patet: non enim ipsum id quod est, oppositi dicitur esse. Visus enim non est cęcitatis visus, neque vllo alio ad illam dicitur modo, similiter neque cæcitas visus cęcitas dicetur, sed cęcitas ipsa priuatio quidem dicitur visus: cæcitas autem visus non dicitur, neque visus dicitur cæcitatis. Præterea vniuersa, quæ sunt ad aliquid, ad ea sanè dicuntur, quę conuertuntur: quare si cæcitas ex ijs esset, quæ sunt ad aliquid, & illud, ad quod ipsa dicitur profecto conuerteretur: at non conuertitur: non enim visus cęcitatis dicitur visus.* Text. 6.

§ l *Atqui neque perinde, atque contraria priuationem, ac habitum*

cuntur ad conuertentiam, vt omnia relata dici ſolent.

Diſcrimẽ, inter priuatiuè oppoſita, & contraria.

l *Atqui neque perinde*] Comparat priuatiuè oppoſita cum contrarijs, & ea inter ſe diſtingui hac ratione concludit. Contraria quædam ſunt immediata, quædam mediata: ſed priuatiua ab vtriſque diſtinguuntur: ergo, &c. Probatur minor; quòd ad contraria immediata; hæc enim ſic affecta ſunt, vt alterum eorum neceſſariò inſit proprio ſubiecto: ſed priuatiuè oppoſita non ita ſe habẽt: nam catulus eſt proprium ſubiectũ vtrius, & cæcitatis, & ante ſeptimum diem neutrum habet. Nec opponas, deeſſe circumſtantiam temporis debiti; nam in contrarij nec cum eadem moderatione reperitur propriũ ſubiectum vtroque ſimul deſtitutum. Probatur eadem minor, quòd ad contraria mediata; horum enim neutrũ neceſſariò ineſt proprio ſubiecto, cum hac tamen moderatione, (niſi alterum inſit à natura,) quod intelligitur de altero determinato, non verò de alterutro; nam coruo à natura ineſt ſolus nigror, Cygno ſolus candor. At priuatiua ſi cum proprio ſubiecto in tempore à natura ſtatuto conferantur, alterum neceſſariò ineſt, vt homini cæcitas, aut vtrius, neutrum tamen determinatè debetur, vt dicitur de contrarijs.

m *Praterea inter*] Secunda ratio ad idem inſtitutum eſt hæc. Inter contraria fieri poteſt reciprocatio in eodem ſubiecto, niſi alterum eorum inſit à natura; nam frigidum incalescere poteſt, & calidum frigere: at inter priuatiua non fit mutua commutatio; quamuis enim ex habitu procedatur ad priuationem, à priuatione tamen ad habitum non datur regreſſus, quia, licet quis de vidente fiat cæcus, nemo tamen ex cæco naturaliter fit videns. quæ doctrina eſt vera in præcipuis priuationibus, quod ad præſens inſtitutum ſatis eſt.

Contradictoria à reliquis oppoſitis quomodo differant.

n *Atqui patet*] Diſtinguit iam contradictoria à reliquis tribus oppoſitis in hunc modum. Ex contradictorijs neceſſe eſt alterum eſſe verũ, alte-

oppoſitionem ſubire, ex eo perſpicuum fore videtur, quod contrariorum, quæ medio vacant, alterum in his, quibus apta ſunt eſſe, aut de quibus prædicantur, ineſſe ſemper neceſſe eſt: inter enim ea medium nullum cadere diximus, quorum alterum ineſſe ſuſceptiuo neceſſe eſt: vt in ſanitate, ac morbo: in pari, ac impari ſimiliter licet. Quorum autem eſt aliquid medium, nunquam horum alterum omnino ineſt neceſſariò. Neque enim album, aut nigrum, neque calidum, aut frigidum eſſe, omne quod horum ſuſceptiuum ſit, neceſſe eſt. Nam vt inter hæc medium aliquod cadat, nihil ſanè prohibere videtur. Et ea ſuper ea diximus medium habere, quorum alterum non neceſſe eſt eſſe in ſuſceptiuo, niſi in his, in quibus omnino ineſt natura: vt igni caliditas ineſt, & nix albedo. In his enim alterum definitè, non vtrumuis ſuſceptiuo eſſe neceſſe eſt. Non enim aut ignem frigidum, aut nivem eſſe nigram contingit. Itaque non omni ſuſceptiuo ineſſe alterum contingit, ſed illis tantum; quibus vnum natura ineſt, atque vnum definitè, non vtrumuis. In priuatione autem atq; habitu neutrum dictorum eſt verum: neq; enim alterum ipſorum ſemper ineſſe neceſſe eſt: quod enim nondum aptum eſt viſum habere, id neque cæcum dicitur, neque viſum habere: quare non ex his ſunt contrarijs, quæ medijs vacant, ſed nec ex his, quæ medium habent, quoniam ea non ſuſceptiua, ipſorum alterum inſit neceſſe eſt: cum enim eſt aptum viſum habere, tunc aut cæcum, aut viſum habere dicetur; atque horum alterum non definitè ſanè, ſed vtrumuis ſine diſcrimine ullo dicetur: at in his contrarijs, quæ medio non vacant, nunquam fit, vt alterum inſit omni, ſed quibuſdam: atque his ſic alterum definitè, & non vtrumuis. Quare patet, neutro modo priuationem, & habitum, perinde atque contraria oppoſitionem ſubire.

§ m *Praterea inter contraria quidem fit modo quod ipſa recipere poſſit, ſiue communione poteſt, niſi vnum ipſorum natura ineſſet, vt ignis caliditas inſit. Poteſt enim fortaſſe agrotationem ſubire, & frigidum calidum, & album effici nigrum: ex ſtudioſo quisque vitioſus, & è vitioſo ſtudioſus euadere poteſt.*

Vitio-

alterum falsum; in reliquis autem oppositis hoc non cernitur. Primò, quia veritas, & falsitas non cernitur nisi in propositionibus; hæc autem opposita sunt simplicia, vt initio dixerat. Secundò, quia licèt ex prædictis oppositis fiant propositiones, non est necessarium, alteram esse veram, alteram falsam, de Socrate enim non existente falsò affirmatur vtraque propositio ex contrarijs, ex priuatiuis, & relatiuis; earum tamen, quæ ex contradictorijs constituerint, semper altera est vera, altera falsa; quam secundam rationem ideò subiecisse videtur Aristoteles, quia facilè inferri posset contra primam; contradictoria etiam, de quibus hoc loco diximus esse terminos simplices, vt reliqua opposita, incapaceisq; veritatis, & falsitatis.

Cõtrariorum affectiones. Prima.

o *At verò malum*] In hac tertia cap. parte regreditur Aristoteles ad naturam contrariorum, propter quæ de ceteris egit oppositis, amplius explicandam: quinque igitur contrariorum affectiones proponit; prima est. Bono contrarium est tantum malum; malo verò & bonum, & malum aduersatur: Vtraque pars perspicua est in virtutibus inter extrema vitia constitutis. Nam liberalitati opponitur vitium, siue prodigalitatis, siue auaritiæ: prodigalitati autem, & liberalitas, & auaritia contrariantur. Non significat Aristoteles, cuiuis bono contrarium esse aliquod malum, sed, si quippiam bono contrarium est, illud esse malum, & non bonum. Accipit verò Aristoteles in toto hoc capite bonum, & malum non transcendentaliter; sic enim, cum omne ens bonum sit, & malum sit priuatio boni, nihil posset bono aduersari, quod bonum non esset, contra primam partem pronunciati: nec malum posset esse contrariè, sed priuatiuè oppositum: sed bonum sumit pro forma subiecto conueniente, malum autem pro forma disconueniente, & opposita.

Secunda.

p *Præterea non necessarium*] Tradit reliquas proprietates; secunda est, si al-

Vitiosus .n. si moribus præstabilioribus præceptisq; instituatur, aliquid saltem in probitate incrementi suscipiet. Quod si parum licèt incrementi semel susceperit: patet, aut penitus illum mutari, aut ingentia incrementa suscipere posse. Semper enim habilis magis, ad consequendam ipsam virtutem, sumpto parno etiam incrementum sit: quare verisimile est, matera quoque illum incrementa suscipere: quod quidem si semper ita fiat: in contrarium penitus habitum deducetur, nisi tempora forsasse excludatur. In habitu verò priuationem ve fieri non potest, vt commutatio vnquam efficiatur. Ex habitu namq; quamquam ad priuationem mutatio fit, ad habitũ certè ex priuatione fieri nequit. Non .v. quisquam cæcus factus visum vnquam recuperauit, neq; caluus factus comam, neq; edentulus vllus dentes emisit. § n *Atqui patet, & ea quæ vt affirmatio negatioq. opponuntur, nullo dictorum modo oppositionem subire. In his enim solis alterum verum, alterum falsum esse necesse est, quod neq; in contrarijs neq; in relatiuis, neq; in habitu priuationeve necesse est, semper alterum verum, alterum falsum vt sit: Sanitas .n. ac morbus contraria sunt, & neutrum ipsorum verum est, aut falsum: similiter & duplum, & dimidium relatiuè quidem opponuntur, & eorum tamen verum est, aut falsum: cæcitas etiam neq; visus, habitus quidem, & priuatio sunt, vt patet: at neutrum verum est, aut falsum. Omninò autem nihil eorum, quæ nulla cum complexione dicuntur, verum est, aut falsum. At vniuersa quæ dicta sunt, sine complexione dicuntur. Equidem id ipsum in his contrarijs maximè accidere videbitur, quæ cum complexione dicuntur. Valere enim Socratem, & ægrotare Socratẽ, contraria sunt. At neq; in hisce necessarium est, alterum verum, falsum alterum esse: nam si existat quidem Socrates, alterum verum, alterum falsum erit: si verò non existat, ambo falsa erunt, vt patet. Si enim Socrates omninò non sit, neutrum erit verum, neq; ægrotare ipsum, neq; valere. In priuatione quoq; ac habitu, si Socrates omninò non sit, neutrum verum erit, sin sit, non semper alterum verum erit, alterum falsum. Vi-*

Text. 8.

cuntur ad conuertentiam, vt omnia relata dici solent.

Discrimẽ, inter priuatiuè opposita, & contraria.

l *Atqui neque perinde*] Comparat priuatiuè opposita cum contrarijs, & ex inter se distingui hac ratione concludit. Contraria quædam sunt immediata, quædam mediata: sed priuatiua ab vtrisque distinguuntur: ergo, &c. Probatur minor; quò ad contraria immediata; hæc enim sic affecta sunt, vt alterum eorum necessariò insit proprio subiecto: sed priuatiuè opposita non ita se habẽt: nam catulus est proprium subiectũ vitus, & cæcitatis, & ante septimum diem neutrum habet. Nec opponas, deesse circumstantiam temporis debiti; nam in contrarij nec cum eadem moderatione reperitur propriũ subiectum vtroque simul destitutum. Probatur eadem minor, quò ad contraria mediata; horum enim neutrũ necessariò inest proprio subiecto, cum hac tamen moderatione, (nisi alterum insit à natura,) quod intelligitur de altero determinato, non verò de alterutro; nam cornua natura inest solus nigror. Cygno solus candor. At priuatiua si cum proprio subiecto in tempore à natura statuto conferantur, alterum necessariò inest, vt homini cæcitas, aut visus, neutrum tamen determinatè debetur, vt dicitur de contrarijs.

m *Praterea inter*] Secunda ratio ad idem institutum est hæc. Inter contraria fieri potest reciprocatio in eodem subiecto, nisi alterum eorum insit à natura; nam frigidum incalescere potest. & calidum frigere; at inter priuatiua non fit mutua commutatio; quamuis enim ex habitu procedatur ad priuationem, à priuatione tamen ad habitum non datur regressus, quia, licèt quis de vidente fiat cęcus, nemo tamen ex cęco naturaliter fit videns. quæ doctrina est vera in præcipuis priuationibus, quod ad præsens institutum satis est.

Contradictoria à reliquis oppositis quomodo differant.

n *Atqui patet*] Distinguit iam contradictoria à reliquis tribus oppositis in hunc modum. Ex contradictorijs necesse est alterum esse verũ, alte-

oppositionem subire, ex eo perspicuum fore videtur, quod contrariorum, quæ medio vacant, alterum in his, quibus apta sunt esse, aut de quibus prædicantur, inesse semper necesse esse: inter enim ea medium nullum cadere diximus, quorum alterum ineſſe ſuſceptiuo necesse est: vt in sanitate, ac morbum pari, ac impari intueri licet. Quorum autem est aliquid medium, nunquam horum alterum omni inest necessariò. Neque enim album, aut nigrum, neque calidum, aut frigidum esse, omne quod horum ſuſceptiuum sit, necesse est. Nam vt inter hæc medium aliquod cadat, nihil sanè prohibere videtur. Et insuper ea diximus medium habere, quorum alterum non necesse est esse in ſuſceptiuo, niſi in hiſce, in quibus vnum inest natura: vt ignis caliditas inest, & niui albedo. In his enim alterum definitè, non vtrumuis ſuſceptiuo esse necesse est. Non enim aut ignem frigidum, aut niuem esse nigram contingit. Itaque non omni ſuſceptiuo ineſſe alterum contingit, ſed illis tantum, quibus vnum natura inest, atque vnum definitè, non vtrumuis. In priuatione autem atq; habitu neutrum dictorum est verum: neq; enim alterum ipſorum ſemper ineſſe necesse est: quod enim nondum aptum est vſum habere, id neque cæcum dicitur, neque vſum habere: quare non ex his erunt contrarijs, quæ mediis vacant, ſed ner ex ijs, quæ medium habent, quoniam omni ſuſceptiuo, ipſorum alterum inſit necesse est: cum enim est aptum vſum habere, tunc aut cæcum, aut vſum habere dicetur; atque horum alterum non definitè ſanè, ſed vtrumuis ſine diſcrimine illo dicetur: at in hiſce contrarijs, quæ medio non vacant, nunquam fit, vt alterum inſit omni, ſed quibuſdam: atque hiſce alterum definitè, & non vtrumuis. Quare patet, nemo modo priuationem, & habitum, perinde atque contraria oppoſitionem ſubire.

§ m *Præterea inter contraria quidem fit modo quod ipſa recipere poſſit, fieri commutatio potest, niſi vnum ipſorum natura ſuipſum, vt ignis caliditas inſit. Potest enim ſanum ægrotationem ſubire, & frigidum calidum, & album effici nigrum: ex ſtudioſo quoque vitioſus, & è vitioſo ſtudioſus euadere poteſt.*

Vitio-

alterum falsum; in reliquis autem oppositis hoc non cernitur. Primò, quia veritas, & falsitas non cernitur nisi in propositionibus, hæc autem opposita sunt simplicia, vt initio dixerat. Secundò, quia licèt ex prædictis oppositis fiant propositiones, non est necessarium, alteram esse veram, alteram falsam; de Socrate enim non existente falsò affirmatur vtraque propositio ex contrarijs, ex priuatiuis, & relatiuis; earum tamen, quæ ex contradictorijs constiterint, semper altera est vera, altera falsa; quam secundam rationem ideò subiecisse videtur Aristoteles, quia facile instari posset contra primam; contradictoria etiam, de quibus hoc loco disserimus esse terminos simplices, vt reliqua opposita, incapaceſq; veritatis, & falsitatis.

Cõtrariorum affectiones. Prima.

o *At verò malum*] In hac tertia cap. parte regreditur Aristoteles ad naturam contrariorum, propter quæ de ceteris egit oppositis, amplius explicandam: quinque igitur contrariorum affectiones proponit; prima est. Bono contrarium est tantum malum; malo verò & bonum, & malum aduersatur: Vtraque pars perspicua est in virtutibus inter extrema vitia constitutis. Nam liberalitati opponitur vitium, siue prodigalitatis, siue auaritiæ: prodigalitati autem, & liberalitas, & auaritia contrariantur. Non significat Aristoteles, cuius bono contrarium esse aliquod malum, sed, si quippiam bono contrarium est, illud esse malum, & non bonum. Accipit verò Aristoteles in toto hoc capite bonum, & malum non transcendentaliter; sic enim, cum omnis ens bonum sit, & malum sit priuatio boni, nihil posset bono aduersari, quod bonum non esset, contra primam partem pronunciati: nec malum posset esse contrariè, sed priuatiuè oppositum: sed bonum sumit pro forma subiecto conueniente, malum autem pro forma disconueniente, & opposita.

Virtutes .n. si moribus præstabilioribus præceptisq; instituatur, aliquid salutem in probitate incrementi suscipiet. Quod si parum licèt incrementi semel susceperit: patet, aut penitus illum mutari, aut ingentia incrementa suscipere posse. Semper enim habilis magis, ad consequendam ipsam virtutem, sumpto parno etiam incrementum fit: quare verisimile est, maiora quoque illum incrementa suscipere: quod quidem si semper ita fiat: in contrarium penitus habitum deducetur, nisi tempora fortasse excludatur. In habitu verò priuationeue fieri non potest, vt commutatio vnquam efficiatur. Ex habitu namq; quamquam ad priuationem mutatio fit, ad habitũ certè ex priuatione fieri nequit. Non .n. quisquam cæcus factus visum vnquam recuperauit, neq; caluus factus comam, neq; edentulus vllus dentes emisit. § n *Atqui patet, & ea quæ vt affirmatio negatioq. opponuntur, nullo dictorum modo oppositionem subire. In his enim solis alterum verum, alterum falsum esse necesse est, quod neq; in contrarijs neq; in relatiuis, neq; in habitu priuationeue necesse est, semper alterum verum, alterum falsum vt sit: Sanitas .n. ac morbus contraria sunt, & neutrum ipsorum verum est, aut falsum: similiter & duplum, & dimidium relatiuè quidem opponuntur, & eorum tamen verum est, aut falsum: cæcitas etiam atq; visus, habitus quidem, & priuatio sunt, vt patet: at neutrum verum est, aut falsum. Omninò autem nihil verum, quæ nulla cum complexione dicuntur, verum est, aut falsum. At vniuersa quæ dicta sunt, sine complexione dicuntur. Equidem id ipsum in his contrarijs maximè accidere videbitur, quæ cum complexione dicuntur. Valere enim Socratem, & ægrotare Socratẽ, contraria sunt. At neq; in his necessarium est, alterum verum, falsum alterum esse: nam si existat quidem Socrates, alterum verum, alterum falsum erit: si verò non existat, ambo falsa erunt, vt patet. Si enim Socrates omninò non sit, neutrum erit verum, neq; ægrotare ipsum, neq; valere. In priuatione quoq; ac habitu, si Socrates omninò non sit, neutrum verum erit, sin sit, non semper alterum verum erit, alterum falsum. Vi-* Text. 8.

Secunda.

p *Præterea non necessarium*] Tradit reliquas proprietates; secunda est, si al-

alterum contrariorum exiſtit, non oportere, vt alterum exiſtat; neque enim, ſi candor in rerum natura ſit, neceſſarium eſt, nigredinem eſſe, & ſic in ceteris.

Tertia. Tertia eſt, non poſſe duo contraria in eodem ſubiecto ſimul eſſe; ſubintellige, ita vt ambo ſubiectum denominent, vt exponit Toletus, quod eſt eſſe in eadem parte, & in gradibus intenſis: nam in diuerſis partibus, vel in gradibus remiſſis non eſt incommodum contraria in eodem reperiri.

Quarta. Quarta eſt, contraria recipi in ſubiecto eodem ſpecie, vt virtus, & vitium in homine; vel genere, vt albedo, & nigredo in animali. Vbi videtur tacitè indicare quoddam diſcrimen inter contraria, & priuatiua: nam hæc ſemper dicunt ordinem ad ſubiectum, ſaltem ſpecie idem, contraria verò ſuapte natura recipere poſſunt diuerſa ſpecie ſubiecta, vt videre eſt in frigore, & calore, quæ cum inter ſe contrarientur, alterum ſuapte natura poſtulat aquã, alterum ignem, quæ ſpecie diſtinguuntur.

Quinta. Vltima proprietas eſt, contraria, aut ſub eodem genere collocantur, vt albedo, & nigredo; aut ſub diuerſis generibus, vt iuſtitia, & iniuſtitia, quarum genera ſunt virtus, & vitium: aut denique ſunt ipſa genera diuerſa, vt bonum, & malum, circa hoc tertium membrum exiſtit grauis dubitatio, quæ in proxima quæſtione reſoluetur.

ſum enim habere Socratem, & cæcũ Socratem eſſe, vt habitus atque priuatio opponuntur: & ſi ſit Socrates, non neceſſe eſt alterum verum, alterum falſum eſſe. Quo enim tempore nondum eſt aptus habere, vtrumque eſt falſum. Sin omninò non ſit, falſum etiam erit vtrũque, & viſum ipſum habere, & cæcum eſſe. In affirmatione verò negatione verò, ſemper, ſine ſit, ſine non ſit, alterum erit falſum, alterum verum. Horum enim, ægrotare inquam Socratem, & non ægrotare Socratem, ſine ſit, ſine non ſit Socrates, alterum verum, alterum falſum eſſe patet. Si enim non ſit, ægrotare illum eſt falſum, non ægrotare verum: quare huiſce ſolis hoc competit, alterum, inquam, ipſorum verum eſſe, alterum falſum, quæ vt affirmatio, atque negatio opponuntur. § 0 *At verò malum* Text. 9. *quidem bono neceſſario contrarium eſt: quod quidem eſſe, patet inductione. Morbus enim ſanitati, & iniuſtitia iniuſtitia, & fortitudini timiditas aduerſatur, & in ceteris ſimili modo. At malo interdum bonum, interdum malum contrarium eſt: defectui enim, qui quidem eſt malum, exuperatio, quæ quidem, & ipſa malum eſt, contrarium eſt: ſimiliter & mediocritas, quæ quidem eſt bonum, vtrique aduerſatur, vt patet. In paucis tamen id ipſum eſſe videtur, ſed in plurimis malo bonum ſemper contrarium eſt. Præterea non neceſſarium eſt, ſi contrariorum alterum ſit, & reliquum eſſe. Nam ſi omnes ſint ſani, ſanitas quidem erit, morbus verò non erit: ſimiliter ſi ſint omnia alba, albedo quidem erit, nigredo verò non erit. Præterea ſi Socratem valere contrarium eſt huic, Socratem ægrotare (fieri verò non poteſt, vt ambo ſimul eidem inſint) impoſſibile eſt, ſi contrarium alterum ſit, & reliquum etiam eſſe. Nam ſi ſtat valere Socratem, ægrotare Socratem ſtare non poteſt. Patet etiam, & circa idem aut ſpecie, aut genere contraria fieri ſolere, vt morbum quidem, & ſanitatem in animalis corpore, albedinem autem, & nigredinem in corpore abſolutè, iuſtitiam verò, & iniuſtitiam in hominis animâ. Contraria inſuper omnia, aut eodem in genere, aut contrarijs in generibus eſſe, aut ipſa genera eſſe neceſſe eſt: nam album quidem, & nigrum eodem in genere ſunt: color enim ipſorum eſt genus: iuſtitia verò, ac iniuſtitia, ſub generibus contrarijs collocantur: alterius enim virtus, alterius vitium eſt genus, vt patet. At bonum & malum non ſunt in genere, ſed aliquorum ipſa genera ſunt.*

QVAE-

Digitized by Google

QVAEST. VNICA.

De natura oppositionis eiusque speciebus.

ARTICVLVS I.

Quæ sit oppositionis natura.

Quid sit oppositio.

OPpositio, vt ipsum nomen præ se fert, est aliquorum inter se pugnantia, quæ modò prestius, modò latius vlurpatur. Oppositio prestè sumpta, quo pacto hic ab Aristotele accepta fuit, comprehendit solas quattuor species, scilicet, oppositionem contradictoriam, & contrariam, priuatiuam, & relatiuã, & poscit extrema certo quodam modo affecta, vt statim dicemus; oppositio verò latè sumpta complectitur omnia, quæ quouis modo in aliquo esse repugnant, siue contineantur in illis quattuor membris, siue non; de qua oppositione loquitur Boet. hoc loco, cum ait, oppositionem in communi esse idem, atque repugnantiã. Boet.

Arist. Nec Arist. hanc vlurpationem omninò prætermisit; nam c. 12. seq. vocat oppositas differentias substantiales cõtra diuidentes idem genus; quas certũ est in nullo ex quattuor vulgatis membris contineri, vt infra patebit, & 5. Metaph. c. 10. cum numerasset eadem quattuor opposita, quæ hoc loco tradit, subiunxit; & quæcunque susceptiuo amborum non contingit simul adesse, quibus verbis significat, alia quoque esse opposita præter illa quattuor.

Porrò oppositio, siue primo, siue secundo modo accipiatur, formaliter est respectus vnius oppositi ad aliud, quàm tametsi aliqui negant: inde constat, quia oppositio est nomẽ positiuum, & explicatur per habitudinem ad aliud; dicimus enim, oppositum alicui opposito esse oppositum, quod est proprium relatorum. Deinde oppositio latè sumpta, autore Boetio, est idem atque repugnantia; nemo autem negat, repugnantiam esse positiuum respectum. Denique Aristot. 10. Metaph. collocat oppositionem sub diuersitate, diuersum autem, etsi negationẽ supponit, formaliter tamen importat relationem, quemadmodum differens: ergo oppositio erit formaliter relatio. Cuiusmodi autem sit ea relatio, patebit ex hac oppositionis definitione, quæ colligitur tum ex descriptionibus singulorum oppositorum, tum præcipuè ex Boetio, quem Dialectici sequuntur. Oppositio est relatio inter duo extrema simplicia, quæ in eadem re singulari, simul, & secundum eandem partem, ac respectu eiusdem esse non possunt. In qua definitione relatio habet locum generis, cetera locum differentiæ.

Oppositio formaliter est relatio. Boet.

Propria oppositionis definitio.

Et in primis per illam partem [extrema simplicia] reijcitur oppositio propositionum, quam Arist. in contextu excluſit, & lib. seq. c. 5. explicat. Dicuntur autem hoc loco extrema simplicia, vt notat Scot. quæ carent complexione propositionum, & æquiuocatione à casu, licèt alioqui sint entia per accidens, vel analoga. Perinde enim opponuntur, Verb. c. exercitus, & non exercitus; principium, & non principium, atque alia extrema vnius essentiæ. Sequitur [in re singulari] quia in subiecto communi, ratione plurium inferiorum, non est dubium, multa repugnantia esse posse, veluti nigrum, & album in homine in communi ratione Belgæ, & Aethiopis. Additur [simul] hoc est in eodem tempore; nam diuersis temporibus idem aer lucidus, & tenebrosus existit. Subijcitur [secundum eandem partem] quoniam nullum est incommodum, idem animal, vna sui parte frigidum, altera calidum esse. Denique apponitur [respectu eiusdem] quia nonnulla sunt opposita, præsertim relatiua, quæ nisi ad vnicum terminum comparentur, in eodem subiecto non pugnant, vt videre est in patre, & filio, quę inter opposita numerantur ab Aristotele, & tamen in eodem existunt; si alterum respiciat, vt

Definitionis explicatio.

parentem, alterum vt filium. Si velis eandem definitionem accommodare oppositis in concreto, facilè id præstiteris mutatione tantum primæ partis; nimirum, opposita sunt duo extrema simplicia, quæ in eadem re, &c.

Alia quorundã definitio.

Aliqui Dialectici, vt propositam definitionẽ partim explicatius proponant, partim ad Logicam definiẽdi normam propriùs accommodẽt, hac ratione constituunt. Oppositio est repugnantia duorũ extremorum simplicium, quæ de eadem re, &c. affirmari non possunt, quæ bifàriam dissidet ab ea, quã nos cõstruximus; primò, quia loco generis habet repugnantiam, quæ magis explicat naturam oppositionis; secũdò, quoniam traditur per prædicationem, quam Logicus ex proprio manere potius

Repudiatus.

considerat, quam (inesse,) per quod nostra definitio tradita est. Verũ non immeritò has duas cõditiones contemsimus; primam quidem, ob nugationem euitãdam, cum n. ex mente Boetij, & re ipsa docuerimus, repugnantiam æquè latè patere, atque oppositionem latè sumptam, nequit illa abiq. nugationis vitio in huius definitione pro genere collocari; siquidem genus semper latius patere debet, quam definitum. Secundâ verò, quia plus iusto definitionem extendit; multa. n. sunt, quæ secundum se nullam habent oppositionem, & tamen sub aliquibus saltẽ terminis de eadem re affirmari nequeunt, vt quãtitas, qualitas, relatio, & similia in abstracto: falsò. n. dixeris, hominem esse quãtitatem, vel qualitatem &c. & tamẽ hęc omnia in illo simul, & secundum eandem partem, ac respectu eiusdem existunt. Ne igitur plura in definitione comprehenderẽtur, quam re ipsa sint opposita, libuit definitionem tradere per conditionem essendi potius, quâ prædicandi; esto, hęc sit magis Dialectica; sed sufficienter ex illa colligitur.

Opposita alia Physica, alia Logica.

Si quis tamen Dialectica definiẽdi formę nimium studiosus hanc secũdam conditionẽ tueri vellet, duo genera oppositionũ distinguere deberet, alterum Physicum, alterũ Logicum. Oppositio Physica est repugnantia rerum secundum se, qualis inter album, & nigrum, inter cęcum & videns reperitur; oppositio Logica est repugnantia aliquorum comparatione eiusdem subiecti, non in existendo, sed in prædicando, & sub hoc genere continentur oés formæ abstractæ, si inter se, vel cũ subiectis cõferantur, vnde patet solutio eius rationis, quam nos aduersus eam definiendi formam, quæ per affirmationem tradebatur, construximus.

ARTICVLVS II.

CVIVSMODI SIT OPPOSITORVM distributio.

CIrca oppositorum diuisionem duo videnda sunt; alterum, an sit adæquata? alterum, an sit vniuoca, vel æquiuoca? Quod attinet ad primum, etsi Aristoteles immediatè diuiserit oppositũ in quatuor membra, videlicet, in relatiuum, contrarium, contradictorium, & priuatiuum; tamen, si latè accipiatur, quo pacto in definitione à nobis acceptum fuit, diuidendum prius est in oppositum impropriè, seu disparatum, & oppositum proprium, quod absolutè oppositum appellatur. Inter quæ hoc est discrimen; quod oppositum propriè dictum habet certam, & determinatam habitudinem ad vnum terminum, cui tantum opponitur; nam in contradictorijs, & priuatiuis repugnat vna quædam forma definitæ negationi, vel priuationi, & non alijs; V. c. homo non homini, & visus cæcitati; in contrarijs, & relatiuis vnum positiuum opponitur alteri tantum. vt albũ nigro, pater filio. At disparata nõ ita se habent; sed vnũ indifferenter repugnat multis; V. c. irrationale non solum opponitur rationali, sed risibili, incorruptibili, insensitiuo, &c. idque absq. vlla ex ijs legibus, quas Arist. in cõtexu explicuit. Adæquatio huius diuisionis ex vtriusque membri declaratione satis constat; necessarium.

1. Oppositorum diuisio.

Propriè oppositũ quid.

Oppositũ impropriè sumptum.

Digitized by Goos

ſum quippe eſt, vt omnia, quæ in aliquo ſubiecto eſſe non poſſunt, ita ſe habeant, vt vel repugnent ſub certa habitudine, & vnum vni tantum per ſe opponatur, vel abſque certa lege, & vnum repugnet multis; ſi priori modo ſint affecta, conſtituunt oppoſitum, ſi poſteriori, diſparatũ.

2. Oppoſitorum diuiſio.

Oppoſitum deinde ſubdiuiditur in quatuor genera ab Ariſtotele commemorata, licèt nõ immediatè, ſed alia bimembri diuiſione interpoſita, quod ita ferè deducit Scotus hoc loco: Quæcunq; propriè opponuntur, aut pugnant, vt ens cum ente, aut tanquam ens cum non ente; Si primo modo; aut vnũm ſe habet reſpectiuè ad aliud, & ſunt oppoſita relatiuè, aut diſtant maximè ſub eodem genere, & eidem ſubiecto vicißim ineſſe poſſunt, & ſunt contraria; Si ſecundo modo, vel non ens, quod opponitur enti, ſibi determinat certum ſubiectum, cui debebat ineſſe forma, & opponitur priuatiuè, aut nullum determinat, & pugnat contradictoriè, quod ex ſequentibus erit manifeſtum.

Scotus.

Obiectio. Oppones, diuiſionem non videri adæquatam, quia vt ens pugnat cum ente, efficitque duplex genus oppoſitionis, ita non ens conferri poteſt cum alio non ente, indeque nouum oppoſitionis genus reſultabit.

Reſpõſio. Reſpondetur, idcircò ex collatione vnius non entis cum alio nullam oppoſitionem reſultare, quia vna negatio per ſe non repugnat alteri negationi, vt vnum ens poſitiuum alteri. Ratio eſt, quoniam negatio non habet aliud eſſe, quam tollere ens poſitiuum; ergo ſi præſcindatur omne ens poſitiuum, nihil remanet, quo cum valeat depugnare; vnde eſt, quod, cum duæ negationes opponi videntur, quales ſunt mutus, & non mutus, nulla re ipſa detur oppoſitio, niſi merito formæ poſitiuæ in altero extremo incluſæ, vt in propoſito exemplo non mutus idem eſt, ac loquens, & ita res ſe habet in ceteris.

Diſparata formali-

Diſparatum, ſi formaliter accipiatur, non ſubdiuiditur in aliquas ſpecies; quoniam omnia quę diſparatè opponuntur, eodem modo quò ad ſpeciem affecta ſunt, & ſecundum magis, ac minus tantum diſtinguuntur; ſiquidem omnia pugnant indeterminatè, & abſque definita lege. Sed ita quiſpiam obijciet, diſparatè oppoſita poſſunt eſſe ſimul in eodem ſubiecto; ergo ſub definitione oppoſitorum minimè continentur. Probatur antecedens; duæ differentiæ oppoſitæ diuidentes idem genus ſunt diſparatæ, vt ex Ariſtotele diximus, & omnes admittunt, ſed hæ non pugnãt in eodem ſubiecto: ergo, &c. Minor patet in linea, ſuperficie, & corpore, quarum differentiæ ex oppoſito quantitatem continuam patiuntur, & tamen in eodem corpore reperiuntur. Idem argumentum fieri poteſt de multis ſpeciebus qualitatis. Reſpondetur, non quaſcunque differentias ex aduerſo diuidentes genus eſſe diſparatè oppoſitas, ſed eas tantum, quæ ſimul eſſe non poſſunt cuiuſmodi sũt omnes ſubſtantiales, & nonnullæ accidentariæ, quæ conditiones aliorum oppoſitorũ ſibi non vendicant.

Obiectio.

Reſpõſio.

Quod attinet ad ſecundum, ſunt variæ Autorum ſententiæ. Nam Boetius, Simplicius, & Philoponus hoc loco, volunt, oppoſitum in communi eſſe vniuocum ſaltem ad quatuor vulgata genera: hos ſequuntur Louanienſes hic, Niphus, & Iauellius 10. Metaph hic, q. 11. ille quæſt. 6. At D. Thom. opuſc 37. & 1. diſt. 5. q. 1. art. 1. ad primum, opuſc. 43. & in tractatu de interpretatione, cap 8 alijsque in locis, Albertus, Caietan. & ex parte Sot. hic, Sonc. 8. Metaph q. 18. docent diuiſionem eſſe analogicam, quod Scotus ſic interpretatur, vt oppoſitio in cõmuni ſit analoga ad oppoſitiones reales ex vna parte, quales ipſe exiſtimat eſſe contrariam, & relatiuam, & oppoſitiones rationis ex altera, cuiuſmodi, inquit, ſunt priuatiua, & contradictoria oppoſitio verò realis, & rationis vniuoca ſit, quælibet ad ſua inferiora.

1. Sentẽtia afferit, oppoſitũ in communi eſſe vniuocum.

Boet.
Simpl.
Philop.
Louan.
Niph.
Iauell.
D. Thom.
Albert.
Caiet.
Sot.
Soncin.
Scotus.

2. Afſerit, eſſe analogum.

Pro deciſione huius controuerſiæ ſit primũ pronunciatum. Si oppoſita

Reſoluit

qõ quat-

Digitized by Google

Gilber. Nec Gilbertus in ſua definitione aliud ſignificauit. Nam adiacentia idē eſt, ac circumpoſitio veſtis; nō quod circūpoſitio ſit aliquid diſtinctum, ſed quia veſtris non pertinet ad hoc prędicamentum, nec dicitur habitus, niſi circumpoſita, quam ob cauſam dixit Ariſtoteles loco citato, habitum eſſe medium inter veſtem, & veſtitum; vt enim quiſpiam dicatur habere veſtem, ſatis eſt, ſi illam vel in arce poſſideat (qui eſt alter modus habendi poſtea explicandus): vt autem perhibeatur habere veſtem, quatenus hoc exigit prædicamētum, neceſſe eſt, intercedat veſtitio, (vt ſic dicamus) qua mediante veſtis cùm corpore vniatur, non propria vnione, ſed circumſiſtentia.

Fundamēto oppoſitę ſententię ſatisfit.

Ad confirmationem reſpondetur cum D. Thom. opuſc. 48. nihil impedire, rem denominantem eſſe ſubſtantiam, ſi denominet per modum accidentis, vt in præſenti contingit. Multum tamen refert, an ſit ſimplex, vel complexa; indumenta enim, vel ornamenta ex multis per artem conflata, vt à prædicamento ſubſtantiæ, ita ab hoc reijciuntur.

D. Tho.

Huius prędicamenti ſpecies eędē ſunt, quæ ornamentorum; vt veſtes, annuli, arma, &c. imò, quę ſubſtantiarum per modum formæ adiacentium; quamuis enim D. Thom. opuſ. citato humana tantum ornamenta proprie complectatur; eſt tamen eadem ratio in alijs ſubſtantijs, quæ corporibus, etiam inanimatis circumponuntur. Vnde in hoc prædicamento ſunt omnes hæ denominationes, auratum, ignitum, locatum, dealbatum, &c. Atque hæc de logicis prædicamentis ſufficiant.

Huiusprę-dicamenti ſpecies.

EXPLANATIO CAPITIS DECIMI-

DE OPPOSITIS.

SVMMA CAPITIS.

TRia præſertim continet hoc decimum caput primum explicantur quatuor oppoſitorum genera: deinde hæc ipſa inter ſe conferuntur, demum contraria, eorum gratia de ceteris diſputatur, fuſius explanantur. Quod attinet ad primū; oppoſita diuiduntur in relatiua, contraria, priuatiua, & contradictoria: relatiua ſunt, quæ id, quod ſunt, oppoſitorum eſſe, aut aliquo alio modo ad illa dicuntur: contraria non definit, ſed exemplo explicat, vt album, & nigrū; diuiditq. in immediata, & mediata: illa ſunt, quorum alterum neceſſe eſt ineſſe proprio ſubiecto, vt ſanitas, & ægritudo, reſpectu animalis: hæc ſunt, quorum neutrum neceſſe eſt ineſſe proprio ſubiecto, vt album, & nigrum: priuatiua ſunt habitus, & priuatio, vt viſus, & cæcitas: contradictoria ſunt affirmatio, & negatio. In ſecunda parte probat, hæc oppoſitorum genera inter ſe diſtingui. In tertia parte quinque enumerat contrariorum attributa, quæ in commentario explicantur.

Quatuor oppoſitorum genera.

CA-

Digitized by Google

COMMENTARIVS.

DE 2 *oppositis autem*] Hæc est tertia, & vltima pars huius tractatus, in qua nonnulla declarantur, quorum mentio in tradendis prædicamentis facta est, & pleniorem desiderabant explicatum; hæc sunt contraria, quæ in omnibus ferè prædicamentis commemorata sunt; esse simul, vel prius natura, de quo in capite de relatione: item motus, & mutatio, de quibus in categoria substantiæ, & qualitatis: denique habitus, quo vocabulo in multis prædicamentis vsus est Aristoteles. Inchoat verò tractationem à contrarijs, quorum doctrina, vt vberior fit, exorditur ab oppositis.

Quæ sint contrariæ.

b *Opposita namque*.] Enumerat quattuor illa oppositorum genera, & singula exemplis manifestat: inter quæ illud de bono, & malo, quod in exemplum contrariorum affertur, postea explicandum est.: illud quoque obseruandum est, hanc oppositionem esse inter simplices terminos, non inter propositiones complexas de quarum oppositione in libris de Interpretatione differitur.

c *Quæ igitur*] Aggreditur singulorum oppositorum explicationem, & sumit exordium à relatiuis vtpotè minus oppositis, quæ definit illa definitione Veterum, ea fortassè de causa, quia frequentior erat. Ceterum loco illius vocabuli (aliorum dicuntur) vsus fuit hoc loco, (oppositorum dicuntur) vt manifestius indicaret, se non explicare nũc relata, quò ad eorum essentiam, sed penes oppositionem.

CAPVT X.

DE 2 *oppositis autem, quot modis opponi soleant, deinceps dicendum esse videtur.* § b *Opposita namque modis quatuor opponi dicuntur: aut vt ea, quæ sunt ad aliquid: aut vt contraria, aut vt habitus, & priuatio, aut vt affirmatio atque negatio. Atq; vt in summa dicam, duplum & dimidium, vt ea, quæ sunt ad aliquid: bonum & malum, vti contraria: cæcitas atque visus, vt habitus & priuatio sedere & non sedere, vt affirmatio atque negatio, opponuntur.* § c *Quæ igitur, vt ea, quæ sunt ad aliquid, opponuntur, ea id quod sunt, oppositorum esse, aut aliquo alio modo ad illa dicuntur: vt duplum dimidij, id quod est, alicuius dicitur duplum: & scientia scibili eodem opponitur modo: atque ipsa id quod est scibile dicitur esse. Et scibile etiam id quod est, ad oppositum ipsam, inquam, scientiam, dicitur, scibile namque aliquod, id scientiam, dicitur scibile. Quæ igitur, vt ea, quæ sunt ad aliquid, opponuntur, ipsa id quod sunt alterum esse, aut aliquo alio modo vicissim dicuntur.* § d *Ea verò, quæ vt contraria opponuntur, nullo pacto legem hanc subeunt: neque enim bonum mali dicitur bonum, sed* Tex. 2.

Cõtraria, & relatiua qđ habeãt discrimen.

d *Ea verò, quæ*] Inchoat explicationem contrariorum, & primò ea separat à relatiuis, quod relatorum vtrumque dicitur esse alterius: at contrariorũ neutrum alterius esse dicitur. Falsum quippe est, album esse nigri album, vel nigrum esse albi nigrum: dicitur nihilominus vtrumq. cõtrarium alteri, quod ideircò notat, quia reliqua duo opposita non dicuntur mutuo eodem nomine, v.c cæcitas dicitur carentia visus, at visus non dicitur carentia cæcitatis, item non sessio dicitur negatio sessionis, & non è contrario.

Cõtrariorũ diuisio.

e *Atqui contraria*.] Diuidit contraria in immediata & mediata: immediata sunt, quorum alterum necesse est inesse proprio subiecto, aut de eodem prædicari: vt sanitas, & morbus, respectu animalis. Quod exemplum verum est, loquendo in toto rigore Philosophico; quilibet enim discedens à perfecta temperie, in qua sanitas consistit, est morbus; quamuis Medici cum Galeno, loquendo secundum æstimationem, medium constituant inter morbum, & sanitatem. Contraria mediata sunt, quorum neutrum necesse est proprio subiecto,

Quæ sint immediata.

Quæ mediata.

Digitized by Google

ſubiecto, niſi alterum eorum inſit à natura, veluti album, & nigrum, reſpectu corporis, poteſt enim aliquod corpus vtriuſque eſſe capax, & nihilominus vtriuſque expers. Dictum eſt in vtraque definitione, (proprio ſubiecto, id eſt, contrariorum capaci) quia reſpectu ſubiecti ad ſuſcipienda contraria minimè idonei, oē contrarium habet medium; lapis namque, & ſanitatis, & ægritudinis eſt expers. Additum eſt in ſecunda definitione, (niſi alterum eorū, &c.) quoniam ſi alterum ineſt à natura, eſto, contraria ſecundum ſe ſint mediata, neceſſarium eſt vnum illorum ineſſe: vt albus color, & niger ſi cum Cygno conferantur.

f *In quibuſdam igitur.*] Aduertit Ariſtoteles, quædam contraria habere media nominata, vt inter alborē, & nigrorem ſunt pallor & rubor: quædā innominata, veluti quæ ſunt inter bonum & malum. Priora media dicuntur per participationem, quia aliquid habent de vtroq. extremo, vel actu, vel virtute, vt alibi explicari ſolet. Poſteriora dicuntur media per negationem, quia ſunt negationes vtriuſque extremi, vnde patet, illa eſſe entia poſitiua, hæc negatiua.

Priuatiuè oppoſita quæ ſint.

g *Priuatio autem*] Priuatiuè oppoſita ſic exponit; ſunt habitus & priuatio circa idē. Nomine habitus intellige quamuis formam, vel quaſi formam, quod addimus propter pilos, dentes, & arma, quibus priuati dicuntur, qui ea habere debuerant. Priuatio verò definitur negatio formæ in ſubiecto apto, & in tempore à natura conſtituto, vt forma inſit. Dicitur in ſubiecto apto, quoniam hoc differt priuatio à pura negatione, quod hæc reperitur in quocunque ſubiecto, vbi nō eſt forma negata, ſiue ad eā habendā aptum ſit, ſiue nō; vnde lapis nō dicitur cæcus, eſto, viſu careat: at priuatio nō datur niſi in ſubiecto capaci formę. Additur (in tempore, &c.) quoniam ſubiectum capax alicuius formæ non dicitur ea priuari, niſi quando forma ineſſe debebat; qua de cauſa nec puer

ante

ſed contrarium, neque album nigri dicitur album, ſed contrarium; quare oppoſitiones hæ differunt. § e *Atqui contraria quidē, quæ talia ſunt, vt ipſorum alterum neceſſariò rebus ijs inſit, in quibus aptum eſt fieri, aut de quibus prædicatur, ea nullum prorſus medium habent: quorum autem alterum ineſſe non neceſſe eſt inter hæc aliquid omninò medium cadit: veluti ſanitas, ac morbus in animalis corpore fieri apta ſunt, atque alterum inſit animalis in corpore, ſanitas, inquam, aut morbus, neceſſe eſt: & de numero par atque impar prædicatur, & alterum par, aut impar inſit numero neceſſe eſt: atque nullum inter hæc, aut inter par, & impar, aut inter ſanitatem, ac morbum, medium cadit. At quorum alterum ineſſe neceſſe non eſt, horum medium eſt aliquid: vt album, & nigrum in corpore aptum eſt fieri, & non neceſſe eſt, in corpore alterum horum ineſſe: non enim omne corpus, aut album, aut nigrum eſt. Vitioſum quoque ſtudioſumque de homine quidem ceteriſque compluribus prædicantur: at non neceſſe eſt, alterum illis ineſſe, de quibus prædicari poſſunt: non enim omnia, aut vitioſa ſunt, aut ſtudioſa: atque eſt inter hoc medium ſanè: fuſcum quidem, & flauū, ceterique tales colores, inter album, & nigrum: id autem, quod neque vitioſum eſt, neque ſtudioſum, inter vitioſum, ac ſtudioſum.* § f *In quibuſdam igitur media nomen habent, vt fuſcum, pallidum, rubrum, ceteriquè tales colores, qui media ſunt inter album, & nigrum, in quibuſdam verò nomine quidem non eſt facilè medium aſſignare, vtriuſq. tamen extremorum negatione ipſum medium definitur: vt id, quod neque bonum eſt, neque malum, neq; iuſtum, neq; iniuſtum.* § g *Priuatio autem* Tex. 3. Tex. 4.

aliquis dicitur habitus dici circa quippiam idem, vt viſus, & cæcitas circa oculum: vt ſimpliciter autem dicam, in quo ſolet habitus fieri, circa id vtrumq. ipſorum dicitur. Atque priuatum eſſe diximus vnumquodque eorum, quæ ſuſceptiua ſunt habitus, cum eſt habitus nō quouis modo, ſed in eo, vel in quo conſuenit eſſe, vel quando illud conſuenit ipſum habere. Edentulum enim non ex eo dicimus, quia dentes non habet: & cæcum

itidem

Digitized by Google

ante annum edentulus est priuatiuè; nec catulus ante septimum diem cæcus; quia natura comparatum est, vt dentes non nisi post annum pueris enascantur, & catulis vilus non nisi post septimum diem concedatur.

h *Priuatum autem esse*] Quia dixit, ad priuationem necessarium esse subiectum capax formæ, & priuationis, quod cum forma, vel cum priuatione efficit concretum, probat esse priuatum, & priuationem; item habere habitum, & ipsum habitum, seu formam, quæ sunt cõcreta, & abstracta partim differre, partim conuenire: differre, quia non de quocũque dicitur priuatum esse, dicitur priuatio; nã homo dicitur cæcus, & habens visum, non verò cæcitas, aut vilus, quod exemplis etiam ostẽdit, vt patet in contextu. Conuenire autẽ, quia, vt priuatio, & forma opponuntur, ita illorum concreta inter se.

Contradictorie opposita quę sint.

i *At enim neque*] Explicaturus cõtradictorie opposita supponit eorũ descriptionem initio propositam, nimirum, quod opponantur sicut affirmatio, & negatio. Ne tamen quis deciperetur, existimans, non esse aliam oppositionem contradicentiũ, quam eam, quæ cernitur in propositionib. contradictorijs, monet, non esse idẽ affirmationem, & negationẽ, ac res per hæc significatas; cum affirmatio, & negatio sint orationes; res autem significatæ non sint orationes, visitur nihilominus, inquit, inter significata eadẽ oppositio, quæ inter orationes, quod probat hoc exemplo; sicut hæc, homo sedet, opponit huic negatiuæ, homo non sedet, ita ipsum sedere, & non sedere sibi inuicem opponuntur, quod facile cuiuis erit ratione concludere: nam vis orationis tota sumitur ex rebus significatis.

Priuatiua quomodo à relatis differant.

K *At verò priuationem*] Hæc est secunda pars huius capit. in qua diximus, Aristotelem conferre inter se oppositorum genera. Quoniam verò contraria cum relatiuis initio cõtulit, nunc eadem relatiua separat à priuatiuis duplici ratione; prima, quia priuatiua non dicuntur aliorum esse. Secunda, quia non dicuntur

iisdem non ex eo, quia visum non habet: sed quia non habet, cum est aptus habere. Sunt enim, quæ orta non continuo visum dentesq; habent: at non edentula, aut cæca dicuntur. § h *Priuatum autem esse, habitumq. habere, non est priuatio atque habitus: nam visus quidem est habitus, cæcitas verò priuatio. At habere visum non est visus, neque cæcum esse cæcitas est: etenim cæcitas est priuatio quædam: cæcum autem esse est priuatum esse, & non priuatio. Præterea si cęcitas idem esset, ac cęcum esse, vtraque profecto de eodem prædicarentur: at homo dicitur quidem cęcus, cęcitas autem nullo dicitur pacto. Et ipsa tamen, priuatum, inquam, esse, habitumque habere, perinde, vt priuatio, atque habitus opponi videntur: modus enim oppositionis idem est. Nam vt cęcitas & visus, sic & cæcum esse, ac habere habitum opponũtur.*

§ i *At enim neque etiam id, quod sub affirmatione negationeque est, affirmatio est atque negatio. Affirmationem namque negationemque orationem esse constat: alteram affirmatiuam, alteram negatiuam: at nihil eorum, quæ sub affirmationem negationemvè cadunt, oratio est, vt patet. Dicuntur tamen & hæc ipsa perinde opponi, atque affirmatio negatioque opponuntur: in his enim idem oppositionis est modus. Nam vt affirmatio, veluti sedet, negationi, ceu non sedet, opponitur: sic & res, quæ sub vtrumque cadunt, sedere, inquam, & non sedere sibi mutuo aduersantur.* Text. 5.

§ K *At verò priuationem, ac habitum non esse opposita sic, vt ea quæ sunt ad aliquid patet: non enim ipsum id quod est, oppositi dicitur esse. Visus enim non est cęcitatis visus, neque vllo alio ad illam dicitur modo, similiter neque cæcitas visus cęcitas dicetur, sed cęcitas ipsa priuatio quidem dicitur visus: cæcitas autem visus non dicitur, neque visus dicitur cæcitatis. Præterea vniuersa, quæ sunt ad aliquid, ad ea sanè dicuntur, quę conuertuntur: quare si cæcitas ex ijs esset, quæ sunt ad aliquid, & illud, ad quod ipsa dicitur profecto conuerteretur: at non conuertitur: non enim visus cęcitatis dicitur visus.* Text. 6.

§ l *Atqui neque perinde, atque contraria priuationem, ac habitum*

Digitized by Google

cuntur ad conuertentiam, vt omnia relata dici solent.

Discrimẽ, inter priuatiuè oppositа, & contraria.

l *Atqui neque perinde*] Comparat priuatiuè opposita cum contrarijs, & ea inter se distingui hac ratione concludit. Contraria quædam sunt immediata, quædam mediata: sed priuatiua ab vtrisque distinguuntur: ergo, &c. Probatur minor; quò ad contraria immediata; hæc enim sic affecta sunt, vt alterum eorum necessariò insit proprio subiecto: sed priuatiuè opposita non ita se habẽt: nam catulus est proprium subiectũ visus, & cæcitatis, & ante septimum diem neutrum habet. Nec opponas, deesse circumstantiam temporis debiti; nam in contrarij nec cum eadem moderatione reperitur propriũ subiectum vtroque simul destitutum. Probatur eadem minor, quò ad contraria mediata; horum enim neutrũ necessariò inest proprio subiecto, cum hac tamen moderatione, (nisi alterum insit à natura,) quod intelligitur de altero determinato, non verò de alterutro; nam coruo à natura inest solus nigror, Cygno solus candor. At priuatiua si cum proprio subiecto in tempore à natura statuto conferantur, alterum necessariò inest, vt homini cæcitas, aut visus, neutrum tamen determinatè debetur, vt dicitur de contrarijs.

m *Praterea inter*] Secunda ratio ad idem institutum est hæc. Inter contraria fieri potest reciprocatio in eodem subiecto, nisi alterum eorum insit à natura; nam frigidum incalescere potest, & calidum frigere: at inter priuatiua non fit mutua commutatio; quamuis enim ex habitu procedatur ad priuationem, à priuatione tamen ad habitum non datur regressus, quia, licèt quis de vidente fiat cæcus, nemo tamen ex cæco naturaliter fit videns. quæ doctrina est vera in præcipuis priuationibus, quod ad præsens institutum satis est.

Contradictoria à reliquis oppositis quomodo differant.

n *Atqui patet*] Distinguit iam contradictoria à reliquis tribus oppositis in hunc modum. Ex contradictorijs necesse est alterum esse verũ, alte-

oppositionem subire, ex eo perspicuum fore videtur, quod contrariorum, quæ medio vacant, alterum in his, quibus apta sunt esse, aut de quibus prædicuntur, inesse semper necesse esto inter enim ea medium nullum cadere diximus, quorum alterum ineſſe ſuſceptiuo necesse est: vt in sanitate, ac morbo in pari, ac impari numeri licet. Quorum autem est aliquod medium, nunquam horum alterum omni ineſt necessariò. Neque enim album, aut nigrum, neque calidum, aut frigidum esse, omne quod horum ſuſceptiuum sit, necesse est. Nam vt inter hæc medium aliquod cadat, nihil sanè prohibere videtur. Et insuper ea diximus medium habere, quorum alterum non necesse est esse in ſuſceptiuo, niſi in hisce, in quibus vnum ineſt natura: vt ignis caliditas ineſt, & niui albedo. In his enim alterum definitè, non virtumuis ſuſceptiuo esse necesse est. Non enim auis gem frigidam, aut ninum esse nigram contingit. Itaque non omni ſuſceptiuo ineſſe alterum contingit, ſed illis tantum, quibus vnum natura ineſt, atque vnum definitè, non virtumuis. In priuatione autem atq; habitu neutrum dictorum est verum: neq; enim alterum ipſorum ſemper inesse necesse est: quod enim nondum apium est viſum habere, id neque cæcum dicitur, neque viſum habere: quare non ex his eſſe contrarijs, quæ mediis vacant, ſed nec ex his, quæ medium habent, quoniam omni ſuſceptiuo, ipſorum alterum inſit necesse est: cum enim est apium viſum habere, tunc aut cæcum, aut viſum habere dicetur; atque horum alterum non definitè ſanè, ſed virtumuis ſine diſcrimine illo dicetur: at in hisce contrarijs, quæ medio non vacant, vnumquam ſit, vt alterum inſit omni, ſed quibuſdam: atque hisce alterum definitè, & non virtumuis. Quare patet, neutro modo priuationem, & habitum, perinde atque contraria oppoſitionem ſubire.

§ m *Praterea inter contraria quidem ſit modo quod ipſa recipere poſſit, ſicuti commutatio poteſt, niſi vnum ipſorum natura inſitum, vt ignis caliditas inſit. Poteſt enim ſanum ægrotationem ſubire, & frigidum calidum, & album effici nigrum: ex ſtudioſo quisque virioſus, & è vitioſo ſtudioſus euadere poteſt.*

Vitio-

alterum falsum; in reliquis autem oppositis hoc non cernitur. Primò, quia veritas, & falsitas non cernitur nisi in propositionibus; hæc autem opposita sunt simplicia, vt initio dixerat. Secundò, quia licèt ex prædictis oppositis fiant propositiones, non est necessarium, alteram esse veram, alteram falsam, de Socrate enim non existente falsò affirmatur vtraque propositio ex contrarijs, ex priuatiuis, & relatiuis; earum tamen, quæ ex contradictorijs constiterint, semper altera est vera, altera falsa; quam secundam rationem ideò subiecisse videtur Aristoteles, quia facile inst ari posset contra primam; contradictoria etiam, de quibus hoc loco disserimus esse terminos simplices, vt reliqua opposita, incapacesq; veritatis, & falsitatis.

Cõtrariorum affectiones. Prima.

o *At verò malum*] In hac tertia cap. parte regreditur Aristoteles ad naturam contrariorum, propter quæ de ceteris egit oppositis, amplius explicandam: quinque igitur contrariorum affectiones proponit; prima est. Bono contrarium est tantum malum; malo verò & bonum, & malum aduersatur: Vtraque pars perspicua est in virtutibus inter extrema vitia constitutis. Nam liberalitati opponitur vitium, siue prodigalitatis, siue auaritiæ: prodigalitati autem, & liberalitas, & auaritia contrariantur. Non significat Aristoteles, cuiuis bono contrarium esse aliquod malum, sed, si quippiam bono contrarium est, illud esse malum, & non bonum. Accipit verò Aristoteles in toto hoc capite bonum, & malum non transcendentaliter; sic enim, cum omne ens bonum sit, & malum sit priuatio boni, nihil posset bono aduersari, quod bonum non esset, contra primam partem pronunciari: nec malum posset esse contrariè, sed priuatiuè oppositum: sed bonum sumit pro forma subiecto conueniente, malum autem pro forma disconueniente, & opposita.

Secunda.

p *Præterea non necessarium*] Tradit reliquas proprietates; secunda est, si al-

Vitiosus. n. si moribus præstabilioribus præceptisq; insistatur, aliquid salutis in probitatis incrementi suscipiet. Quod si parum licèt incrementi semel susceperit: patet, aut penitus illum mutari, aut ingentia incrementa suscipere posse. Semper enim habilis magis, ad consequendam ipsam virtutem, sumpto parno etiam incrementum sit: quare verisimile est, maiora quoque illum incrementa suscipere: quod quidem si semper ita fiat: an contrarium penitus habitum deducetur, nisi tempore fortasse excludatur. In habitu verò priuationeve fieri non potest, vt commutatio vnquam efficiatur. Ex habitu natus; quamquam ad priuationem mutatio sit, ad habitũ certè ex priuatione fieri nequit. Non. n. quisquam cæcus factus visum vnquam recuperauit, neq; caluus factus comam, neq; edentulus vllus dentes emisit. § 11 *Aqui patet, & ea, quæ vt affirmatio negatioq. opponuntur, nullo dictorum modo oppositionem subire. In his enim solis alterum verum, alterum falsum esse necesse est, quod neq; in contrarijs neq; in relatiuis, neq; in habitu priuationeve necesse est, semper alterum verum, alterum falsum vt sit: Sanitas. n. ac morbus contraria sunt, & neutrum ipsorum verum est, aut falsum: similiter & duplum, & dimidium relatiuè quidem opponuntur, neutrum tamen verum est, aut falsum: cæcitas etiam atq; visus, habitus quidem, & priuatio sunt, vt patet: at neutrum verum est, aut falsum. Omninò autem nihil eorum, quæ nulla cum complexione dicuntur, verum est, aut falsum. At vniuersa quæ dicta sunt, sine complexione dicuntur. Equidem id ipsum in hisce contrarijs maximè accidere videbitur, quæ cum complexione dicuntur. Valere enim Socratem, & ægrotare Socratẽ, contraria sunt. At neq; in hisce necessarium est, alterum verum, falsum alterum esse: nam si existat quidem Socrates, alterum verum, alterum falsum erit: si verò non existat, ambo falsa erunt, vt patet. Si enim Socrates omninò non sit, neutrum erit verum, neq; ægrotare ipsum, neq; valere. In priuatione quoq; ac habitu, si Socrates omninò non sit, neutrum verum erit, sin sit, non semper alterum verum erit, alterum falsum. Vi-*

Text. 8.

Digitized by Google

alterum contrariorum exiſtit, non oportere, vt alterum exiſtat; neque enim, ſi candor in rerum natura ſit, neceſſarium eſt, nigredinem eſſe, & ſic in ceteris.

Tertia. Tertia eſt, non poſſe duo contraria in eodem ſubiecto ſimul eſſe; ſubintellige, ita vt ambo ſubiectum denominent, vt exponit Toletus, quod eſt eſſe in eadem parte, & in gradibus intenſis: nam in diuerſis partibus, vel in gradibus remiſſis non eſt incommodum contraria in eodem reperiri.

Quarta. Quarta eſt, contraria recipi in ſubiecto eodem ſpecie, vt virtus, & vitium in homine; vel genere, vt albedo, & nigredo in animali. Vbi videtur tacitè indicare quoddam diſcrimen inter contraria, & priuatiua: nam hæc ſemper dicunt ordinem ad ſubiectum, ſaltem ſpecie idem, contraria verò ſuapte natura recipere poſſunt diuerſa ſpecie ſubiecta, vt videre eſt in frigore, & calore, quæ cum inter ſe contrarientur, alterum ſuapte natura poſtulat aquã, alterum ignem, quæ ſpecie diſtinguuntur.

Quinta. Vltima proprietas eſt, contraria, aut ſub eodem genere collocantur, vt albedo, & nigredo; aut ſub diuerſis generibus, vt iuſtitia, & iniuſtitia, quarum genera ſunt virtus, & vitium: aut denique ſunt ipſa genera diuerſa, vt bonum, & malum, circa hoc tertium membrum exiſtit grauis dubitatio, quæ in proxima quæſtione reſoluetur.

ſum enim habere Socratem, & eundem Socratem eſſe, vt habitus atque priuatio opponuntur: & ſi ſit Socrates, non neceſſe eſt alterum verum, alterum falſum eſſe. Quo enim tempore nondum eſt aptus habere, vtrumque eſt falſum. Sin omninò non ſit, falſum etiam erit vtrũque, & viſum ipſum habere, & cæcum eſſe. In affirmatione verò negatione vè, ſemper, ſiue ſit, ſiue non ſit, alterum erit falſum, alterum verum. Harum enim, ægrotare inquam Socratem, & non ægrotare Socratem, ſiue ſit, ſiue non ſit Socrates, alterum verum, alterum falſum eſſe patet. Si enim non ſit, ægrotare illum eſt falſum, non ægrotare verum: quare hiſce ſolis hoc competit, alterum, inquam, ipſorum verum eſſe, alterum falſum, quæ vt affirmatio, atque negatio opponuntur. § D *At verò malum* Text. 9. *quidem bono neceſſario contrarium eſt: quod quidem eſſe, patet inductione. Morbus enim ſanitati, & iniuſtitia iniuſtitiæ, & fortitudini timiditas aduerſatur, & in ceteris ſimili modo. At malo interdum bonum, interdum malum contrarium eſt: defectui enim, qui quidem eſt malum, exuperatio, quæ quidem, & ipſa malum eſt, contrarium eſt: ſimiliter & mediocritas, quæ quidem eſt bonum, vtrique aduerſatur, vt patet. In paucis tamen id ipſum eſſe videtur, ſed in plurimis malo bonum ſemper contrarium eſt. Præterea non neceſſarium eſt, ſi contrariorum alterum ſit, & reliquum eſſe. Nam ſi omnes ſint ſani, ſanitas quidem erit, morbus verò non erit: ſimiliter ſi ſint omnia alba, albedo quidem erit, nigredo verò non erit. Præterea ſi Socratem valere contrarium eſt huic, Socratem ægrotare (fieri verò non poteſt, vt ambo ſimul eidem inſint) impoſſibile eſt, ſi contrarium alterum ſit, & reliquum etiam eſſe. Nam ſi ſtat valere Socratem, ægrotare Socratem ſtare non poteſt. Patet etiam, & circa idem aut ſpecie, aut genere contraria fieri ſolere, vt morbum quidem, & ſanitatem in animalis corpore, albedinem autem, & nigredinem in corpore abſolutè, iuſtitiam verò, & iniuſtitiam in hominis anima. Contraria inſuper omnia, aut eodem in genere, aut contrarijs in generibus eſſe, aut ipſa genera eſſe neceſſe eſt: nam album quidem, & nigrum eodem in genere ſunt: color enim ipſorum eſt genus: iuſtitia verò, ac iniuſtitia, ſub generibus contrarijs collocantur: alterius enim virtus, alterius vitium eſt genus, vt patet. At bonum & malum non ſunt in genere, ſed aliquorum ipſa genera ſunt.*

QVAE-

Digitized by Google

QVAEST. VNICA.

De natura oppositionis eiusque speciebus.

ARTICVLVS I.

Quæ sit oppositionis natura.

Quid sit oppositio.

OPpositio, vt ipsum nomen præ se fert, est aliquorum inter se pugnantia, quæ modò pressius, modò latius vlurpatur. Oppositio presè sumpta, quo pacto hic ab Aristotele accepta fuit, comprehendit solas quattuor species, scilicet, oppositionem contradictoriam, & contrariam, priuatiuam, & relatiuã, & poscit extrema certo quodam modo affecta, vt statim dicemus; oppositio verò latè sumpta complectitur omnia, quæ quouis modo in aliquo esse repugnant, siue contineantur in illis quattuor membris, siue non; de

Boet. qua oppositione loquitur Boet. hoc loco, cum ait, oppositionem in communi esse idem, atque repugnantiã.

Arist. Nec Arist. hanc vlurpationem omninò prætermisit; nam c. 12. seq. vocat oppositas differentias substantiales cõtra diuidentes idem genus; quas certũ est in nullo ex quattuor vulgatis membris contineri, vt infra patebit, & 5. Metaph. c. 10. cum numerasset eadem quattuor opposita, quæ hoc loco tradit, subiunxit; & quæcunque susceptiuo amborum non contingit simul adesse, quibus verbis significat, alia quoque esse opposita præter illa quattuor.

Porrò oppositio, siue primo, siue secundo modo accipiatur, formaliter est respectus vnius oppositi ad aliud, quàm tametsi aliqui negant: inde constat, quia oppositio est nomẽ positiuum, & explicatur per habitudinem ad aliud; dicimus enim, oppositum alicui opposito esse oppositum, quod est proprium relatorum. Deinde oppositio latè sumpta, autore Boetio, est idem atque repugnantia; nemo autem negat, repugnantiam esse positiuum respectum. Denique Aristot. 10. Metaph. collocat oppositionem sub diuersitate, diuersum autem, etsi negationẽ supponit, formaliter tamen importat relationem, quemadmodum differens: ergo oppositio erit formaliter relatio. Cuiusmodi autem sit ea relatio, patebit ex hac oppositionis definitione, quæ colligitur tum ex descriptionibus singulorum oppositorum, tum præcipuè ex Boetio, quem Dialectici sequuntur. Oppositio est relatio inter duo extrema simplicia, quæ in eadem re singulari, simul, & secundum eandem partem, ac respectu eiusdem esse non possunt. In qua definitione relatio habet locum generis, cetera locum differentiæ.

Oppositio formaliter est relatio. Boet.

Propria oppositionis definitio.

Et in primis per illam partem [extrema simplicia] reijcitur oppositio propositionum, quam Arist. in contextu exclusit, & lib. seq. c. 5. explicat. Dicuntur autem hoc loco extrema simplicia, vt notat Scot. quæ carent complexione propositionum, & æquiuocatione à casu, licèt alioqui sint entia per accidens, vel analoga. Perinde enim opponuntur, Verb. c. exercitus, & non exercitus; principium, & non principium, atque alia extrema vnius essentiæ. Sequitur [in re singulari] quia in subiecto communi, ratione plurium inferiorum, non est dubium, multa repugnantia esse posse, veluti nigrum, & album in homine in communi ratione Belgæ, & Aethiopis. Additur [simul] hoc est in eodem tempore; nam diuersis temporibus idem aer lucidus, & tenebrosus existit. Subijcitur [secundum eandem partem] quoniam nullum est incommodum, idem animal, vna sui parte frigidum, altera calidum esse. Denique apponitur [respectu eiusdem] quia nonnulla sunt opposita, præsertim relatiua, quæ nisi ad vnicum terminum comparentur, in eodem subiecto non pugnant, vt videre est in patre, & filio, quę inter opposita numerantur ab Aristotele, & tamen in eodem existunt; si alterum respiciat, vt

Definitionis explicatio.

hum quippe est, vt omnia, quæ in aliquo subiecto esse non possunt, ita se habeant, vt vel repugnent sub certa habitudine, & vnum vni tantum per se opponatur, vel absque certa lege, & vnum repugnet multis; si priori modo sint affecta, constituunt oppositum, si posteriori, disparatũ.

2. Oppositorum diuisio.

Oppositum deinde subdiuiditur in quatuor genera ab Aristotele commemorata, licèt nõ immediatè, sed alia bimembri diuisione interposita, quod ita ferè deducit Scotus hoc loco: Quæcunq; propriè opponuntur, aut pugnant, vt ens cum ente, aut tanquam ens cum non ente; Si primo modo; aut vnum se habet respectiuè ad aliud, & sunt opposita relatiuè, aut distant maximè sub eodem genere, & eidem subiecto vicissim inesse possunt, & sunt contraria; Si secundo modo, vel non ens, quod opponitur enti, sibi determinat certum subiectum, cui debebat inesse forma, & opponitur priuatiuè, aut nullum determinat, & pugnat contradictoriè, quod ex sequentibus erit manifestum.

Scotus.

Obiectio.

Oppones, diuisionem non videri adæquatam, quia vt ens pugnat cum ente, efficitque duplex genus oppositionis, ita non ens conferri potest cum alio non ente, indeque nouum oppositionis genus resultabit.

Respõsio.

Respondetur, ideircò ex collatione vnius non entis cum alio nullam oppositionem resultare, quia vna negatio per se non repugnat alteri negationi, vt vnum ens positiuum alteri. Ratio est, quoniam negatio non habet aliud esse, quam tollere ens positiuum; ergo si præscindatur omne ens positiuum, nihil remanet, quo cum valeat depugnare; vnde est, quod, cum duæ negationes opponi videntur, quales sunt mutus, & non mutus, nulla re ipsa detur oppositio, nisi merito formæ positiuæ in altero extremo inclusæ, vt in proposito exemplo non mutus idem est, ac loquens, & ita res sese habet in ceteris.

Disparata formaliter

Disparatum, si formaliter accipiatur, non subdiuiditur in aliquas veluti species; quoniam omnia quę disparatè opponuntur, eodem modo quò ad speciem affecta sunt, & secundum magis, ac minus tantum distinguuntur; siquidem omnia pugnant indeterminatè, & absque definita lege. Sed ita quispiam obijceret, disparatè opposita possunt esse simul in eodem subiecto; ergo sub definitione oppositorum minimè continentur. Probatur antecedens; duæ differentiæ oppositæ diuidentes idem genus sunt disparatæ, vt ex Aristotele diximus, & omnes admittunt, sed hæ non pugnãt in eodem subiecto: ergo, &c. Minor patet in linea, superficie, & corpore, quarum differentiæ ex opposito quantitatem continuam patiuntur, & tamen nõ eodem corpore reperiuntur. Idem argumentum fieri potest de multis speciebus qualitatis.

Obiectio.

Respõsio.

Respondetur, non quascunque differentias ex aduerso diuidentes genus esse disparatè oppositas, sed eas tantum, quæ simul esse non possunt: cuiusmodi sũt omnes substantiales, & nonnullæ accidentariæ, quæ conditiones aliorum oppositorũ sibi non vendicant.

Quod attinet ad secundum, sunt variæ Autorum sententiæ. Nam Boetius, Simplicius, & Philoponus hoc loco, volunt, oppositum in communi esse vniuocum saltem ad quatuor vulgata genera: hos sequuntur Louanienses hic, Niphus, & Iauellus 10. Metaph hic, q. 11. ille quæst. 6. At D. Thom. opusc 37. & 1. dist. 5. q. 1. art. 1. ad primum, opusc. 43. & in tractatu de interpretatione, cap 8 alijsque in locis, Albertus, Caietan. & ex parte Sot. hic, Sonc. 8. Metaph. q. 8. docent diuisionem esse analogicam, quod Scotus sic interpretatur, vt oppositio in cõmuni sit analoga ad oppositiones reales ex vna parte, quales ipse existimat esse contrariam, & relatiuam, & oppositiones rationis ex altera, cuiusmodi, inquit, sunt priuatiua, & contradictoria oppositio verò realis, & rationis vniuoca sit, quælibet ad sua inferiora.

1. Sentẽtia asserit, oppositũ in communi esse vniuocum. Boet. Simpl. Philop. Louan. Niph. Iauell. D. Thom. Albert. Caiet. Sot. Soncin. Scotus.

2. Asserit, esse analogum.

Pro decisione huius controuersiæ sit primũ pronunciatum. Si opposita

Resoluit

qõ quat-

tuor pronunciatis.

materialiter accipiantur, hoc est, pro ipsis rebus, quæ oppositæ nominantur, diuisio partim est analoga, partim æquiuoca. Vtraque pars est per se euidẽs; nam res oppositæ quædam sunt entia realia spectantia ad plura prædicamẽta, inter quæ analogia intercedit; alię sunt negationes & priuationes, quæ secundum se consideratæ æquiuoce tantum conueniunt cum entibus realibus. Secundũ pronunciatum: Oppositio in communi formaliter sumpta non est vniuoca ad omnia membra. Hoc est de mente D. Thomę, & Scoti, facileque probatur; nã ad ens reale, & rationis nihil est vniuocum; sed quædam relationes oppositionis sunt reales, vt contrariæ, & disparatę; alię rationis, scilicet, priuatiuæ, contradictoriæ, & relatiuæ, quòd in proximis articulis ex professo ostendendum est: ergo non possunt in oppositione vniuocè conuenire. Tertium pronunciatum. Oppositio realis nõ est vniuoca, sed analoga ad contrariam, & disparatam, quas tantum ostendemus esse reales. Probatur: quoties aliqua ita se habent, vt vnum verè, & propriè communem rationem participet, aliud secundum quid, & impropriè, nõ conueniunt in ea ratione vniuocè, sed analogicè: atqui contraria, & disparata oppositio hoc modo affectæ sunt, vt ex dictis patet: ergo oppositio realis in communi non potest de illis vniuocè prędicari. Quartum: Oppositio etiam rationis est analoga ad contradictoriam, priuatiuam, & relatiuam, quas omnes infra probabimus esse relationes rationis. Afferitur ab Autoribus secundæ sententiæ, excepto Scoto. Probatur eadem ratione, qua superius pronunciatum. Nam contradictoria magis participat rationem oppositionis, quam priuatiua, & hæc, quam relatiua, quod ex singularum specierum doctrina patebit; vnde etiam constabit hanc analogiam esse attributionis: ostendemus. n. omnes oppositiones nõ solum rationis, sed etiam reales à contradictoria vim accipere, ac proindeoppositionẽ formalem quouis modo consideratam, siue vt communem ad reales, & rationis, siue ad solas reales, siue denique ad solas rationis, semper esse analogam.

1 2 D. Thom. Scotus. 3 4 Oppositio forma liter sumpta semper est analoga.

ARTICVLVS III.

Explicatur oppositio relatiua.

Status quæstionis aperitur.

VT in explicandis oppositorum generibus eum ordinem sequamur, quem in eisdem enumerandis Aristoteles obseruauit, ordiamur à relatiuis, de quibus duo dicenda sunt: primum, quænam sint ea, quæ relatiuam oppositionem immediatè suscipiunt? Secundum, qualisnam sit ipsa oppositio relatiua? Ac primum non potest vno tantum modo explicari propter duplicem sententiam suprà commemoratam de termino relationis, quarum altera affirmat, terminum vnius relationis esse aliam relationem in opposito extremo respondentem: veroi causa, terminum, quem per se & immediatè ferit relatio Patris, esse relationem filij. Altera docet, vnam relationem non terminari ad aliam, sed ad illius fundamentum: vt in eodem exemplo, paternitatem non terminari ad filiationem, sed ad subsitãtiam filij. Et in prima quidem sententia indubitatum est, relationes oppositionis ex vtraque parte fundari immediatè in relationibus patris, & filij, &c. quoniam oppositio relatiua exercetur inter eas formas, quę sibi ex aduerso respondent, & in eodẽ singulari esse nõ possunt; eiusmodi autem sunt in prima sententia relationes patris, & filij, siquidem se inuicem terminant, & respiciunt; ergo sunt immediata oppositionis fundamenta. Quod autem vna relatio non patiatur aliam sibi aduersam in eodem subiecto esse, expoluimus supra, cum conditiones ad relationem realem necessarias explicauimus.

1. Sniã tenet, relationem terminari ad relatiuũ; & 2. ad absolutum.

Iuxta primam relationes oppositionis immediatè fundantur in relationib.

Iuxta secũdã sniam, quid dicẽdum sit.

Iuxta secundam opinionẽ est controuersia, an oppositio ex parte termini fundetur immediatè in absoluto, an in relatione? quod enim fundamentum sit absolutum, ex eo proba-

ri

ri videtur; quoniam inter relationes idcirco datur oppositio, quia relatio cum sit ordo realis, postulat distinctionem ab eo, ad quod ordinatur, & consequenter non potest simul cum illo esse in eodem subiecto; sed relatio ordinatur ad terminum; ergo ab eo distinctionem poscit, illiq. opponitur, atq; adeo oppositio ex parte termini in absoluto fundatur. Qđ autem non sit collocanda in absoluto, sed in opposita relatione, ita suadetur. Duæ relationes oppositæ eo modo se habẽt, vt non possint simul esse in eodem singulari secundum eandem partem, &c. ergo sunt verè oppositæ, vtique non alia oppositione, quam relatiua; igitur inter ipsas relationes est immediata oppositio.

Enodatur difficultas qſtionis.

Ad hanc dubitationẽ respondendum est, ex parte termini duplicem reperiri oppositionem relatiuam; alteram immediatè fundatam in absoluto, alteram in relatione, & hanc posteriorem esse proprijssimè relatiuam, de qua in præsenti disputamus: vtraque tamen quasi integram oppositionem constituit. Prima huius resolutionis pars abũdè probata est rationibus pro vtraque dubitationis parte adductis. Secũda probatur primò, quia propria oppositio exercetur inter eas formas, quæ circa idem subiectum repugnant; id autem magis propriè cernitur in relationibus, quã in relatione, & termino absoluto, quia terminus, cum sit subiectum, non potest comparari vt forma ad subiectũ eius relationis, à qua respicitur; ergo &c. Secũdò Aristoteles definiendo hæc oppositа vsus est definitione relatorum, quæ ex vtraque parte quadrat per se in relationem, in terminum verò non nisi secundariò, & in obliquo. Denique repugnantia, quæ est inter relationem, & terminum, oritur ex distinctione, quam relatio vendicat sibi ab eo, ad quod refertur: illa autem, quæ cernitur in relationibus, prouenit ex diuersis, & repugnantibus conditionibus, quas vnaquæque postulat in proprio subiecto; sed oppositio, quæ nascitur ex repugnantia conditionũ, est magis formalis, quam ea, quæ à sola distinctione ortum habet, ergo, &c.

Propria oppositio relatiua quæ.

Tertia denique pars inde satis cõstat, quia hæ duæ oppositiones necessariò sunt connexæ & aliquo modo inter se subordinatæ; cum ea, quæ ex parte termini vsitur in relatione, supponat terminationem, atq; adeò oppositionem ipsius termini absoluti. Ad rationes pro vtraque parte adductas, cum primam resolutionis partem confirment, non est cur respondeamus.

Oppositio est æqualis comparationis.

Quod ad ipsius oppositionis naturam attinet, illud certum est, eã esse relationem æqualis comparationis; nam oppositũ alteri opposito est oppositum. & licet ea relata, inter quæ exercetur, inæqualia sæpè existãt, vt pater, filius, seruus, & dominus ipsa tamen oppositio in omnibus æqualitatem habet. Num verò sit relatio realis, an rationis, controuersum est, nõ modò inter Philosophos, sed etiam inter Theologos: nam Scotus hoc loco quæst. 38. & in 2. dist. 1. q. 4. eiusque sectatores docent, oppositionẽ relatiuam esse relationem realẽ, quia habet illas tres conditiones, quas in c. de relatione postulabamus. Nã duę relationes, inter quas hæc oppositio proximè exercetur, sunt entia realia, realiter distincta, atque existentia; ergo nihil deest, vt oppositionis relatio sit realis. E contrario D. Th. 1. par. q. 42. art. 4. alijsq. in locis negat esse realem, quod eiusdẽ assectæ frequentius opinantur. Præcipuum illius fundamentum est, ex contrario sequi processum infinitũ in relationibus; si.n. pater & filius opponuntur per relationes reales, cum hæ ẽt inter se opponantur; id habebũt per relationes reales, & hæ rursum per alias, & sic in infinitum, quod in Philosophia est perabsurdum.

Scotus. Qui oppositionẽ, relatiuã realẽ esse relationem docent.

D. Thom. Qui docẽt esse relationem rationis.

In hac dubitatione, quæ in Metaphysica ex professo tractanda est, potior videtur secunda sententia D. Tho. si enim semel admittatur, vnam relationem realem fundari posse in alia, processus in infinitum, qui sine absurditate inter Philosophos non admit-

Vera sentē tia propo- nitur.

admittitur, effugi nequaquam potest; quamuis enim proposito argumento pro Scoto respondeatur, nō sequi, relationes oppositionis per alias reales opponi, quia cum sint ipsæ formales rationes oppositionis, se ipsis absque alia relatione superaddita opponuntur, sicut actio hoc ipso, quod est ratio, qua res aliæ producuntur, nō indiget alia actione, qua ipsa producatur, sed per se ipsam accipit esse. Quamuis, inquā, hæc responsio tollat processum infinitum in oppositionibus, & hac ex parte non concludat illud argumentum, vt à Thomistis proponitur; nō aufert tamen infinitum processum in relationibus: nam duæ illæ relationes oppositionis conferri possunt inter se, vt similes in ratione oppositionis, & eo modo referrentur inter se per alias relationes reales similitudinis, siue identitatis, quæ, cum non sint formales oppositiones, egebunt relationibus a se distinctis; quibus opponantur, quæ deinde per alias relationes identitatis inter se referentur, & ita procedetur in infinitum, dum relationes oppositionis egent alijs relationibus identitatis, & vendicant sibi alias oppositionis absque vllo termino. Accedit aliud non minus leue incommodum ex diuinis relationibus; Pater æternus relatiue opponitur Filio; ergo, si oppositio est relatio realis, admittendæ erunt in Deo plures relationes reales, quam quattuor, quod recepto à Patribus, & Scholasticis placito aduersatur.

Probatur ratione.

Probatur ex absurdo.

Fundamentum Scoti facilè diluitur, asserendo, illas tres conditiones non sufficere in quacunque entitate, vt relationem suscipiat, sed in sola absoluta, quod rationi admodum consentaneum est; quia subiectum (si potentias respectu suorum actuū excipias) semper esse solet alterius naturæ à forma, quam recipit. Concludimus igitur; relationem oppositionis inter quæcunque extrema non esse realem, sed rationis.

Scoti fundamētum diluitur.

ARTICVLVS IV.

De contraria oppositione.

IN hoc articulo, quemadmodum in præcedenti, prius explicādum erit, quæ sint ea, quæ contraria dicuntur, deinde ipsius contrarietatis natura enodanda; primum non potest accommodatius præstari, quam contrariorum definitionem quò ad singulas eius partes examinando, ea verò ex doctrina Aristotelis partim hoc loco, partim libro 10. Metaphysic. cap. 6. in hunc modum construi solet. Contraria sunt ea, quæ sub eodem genere maximè distant, & eidem subiecto vicissim insunt, à quo mutuò se expellunt, nisi alterum eorum insit à natura. In qua, omissa illa particula [ea] quæ loco generis collocatur, & idem valet atque opposita, seu repugnantia, quæ iam à nobis explicata sunt, quattuor sunt præcipuæ partes, quæ differentiæ munere funguntur, prima esse sub eodem genere, secunda, subeo maximè distare; tertia, eidem subiecto vicissim inesse, & ab eo se expellere; vltima, nisi alterum eorum insit à natura.

Cōtrariorū definitio ponit, & illustratur.

Quæ partes differētiæ munerę fungantur.

Nomine generis intelligitur, vel proximum, quale est color respectu albedinis, & nigredinis, vel remotum, vt habitus comparatione virtutis, & vitij, erroris, & scientię. Cæterum, licet ad verā contrarietatem sufficiat genus remotum, nunquam tamen contraria in solo genere sūmo alicuius prædicaméti cōuenīūt, vt consideranti erit manifestū; & ratio videtur sumi ex tertia cōditione; cum. n. contraria sibi succedant in subiecto per veram transmutationē ab vno ad aliud; transitus autem nō fiat, nisi inter ea, quę magnā habent similitudinem, (nec. n. itur à virtute ad errorē, vel à calore ad primā qualitatē, sed à virtute ad vitiū, ab vno colore ad alium) fit necessariò, vt contraria conueniant in aliqua natura magis contracta, quàm natura suprema generis.

Quid nomine generis intelligatur.

Contraria nunquam in solo genere summo alicuius prædicaméti cōueniūt.

Neque

Digitized by Google

Exponitur locus Aristotelicus.

Neque his aduersatur, quod Arist. in contextu docuit, cõtraria aut esse sub genere, aut esse ipsa diuersa genera: cuiusmodi sunt bonum, & malum. Nam, vt ibidem diximus, non accipit malum, & bonum transcendentaliter, vt vnum est perfectio entis, alterum priuatio ei opposita, sic enim contraria esse nõ possent, cum omnia cõtraria sint positiua; sed moraliter pro vitio & virtute, vt ipsi Aristoteles indicauit, vitium & virtutem loco exempli commemorando,

D. Thom.

& probabile credit D. Tho. tum hoc loco, tum expressius 1. p. q. 48. art. 1. Per genera autem diuersa intelligit subalterna, quæ simul sunt species, & sub alio genere collocantur, vt vitiũ, & virtus sub habitu. Per hanc partem separantur contraria à priuatiuis & contradictorijs; hęc enim cum sint forma, & eius negatio, non possunt sub aliquo genere proximo, vel remoto collocari.

Quæ distãtia in definitione cõtrariorum intelligatur.

In secunda parte non est sermo de distãtia secundum locum, sed secundum naturam, & essentiam, quæ non dicitur maxima absolutè; sed sub eodem genere; nam simpliciter magis distat albedo à linea, cum qua in solo ente, & accidente conuenit, quam à nigredine, qua cum in eodem prædicamento consentit: sed sub colore magis distant albedo, & nigredo inter se, quam à quouis alio, & quam omnes alij colores inter se. Bifariam tamen intelligi potest maxima distantia: vno modo positiuè, altero negatiuè. Distantia priori modo maxima est ea, qua duæ species sub suo genere ita separãtur, vt nec aliæ species inter se, nec ipsæ ab alijs æquè distent, quo pacto se habent albor, & nigror. Distãtia posteriori modo maxima datur, quando non dantur aliæ species, quę magis distent, quam quę contrariæ dicuntur, licet aliquæ æqualiter repugnent. Igitur in definitione quæuis distantia ex his duabus intelligenda videtur, siquidem calor & frigus sunt verè contraria sub patibili qualitate contenta, & tamen sub eodem genere æquè distant humor, & siccitas.

Cõtra hanc partem obijcitur primò. Auaritia propriè cõtrariatur liberalitati, sed ab illa maximè nõ distat etiam negatiuè; ergo non est necessaria omnibus contrarijs maxima distantia. Probatur minor, quia magis distat auaritia à prodigalitate sibi extremè opposita, quam à liberalitate, quæ in medio constituta est, vt per se cõstat. Secundò, error est contrarius veræ opinioni, vt nemo diffitetur, sed magis distat à scientia, quã ab opinione, siquidem ab hac in sola veritate, ab illa in certitudine & euidentia separatur: ergo, &c. Tertiò, albedo & nigredo cõmunes sunt contrariæ; sed plus distant sub eodem genere hæc albedo, & hæc nigredo singularis: nam, præter communem repugnandi rationem, quam illarum species participant, includunt etiam differentias singulares inter se pugnantes.

1. Obiect.

Secunda.

Tertia.

Ad primum negandum est, liberalitatem esse perfectè contrariam auaritiæ; nam virtus tunc perfectè alicui vitio contrariatur, cum ab eo adęquatè destruitur hoc est, cum omnes eius actus à vitio impediuntur; auaritia autem non repugnat omnibus actibus liberalitatis, sed vni tantum, qui est bonorum largitio, præter quem habet etiam liberalitas bonorum retentionem, quam destruit prodigalitas. Quare non est mirum, si auaritia à liberalitate maximè non distet, quod intelligendum est de distantia physica: nam si de morali loquamur, certum est magis distare auaritiam à liberalitate, quam à prodigalitate: siquidem maior est oppositio moralis inter virtutem, & vitiũ, quam inter duo vitia, quantumuis inter se repugnantia.

Respõsio ad primã.

Ad secundum concedendum est, errorem absolutè loquendo magis distare à scientia, quam à vera opinione, non tamen sub genere proximo, id est sub opinione, sub qua contraria esse dicũtur, & maximè distãt.

Respõsio ad secundam.

Ad tertium respondetur: Philosophos non curare per se singularitatẽs quare, licet ratio ne illius detur maior distantia in individuis, quam in specie-

Respõsio ad tertiã.

Digitized by Google

ſpeciebus, nõ propterea negãdũ eſt, in Philoſophia ſpecies cõtrarias eſſe maximè diſtantes. Reſp. ſecundò concedẽdo, hanc albedinem, & hanc nigredinem præter repugnantiã naturæ communis habere etiam ſuam individualem; dicendum tamen hãc oppoſitionem non eſſe contrariam, ſed diſparatam: neque in illa individua habet cõditiones in definitione contrariorum expreſſas ratione differentiarũ ſingulariũ, ſed merito naturæ cõis; vt conſideranti patebit.

In definitione quæ expulſio intelligãt.

Tertia definitionis pars erat [quæ eidem ſubiecto vicißim inſunt, & ab eo ſe expellunt] quæ ita intelligenda eſt, vt contraria dicantur, quæ per ſe ineſſe poſſunt in eadem parte ſubiecti, eamq. denominare; ſit autem mentio ſubiecti quia formæ, quãtũuis contrariæ, non repugnant inter ſe, niſi reſpectu alicuius ſubiecti, à quo ſuſtẽtantur, & ſe expellunt. Duplex verò eſt expulſio, altera formalis, altera effectiua; formalis eſt, qua vna forma in ſubiecto producta ſe ipſa aliam excludit, vt albedo expellit nigredinem; effectiua eſt, qdãdo vnum accidens agendo in ſubiectum alterius illud eijcit; quo pacto calor exiſtẽs in igne expellit frigus ab aqua: In definitione intelligitur expulſio formalis, alioqui non conueniet omnibus cõtrarijs, cum multa non ſint actiua, vt in albedine, & nigredine videre eſt. Per hanc partem excluduntur a contrarijs oppoſita relatiuè.

Dupler expulſio formalis vna, alia affectiua.

Prima obiectio.

Oppones qualitates contrariæ in gradu remiſſo non expellunt ſe à ſubiecto, & tamen ſunt verè contrariæ, ſiquidem retinent naturam ſpecificam, in qua propria contrarietas exercetur; ergo falſum eſt, omnia contraria ſe à ſubiecto deturbare. Simile argumentum fieri poteſt in errore, & ſcientia, in virtute, & vitio in communi; poſſunt.n. ſimul eſſe in intellectu, aut voluntate ratione diuerſarum ſpecierum; veluti error in Mathematica cum ſcientia Phyſiologiæ: & vitium iniuſtitiæ cum virtute temperantiæ, quæ tamen ſunt

Secunda.

Solutio 1.

verè contraria. Ad primum reſpondetur, cum dicitur contraria ſe expellere, id intelligi, quando perfectè ſubiectum poſſident; nam definitiones traduntur per ea, quæ rebus in ſtatu perfecto conueniunt. Ad ſecũdum dices, ea, quæ ibi recenſentur, eſſe contraria in actu ſignato, & vt pugnent in actu exercito non ſufficere quælibet inferiora, ſed ea, quæ circa eandem materiam verſantur, vt error, & ſcientia de eadem concluſione: virtus & vitium circa eandem materiam, quemadmodum relata in communi etiam opponũtur, vt tamen actualem oppoſitionem exerceant, neceſſe eſt, accipere non quælibet relata inferiora, ſed quæ oppoſitas conditiones exigunt, vt pater, & filius, &c.

Solutio 2.

Quarta, & vltima pars erat [niſi contraria inſint à natura] quæ additur propter nonnullas qualitates, quæ adeò inſitæ ſunt naturæ ſubiectorum, vt in earum locum oppoſitæ ſuccedere non poſſint ſaltem perfectè, ita vt ſubiectum denominare queant, huiuſmodi ſunt calor ignis, albedo Cygni, &c. licet.n. ignis aliquam admittat frigiditatem, nunquã recipit tanquam eius portionem, vt frigidus nominetur.

Inter contraria realis eſt relatio.

Quod attinet ad ſecundam huius dubitationis partem de contrarietate, multò certius videtur, eam eſſe relationem realem; quid enim vetat in albedine, & nigredine, quę sũt entia realia realiter diſtincta, exiſtentia, & ex intrinſeca natura ſibi repugnantia, eſſe relationes reales contrarietatis? Maius dubium eſt, an eadem ſit relatio differentiæ, vel alia diuerſa: hoc eſt, vtrum albedo, & nigredo contrarientur formaliter per eaſdem relationes, quibus inter ſe differunt, an per alias ſpecies diuerſas. Cui dubitationi breuiter reſpõdẽdũ putamus, relationẽ contrarietatis eandẽ eſſe ac relationẽ differentiæ ſpecificæ, non quamlibet, ſed eam, in cuius fundamento ſunt cõditiones, quas definitio contrariorũ expoſcit.

Eadem eſt relatio cõtrarietatis, ac differentię ſpecificæ.

Probatur. Relatio differẽtiæ duo requirit, ex parte fundamẽti, vnitatem eorũ, quę differunt in natura cõi, &

diuisionem in propria ratione, seu differentia; atqui relatio contrarietatis hæc ipsa supponit, vt ex definitione apertum est; docet enim, contraria sub genere esse, vbi exprimit vnitatem, & inter se maximè distare, quo differentiam declarat. Quæ ratio, cum ex terminis fidem astruat, non est, cur vlterius confirmetur, nec etiam, cur nos in contrarijs diutius immoremur. Addendum tamen est ad calcem huius articuli, idem dicendum esse de relatione disparatæ oppositionis, esse nimirum realem, si extrema requisitas habeant conditiones, & eandem atque relationem diuersitatis.

ARTICVLVS V.

Oppositio priuatiua explanatur.

DE priuatione multa disputari solent, quæ ad alios Philosophiæ libros spectant; in præsenti ea tantum breuiter explicabimus, quæ ad illius oppositionem pertinere videbuntur, & quę Aristoteles in transcursu attigit. Igitur negatio communissimè sumpta non est aliud, quam carentia alicuius formæ, vt non album, non videns; quæ bifariam cõsiderari potest; primo secundum sua qualemcumque rationem formalem per ordinem ad formam negatam, & sub hac ratione, diuiditur in tot species, aut quasi species negationum, quot sunt genera, & species formarum, quæ per illas auferuntur: est enim negatio de genere earum rerum, quæ distinguuntur per obiecta, quemadmodum conceptus, & species. Secundò spectari potest comparatione subiecti, à quo formam separat, quod duplex est; vnum aptum ad habendam formam, vt homo respectu visus; alterum ineptũ, vt lapis respectu eiusdem visus, & secũdum hanc considerationem pro numero subiectorum est etiam numerus specierum, aut quasi specierum negationis; sunt nimirum duæ veluti species immediatæ: vna, quæ est negatio formæ in subiecto ad illam habendam apto, & dicitur priuatio: altera, quæ negat formam in subiecto illius incapaci, & vocatur pura negatio. Dicimus, hæc duo inferiora sub negatione contenta esse quasi species, quia vt in capite de genere probauimus cum Diuo Thoma, prima secundæ, quæstio. 71. artic. 6. ad primum, priuatio & pura negatio non differunt essentialiter, sed ex accidenti, propter connotationem, scilicet diuersi subiecti, quæ extrinseca est essentiæ negationis. D. Thom.

Quid negatio communissima.

Ex hoc discrimine inter priuationem, & negationem colligitur id, quod inter opposita priuatiua & contradictoria intercedit: quando enim priuatiua definiuntur habitus, & illius carentia in subiecto determinato, est sermo de illa specie negationis, quæ tollit formam à subiecto capaci: & de habitu, id est, forma tali subiecto proportionata, cuiusmodi sunt vitus, & cæcitas. Cum autem contradictoria describuntur, forma, & eius negatio intelligitur vel negatio pura, quæ est alterum membrum priuationi oppositum, & forma illi proportionata: vel negatio absolutè sumpta, quæ etiam includitur in priuatione, nam contradictio etiã verificatur de subiecto capaci formæ, quæ negatur; nõminus. n. verificatur hæc cõtradictio videns, aut non videns in homine, atq; in lapide. Et hinc oritur illud discrimen, quod Aristoteles inter priuatiua, & contradictoria statuit, quod illa habeant medium, hoc est, vt in cõmentario exposuimus, detur aliquod subiectum, cui nec forma, nec priuatio competat: hæc omni medio vacent; quod verum esse non potest, nisi negatio, quæ est alterum extremum contradictoriæ oppositionis, sumatur in communi, & vt continet priuationem; alioqui subiectum, in quo est priuatio, esset medium inter contradictoria; siquidem non haberet formam, nec puram negationem.

Quid sit priuatiua oppositio.

Quid sit contradictoria.

Aristot. Qđ discrimen inter priuatiua, & contradictoria.

Hinc suboritur ratio, ad suadendum priuatiuam oppositionem non efficere aliud membrum distinctũ à contra-

contradictoria, sed sub ea contineri, vt inferius sub suo superiori, siquidem negatio absolutè sumpta, quæ contradictionem constituit, sub se continet negationē formæ in subiecto certo, quæ efficit priuatiuam oppositionem. Dicendum nihilominus est priuatiuam oppositionem esse membrum distinctum à cōtradictoria, & ad rationem respondendum, priuationem quidem sub negatione cōtineri; at vnam oppositionem nō esse sub alia, quia in contradictione sumitur negatio cum præcisione ab illa conditione, quæ constituit priuatiuam oppositionem, scilicet, à connotatione determinati subiecti, quando autem prædicato communi tribuitur aliquid, prout præscinditur à conditione alicuius inferioris, nō censetur inferius quò ad illam conditionem sub eo contineri, cum igitur contradictoria in sua oppositione includant, quod non determinent subiectum certum; priuatiua autem, quod illud designent; diuersam habent rationem oppositionis, quantum satis est ad ea discrimina, quæ Aristoteles assignauit.

Assignatur discrimen inter cōtraria, & priuatiua.

Non etiam omittendum illud discrimen, quod constituit inter contraria & priuatiua, quod nimirum in illis fiat commutatio ab vno extremo ad aliud, vt patet exemplis in cōtextu, & commentario adductis; in his verò, etsi ex habitu ad priuationem transitus detur, à priuatione tamen ad habitum regredi nō liceat. Vnde illud proloquium exiit, quod Peripatetici crebris sermonibus vsurpant: A priuatione ad habitū non est regressus. Verum cum illud vniuersale nō sit, sed multi habitus post eorum priuationes acquirantur, vt vigilia post somnum, lux post tenebras, frigus in aqua post calorem, & in nonnullis animalculis, vt vespis, & culicibus, vita post mortem: idē Peripatetici non mediocriter laborant in assignando aliquo principio, siue norma, qua certò cognoscatur, à quibus priuationibus regredi liceat, à quibus non. Simplicius hoc loco, quem sequitur Niphus primo Metaphysic. quæstione quarta, docet; quando habitus est ingenitus à natura, non fieri ad illum regressum ex priuatione, secus verò, si habitus sit acquisitus, cuiusmodi sunt lux, vigilia, &c. & Aristotelem de priori tantum fuisse loquutum. Ceterūm hoc principium rationi conforme esse videatur, vniuersale tamen nō est, quia frigus à natura inditū est aquæ, & tamen post amissionem reparatur.

Simplic. Niphus.

Indicium quorundā ad cognoscendū regressum à priuatione ad habitū.

Diuus Thomas, quæstione secūda de malo, articulo duodecimo ad decimum tertium existimat, à priuatione, quæ tollit actum, redire posse ad formam: ab ea verò, quæ tollit potētiam, non posse, cuiusmodi sunt surditas, & cæcitas; & ratio videtur esse, quia, dum aufertur actus, manet potentia, quæ alterum producat: destructa verò potentia, nihil superest, à quo ea restituatur; quia anima non habet omnia, quæ ad illius productionem requiruntur, nisi in prima generatione. Hæc limitatio Philosophica sanè est, non tamen satis explicat quid per actum, quid per potentiam intelligat; si enim nomine potentiæ intelligat solas vitales, nomine verò actus reliquas omnes formas: de potentia quidem verè sentit, sed nimis anguste loquitur; in actu verò patitur instantiam, quia pili, & dentes sunt actus, & tamen Aristoteles negat, ab eorum priuationibus esse regressum.

D. Thom. Indicium D. Thom.

Aliam rationem indicat idem D. Thom. 8. Metaphys. cap. 5. lectione quarta, quam latius prosequuntur Caiet. hoc loco. Soncin. 10. Metaph. quæstione decima nona, quæ est huiusmodi. Aliquæ sunt priuationes, quæ æquè immediatè ac formæ subiectum respiciunt, quomodo affectæ sunt, aquæ, tenebræ, & lux ad aerem: aliæ non habent immediatum ordinem ad subiectum, sed mediante forma, vt mors, cæcitas; quæ idcircò dicuntur respicere subiectum mediante forma, quia præsupponunt existentiam, vel conuenientiam formæ, antequam ipsæ subiecto vt priuationes conueniunt. Verum hæc ratio

D. Thom. Caietan. Soncin. Huius indicij fundamentū.

Digitized by Goog

Impugnatur huius indicij fundamentũ.

tiõ præterquam quod difficillima sit, & memoratum discrimen libere constituat inter illas priuationes, quia omnis priuatio supponit conuenientiam formæ, & in eo à pura negatione distinguitur: inde solum concludit, aliquas priuationes præsupponere formas, non autem præsuppositis priuationibus, quocunque modo acciderint, siue ante, siue post habitam formam, non posse redire formam, quod maximè ostendendum erat.

Tolet. Soar.

Franciscus Toletus hoc loco, Soarius in indice Metaphys. lib. 8. cap. 5. q. 2. intelligunt Aristotelis sententiam de regressu ad eandem numero formam, non autem ad eandem speciem; quia per vires naturæ fieri non potest, vt idem numero, quod semel corruptum est, iterum redeat, quamuis aliam formam eiusdem speciei restitui non implicet, vt in propositis exemplis ostensum est. Quæ doctrina vera est, sed menti Aristotelis hoc loco minus facilè accommodari potest; constituit enim hoc discrimen inter contraria, & priuatiua, quod in illis detur mutua reciprocatio, in his autem non detur; quod verum non esset, si loqueretur de reditu ad eandem numero formã, nam cum ex frigido fit calidum, non reproducitur idem numero calor, qui antea fuit. Quanquam, vt verum fateamur, necessarium non est, vt in contrarijs fiat mentio formæ iam corruptæ, vt in priuatiuis; non videtur tamen ille esse planus sensus Peripatetici pronunciati.

Alia expositio reijcitur.

Louan. Indicium Louaniensũ approbatur.

Quare Doctores Louanienses cũ ex altera parte videant, à quibusdam priuationibus esse regressum, ab his non esse: ex altera non posse assignari certum genus earum, à quibus fit, aut non fit reditus, cum in vtroque ordine fiat aliquæ, quarum formæ sunt per modum actus, aliæ per modum habitus, & potentiæ; non nullæ ingenitæ, aliæ extrinsecus aduenientes, vt ex dictis conspicuũ est: hanc relationem ex parte causæ reddiderunt; quando posita priuatione non tollitur causæ sufficientes ad productionem formæ, possibilis est naturaliter regressus ad eandem speciem formam, quando verò eiusmodi causæ tolluntur, non est possibilis; ostendere autem, quibus cum priuationibus causæ remaneãt, vel auferantur, longissimum est, & singularum eget commemoratione, siquidem nullum commune principium hactenus inuẽtum est, quod omnia distinctè comprehẽdat; quare satius nobis videtur, eadem ratione conquiescere, quam aliam ijsdem calumnijs expositam producere.

Relatio oppositionis priuatiuæ, est rationis.

De relatione priuatiuæ oppositionis diutius ambigere non licet, an sit realis, vel rationis, cum enim alterum extremum non sit ens reale, necessariò fatendum est, ipsam relationem esse rationis, vt ex doctrina prædicamentorum cõpertum est.

ARTICVLVS VI.

De contradictoria oppositione.

Vtrum cõtradictoria oppositio sit omnium maxima. Pars negatiua suadetur.

QVid sit contradictio simplex, de qua hoc loco agimus, quo pacto definiatur, & a priuatiua oppositione differat, ex proximo articulo compertum est; vnde etiam constat, relationem in contradictorijs fundatam esse rationis, siquidem alterum extremum est negatiuum. Vna igitur superest dubitatio, an contradictoria oppositio sit omnium maxima? Pars enim, quæ negat, his rationibus suadetur. Prima. Contradictio includitur in omnibus alijs oppositionibus; ergo non potest earum esse maxima; consequentia est bona, quia id, quod aliquid includit, supra inclusum suam peculiarem rationem addit, vt omnia consideranti planum fiet, & in præsenti opposita addunt suum peculiarem modum oppositionis. Antecedens probatur, quia nisi vnum oppositum supponat, non esse aliud, verbi causa, album, non esse nigrum, non posset vlli opponi, alioqui sibiipsi repugnaret; ergo omnis alia oppositio contradictoriam includit. Confirmatur; contra-

tradictio infertur ex qualis alia oppositione, & non è contrario; ergo est minor quam ceteræ; consequentia valet, quia maius non infertur ex minori. Antecedens traditur à Diuo Thoma, quarto contra Gentes, capite decimo quarto, & inductione constat; siue enim aliqua duo sint relatiuè, siue contrariè, siue denique priuatione opposita, rectè inferes, vnum non esse aliud. Secundò: magis distant ea, inter quæ aliquid mediat, quam quæ sunt immediata, nam illa ipso medio separantur: sed inter contradictoria nullum est medium, quod inter priuatiua, & contraria reperitur: ergo hæc sunt magis opposita. Tertiò. Minus requiritur ad distantiam contradicentium, quam contrariorum; ergo saltem hæc sunt magis opposita; antecedens patet, quia, vt subiectum dicatur contradictoriè nõ album, satis est medio colore affectum esse: vt autem dicatur cõtrarium albo, habere debet nigredinem, quæ plus recedit à candore, quam medius color.

D. Thom.

Affirmatiua pars approbatur.

Communis sententia, quam vbique tradit Aristoteles, ceteriquè Philosophi, asserit, omnium oppositionum maximam esse contradictoriã. Ad eius probationem aduertendum est, quantitatem vel intensionem oppositionis, vt ita loquamur, primò colligi ex eorum repugnantia, seu incompossibilitate in subiecto; cur enim opposita definiantur ea, quę in eodem simul esse non possunt; primum signum oppositionis erit pugnantia in subiecto, & quò maior hæc repugnantia fuerit, eò perfectior censebitur oppositio. Colligitur secundò ex maiori, vel minori immediatione, hoc est, ex eo, quod plura, vel pauciora subiecta reperiantur, in quibus necesse sit alterum oppositorum inesse; illa enim opposita, quæ non solum simul esse non possunt in eodem singulari; sed etiam, quæ circa vnumquodque ita affecta sunt, vt vel vnum, vel alterum insit, maiorem habent oppositionem. Quod duplici ratione monstratur; vna, quoniam, quæ

Oppositorum distãtia vnde colligat.

ita se habẽt, in nulla re conueniunt; si enim in aliquo conuenirent, fieri posset, vt illud vtrique deesset, & ita neutrum in subiecto esse posset, vt accidit in priuatiuis, quæ ambo requirunt in subiecto capacitatem formæ; & quia in aliquibus subiectis deest capacitas, neutrum ex priuatiuè oppositis reperitur. Altera ratio est, quia inde colligitur maxima naturæ, & conditionum diuersitas, siquidem hoc ipso, quod in subiecto desunt conditiones ad vnũ, reperiuntur ad eius oppositũ. Quod autem id prouenial ex naturæ, & conditionum distantia, ex opposito monstrari potest; nam album, & nigrum propterea medio potiuntur, quia requirunt in subiecto mistionem, quæ deest in elementis; nisi enim ambo similem subiecti conditionem exigerent, posset alterum esse in corpore simplici, & ita hoc medium non haberent; igitur, quando aliqua medio vacant, perfectam habent conditionum diuersitatem.

Hoc posito, ex vtroque indicio probari potest, contradictoriam oppositionem esse maximam. Ex primo quidem, quia contradictoria per nullam potentiam simul esse possunt, relatiua autem naturaliter se compatiuntur, & ad diuersos terminos comparentur, quod argumento est, ex natura sua parum in subiecto repugnare. Contraria item in gradibus remissis vi naturæ sociãtur, in intensis autem virtute diuina; priuatiua non recedunt hac in parte à contradictorijs, quia non minus implicat, simul esse habitum, & priuationem, quam formam & negationem. Ex secundo tamen indicio longè inferiora esse constat; nam priuatiua habent medium, contradictoria non habent, quæ ratio valet etiã in multis contrarijs; quare minor est inter contradictoria conuenientia, maior conditionum distãtia, & per consequens maior oppositio. Durandus in primo distinct. 5. quæstio. 1. idem probat hac ratione. Contradictio est causa, vt cetera sint oppo-

Cõtradictoriã oppositionẽ esse maximã confirmatur.

Durand.

Digitized by Google

posita; ergo ipsa prius, & principalius rationem oppositionis participat: consequentia est euidens ex illo principio; id maximè tale est, quod ceteris est causa, vt sint. Antecedens probatur, quia non potest vnum oppositum excludere aliud, nisi habeat negationem illius, seu non sit illud: contradictio verò nihil est aliud, quam forma, & eius negatio.

Negatiuæ partis argumentis occurritur 1.

Ad primum argumentum in oppositum dupliciter respondeti potest. Primò, concedendo, alia opposita, vt contradictionem includunt, magis opposita esse, quam contradictoria; secus verò, si cum præcisione, & vt propriam tantum oppositionem exercent, accipiantur: quo tantum modo rectè fit comparatio. Ferrar. Secundò respondet Ferrar. quarto contra Gent. cap. decimoquarto, ad primum, concedendo, cetera opposita includere contradictionem, & aliquid addere, negando tamen, hoc additum efficere maiorem oppositionem, cum potius minorem reddat; quia arctando illam ad certum genus tollit illimitatam eius repugnantiam, quæ est etiam doctrina D. Thom. opusc. trigesimoseptimo, articulo primo. Ad confirmationem neganda est cõsequentia, & eius probatio; nam ex diuersitate specierum probè colligitur diuersitas differentiarum, & non è contrario, & tamen hæc est maior, quam illa.

Secundo. Ad secundum respondetur. Maiorem esse veram de distantia locali, non autem de diuersitate naturæ; hæc enim, quando medio caret, nullam habet conuenientiam, sed totalem distantiam, vt explicatum est. D. Tho. Vnde D. Tho. opusc. proximè citato ex eodem principio sumit argumentum ad oppositum confirmandum in hunc modum. Vbi datur medium, limitata est distantia extremorum, vbi verò non est medium, illimitata; sed contradictoria medio vacant, non contraria, & priuatiua; ergo illorum distantia, est longè maior.

Ad tertium, distinguenda est maior; si enim velit, minus entitatis requiri ex vna parte ad contradictoria, quam ad contraria, vera est; quia altera contradicentium pars est negatiua. Sed nihil ad rem; si verò contendat, requiri minus distantiæ, falsa est; ad illiusque probationem concedimus. vt subiectum dicatur contradictoriè non album, sat esse medio colore infici; vt autem dicatur contrarium albo, debere affici nigrore, inde tamen non sequitur, non album, quod sequitur ex medio colore, non distare magis ab albo, quam nigrum; siquidem non album nulla in re conuenit cum albo, nigrum verò conuenit in ente, in prædicamento, & in genere proximo. Atque hæc de oppositorum natura, & differentijs dicta sufficiant. Tertio.

CAPVT XI.

PRius quippiam alio quatuor dicitur modis. Primo quidem, & proprijssimè tempore, quo pacto quippiam antiquius aliquo & vetustius dici solet: quia namque plus est temporis, ideo antiquius atque vetustius dicitur. Secundò verò id, quod non conuertitur essendi consequentia: quo pacto vnum duobus est prius: nam si sint duo, & vnum continuò sequitur esse: at si vnum sit, nõ necessariò sequitur duo esse. Quare hoc posito, non conuertitur consequentia, vt illud sit. Prius autem id esse videtur, quod essendi consequentia non conuertitur. Tertio modo ordine quodam dicitur prius vt in scientijs, atq; orationibus inueri licet. In demonstratiuis enim scientijs prius est nimirum, atque posterius ordine: elementa namque designationibus ordine priora sunt quippe cum principia priora sunt ordine conclusionibus contemplandis; & in Grammatica syllabis priora sunt elementa, in orationibus etiam exordium simili modo narrationem ordine antecedit. Praterea id, quod est præstabilius honorabilius; è prius natura esse videtur.

Digitized by Google

Vulgus enim eos, qui sunt honorabiliores, quosque magis amant, vocare priores consueuerunt: quandam hic modus penè omnium alienissimus esse videtur. Tot igitur ferè sunt modi prioris, qui dici solent. Videbimur autem & vltra tam dictos alius quidam esse prioris modus. Eorum enim, quæ essendi consequentia conuertuntur, alterum quod sit causa quouis modo, vt alterum sit, prius natura non incongruè dici potest: atque esse quadam talia patet. Esse enim hominē, ad orationem de ipso veram, essendi consequentia sanè conuertitur. Nam si sit homo, vera est ea oratio quid homo dicitur esse: & è contrà homo profectò est si vera est ea oratio, qua hominem dicimus esse. Atque oratio quidem vera, vt res sit, nullo pacto est causa res tamen aliqua ex parte, vt sit oratio vera, causa esse videtur. Ex eo namque quia res est, aut non est, oratio vera dicitur, aut falsa: quare fit, vt quinque modis ipsum prius dicatur, vt patet.

EXPLANATIO CAPITIS Vndecimi

De modis prioris.

QVæ his quatuor capitibus cõtinentur, breuiter ab Interpretibus perstringi solent; partim, quia per se facilia sunt, partim, quia alijs in locis necessariò explicãtur; quare in eorum expositione parum immorabimur.

Quinto Metaphy. cap. 11.

Porrò in capite vndecimo recenset primò Aristoteles quatuor modos suo tempore vulgares, quibus aliud alio prius esse dicitur: postea sub jcit quintum modum, quasi à se inuentum: non tradit autem modos posterioris, quoniam cum prius, & posterius correlatiua sint, supponit, quot modis vnum dicitur, totidem alterum dici debere.

1. Modus quo vnum prius dicatur alio.

Primus igitur modus est, quo vnum prius tempore dicitur, quam aliud, quãdo illud in duratione præcessit, siue omninò, vt Achilles Romulum, siue quò ad aliquam partẽ, vt Plato Aristotelem. Hunc modum prioritatis omnium præstantissimũ esse docet Aristoteles, vel quia notissimus est, vel certè, quia ceteri modi per ordinem ad hunc explicantur.

Secundus. Secũdus modus est, quo aliquid dicitur prius alio existendi consequentia, nimirum quando vnius existentia infertur ab existentia alterius, eam tamen non inferri; quo pacto se habent superiora respectu inferiorum, rectè enim sequitur, si homo est, animal est, & non è contrario, si animal est homo est. Idem cernitur in alijs rebus, nam duo inferũtur ex tribus, non è contrario.

Tertius. Tertius modus prioritatis est, quando aliquid dicitur prius ordine, quàm aliud, quod intelligendum est de ordine, quem ipsarum rerum natura postulat; vt in comparandis disciplinis; priora namque sunt elementa, & positiones, quam conclusiones; & in habendis orationibus, vbi suapte natura prius est proœmium, quam narratio, & hæc, quam peroratio, etsi quis per imperitiam aliter recitaret.

Quartus. Quartus est, quo illud prius appellatur, quod dignius, præstantiusque est, siue natura sua, vt aurũ cum argento comparatum, vel æstimatione nostra, vt quando nobis magis amicos ceteris anteponimus, prioresque facimus; quem modum omnium improprijssimum esse docet Aristotel. fortasse quia minus est in vsu, vel quia ex arbitratu nostro magna ex parte dependet.

Quintus. Vltimus prioritatis modus, quem Philosophus addit, est secundum naturã. quo id prius esse dicitur, quod cum alio existendi consequentia reciprocatur, eius tamẽ causa est; quod probat exemplo orationis, & rei significatę; si enim oratio affirmans rẽ esse vera est, res etiam existit, & si res existit, oratio, quia significatur esse, vera est, rei tamen existẽtia causa est veritatis orationis: non è contrario. Hæc doctrina vera est in omnibus causis, si cum suis effectis com-

parentu-

parentur, imò nusquam vera existit, nisi vbi datur aliqua dependentia à priori vnius ab alio: vt pateat, quam verum sit, quod in prædicabilibus cum Durando asseruimus, prioritatem naturæ non esse concipiendam, vt antecedentiam in duratione, sed vti independentiam in esse, de quo alibi plura. Omnes hi modi hoc districho continentur.

Tempore, natura prius, ordine dic, & honore:
Causam causato dicimus esse prius.

CAPVT XII.

Simul autem ea simpliciter, proprijssimeque dicuntur, quorum generatio est tempore in eodem: neutrum enim ipsorum prius, aut posterius est. Atque hæc tempore simul dicuntur: natura verò ea dicuntur simul, quæ essendi quidem consequentia dum conuertuntur, neutrum tamen, vt sit alterum, causa est, vt in duplo dimidioque inuenri licet. Hæc enim conuertuntur. Nam si duplum est, dimidium est: & si dimidium est: duplum est: neutrum tamen est causa, vt alterum sit. Ea præterea, quæ eiusdem generis diuisione sibi opponuntur, simul esse dicuntur natura. Dicuntur autem eiusdem generis diuisione opposita sibi, quæ in eadem sunt diuisione: qualia sunt volatile, gressibile, atque in aquis degens. Hæc enim sub eodem genere contra se sunt diuisa: quippe cum animal in hæc, vt patet, distribuatur, nihilque horum aut posterius, aut prius sit, sed natura talia simul esse videantur. Diuidi etiam vnumquodque talium in species rursus potest, vt volatile, terrestre, aquaticum: quæ quidem & ipsa simul natura erunt, quæ sub eodem genere collocata in eadem sunt diuisione. Genus tamen specie prius est semper: non enim in re sequentia fit ab illo conuersio. Nam si volatile est, animal est, at si animal est, non necesse est, volatile esse. Simul igitur dicuntur natura ea, quæ in essendi quidem consequentia conuertuntur: nullo tamen pacto alterum causa est, vt alterum sit: & ea quæ sub eodem genere collocata contra se sunt diuisa. Absolutè autem simul sunt ea, quorum generatio eodem in tempore est, vt prius est dictum.

EXPLANATIO CAPITIS Duodecimi

De modis simul.

QVamuis tot modos simultatis enumerare posset, quot recentiores prioritatis, sunt enim hæc inter se opposita, vt Ammonius aduertit, voluit tamen solos tres inculcare, nimirum, esse simul tempore, simul natura, & simul diuisione generis. Simul tempore censentur apud Aristotelem ea, quæ simul esse incipiunt; possumus tamen latius hanc simultatem accipere, & vocare simul tempore ea, quę in eodem tempore cõcurrunt, siue simul incipiãt, & definant, siue alterum prius incipiat, & definat, siue posterius incipiat, & definat, siue posterius incipiat, & posterius esse definat, quam aliud.

Ammon. Simultatis modi. Primus.

Secundus modus est, quo aliqua dicũtur simul natura, ea scilicet, quæ existendi consequentia reciprocantur, nec alterum, vt alterum existat, causa est, vt de relatis secundum esse in eorum categoria dictum est.

Secundus.

Tertiò dicuntur simul diuisione duæ species, quæ idem genus immediatè partiuntur, vt homo, & bruta: hæc dicuntur simul diuisione, vel vt alij loquuntur, simul natura communi, quia earum simultas non est spectanda in proprijs rationib. specificis, sed in natura communi; nam secundum proprias, & specificas rationes sæpe vna species eiusdem generis ad aliam præsupponitur, vt in prædicamento qualitatis actus supponitur ad habitum, & potentiam, vt earum causa, & in quantitate, linea (si vera est species) præsupponitur ad superficiem, & hæc ad corpus.

Tertius.

Digitized by Google

Primus modus eſſendi ſimul reſpondet primo modo prioris, ſecundus reſpondet ſecundo, & quinto; nam ſimultas mutuæ reciprocationis; ſeu conuertentiæ excludit & oppoſitam prioritatem, & prioritatem cauſalitatis, vt ex dictis apertum eſt. Tertius modus (ſimul) ſecundum Toletum reſpondet tertio modo prioris, ſcilicet, ſecundum ordinem; nam duæ ſpecies oppoſitæ nullum ſeruãt ordinem, in participando genere, ſeu potius ipſum genus ex ſe immediatè communicatur vtriq. ſpeciei. Quarto modo prioris ideò nullum oppoſuit ſimultatis iuxta Ammonium, quia eſt arbitrarius; cæterum non eſt difficile illum aſſignare, cum procliue ſit duos eodem loco habere, & opinione, & affectu. Hos modos ſimultatis ita facilius comprehendes.

Tempore dico ſimul quorum generatio nunc eſt;
Quæ conuertuntur, dicimus eſſe ſimul.
Suniq. ſimul ſpecies genus vnum diſtribuentes;
At generis cauſa, non ratione ſui.

CAPVT XIII.

MOtus ſpecies ſunt ſex, generatio, corruptio, accretio, decretio, alteratio, & ea mutatio, qua loco accommodatur. Atque ceteri quidem motus, vt patet, diuerſi ſunt. Non enim corruptio eſt generatio, neque accretio eſt decretio, neque ea mutatio, qua loco accommodatur: ceterique motus ſimiliter. De alteratione verò dubitatio quædam exiſtit, ne forſitan neceſſarium ſit id, quod alteratur, aliquo reliquorum motuum alterari. Hoc autem verum non eſt. Fere enim omnibus in paſſionibus, aut plurimis non accidit alterari, nullo motuũ ceterorum communicante. Neque enim incrementa, neque decrementa ſuſcipere neceſſe eſt id, quod paſſione mouetur, & ſimili in ceteris modo: quare alteratio diuerſus eſt à ceteris motus. Nam ſi eſſet idem, continuò id, quod alteratur, creſcere, aut decreſcere, aut aliquo alio moueri ceterorum motuum oporteret. At non eſt profectò neceſſarium; Similiter & id, quod augetur, aut aliquo motu mouetur, alterari oporteret. At ſunt quædam, quæ augentur, non alterantur autem. Quadratum enim gnomone circumpoſito crescit quidem, at non eſt alteratum. Similiter & in ceteris rebus hmuſcemodi fit. Quare diuerſi ſunt hi motus omnes, vt diximus. Simpliciter autem motus quidem contrarius quieti eſt, ſingulis autem ſinguli aduerſantur generationi quidem corruptio, accretioni verò decretio, & mutationi accommodata loco quies in loco: & maximè, vt videtur, ea mutatio, qua contrarium ad locum itur, vt ei motui, quo ſurſum itur, is motus, quo deorſum itur, & è conuerſo opponitur. At reliquo aſſignatorum motuum quidnam contrarium ſit, non eſt facilè aſſignare: nihil autem ipſi contrarium eſſe videtur, niſi quiſpiam, & in hoc quietem in qualitate dicat oppoſui ei mutationi, quæ ad qualitatem eſt, mutationẽque eam, quæ eſt ad qualitatem contrariam, perinde atque in mutatione loco accommodata quietem in loco, & mutationem, qua ad contrarium locum itur, contraria diximus eſſe. Alterationem namque mutationem eſſe in qualitate conſtat: quare motui in qualitate quies in qualitate opponitur: aut ea mutatio, qua ad qualitatem contrariam itur, quo pacto album quippiam fieri, & nigrum quippiam fieri, inter ſe opponuntur. Alterantur enim hæc atque in qualitatis contrarios terminos mutatio fit.

EXPLANATIO CAPITIS Decimi tertij.

De ſpeciebus motus.

Motuum ſpecies.

ENumerat in hoc capite ſex motuum ſpecies, generationem, & corruptionem, accretionem, & decretionem, alterationem, & locationem, ſeu motũ localem; vbi latè accipiuntur vocabula motus, & ſpe-

Digitized by Google

& ſpecies. Primum accipitur pro quacunque mutatione poſitiua, aut negatiua, vt in membris diuidentib. patet: nam generatio ſubſtãtialis eſt mutatio inſtãtanea, corruptio verò non ſolum eſt inſtantanea, ſed etiam negatiua; motus autem propriè dictus eſt realis, & ſucceſſiuus. Secundum vocabulum ſumitur pro quouis inferiori diuidente aliquid commune; nam motus non eſt genus vniuocum, quod in propriè dictas ſpecies diſtribuatur.

Alteratio quõ à reliquis motus ſpeciebus diſtinguatur.

Deinde probat, hos motus inter ſe diſtingui: & quoniam maior dubitatio eſſe videtur de ſeparatione alterationis à ceteris, de qua priſci Philoſophi dubitaſſe creditur, probat, hanc, à reliquis diſtinctam eſſe in hunc modum; ſi alteratio non diſtingueretur ab aliis motibus, neceſſe eſſet eum, qui alteratur, aliquo aliorum motuum agitari, & qui alio motu agitur, alterari; vtrumque autem eſt falſum. Primum quidem, eò quod omnes ferè paſſiones, quas in tertia qualitatis ſpecie repoſuimus, cum alteratione coniunctæ ſunt: quando autem illis mouemur nullus aliorum motuum ibi cernitur; certè quando aqua calefit, aut frigefit, neceſſarium non eſt, vt creſcat, vel decreſcat, locovè moueatur. Secundum verò eſt falſum, quia accretio, quæ videtur maximè coniuncta cum alteratione, ſine illa reperitur, nam quadratum addito gnomone creſcit, & non alteratur, cum retineat eandem figuram, ſine figuræ autem mutatione non dari apud Mathematicos figuram conſtante quatuor lateribus æqualibus rectos Angulos habentibus; gnomon verò appellant ſupplementum, quod ita additur lateribus quadrati, vt eius figura nõ varietur, ſed perſeueret eodem modo, ac antea æquilaterum, vt patet in ſubiecta figura, cuius latior explicatio, & demonſtratio habetur apud Euclidem libro ſecundo elementorum.



Motus cõtraria.

Diſtinctione ſpecierum motus explicata docet Ariſtoteles, motui in communi contrariam eſſe quietem, ſingulis autem motuum ſpeciebus, tum ſpeciales quietes, tum ſpeciales motus cõtrarij. Ratio vtriuſq; partis eſt, quia, cum motus in cõmuni contineat omnem motum, nõ poteſt aliquem aduerſum habere; motus verò ſpeciales, quia tendunt in formas oppoſitas, poſſunt ſibi contrariari. Sumit Ariſtoteles hoc loco contrarietatem latiſſimè, tum quoniam quies, cum ſit priuatio, nequit opponi motui contrariè, ſed priuatiuè, tum quia loco cenſentur contrarij motus omnes ij, qui feruntur ad terminos quouis modo oppoſitos, vt generatio, & corruptio, motus ſurſum, & motus deorſum, &c. Hæc materia latè explicatur in 5. Phyſic. vbi Philoſophus ex inſtituto de illa diſſerit, quo loco etiam oſtenditur ea quies eſſe contraria motui, quæ habetur in termino, à quo motus incipit, non autem illa, quæ poſſidetur in termino, ad quem motus fertur. V. c. motui ſurſum contrariã eſſe quietẽ in loco inferiori, & motui deorsũ quietẽ in loco ſuperiori.

CAPVT XIIII.

HAbere pluribus modis, aut vt habitum diſpoſitionemque, vel aliquã aliam qualitatem, dicimur: ſcientiam enim habere aliquam dicimur, & virtutem: aut vt quantum, velut eam, quã quiſpiam magnitudinem habet: nam ea bitorum trium, vel quatuor habere magnitudinem dicitur: aut vt ea, quæ circa corpus ponuntur, vt veſtem, tunicam, & gladium, & ſimilia: aut in parte, velut in manu annulum: aut vt partem, vt manum, vel pedem: aut in vaſe, vt

Digitized by Google

modium habere triticum dicimus, aut dolium vinum, hac enim habere, vt in vase dicuntur; aut possessionem, habere enim dicimus domum, fundum: & Dicitur, & vir vxorem, & vxor virum habere: qui quidem remotissimus omnium habendi modus esse videtur: nihil enim aliud dicendo virum habere vxorem significamus, quam virum vnà cum vxore habitare. Forsitan & alij quidam habendi modi esse videbuntur, sed qui dici solent, omnes ferè sunt nunc à nobis enumerati.

EXPLANATIO CAPITIS Decimi quarti

De modis habere.

QVoniam verbum habere, & habitus æquiuoca sunt, septem eorum significationes distinguit. Prima est, habere affectionem, & dispositionem qualitatis, vt habere vitium, virtutem, scientiam, &c. Secunda, habere tantam magnitudinem vt cubitum, vlnam. Tertia, habere aliquid circumpositum, vt vestem, annulũ, &c. quæ acceptio constituit vltimum prædicamentum. Quarta, habere partem constituentem, vt manum, pedem, quod etiam dici potest de partibus Physicis, vt habere corpus, vel animam. Quinta, habere aliquid contentum, vt vas aquam, arca pecuniam. Sexta, possidere bona, vt agrum, domum, &c. Septima, habere vxorem, quam significationem ait esse omnium improprijssimam, aut quia est mutua, vt notauit Ammonius, nõ minus enim vir habet vxorem, quã vxor virum; vel quia hoc genus habẽdi nihil est aliud, quam licitè cohabitare. De his multò plura tradit Aristoteles in 5. Metaph. c. 20. & 23. vbi D. Thomas hos habendi modos ad quatuor reuocat, qui suam habẽt difficultatem. Ammon. Arist. D. Tho.

Digitized by Google

IN LIBROS ARISTOTELIS DE INTERPRETATIONE

DE SCOPO, INSTITVTOQVE HVIVS OPERIS, de ordine, inscriptione, aliisq; einsmodi.

Horum librorũ auctoré fuisse Arist. demonstratur.

NOn est tanti faciendus Andronicꝰ quidam Rhodius: quẽ refert Ammonius in prefatione huius operis: vt propter illum in controuersiam vocandus sit horum librorum Auctor; fueritne Aristot. an quidam alius, vt ipse opinatur; cum seuerum dicendi genus, stili comitas, & grauitas Peripateticorum principẽ prodant Auctorem, vt D. Tho. Boetius, Ammonius, ceterique eius alumni iudicarunt.

D. Tho. Boet. Ammon.

Et ratio, qua vtitur, non maioris sit momenti, quàm qui ea vtitur. Auctor, inquit, huius operis in 1. cap. vocat conceptus passiones, idque ait, se explicasse in lib. de Anima: quod ibi haud præstitit Aristoteles. Sed non legit text. 3. & 13. primi lib. de Anima, vbi nomine passionũ significat animæ operationes non tex. 155. lib. 2. & sequentes, quibus frequenter docet, imaginationem esse quandam passionem: & millies sentire, & intelligere vocat pati quamuis hoc loco non dixerit, se alibi explicasse, quo pacto conceptus sint passiones; sed cõceptus; vel affectiones in lib. de Anima ex instituto enucleatas esse. Demum, vt non sit dubitandi locus, lib. 2. huius operis, cap. 1. agens de propositionibus de tertiò adiacente ait, se de his egisse Resolutorijs, qui locus est in fine lib. primi Prior. quem constat Aristotelicum esse.

Hic igitur horum librorum Auctor postquam simplicium vocum genera, & potestatem in decem Categoriarum Opusculo explicuit, ordinatimque digessit, nũc ad primam istiusmodi terminorum compositionem gradum facit. Quæ compositio, nexus vè cum enunciationem constituat, fit vt in hisce lib. de enunciatione, tanquam de subiecta materia disserat. Ac primò quidem eius initia; & quasi elementa pertractat, videlicet nomen, & Verbum. Deinde species, quæ sunt Affirmatio, & Negatio. Poltremò affectiones, seu proprietates hoc est, repugnantias, oppositionesque quibus effata inter se mutuò depugnant; & æquipollentias, quibus ad inuicem confœderantur.

Quẽ ordinẽ seruet Aristot. in his lib. de Interpret.

Iure tamen quis addubitet, an cõstituendum sit pro subiecto significatiuum commune ad Nomen, Verbum, & Orationem? Tum quia Aristoteles hæc omnia explicat. In 1. ca. significatiuum in communi; in 2. Nomen; in 3. Verbum; in 4. Orationem: quam subdiuidit in Enũciationem, &c. Tum quia Boetius, & Alb. Mag. existimãt quamuis vocem simplicem appellari interpretationem. Nec immeritò; nam Interpretatio ex eo dicitur de Enunciatione, quia internos animi conceptus euulgat: sed quælibet vox, quantumuis simplex, indicat latentem conceptum, vt in hoc cap. docet Aristoteles. Et nos in q. 2. fatebimur; ergo recte dicitur Interpretatio; at hi libri de Interpretatione in communi sunt; ergo, &c.

Quæ ostendere videãtur significatiuũ, vt sic, esse huius operis subiectũ. Arist. Boet. Alb. Mag.

Quod si respondeatur, de vocibus

Digitized by Google

simplicibus disputatum esse in tractatu Præd. qui totus instituitur ad dirigendam primam operationem mentis, & idcircò non posse hoc loco per se, vt propriam materiam tractari. Certè nulla reddetur sufficiens ratio, cur aut de ijsdem iterũ in præsenti disputetur: aut saltem Oratio in communi subiectum non sit, cum alibi non tractetur, & propriam perscrutationem deposcat.

Enũciatio est huius operis subiectum. D. Thom. Ammon. Simpl.

Dicendum tamen est cum communi sententia D. Thom. Ammonij, Simplicij, & ceterorũ Interpretum; nec simplicem vocem, nec Orationem esse per se subiectum huius operis. Vel ob eam rationem, quòd hæc tractatio sit media inter Prædicamẽtalem, & Analyticam, in quibus de prima, & tertia intellectus operatione differitur. Quare rectus ordo postulat, vt hæc de secunda instituatur; at nec simplex vox, nec Oratio est per se secunda operatio: vt in 4. cap. ostendemus; ergo non constituunt per se subiectum.

Boetius. Alexand. D. Thom. Ammon.

Ad coniecturam verò ex Boetio, & Alberto existimãtibus, simplicem vocem dici interpretationẽ; respondet idem Boetius, inscriptionẽ libri esse vniuersaliorem tractationem: nec id esse magnum incommodum. Alexander ait, subintelligendam esse interpretationem philosophicã. Quæ est procul dubio expositio D. Th. & Ammonij, cum docent, interpretationem sumi pro enunciatione, quæ sola aperit sensum animi. Iuxta quã doctrinam negandum est, simplices voces, & Orationem non enunciatiuam esse interpretationem, quia tametsi conceptus aperiant, nõ tamen assensus, & existimationes, quæ solæ vocari possunt sermo internus. Vnde constat, falsum esse, quod assumitur, Orationem exigere peculiarem tractationem, cum non sit operatio per se distincta à prima.

Cur de simplicibus vocibus hic, & in libris Prædic. & prioris resolutionis disputet.

Cum deinde petitur ratio, cur iterum redeat tractatio simplicium in Prædic. lib. absoluta? Hanc reddit D. Thomas hoc loco, triplicem esse Nominis, & Verbi considerationem, vnam, quatenus significant res simplices; alteram, prout sunt partes, ex quibus Enunciatio coalescit: tertiam, vt assumuntur in syllogismis, tanquam maius, minusve extremum, aut medius terminus. Ait ergò Diu. Thom. in Categorijs disseruisse Aristotelem de vocibus simplicibus primò modo spectatis; hic autem de ijsdem secundo modo sumptis agi; qua ratione Nominis, & Verbi appellationem accipiunt. Denique in lib. Prio. de ijdem tertio modo consideratis disputandum est. Opportunitatem in tractatione Enunciationis de Nomine, & Verbo, quatenus eandem Enunciationem constituunt, disputare, quia præceptum eiusdem Aristotelis est in primo lib. Physicæ Auscult. capit. 1. initio cuiusque scientiæ tradenda esse tum illius, tum subiecti elementa.

D. Thom.

Quæ Enũciatio sit huius operis subiectum.

Porrò cum liquidò constet, Enunciationem esse horum librorum materiam; est tamen dubium, num sit sola Enunciatio simplex, vel potius Enunciatio in communi, vt comprehendit tam simplicem, quàm cõiunctam? Hanc posteriorem partem amplectuntur aliqui. Primò, quia Arist. in cap. 4. etiam agit de coniuncta. Secundò: Quoniam habet propriam veritatem, & qualitatem, quæ per se explicari debet. Probabilior tamen est prima sententia Boetij, D. Thom. & Ammonij; agit enim hoc loco Arist. de ea Enunciatione, quæ futura est vsui syllogismis postea explicandis: sed Aristoteles solos categoricos tradit; ergo hic non explicat per se hypotheticam Enunciationem: maxime cum hæc ad simplices, ex quibus componitur, facilè reducatur. Quòd si Arist. eius meminit in progressu, id fecit ex occursu, & in sola diuisione; postea enim de coniuncta nihil tradidit. Eius autem veritas, & qualitas (quod secundo loco obijciebatur) ex simplici est facilè perspicua; quãtum opus est ad futuram disputationẽ; inseruit enim vna, vel altera ad demonstrationem deducentem ad impossibile, vt 10. capit. 1. Post. constabit.

Boetius. D. Thom. Ammon.

De sola simplici Enũciatione agit Aristoteles per se in his lib.

In-

Inscriptio operis.

Inscriptio librorum est, περὶ ἑρμηνείας, id est, de Interpretatione. Nomine autem Interpretationis significari non quamuis simplicé vocem, sed Enunciationem: docuimus cum D. Thoma, Scoto, Alberto, Ammonio, & Alexandro. Reijcit autem Aristoteles Orationem optatiuam, vocatiuam, & deprecatiuã, quia magis indicant affectum animi, quàm sensum; & proinde, vt testatur c. 4. ad Rhetores pertinent, nõ ad Logicos, qui solius veritatis indagatores existunt. Ex dictis facilè quiuis intelliget, dum Aristoteles à Nomine, & Verbo ad Enunciationem, deinde ab Enunciatione ad Syllogismum progreditur, seruari ab eo tum naturæ, tum doctrinæ ordinem. Naturæ, quoniam à partibus, quæ origine, & natura priores sunt, ad totum pergit: Doctrinæ, quia notitia partium ab absolutam totius intelligentiam necessaria est.

D. Thom. Scotus. Albert. Ammon. Alexand.

Distributio operis.

Comprehenditur hoc opus apud Græcos vno tantùm libro; apud Latinos duobus. Quorum doctrina in præfationem, & in tractationem ipsam diuiditur. Præfatio summam quandam eorum, quæ tractãda sunt, exhibet, & 1. cap. continetur. Tractatio reliquam partem occupat, singula paulatim differendo: Initio quidẽ de partibus Enunciationis: deinde ipsam Enunciationem, eiusque affectiones, quantitatem, qualitatem, & oppositionem, quam speciatim inquirit in propositionibus de futuro contingenti. Et hæc absoluunt primum librum. Secundus insumitur in explicatione Enũciationum Absolutarum, & Modalium; quorum pleraque in librum Institutionum remittemus.

EXPLANATIO CAPITIS PRIMI.

DE SIGNIS.

SVMMA CAPITIS.

IN duas partes diuisum est hoc caput; Prima habet locum præfationis; secunda initium tractationis est. In priori præmittit Aristot. se dicturum de Nomine, Verbo, Enunciatione, ac Oratione. Quibus omnibus, quia commune est significandi munus, in priori parte tria quædam supponit ad vocum significationem pertinentia. Primum est, voces esse signa conceptuum, scripta autem vocum. Secundum, vt characteres, ita & voces non esse easdem apud omnes, conceptus verò, & res per eosdem significatas vbiq. easdem esse. Tertium, vt quidam conceptus sunt veritatis, & falsitatis expertes, alij veri, vel falsi, ita rem se habere in vocibus.

CAPVT PRIMVM DE SIGNIS.

COMMENTARIVS.

a *Primò definire*] Enumerando ea, de quibus dicendum est, proposuit Aristot. partes quasi physicas Enunciationis: Nomen scilicet, & Verbũ: deinde

PRimo a *definire oportet, quidnam sit Nomen, & quid Verbum, deinde quid Negatio, quid affirmatio; quid Enunciatio; quid denique Oratio sit.*

§ b *Ea igitur, quæ in voce consistunt, signa sunt affectuum, quæ in anima*

Digitized by Google

deinde Enũciationem: vltimò Orationem, quæ eſt pars Metaphyſica, & videbatur prius numeranda. Deinde loco Enunciationis ſcripſit affirmationem,& negationẽ,quæ ſunt eius ſpecies. Fuiſſe autem cõſtituendam Enunciationem ex eo liquebat, quia hęc eſt ſubiectum horum librorum. Circa primum placet interpretatio Boetij,in editione ſecũda,ideò præmiſiſſe Orationem,vt alioqui oportebat,ne quis exiſtimaret, eam,ſi primò aſſignaretur, eſſe ſubiectum operis. De ſecundo occurrit ea ratio,quam aſſignabimus initio Prior. cur in definitione Propoſitionis immiſcuerit affirmationem, & negationem. Nimirum, quia differentia propria Enunciationis in communi innominata eſt: & ideò per copulationem inferiorum explicatur. Adde, voluiſſe fortè inſinuare diuiſionem.

D.Thom. Boetius. Alb. Mag. Quod deinde altercantur D.Tho. & alij; cur priorem numerat Negationem,cum ſit Affirmatione poſterior. Dirimit rectè Boetius,negando, Affirmationem eſſe priorem Negatione, ſi ſumatur, vt ſpecies ſub ſuo genere; vt initio Priorum probatur. Cur autem ex paribus antepoſita ſit Negatio, quæ eſt deterior; refert Alb. tract.1.cap.3. ad oppoſitionem negatiuam, eſt enim caput, ad quod cetera reducentur.

anima ſunt: & ea, quæ ſcribuntur, notæ ſunt eorum, quæ in voce conſiſtunt. §. c *Atque vti non eadem ſunt apud omnes homines litera, ſic neque voces eadem ſunt. Affectus tamen quorum hæc ſigna ſunt, primò ijdem apud omnes homines ſunt: res quoque, quarum hi ſimilitudines ſunt, eaſdem itidẽ eſſe conſtat. Verum de his in libro de Anima dictum eſt: ad aliam enim facultatem huiuſcemodi conſideratio pertinet.* §. d *Quemadmodum autem in anima conceptus eſt interdum ſine veritate, aut falſitate: interdum verò eſt talis, vt horum alterum ſi neceſſariò competat: ſic & in voce eſſe videtur. Nam verum falſumq. in compoſitione, diuiſioneque conſiſtit. Ipſa igitur nomina & verba ſimilia ſanè ſunt ei conceptui, qui ſine compoſitione, diuiſioneque eſt velut hoc nomen [Album] vel [Homo], cum nihil additur ipſi: nondum enim verum eſt, aut falſum: cuius quidem hoc indicium eſt: Hippocentaurus enim aliquid quidem ſignificat: at nondum verum eſt, aut falſum, niſi eſſe aut non eſſe additum: aut ſimpliciter, aut reſpectu temporis fuerit.*

Prima Ariſtot. ſuppoſitio. b *Ea igitur, quæ in voce*] Eſt prima ſuppoſitio; in qua idem videtur eſſe [ea quæ in voce, & in ſcriptura] ac voces, & ſcripta; vt indicat Porphyrius. Quamuis Boetius,& D. Thomas myſterio tribuant [ea quæ in voce], quaſi voluerit Philoſophus indicare, ſignificationem eſſe extra naturam vocis,& in ea fundari. Verum minus rectè diceret, ſignificationem eſſe notam; vox enim eſt nota, licèt ratione ſignificationis. Eadem eſt de ſcriptura interpretatio. Cur autem conceptus,& intellectiones appellet affectiones, patet ex dictis; alludit nimirum ad id, quod tradit 3. de Anima c.4. intelligere eſſe pati, eò quòd intellectus cognoſcendo recipiat in ſe actionem.

Secunda Ariſt. ſuppoſitio. c *Atque vti non*] Eſt ſecunda ſuppoſitio. Quemadmodum omnes homines non vtuntur ijſdem characteribus in ſcriptura, ſed longè diuerſis, vt in Græcis, & Latinis patet: ita non omnes vti ijſdem vocibus in ſermone. Quod eſt adhuc experientia manifeſtius. Quod ſubdit, affectus, id eſt, conceptus eſſe eoſdem, non ſignificat identitatem numericã, ſed ſpecificam. Item non vult, omnes eodem modo apprehendere eaſdem res; nam alius perfectius, alius imperfectius eandem rem cognoſcit. Sed vbicunque ſit interna alicuius rei imago, qualiſcunq. illa formetur, retinere eandem repræſentationem, & ſecundum ſe æquè aptam eſſe omnibus idem repræſentare. Similiter docet, res Alb. Mag. eaſdem eſſe. Quod non oportet cum Alberto hic tract.2. c 3. intelligere de naturalibus tantum; nam etiam artificiales, poſtquam ſemel confectæ ſunt, ijſdem vſibus vbique deſeruire poſſunt.

d *Quem-*

Digitized

Tertia Aristotel. suppositio.

d *Quemadmodum autem*] Tertia suppositio. Vt quidam conceptus sunt veri, vel falsi, alij minimè: ita nonnullæ voces veritatem continent, aut falsitatem: aliæ neutram. Docet verò, ijs conceptibus inesse verum, vel falsum, in quibus cernitur compositio, & diuisio. Nomine compositionis intelligit propositionem affirmantem; in qua scilicèt vnum alteri attribuitur. Vt. Homo est animal. Nomine diuisionis significat propositionem negantem, in qua vnum ab altero remouetur. Vt, Homo non est belua. Quidnam sit de simplicibus conceptibus existimandum, in quæstione definietur.

QVÆSTIO I.

DE NATVRA, ET CONditionibus signi in communi.

ARTICVLVS I.

QVAE SIT ESSENTIA signi.

QVæ Aristoteles proximo capite summatim, & strictè docuit, fundamenta sunt rerum, quæ progressu operis ab eo disputantur. Quocirca vberiùs, & enucleatiùs à nobis pertractanda erunt, ducto exordio ab ipsa signi definitione, quam D. August. lib. 2. de doctr. Christ. cap. 1. ad hunc modum instituit. Signum est res præter speciem, quam ingerit sensibus, aliquid aliud ex se faciens in cognitionem venire. Eodem sensu lib. de Principijs Dialecticæ, cap. 5. ait, signum esse, quod se ipsum sensui, & præter se aliquid animo repræsentat. Hoc est, signũ dicitur illud, quod perceptum ab aliquo sensu, est in causa, vt cognoscens ex vi illius prouehatur in alterius rei notitiam.

Signi definitio à D. Augustin. tradita. D. Aug.

Sed animaduertentes posteriores Dialectici, has definitiones solis signis instrumentalibus, nec omnibus accõmodari, aliam ampliorem statuerunt, hodieque ratam habent, quæ sic habet. Signum est, quod potentiæ cognoscẽti aliquid repręsentat. Quæ vt pateat, simulq. eius discrimen à definitionibus Augustini, aliqua obseruanda sunt.

Signi definitio à Dialecticis Augustino posteriorib⁹ inuecta.

Primum est, bifariam signum accipi: videlicet aut presse, & secũdùm primæuam institutionem: aut fuso vocabuli significatu, & secundùm Philosophorum consuetudinẽ. Priori modo signum ea tantùm comprehendit, quæ sub sensus cadunt; cum enim omnis nostra cognitio exordium capiat à sensu, & signum sit, quo in alicuius rei cognitionẽ pertrahimur; effectum est inde, vt homines ea primò signa appellarint, quæ sensus mouent. Posteriori modo complectitur notio signi tam sensibilia, quàm spiritualia.

Aduertit primũ, bifariã accipi signum.

Suppositisse videtur hãc acceptionem Magister Sent. in 4. dist. 1. cum definiens Sacramentum, ait, esse inuisibilis gratiæ visibilem formam, id est; (vt commentantur Scholastici) sensibile signum; frustra enim adhiberet signo eam limitationem [sensibile], si nullum signum insensibile esset.

Mag. Sent.

Eadem coniectura est de ceteris Scholasticis; ad quam accedit ratio pro hac acceptione. Nam signũ est, quod loco rei substituitur, & eius notitiam affert: sed plereq. res spirituales sunt huiusmodi; vt enim docet D. Thom. 1. p. q. 56. art. 3. essentia Angeli cognita, est cognoscenti medium intelligendi Deum, & ita in multis alijs. Igitur definitiones D. Augustini intelligendæ sunt secundùm priorem, & pressiorem signi acceptionem: illa, quam tradunt Logici, iuxta posteriorem, & ampliorem.

D. Thom.

Pro cuius maiori explicatione notandum est secundò cum Bonauentura in 4. dist. 1. q. 2. in quouis signo duas esse comparationes, habitudinesve, vnam ad rem significatam, alte-

Aduertit secũdò signũ dicere respectum ad

Digitized by Google

potẽtiam cognoſcẽtem, & ad rem ſignificatam. D. Bonau.

alteram ad potentiam, cui ſignificat: nam fumus v.g. niſi reſpiciat latentem ignem, quẽ prodat, & aptus ſit alicui potentiæ illum proponere, nequaquàm afferet rei cognitionẽ; in quo poſuimus ſigni rationem. Et vterque hic reſpectus exprimitur, tam in definitionibus D. Auguſtini, quàm in vulgata Dialecticorũ, cum dicitur. Signum eſt, quod imprimit ſui ſpeciem ſenſui, vt deinde afferat alterius cognitionem: vel: Quod facit aliquid præſens potentiæ.

Ferrar.

Non eſt tamen prætereundum, quod animaduertit Ferrarienſ. 2. cõtra Gent. cap. 73. non oportere, vt per eandem potentiam percipiatur ſignum, & res ſignificata, dummodò eadem anima ſit, quæ vna potentia ſignum, alia percipiat ſignificatum. Exemplum proponit in motu, qui à ſenſu percipitur, & indicat latentem animam, quam ſola ratio valet penetrare. Videturq. hoc deſumptum ex ſecunda definitione D. Aug. in qua ait, ſignum ſe oſtẽdere ſenſui, aliquid verò præter ſe animo. Quod manifeſtiùs inculcat cap. 7 de principijs Dialecticæ. Quæ doctrina intelligenda eſt de poſſibili, ſeu ex ſuppoſitione, quòd potentia, quæ cognoſcit rem ſignificatam, non percipiat ſignum; quamuis enim ita cõtingat, non deſinet ſignum eſſe verè ſignũ. De facto tamen ea potentia interior, quæ rem cognoſcit, ſemper ſignum apprehendit, vt conſideranti erit manifeſtum.

D. Bonau. Scotus. Opinio aſſerentium ſignũ formaliter dicere reſpectũ ad rẽ. Recentior

Maior dubitatio eſt, in quo ex prædictis conſiſtat eſſentia ſigni; D. Bonau. loco citato eam collocat in reſpectu ad rem. Idem ſentire videtur Scotus in 4. d. 1. q. 2. cùm ait, relationem ſigni eſſe ſimplicem: intelligit enim eam, quæ eſt ad ſignificatũ, vt ex antecedentibus colligitur. Cõſentiunt Recentiores, qui addunt, reſpectum ad potentiam eſſe proprietatẽ inſeparabilem ſigni: quamuis nomine ſigni hic propriùs ſignificetur; nam reſpectum ad rem ſignificatam, aiunt, importari per nomen ſignificatiuum.

Huius opinionis ratio eſſe poteſt. Quia ex eo, quòd ſignum habet aliquam habitudinem, aut connexionem ad rem, vel ex natura ſua, vel ex hominum arbitratu, eſt idoneũ, vt potentia, mediante illo rem percipiat; ergo habitudo ad potentiam eſt paſſio conſequens priorem ad rem ſignificatam reſpectum: in quo proinde abſoluta videtur ſigni ratio.

Vera ſentẽtia aſſirmãs, ſignũ formaliter includere habitudinem, & ad rem, & ad potẽtiam.

Non eſt tanti momenti hæc res, vt in alterutra parte multum inſiſtendum ſit; nihilominus veriſimiliùs videtur, ſignum formaliter includere vtramq. habitudinẽ. Quod primò colligitur ex definitione, vbi vtraque ex æquo exprimitur; idque iure optimo: nam ſi mens cõſulatur, non poteſt apprehendi integra ſigni ratio, quin concipiatur poteſtas obijciendi rem alicui potentiæ. Secundò reſpectus ad potentiam variat ſpeciem ſigni; ergo pertinet ad illius eſſentiam. Conſequentia eſt optima, quia ſpecies non variatur niſi per partem eſſentialem. Antec. probatur. Quoniam ſignum formale, & inſtrumentale ſunt duæ ſignorum ſpecies in hoc diſſidentes, quòd vnum percipitur à potentia: aliud non percipitur; qui ſunt reſpectus ad potentiam.

Nec reſponderi poteſt, hoc prouenire ex differentijs eſſentialibus horum ſignorum, nõ eſſe autem ipſas differentias. Quoniam, vt poſtea oſtendemus, eadem repræſentatio conceptus modò conſtituit ſignum formale, modò inſtrumentale propter diuerſum modum ſe habendi ad potentiam; nam conceptus ſolis vt eſt in intellectu Mathematici eſt ſignum formale; vt percipitur ab Angelo, inuariata omninò repræſentatione, eſt inſtrumentale. Itaque ſignũ iuxta hanc ſententiam, etiamſi formaliter ſumatur, eſt compoſitum per accidens ex duplici reſpectu, altero ad rem, altero ad potentiam, & quouis eorum immutato, variatur ratio ſigni.

Idẽ oĩno ſũt ſignũ, & ſignificatiuum.

A prima ſententia, ſi quis eã probet, illud omninò expungendum, quod Recentiores addiderunt, de diſcri-

Digitized by Google

distrimine inter signum, & significatiuum: nam vtrumque idem omninò est. Et in primis, quod vocabulo signi indicetur respectus ad rem, conuincitur ex omnibus Scholasticis, qui cum Magistro in 4. d. 1. initio definiunt Sacramentum ex D. Augustino lib. 10. de Ciuitate Dei, cap. 5. signum rei sacræ. Et idem D. Augustinus 12. super Genesim. Cum loquimur, inquit, signa vtiq. rerum dantur. Hieronymus capit. 28. in Matth. D. Thom. 3. part. quæstio 60. artic. 1. Abulensis cap. 9. Genes. vbi eodem charactere vtitur sacra pagina, aiens. Deum posuisse arcum in signum fœderis, &c. Accedunt prophani scriptores, Plinius lib. 18. Historiæ, cap. 35. Seneca lib. 1. Natural. quæst. q 6. Scaliger in Cardan. exercit. 6. appellantes Iridem pluuiæ, vel serenitatis signum, pro tempore, in quo apparet.

Mag. Sent. D. Aug. D. Hiero. D. Thom. Abulens. Plinius. Seneca. Scalig.

Infirmat ratio pro parte negatiua allata.

Certum ergo est, signum formaliter significare habitudinem ad rem. Solum exitit dubitatio, an simul includat habitudinem ad potentiam; cuius partem affirmantè magis probauimus, & Recentiores sua illa distinctione vtuntur admittere. Iuxta quam ad rationem pro parte negatiua concedendum est, respectum ad rem in quouis signo esse priorem illo, qui est ad potetiam, laltem comparatione talis rei; negandum tamen, quod inde infertur, in illo priori absolui rationem signi. Si enim intelligeremus totam illam habitudinem in re aliqua, absq. proportione, vt concurreret cum aliqua potentia ad repræsentandum significatum, non appellaretur ea res signum: vt non appellatur fumus signum ignis, respectu auris, à qua non percipitur, sed respectu oculi; fieri ergo potest, vt secunda habitudo supponat priorem; in vtraque tamen constituatur perfecta ratio signi.

Quid sint habitudines signi.

At cuiusmodi sunt illæ habitudines ad rem & potentiam, ex quibus signum efflorescit: relationesne, an potiùs aptitudines quædam, & velut potentiæ? D. Bonauentura, &

D. Bonau.

Scotus locis citatis existimant, esse relationes. Sequitur Petrus Bruxellensis in Prædic. q. 1. art. 5. & alij Recentiores. Qui præsertim loquuntur de signo ex impositione, in quo inuenitur relatio rationis impositionè consequens. Et eadem ratio est de naturalibus; omnia enim (Et hoc sit huius partis fundamentũ) definiuntur & intelliguntur per ordinem ad terminum. Quod est primum relationis indicium.

Scotus. Pet. Brux. Opinio existimãtiũ esse relationes.

Alexander Alensis 4. p. q. 1. in 1. & alij Recentiores, inter quos est Ledesma 1, 4. q. 1. art. 2. dubio 3. etsi cõcedunt, in vtrisque signis tam naturalibus, quàm ex instituto aliquas relucere relationes; opinantur tamen, non in ijs, sed in earum fundamentis consistere formalem rationem signi, siue in ordine ad rem, siue ad potentiam.

Alex. Alens. Ledesma. Vera sent.

Et quidé de signis ex instituto res videtur manifesta. Nã vt vocabulum [Homo] habeat sufficiens fundamẽtum ad nos perducẽdos in notitiam hominis, satis est, quod impositum fuerit, & à nobis intelligatur, vt secum deferens illam extrinsecam voluntatem: quæ etsi physicè nusquam sit, moraliter tamen intelligitur in voce perseuerare. Quemadmodum in numo durat regia constitutio, cuius merito, absq. vlla relatione, tãti, vel tanti æstimatur. Et in iudice quid opus est ad illius iurisdictionẽ respectum rationis fingere, si intelligatur ad hoc muneris electus. Aeque facile est idem ostẽdere in naturalibus. Nam signum per id intelligitur, constitutũ in sua ratione formali, quod est ei ratio promouendi potentiam in notitiã rei significatæ: at hoc præstat media proportione fundamẽtali; nõ verò interuentu relationis; ergo per id constituitur in formali ratione signi. Minor sola ostendenda est exemplo fumi, in quo nemo percipit relationem ad ignem, sed naturam ab eo in sua existeria dependentem: ex eo n. fumus ducit in notitiã ignis, quia absque eo esse nõ potest. Hęc ratio accommodari eodem modo potest signis ex instituto.

Ostẽditur veritas approbatę opinionis.

Ad

Satisfit obiectioni contrariæ opinionis

Ad rationẽ alterius partis respondetur, idcircò explicari signum per ordinem ad terminum, quia fundamentum relationis habet se per modum respectus transcendentalis, qui semper explicatur per terminum. Vt videre est in potentijs comparatione obiectorum.

ARTICVLVS II.

NIHIL SE IPSVM PROPRIE significare.

NOn constat omninò ex præcedenti articulo, an aliquid signum sui esse queat: licèt enim statuerimus, inter signum, & significatum semper intercedere relationem: subijcimus tamen, in plerisque eam esse rationis. Quam non implicat esse eiusdem rei ad se ipsam; & aliunde non pauca sunt, quæ id videntur comprobare.

Argumẽta pro parte affirmatiua.

1. Argum. D. August.

In primis enim significare idem videtur esse, ac repræsentare: si quidem per illud definitur: at repræsentare idem seipsum concedit D. Augustinus in libro de Magistro. Et indicat notio vocabuli; nam repræsentare est rem præsentem facere; quod verò est accommodatius ad efficiendam rem præsentem, quam ipsamet? ergò idem dicendum erit de significare; atq; adeò de signo. Quod tandem concedit idem D. Augustinus loco citato cap. 5. docens, quædam signa significare inter alia seipsa. Cuius rei exempla sunt, primũ hoc vocabulum [Nomen], quod significat omnia nomina: inter quæ ipsum numeratur, cum nomen quoddam sit. Item: Conceptus formatus de conceptu communi seipsum repræsentat, quatenus sub communi conceptu cum reliquis continetur.

2. Argum.

Deinde, Deus, Angelus, Anima separata se cognoscunt per suasmet essentias immediatè, vt probatiores Theologi profitentur: sed nulla res cognitiua percipit obiectũ nisi mediante aliquo signo; ergo eadem essentia est signum, & significatum.

Communis tamen, & vera sentẽtia est, nihil posse esse signum sui. Eam tradunt D. Augustinus loco citato, D. Anselmus in cap. 4. ad Romanos, D. Ambrosius, libro primo de Abraham, cap. 4. circa ea verba Pauli ad Rom. 4. Abraham accepit signum circumcisionis. Soncinnas 11. Metaphys. quæst. 59. Cuius fundamentum à quibusdam assignatur oppositio relatiua, quæ vigitur saltem consequenter inter signum & significatum. Verùm illud rectè in argumento impugnatur, quò ad ea, quibus inest relatio rationis: quę nõ exigit actualem diuersitatem extremorum, vt patet in relatione identitatis eiusdem ad se ipsum, cuius extrema est vnus idemque Socrates. Soncinnas loco citato hanc assignat huius distinctionis necessitatem. Signum est medium inter rem, & potentiam, cui significat: ergo ab vtraque differre debet.

Nil posse esse signũ sui, probat vera & cõmunis opinio.

D. Aug.
D. Anselm.
D. Ambr.
Soncin.

Optima ratio sumi potest ex verbis Aristotelis in contextu; vocauit enim voces notas conceptuũ. Quod si accommodetur signo in communi, ostendit, necessariam eius distinctionem à significare: nihil enim est nota sui. Idque indicatur in definitione tum Augustini, in qua dicitur, signum ostendere aliquid præter se: tum in vulgata; nam ille terminus [aliquid] importat diuersitatem significati a signo. Atque hæc ratio, tametsi vniuersalis sit, speciatim procedit in Instrumentalibus; quæ ideò talia nuncupantur, vt rectè monet Fonseca in lib. Introduct. quia, vt instrumenta priùs mouenda sunt, vt operentur, & ita sunt media inter causam principalem, & effectum, ita hęc signa priùs attingenda sunt a cognitione, vt deinde percipiatur res. Cuius rei gratia necessaria est aliqua distinctio.

Cõclusionis fundamentum, præsertim pro signis instrumentalibus. Arist.

D. Fons.

Pro formalibus est propria, & efficacior ratio. Hæc enim, vt ostendemus quæstione sequenti, sunt imagines & similitudines rerum significatarum: imaginem verò esse distinctam a repræsentato, certissimum est in Theologia, & Philosophia. Vbicunque est similitudo, inquit D. Tho-

Efficax ratio conclusionis pro signis formalibus.

Digitized by Google

D.Tho. Boet. D. Thomas in 1. distinct. 7. quæstio. 2. articul. 2. ad 2. oportet, vt sit aliqua distinctio; quia secundum Boetium similitudo est rerum differentium eadem qualitas: alias non esset similitudo, sed identitas. Idem repetit distinct. 48. quæst. vnica art. 1. In dist. verò 27. refert Magister ex Augustino 7. de Trinitate cap. 1. nihil absurdius esse quam imaginem dici ad se. Et in dist. 2. refert ex Hilario similitudinem non esse solã. Hoc ipsum docet Greg. Niss. de opificio hominis, cap. 17. Et Athanas. de consubstantialitate Verbi contra Meletium, ex eo probat, non esse Verbum simile Deo, sed Patri, quia à Patre distinguitur, nó autem à Deo. Confirmatio non potest accipi accommodatior, quia ex verbis Boetij; nam similitudo hoc differt ab identitate, quod semper est inter diuersa; cum ergo formalia signa sint similitudines, cõsequens est necessariò, vt differant à significatis.

D.Hilar. D.Gr.Nis. D. Athan.

Quales sint relationes signi, reales an rõnis.

Quamuis hoc fundamentum firmius sit, quam illud de relatione; verioris tamen doctrinæ gratia tradendum est, in quibus signis relationes sint reales, & in quibus rationis. Quia in re sit primum pronũciatum. Nullum signum ex Instituto habere potest relationem realem. Probatur. Quia nullum ens reale vt sit, & conueniat, dependere potest ex operatione intellectus: sed relatio signi ex instituto dependet ex impositione; ergo nequit esse realis. Ratio est manifesta. Nec locus patitur maiorem eius explicationem; præsertim cum hoc pronunciatum à nemine improbetur. Secũdum. Signa naturalia habent relationes significandi reales, nisi aliqua desit conditio ex ijs, quas Philosophi deposcũt ad relationem realem. Probatio est facilis. Quoniã huiusmodi signa non pendent ab intellectu; ergo si alioqui sint realia, existentia & realiter distincta, fundabunt relationem realem, sed quoniam relatio realis non modo potest reale extremum, sed etiam fundamẽtũ: opus omninò est explicare, quodnam sit in singulis fundamentũ: nam vniuersim loquendo constat, fundamentum relationis in signo naturali esse proportionem inter signum, & significatum. At nõ decrunt, qui existiment, hanc proportionem non esse in omnibus realem.

Fundamẽtum remotum in signo naturali est reale.

Ad hoc explicandum sit tertium pronunciatum. Fundamẽtum remotum relationis in signo naturali est reale. Probatur. Huiusmodi fundamentum est illud, ratione cuius signum ducit in cognitionem rei: (vt ex supra dictis patet) id autem necessariò est reale: quoniam in signo formali est id, quod realiter causat cognitionem: in instrumentali verò id, quod cognitum est, ratio cognoscendi significatum: sed negatio non potest realiter causare cognitionem vllo modo ex dictis; maximè cum instrumentalia (de quibus esset maior dubitatio) plerumque percipiantur à sensu, qui non attingit negationem.

Quid sit fundamentum remotum in signo Naturali.

Quod si roges, quidnam sit hoc fundamentum? Respondeo, esse ipsam naturam signi, vel aliquam eius potestatem realem. Exempli causa, in formalibus est ipsa repræsentatio, quę est eorum natura, & essentia; in instrumentalibus, si sint effectus, vt est fumus respectu ignis, fundamentum est eius natura causata ab igne: si verò sint causæ, vt ignis respectu fumi, est virtus, per quam causa operatur: quæ aliquando est ipsa natura, aliquando potentia realis superaddita.

Quales sint relationes signi ad rẽ significatam.

Vnde colligitur quartum pronunciatum. Relatio signi per ordinem ad rem coincidit cum relationibus causæ, vel effectus, aut vllius dependentiæ, si qua fuerit. Hoc ex præcedenti manet confirmatum. Nam habitudo vnius naturæ ad aliam, vel est, quia vna supponit aliam, à qua accipiat esse: vel quia est talis, vt ea posita necessariò alia consequatur. Qui respectus non sunt alij quam effectus, vel causæ. Illud tamen non omittendum, in signis Instrumentalibus videri respectus esse in genere causæ efficientis: in Formalibus in genere causæ exemplaris, seu forma-

formalis externæ; quia in prioribus attenuitur sola dependentia in esse. Vnde vt plurimum inseruiunt ad indicandam existentiã significati præsentem, præteritam, vel futuram. In posterioribus similitudo, & imitatio; quocirca repræsentare possunt obiectum absolutè non respiciendo existentiam.

Cuiusmodi sit relatio signi ad potentiã cognoscentem.

Quærat præterea diligens rerum indagator; Quando ita se habent relationes signi ad rem, quid philosophandum de ijs, quæ tendunt in potentiam? Sanè quidem in instrumentalibus non abs re dixeris, omnes esse rationis: quia fundantur in eorum intelligibilitate; hæc enim signa ex eo ducunt in aliorum notitiam, quia percipiuntur. In formalibus videntur esse reales: quoniam hæc realiter influunt in cognitionem potentiæ; siue enim sint cõceptus, siue species impressæ, communiter sunt formæ realiter inhærentes potentiæ cum sufficienti fundamẽto relationis causæ formalis. Quãquam species, præter hunc respectum, habeant alium conceptum causæ, quatenus effectiuè, & fortè exemplariter, concurrit ad cognitionem: Qui nobis videtur esse realis, & in primo genere relationum collocandus: cum ibi dentur ea, quæ necessaria sunt ad huiusmodi relationem.

Respondetur ad 1. argum.

Prætermissis ijs, quæ opponuntur de relatione, Ad primam difficultatem initio positam negandum est, idem esse repræsentare, ac significare: nam illud est vniuersalius, & idcirco adhibetur in definitione signi pro genere. Quæ maior vniuersalitas explicatur a D. Augustino. Quem

D. Aug. Dom. Sot.

sequitur Scoto cap. 2. libri Summularum. Et Recentiores hodie, ex parte repræsentatorum. Quia significare solum se extendit ad alia diuersa à significantes; repræsentare verò, & ad alia, & ad ipsum repræsentans. Subdit enim D. Augustinus eodem loco, multa se repræsentare, quæ signa nõ sunt; nimirum, quia non repræsentant aliud diuersum. Et hac de causa diximus, illam partem definitionis [aliquid] denotare diuersitatẽ. Quã exprimẽdam putauit Torres de Trinitate q. 27. art. 1. disp. 2. dum signum ita definit. Signum est, quod repræsentat rem aliam à se. Ad exempla Nominis, & Conceptus: in quibus D. Augustinus non negat, idem se significare: respondetur, signum duobus modis posse rem significare, vno expresse, & immediatè: altero confusè, & secundariò; & hoc secundo modo significare seipsum Nomen, & Conceptus; nos verò negare, quidquam esse signum sui priori modo.

Torres.

Definitio signi secũdu Torr.

Ad tria exempla posteriora negamus, essentias Dei, Angeli, vel Animæ esse signa. Ad probationem, in qua dicitur nihil cognosci à potentia absque signo, respondemus, id esse verum de signo in actu secundo, seu producto per potentiam cognitiuam, qualis est conceptus; falsum verò, de signo in actu primo, concurrente ad cognitionem: cuiusmodi sunt species; quoniam obiectum, si proportionatum sit: & sufficienter præsens, per se influit in cognitionem.

Resp. ad 2.

QVÆSTIO II.

DE SIGNORVM diuisionibus.

ARTICVLVS I.

MVLTIPLEX SIGNORVM DIVISIO explicatur.

NOn est infrequẽs apud Scholasticos signorum distributio in rememoratiua, demonstratiua, & prognostica. Eam tradunt præsertim Alensis 4. p. q. 1. in 1. D. Thom. in 4. d. 1. q. 1. art. 1. Scotus q. 2. Richardus art. 1. q. 3. indicauit, D. Basilius in cap. 7. Esaiæ constituens hoc discrimen inter signum & significatum: quòd illud necessariò sit præsens; hoc possit esse præsens, præteritum, vel futurum. Rememoratiua sunt, quæ præteritum aliquid in me-

Signorum alia rememoratiua, alia demõstratiua, & prognostica.

Ale. Alẽs. D. Thom. Scotus. Richard. D. Basil.

Digitized by Google

in memoriam reducunt. Huiusmodi voluit Deus esse Iridem Genes. 6. Ponam, inquit Deus, arcum meum in nubibus cœli, & recordabor fœderis mei. Demonstratiua sunt, quæ præsentia monstrant: vt fumus ignem. Prognostica verò, quæ futura prænunciant: Huiusmodi est varius Solis color, dũ occidit; iuxta illud Poetæ. Cæruleus pluuias denunciat, igneus Euros.

Tradita diuisio signinõ est quasi in speciesHæc diuisio non sit propriè in species, vel quasi species signorum; quia eodem significandi modo possunt signa habere illam significandi varietatem circa præsens, præteritũ, & futurum, vt patet in postremis duobus exemplis. Nam fumus, & color Solis eodem modo concurrũt ad notitiam suorum significatorum; nimirum ex sua vi naturali, & per sui cognitionem. Illa autem diuersitas temporis in significato est planè per accidens. Vt est in vocibus significantibus ex instituto, quod vna tempus præsens, alia futurum significet.

Signorum alia, propria, alia impropria.Minùs frequens, minusq. accommodata est illa diuisio qua signa bipartiuntur in propria, & impropria. Propria dicuntur, quę non modò inducunt in alterius cognitionem, sed in hoc ipsum munus constituta sunt vel à natura, vel ab alio: à natura sũt ad significãdum instituta, verbi causa, species visibiles, aut idolum ex visione productum in oculo. Huc pertinet quod D. Augustin. docet in Imperfecto de Genesi ad literam, c. 16. & in lib. 83. Quæst. q. 74. vnum ouũ, etsi alteri simile sit, nõ esse eius imaginem; quia non fit ad nitu repræsentandi aliud. Et consequenter non erit signum alterius, quantumuis illud ob similitudinem in memoriam reuocet. Signa Propria ab alio constituta ad significandum sunt voces.

Quid signum impropriũ.Impropria sunt, quæ tametsi ob aliquem nexum in cognitionem alterius nos promoueant, ad hoc tamẽ nec à se, nec ab alio destinantur. Huiusmodi sunt effectus respectu causarum: & è contra; horum enim inter se connexio est propter ipsum esse, vnde per accidens euenit, vt sint idonea ad notitiam aliorum afferendam. Quod patet in fumo, comparatione ignis: & in rauco maris sono respectu futuræ tempestatis. Hęc diuisio, si aliquid vtilitatis habet, coincidit cum duabus subsequentibus: nam sub signis improprijs complectuntur omnia naturalia instrumentalia: sub proprijs formalia, & instrumentalia ex instituto; vt consideranti patet.

Mag. sent. D. Aug.Celebres ergò signorum diuisiones sunt hæ duæ; altera in signa naturalia, & ex instituto; altera in formalia, & instrumentalia. Et primæ quidem meminerunt omnes penè Interpretes Aristotelis hoc loco; Scholastici in 4. dist. 1. post Magist. ibi & post D. August. lib. 2. de doctrina Christia. cap. 2. Eius sufficientia, quę mox examinanda est, hac ratione probatur. Quidquid aliud repræsentat, vel habet vim ad eam repræsentationem ex natura sua, vel beneficio alicuius: (alius enim modus fingi non potest) Si habet vim à natura, est signum naturale; si beneficio imponentis, est ex instituto, siue, vt vocat D. Aug. signum datum, vt alij ad placitum, vel artificiale. Signa aũt naturalia sunt, quę apud eũs idẽ significant, seu potius, quę suapte natura vim habent significandi aliquid. Signa verò ex instituto, quæ ex hominum voluntate, & quadam quasi compositione significant. Vt videre est lib. 1. Dialect. inst. c. 8.

Signorum diuisio in naturalia, & ex instituto.Definiunt signa naturalia, & ex instituto.

Secundã diuisionẽ haud inculcãt Veteres; ea fortasse ratione, quod formalia minùs propriè signa putent: sed non verebitur, ea signa nuncupare, qui definitionem signi superiori quæstione explicatam cõsiderauerit. Est nimirum signum omne id, quod potẽtię cognoscenti aliquid à se distinctũ repræsentat; species verò potentijs impressæ maximè præsentia reddunt obiecta, quæ exprimunt; ergo meritò cum signis enumerantur. Neq; hoc latuit Aristot. cum hoc c. inter signa conceptus enumerauit. Consentit Magnus Albertus 4. Eth. tract. 3. cap. 2. vbi species intelli-

Signorũ diuisio à formalia, & instrumentalia nõ latuit antiquos Philosophos.

Aristot. Alb. Mag. D. Tho.

telligibiles appellat signa, & Diuus Thomas opusc. 9 quæst. 2 appellans conceptiones mentis reperi tationes essentiæ Dei. Similia habet 2. contra Gen. cap. 98. & in 3. cap. epistolæ ad Hebræos: quæstione verò 4 de veritate artic. 1. ad 7. expressius ait, significationem proprius inesse verbo mentis, quam oris. Accedit Scot. an 3. d. 14. quæst. 3. Aegidius in 1. dist. 27. q. 2. principali, art. 2. & 4. Soncinas 12. Metaph. q. 59. Hæc adduximus, vt non videatur absque Veterum autoritate introducta hæc signorum diuisio in formalia, & instrumentalia. Formalia porrò signa sunt imagines, & similitudines rerũ, quæ potentijs consignatæ ducunt in rerũ notitiam. Instrumentalia, quæ cognita efficiunt alterius rei cognitionem.

Scot. Aegid. Soncin.

Hanc quoque diuisionem idoneã esse ita probabis cum Aegidio in 1. distin. 3 quæst. 2. principali, artic. 3. Omne id, quo mediante aliud cognoscimus, aut necesse est à nobis prius cognosci, aut non, si debet cognosci, est instrumentale signum; sin minus, formale. Quod iccirco formale dicitur, quia causat cognitionem informando, aut in ratione termini, aut in ratione principij, vt mox dicemus. Præferimus has diuisiones, quia procedunt per proprias, & intimas differentias signorum, & maximè oppositas; nam significare ex propria natura, & ex beneplacito alterius, sunt modi ex diametro repugnantes; similiter significare per sui cognitionem, & absque cognitione, quæ sunt differentiæ signi formalis, & instrumentalis, sibi ex aduerso opponuntur.

Aegid.

Definitur signũ formale, & instrumẽtale.

Probatur bonã esse diuisionẽ i signa formalia, & instrumentalia.

Alia signorum diuisio est in practica, & speculatiua; cuius meminit D. Thom. 3. par. q. 60. artic. 2. Practica (quæ à D. Thom. efficacia dicuntur) sunt, quæ non modo significant nẽ, sed eam etiam causant. Huiusmodi censentur à præcipuis Theologis sacramenta nouæ legis, quæ gratiam iudicant, & efficiunt in anima. Speculatiua sunt, quæ rem tantum indicant, vt fumus ignem, frigor arborum futuram tempestatem. Ex quibus descriptionibus, si quis animum aduertat, intelliget, signa practica esse causas, speculatiua autem effectus, vel alia, à quibus significata non pendeant.

D. Thom. Signaquẽdã practica alia speculatiua.

Vbi non leuis exurgit dubitatio, an rectè causæ dicantur signa, cum teste D. Thom. 1. par. quæst. 10. artic. 2. & 3. par. quæstio. 60. artic. 1. rerum diuisio fiat in causas, & signa, vt in membra opposita; adeò vt demonstrationes, quæ ab effectu procedũt, dicantur esse à signa. Nihilominus rectè D. Thom. loco citato, & quæst. 9. de veritate, art. 4. ad quintum tradidit, præter rationẽ signi esse, quod sit effectus, vel causa, sed quod nos ducat in alterius cognitionem. Quare id, quod notius fuerit, si debitam proportionem habeat, erit alterius signum; & quia effectus plerumque notiores sunt, quam causæ, ideò frequentius signa nominantur. Vel certè, quia effecta nihil habent respectu causarum, nisi esse signa. causæ autem, præter hoc, vendicant sibi potestatem causandi; illa denominantur à ratione signi, hæc à præstantiori forma causæ.

D. Thom.

Effectus, et causa naturalis per se sibi notũ signa sunt.

Rogabit aliquis, an omnis causa naturalis sit signum sui effectus, & è conuerso omnis effectus signum suæ causæ? Ratio dubitandi est, quia signum, vbi percipitur, affert cognitionem significari; at nos multas cognoscimus causas signari effectuum earum; multos similiter cognoscimus effectus inscij, quarum causarum sint. Respondendum tamen videtur affirmatiuè de effectu & causa per se. De effectu quidem, quia, vt annotauit S. Tho. 1. par. q. 12. art. 2. & sumitur ex D. Dionysio de diuinis nominibus, omnis effectus, esto, sit æquiuocus, est similitudo suæ causæ, quatenus causam imitari conatur, & ex consequenti eam repræsentat. Quod expressè docuit Diuus Paulus ad Roman. 1. inuisibilia Dei à creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. In quem sensum loquitur S. Thom. & Ferrar. 1. contra Gent. cap. 29. & 3. par.

D. Dion. Ad Ro. 1. D. Thom. Ferrar.

Digitized by Google

par. quæstio. 13. artic. 3. cum ait, creaturas esse signa diuinæ sapientiæ, vt voces intellectualis scientiæ creatæ. De causa verò, quoniam, etsi non dicatur similitudo sui effectus, siquidē eam non imitatur, quemadmodum nec pater Aeternus eadem de causa dicitur similitudo Filij, tametsi hic Patris similitudo appelletur; nihilominus signum est, vel, quia experientia deprehensum est, ex tali causa oriri talem effectum; vel quia comprehensa perfectè causa, necesse est, eius virtutem cogitatione circumscribi, & effectū inde processurum assequi, vt contingit Angelis, cum in subiecto passiones agnoscunt; & nobis, cū easdē per discursum inuestigamus. Quod si aliquando nec effectum ex causa, nec causam ex effectu deprehendimus; vel est, quia neutrum perfectè penetramus; vel, quia est effectus, & causa per accidens, inter quæ nō est naturalis, & intima habitudo, quę dirigit mentem ab vno in aliud. Et hac de causa rel pōne anguſtauimus ad causam, & effectum per se.

ARTICVLVS II.

Examinatur diuisio signorum in naturalia, & ex instituto.

Argumentis oppugnatur tradita diuisio.

Primò. PRimò, omne signum videtur esse ex institutoinam res omnes naturales ex arbitrio Dei habent talē naturā, quæ proportionata sit ad aliud significandum ergo significāt ex instituto diuino. Antecedens, præterquam sit per se notum, tradidit D. Hilarius lib. de Synodis, his verbis; omnibus creaturis substantiam voluntas Dei attulit.

Secundò. Secundò, ex oppositō nullum signum ex instituto humano dari posse, ostēditur. Res ad significandū imposita, V.g. [vox] vt signum censeatur, debet post impositionē in se habere aliquid, ratione cuius significet: sed nihil omnino habet; ergo nō est signum. Minor est clara, cum impositio humana sit voluntas, & deputatio extrinseca minimè efficax ad causandū aliquid permanens in re. Maior probatur. Eadem res omninò inuariata non potest modò præstare, quod antea non præstabat, cum sit causa merè naturaliter mouens potentiam ad cognitionem.

Tertiò. Tertiò, eadem res signum est naturale, & ex instituto; ergo diuisio non est idonea. Patet antecedens in Iride, quæ simul significat ex instituto diuino terram amplius non esse illuendam aquis; & quia fit in nube torida, aptaque vt breui dissoluatur in imbrem, naturaliter significat pluuiam mox futuram.

Quartò. Quartò, eadem Iris signū est nusquam deinceps futuri Cataclysmi, vt testatur sacra pagin. Gen. 9. at nec est naturale, nec est instituto; ergo est inadæquata partitio: non naturale, quoniam ante diluuium id non significabat; alioqui quorsum à Deo imponeretur, signum autem naturale semper idem repræsentat. Non est ex instituto. Quia hoc definitur signum ex hominum voluntate significans; Iris autem significat arbitratu diuino. Quod si respondeas, institutum diuinum sufficere, & illam descriptionem intelligi de signis vulgatis, quibus homines vti solēt. Opponimus signum, quod Deus apposuit Caino, vt à nullo interficeretur, Gen. 4. ab eodem impositum fuit ad significandum, & nihilominus erat signum naturale; alioqui ceteri homines, quibus Deus significationem eius non reuelaret, per illud non intelligerent.

Quintò. Quintò, idea artificis est signū arte facti, cum ipsum ad vnum exprimat; at non est naturale, quia ex arbitrio artificis hoc vel illo, modo arte factum significat: nō ex instituto; quoniam imago naturalis nulla eget impositione; ergo &c.

Soluuntur obiecta argumenta. Conflat nihilominus assignata diuisio, & autoritate, & ratione proposita; quare si obiectionibus satisfiet, erit hæc quæstio profligata. Circa primum igitur est notandum, rerum naturas bifariam spectari posse, vno modo, quò ad essentiam, alio quò ad existentiam; ac posteriori modo subordinatas esse voluntati diuinæ

Soluitur primum.

Digitized by Google

liberæ, iuxta illud Psalm. 134. omnia, quæcunque voluit Dominus, fecit in cœlo, & in terra; priori tamen modo haud accipere esse à voluntate Dei, sed ab ideis existentibus in Essentia diuina, ante omnem actum voluntatis, vt præter alios docet Caieta. 1. par. quæst. 14. art. 16. §. vltimo. Et ratio pro loco est, quia existentia est prædicatum contingens, quod rebus communicatur per influxum realem ex tempore, quem Deus pro libito impendere, vel cohibere potest: at essentia æterna est, & nullo modo separabilis à re, cuius est essentia, quare non potest à libera voluntate pendere. Et quia significatio naturalis fundatur in natura rei, vt dictum est, nulla ratione censeri potest imposita à voluntate Dei, imò si per impossibile Deus nollet, vt fumus suapte natura significaret ignem, nihilominus, si talem naturâ habeat participatam ex ideis, illum repræsentabit. Quare ad argumentum negandum est, res naturales esse talis naturę, & consequenter præferre talem repręsentationem arbitrio Dei. Nec D. Hilarius aliter opinatur, sed locutus est de esse quò ad existentiam.

Caietan. Res quò ad existentiam pendent à libera Dei voluntate; quò ad essentiã verò ab ideis diuinis, voluntatis actu prioribus.

Ad secundum neganda est maior propositio cum Scoto in 4. distin. 1. quæst. 5. vbi nec ex impositione diuina concedit, remanere aliquid in Sacramentis, vt signa sint. Ad probationem dicendum est, rem omninò inuariatam nihil amplius efficere nũc, quam antea, si illud subiectum, in quod operatur, eodem quoque modo affectum sit, ac prius, quod in præsenti materia significauit D. Augustinus lib. de Magist. c. 1. aiens. Cũ mihi signum datur, si nescientem me inuenit, cuius rei sit signum, docere me nihil potest. Sed non ita contingit ijs, qui norunt, aliqua signa fuisse imposita ad significandum; nã ante impositionem nullam habebãt in mente notitiam habitudinis. vel deputationis illorum signorum ad certa obiecta, quam postea habent; cuius notitiæ proposito signo cum recordantur, deueniunt in cognitionẽ

Scotus. Soluitur 2. argum. D. Aug.

significati, vt eo loco tradit Augustinus. Satis ergo est, quod moraliter cessent manere impositio in signo per extrinsecam denominationem; & in nobis sit cognitio illiusmodi impositionis, vt in rem significatam pellicimur. Si nesciero, inquit D. Paulus 1. ad Cor. 14. virtutem vocis, ero ei, cui loquor, barbarus, & qui loquitur mihi, barbarus, i. nihil ad rem inter nos cõmunicabimus. Per virtutem verò vocis, intelligit D. Th. eo loco significationẽ. Ex hac doctrina colliges insigne discrimẽ inter signũ naturale, & ex instituto, hoc. n. in se nihil, in cognoscente verò requirit memoriam significationis, & rei significatæ. Illud in cognoscente nihil supponit, in se verò habet naturam accommodatam, & sufficientem ad pertrahendam potentiam in significatum.

1. Cor. 14. D. Thom. Discrimẽ insigne inter signũ naturale, & ex instituto.

Ad tertiũ respondetur, hanc diuisionẽ non fieri in membra opposita materialiter, sed formaliter; quãuis enim in vnã rẽ vtraque significatio incutrat, vt in exemplo Iridis adducto in argumẽto visitur, semper vna discriminatur ab alia per suam, propriam, & intrinsecam essentiam.

Soluitur 3. argum.

Ad quartũ respondemus, sufficere institutum diuinum ad imponendũ signum; alioqui Sacramenta vera signa gratiæ ex institutione non essent, contra omnes Scholasticos in 4. d. 1. quia à solo Deo imposita sũt. Ad huius impugnationem rectè ibidem occurrebatur. Instantia tangit difficultatem de significatione signi Caino concessi; quæ erit plana, si cũ D. Hieronymo epist. 115. dicamus, illud signum fuisse tremorem, vt ipse colligit ex versione septuaginta Interpretum, qui, vbi in vulgata habetur, [ero profugus, & vagus] legunt, [ero gemens, & sulpirans.] Nimirũ tremore illo omnes ad misericordiã naturaliter commouebantur, ne illum interficerent.

Soluitur 4. argum. Signũ Caini fuit cor poris; tremor. D. Hiero. Vulgata editio. Sep. Interpret.

Ad quintum est ferè eadem respõsio, quę ad primum, idea namque artificis spectari potest, vel quo ad suã existentiam, vel quo ad essentiam; quę posita est in repræsentatione Et quidem

Soluitur 5. argum.

quidem eius existentia pendet à voluntate, vt esse rerum creaturarum à Deo. Verum repræsentatio, cum sit essentia illius, imperio cognoscentis non subest. Vt enim in primo argumento de Deo respectu creaturarum dicebamus, ita producta in intellectu idea hac, vel illa ratione repræsentans, etsi voluntas renuat talem ei repræsentationem inesse, nihilominus idem reptæsentabit; quare in signis naturalibus est numeranda. Idem dicendum erit, si fiat imago ad viuum ræpresentans Cæsarem; quamuis .n. non imponatur, vel certè ad aliud significandum instituatur, non desinet esse naturale signum Cæsaris.

Futile ostẽditur argumentũ ex Angelorũ locutione deprõptũ aduersus traditã doctrinam.

De industria omisimus illud argumentum, quod ex Angelorum locutione desumitur, & à Recentioribus Dialecticis ad propositam diuisionẽ impugnandam huc affertur; non cõtinet enim vllam difficultatem huius loci propriam. Quoniam si Angelorum locutio per species cõceptusve internos perficitur, (quod potior Theologorum pars arbitratur) ad naturalia signa procul dubio pertinebit; si per notas spirituales, nutusue corporeos (vt alij autumant) spectabit ad signa naturalia, vel ex instituto pro varia existimatione Auctorum, qui hac notas, siue nutus confingunt; nam qui naturalem significandi vim illis attribuunt, in naturalibus consequenter reponunt; qui ascititiam, & ex Angelorum placito dependentem significationẽ concedunt, cum signis ex instituto hæc numerare coguntur. Inter has verò sententias iudicium ferre altioris subselij est.

ARTICVLVS III.

EXPENDITVR ALIA SIGNORVM diuisio, in formalia, & instrumentalia.

Impugnatur approbata distributio.

ETsi ostendimus in 1. art. non esse reijcienda ab scholis signa formalia, quasi nouum inuentum, aut rationi dissentaneum. Superstant nihilominus aduersus eadem, & cõtra ipsam diuisionem non leuia obiecta.

Primum.

Primũ, si qua essent signa formalia, forent vtique species intelligibiles, & conceptus in intellectu, phantasmata impressa, & expressa in sensu; at, species non esse signa formalia, ita ostenditur. Formale signum ex eo dicitur, quia se ipso informando potentiam efficit illi obiectum præsens; sed hoc non præstant species, cum intellectus multis consignatus speciebus, nisi actu operetur, nihil cognoscat, ac proinde præsens obiectum non habeat.

Quod si respondeas, satis esse, vt species sint signa, quòd effectiuè cõcurrant ad cognitionem: dicam pariter, intellectum esse signum, quia efficit cognitionem. Respondebitur, esse maiorem rationem; quoniã species habent se ex parte obiecti; cuius loco constituuntur in potentia, quæ est propria signi conditio, & sunt illius imagines: quod in intellectum non quadrat. At non est certũ, quod sumitur, species scilicet esse obiectorum similitudines: quia nusquam est vera similitudo, nisi cum cõuenientia vniuoca in eo gradu, in quo duo simila esse dicuntur; sed species; & obiectum non habent hanc conuenientiam, cum plerumq; alterum sit accidens, alterum substantia, ergo, &c.

Ratio, quã niuntur, qui negãt, species esse imagines.

Iam verò, conceptum non esse signum formale, inde patet, quia cognoscitur eadem actione, qua producitur, vt docet S. Thom. Quodlib. 5. artic. 9. ad 1. & primo contra Gentes c. 55. & lib. 4. cap. 11. & 13. ijsdem locis, Ferrariensis & Caietanus. 1. part. quæst. 27. articul. 1. Torres ibid. disput. 5. & ceteri Thomistæ; quod autem prius cognoscitur, vt moueat in cognitionem alterius, signum est instrumentale.

D. Thom. Ferrar. Caiet. Torres.

Secundum, multa sunt signa simul formalia, & instrumentalia; ergo diuisio non est idonea. Antecedens patet multis exemplis. Primum sit. Conceptus solis Astrologo per illũ, immediatè solem cognoscenti est signum formale; Angelo, à quo cognoscitur, est instrumẽtale, quia cognitus

Secũdum. Difficultas de cõceptu solis respectu astrologi.

Digitized by Google

Difficultas de specie speculi.

iugerit notitiam Solis. Secundum; imago obiecti existés in speculo est signum formale; siquidem est eiusdem speciei cum ea, quæ est in oculo, quam nemo excludet à formalib. signis; est instrumentale. quoniam objcitur aspectui. & ab eo percepta ducit in cognitionem obiecti, vt tradit D. Tho. 1. p. q. 56. ar. 3. & 58. art. 3. ad primum. Et de veritate quæst. 2 o. art. 4. Caieta. priori loco 5. partis ad secundam obiectionem. Scotus in 2. dist. 13. quæs. vnica. Rhodiginius lib. 15. antiq. lect. cap. 1. Tertium; conceptus medius est signum formale sui obiecti, vt per se patet, at simul esse instrumentale colligitur ex 1. lib. Introductionum, cap. 1. vbi confessi sumus; eundem conceptum esse signum ex instituto; est enim solenne in Logica, nullum signum formale esse ex instituto, quoniá formale significat per essentiã suam, impositũ verò per constitutionem externam.

D. Thom. Caietan. Scotus. Rhodigin.

Difficultas de conceptu medio.

Tertium.

Tertium obiectum. Pleraque signa sunt neutro in membro collocanda; ergo diuisio est angusta. Antecedens confirmatur multis exemplis. Vnum est: Essentia Angeli est illi signum Dei; quoniam eius interuentu assurgit in Dei cognitionem, vt probat D. Tho. 1. par. quæst. 56. art. 3. sed nec est formale, nec instrumentale; nõ formale. quoniá nõ est consignata in intellectu Angeli; nec est Dei imago; non instrumentale, quia hoc genus signi oportet prius cognoscatur, vt potentiam propellat in significatum; sed Angelus eadem cognitione & se, & Deum percipit, vt docent multi ex discipulis D. Tho. Capreol. Caiet. Ferrar. Et probatur; nã aliter discurreret Angelus, si ex notitia suæ essentiæ veniret in notitiam Dei per distinctam cognitionem.

D. Thom.

Capreol. Caietan. Ferrar.

Secundum exemplum huic simile visitur in Essentia Diuina, quæ beatis est signum creaturarum: est enim in causa, vt eas cognoscant, verum non est signum formale; quia non informat eorum intellectus; non instrumentale, quoniam eadem visione attinguntur creaturæ cum essentia; ergo, &c.

Tertium: phantasmata singulariũ sunt signa respectu intellectus possibilis; siquidem per ea simul cum speciebus vniuersaliũ agnoscit singularia, vt lib. 1. Phys. c. 1. q. 4. traditur; sed non sunt formalia, cum non possint informare intellectum, vtpote crassa, & materialia; non instrumentalia, cum ab eodem nõ percipiantur; ergo &c.

Quarum: quando aliquis viso fumo ignem subintelligit, phantasma fumi est signũ comparatione intellectus; sed in neutro membro cõstituitur. Maior patet; cũ intellectus ab eo phãtasmate moueatur ad percipiendum ignem. Minoris probatio est eadem, quæ in superioribus exemplis: nam productum phantasma nec imago ignis, neq; intellectui inuitum, vt sit formale. Item non est necessariò percipiendum, vt euadat instrumentale.

Quintum denique exemplum sit. Cognitio est signum obiecti: nam similitudo infixa potẽtiæ participat absolutam signi definitionẽ; cognitionem autem esse expressam similitudinem, docet Augustinus 7. de Trinitate, c. 16. & D. Anselmus cap. 31. Monologij; at non est signum instrumentale, cum non percipiatur: non formale, quoniam hoc debet à cognitione distingui, aut tanquã principium, aut tanquam terminus illius: siquidem habet rationem signi per ordinem ad potentiam cognoscentem; ergo &c.

D. Aug. D. Ansel.

SECTIO ARTIC. I.

Soluitur primum argumentum; & explicatur modus significandi specierum, & conceptuum.

Bifariam concurrit obiectum cũ potentia ad cognitionẽ, vt principium, scilicet, & vt terminus illius.

VT res aliqua à potentia cognitiua percipiatur, bifariam cum illa concurrat ad cognitionem, necesse est: primò, vt principium productiuum illius: secundò vt eiusdem terminus; & quoniam res cognoscenda plerumque est extrema, vel etiam absens, qua per se vniri non potest cum potentia (quod tamen

esse

esse omninò necessarium, præterquam sit lex omnium agentium naturalium; traditur exprosse à D. Th. 1.par.quæst.12.artic.2.) producit loco sui speciem, qua mediante vnitur cum potentia in ratione principij efficientis cognitionem.

Eodem modo philosophandum est de vnione in ratione termini; nam hac etiam ratione per se coniungi nequit potentiæ, præsertim internæ, & spirituali: & ideò per cognitionẽ exprimitur imago, in qua relucet obiectum, & in qua illud cõspici videtur à potentia, tanquam in speculo. Oportet enim terminum actionis ab eadem actione immediatè attingi, vt patet in calefactione, & illuminatione, quarum illa calori realiter coniungitur, hæc luci. Igitur, cum obiectum sit terminus cognitionis, & per se immediatè attingi nequeat, vel quia absens, vel quia materiale, attingitur terminatiuè in suo conceptu, sicut concurrit effectiuè per sui speciem.

Ex doctrina huius discursus orta est occasio dubitandi, an species, & conceptus sint signa formalia; quia illæ videntur se habere ex parte causæ efficientis, quemadmodum intellectus, & ita non habere rationem signi: hi ex parte obiecti cogniti, proindeque deflectere ad signa instrumentalia. Nihilominus in communi sententia persistendum. Atque ad eam partem primi argumẽti, quæ agit de speciebus, respondendũ est, vt iam cæpimus, species eatenus esse signa, quatenus constituunt potentiam in actu primo sufficientem ad cognoscendum, idque non modo vt causæ efficientes, sed etiam vt formales præbendo speciem cognitioni loco obiecti, quod repræsentant; & hoc satis esse, vt dicantur signa formalia. Quod autem in argumẽto sumitur, signa formalia dici ea, quæ informando causant cognitionem, solum est verum de ijs, quæ concurrunt in actu secundo, cuiusmodi sunt conceptus. Non verò de ceteris, quæ constituunt potentiam in actu primo, quibus sufficit, vt diximus, si potentiam informent. Quamuis neque id vniuersim, sed frequentius tantum requiratur, vt articulus quartus dicemus.

Species intelligibiles sunt signa formalia.

Species intelligibiles signa formalia sunt, esto imagines sint.

Ad ceteras instantias rectè occursum est inter arguendum. Vltima tãgit nouam difficultatem de repræsentatione specierum, quæ fortasse ad præsens negotium nihil attinet. Verisimilius enim existimamus, species esse signa formalia, esto, imagines non sint; quia sunt formæ determinantes intellectum, habentes se ex parte obiecti, cuius loco ponuntur, & potentiam promouent in cognitionem, quin ipsę cognoscantur; quę conditiones abunde explent rationẽ signi formalis. Quod enim in definitione addimus [Esse imagines, & similitudines], supponit veram sententiam de harum specierum repræsentatione, quam hoc loco tractare non licet, etsi libeat. Eius tamen veritatẽ vtcũq. firmam relinquamus.

Species est se imagines rerum cognitarũ probatur. Ex Philosophis. Aristot.

Aristoteles lib. de Memor. & Reminis. videtur de industria affeciisse speciem omnibus nominibus significãtibus imaginem. In primis enim vocat imaginem, deinde similitudinem, & figuram, qualem efformamus, cum sigillamus annulis, postea picturam velut delineatam in tabula. Mittamus alios locos, in quibus phantasmata vocat simulacra, & idola. Veniamus ad hoc ipsum caput, in quo versamur, vbi passiones, id est, conceptus apertè nuncupat rerum similitudines. Est autem eadem ratio, vt fatentur Aduersarij, specierum, atque conceptuum. D. Aug. & de Trinit. cap. 8. Finxi, inquit, in animo meo imaginem Alexandriæ, atque intuens in ipsam, id est, imaginem, & quasi picturam eius, &c. idem habet libro 14. cap. 17. Diuus Thomas 1.par.quæst.12.art.9. species vocat modò similitudines, modò imagines. Consonat cap. 13. 1. contra Gent. cum Ferrariens. ibi, & ita loquuntur omnes Scholastici. Sed quid plura? Prima Canonica Ioannis cap. 3. dicitur; Similes ei erimus (id est Deo), quia videbimus eum sicuti est, quod de expressa Dei imagine

Ex Patrib. D. Aug. D. Thom. Ferrar. D. Ioan. Ex Scholasticis. Ex sacra pagina.

gine intelligunt communiter Patres.

Idem confirmat ratione.

Eadem pars ſtabilitur ratione. Species ſignificat rem, eiuſque notitiam parit ob aliquam cum ea neceſſitudinem, vt conſtat: hæc verò non eſt in eſſendo; tum quia ſpecies intentionalis eſt minimę entitatis, quę in eſſentia minus conuenit cum obiecto, quàm aliæ res, etſi obiecto oppoſitæ; tum, quia multi ſunt effectus, & proprietates eiuſdem obiecti habentes cum eo maiorem conuenientiam in natura, quibus non ineſt ea vis manifeſtandi obiectum; ergo illa conuenientia eſt in repræſentando; quæ nequit accommodatius intelligi, vel explicari, quam per modum imaginis, & ſimilitudinis.

Euertitur fundamẽtum, oppoſitæ ſentẽtiæ.

Ratio, qua Aduerſarij mouentur; primò arguit falſitatis Ariſtotelem, & omnes Philoſophos, ac Scholaſticos vno ore vocãtes ſpecies ſimiles, & ſimilitudines obiectorum; quas tamen conſtat in natura vniuoca cũ obiectis non conuenire. Deinde cõfundit ſimilitudinem cum identitate; quamuis eo modo loquãtur multi Autores, cum appellant vnum individuum ſimile alteri. Re tamen ſeuerius examinata, conuenientia in ſpecie vniuoca eſt identitas; & illa, quæ eſt in repræſentando, ſimilitudo, iuxta Boetium ſupra citatũ apud D. Tho. in 1. diſt. 7. q. 2. ar. 2. ad 2.

Boet.
D. Thom.

Reſpondemus ergo negando, ad rationem imaginis, & ſimilitudinis ſufficere, vel requiri conuenientiam in eadem natura. Et quidem non ſufficere, manifeſtum eſt ex vera Latinorum Patrum, & Scholaſticorũ do-

D. Thom.

ctrina, quam tradit D. Thom. 1. par. q. 35. ar. 2. & aſſerit, ſolum Filium in diuinis eſſe imaginem, & ſimilitudinem Patris, iuxta illud

Ad Col. 1.

1. ad Coloſ.

Ad Heb. 1.

Qui eſt imago Dei inuiſibilis. Et 1. ad Hebr. Qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius; nõ verò Spiritum ſanctum, quem in natura æquè ac Filium conuenire cũ Patre, fides eſt. Non deficit ergo conuenientia in natura.

At nec eſt neceſſaria; quia, vt ſatis ſusè animaduertit Ariſtot. in lib. de Memoria, in his imaginibus repræſentatio non eſt in ipſo eſſe, ſed in exprimendo, & quaſi delineando obiecto per modum figuræ externæ. Vt in tabula pictum animal, inquit Ariſtoteles, & animal eſt, & imago, & idem, & vnum ipſum eſt ambo; eſſe tamen non idem amborum, & eſt conſiderare, & vt animal, & vt imaginem, ſic &, quod in nobis phãtaſma oportet ſuſcipere, & ipſum aliquid ſecundum ſe eſſe, & alterius phantaſma. Quaſi dicat. Poſſumus conſiderare, & ex quibus conſtat pictura animalis, vel phantaſma; & quòd ſint expreſſiua. Atque quò ad illud pictura ſunt colores, phantaſma verò eſt quædam qualitas, quò ad repræſentationem autem ſunt animal per imitationem, & ſimilitudinem.

Ariſtot.

Enucleatur locus Ariſtot.

Scimus D. Thom. 4. contra Gent. cap. 11. appellare etiam imaginem eam naturam, quæ conuenit in gradu vniuoco cum alia; Sed ibidem docet, præter hunc modum imaginis, reperiri alium, de quo loquimur; ſic enim ait: Imago alicuius rei eſt duplex: vna, quæ non communicat in natura cum eo, cuius eſt imago: ſicut ſtatua ænea, & ratio hominis in intellectu: alia, quæ eandem naturam habet cum re, cuius eſt imago, vt filius Regis, in quo imago patris apparet.

D. Thom.

Secunda pars eiuſdem argumenti attingit quæſtionẽ alio in libro tractandã: nimirum. Vtrum verbũ mentis cognoſcatur eadẽ intellectione, qua producitur? Nunc vno verbo reſpondemus, conceptum mentis, iuxta ſententiam D. Thomæ, & diſcipulorum exiſtimantium, verbum, ſeu conceptum cognoſci per ſe propriè eadẽ actione, qua producitur, eſſe ſignũ inſtrumentale ob rationem in argumento propoſitam. Secundum aliam verò ſententiam communiorẽ, & veriorem, quæ negat, verbum propriè cognoſci actione, qua fit, aſſerimus, eſſe ſignũ formale propter oppoſitum fundamẽtum, videlicet, quia non eſt neceſſariò cognoſcendũ, vt obiecti notitiam afferat. Decimus, nõ cognoſci propriè, quia multi ex

Cõceptus iuxta Thomiſtas eſt ſignũ inſtrumentale.

D. Thom. Thomiſtę.

Iuxta cõmunem,& veriorem sentẽtiam est signum formale.

trex Autoribus secundæ sententiæ non negãt,verbum cognosci,vt quo, actione qua fit. Verum id non est simpliciter cognosci, sed esse id, quo aliud cognoscitur, vt explicabimus, cum ex professo hanc quæstionem discutiemus.

SECTIO ARTIC. II.

Soluitur secundum argumentum:explicatur sensus diuisionis: & disquiritur, an oporteat signum actu significare.

Diuisio signi in formale, & instrumentale:seu in naturale & ex instituto est in opposita formaliter, non materialiter.

PRæsupponendum est pro totius argumenti solutione hanc diuisionem (quemadmodum & priorẽ) non fieri in membra opposita materialiter, sed formaliter: idque sufficere ad rectam diuisionẽ, iuxta Dialecticorum regulas. Quamobrem, etsi in exemplis in argumento adductis eadem res participet vtramque significandi rationem,vt conceptus solis in mente Astrologi, species in speculo,& conceptus medius: nihilominùs sunt plura signa formaliter;nam signum est nomen connotatiuum formaliter indicans vim significandi, & denotans rem significantem. Verum vberioris doctrinæ causa ad singula exempla respondeamus.

Exponitur difficultas de conceptu solis.

Primo igitur exemplo concedendum est, conceptuum solis non modò Angelo,sed eidẽ Astrologo,si per alium reflexè cognoscatur, esse signum instrumentale. Dubium tamẽ est, vtrum eadem omninò significatione subeat vtramque signi rationẽ? si enim id concedatur, iam signũ formale, & instrumentale formaliter etiam accepta,nõ opponũtur. Quod autem ita existimandum sit, hæc ratio demonstrat. Conceptus non habet vim repræsentandi solem, nisi quia est illius imago; ergo quocunque modo concurrat ad eius notitiã, concurrit per significationem imaginis, & solùm est discrimen ex parte concursus cum potentia, quia modò concurrit vt terminus potentiã informans, modò vt res cognita. Huic obiectioni,etsi verbo tenus occurri possit in eorum sententia, qui essentiam signi constituunt in respectu ad rem significatam, fingendo, propter diuersam habitudinem conceptus ad potentiam resultare diuersas habitudines ad rem significantẽ; nequeunt tamẽ illæ habitudines explicari, aut vlla probabili ratione defendi, dummodò illius sententiæ Autores tueantur discrimen essentiale inter hæc signa. Nam si contenti sint accidentali,hoc sufficienter sumitur ex diuerso ordine ad potentiã, quem signum in eorum opinione vt proprietatem connotat.

Nobis tamẽ iuxta communiorem sententiam placet, diuisionem fieri in membra essentialiter diuersa, & respectum illius conceptus ad solem in vtroq. modo significandi vnicum esse; verum, cum existimemus habitudinem ad potentiam ingredi formalem rationem signi:& hęc sit omninò diuersa,quando conceptus cõcurrit formaliter, & quando obiectiuè,ex eadem sumitur sufficiens ratio distinctionis specificæ. In cuius maiorem explicationem aduertimus,hoc intercesse inter membra huius diuisionis,& membra præcedentis,quando in eandem rem materialem incurrunt; quod his respectus ad rem est idem, ad potentiam diuersus, vt patet in proposito exemplo; in præcedentibus è contra respectus ad potentiam potest esse idem, ad rem significatam semper est diuersus. Apparet hoc in Iride, quæ eodem modo est apta videri, cum significat naturaliter futuram pluuiam, & cum repræsentat ex institutione non futurum diluuium. Nec est, quod aliquis obijciat; Iridem, cum est signum ex instituto, habere aliquid diligentius examinandum,scilicet impositionem;nam hæc non variat respectum ipsius Iridis ad oculum, & ceteras potentias, sed vltra illum addit hoc cognoscendum. Assumpsimus, respectum signi naturalis semper esse diuersum à respectu signi ex instituto,quod probatione nõ eget, cũ alter sit proportio innata

Diuisio tradita est in mẽbra essentialiter diuersa.

Quod sit discrimen inter hãc, & præcedentem diuisionem.

Digitized by Google

innata rei; alter constitutio omninò extrinseca.

Enodatur difficultas de specie speculo impressa. Lib. de Anima.

In secundo exemplo speciei impressæ speculo dubia est vtraq; pars antecedentis, in quo assumitur, eam speciem esse signum instrumentale, & formale. Et quò ad primũ (quidquid existimarint Thomistæ) certum est, speciem in speculo non videri; vt ex perspectiuorũ schola latè demonstratur in lib. 2. de anima, cap. 7. q. 8. Interim sufficiat hæc communis ratio ibi allata. Obiectum visus nihil est, nisi lucidum, & coloratum, quorũ neutrum participat species, cum sit accidens alienæ omninò naturæ ab his; ergo non percipitur à visu, qui vltra suum obiectum versari non potest, sed quod cernitur, est obiectum per speciem reflexam ex speculo: vnde perspicuum manet, speciem non esse signum instrumentale.

Species speculi nõ est signũ instrumentale.

Explicatur difficultas de specieb. p aerẽ diffusis.

Quod attinet ad secundũ. Est grauis contentio, hodieq. satis agitata, an ea species, & quæuis alia existens in aere sit signum formale? Ratio dubitandi est, quia signum definitur, quod potentiæ cognoscenti aliquid repræsentat: repræsentare verò cum idem sit, ac præsens facere, non potest quadrare in rem, quæ actu non significat: cuiusmodi sunt illæ species. Vnde aliqui Autores colligunt, actualem repręsentationem esse omninò necessariam ad rationem signis quibus fauere videtur D. Basilius in cap. 7. Esaiæ, vbi ait, rem significatã posse esse præsentem, præteritam, vel futuram, signum autem oportere secundum instans tempus animaduertere. Opposita tamen sententia asserens, ad rationem signi sat esse aptitudinem ad repræsentandum, est cõmunior, & verior. Traditur ab Alensi 4. par. q. 5. m. 1. ad 2. Bonauentura ibidem q. 2. Probatur primò ex consuetudine Dialecticorum perpetuò definientium res secundum aptitudinem. Deinde ab incommodo. Nemo quippe negauerit, Sacrosanctam Synaxim tam propriè, & verè Sacramentum esse, dum custoditur in pyxide, quam dum oculis visenda proponitur: at Sacramentum definitur signum rei sacræ. Denique ratione, signum constituitur formaliter per fundamenta relationum ad rem, & potentiam: sed hæc reperiuntur in signo, siue potentiam moueat, siue non; ergo vtroq; modo est signum. Nec Aduersariorum ratio desumpta ex definitione oppositum conuincit; nam verbum [repræsentare] in definitione accipitur more Dialectico pro aptitudine, non pro actu.

D. Basilius

Ad rõnem signi satis est aptitudo repræsentandi. Alex. Al. D. Bonau.

D. Basilius loquutus est de signo actu significante; quod in eo distinguit à re significata, quia hæc potest esse actu significata, licèt nõ existat, signũ verò necesse est existat. Quod est intelligendum, vel regulariter, vel de signo sensibili, alioqui non euadet calumniã, quoniam (vt mox docebimus) essentia rei naturalis cognita est Angelo signum instrumentale passionum: potest autem essentia non existens cognosci. In gratiã tamen sententiæ D. Basilij. & in cõcordiam harum opinionum aduertimus, signum diuidi posse in actuale, & aptitudinale, quorũ illud aptè dicetur significans, hoc significatiuum, non tanquàm in res materiales diuersas, sed vti in diuersas habitudines eiusdem rei. Quemadmodũ enim intelligibile, & intellectum sunt diuersi respectus eiusdem rei, alter consequens rem absolutè, alter suppositã cognitione; ita signum secundum se habet vim repræsentandi rem, sed cùm actu repræsentat, acquirit nouum respectum significantis. Et iuxta has duas acceptiones veræ sunt prædictæ sententiæ, licèt verior ea, quæ simpliciter appellat signum, quod solùm habet aptitudinem.

Proponit verus sensus sniæ D. Basil.

Rectè diuidit signũ in actuale & aptitudinale.

Tradita signi diuisio sumit̃ p ordinem ad potentiam.

At non est segniter aduertendum, hanc diuisionem non cadere in respectum signi ad rem significatam; hic enim cum sit vel naturalis proportio, vel impositio, quocunq; modo se habeat signum ad potentiam, semper est idem; sed in habitudinem ad potentiam, cui nunc repræsentat, nunc repræsentare potest. Subiungunt aliqui, debere hanc potestatem esse

esse proximam, cuiusmodi est illarũ specierum, quæ sunt in memoria, & posita sola applicatione potentiæ exeunt in actum: non verò in specie speculi, quæ cum sit accidens, & migrare nequeat à subiecto in subiectum, non habet potentiam, vt obiectum oculo repræsentet. Vnde iterum concludunt, non esse signum etiam aptitudinale. Verum decipiuntur, quia tunc res censetur esse in potentia proxima ad aliquid præstandum, cùm non egeat aliquo augmento, vel mutatione in se facta, vt illud exhibeat; quamuis desit aliqua alia conditio necessaria. Qua ratione meritò dices, ignem esse in potentia proxima ad comburendum, esto, nõ habeat passum approximatum, in quod operetur, quia approximatio non perficit vim actiuam ignis. Eodem modo res se habet in specie, quia ex se consummatam habet vim repręsentandi, nisi subiectũ, in quod incidit, capax non sit repræsentationis. Addunt aliqui, (quod iniudicatum relinquimus) satis esse, vt aliç species eiusdem naturæ specificę habeant illam potentiam proximam & eius actum, vt omnibus attribuatur hæc signi nuncupatio.

Aptitudo specierum in aere ad repræsentandum est proxima.

Illustratur obscuritas de conceptu medio.

Tertium exemplum nihil absurdum colligit, cum professi simus, idem materiale signum posse habere vtramque rationem, non modò respectu diuersorum, vt contingit in cõceptu medio: sed respectu eiusdem, quod patuit in conceptu solis. Dubium tamen est, an re vera conceptus medius sit signum instrumentale conceptus vltimi, & rei significatæ? Et ratio, quæ affertur, est, signum instrumentale percipiendum esse, vt ducat in notitiam significati: hunc autem cõceptum minimè percipi. Adde nec ad significandum imponi.

Sotus. Doct. Fõs.

Sed propter hanc rationem potuit non pœnitere Sotum, lib. 1. Summul. c. 3. alterius sententiæ, quam tenuerat in prima editione; & tenet Fonseca citatus; nosq. probabiliorem iudicamus. Non quasi ipse conceptus medius per se impositus sit ad significandum, & per se cognoscatur; id enim, etsi necessarium est in ligno, quod per se tale est, non exigitur tamen in eo, quod sola consecutione ob similitudinẽ cum vero signo imponi dicitur, & cognosci. Confirmatur exemplo Scripturæ, quæ non imponitur per se, sed consecutiuè per impositionem vocis, à cuius etiam significatione extrinsecè denominatur, vti & conceptus medius; qui deterior est Scriptura hac in parte; quòd non modò non imponitur per se, sed nec percipitur: sufficit tamen, vt vtrumq; habeat merito vocis. Fauet huic sententiæ Caiet. 1. p. q. 34. art. 1. cùm docet, cõceptum medium extrinseca tantùm denominatione dici verbum, ratione scilicet vocis, cuius est causa, & imago.

Caiet.

SECTIO ARTIC. III.

Explicatur tertium obiectum, & disquiritur, an aliquid præter speciem, & conceptum sit signum formale: & verum cognitio signi differat necessario à cognitione significati.

IN tertio argumento plures sunt difficultates ordine expediendæ. Initio illud statuimus, nihil ducere in cognitionem alterius, quod in aliquam speciem signi non reducatur. Dixi, alterius, quia idem, cùm parit notitiam sui, vt essentia Angeli, & animæ separatæ, non est signum, sed obiectum. Hoc positio, circa prius exemplum de essentia Angeli, cũ per eam in Dei cognitionem venitur, est grauis quæstio, an sit signum formale, vel instrumentale, hoc est, an cõcurrat per modum speciei, quin cognoscatur, an prius cognoscenda sit, vt ea mediãte Deus percipiatur. Sed omissa controuersia supponimus cũ D. Tho. 1. p. q. 56. art. 3. & cap. 1. epistolæ ad Romanos, lect. 6. Bonauent. in 2. dist. 3. p. 2. art. 2. q. 2. Basoli q. 3. art. 2. Rich. in 2. d. 4. art. 1. q. 1. Nipho 12. Metaph. q. 12. & Recentioribus communiter, non posse Angelũ per suam essentiam intellectui vnitã, & non cognitam deuenire in notitiam Dei;

Nihil ducis in cognitionem alterius, quin aliquid signum sit.

Nõ potest Angelus p suã essẽtiã nõ cognitã deuenire in cognitionem Dei, D. Thom. D. Bonau. Basolis. Richard. Niph.

Digitized by Google

Dei; quoniam Angelus non est imago Dei intentionalis, sed realis quidam effectus; at effectus non ducit in cognitionem causæ, nisi prius cognoscatur: eatenus enim ad cognoscendum inseruit, quatenus continet virtutem causæ; ergo necesse est primò eum percipi, vt arguendo causa penetretur. Alioqui posset etiam Angelus per essentiam equi sibi vnitam Deum immediatè cognoscere, est enim equus quoddam vestigium Dei, ostendens illius virtutem, licet minus perfectè, quàm Angelus.

Essentia Angeli est signum instrumentale Dei.

Iuxta hanc sententiam, quæ procul dubio certa est, respondemus. essentiam Angeli esse signum instrumentale Dei, siquidem cognita monet Angelum in Dei perceptionem. Est tamen difficultas iuxta priorem, & probabiliorem dicendi modum, an sufficiat vnica cognitio ad hoc genus signi. Nam signum instrumentale debet prius cognosci, vt deducat in notitiam rei; ergo notitia rei posterior est cognitione signi & ex cõsequenti ab eadem re ipsa differt. Dicendum nihilominus est, etsi in hominibus eæ notitiæ perpetuò distinguantur, non esse id absolutè necessarium: quia ratio signi instrumentalis solum exigit, vt cognitum perducat in cognitionem alterius. Quod verò sit eadem, vel diuersa notitia, non curat. Nec illa prioritas cognitionis signi est necessariò realis: sed sufficit rationis; secundum quam verum sit dicere, rem significatam percipi, quia signum cognoscitur. Vnde Philosophorum vulgus admittit, essentiam esse Angelo signum instrumentale suarum passionum, & effectus suarum causarum; cum vtraque eadem notitia cognoscantur.

Exponitur alia difficultas.

De essẽtia diuina cõcurrẽte ad cognitionẽ creaturarum.

Secundum exemplum de essentia diuina, eodem modo explicandum est. Si enim accipiatur, quatenus beati eandem percipiunt, non est signũ, propriè loquendo, ob defectum distinctionis: sic vt illa mediante cognoscunt creaturas, est signum instrumentale, vt essentia Angeli. Ad tertium de phantasmate supposita doctrina primi Physicor. dicendum est, phantasmata singularium esse signa formalia respectu intellectus, eum quo simul concurrunt ad notitiam singularium. Ad improbationem dicendum, proprium characterem signi formalis esse, vt non cognitum efficiat cognitionem: non autem quòd consignetur in potentia, si nomine consignationis intelligatur inhærentia; hanc enim habere non potest phantasma in intellectu, vt in argumento rectè ostenditur: si tamen intelligatur qualibet informatio per assistentiam, & determinationem saltem extrinsecam, hanc habet phantasma comparatione intellectus, vt eo loco Physic. explicatur.

De phantasmate singularis.

De phantasmate sumi ducẽte in notitiã ignis.

Ad quartum dicendum, phantasma sumi non esse signum immediatum ignis, nec comparatione intellectus, nec comparatione sensus; quia cum neutro concurrere potest immediatè ad percipiendum ignem: (nisi forte intellectus ipsum cognoscat, vt quamuis rem extra se; tunc enim erit instrumentale) Est tamen vtriusque respectu signum formale remotum, quatenus est signum formale sumi, quo percepto tam sensus, quam intellectus deuenit in notitiam ignis. Est enim celebris Scoti regula in quęstione secunda huius capit. Quod est signum signi, esse signum significati. Addunt Recentiores in eodem genere signi. Quod bifariam interpretantur alij: vno modo, vt sit signum in eodem genere, hoc est, eiusdem rationis, vel speciei, cuius est signum ab eo significatum: altero in eo genere, in quo ipsum dicitur significare aliud signum. Hoc secundo modo est vera sententia; quia tale signum mediatum à sua propria significatione denominatur: hæc autem in proposito exemplo est formalis; ergo dicetur signum formale.

Scotus.

Quod est signum signi, est signũ significati.

Mittitur alio 5. difficultas, de cognitione; & assumitur, non

Quintum exemplum continet difficultatem alterius loci, & temporis. Interim negandum est, cognitionem esse signum rei; quia (vt ibidem indicatur) signum est ratio cognoscendi; vnde aliquo modo à cognitione

Digitized by Google

non esse signũ rei cognitæ.

Cognitio nõ est imago obiecti.

gnitione dissidear, necesse est. Ad probationem negandum, cognitionem esse imaginem obiecti, cuius oppositum cùm indicant illi Patres, loquuntur de cognitione cum termino per eam producto, qui est verbũ mentis, vel idolum sensus. Ceterum hæc longiùs persequi alienum est à Dialectico.

QVAESTIO III.

DE VOCVM, ET SCRIPTVrarum significatione.

ARTICVLVS I.

Varie de significatione vocum sententia.

Voces sũt signa conceptuum: scripta signa vocũ. Opin. Scoti, & Gabrielis, cõceptus nõ significari per voces. Scot. Gabriel.

INter effata Aristotelis in hoc capite primũ fuit: voces esse signa cõceptuum: scripta autem signa vocum. De cuius prima parte sunt tres sententiæ. Prima est Scoti in primo distinct. 27. quæstion. 3. & quæst. 1. huius libri. Gabrielis in primo distinct. 22. quæstion. vnica, articu. 3. & aliorum Recentiorum asserentium, voces subsitui quidem pro conceptibus intellectus, sed eos non significare, nisi sint aliquæ peculiares voces, quæ impositę sunt ad significandos conceptus, vt hoc ipsum nomen [conceptus] aut [verbum.] Quod voces pro cõceptibus subrogentur, ex eo probant; quia vocibus vtimur, vt ostendamus rem, quam mente apprehendimus, & per ipsos cõceptus exprimere non possumus, alioqui si mente sermocinari possemus, haud exprimerentur verba.

Suadetur rõnibus. Prima.

At conceptus per voces nõ significari, probatur primò. Quia ex opposito sequeretur, vt omnes propositiones essent falsę; nam vox ponitur in oratione pro suo significato; ergo si conceptum significet, huius orationis [homo est animal] sensus erit [conceptus hominis est conceptus animalis], quo nihil falsius. Secundò. Sequitur, omnia nomina esse æquiuoca: enimverò si nomẽ [Homo] est analogum ad hominem, & eius imaginem in tabula depictam, quare nõ erit analogum ad eam, quam mente exprimimus. Tertiò. Vox id significat, quod audiens percipit: sed qui audit loquentem, res apprehendit, nõ conceptus (nisi dedita opera in eosdem reflectat): ergo non signat conceptus. Confirmatur hoc ex sententia Aristotelis, capite tertio sequenti: vbi ait, verbum ideo significare, quia constituit conceptum audientis, hoc est, quia imprimit notitiam in conceptum audientis; hic autem conceptus, vt diximus, est rerum. Quartò. Multæ sunt voces, quibus non respondent conceptus; ergo non est absolutè verum, voces significare medijs conceptibus. Antecedens probatur primò autoritate D. Augustini 5. de Trinitate c. 3. qui ait, multa verba significantia ore proferri, quibus nulli præcedunt in mente conceptus: & subdit. Diuina nec dicuntur, vt cogitantur: nec cogitantur, vt dicũtur; ergo ex illius mente aliquæ ponuntur voces, haud respondentes conceptibus. Idem penè docet D. Chrysostomus orat. 2. in 1. ad Hebr. Quæ de Deo, inquit, mente versamus, ne possumus quidem loqui, aut multa loquimur, non possumus autem intelligere. Probatur secundò ratione. Nam Aues, & dormientes, in quibus nulli sunt conceptus, humanas proferunt voces: & quidem non esse conceptus in auibus, liquidum est: non esse autem in dormientibus colligitur ex D. Gregorio Nisseno de hominis opificio docente, inter dormiendum non operari intellectum hominis: at feriante intellectu, nusquam sunt conceptus. Ad hęc. Cum quis mentitur, non habet conceptum respondentem orationi externæ, vt docet Diuus Thomas 2.2 q. 110. artic. 3. ex eo enim probat mendacium esse peccatum, quia inordinatũ est, velle voce in-

1 2 3 Aristot. D. Aug. 5 D. Chrys. D. Greg. Nis.

Digitized by Google

co indicare id, quod non est in mente.

Boetius. Opi. Boet. vocib. solos conceptus significari.

Secunda sententia est Boetij editione secunda huius libri, cui adeò prima sententia displicuit, vt in aliâ omninò extremam abierit, existimarique, vocibus solos conceptus significari. Refert pro eadem Porphyrium asserentem eam esse de mente Aristotelis. Quod colligi potest ex hoc capite, vbi voces conceptuum tantùm notas dixit. Eadem sententia probatur primò. Voces datæ sunt tãtùm ad supplendum defectum conceptuum; ergo eos solos significant. Patet consequentia, quia significando conceptus eos reddunt præsentes, vt suum munus exequãtur, quod solum desiderabatur; ergo, si voces inuentæ sunt in defectum conceptuum, eos tantum indicare debent. Primum antecedens traditur à D. Augustino, lib. 2. de ordine cap 12. vbi ait, rationem inuexisse sermonem, quia homines animos suos sentire non poterant. Et patet in Angelis, quibus omnes signa locutionis externa denegant, qui eos confabulari posse conceptibus opinantur.

Porphyr. Argumentis roboratur proxima sententia. Primò.

D. Aug.

2. Secundò. Vocabula [Hircocervus] [Chymæra] & similia solos animi conceptus indicant, vt docet Aegidius in 2. d. 2. q. 3. art. 1. Ergo idem dicendum erit de ceteris; habẽt enim eundem significandi modum. Idem dici potest de Syncategorematis, verbi causa, de hac voce [si] in illo versu. Si vera est fama; significat enim solam dubitationem, vt in simili docuit S. Augustinus lib. de Magistro, cap. 2. dubitatio autem in mente est.

Aegid.

D. Aug.

Confirmatur. Quia nutus æquipollent vocibus: vt docuit Alensis 2. p. q. 87. m. 6. ad 2. & D. Augustin. 15. de Trinitat. cap. 10. hoc solo discrimine, quod nutus oculis, vox auribus obijciatur: sed nutus solùm indicat consensum, aut dissensum mentis; ergo, &c.

Alex. Al. D. Aug.

Vocẽ tum cõceptus, tũ res ipsas significare est sẽtẽtia Arist.

Tertia sententia inter has media asserit, voces tum conceptus, tum res ipsas significare. Est expressa Aristotelis hoc libro; nam primo capite ait, voces esse notas affectuum, id est, conceptuum; in vltimo verò docet, quia res est, aut non est, orationem esse veram, vel falsam; non poterat autem veritas orationis esse, nisi vox eam significaret. Alia eiusdem loca adduci possent: vt ex libro de sensu, & sensib. capite primo: pro conceptibus ex libro quarto Metaphysicorum, capite septimo, vbi iuxta versionem Petri Fonsecæ ait. Ratio, cuius nomen est signum, definitio rei est, ex lib. 3. cap. 1. & 6. Quibus locis Interpretes ostendunt, velle Aristotelem nomina significare res. Eandem sententiam tenent ferè omnes Aristotelis Interpretes hoc loco. Sancti Patres, præsertim ad ea verba Ioannis 1. Ego vox clamantis in deserto. Scholastici Doctores, cùm explicant mysterium Trinitatis. Sed quia totam conclusionẽm simul non tradunt, adducamus aliquos pro vna, alios pro alia eiusdem parte.

Probatur ex ipsius locis. Arist. Doct. Fõs. Probatur cõcl. autoritate Patrum in totum.

Igitur quòd vox rem significet, patet ex Sacra Scriptura, Genes. 2. vbi Scriptura docet, adduxisse Deum omnia animalia ad Adam, vt proprijs ea nominibus afficeret; posuit ergo Adam nomina ipsis animantibus. Deinde Gen. cap. 17. mutato nomine vocauit Abram Abraham. Et cap. 32. Iacob vocauit Israel. Et Christus Dominus Ioan. 1. imposuit nomen Petro Vocaberis, inquit, Cephas. D. Augustin. 7. de Trinitate cap. 3. ait, vocem manifestare præter se id, de quo loquimur: at nos loquimur de rebus. Idem tenet Albertus hic tract. 2. cap. 1. Atque hæc pars facilis est.

Probatur in partim; qđ scilicet vox significet rem. Genes. 2. Genes. 17. Genes. 32. Ioan. 1. D. Aug. Alb. Mag.

Aliam de significatione cõceptus, vt magis ambiguam, vel obscuram docent plures. Diuus Augustinus 15. de Trinitate, cap. 11. Verbum, quod foris sonat, signum est verbi, quod intùs latet. Diuus Basilius Homilia in 1. Ioan. Verbum nostrum totius nostræ cognitionis imaginem refert; quod enim secundum cor nouimus, hoc verbo proferimus. Gregorius Nyssenus de hominis creatione, cap. 9. Humana mens sonis intelligentiæ suæ occulta manifestat. Damascenus lib. 1. fidei, cap. 17. appellat

Probatur in partim; quid significet conceptus. D. Aug. D. Basil. D. Gr. Nis. D. Io. Da.

Digitized by Google

appellat vocem Angelum intelligentiæ, id est conceptuum internunciam. Diuus Ambrosius ca. 9. Exam. D. Amb.
ait tacitas mentis cogitationes oris Plotin.
sermone designari. Plotinus de virtute, cap. 3. appellat vocem interpretem animi. Philo Iud.
Philo Iudæus libro quod deterior potiori insidietur, vocat ter monem fratrem mentis: eumq. comparat Aaroni, qui fratris sui Mosis interpres, & quasi Propheta erat; Auerroes.
quod ibidem elegantissimè prosequitur. Inter alios Interpretes do- Aphrodis.
cent hanc sententiam nominatim Boet.
Auerroes, Aphrodisæus, Boetius, Alber.
Albertus tract. 2. cap. 1. D. Tho. D. Thom.

ARTICVLVS II.

Reiectis primis duabus sententijs, Tertia rationibus confirmatur, & explicatur.

CErtè quidem vtramque sententiam Scoti, & Boetij hæc vna
Ratio 1. experientia reuincit. Cum vox auditur, statim mens conuolat ad rem determinatam percipiendam, & certa est de cognitione loquentis, ita vt hominum de rebus iudicia, & apprehensiones audita voce experiamur; ergo necessariò fatendum est, tùm rem, tùm conceptum per vocem significari. Id enim, quo mediante per se ducimur in cognitionem rei,
Ratio 2. signum illius est. Secundò specialiter quòd vox significet res, probat primum argumentum pro sententia Scoti, nimirùm, quia omnes propo-
Ratio 3. sitiones essent falsæ. Tertiò conceptus etiam significari, præter primum argumentum pro Boetio, quod hoc saltem conuincit, ita ostenditur. Voces significant ex hominum intentione, ergo id omne significabant, ad quod intentio se extenderit: sed hominum intentio in vocibus imponendis fuit conceptuum manifestatio; ergo voces conceptus signa sunt. Cetera clara sunt. Minor ostenditur. Humanus sermo est institutus ad hominum commercium,
Plato. & societatem, vt post Platonem in Cratilo docet Aristoteles in Politicis: sed hoc commercium præcipuè consistit in communicatione conceptuum, quæ fit per externum sermonem, iuxta illud Diui Augustini D. Aug.
2. de ordine cap. 12. rationem docuisse homines, vt quoniam animos suos sentire non poterant, ad eos sibi copulandos sensu quasi interprete vterentur; est & illud Platonis in Timæo; Propterea sermonis est ordinata communio, vt præsto fiant mutuæ voluntatis indicia. Quartò Ratio 4.
in idem institutum. Si voces non essent signa conceptuum, nullum daretur mendacium; etenim mentiri ex ipsa etymologia vocabuli, quæ est contra mentem ire, nihil videtur esse aliud, quàm voce enunciare, quod in mente non habeas, hinc enim prouenit autore D. Thoma 2. 2. D. Thom.
quæst. 110. artic. 3. vt mendacium intrinsecè malum sit, quia cum voces naturaliter sint signa conceptus, hoc est, data à natura, vt alijs conceptus nostros aperiamus, iniustum est, significare, te habere in mente, quod re vera non habeas. Cum enim
vox, attestante D. August. serm. 2. de D. Aug.
Natiu. Ioan. Bapt. sit vehiculum verbi interioris, si interius non sit verbum, quòd te vehiculo imposuisse dissimulas, alium planè accipis.

Illud in hac communi sententia difficile est. An voces eadem significatione primò, & immediatè significent conceptus, secundò res: vel è contra, primò res, secundariò conceptus: vel denique res, & conceptus immediatè, & per diuersas significationes. An vox rē & conceptum immediatè significet.

Scotus.

Scotus quæst. 1. huius cap. etsi probabiliorem putet sententiam, quàm postea defendit in 1. sent. voces nimirùm res tantùm significare, ait tamen, iuxta mentem Autorum dicendum esse, conceptus significari primò & immediatè: res verò remotè vna, eademque significatione. Ita loquitur D. Thomas 1. p. quæst. 13. artic. 1. & quæst. 8. de potentia art. 1. in corpore. Albertus tract. 2. cap. 1. Dominicus de Flandria 4. Metaph. quæst. 7. artic. 4. Petrus de Bruxelis hic, quæst. 1. artic. 1. Quæ sententia pro-

Prima sententia, conceptus primò, & immediatè vocem: rē verò remotè significare. D. Thom. Alb. Mag. Dominic. de Flandria. Bruxel.

Arist. probatur primo ex Aristotele hoc capite expresse asserente, voces esse primò notas conceptuum.

Probatur proxima opinio.

Probatur secundò. Quando vnum signum substituitur pro alio, priùs indicat necessariò signum, pro quo supponitur, quam rem ab illo significatam; sed voces subrogantur pro conceptibus rerum significatiuis; ergo prius indicant ipsos conceptus. Maior sola explicanda est; eius tamen veritas inde patet, quia illiusmodi signum tendit in rem, beneficio eius pro quo sufficitur; ergo non potest nisi mediāte illo rē attingere.

1. D. Aug. 2. Plato.

3. Tertiò. Voces non significant cōceptus quatenus qualitates, sed quatenus sunt rerum significatiui, vt docet Scotus loco citato; ergo nulla significatio potest sistere in cōceptu: sed omnis, quæ ad illum ordinatur, debet vltimo ferire rem tanquā terminum repræsentationis conceptus; ergo, cum aliunde significatio non possit prius tendere in rem, quam in conceptum, fatendum est, eadem significatione priùs conceptum, posteriùs rem indicari.

Scotus.

4. Quartò. Vox est animi nuncius, & interpres, vt docuimus; interpretis verò, & nuncij priùs est referre mandata, & verba eius, quem interpretatur, quàm rem ipsam. Denique, vt genus eadem relatione terminatur prius ad speciem, posterius ad individuum, & potentia primo ad actū, secundo ad obiectum, ita potest contingere in voce.

Opinio 2. voces prius rem, secundariò conceptum indicare. Scotus.

Alij opinabuntur, eadem significatione vocis indicari priùs rem, & illa mediante conceptum, quam opinionem, etsi nullus exprimat, tribuere possumus Scoto loco citato docenti, per vocem significari rem, vt cognitam; monet enim, nō significari hoc coniunctum [res cognita] quia esset significatum compositum per accidens; & nihilominus ait, indicari rem sub cognitione. Quod videtur commodiùs explicari nō posse, quā si dicamus, vnica significatione feriri primò rem, posteà eius cōceptum. Quod probo primò. In quauis re assecutio medij præcedit assecutionem finis: sed significatio rei est medium ad manifestandos cōceptus; ergo est prior significatione cōceptus. Maior, & cōsequentia patēt: Minor probatur: Finis instituendi sermonem fuit conceptuum manifestatio, vt expresse docuerunt Aug. & Plato proxime citati; & probat illa ratio. Quoniam, si aliter communicare possemus animi sensa, non institueretur sermo. Quod his verbis tradidit D. Basil. Homil 3. Hexamer. Vsus sermonis minimè necessarius est ijs, qui initia cōsilia solo possunt intellectu inter se partiri communiter; ergo omnis alia significatio reperta in voce est quasi via ad hanc. Probo secundò, argumēto Scoti. Cognitio rei est directa; cognitio cōceptus reflexa, in quam non incidimus audita voce, nisi percipiamus rē: imò ideo cognoscimus, loquentē habere talem concep. ū, quia res per vocem significata talem deposcit; ad hoc verò necessar. ū est priùs rē percipere.

2. Scotus.

Tertia opinio, vocē duplici significatione attingere immediatè, & rē, & conceptum. Probāt 3. 1. opinio. Sotus. Henric. Bassol. Iandunus.

Tertia demum sententia est, in voce reperiri diuersas significationes, vnam cōceptus, alteram rei; & vtrāuis immediatè attingere suum terminum. Hanc expressius quàm reliqui tradit Sotus lib. 1. Summul. cap. 2. argumento 1. Indicant Henric. in summa art. 73. q. 6. Bassolis in 2. d. 22. q. 1. ar. 1. Iandunus hic, q. 1. Probatur. Significatio aut est ipsa nominis impositio (quod magis probamus) aut in ea fundatur; & cū eadē multiplicatur: sed impositio ad significandos conceptus est diuersa ab impositione rei significandæ; ergo, &c. Probatur Minor. Homines prius voluerūt suos conceptus communicare vno actu communi, & expressio; deinde inuestigarunt modum huic communicationi accommodatum, isq. fuit impositio vocum ad res significandas; ergo duo interfuerūt actus, atq; adeo duæ impositiones. Antecedens huius rationis probatum est ex Augustino, & Platone, in confirmanda secūda sententia; vbi etiam insinuatum est discrimen inter has impositiones; nam quæ est ad rem significā dā, est expressa in singulis vocibus:

D. Aug. Plato.

Probatur proxima sententia. 1.

quæ

quæ verò ad indicandos conceptus, in confuſo tantùm fuit actualis, & expreſſa, cum primò voluerunt ſe manifeſtare; in ſingulis autem vocibus ſatis eſt virtualis, & implicita. Quemadmodum ad aſſequenda media propter finem, etſi requirantur expreſſæ volitiones mediorum; ſufficit tamen implicita finis. Ita accidit, cum quis propter ſanitatem ſemel appetitam potionem ſumit, & venam ſcindit per expreſſos voluntatis actus. Quam doctrinam tradit Albertus Magn. tract. 2. cap. 1. etſi alio ſenſu. Secundò probatur idem inſtitutum ex diuerſo omnino vſu, & officio vocis reſpectu rei, & conceptus. Nam res per vocem ſignificatur, tanquam ſignificatum quod, & (vti dici ſolet) doctrinaliter: quæ enim in doctrinis per voces ſignificamus, de rebus ipſis intelligimus: at conceptus non ſignificantur doctrinaliter, ſed innuuntur: vnde dici ſolet, voces ſubſtitui pro conceptibus, & ſignificare res.

Alb. Mag. Secundò.

Inter has opiniones tertia nobis videtur planior. Quare ad primam rationem primæ ſententiæ ex Ariſtotele reſpondet Henricus loco citato, illud Philoſophi, voces eſſe primò notas conceptuum, non eſſe accipiendum ſignificatiuè, quaſi prius ſignificentur conceptus, ſed impoſitiuè, (vt ſic loquar) quia neceſſe eſt, inter rem, & vocem, cum imponitur, mediare conceptum; perinde ac ſi dicat Philoſophus, cõditionem prærequiſitam, vt vox rem ſignificet, eſſe conceptum; non enim ſignificatur res vt eſt, ſed pro menſura noſtræ apprehenſionis. Hanc interpretationem probant D. Thom. 1. par. q. 13. artic. 1. Durand. in 1. diſt. 27. quæſt. 2. nu. 8. Ferrar. 1. contra Gent. cap. 55. Verùm, quia diximus, conceptum propter hoc munus eſſe vocis ſignificatum reſpondemus, Philoſophum voluiſſe conceptum ſignificari primò primitate intentionis, ideſt, principaliter, quia propter ipſum vt propter finem imponitur vox, quãuis primitate executionis prius ſignificetur res, hoc eſt, ſignificatio rei ſemper præſupponatur ad ſignificationem conceptus; tametſi diuerſæ ſint.

Henric. Anteponitur 3. opi. & ſatisfit argumẽtis primæ opinionis. Primò. D. Thom. Durand. Ferrar. Exponitur locus Ariſtot.

Ad ſecundum reſpondetur, maiorem eſſe veram, quando eſt vnica ſignificatio: in præſenti verò eſſe diuerſas. Ad eius probationem reſpondetur, bifariam ſubrogari vnum ſignum pro alio; primò cum non habet propriam impoſitionem ad ſignificandam rem, ſed ſolum ad indicandum ſignum, in cuius locum ſufficitur; quo modo ſe habet ſcriptura ſuppoſita pro voce, vt poſtea dicetur. Secundò, cum per ſe imponitur ad ſignificandam rem ſimul, & aliud ſignum; quo pacto ſe habent voces. In primo euentu eſt verum, ſignum, quod ſufficitur, tendere in rem beneficio alterius, illudq. prius ſignificare; in ſecundo eſt falſum.

Secundò.

Ad tertium conceſſo antecedente, diſtingue conſequens. Si enim contendat, illam ſignificationem vocis, quæ eſt ad conceptum, terminari aliquo modo ad rem, permitto: ſi neget, eſſe aliam immediatè terminatam ad rem, inficiare.

Tertiò.

Ad quartum reſpondendum eſt, vt reſpondimus ad locum Ariſtotelis, munus enim primum, id eſt, principale interpretis, & nuncij eſt verba, & mandata denunciare; ſed hoc exequitur res eloquendo. Dic ſecundò, ſimilitudinem illam non eſſe in omnibus omninò quærendam, ſed in eo, quod vox interpretetur mentẽ, licèt modus interpretãdi ſit diuerſus.

Quartò.

Ad quintum fatemur, eundem reſpectum poſſe attingere multos terminos ſubordinatos, quando eſt idẽ modus referendi; ſed in voce eſt diuerſus, vt probauimus, & iccircò duos admittimus reſpectus.

Quintò.

Argumenta ſecundæ ſententiæ cõfirmant noſtram, ſolùm enim probant, ſignificationẽ rei in voce priorem eſſe ſignificatione conceptus, quia eſt medium ad illam; ſed non oſtendunt eſſe vnicam. Ac licèt cognitio conceptus, cùm habetur, (nec enim eſt neceſſaria) reflexa ſit, non continuò eadem ſignificatione cauſatur, ſed alia, quæ præſupponit

Diluuntur arg. 2. ſententiæ.

Digitized by Google

priorem significationem rei. Quòd si obijcias, vocem non posse per reflexionem indicare conceptum, si illum immediatè significet; Respondet Scotus hoc loco ad vltimum, nõ esse id mirum in signo ad placitum, significat enim, vti impositum fuit.

Scotus.

ARTICVLVS III.

Argumenta primi articuli dissoluuntur.

Scotus. Aduertit, diuidi signũ in doctrinale, & non doctrinale.

OPinio Scoti quinque rationibus depugnabat. Ad primam vt satisfacias, notãdum, præter alias signorum diuisiones in 2.q. commemoratas, hanc etiam ab eo inculcari, qua signa dispartiuntur in doctrinalia, & non doctrinalia; hæc sunt, quorum in doctrinis vsus non est, vt fumus, statua Cæsaris, &c. Illa, quibus vtimur in docendo; quorum tria sunt genera, conceptus, voces, & scripta. Nomine conceptus intellige tam proprios conceptus mentis, quam expressa phantasmata phãtasiæ; si in ea fiant propositiones, vt multi volunt non comprehendas tamen species impressas intellectus, vel sensus, ex quibus vt propositiones non fiunt, eò quòd non sunt termini actus cognoscendi, ita nulla notitia sumitur in doctrinis, vel ob eam causam, quia nullo modo sunt sermo; in doctrinis autem non est vsus nisi sermonis; Vnde fit, vt hæc per voces non significentur; quemadmodum docent D. Thom. 1. par. quæst. 85. art. 2. ad 3. Aegidius in 1. d. 27. quæst. 2. Per voces intelligimus eas tantum, quæ ex instituto significant; per scripta omnia, quibus cum absentibus communicamus.

Signa doctrinalia sunt tria, cõceptus, voces, & scripta.

D. Thom. Aegid.

Signum doctrinale nõ est vniuocum ad cõceptus, voces, & scripta.

Hic eam dubitationem interserunt Dialectici, an signum doctrinale vniuocè dicatur de tribus enumeratis? Cui negatiuè respondendum, quia significatio conceptus est naturalis, & realis; significatio vocis, & scripturæ aduentitia, & rationis. Deinde, quia vox, & scriptura non sunt plura signa formaliter, vt postea dicemus.

Ad rem accidendo dicimus, idem signum posse habere plura significata, pro quorum vno supponatur in oratione, & eius respectu appelletur signum doctrinale, pro alio non supponatur, nec illud doctrinaliter significet; & huiusmodi esse voces, quæ pro rebus tantummodo ponuntur, ne orationes falsas reddant, vt argumentũ ostendere conabatur.

Dissoluitur 1. arg.

Ad secundum respondet Scotus, tunc solum esse nomen Analogum, cùm multa per plures impositiones significat, vocem autem omnia per vnam significare: Sed iuxta nostram sententiam dicendum, vocem tunc esse analogam, cum eodem modo diuersa significat; quo pacto se habet nomen [Homo] ad verum, & in tabula depictum; vtrumque enim doctrinaliter indicat. Non autem ad hominem, & eius conceptum, cum istum significet non doctrinaliter.

Scot. Soluitur 2. arg.

Ad tertium negat Richardus in 1. dist. 22. quæst. 3. audientem non percipere per vocem immediatè conceptum, & deinde rem: Sed loquitur iuxta aliam sententiam. Nos respondemus, etsi necessarium non sit, audientem cognoscere conceptum ad percipiendam rem ob distinctionem significationem; quemadmodum visa scriptura non oportet agnoscere vocem, quam scriptura immediatè significat, vt teneatur res per scripturam significata; nihilominus cũ volumus, media voce loquentis cõceptum apprehendimus; quod satis est, vt significari perhibeatur. Ad confirmationem, scilicet, signum debere rem in cognitionem adducere, fatemur; negamus verò, id non præstari à voce comparatione conceptuum.

Richard. Soluitur 3. arg.

Postulat quarta ratio, vt quàm breuissimè doceamus, quis conceptus necessariò vocem præcedat. Est enim conceptus duplex: alter medius; alter vltimus, id est, vnus vocis, quæ profertur, alius rei per eam significatæ. Et quidem imaginationem vocis eandem præire tam in nobis, quam in animalibus; ex eo demonstratur, quia potentia motiua,

Quis cõceptus vocẽ necessariò præcedat.

Demõstratur conceptũ vocis illam præire.

à qua

à qua formatur vox, ad nullũ opus impellitur, nisi regatur ab imaginatiua idem opus cognoscente. Et hoc Aristot. significauit Aristoteles, libro 2. de anima, text. 9. cum dixit, vocem fieri cum imaginatione. Nam soni, qui aliter fiunt, vt tussis, & risus, voces non sunt; quod si brutæ animantes, vt Pica, & Psittacus, vocem formant sola eius imaginatione, (siquidẽ rei significatæ conceptum habere non possunt) non est dubitandum, hoc ipsum à nobis effici posse. Atque adeo sæpe nos voces significatiuas edere absque vlla cognitione rei significatæ, vt etiam edunt, qui latina vocabulo recitant, nec intelligunt, aut quamuis intelligunt, non aduertunt. In quo euentu non modo phãtasia, sed etiam intellectus habere potest conceptus medios absque vltimis. Experti sumus & in nobis & D. Augus. in alijs, inquit Augustin. li. de Magist. An, cũ qs cap. 13. non earum rerum, quæ cogitantur verba proferri.

vult p vocẽ significare rem, necessariò formet cõceptum rei in mente. Alb. Mag. D. Augus.

Verum hæc vocum prolatio, cum & ignaris, & brutis communis sit, locutionis, & sermonis rationem habet; est enim sermo autore Alber. tracta. 2. cap. 1. locutio edita animo rem significandi. Quod etiam confirmat Augustinus cap. 5. de principijs Dialecticæ, cum ait, loqui esse dearticulata voce signum dare. Dubitatio ergo est, an, cum aliquis vtitur sermone deliberatè, & animo significandi rem, debeat necessariò in mente formare illius rei conceptum; nam cum aliter verba profert, diximus, id minimè necessarium esse.

D. Thom. Affirmat D. Tho. & alij.

Affirmat D. Thom. 2. 2. quæst. 110. art. 1. eò quòd manifestatio per huiusmodi signum requirat signi, & significati collationem, quæ (vt manifestum est) absque vtriusque termini cognitione fieri non potest. Hæc responsio D. Thomæ, etsi verissima, occasionem præbet vlterioris dubitationis, videlicet, an cognitio rei significatæ debeat esse intellectualis, D. Thom. an sufficiat sensitiua; nam D. Tho. dixit, illam collationem esse opus rationis. Idem significat Damascenus libro 1. de Philosophia, cap. 1. cũ ait: Deus articulatam vocem mentì, & intellectui copulauit. Boetius cap. 1. Boetius. edit. 2. in hunc librum ita loquitur. Ambr. Præter intellectum vox penitus ni- Scot. hil designat. Ambrosius 6. Hexameron, cap. 9. ait, vti sono vocis ad aliquid significandum esse rationabile. Scotus hic quæst. 2. Omne significare, inquit, supponit intelligere. Quid plura? videtur expressum ab Aristotele hoc capite, cum ait, voces Aristot. esse notas affectionum animi. Et accedit manifesta ratio. Ad proferendum sermonem eo modo significatiuum, necessaria est cognitio habitudinis inter signum, & significatum ex instituto; sed hæc à sensu attingi non potest, vt docet Scotus in 4. distin. 1. q. 1. & patet ex eo, quia habitudo illa signi ex instituto est rationis, & à materia magis abstracta, quam sensus attingat. Diximus [inter signum ex instituto], quoniã habitudinem signi naturalis, & materialis ad suum significatum, vt fumi ad ignem, fortasse percipit internus sensus.

Approbatur sententia D. Th. & cum superiori doctrina conciliatur.

Huic doctrinæ, tum vera, & Dialectico plana videatur, non est cur repugnemus, tametsi nonnihil difficultatis in ea sit, præsertim si cũ ijs, quæ in prima quæst. docuimus, conferatur; sed ibi locuti sumus de perceptione rei significatæ, mediante signo naturali; hic de eiusdem rei expressione per signum ex instituto.

Soluitur 4. argum.

His prælibatis, ad quartam rationem occurrimus absolutè loquẽdo, non esse incommodum, cum sine aduertentia loquimur, nullos in mente conceptus præcedere; adhuc enim voces eos exprimunt, quia communis naturalis loquendi modus, cui voces conformantur, est, vt præcedant conceptus. Ad Augustinum dicimus eum primo loco agere de vocibus indeliberatè prolatis: in secũdo loqui per hyperbolem, ad explicandam magnitudinem Diuini esse. Nam dubitatio, quã ibi insinuat; An voces plus significent, quam mens capiat: vel è contra? alibi est expedienda. Eadem interpretatio est D. Chrysostomi. Ad exẽplũ de auibus, D. Chrys.

Digitized by Google

& dormientibus damus, nullos ibi interuenire conceptus, quamuis verum non sit, nostrum intellectũ inter dormiendũ non operari, vt in li. 3. de anima. q. 5. art. 4. differitur, & in eodem capite indicat Nissenus. Vnde eo loco non videtur assertiuè loq.

D.Gr.Nis.

D. Augus. Soluitur vlt. arg.

Ad vltimum negat D. Aug. c. 13. lib. de Magistro, mentientes non cogitare de rebus, quas sermone proferunt; cum. n. voces edant animo significandi, necessariò significata cõcipiunt, vt proximè dictum est. Nec mentiri est ita contra mentem ire, vt verba sonent, quę mente non apprehenduntur; sed vt significent oppositum eius, quod intellectu cognoscitur verum. Itaque mentientis intellectus & verum, & falsum apprehendit; sed falsum tantum prodit. At insurges: Eo pacto mentientem contradictorios assensus simul habere. Si enim, vt quis dicat, Regem Posthumum in Africa occubuisse, oportet huius habere internam enunciationem, cum sciat, oppositum esse verũ, duas habebit contradictorias. Respondetur distinguẽdo illationem; sequitur enim, haberi duas contradictorias, alteram apprehensam, alterã iudicatam, non autem ambas iudicatas, quod solum repugnat.

Solumntur argumẽta pro sentẽtia Boetij allata.

Argumenta pro sententia Boetij, quatenus obsunt nostræ, ita diluantur. In primis asserimus, in contextu Aristotelem non modo dixisse, voces esse notas conceptuum, sed esse notas primò, vt indicaret consortiũ alterius significati. Ad primum argumentum concedendum est, voces inuentas esse in supplementum conceptuum, qui per se manifestari non possunt: sed hoc munus præstare significando immediatè res ipsas; neq; enim ita conceptus innuunt, vt eorũ tantum merito significent; vt supra dictum est. Contra quod nihil efficiunt verba Augustini.

Soluitur 1.

Soluitur 2.

Ad secũdum negandum est, vocabula rerum, quæ confinguntur, solos indicare conceptus. Quamuis enim verã rem non significent, vtpote quę nulla est, designant tamen obiectum confictum per modum veri. Illud Syncategorema [Si] & similia tãtum abesse, vt solum conceptum significent, vt, si per se proferantur, quemadmodum nullum ingenerant in audiente conceptum vltimum, ita nullum denotent in loquente. Si autem sumantur cum categoremate, significant illius conceptum modificatũ. Et cum D. Augustinus ait, significare dubitationem, in primis non loquitur de sola ea voce [Si], sed de tota oratione. Deinde vel loquitur de significatione solius conceptus, minimè negando aliam, qua significet totum aggregatum rerũ significatarũ per illas voces, & tunc verum est, per illam orationem exprimi dubitationem mentis; vel de re significata in esse obiectiuo; nam eo modo accepta est dubia propter denominationem ab actu interno. Similiter dicendum est, omnes orationes imperatiuas, & optatiuas significare res ipsas modo non enunciatiuo, vt 4. c. docebimus. Ad confirmationem negandum est, nutus significare solos conceptus. Sermocinantur enim homines cum surdis nutibus, vt ait Augustinus, c. 3. de Magistro; idq; de ijsdem rebus. Quod vel inde patet; quia surdi, cum quibus loquimur, res ipsas nutu significant, vt Zacharias Luc. 1. significauit pugillarem. Vide etiam D. Thomam in 2. dist. 12. quæstio. 1. art. 3.

D. Augus.

D. Thom.

ARTICVLVS IV.

An scripta significent, voces, & quomodo.

HAec est secunda pars prioris pronunciati Aristotelici, in qua de scriptis eædem explicandæ sunt quæstiones, quæ hactenus expeditæ sunt de voce. Videlicet, an significent vocem, & rem vtrum eadem, an diuersis significationibus? an per se existant signa, vel solum ratione vocis. Pro definitione primæ dubitationis sit primum pronunciatũ. Scripturæ & res, & voces significant. Primam partem conclusionis, etsi non expresserit Aristoteles,

Primũ pronunciatũ, scripta & res, & vocem significant.

Aristo. stoteles, suppoſuit tamẽ vt certam; quod ex illius Interpretibus hoc loco eſt manifeſtum. Et verò is tãtum eam neget, cui omnia Græca ſunt, & nihil perſcripturam percipit; in quẽ rectè cadit cenſura Catonis: Legere, & non intelligere, negligere eſt. Secundum tradit Philoſophus, Boetius, Albertus, & ceteri hoc capite, Auguſtinus 15. de Trinitate cap. 10. & de principijs Dialecticæ cap. 5. & in dialogo de Magiſtro, cap. 4. Nullus denique eſt, qui diſſentiat. Ratio optima eſt, quæ tangitur cap. 10. lib. 1. Introductionum, videlicet, qui latinas literas legunt, nec intelligunt; nihilominus vocum conceptum formant ſignum ergo eſt, literas per ſe afferre notitiam vocum.

Boet. Albert. D. Aug.

Probatur ratione.

Secundum pronunciatum ad ſolutionem ſecundæ dubitationis. Scripta diuerſis ſignificationibus repræſentant voces, & res. Probatur primò. Scriptura aliquando ſignificat vocem, & non rem; ergo eſt diuerſa ſignificatio. Conſequentia eſt bona ex ea regula. Quæ ſeparari poſſunt in re ipſa; aliquo modo diſtinguuntur. Antecedens patet in ſcriptura [Blictri] qua viſa formamus ſimilem vocem, nullam rem vlterius cognoſcendo. Secundò, ſignificatio rei eſt ſimplex in ſcriptura, vt ſtatim demõſtrabimus: ſignificatio autem vocis complexa; integratur enim ex ſignificationibus quibus ſinguli characteres denotant ſingulos vocis ſonos. Enim verò, vt nomen ſcriptum ſignificet vocem, non imponitur totum ſimul, ſed per ſingulas literas. Quod colliges ex multis capitibus. Primò. Quia, vt aliquis proferat vocem ſignificatã ab ſcriptura, ſatis eſt, ſi cognoſcat ſingulos eius characteres. Secũdo quoniã nunc poſſum fingere vocabulum ſcriptum, quod hactenus nemo excogitauit; atque adeo nec totum ſimul ad ſignificandum impoſuit: quod nihilominus ſignificabit vocẽ ſibi reſpondentem; ergo ſignificatio ſcripturæ, reſpectu vocis, coaleſcit ex ſignificationibus literarum. Tertiò, id ipſum viſitur in dictione [Blictri], quæ nunquam fuit per ſe totam impoſita; ergo ſignificatio totius orationis eſt aggregatio ſignificationum ſuarum partium ita res ſe habet in ſcriptura.

Secundum pronũciatũ ſcripta diuerſis ſignificationibus repræſentãt voces, & res.

Probatur 1.

Probatur 2.

Probatur 3.

Oppones aduerſus hoc pronunciatum. Ariſtoteles eodem modo dixit, ſcripta eſſe ſigna vocum, quo dixerat voces eſſe ſigna conceptuum: ſed voces ſignificant conceptus integrè, & non per diſtinctos articulos: ergo idem erit dicendum de ſcriptis. Et confirmatur. Si ſcripta ſolam ſignificationem partium haberent, ſignificarent voces, vt quod, & principaliter, atque conſequenter pro ipſis in oratione acciperentur. Quod eſt manifeſtè falſum.

Obiect. 1.

Huic obiectioni (qua nõnulli perſuaſi ſunt, vt ſcripturæ tribuerent ſignificationem ſimplicem, reſpectu vocum diſtinctam à ſignificationibus partium) occurres facilè, negando, Ariſtotelem conſtituiſſe omnimodam ſimilitudinem inter vocem & ſcripturam; ſed in eo tãtùm quod vtræque præter res aliud ſignificent: voces quidem conceptus: ſcriptura autem voces. Quamuis in modo ſit magna diuerſitas; ſiquidem vox nequit exprimere conceptum, niſi ſignificando rem: ſcriptura verò ſignificat vocem, etſi nullam rẽ vlteriùs indicet. Vnde ad confirmationem reſpondetur, ſcripta eſſe quidem primò, & per ſigna vocum, ſed non doctrinalia; & idcirco, cùm in oratione ponuntur, pro eis non accipi: quamuis ignari alterius ſignificationis comparatione rei, cùm ſcripturam legunt, ad voces recurrant.

Occurritur obiectioni.

Oppones ſecundò: ſinguios articulos in voce ſignificare characteres, verbi cauſa ſonum [A] hanc literam, & ſic in ceteris; ergo non poſſe è contra characteres eſſe articulorum ſigna. Reſpondetur, nullum eſſe incommodum, quòd hæc ſint mutuò ſigna. Quod non accidit integris dictionibus; ſcriptæ enim ſignificant vocales, non è conuerſo, quantumuis nobis videamur medijs vocibus in cognitionem ſcripturarũ deuenire; id enim eſt ob ſimilitudi-

Obiect. 2.

Occurritur obiectioni.

Digitized by Google

nem,non ob significationem.

Tertium pronũciatum.

Tertium pronũciatum. Scriptum significat rem per eandem significationem, qua vox, ita vt ea significatio immediatè, & quasi intrinsecè afficiat vocem, remotè, & extrinsecè scripturam. Probatur. Vox,& scriptura eadem impositione significãt: sed hæc ipsa est vera significatio; ergo est vnica. Maior probatur;quia,vt nomen scriptum censeatur impositum ad significandum, satis est, vocem,quam exprimit, significatiuam esse; si enim modo imponeretur hæc vox [Blictri] ad significandum Turcam,absque alia impositione, idem significaret eius scriptura. Ratio nimirùm est, quia scriptum eatenus significat rem, quatenus est signum vocis significantis, & in eius locum substituit,iuxta illud axioma Dialecticum [signum alicuius signi est etiam signum significati]. Atque hac de causa addidimus in conclusione, significationem esse intrinsecè, in voce,extrinsecè autem in scriptura: quia illa imponitur per se; hæc per quandam consecutionem ab impositione denominatur. Quod fortasse mouit Aristotelem,vt significationis scripturæ per ordinem ad rem nunquam meminerit.

Scriptura significat rẽ per eandẽ significationem, qua vox.

Obiect. 1. Opponens primò contra hoc pronunciatum id, quod supra indicauimus. Si eadem foret significatio vocis,& scripturæ, non rectè diuideretur signum doctrinale in illa tria membra,conceptus, voces, & scripta,siquidem posteriora duo ab vna forma denominantur. Respondetur negando illationem; ad multiplicationem enim signorum in concreto satis est multiplicatio rerum significantium:quia, vt nomina adiectiua dicantur in numero plurali, sufficit multiplicatio subiectorum, vt alibi dictum est:& fatentur cum Aristotele,qui diuidunt sanum,vt Analogũ, in varia membra; omnia enim denominantur,ab vna sanitate,existente in animali, ad quod cetera dicunt attributionem igitur, etsi doctrinalis significatio non sit triplex, tria tamen sunt significantia,hoc est, habentia significationem, & inter hæc voces,& scripta sunt analoga per attributionem vnius ad aliud,scilicèt, scriptorum ad voces.

Obiect. 2. Opponens secundò. Scripturæ hieroglyphicæ (Quibus vtebantur Chaldæi sequuti Zoroastrem eorum inuentorem, & Aegyptij inuentore Mercurio,vt author est Marsilius Ficinus in Platonem de summo bono, ca. 29. & vtuntur hodie Sinarum & Iaponiorum populi) immediatè significant res nullas indicãdo voces; ergo habẽt peculiarem significationem,& sibi intrinsecam. Respondetur,omnia illa signa, quæ afferũtur, non esse propriè scripta; sed quasdam figuras inuentas ad significandas res immediatè. Ad eum modum, quo Arithmeticorum numeri significant certam rerum summa, & Mathematicorum imagines, planetas, constellationesque repræsentãt. At nobis hoc loco, vt non est sermo, nisi de voce dearticulata, sicuti ait Albertus, & Augustinus infra citandi, ita nomine scripturæ intelligimus eam quæ coalescit ex partibus, seu literis.

Marsil. Fic.

Solutio obiectionis.

Alb. Mag. D. Augu.

In duobus conueniũt in tribus differũt voces & scripta in ratione signi.

Si præcedens doctrina recolatur, inuenientur, scripta, & voces in significando dupliciter conuenire, trifariam differre. Conueniunt primò: Quia vt voces significant conceptus,& res,ita scripturæ repræsentãt voces,& easdem res. Secundò. Vt voces pro rebus tantum supponuntur, easque doctrinaliter significant, ita scripta. Discrepant primò, quoniam vtraque significatio vocis, rei nimirum,& conceptus,est simplex; at significatio scripturæ respectu vocis est cõplexa. Secũdò. Scriptura est signũ rei beneficio vocis formaliter, hoc est,eadem omninò significatione;at vox diuersam sortitur significationem à conceptu, cũ hæc sit naturalis, illa ex instituto. Tertiò differunt. Quoniã scripta possunt exequi solũ munus significandi vocem, nullam rem simul indicando, vt patet in scriptura [Blictri] at vox nequit indicare conceptum, non significata re aliqua: cum hæc repræsentatio

sit

ſit veluti medium ad illam conſequendam, vt ſuprà monuimus.

QVAESTIO IV.

VTRVM CONCEPTVS ijdem ſint apud omnes: voces autem diuerſæ.

ARTICVLVS I.

Quo ſenſu verum ſit, conceptus eſſe eoſdem apud omnes.

Idē eſt, cōceptus eſſe eoſdem apud oēs, atq; eſſe ſigna naturalia: voces verò eaſdē, atq; eſſe ſigna ex inſtituto.

HActenus explicauimus cum Ariſt. in ſuo primo pronunciato, quænam eſſent conceptuum, vocum & ſcripturarum ſignificata: nunc, quis ſit eorum ſignificandi modus, inquirimus. Et eſt ſecundum Ariſtotelis effatum, in quo aſtruit, conceptus eſſe ſigna naturalia, voces verò ex inſtituto: hic eſt enim planus, plenuſque illius ſenſus, ſi tota hæc doctrina rectè cohæret. Nā idem eſſe apud omnes nihil eſt aliud, quàm natura ſua tale eſſe, non ex hominum arbitratu. Et è contra, non eſſe vbique idem (quod Ariſtoteles de voce protulit, & ſcriptura) ſignificat hæc ex libera voluntate eſſe ſigna. Quamuis hæc ita ſint iuxta grauiores Interpretes, & conſultam rationem, vberior tamen doctrina poſtulat, vt vtramque huius pronunciati partem accuratius examinemus. A prima igitur, quę ad conceptus pertinet, exorſi ita obijcimus.

Obiect. 1. q cōcepti' non ſint ijdē apud omnes.

Cum Philoſophus ait, conceptus eſſe eodem apud omnes, vel intelligit, ab omnibus hominibus eoſdem formari conceptus de eadem re, vel eum, quem quilibet apud ſe parit, omnib. inſeruire poſſe ad illius rei cognitionem: ſed vtrumque eſt falſum; ergo, &c. Probatur minor quò ad primam partem: De eadem re nō modo fingūtur diuerſi conceptus à diuerſis hominibus, vt videre eſt in ruſtico, & Mathematico, quorum vnus apprehendit ſolem maiorem tota terra, alter minorem rota plauſiri; non modò, inquam, diuerſi; ſed etiam oppoſiti: cùm de vna propoſitione plerique contraria opinentur. Quò ad ſecundam partem probatur, quia conceptus ab vno formatus, cum ſit accidens, nequit migrare in mentem alterius; ergo non poteſt alteri repræſentare. Imò, tametſi transferetur à Deo, nihilo magis inſeruiret alteri ad cognitionem; quoniam, vt nemo viuere poteſt per alterius vitam, ita nec intelligere per alterius conceptum.

Explicatē obiectio, & ſupponitur, conceptū eſſe imaginem obiecti.

Ad explicationem huius dubitationis eſt ſupponendum ex ſupra dictis, conceptum perinde, ac ſpeciem intelligibilem, eſſe imaginem ad viuum exprimentem ſuum obiectum; ad illudque referri tranſcendentaliter, tanquam ad menſuram, & exemplar ſui eſſe; quæ verò ita referuntur, per ſuammet eſſentiam, & naturam tendunt in terminos: cum autem rerum eſſentiæ mutari non poſſint, fit conſequenter, vt huiuſmodi conceptus vbiq; retineant ſuam repræſentationem, & per eam ducant potentiam in cognitionem obiecti. Et hæc eſt præcipua ratio, qua interpretes hoc loco probant, conceptus eſſe eoſdem apud omnes: In ea tamen, vt firmior ſit, duo examinanda ſunt. Primum, an omnibus in vniuerſum conceptibus conueniat eſſe ſuorum obiectorum imagines, an quibuſdam tantum? Secundum, an conceptus conſtituantur in ratione ſignī per illum tranſcendentalem reſpectum formaliter: vel ſolum fundamentaliter.

Dubitatur an cōcept' negationū, entium rōnis, & figmentorū ſint eorum imagines.

Quod attinet ad primū, inter Philoſophos, qui opinantur, conceptus eſſe obiectorū imagines (à quib. pauciſsimos excipio) hoc certum, ratumq. eſt, conceptus purè ſpeculatiuos entitatum realium eſſe veras earum imagines, & ſimilitudines eſſentialiter dependentes ab eiuſmodi rebus. Quoniam, ſi illa ſententia alicubi vera eſt, in his maximè, vbi nulla apparet ratio difficultatis. Verùm non ita philoſophandum eſſe de conceptibus negationum, entium

Digitized by Google

rationis,& figmentorum,imò & arte factorum, sic quispiam suadebit: Id,quod nullam habet entitatem,nequit exprimere veram,& realem sui imaginem in aliquo genere causæ, sed cõceptus,vt sit vera alicuiusimago,ab eo exprimi debet;ergo nullus cõceptus est imago non entis: atqui negatio, ens rationis, & fictitiũ sunt non entia; ergo vel eorum non sunt conceptus,vel si qui dantur, à ratione imaginis lõgè absunt. Maior huius discursus probatur à D. Thom. q. 1.de veritate,art.8.quia id,quod non habet in se formam,nequit eam alteri impertiri. Minor est D.Aug.lib.5. q.super Deut.q.4.& lib.83.quæst.q. 74.existimantis,imaginé natura sua ducere originem ab eo,quod repræsentat. Vnde acceperunt Durandus in 1.dist.4. q.1. Aegidius art. 1.q.2. & 3. de ratione imaginis esse, quòd ab alio sit expressa effectiuè,vel exẽplariter. Quibus consentire videtur Henricus Quodlib.4.q.2. Idem probari potest in conceptibus practicis; cum enim sint causæ arte factorum, minimè possunt ab ijsdem arte factis regulari, ne in eodem genere sint sibi mutuò causæ; quòd si non regulentur, nec arte factorum imagines erunt; vt manifestè sequitur ex posita ratione de entibus negatiuis: & dixit expressè D. Thomas 4.contra Gentes,cap.14. Ex his facile colligitur, quod in hac dubitatione etiam intendimus, non omnes conceptus essentialiter referri ad eorum obiecta.

D. Thom. D.Aug. Durand. Aegid. Henric. D. Thom.

Defenditur pars affirm. dubitationis.

Tametsi hæc pars probabilis sit, maximè ob eorum, quos retulimus, autoritatem. Opposita, quæ asserit, omnem conceptum esse imaginem sui primarij obiecti, illudque transcendenti habitudine respicere, nobis videtur probabilior, & communior,supponendo cum Ferrar.1.contra Gẽtes,c.71. Capr.1.d.39.q.1. art. 3.Soncin.10 Metaphys.q.16.& alijs (quod non est huius loci disputare) negationem,& ens fictum habere in intellectu proprium cõceptum. Pro ea efferri possunt penè omnes Autores, cum absolutè dicunt, præeunte Arist. 1.de Anima, omnem nostram cognitionem fieri per assimilationem intellectus ad obiectum cognitum, quod expressit Henricus in summa,art.1.q.5.

Ferrar. Capreol. Soncin. Henric.

Et probatur. Vnius potentiæ vnus est operandi modus, vt argumentatur Scotus in 1.d.2.q.7.ergo,si intellectus cognoscit entia positiua producendo in se eorum repræsentatiuos cõceptus;eadem ratione cognoscet cetera, etiam negatiua. Et cõfirmatur. Quia intellectio, vt supponimus,est actio productiua cõstituens rem præsentem intellectui,non inesse reali, sed intentionali: atqui non apparet alius modus constituendi obiectum intentionaliter præsens, quam per eius imaginem. Alioqui si intellectio producta alia qualitate non repræsentatiua potest efficere rem præsentem, quorsum adigimur ad inuehendas imagines, & interna idola,quæ tãto labore tuemur? Quod enim aliqui Recentiores dicunt, cõceptus negationũ esse illarum similitudines,nõ imagines,(opinati scilicet, imaginé angustius patere, quã similitudinẽ, quia præter repræsentationem, qua similitudo contenta est,exigit,vt exprimatur abeo.cuius est imago)etsi verum sit,nihil efficit: quia, vt mox dicemus, conceptus exprimuntur à negationibus. Præterea, quoniam similitudo in repræsentando nulla in re ab imagine differre potest.

Scon. Stabilitur ratione.

Soluitur prior pars argumenti in oppositum facti.

Quare ad rationem in oppositum negamus maiorem propositionem. Ad probationem dicimus, eundem, D.Thomam,loco citato ad 7.admittere, negationem aliquo modo esse exemplar suæ cognitionis. Vbi ostẽdit, se priori loco fuisse locutum de communicatione effectiua:hęcenim tribui negationi non potest. Vnde ad ratione,qua vtitur, patet,respondendum esse, illud intelligi in causa effectiua; non verò in exemplari. Quam non est maius incommodum influere, verum esse, tametsi non sit positiua, quam causam finalem, de qua nõ est dubium, quin habeat reales effectus, esto,sit rationis, vel negatiua.

Digitized by Google

gatiua. Nimirum hæ cauſæ finales, & exemplares habent influxum paſſiuum, aut quaſi paſſiuum, qui non oportet, in re ſupponat aliquam entitatem realem. Admittimus igitur ſine examine, imaginem debere exprimi, ſaltem formaliter extrinſecè, ſeu exemplariter à ſuo repræſentato: negamus verò, non ita exprimi à negatione.

Soluitur 2. pars argumẽti in oppoſitũ allati.

Ad aliam partem eiuſdem argumenti de conceptibus practicis facilè reſpondent, qui exiſtimant, arte facta quò ad exiſtentiã accipere eſſe ab arte, & exemplari creato: quò ad eſſentiam verò præſupponi. Nimirum fatentur, conceptum practicum non pendere à re quò ad eius exiſtẽtiam: at ſecundum eſſentiam in eandem non tendere reſpectu eſſentiali, vt veram arte facti imaginem, & exemplatam, inficiantur. Eſt conſequens hęc ſententia ad eam, quę tra-

2. Phyſ. ditur in 2. Phyſic. & docet, res creatas nõ pendere ab ideis diuinis practicis, quò ad ſuas eſſentias, ſed quò

D. Thom. ad exiſtentiam: nam ex mente D. Thomæ quæſt. 16. artic. 1. & aliorum Autorum, ita ſe habent arte facta ad mentem humanam, vt naturalia ad diuinam.

SECTIO ARTICVLI.

DISQVIRITVR, AN CONCEPTVS conſtituatur formaliter ſignum per relationem ſuperadditam.

HAec eſt ſecũda dubitatio in hoc articulo propoſita, quam de induſtria remiſimus in hunc locum ex quæſtione prima de eſſentia ſigni; vbi definita videbatur, cum oſtendebamus, formalem rationem ſigni in

Proponitur pars affirmatiua, & roboratur argumentis. communi haud conſiſtere in relatione. Eſt nihilominus ſpecialis diſceptatio de conceptu ex ijs, quę proximè diſputauimus, expedienda. Igitur conceptum nõ eſſe formaliter ſignũ per eſſentiam ſuam, & reſpectum eſſentialem ad obiectum, ſed per relationem ſuperadditam, docet Caiet.

Primò. Caiet. Scotus. 1. p. q. 28. art. Scotus Quodlib. 13. art. 3. quamuis non ita expreſſe. Aegidius in 1. d. 27. q. 3. & alij. Probatur primò. In ſcientia eſt relatio ſecundum eſſe ad obiectum; vt ex Prędicamentis patet; & in Metaphyſica demonſtrabitur; ergo habet relationem ab entitate ſua diſtinctam; atqui hæc ſcientia præſertim eſt actualis conceptus; ergo quamuis conceptus habeat reſpectum tranſcendentalem ad obiectum, non reſpuit realem relationem. Et confirmatur. Quia relata tertij generis (quæ aut omnia, aut penè omnia ſunt tranſcendentia) præter entitatem fundant realem relationem. Quam expreſsè concedit D. Thomas in 1. d. 3. quæſt. 4. art. 2. ad 4. in Materia prima per ordinem ad formam ſubſtantialem. Secundò. Verbum diuinum eſt ſignum creaturarum non minus proprium, quam noſter conceptus ſui obiecti; ſed dicitur earum ſignum per relationem rationis: vt docet S. Tho. 1. p. q. 34. art.... ergo idem erit dicendum de noſtro verbo mentali, ſiue conceptu.

Aegid. D. Thom. Secundò. D. Thom.

Aduertitur quæ ſit relatio ſigni naturalis.

Ad ſolutionem huius dubij ſupponendum eſt ex prima quæſtione, relationem ſigni naturalis in rebus creatis non eſſe ſpecialem relationem ad hoc munus à natura deſtinatam, & à quauis alia diſtinctam; ſed perpetuò coincidere cum alijs relationibus cauſæ, vel effectus, aut ſimilibus, aduenireque illi denominationem ſigni ex aptitudine ad pertrahendum potentiam cognoſcentem in notitiam alicuius rei. Deinde rationem formalem ſigni compleri per id, quod eidem ſigno eſt ratio promouendi potentiam ad rem cognoſcendam. Quod ibidem probatum eſt ea ratione, quia id perficere debet rationem ſigni, quod eſt ratio cognoſcendi, hoc verò appellamus cauſam cognoſcendi.

Aduertitur 2. per quid compleatur ratio formalis ſigni.

Quibus præſuppoſitis ſolum de nomine videtur eſſe præſens dubitatio. Certũ quippe eſt, conceptus admittere relationem tertij generis ad obiectum (ſi illud genus relationis cum Ariſtotele admittatur) idque oſtendunt rationes factæ pro prima ſen-

Pars neg. aſſeritur, & explicatur.

sententia. Verum eam relationem esse formalem rationem signi nullo pacto conficiunt. At neq; ex, neque aliæ cõficere possunt; quoniam prędicta relatio, etsi conueniat conceptui, nullo modo est necessaria conducitve ad repræsentationem: hæc enim perfecta est in imagine, quæ omnem antecedit relationem. Atq; hæc sit responsio ad primam rationem alterius partis concessa nimirũ ea relatione negare, eam pertinere ad rationem signi, cum ad omnem habitudinem significandi sufficiat transcendentalis respectus.

Solvitur 1. ratio in oppositũ.

Ad secundam negandum etiam est, verbum Diuinum dici signum à relatione rationis: si verum est fundamentum superius iactum: Quod forma signi est ea, quæ est ratio cognoscendi significatum; nam Verbum Diuinum non repræsentat Patri creaturas mediante relatione rationis, sed per suammet substantiã, & intrinsecam repræsentationem: quare ab eadem signum constitui debet. Instabis: Signum esse respectiuum ad significatum; ergo vel includere respectum essentialem, vel ascititium: Verbum Diuinum non potest habere essentialem; ergo includet formaliter, qua signum, respectum rationis. Respõdeo primò: Maiorem esse veram respectu primarij obiecti, non autem respectu secundarij, creaturas verò esse secundarium obiectũ Diuini Verbi; quare, vt dicatur earum signum, sat esse, quod in primario obiecto, Essentia nimirum Diuina, eas repræsentet. Respondeo secundò negando, signũ secundùm se includere respectum ad significatum: sed hoc solũ, quòd vim habeat illud manifestandi. Cuius exemplum est etiam in rebus creatis; nam fumus haud dicit relationem transcendentem ad ignem, sed naturam absolutam talem, vt possit ignem manifestare; licèt ergo signum formale creatum habitudinem transcendentem habeat ad obiectum, non erit hoc exigendum in omni signo formali, etiam diuino, siquidem non vendicatur à communi ratione signi, nec à ratione specifica signi formalis, nisi tantùm creati. Plura de hac re locus auersatur.

His vtcunque expeditis, ad argumentum initio articuli positum respondet Boetius, Philosophum intelligere, conceptus esse eosdem apud omnes priori modo: hoc est omnes formare similes conceptus de vna re. Quem D. Thomas exponit de conceptibus simplicibus; nam propositiones constat apud varios esse omninò discrepantes. Verùm Scotus hic q. 3. limitationem D. Thomæ non admittit: & meritò, vt ostendit impugnatio de conceptu solis in argumento posita: nisi D. Thomas intelligat, ab omnibus formari eosdem conceptus simplices, si omnia sint paria; at hoc modo etiam propositiones sunt eædem, quod impugnat. Quamobrem posteriori modo accipienda est mens Philosophi, videlicèt, conceptus natura sua habere vim significandi, vt, vbicunq. ponantur, idem repræsentent: quod nõ habent voces; & scripta, cum quibus Aristoteles conceptus comparauit. Ad improbationem huius partis respondetur iuxta mentem Scoti, propositionem Philosophi non esse absolutam, sed conditionatam; ad hunc modum. Conceptus eiusmodi est, vt, in cuiusuis mente ponatur, idem semper repræsentet. Ad cuius veritatem nihil refert, an conceptus vnius trãsferri possit in mentem alterius, necne. Qua de re in Metaphysica differemus.

Respondetur argumẽto initio articuli facto. Boetius. D. Thom. Scot.

ARTICVLVS II.

QVO SENSV VERVM SIT, *Voces non esse easdem apud omnes.*

DOcuimus ad initiũ huius quæstionis cum primis Aristotelis Interpretibus, idem valere, voces non esse easdem apud omnes, ac non habere ex se vim significandi, sed ex hominum arbitratu: vel certe illud ex hoc sequi; nam, quia voluntas ho-

Suadetur, voces naturaliter significare.

hominum imponentium vbiq. eadem non est, ideo voces impositæ eædem esse non possunt. Sed neque antecedens, nec consequens huius doctrinæ vera esse videntur, hoc est, nec voces omnes videntur ex impositione significare, nec si ita significent, sequitur, easdem non esse. Illud

Primò. multis modis ostendi potest. Primò

Arist. ex Authoritate Aristotelis 1. Politicorum, cap. 2. vbi ait, sermonem esse homini naturalem, eò quod suapte natura sit animal sociabile. Idem sen-

Heraclit. Cratil. tiunt Heraclitus, & Cratylus apud Platonem. Ipse verò Plato ita eorum sententias improbat, vt fateatur, significationem vocum hab ere fundamentum in earum natura, perfici verò humana voluntate. Philo

Phil. Iud. Iudæus lib. de somnijs ait, sicut hinnitus est proprius equi, & latratus canis, & mugitus bouis, ita sermonem esse hominis.

Secundò. Vnde secundò idē probatur, quod natura cōcessit brutis animantibus, homini denegare non debuit; esset enim præposterus naturæ ordo; sed animantibus concessit voces naturaliter significantes; ergò & hominibus. Minor est Aristotelis 7. Poli-

Arist. ticorum capit. 2. D. Augustini 2. de

D. Aug. doctrina Christiana, cap. 2. & ostendit exemplo galli gallinacei vocantis reperto cibo gallinam: & columbi gemitu allicientis columbam; est

D. Thom. D. Thomæ hoc loco, lection. 2. vbi concedit, brutas animantes non modò res significare per voces, sed suas etiam cōceptiones. Certè nisi sermo hominibus esset à natura, non posset Attis filius Crœsi ab ortu mutus, cùm videret militem stricto gladio irruentem in patrem prorumpere in eam vocem. Miles ne occide Crœ-

Plinius. sum, quod narrat Plinius lib. 7. na-

Solinus. turalis Historiæ, cap. 24. Solinus c. 7.

Gellius. Polyhistoron. Gellius lib. 3. Noctiū Atticarum cap. 9 Quoniam mutus à natiuitate surdus est: at surdus non potest per doctrinam voces addiscere. Non est minus memorabilis hi-

Herodot. storia, cuius meminit Herodot. lib. 1. non longè à principio, de duobus pueris inter pecudes iussu Psammitichi Aegyptiorum Regis ea arte educatis, vt humanam vocem non audirent, hi cum post biennium primum homines vidissent, beccos, hoc est apud Phryges panem, proclamarunt, quo facto creditum est, esse illos homines mortalium antiquissimos, quorum vox à natura esset expressa.

Tertiò. Sermo primorum parentum non potuit ex impositione esse: aut enim ambo concurrerent in ea impositione, aut solus Adamus; si ambo, quibus vocibus mutuum cōsensum explicuerunt? si ex instituto significantibus, de illis redit eadem quæstio; si naturaliter, habetur institutum; si solus Adamus, quomodo Euę indicauit tot vocum impositionem, & quo tempore? longum enim exigebatur; fuit ergo eius sermonis significatio merè naturalis. Et confirmatur, quia Scriptura Genes. 2. docet, nomina ab Adamo animalibus impositа esse eorum propria, & quodcunque vocauit Adam animæ viuentis, hoc ipsum est nomen eius; nomen verò, quod sola impositione significat, non potest rei proprium appellari. Idem dici potest de illo sermone, quem Deus concessit hominibus turrim Babel ędificantibus. At hæc probant, falsum esse illud antecedens, quod voces significent ex instituto.

Tertiò.

Quartò. Quod tametsi verum esset, nō videtur rectè consequi, vt voces non sint vbique eædem, & sit quartum argumentum. Essentia rei vbique est eadem; sed vox significatiua, essentialiter est significatiua; ergo vbiq; est eadem, & significat omnia sua significata. Maior, & consequentia patent. Minor declaratur. Vox per impositionem accipit significationem; omnis autem forma in subiecto existens necessariò causat suum effectum formalem, ergo, postquam semel significationem accepit, necessariò est significatiua, & quod consequens est, apud omnes idem significat.

Quartò.

Voces bifariā sumi possunt.

Dicendum nihilominus est, verissimā esse Aristotelis suppositionem.

Pro

igitized by Google

Pro cuius maiori explicatione notandum eſt, voces bifariam ſpectari poſſe. Primò, vt ſunt quædam naturales qualitates, videlicet ſoni, qui ab aliqua cauſa in ſua productione pendent. Secundò, vt accipiuntur ex libera voluntate ad hoc, vel illud ſignificandum; & vtroque modo eſſe ſignas; primo quidem modo naturalia, quemadmodum ceteri effectus ſunt ſigna ſuarum cauſarum, & quò ad hoc pares ſunt voces brutorum, atque hominum, vt docuit Magnus Albertus tract. 2. cap. 1. quemadmodum enim hinnitus, quia peculiari modo editur, ſignificat equum, & mugitus bouem, ita ſermo humanus ob dearticulationem, quæ non poteſt habere aliud principium, quam rationem humanam, repræſentat hominem, vt effectus ſuam cauſam, & hac ratione eſt idem apud omnes. Secundo modo ſunt voces ſigna ex inſtituto. & apud eos tantum ſignificant, quibus innotuit impoſitio.

Alb. Mag. Voces pro ſono ſumptæ ſũt naturalia ſigna, at pro ſignificatione ex inſtituto.

Obiectio. Dices, & nonnullos brutorum ſonos, & aliquos iam humanos, vt riſum, & gemitum præter cauſam producentem, ſignificare rem aliam, vt lætitiam, vel dolorem; & in brutis præterea res externas, vt vox galli repertum oſtendit cibum, & ſimilia; & tamen has ſignificationes nõ eſſe ex impoſitione; ergo dari ſignificationem naturalem in vocibus, quæ non ſit ſignificatio effectus, reſpectu ſuæ cauſæ.

Solutio. Reſpondemus, hanc ſignificationem in brutis, & in hominibus, dum ex naturę inſtinctu operantur, reducendam omninò eſſe ad ſignificationem effectus; nam hæc omnia ſignificata ſunt affectus interiores naturaliter impellentes animal ad proferẽdos eiuſmodi ſonos: ex affectu enim ea ſequitur motio in ceteris facultatibus exequentibus, & ſonum cauſantibus, vt nõ poſſint aliter, quam eo modo ſonum edere, vt patet in eo, q̃ inuitus ridet. Itaq; vt talis ſonus indicat tale animal, vt illius cauſam, ita ſonus certo quodam modo variatus cauſam taliter affectam; v. c. vox à gallo edita, cum cibum reperit, non ſignificat cibum inuentũ, ſed lætitiam appetitus, quæ ad emittendum illum ſonum alios vllo intuitu ſignificandi cibum compellit: quod manifeſtè docuit Arist. in 7. Politic. c. 2. cum dixit, brutorum voces ſolum moleſtum, & iucũdum ſignificare. Dixi, hanc ſignificationẽ in vocibus naturalibus humanis eſſe ſimpliciter repræſentationem effectus cõparatione ſuę cauſę, quia, vt annotauit S. Tho. 1. 2. q. 50. art. 3. homo dupliciter vtitur viribus ſenſitiuis: vno modo ex inſtinctu naturæ, alio ex imperio rationis, & propter hunc ſecundum operandi modum nonnunquam vtitur illis ijſdẽ vocibus de induſtria ad ſignificandũ dolorem, vel lætitiam, non vt cauſas, ſed vt obiecta ſignificata. Arist. D. Thom.

His breuiter annotatis. Ad primũ argumentum initio propoſitum negandum eſt, voces non ſignificare ex inſtituto. Ad locum Arist. reſpondetur, eodẽ ſenſu dixiſſe, ſermonem eſſe hominibus naturalem, quo 2. capit. eiuſdem lib. dixit, ciuitates à natura eſſe, non quod natura, abſq; humana induſtria, eas extruxerit, ſed quia natura hominis procliuis ſit ad ſocietatem vitę, in quem finem ciuitates extruxit. Igitur quia homõ natura ſua animal ſociabile eſt, & in ſocietatem venire nõ poteſt, niſi ſermone vtatur, dicitur ſermo ei naturalis. Nõ eſt diuerſa reſponſio Aegidij Quodlib. 1. q. 16. cum ait, idcirco voces homini naturales dici, q̃a eas articulare, & inuicem communicare ſoli humanæ naturæ contingit. Eadẽ videtur eſſe ſententia Platonis, cum ait, vocum ſignificationem habere fundamentum in earum natura, niſi loquatur de quibuſdã vocibus, quæ dicuntur per Onomatopœiam, vt ſibilare de ſerpentibus, coaxare de ranis, vt eũ interpretatur Marſilius Ficinus in Cratilo; nec diſſentit Ariſtot. in 7. Polit. Quo ſenſu interpretandus ſit Philo Iudæus, patet ex annotatione, vbi confeſſi ſumus, aliquo modo ſermonem dici homini naturalem. Arist. Soluuntur argumẽta initio pro poſita. Primi argumẽti enodatio. Aegid. Marſil. Ficin. Arist. Phil. Iud

Ad ſecundum argumentum negamus cum Magno Alberto, non fuiſſe Secũdi argumẽti enodatio. Alb. Mag.

fuisse concessas hominibus suas voces affectus naturaliter indicantes, quemadmodũ brutis: licet hęc plures acceperint à natura voces, quam homines, quod humanæ dignitati non derogat; nam homo artem, & rationem accepit, quibus sermonem sibi potuit comparare, bruta nisi à natura accepissent, haud voces ad significandum instituissent. Similis ratio assignatur à Galeno lib. 1. de vsu partium, c. 2. & latè explicatur in lib. 2. de generatione, c. 8. q. 3. art. 2. cur natura ceteris animantibus arma vestesq. procurarit, hominẽ verò quasi è naufragio inermem, spoliatũ proiecerit. Quod affertur ex D. Tho. brutorum voces explicare aliquo modo ipsorum conceptiones; intelligendum est de significatione secũdaria, & consecutiua; nam illæ voces directè solum significãt molestum, & iucundum, vt docuit Aristoteles; bruta verò, cum edunt vocem ex affectu doloris, non apprehendunt dolorem; Ergo neque vox significat eius apprehensionem, nisi per circuitum, quatenus brutum apprehendit doloris obiectum. Attis (si vera est historia) mutus ad illud vsque tempus extitit, non surdus; quocirca etsi voces non efferebat, addiscebat tamen, & earum tenebat significatum, alioqui nisi audisset, formare vocem non posset. Quod adeò verum est, vt Aristoteles 4. lib. de historia animalium c. 7. doceat, nec ipsas aues modulatè canere posse, nisi inter eas alantur, quarum audiant, addiscantq. vocem.

Galen.

Quo sẽsu dixit D. Th. brutorum voces explicare eorum cõceptiones.

Vt verò pateat, quomodo Attis tunc primum loqui potuerit, est sciendum, neruos administrãdis sensationibus necessarios oriri ex cerebro; sed non omnes initio statim esse disiunctos: nam nerui descendentes ad auditum coeunt in vnum truncum cum ijs, qui munere loquendi funguntur. Vnde fit plerumque, vt qui muti sunt, etiam fiant surdi, quia læsio contingit initio, vbi nerui sunt viniti; fieri tamen potest, vt impedimentum locutionis sit in lingua, quo in euentu, etsi quis mutus sit, non erit surdus, & ob vehementem passionem tantum adhibebit conatum, vt dissoluat impeditæ locutionis vinculum, quod existimamus Crœsi filio contigisse. At surdus nemo est à natiuitate, quin sit mutus, vt docet S. Thom. de sensu, & sensili, cap. 2. vel, quia læsio fit initio neruorum, vt diximus, vel quia surdus nunquam didicit vocem formare, & multo minus eius significationem percepit, quæ ratio est Alexand. lib. 1. Problematum quæst. 133. Vnde etiam patet, quam fictitium sit, quod affertur de pueris inter pecudes educatis; casu enim protulerunt sonum confusum similem vocibus caprarum, quem Phryges ambitiosè interpretati sunt, cum tamen primi homines non fuerint, vel, si vox exitit formata, Dæmonis inuentum fuit, ad homines illudendos; fortasse enim eo consilio iussit Psammetichus pueros extra humanum commercium educari: quo idem nostra ætate, anno scilicet 1596. fieri iussit Rex Achebar Magni Tamerlani pronepos, vt cuius gentis linguam puer ita educatus, natura duce loqueretur, illius fuiciperet fidem: at non permisit Deus Optimus Maximus, tantum principem, apud quem tunc temporis fidei propagandæ causa, nostræ Societatis homines versabantur, in errorem adeò periculosum prolabi; itaq; nullum prorsus verbum locutus est, qui ita educabatur.

D. Thom.

Alexand.

Memorabilis nostræ ætatis historia.

Nerui sensationibus administrantes oriuntur ex cerebro.

Ad tertium dicendum est, vtriusque illius sermonis Autorem fuisse Deum, qui non modo voces imposuit, sed earum notitiam in mentes hominum infudit; vt de sermone primorum parentum docet Augustinus, lib. 8. de Genesi ad literam, cap. 16. & Abulensis in 13. cap. Genes. quæst. 341. De linguis verò in turri Babel concessis speciatim id docet Caietanus eo loco, qui addit, hoc factum esse à Deo, vt tam naturalium, quam artificialium Autor cognosceretur. Vnde etiam verisimile est, omnium Idiomatum, quæ simpliciter diuersa sunt, Autorem

Tertij argumẽti enodatio.

D. Aug. Abulens. Caietan.

Digitized by Google

rem fuiſſe Deum, qui creditur in 72. linguas eo loco homines diuiſiſſe. Ad illud, quod ſubditur de impoſitione nominum animalium facta ab Adamo, variæ ſunt Doctorum interpretationes, inter quas duæ præcipuæ. Vna, dici ea nomina propria animalium, quia in modo proferendi cohærebant cum animalium natura & proprietatibus, vt, quæ ſignificabat leonem, maieſtatem præ ſe ferret, atque terrorem: quæ Philomelam, ſuauitatem. Secunda verior, ſignificaſſe Moyſem illis verbis, ijſdem nominibus appellaſſe Adamum animalia in orbis conditione, quibus ea ſuo tempore Hebræi nuncupabant.

Ad quartum argumentum reſpon
1. Solu. 4. arg. detur primò, Ariſtotelem non loqui de voce ſignificatiua cum reduplicatione, qua ſignificatiua eſt, ſed de voce ſimpliciter: & aſſerit hanc non eſſe eandem, id eſt, non habere vnam ſignificationem apud omnes. Secundò reſpondetur in forma conceſſa maiori, diſtinguendo minorem: ſi enim velit, vocem ſignificatiuam eſſentialiter eſſe talem, vbi ſignificat, concedenda eſt; ſi autem contendat, vocem vbique ſignificatiuam eſſe, neganda; quoniam, vt ſupra notauimus ex D. Auguſtino lib. de Magiſtro, & docet Scotus in 4. diſt. 1. q. 5. ſignum ex inſtituto non eſt ſignificatiuum, niſi vbi eſt notitia de illius impoſitione. Ad probationem illius minoris dicendum eſt, vocem per impoſitionem non accipere aliquid intrinſecum, quod ſecum deportet, ſicut papyrus accipit albedinem, ſed impoſitionem manere in ſola hominum exiſtimatione: quamobrem apud eos tantum cenſebitur impoſitionem habere, qui illius habent cognitionem.

Secunda eiuſdē ſolutio.

D. Aug. Scotus.

QVÆSTIO V.

VTRVM IN NOSTRO intellectu ſint aliqui conceptus veri, vel falſi; alij veritatis, & falſitatis expertes.

ARTICVLVS I.

De qua veritate & falſitate Philoſophus hic loquatur.

NOn poſſumus tertium Ariſtotelis pronunciatum explicare, niſi veritatis naturam, & ſubiectum, quo ad Logica ferre poteſt, explicemus. Initio igitur ſuppo
D. Tho. nendum cum D. Tho. hoc loco lect. 3. omnem veritatem eſſe habitudinē inter rem, & intellectum; quia, vt autor eſt Ariſtoteles lib. 6. Ethic. cap. 3. Ariſt. ita ſe habet verum ad intellectum, vt bonum ad voluntatem, quare, vt nullum eſt bonum, niſi per ordinem ad voluntatem, ita nullum eſt verū, niſi per reſpectum ad intellectum. Porrò bifariam ſe habere poteſt res aliqua ad intellectum; Vno modo, tanquam menſura eius cognitionis, quæ eſt in intellectu; quo pacto res naturales ſe habent ad noſtram cognitionem; altero, vt menſuratum per cognitionem, & hac ratione affectæ ſunt res omnes creatæ ad intellectus diuini artem, tales enim ſunt, quale ars diuina præſcripſit. Hinc orta eſt communis diuiſio veritatis, in veritatem rerum, & veritatem cognitionis: quarum prima, quæ omnes peruadit res, tranſcendens etiā appellatur, & eſt entis paſſio. Secunda vocatur à D. Thoma, & alijs Philoſophis veritas complexa, ab alijs formalis. Diſputatio de veritate trā ſcendenti eſt propria Metaphyſicæ. Nobis hoc loco tantum erit ſermo de veritate cognitionis, quæ definitur, conformitas inter intellectum, & rem; ſcilicet tunc intellectus verè cognoſcit, cum rem percipit, ſicuti eſt. Huic veritati opponitur falſitas, (cuius etiam hic meminit Ariſtoteles)

Quid ſit veritas.

Veritas diuiditur in veritatem rerum, & cognitionis.

Quid ſit veritas cognitionis.

Quid ſit falſitas cognitionis.

D. Thom. Ariſt.

Digitized by Google

les) & est difformitas intellectum, & rem cognitam; eius explicatio ex declaratione veritatis sumi potest, & posteà manifestius tradetur.

Quamuis, vt certum assumamus, veritatem cognitionis esse habitudinem intellectus cognoscẽtis ad rem cognitam, adhuc manet in certum, quidnam sit ea habitudo, relatione, an absolutum: item, an cernatur in ipsa formali cognitione ad rem cognitam, vel in re vt cognita ad se ipsam, vt est in rerum natura? & ab hac secunda duibitatione, à qua prima dependet, exordiendo, est prima opinio Durandi in 1.d. 19. q. 5. Heruæi Quodlib. 3. q. 1. artic. 2. & 3. Iaduni 6. Metaphys. q. 2. accedit Sõcinas ibid. q. 16. qui saltem eam iudicat probabilem. Hi existimant, veritatem non esse conformationem formalis conceptus intellectus ad rem cognitam, sed eiusdẽ rei, vt cognita est ad se ipsam, vt est in esse reali, seu quod idẽ est, veritatem esse conformitatem cõceptus obiectiui cum re ipsa. Probãt primò: Intellectus cognoscens non dicitur conformis obiecto, quia ita se habet cum formali cognitione in essendo, vt res quam cognoscit, vt manifestum est: sed quia res ita ab eo apprehenditur, vt est in se: ergo tota comparatio fit inter rem in esse cognito, & eandem in esse reali.

Durand. Heru. Iaduni. Soncin. Sententia afferens veritatem esse conformitatẽ rei cum seipsa. Probat 1.

Secundò. In eo est primo veritas, quod significatur à vera enunciatione vocali, sed enunciatio significat obiectiuam propositionem, ipsa autem solum denominatur vera tanquam eius signum: ergo veritas est in conceptu obiectiuo. Quod si respondeas, enunciationem vocalem non solum esse signum obiecti, sed etiam mentalis enunciationis, & ab ea fortiri posse veritatem; in primis assumis, quod omnes non probant: deinde conficiam idem argumentũ in mentali, nam mentalis quoq; est signum obiecti: ergo, si vera dicitur, hoc habet, quia significat obiectum verum, asserente Aristotele in 8. cap. huius libri, orationem esse verã, aut falsam, quia res est, aut non est. Et confirmatur, quia obiectum intellectus est verum; sed obiectum supponitur cognitioni; ergo veritas prius est in obiecto. Confirmatur secundò, quia intellectus, quando formaliter iudicat, propositionem esse veram, non reflectitur in suum actum, sed comparat rem cognitam cum eadem, vt est in se; ergo formalis veritas est in obiectiuo conceptu.

Probat 2. Aristot.

Opposita sententia est communis, & simpliciter approbanda; eam tradit D. Augustin. 15. de Trinitate, c. 11. asserens, veritatem esse in verbo interno. D. Tho. hoc loco dict. 3. & 1. p. q. 16. art. 1. & 1. contra Gentes, c. 60. & Ferrariensis ibidem, Aegidius Quodli. 4 q. 7. Albertus Mag. tract. 2. in hunc librum, cap. 2. Soncin. 6. Metaph. q. 17. Caietan. qui adeo certam hanc opinionem existimauit, vt probationem non adhibuerit. Possumus tamen eam probare primò ex Arist. quem Albertus Magnus tract. 2. cap. 3. existimat, animo significandi hanc partem dixisse in hoc capite verum esse in compositione; compositio. n. propriè dicitur de mentali, in qua, inquit Albertus, est veritas, vt relatio in relatiuo: Et sanè id voluisse Aristotelem, non dubitabit, qui attentè legerit hoc caput; vbi cum negat, vel affirmat, in vocibus esse veritatem, semper eas subordinat conceptibus formalibus.

2. opin. docet, veritatem in ipsa formali cognitione esse. D. Aug. D. Thom. Ferrar. Aegid. Albert. Soncin. Caiet. Arist. Alb. Mag. Probatur autoritate.

Secundò, ratione desumpta ex propria, & vniuersali ratione veritatis, quæ est cõformitas intellectus, & rei significatæ; nam eiusdem ad se ipsum non est conformitas, sed identitas, vt docet S. Thomas, quæst. 7. de veritate, artic. 3. & fatentur Aduersarij: at res cognita si apprehendatur, vt est in se, omninò est eadem secum; ergo non potest denominari eo modo vera, sed eadem. Explicatur Minor; quando res cognoscitur, vt est in se (quod præsertim fit in notitia intuitiua, cuiusmodi est ea, qua papyrum hanc intuemur, & qua beatus Deum contemplatur) non habet aliud esse obiectiuum; quàm illud ipsum reale, quod possidet, vt denominatur à cognitione, vel à relatione cogniti in re ipsa re-

Probatur ratione primò.

resultante; ergo tum temporis non sunt duo extrema, inter quæ veritas esse possit. Secundò, veritas intellectus est adæquatio mensurati cũ sua mensura: ideo enim Aristoteles, ceterique Philosophi ponũt in scientia relationem tertij generis, cuius fundamentum est mensura; sed res obiecta non mensuratur à se: si.n.alicubi distinctio necessaria est, maximè vbi vnum est regula alterius; cũ ergo formalis conceptus sit imago obiecti, ab eoque reguletur, meritò dicitur primò & per se verus, quemadmodum ceteræ artificiales imagines tunc veræ sunt, cum prototypis adæquantur. Tertiò denique, veritas enunciationis vocalis non consistit in conformitate rei vt significatæ ad se ipsam vt existentem, sed in conformatione propositionis ad significatum; ergo idem erit dicendum de mentali.

Respõsio ad primũ. Primum argumentum pro sententia Durandi rectè concludit, veritatem nõ esse conformitatem intellectus cognoscẽtis cum re in essendo, sed in repræsentando, quatenus cognitio intellectus repræsentat rem, vt est, quod Aristoteles docuerat Aristot. li. 3. de Anima, c. 8. tex. 37. falsò autem assumitur, comparationem repræsentantis, & repræsentati fieri inter rem cognitam, & se ipsam, vt est à parte rei, fit enim inter conceptum, cui conuenit repræsentare, & obiectum repræsentatum. Secundò, rectè

Respõsio ad secundum. ibidem occurrebatur: Nec audiendi sunt, qui contra Philosophum, & Philosophiam negant, conceptus à vocibus significari. Ad instantiam

D. Thom. Caiet. Albert. concedendum est cum D. Thoma 1. p.q. 16. art. 1. ad 3. & Caiet. ibidem, art. 6. Alb. Mag. tract. 2. c. 3. veritatem in obiecto esse, vt in causa, ab eaque deriuari in cognitionem, quemadmodum sanitas à medicina cõfertur animali. Verum, vt hoc nõ tollit, sanitatem propriè, & formaliter esse in animali; ita illud non efficit, quo minus veritas insit conceptui. Nec Aristot. ait orationem esse veram, quia res est vera, sed quia est; vt animaduertit D. Thomas in loco proximè citato. De prima confirmatione posteà latius dicendum est: nunc respondeamus cum Soncinate 6. Metaph. q. 16. ad 1. obiectum intellectus esse verum non formaliter, sed causaliter, hoc est, esse rem, quæ cognita vt est, causat veritatem in cognoscente. Ad secundam dicendum, qui examinat, an res ita se habeat, vt ipse apprehendit, comparare rem cognitam ad se ipsam; qui autem veritatem formalem expendit, in conceptum reflectitur, & eum cum re componit.

Ad primã confirmationem respõsio. D. Thom. Soncin.

Respõsio ad secundam.

Expedita hac secunda dubitatione nullo negotio prima dissoluetur; quamuis.n.ij Philosophi, qui veritatem cõstituunt in conceptu obiectiuo, cogantur eam efficere ens rationis, cum sit respectus eiusdem rei ad se ipsam secundum aliud, & aliud esse. Nobis tamen licet oppositũ asserere, cum statuerimus, relationem veritatis fundari in mensura, quod genus relationis Philosophus constituere videtur inter prædicamentales in lib. 5. Metaph. ac proinde reale facere; quod ita est intelligẽdum, vt, si obiectum sit ens reale, existens, & à conceptu, vel specie re ipsa diuersum, relatio fit realis, alias erit rationis. Nec obijcias Aristotelem in prædicamenti, c. de substantia asserentem, orationem transire de vera in falsam, & è contra, absque sui mutatione: quod videtur fieri non posse, si veritas sit relatio realis. Negat.n. fieri mutationem ad formam absolutã, quæ sola à Philosophis mutatio existimatur, nam acquisitio relationis haud variationem inducit.

Relatio veritatis fundatur in mensura. Arist.

Obiectio.

Solutio.

Etsi verè omninò docuerimus, interuenire prædictam relationem in adæquatione cognitionis, & obiecti, & eam appellari à grauibus Autoribus veritatem formalem, vt patet ex Alberto, & D. Thoma supra citatis. Nihilominus iuxta sententiam à nobis superius approbatam, quæ significationem formalem constituit in fundamento eiusdem relationis, dicẽdum est, veritatem in eodem fundamento consistere. Etenim Aristoteles veritatem, & falsitatem

Veritas in entitate cognitionis propriè consistit. Alb. Mag. D. Thom.

attri-

attribuit signo, qua signum est; nam vt notauit D Thomas in 3. lectione, Philosophus in primo pronunciato indicauit, res per conceptus, & voces significari; in secundo ostendit, in qua specie signi hæc essent collocanda: in tertio demum exposuit affectionem eiusmodi signorum, nempe quod aliqua verè, aliqua falsò significant, aliqua neutro modo. Quare cum veritas sit affectio signi, non videtur constituenda in relatione, sed in adequatione passiua, & respectu transcendenti, quo actus intellectus tendit in obiectum, præsertim cum ea adæquatio sufficiat, vt conceptus dicatur verus, & eius negatio, vt dicatur falsus; & eadem ratione verissimum sit Aristotelis dictum, in prædicamentis orationem absque vlla sui mutatione de vera transire in falsam. Atque ita sentire videntur Capreolus in primo, distinct. quæst. 3. conclu. 3. Soncin. 6. Metaphys. quæst. 17.

D. Tho. Arist. Capreol. Soncin.

ARTICVLVS II.

Vtrum veritas reperiatur in omnibus intellectus operationibus.

Triplex est operatio intellectus.

MOnuimus tum in antepradicamentis, tum initio huius capitis, tres esse intellectus nostri operationes, simplicium apprehensionem, propositionem, & discursum. Prima est, qua simpliciter rem cognoscimus nihil ei negando, vel tribuendo, vt cognitio hominis, aut Angeli. Secunda est, in qua aliquid alicui attribuimus, vel ab eo remouemus, vti hæc, Deus est summũ bonum. Tertia est, in qua non modò cognoscimus, & aliquid rei attribuimus, sed ex vna, vel pluribus propositionibus alteram colligimus interposita particula illatiua; ergo, aut igitur; quæ operatio, quasi supremum nostræ rationis opus, rationalis dicitur, vel ratiocinatio. Priores duæ pertinent ad hanc tractationem, de quibus proinde latius est dicendum. Tertia spectat ad libros resolutorios, in quibus eam explicabimus: sed quia hæc affectio per eadem fundamenta omnib. operationibus tribuitur, vel denegatur, necesse est, illam hoc loco cũ omnibus conferamus.

Quid sit prima.

Quid secũda.

Quid tertia.

Sit igitur pro decisione huius dubitationis vnica conclusio. In omnibus intellectus operationibus datur veritas. Hæc quo ad tertiam operationem à nemine expressè traditur, fortasse quia supponitur ab ombus tanquã vera, vel certè quia eius veritas non creditur diuersa à veritate secundæ operationis ob rationẽ statim indicandam. Verum in tertia operatione non modò esse veritatẽ, sed etiam à ceteris distinctam, hac ratione, quę omnibus his operationibus communis est, demonstratur. In tertia operatione est conformatio cum suo obiecto distincta à conformatione reliquarum operationum; ergo & distincta veritas. Consequentia valet per locum à definitione. Antecedens, quò ad primam partem ostenditur; quia hæc cognitio [Homo est animal rationale, ergo est risibilis] repræsentat obiectum, vt in se est, quod solum exigitur ad veram conformitatem. Quò ad secundam ex eo patet, quia propositio illa, quatenus secunda operatio intellectus, tantummodò affirmat risibilitatem de homine, & huic obiecto adęquatur; vt verò spectat ad tertiã operationem, affert, hominem esse risibilem, quia est animal rationale, quod est nouum obiectum, distinctam exposcens conformationem; quod vel inde colliges, quia contingere potest, propositionem habere veritatem secundæ operationis, & falsitatem tertiæ; vt si eandem enunciationem ita colligas: [Homo est animal, ergo est risibilis] quãuis. n. verum sit, hominẽ esse risibilẽ, falsũ est, risibilem esse, quia est animal.

Vnica conclusio in oĩ intellectus operatione veritatẽ constituens.

Probatur esse in 3. operatione.

Dices; propositio discursiua est quædam species secundæ operationis, quæ diuiditur à Philosopho in 6. Ethic. cap. 1. in Notitiam primorum principiorum, Scientiam, Sapientiam, Prudentiam, & Artem. Ergo, etsi veritas propositionis discursiuæ

Obiectio.

Arist.

siuæ sit distincta à veritate propositionis non discursiuæ, adhuc continetur intra latitudinem secúdæ operationis: & confirmatur, quia omnis ea veritas fundatur in affirmatione, vel negatione per copulam verbalẽ, quæ est propria secũdæ operationis intellectus. Respondeo: ni si discursus, seu tertia operatio frequentius accipiatur pro toto aggregato ex cognitione antecedente, & consequẽte, vt in 1. priorum patebit, iuxta quã acceptionem omnis propositio, siue discursiua, siue non, numeratur cum secũdis operationibus: nihilominus propriam eius formam, & essentiam consistere in assensu illatiuo ex alio antecedente, cui magis præsupponitur, quam includitur in discursu. Negãdum igitur est, vel propositionem discursiuam contineri sub secunda operatione, etsi illam comprehẽdat; vel Aristotelem eam diuisisse: distribuit enim eo loco omnem cognitionem certam, & euidentem, siue in secunda, siue in tertia operatione contineatur. Cõfirmatio falsum assumit, cum inter probandum nostram conclusionem ostenderimus, veritatem discursus fundari in illatione, quæ tamen supponit veritatem antecedentis, & consequentis. Adde, non modò in discursu, sed in propositionibus etiam hypotheticis inueniri veritatem in alia copula, quam verbali, verbi causa, si homo haberet alas, volaret, in qua propositione, cum nulla sit actu verbalis copula affirmata, vel negata, est nihilominus actualis veritas.

Eius cõfirmatio.

Respõsio.

Ad confirmationem responsio.

In secunda intellectus operatione veritas esse ostenditur.

Quod attinet ad secundam operationem intellectus, est conclusio Aristotelis in hoc capite, & alijs mille locis, qui in obiectionibus aduersus veritatem primæ operationis articulo tertio adducẽtur: communi etiam omnium Autorum consensu approbatur, vtpotè in quam maximè cadit illa communis ratio. Vbi est conformitas mensurati, & repræsentantis cum sua mensura, ac repræsentato, ibi est veritas: sed hæc, si alicubi, præcipuè in compositione, & diuisione sunt; ergo inibi veritas principaliter essloreſcit. Nõ est tamen exigua difficultas in assignando speciali, & insigni modo, quo veritas est in secunda operatione; sed pertinet ad quartum caput, vbi Aristot. eum significare videtur, cum definit enunciationem, orationem significantem verum, vel falsum.

Denique in prima operatione suâ inesse veritatem, docet in primis Aristoteles 9. Metap. c. 7. & 3. de Anima c. 6. vbi intellectum in apprehẽsione simplicium comparat cũ sensu quem lib. 2. de Anima, c. 6. docuerat circa proprium sensibile semper esse verum. D. Tho. in primis duobus locis, scil. 11. & 1. p. q. 16 art. 2. licet nõ tam expresè. Ferrariensis 1. contra Gentes, c. 59. Capr. in 1. d. 19. q. 3. ar. 1. concl. 3. Aegidius Quodlib. 4. q. 7. Sonc. 6. Metaph. q. 17. Probatur primò illa communi ratione. Cõceptus simplex, si repræsentat rem vt est, nõ minus ei conformatur, quam propositio; ergo cum veritas in conformitate sit, non erit conceptui deneganda. Et cõfirmatur, quælibet res naturalis, quantũuis simplex, ex eo, quod conformetur suę ideę in mente diuina existenti, est vera; ergo simplex conceptus obiecto conformis verus erit. Secundò. In cognitione Diuina, & Angelica nec est, nec esse potest compositio, & tamen est purissima veritas; ergo in nostra simplici erit.

In prima inest veritas. Aristot. D. Thom. Ferrar. Capreol. Aegid. Soncin.

Probatur 1. ratione.

Prob 2.

Respondent. Aduersarij ex communi sententia Theologorum, præsertim S. Thomæ 1. p. q. 16. art. 5. simplicem cognitionem diuinã, & angelicam æquipollere nostro iudicio, quo formaliter affirmamus vnum de alio, & ideircò in ea esse veritatem, non in nostra. Verum facilè impugnantur; quia, etsi cognitio Dei, & Angeli in certificando intellectu se habeat vt nostrum iudicium: modus tamẽ tendendi in obiectum, & se illi conformandi, est per simplicem repræsentationem, alioqui non est, cur potius ea notitia, quam nostrum iudicium dicatur simplex; nam in entitate etiam iudicium nostrum est simplex qualitas, & in solo modo repræsentandi est complexum: ergo si

D. Thom.

cum

cum eo repræsentandi modo stat veritas, quare in nostra apprehensione non erit. Quæ hic opponi possent de cognitione diuina, angelica, & humana practica, in Metaph. dissoluentur.

ARTICVLVS III.

Dissoluuntur ea, quæ primæ operationis veritatem oppugnare videntur.

Simplicis cognitionis veritas variè oppugnatur.

TAmetsi præcedentis articuli cõclusionem quò ad secundam, & tertiam operationem nullus improbet: quò ad primam pauci approbare videntur, adeò vt communis sententia meritò censeatur, quæ veritatem simplicium cognitionum de medio tollit. Hæc sententia traditur à D. Anselmo, opusc. de veritate c. 6. D. Tho. hoc loco lect. 3. & 1. p. q. 16. art. 2. 1. contra Gentes, c. 59. & q. 1. de veritate, art. 3. Alber. tract. 2. huius libri, c. 3. Caiet. loco 1. p. citato, Heruæo Quodl. 3. q. 1. art. 2 & 3. Durando in 1. d. 19. q. 5. n. 14. Probatur primò ex Aristot. qui hoc ipso capite, in quo versamur, apertè docet, in sola compositione, & diuisione esse veritatẽ; idem affirmat 3. de Anima c. 6. text. 22. & 6. Metaph. c. 2. Secundò ratione; in voce simplici non est veritas: ergo neq; in simplici conceptu. Cõsequentia est Arist. hoc capite, & per se patet cũ vox sit vicaria conceptus, in qua proinde constitui debet tanquam in signo, quidquid est in conceptu, tanquam in proprio subiecto. Antecedens probatur, quia non existimamus eum, qui profert simplex vocabulum, verum, aut falsum dicere, nisi perficiat enunciationem: nec verò intelligi potest, quæ adæquatio sit inter simplicem vocem, & rem in significando. Tertiò, in cognitione sensitiua non datur veritas: ergo neque in simplici intellectiua. Consequentia est optima. Nam cognitio sensitiua perinde est naturalis sui obiecti similitudo, ac intellectiua apprehensio. Ergo si veritas in illa non est, neque in hac erit. Antecedens vel ex ipsa veritatis definitione constat. Definitur enim veritas, conformitas inter intellectum, & rem, vt vidimus: quasi conformitas sensus nihil ad veritatem attineat. Quartò, in simplici cognitione non est falsitas: ergo neque veritas. Antecedens traditur ab Aristotele 3. de anima c. 6. & 9. Metap. c. 12. Consequentia ex eo probatur, quia contraria circa idem subiectum sunt; at veritas, & falsitas authore D. Thoma 1. p. q. 17. artic. 4. habent formam contrariorum: ergo, si altera nequit esse in conceptu, neque alia erit, vel si vna esse potest, vtraque erit.

Secũdum.

Tertium.

Hæc controuersia nobis videtur persimilis est, in qua disceptatur, an accidens sit ens? quibusdam asserentibus, solam substantiam esse ens, alij tenaciter defendentibus, hoc accidentibus etiam tribuendum esse, & vtraque ortum habuit ex eo, quod loquẽdi modus in hisce rebus angustior sit, quam earum definitio. Vtrumpari nempè solet nomẽ veritatis pro magis principali, cuiusmodi est veritas complexa, nomen verò entis pro eo, quod absolutè, & independenter ab alio existit, qualis est substantia, iuxta illam Dialecticorum regulam; quod nomen analogi, absque moderatione prolatũ, supponat pro principali; cum tamen vtriusque definitio veritatis, scilicet, ac entis laxior sit, & minus etiam præcipuis accommodetur. Veritas enim formalis definitur cõformitas cum obiecto, quæ tum in cõplexo, tum in simplici reperitur; ens verò id, quod esse potest, siue per se, vt substantia, siue in alio, vt accidens. Ad concordiam igitur vtriusq. sententiæ dicimus cum Aegidio, Quodlib. 4. q. 9. & Autoribus nostræ sententiæ iuxta mentem Aristotelis 3. de anima citato, veritatem esse duplicem, alteram simplicem, alterã complexam: illam inesse in prima operatione intellectus, eique simplicem conformationem imaginis cum suo Prototypo: hanc in secunda, & repræsentare comunctionem vnius cum alio, quæ magis est explicanda in cap. 4.

Quid sit veritas formalis.

Aegid.

Aristot. veritas est duplex, simplex & complexa.

Digitized by Google

Respõsio ad primũ argumentum.

Ex his respõderi potest ad omnia loca Aristotelis: ipsum, cum asserit in secunda tantum operatione inueniri veritatem, & falsitatem, non negare simplicem veritatem in conceptibus, quâ in locis à nobis allegatis adeò expresse cõcessit; sed loqui de veritate cõplexa, vtpotè perfectiori, & frequẽtius vsurpata. Verùm, quia minus artificij, & ingenij in hac responsione elucet; quilibet enim facilè dicet, veritatem complexam non esse in simplici cognitione, sed in complexa: addenda est solutio Ferrarien. 1. contra Gentes, capit. 53. sumpta ex D. Thoma ibi, & 1. p. q. 16. art. 2. imò ex Aristotele 6 Metaphys. cap. 2. propterea dictum esse ab Aristotele, & ab alijs receptum, veritatem esse in secunda operatione, non in prima, quia veritas est in intellectu enunciante, tanquam in cognoscente verum, quo modo non est in simpliciter apprehendẽte; qui enim iudicat, existimat esse verum, quod cognoscit; at qui simpliciter cognoscit, nihil tale cogitat. In hac sententia est Aphrodisæus 3. de anima c. 6. vbi ait, verum non esse eodem modo in complexione, atque in conceptu simplici, sed alio diuerso: cetcrum, quomodo id intelligendum sit, c. 4. explicabitur.

Alia respõsio ad idem argumentum.

Ferrar.

D. Thom.

Arist.

Respõsio ad 2.

Ad secundum argumentũ negandum est, in simplici voce non esse veritatem in complexã; est enim philosophandum de vocibus eodẽ modo, quo de conceptibus, nimirum, complexas non modò habere veritatem, sed eam significare, vt docebit Arist. c. 4. simplices verò solũ habere veritatem, quatenus conformantur cum suo significato, vt dictum est de conceptibus: licet modus se conformandi obiecto sit perfectus in conceptu, quia est imago, imperfectus in voce tanquam in vicaria conceptus. Ad probationem illius antecedentis respondetur, propterea nos non asserere, cũ, qui profert simplex verbum, verum dicere, quia etsi promit verum signum, non tamen verum significãs, quod pari modo dicendum est de conceptu.

Respõsio ad 3.

Ad tertium negandum est, in sensu non reperiri veritatem ob rationem ibi assignatam. quæ est sententia Aristotelis 3. de Anima cap. 6. & Ferrarien. illo c. 59. 1. contra Gentes: Philosophos autem in sua definitione huius mentionem nõ fecisse, vel quia veritas sensus nõ est propria hominis, vel quia angusta est, & circa res tantũ materiales, nec circa omnes versatur. Philosophi autẽ voluerunt veritatem hominis propriam, & rebus omnibus communẽ definire, alioqui potuissent definitionem ita construere; veritas est conformitas rei, & potentiæ cognoscentis.

Arist. Ferr.

Ad 4.

Quartum argumentum longius est discutiendum.

ARTICVLVS IV.

Vtrum in cognitione simplici falsitas inueniatur.

QVi simplicem cognitionem veritatis expertem faciunt, maiori iure idem asserunt de falsitate. At inter ceteros videntur falsitatem illi concedere Arist. l. 2. de Anima, cap. 6. vbi ait, sensum falli circa sensibile commune, & lib. 3. text. 161 docet, circa proprium sensibile, aut non falli sensum, aut raro, & expressius hoc docet de phãtasia. 4. verò Metaph. text. 26. de sensibus externis, cum asserit, si oculi sint dissimiles, non omnibus idem apparere. D. Th. 3. de Anima, lect 6. ait, sensum dici falsum, quãdo aliter percipit res, ac in se sunt. Ex quibus hoc argumentum exiit, & sit primũ; sensus præsertim externi apprehendũt simpliciter, vt est receptissima sententia; sed in eis est falsitas; ergo datur in simplici apprehẽsione. Minor probatur primò adductis autoritatibus, deinde experientia; sæpenũ per hos sensus cognoscimus res, quæ non sunt, aut vbi non, aut aliter atque sunt. Nã lingua bili infecta percipit dulce, vt amarum; oculus in collo columbæ à Sole illustratæ videt colores, qui reuera non sunt, & autore

Arist.

D. Thom.

Argumentus probatur in simplici cognitione dari falsitatem. Primum.

Bona-

Bonau. Bonau. in 2. d.8. 2.p. dist q.3.palex visæ per fumum lucernæ ex serpentis pinguedine confectæ instar serpentium apparent. Ebrius videt geminas conurgere in mensa lucernas; & qui nauigat propè littus intuentur ædificia moueri, qui a longè rem contéplantur, album contuentur vt nigrum. Deniq. prestigiatorum opera cernuntur multa, quę aut omninò non sunt, aut alibi, & aliter sunt, quod si hoc fit in sensu, cur in simplici intellectu non continget?

Secũdum. At probatur secundò, contingere in intellectu. Enimverò rusticus falsò apprehendit solem minorẽ, quam terram; & qui proposito auricalcho aurum apprehendit, non conformatur obiecto, cui cõformari debebat; item qui concipit Chimæram, cum nullo obiecto conformatur; ergo est falsitas in ea apprehẽsione. Antécedens probatur, quia veritas non est conformitas inter concepti, & rem obiectiuè sumptam, sed vt est à parte rei, saltem secundum essentiam: alioqui si cõformitas cum re inesse

Eiusdẽcõfirmatio. obiectiuo sufficeret, nulla enũciatio esset falsa, si quidem omnis est conformis cum illo enunciabili, quod profert, siue in re ita sit, siue nõ; igitur cum chimęra à parte rei nihil sit, nulla eius apprehensio cum obiecto conformatur. Accedit, quia conceptus simplex potest repræsentare rẽ aliter. atq; est, si vel ratione speciei, qua vtitur, vel ob aliud impedimẽtum simul occurrens ad obiectum, vt est, imperfectè determinetur.

Tertium. Tertiò: nulla videtur maior ratio, ob quã detur falsitas simplex in re, quam in cõceptu, sed in re nonnunquam datur: ergo & in cõceptu. Maior, & cõsequentia notæ sunt. Minor

Arist. probatur ex Arist. 5. Metaph. cap. 5. afferente, falsa esse, quæ apta nata sunt apparere, aut qualia non sunt, aut quę non sunt, quem sequutus D.

D. Aug. Augustl. lib. 2. Soliloquiorum, cap. 6.

D. Thom. relatus à D. Thoma 1.p.q.17. definit falsum, quod aliter, atq; ipsum est, videtur; esse autem aliquas res hui-usmodi docet idem August. lib. citato, eodem cap. inquiens; Tragœdum esse falsum Hectorem, & stannum falsum argentum: & Aristoteles loco citato, diametrum esse falsò commensurabilem lateri. Præterea arte facta, quæ non conformantur cum Idea artificis, falsa dicuntur, vt domus deficiens à regula architecti: ergo & conceptus simplex, quando cum obiecto mensuratur, si ei non conformatur, difformis, ac falsus erit. Argumẽti confirmatio.

Communis, & vera sententia est, in simplici apprehensione non esse falsitatem, nisi per accidens. Est expressa Aristotelis 9. Metaph. cap. 12. tex. 22. & 3. de Anima, cap. 6. tex. 26. ibidem Auerrois, D. Thomæ, Philopon. Alberti Magni in 2. de Anima, tract. 3. cap. 5. Apollinaris q. 13. Aegidij Quodlib. 4. q. 17. Ferrariensis 1. cont. Gent. cap. 59. item D. Thomæ 1.p. q. 17. art. 3. Viguerij in Institutionibus, cap. 1. §. 8. vers. 5. Probatur primò ratione Aristotelis loco Metaph. citato. Qui simpliciter cognoscit, vel rei naturam attingit, vel non: si attingit, conformatur obiecto, & est verus: si non attingit, non est falsus; sed ignorat illud, quod non percipit; quia non rectè dicitur falsò cognoscere id, quod re vera non cognoscit, sed illud ignorare. Cõmunis sententia asserit, nõ dari falsitatẽ per se in simplici cognitione. Arist. Auerr. D. Thom. Philop. Alb. Mag. Apollin. Aegid. Ferrar. D. Thom. Viguer. Probat. 1.

Secundò; & est explicatio præcedentis: falsitas debet cerni inter conceptum, & illius obiectũ; ergo si datur falsitas, inter hæc ipsa versari debet; atqui non versatur; ergo nulla est. Probatur hæc minor. Simplex cognitio est naturalis imago sui obiecti; ergo respectu illius neutiquam est difformis, etsi cõparatione alterius difformitatem habeat; v.c. cognitio auri cõparata occasione auricalchi præsentis habet pro obiecto aurum, & cum illo conformatur; cum auricalcho verò nec conformationem habet, nec difformationẽ, quia illud non respicit. Vim huius rationis inculcat D. Thomas 3. de Anim. lect. 11. Probat. 2. D. Thom.

Hæc probant, falsitatem non esse per se, & propriè in hac operatione. Verùm, quia addidimus in secunda parte huius sententiæ id, quod desumptum est ex Aristotele lib. 3.

de Anima citato, non repugnare illi falsitatem per accidens, duo sunt explicanda. Primum, quid propriè sit falsitas. Secundum, in quanam ex simplicibus cognitionibus per accidens inueniatur. Quò ad primũ, falsitas iuxta Aristotelem 4. Metaphys. text. 27. definiri potest, difformitas cognitionis cum suo obiecto; ait enim Aristoteles eo loco, falsum esse ex eo, quod iudicatur esse, quod non est, vel non esse, quod est; quem locum veluti exponens D. Thomas 1 p. quæst. 17. artic 1. ait, propterea Philosophum ita falsum explicuisse, quia, vt verum ponit acceptionem adæquatam, id est, contentaneam rei: ita falsum acceptionem rei inadæquatam, hoc est, non conformem; quibus verbis ostendit D. Thomas, quam aptè definiatur falsitas per conditiones omninò oppositas veritati, cui opponitur, vt ille ait, contrariè.

Quid sit falsitas.

Aristot.

D. Thom.

Vt ergo definitio explicetur, notandum est, duplicem esse difformitatem; alteram negatiuam, alteram positiuam. Negatiua est carentia cõformitatis cum aliquo obiecto; quę, si accipiatur in quauis cognitione, respectu rerum, quas non repræsentat, est pura negatio: si verò sumatur in cognitione comparatione rei per eam cognitæ, sed non adæquatè, & perfectę, quia scilicet non attingit omnes eius partes, vel totam eius cognoscibilitatem, est priuatio. Positiua difformitas est inadæquatio cognitionis cum obiecto, in quod tendit, & secũdum eam partem, in quam tendit: qualis est hæc. Socrates non est risibilis: dicit enim hoc iudicium habitudinem ad Socratem risibilem, sed dissentaneam. At hæc secũda difformitas est propriè falsitas, appellaturq. error, quę contrariæ veritati, veręq cognitioni contrariæ opponi: prima dicitur ignorãtia, vt habetur ex eo loco 9. Metaph. Arist. Ex dictis patet sensus definitionis; dicitur enim falsitas difformitas, quia hæc est veluti genus ad positiuam, & negatiuam; additur cũ suo obiecto, vt excludatur negatiua, quæ semper est respectu alterius

Quid difformitas negatiua.

Quid sit difformitas positiuas.

Aperitur difficultas quæstionis.

obiecti, vel quò ad totum, vel quò ad partem. Porrò falsitas positiua formaliter non est relatio, sed eius fundamentum, videlicet, difformitas actus cum suo obiecto; nam actus ipse secundum se sumptus non quadrat in obiectum ante omnem relationem aduenientem, vt de veritate dicebamus.

Quod attinet ad secundum, sciendũ est, in prima operatione duo genera conceptuum reperiri; quidam sunt omninò simplices, quibus apprehenditur nuda rei essentia, vt cõceptus Hominis, Leonis, vel Auri. Alij esto, sint qualitates simplices, repræsentant obiectum aliquo modo cõpositum, vt conceptus hominis albi, remi fracti, &c. & hi virtute compositi dicuntur, non ea cõpositione, qua cõceptus angelici, qui eiusmodi sunt, vt propriam veritatẽ, & falsitatem sortiantur. Priores cõceptus appellat Caiet. 1. p. q. 58. art. 5. simplices, quò ad modum cognoscendi, & quò ad rem cognitã: Posteriores simplices, quò ad modum cognoscẽdi, nõ quò ad rem cognitam. In cognitione oinò simplici potest dari falsitas, seu difformitas negatiua, quatenus cognitio hominis non est cõformis equo, quem nullo modo repræsentat; hæc tamen nõ denominat cognitionem falsam, alioqui omnis cognitio esset simul vera, & falsa comparatione diuersorũ. Imò Ideæ diuinæ falsæ essent, cùm infinitę sint res, cum quibus singulæ illarũ non conformantur. De hac cognitione procedunt rationes secundę sentẽtię, de qua locutus est Arist. in 3. de Anim. cum dixit; in intellectione indiuisibilium non esse falsitatem, q.d. cognitionem omninò simplicem ferri in suum obiectum, vt in indiuisibile, quod necesse est, vel totum attingi, vel à toto aberrari.

Duplex est cõceptuũ genus.

Caiet.

In cognitione oinò simplici potest dari falsitas negatiua. De qua cognitione intelligit locus Aristotelicus.

Arist.

Autores igitur secundæ sentẽtiæ, cum admittũt in simplici cognitione falsitatem, loquuntur de virtualiter complexa, vt patet ex Arist. 2. de Anima. D. Th. 1. p. q. 17. art. 3. Ferrariens. 1. contra Gent. cap. 59. & de hac procedunt argumenta initio artic. li.

Arist.

D. Thom.

Ferrar.

Bifariã inesse valet falsitas in simplici cognitione.

ticuli proposita; verùm, quomodo intelligendum sit, falsitatem inesse peraccidens huic cognitioni, bifariam exponi potest. Primò, vt insit quidẽ falsitas in cognitione intrinsecè, at nõ, quatenus simplex est, sed prout inuoluit in radice affirmationem, vel negationem. Ita loquitur videtur S. Thomas in 1. dist. 19. q. 5. art. 1. ad 7. cùm ait, definitionem esse falsam, in quantum inuoluit falsam affirmationem; eodem modo loquuntur Ferrarien sis, & Caietanus; & cõfirmatur, quia falsitas, à qua denominatur hæc prima operatio, est diuersa à falsitate propositionis, alioqui eã non denominaret, sed in propositione non est, nisi falsitas sibi propria, & complexa; ergo in operatione virtute complexa intrinseca falsitas inuenitur. Secũdò modo intelligi potest, falsitatem denominare hãc operationem extrinsecè, quatenus est occasio, vt formetur propositio falsa. Hũc sensum magis indicat D. Th. illa q. 17. 1. p. art. 1. docet enim, intellectum cõcipiendo hanc definitionem, animal rationale quadrupes, idcircò esse falsum, quia falsus est formando hanc propositionem; aliquod animal rationale est quadrupes; ergo intelligit, priorem cognitionem ideo esse falsam, quia est causa posterioris.

Primo modo. D. Thom. Ferrar. Caietan. Secundo modo.

Hæc secunda explicatio verissima est, vel ob rationem adductam pro prima; nam falsitas cognitionis virtute complexæ, vel est difformitas repræsentationis, vel error in attribuendo vnum alteri, cum quo reuera coniunctum non est; si detur secundum, nihil omninò differt hæc falsitas à falsitate complexa, vt consideranti est manifestum, atq; adeò in simplici cognitione erit falsitas propria secundæ operationis intellectus; si primum, ea difformitas ad summum potest esse priuatiua, quia cognoscitur res sine forma, quam habet; vel cum ea, quam non habet; positiua autem esse nequit, quia imago, respectu sui proprij obiecti, quod refert, non est dissona, vel difformis, vt patet ex dictis. Admittamus ergo in conceptu virtute complexo falsitatem priuatiuam intrinsecè denominantem: positiuam autem, quæ propriè est falsitas, solum extrinsecè. Quo posito, non oportet ad rationem pro prima expositione respondere.

Secũda explicatio est verissima.

Sed ita quis obijceret, quemadmodum veritatẽ diuisimus in complexam, & simplicem, hancq. tribuimus simplici conceptui, ita vt simpliciter illum verum appellemus: eodem modo partiri possumus falsitatem; ac complexam esse positiuam, simplicem verò priuatiuam, & ab ea denominari conceptum simpliciter falsum. Occurrendum erit, non esse vtrobique eandem rationem. Nam communis ratio veritatis est cõformitas, quæ propriè reperitur in prima operatione, licet perfectior sit ea, quæ est in secunda: at falsitas in communi dicit difformitatem oppositam illi veritati exercitam inter eadem extrema, cuiusmodi est sola positiua; priuatiua namq. est ad partem rei non repræsentatam, & ideo propriè falsitas non est, sed defectus plenæ conformitatis.

Obiectio.

Solutio.

SECTIO ARTICVLI.

Responsio ad argumenta prima sententiæ.

Primi argumẽti dilutio.

IN primis Aristot. & D. Thom si quando falsitatẽ attribuunt simplici cognitioni sensus, vel intellectus, loquuntur de falsitate per accidens, & de cognitione virtute cõplexa, vt ex alijs eorũdem Autorum locis patet; & quod spectat ad sensum, vbi difficultas est maior, expresè id docet Arist. 2. de Anima c. 6. vt diligenter aduertit Cardinalis Toletus q. 13. eiusdem libri. Aristoteles ita loquitur. Visus non errat esse colorem, vel auditus esse sonum, sed quid sit coloratum, aut vbi, aut quid sit sonans, aut vbi. Ad primum argumentum respondendum est, in sensu non dari propriam falsitatem intrinsecè. Ad probationem, quod arguitur ad auctoritates, iam respondimus,

Arist. Tolet.

Ad probationem. Responsio.

Digitized by Google

dimus; ad experientiam negandum eſt, abſolutè nos per ſenſus cognoſcere illam rem, quæ præſens nõ ſit; quia ſenſus eſſentialiter eſt intuitiuus; intuitio autem ſenſitiua non eſt rei abſentis realiter, niſi fortè per miraculum: eſt tamen aliquando ſenſatio adeò cõfuſa, vt præbeat occaſionem ſenſui interiori, vel intellectui percipiendi vnum pro alio, & ferendi falſum iudicium, quod vocamus habere falſitatem per accidens: verùm cognitio ſenſus perpetuò eſt conformis rei per illam repræſentatæ.

Reſpõſio ad exẽpla in argumẽto allata.

Hinc ad ſingula exempla deſcendendo, quatenus fert hic locus (res enim eſt propria ſecundi de anima, vbi latè explicatur cap 6.q.6.) Dicimus, ægrotãtis linguam re verà percipere amatoré inſidentem in humore cholerico, quo eſt conſperſa, licet in applicatione illius ad cibum dulcem cõtingat deceptio. In collo columbę non colores videntur, ſed lux taliter reflexa, vt, eſto viſio ſit lucis, intellectus ob ſimilitudinem cũ coloribus aliter iudicet. In exẽplo Bonauẽturæ viſuntur re vera paleæ, ſed confuſæ ob perturbationem ſpecierum per fumum. Eadem reſponſio danda eſt ad cetera exempla, quæ ſigillatim explicare alienum eſſet ab hoc loco. Illud certum ſit, cognitionem ſenſus ſemper eſſe conformem obiecto, quod repręſentat, ſed variationem, vel remiſſionem ſpeciei nõnunquam eſſe in cauſa, vt totã rem obiectam perfectè non percipiat.

Reſpõſio ad ſecundum argumentum.

Ad ſecũdum negandum ſimiliter eſt, in conceptu ſimplici eſſe falſitatem, dicendumq. priora duo exempla falsò ſupponere, obiecta illorum conceptuum eſſe auricalchũ, & hũc Solem; alterius.n. eſt aurum, alterius verò Sol confictus minor tota terra, licet vtriuſq. concipiendi occaſionẽ dederit auricalchũ, & verus Sol, à quibus eatenus difformis eſt ille cõceptus, quatenus repræſentare debuerat eam rem, de cuius ſpecie proceſſit; ſed hæc eſt radicalis, & improprijſſima falſitas. Idem eſt dicendum de conceptu Chimæræ, conformari, ſcilicet, cum obiecto phantaſtico: & cum dicitur conformitatem debere eſſe cum vera eſſentia, negandũ eſt.

Ad eius probationem nem ſpe o.

Ad probationem dicẽdum, eſſe longè maioré rationem, ob quam enunciatio conferenda ſit cum ſuo obiecto ſecundũ eſſe reale, conceptus autem cum ſuo ineſſe obiectiuo, quam explicabimus in 4. c.

Eius confirmatio diluitur.

Ad confirmationem concedendũ eſt, intellectum per ſimplicem conceptum poſſe repræſentare rem aliter, atque eſt, aliquid addẽdo, vel detrahendo, verum eiuſmodi conceptum non eſſe rei, prout in ſe eſt, ſed prout obijcitur, cum qua negari non poteſt eſſe conformem.

Ad 3. reſponſio.

Ad tertium negari in primis poſſet maior, quando enim arte facta, in qua ſola concedenda foret propoſitio ob aliquod impedimentum, vel defectum potentiæ exequentis, non exit ſimilis ſuæ ideæ ſimplici, dicitur difformis in ordine ad ſuam propriã Ideam, cum non habeat aliam, cum qua cõferatur: conceptus autem habet proprium obiectum diſtinctum ab eo, à quo dicitur aberrare; ad quẽ modum loquitur D. Thom. ea q. 17. art. 1. & explicat illud Pſal. 4. vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium: dicitur, inquit, vitium mendacium, quia non conformatur cum regula operandi diuini intellectus. Conceſſa tamen maiori, negetur minor.

D. Thom.

Ad primã probationem reſponſio.

Ad primam illius probationem dices cum D. Th. loco proximè citato iuxta D. Aug. quem adducit, eas res vocari à Philoſopho falſas ob ſimilitudinem cum alijs rebus veris, à quibus nihilominus natura diſſidẽt: ratione cuius ſimilitudinis cauſare poſſunt deceptionem, & ita vocari poſſunt falſæ actiuè, non formaliter.

Reſpõſio ad ſecundam. D. Thom.

Ad ſecundam probationem de arte factis, etſi D. Thom. q. citata concedat, ea appellari falſa, quando deuiant à regula artificis, impropria tamen videtur ea locutio; quoniam, vt cognitio non dicitur falſa, ſi relinquit aliquam partem obiecti repræſentandam, quia non eſt illius obiectum quo ad eam partem ſita arte factum ſecundum id, quod non adæquatur

Digitized by Google

quatur ideæ, nõ dicitur eius effectus, atque adeò nec propriè falsum, sed defectuosum. At opponebatur: non habet aliam Ideam, cum qua conferatur secundum eam deuiationem; ergo debet comparari cum illa, à qua deficit. Neganda tamen est illatio; nã quo ad illud est effectus à casu ob impedimentum, vel defectum, qui ideam nõ requirit. Atque hęc de prima intellectus operatione sufficiãt, si non pro rei dignitate, certè supra loci angustiam. Ad cetera magis logica procedamus.

CAPVT SECVNDVM

DE NOMINE.

SVMMA CAPITIS.

Definitio nominis explicat.

IN priori parte capitis statuit, ac explicat inchoatam Nominis definitionem: in secunda aliquas addendo partes eam perficit. Definitio hæc est. Nomen est vox significatiua ex instituto, sine tempore, cuius nulla pars significat separata. A qua definitione expresè reijcit voces complexas, & brutorum: illas, quia habent partes separatim significantes: has eo quod natura significent. In posteriori parte addit, nec vocabula infinita, nec casus verborum nomina esse, quia coniuncta verbo non efficiunt orationem veram aut falsam. Quare ad definitionem propositam addendæ sunt duæ conditiones, scilicet, vt nomen significet definitè, & rectè, seu in recto.

Ad definitionẽ nominis duæ conditiones addun tur.

CAPVT II.

NOmen a igitur vox est significatiua ex instituto, sine tempore: cuius nulla pars significat separata.

b Nam hoc in nomine equiferus nihil per se ipsum equus significat, sicut hac in oratione, equus ferus. Sed non vt est in simplicibus nominibus: sic & in compositis est. In illis enim nullo pacto pars est significatiua: in compositis verò, videtur quidem: nihil tamen separata significat: vt in exemplo patet antea dicto. Ex instituto autem diximus, quia nullum nomen est signum naturæ: sed cum est positum. Nam significant & ij soni, qui scribi non possunt: vt bestiarum quorum nullum est nomen.

c Hoc autem non homo, non dico esse nomen. At neque nomen est positum, quo ipsum appellare oportet: neque enim est oratio, neque negatio: sed infinitum nomen vocetur: quoniam & quod est, & quod non est, in ratione rerum sine discrimine vllo significat.

d Hoc etiam Philonis, aut Philoni, & hisce similia nomina non sunt: sed nominis casus. Atque ratio eius in ceteris quidem est eadem, illo autem differt. Si enim addideris, est, vel erat, vel erit, hoc quidem neq; verum, neque falsum euadet. Nomen autem semper: veluti Philonis est, aut non est, nondum enim) verum est, aut falsum.

COMMENTARIVS.

a Nomen igitur vox, &c.] Explanationem enunciationis ab eius partibus, nomine, & verbo suscipit, cetera, quæ enunciationem ingrediuntur, nõ curat, vel quia partes propriè non sunt, sed partium adiumenta, vt aduerbia, cõiunctiones, &c. vel quia ad veritatem propositionis nõ sunt omninò necessaria, vt voluit D. Thomas; prætulit autem nomen verbo in tractatione, quoniam, vt Ammonius, & D. Thomas hoc loco, Albertus in hunc librum tract. 2. cap. 4. annotarunt: nomen significat subiectũ, & materiam, verbũ autem formam, & prædicatum, vt explicabitur in eius definitione: materia autem præsupponitur formæ.

Cur prius de nomine quã de verbo significat.

D. Thom.

Ammon. Albert.

b *Nam*

Digitized by Google

Quod fit nominis indicium.

b *Nam hoc in nomine*] Hanc partem primò explicat, quia magis dubia videbatur: ait porrò, indicium esse, nullum nomen habere partes significantes separatim nomina compositæ figuræ, vt Equiferus, quę maximè illas habere videbantur, reipsa partes non habere; licet .n. eas habeant, antequam in vnũ nomẽ conueniant: at postquam ex illis voum coaluit nomẽ, significationes deposuerunt proprias, & vnã induerunt. Secundo loco probat illam particulam [Ex instituto] ea ratione, quod

Brutorũ soni dicũtur significatiui, nõ tamen nomina.

Brutorũ soni significatiui sunt, nomina autem non dicantur, eò quod imposita non sint; quare argumentum est, nihil nisi impositum, esse nomen: ceteras partes vt per se manifestas omittit.

c *Hoc autem non homo*] Hæc est secunda pars capitis, in qua reijcit Arist. aliqua, in quæ explicata definitio cadere videbatur: ac primò ex-

Quid sit nomẽ infinitum.

cludit nomina infinita. Est verò nomen infinitum vocabulum, quod ex nomine aliquo, & particula negante compingitur, vt non homo, non lapis. Hæc vocabula, quia non sunt orationes ob incomplexionem, nec simplices negationes Arist. nomina infinita, hoc est indeterminatę significationis; dicuntur namq. de his, quæ sunt, & de his, quæ non sunt: nõ homo .n. dicitur tam de veris, quàm de fictis rebus; siquidem & bestia est non homo, & Chimæra est non homo. Vt ergo hæc excludãtur, addenda est definitioni initio propositæ (quam alij tradidisse videntur) hæc

Cur particula definitè addatur definitioni.

particula [Definitè]. licet D. Thom. eam subintelligat in particula [significatiua]: vox enim infinita, cum nullum subijciat menti certum conceptum, & magis indicet, quid non significet, quam quid significet, meritò significatiua non censetur, verum prior explicatio est accommodatior.

Obiectio.

d *Hoc etiam Philonis*] Probat, collocãdam esse in definitione, vt completa sit, aliã particulam: vtitur hac ratione. Casibus obliquis conuenit tota ratio, hoc est, definitio hactenus explicata, & tamen ea non sunt nomina, quia addito verbo, est, non efficiunt veram orationem: Ergo instituenda est alia pars, scilicet, quæ addito verbo, est, efficit orationẽ verum, vel falsum significãtem. D. Th. vult, de industria dixisse Philosophum, addito verbo, est, non verbo simpliciter, quia casus obliqui cum verbo impersonali efficiunt orationem veram, vel falsam, vt pœnitet me peccasse. Tota igitur definitio ita construatur. Nomen est vox significatiua ex instituto definita, ac sine tempore, cuius nulla pars significat separatim, quæq. adiũcto est, aut nõ est, efficit orationem, quæ verum, vel falsum significet. Quæ per singulas partes definitionis ordinatim reijciantur, aliquo modo cõstat ex proximè dictis: cumulatissimè verò traditum est in c. 10. li. 1. Institutionum, ex quo loco petenda sunt.

CAPVT TERTIVM

DE VERBO.

SVMMA CAPITIS.

PRoponit Verbi definitionẽ, & paucis explicat. Deinde reijcit à verbi definitione verba infinita; & verborum casus. Eadem ratione, qua similia excluſit nomina in capite superiori. Definitio ita se habet. Verbum est vox significatiua ex instituto, definitè, ac cum tempore, cuius nulla pars seorsum significat, & semper eorum, quæ de alio dicuntur, est nota.

Definitio verbi traditur.

CAPVT III.

VErbum autem est id, quod insuper tempus significat, & cuius nulla pars seorsum significat: atque semper eorum, quæ de alio dicuntur, est signum.

a *Dico autem, ipsum insuper tempus signifi-*

gnificare: quia valetudo quidem est nomen, valet autem verbum, significat enim insuper nunc esse. b *Atque semper eorum, quæ de alio dicuntur, est signum, vt eorum, quæ de subiecto dicuntur, aut eorum, quæ in subiecto dicimus esse.* c *Non valet autem, & non agrotat, non dico verbum esse, nam insuper quidem tempus significat, semperq; de aliquo dicitur. At differentia nullum nomen est positum, sed verbum infinitum vocetur. Quoniam de quocunque, & de eo quod est, & de eo, quod non similiter dicitur. Simili modo valuit, atque valebit non verba, sed verbi casus appello. Quoniam illud quidem præsens significat tempus, illa autem id, quod est circa præsens, exactum, inquam, atque futurum.* d *Ipsa igitur verba, cùm per se dicuntur, nomina sunt, & aliquid sanè significant, nam qui dicit mentem, vtique affirmat, & qui audiuit, quiescit. Sed si est, aut non est, nondum sanè significant, nec enim esse, aut non esse, signum est rei, neque si ipsum, quod est, per se dixeris nudum. Ipsum enim nihil est. Significat autem insuper compositionem quandam, quæ quidem sine compositis intelligi nequit.*

COMMENTARIVS.

Cur Arist. non exposuit primã partẽ definitionis verbi.

a *Dico autem ipsum.*] Omittit Aristoteles explicare, imò & proponere primam partem definitionis verbi, eo quod sit eadem cum definitione nominis, ex eaque deprehendatur, qualisnam sit. Explanat igitur initiò duas partes definitionis, quibus nomen, & verbum differunt. Prima est, quod verbum præter suum formale significatum innuat tempus; adducit exemplum, nam valetudo, & valet, in re significata conueniunt, sed verbum valet, præterea significat, valetudinem esse in hoc tempore. Est porrò hoc discrimen inter significare tempus, & significare cum tempore: quod illud est primò, & per se aliquod tempus significare, quod cadit in nomẽ; nam annus, mensis, dies primariò importãt tempora; hoc verò est, præter significatum formale, exprimere aliquam differentiam temporis, in qua illud est: quod solis verbis accommodatur, vt Scribo, Disputo: non solum enim scriptionem, disputationemque significant, sed tempus, in quo fiunt. Ita Ammonius.

Duplex differentia inter nomẽ, & verbum statuit. Primum.

b *Atque semper.*] Secunda conditio, qua verbum separatur à nomine, est, quia semper in oratione ponitur loco prædicati, vt exponunt Ammonius, & D. Thom. Duo verò prædicatorum genera enunciat verbum de subiecto: aliud essentiale, vt currens mouetur, est enim cursus species motus; aliud accidentale, vt Socrates currit. Primũ genus appellat Aristoteles iuxta Boetiũ, & Ammonium ea, quæ dicuntur de subiecto; secundum, ea, quæ sunt in subiecto; & vtrũque ait mediante verbo enunciari, vt patuit. Excluduntur hac parte definitionis participia præsentis tẽporis, quia per se absq; verbi adminiculo prædicari nõ possiunt; non enim efficies perfectum sensum dicendo; Socrates disputans, nisi interijcias verbum, Socrates est disputans.

Secũdum. Duplex prædicati genus enunciat verbũ de subiecto.

Quid sit significare tempus.

Quid sit significare cum tempore.

c *Non valet autem.*] Vt in secunda parte superioris capitis reiecit nomina infinita, & casus obliquos; ita in secunda parte huius reijcit verba infinita, & verborum casus; illa quidẽ ea ratione, qua exclusit nomina, quia determinatum conceptum non objciunt; casus autem verborum eo quod non significant cum tempore præsenti, quod solum tempus intelligi vult, cùm ait, verbum significare cum tempore: non quia verba futuri, & præteriti perfectã enunciationem non efficiant; sunt enim æquè veræ, vel falsæ hæ, Socrates scripsit, Antichristus erit, atque hęc, Socrates scribit. Verùm quia cetera tempora à præsenti dependent, in illudque ordinantur, sola verba præsentis temporis, & indicatiui modi perfecta existimauit. Rogabis, quæ sint verba infinita? qui verborum casus? Ad primum dicimus, verba infinita eodem modo componi, quo nomina, ex verbo aliquo, & præfixa negatione, dicique tam de his, quę sunt, quàm quæ non sunt. Ad secundum, casus verborum esse omnia tẽpora, & personas, præter

Cur verba infinita, & verborum casus reijciantur.

Dubium. Resolutio.

præter primum modum Indicatiui illa enim omnia aut cum tempore præsenti non significant, vt præteritum & futurum: aut per se prædicari non possunt, ita vt verum sensum efficiant, vt Imperatiuum, coniunctiuum, participium, & infinitum.

d *Ipsa igitur verba.*] Etsi ex dictis colligi poterat, verbum conuenire cũ nomine in eo, quod ambo aliquid significẽt, & neutrum habeat partes significantes seperatim in ipsa vocis structura: verùm quia specialis dubitandi ratio est in verbo; idcircò ostẽdit, has duas conditiones ei inesse; & hanc fuisse mentẽ Aristotelis in his conditionibus repetendis, est sentẽtia D. Thomę, & Ammonij. At igitur, verba secundum se dicta sunt nomina, hoc est, vt placet Auerroi, & Boetio, similia nominibus in eo, qđ aliquid significent; cùm enim verba sint nexus eorum, quæ prædicantur, metuere quis posset, ne ab omni alio vocabulo separata nihil significarẽt; at retinent, inquit, proprium significatũ, quod vel ex eo patere ait, quia proferens verbum, & propriam, & alterius mentem firmat, hoc est, determinatam rem cognoscere facit. Quãuis non sit negandum, verbum. cùm per se solum dicitur, non significare coniunctionem prædicati cum subiecto, quam in oratione significat; & quia, cum verbum seorsim dicitur, connexionem non significat. Subdit Aristoteles (& est secunda conditio, in qua nomẽ & verbum conueniũt) verbum per se dictum non significare verum, vel falsum, quia, esto, in Oratione significet compositionem prædicati cum subiecto, cùm hæc sine extremis intelligi nõ possit, si per se sumatur verbum, eam nõ indicat, ac proinde non significat verum, vel falsum, seu, vt ille ait, rem esse, aut nõ esse. Probatque argumento à maiori, vt credit Psellus. Verbũ, Est, quod significat ipsum, esse, si per se accipiatur, non significat verum, vel falsum siue rem esse, aut non esse; Ergo multò minus cetera verba.

Conuenit verbum cũ nomine in duobus.

1. D. Thom. Ammon. Auerr. Boet.

2

CAPVT QVARTVM

DE ORATIONE.

SVMMA CAPITIS.

Quid sit Oratio. Diuiditur Oratio.

HOc Caput tres diuisum est partes: in prima definit, diuiditque Orationem: in secunda idem præstat circa enunciationem: in tertia differit de oppositione complexa, quæ est passio enunciationis. Igitur Orationem sic definit. Oratio est vox significans ex instituto, scilicet, cuius partium aliqua separata significat. Diuidit verò in enunciatiuam, & non enunciatiuam. Enunciationem definit hoc modo. Enunciatio est Oratio significans verum, vel falsum. Partitur verò in simplicem & coniunctam. Simplicem deinde in affirmationem, & negationẽ. Iterũ distribuit enunciationẽ in vnam, & in enunciationem plures. In tertia denique parte ait, omni affirmationi oppositam esse aliquam negationem, & omni negationi aliquam affirmationẽ, in quo sita est cõtradictoria præsertim oppositio.

Quid sit enunciatio. Traditur diuisio enunciationis.

CAPVT IV.

ORatio a est vox significatiua, cuius partium aliqua separata significat, vt dictio, sed non, vt affirmatio, vel negatio, vt homo significat quidem aliquid, at non significat esse, aut non esse; sed erit affirmatio, aut negatio, si aliquid ipsi addideris. Vna verò syllaba hominis nihil significat. Nec enim hac in dictione musica, mus significat aliquid: sed vox tantum est. In compositis autem significat quidem: sed non per se, vt antea diximus,

Digitized by Google

b *At verò omnis oratio significatiua quidem est, at non vt instrumentum, sed vt institutio; quemadmodum diximus.* c *Non omnis autem oratio est enunciatiua, sed ea tantum, quę vera est, aut falsa. Quod quidem non omnibus orationibus competit; nam sit quidem oratio, cum quispiam optat, non tamen vera est, aut falsa: orationes igitur cetera omittantur. Ad oratoriam enim artem, aut poesim, illarum magis consideratio pertinet. Enunciatiua verò præsentis est propria contemplationis.*

d *Est itaque una prima enunciatiua oratio, affirmatio, deinde negatio. Cetera verò omnes coniunctione sunt una. Necesse est autem enunciatiuam omnem orationem ex verbo, aut casu verbi constare. Etenim & ipsa hominis ratio, nisi vel erit, vel erit, aut aliquid tale addideris, nondum est enunciatiua sanè oratio, quia vnum quid est, & non multa, animal gressibile, bipes. Non enim, quia partibus coniunctis pronunciata est, erit vna: verum id pertractare ad aliam pertinet facultatem.*

e *Est autem enunciatiua una oratio, aut ea, quæ vnum significat: aut ea, quæ coniunctione est vna. Plures verò eæ, quę plura, & non vnum significant, aut eæ, quæ carent coniunctione.*

f *Nomen igitur, aut verbum, dictio tantum vocetur, quippè cum fieri nequeat, vt is, qui aliquid nomine, vel verbo significat, sic dicat, vt enunciet, siue interrogans fuerit, siue non, sed ex sese voluerit dicere.*

g *Harum autem alia erit enunciatio simplex, cuius aliquid, inquam, dicens de aliquo, aut aliquid ab aliquo removens, alia autem ex his composita, veluti composita iam est oratio quædam. Atque simplex enunciatio est vox significativa essendi quippiam, vel non essendi vti tempora sunt distincta. Affirmatio verò est de aliquo alicuius enunciatio. Negatio autem enunciatio, qua aliquid ab aliquo dimovetur.*

h *Quoniam autem fieri potest, vt quod competit, enuncietur, vt non competens, & contra: quod non competit, vti competeret; & quod competit, vt competens: & quod non competit, vti non competēs: & circa ea tempora, quæ sunt extra præsens, similiter: fieri sanè potest, vt omne, quod affirmauit quispiam, negetur: & quod negauit quispiam, affirmetur: quare patet, cuilibet affirmationi negationem & cuilibet negationi affirmationem esse opponi posse.* i *Atque hoc sit contradictio, affirmatio, inquam, & negatio, quæ opponuntur. Oppposi autem ea dico, quæ eiusdem de eodem, & non equinocè: & quæcunque alia determinauimus ad sophistarum molestias euitandas.*

COMMENTARIVS.

a *Oratio est*] Ex tota definitione Orationis eam solam partem explicat, qua Oratio à nomine, & verbo dissidet, quòd nimirum habeat partes separatim significantes, quas ait non ita significare oportere, (esto possint) vt verum, vel falsum dicant, sed sufficere, quod per modum simplicium fictionum significet, quēadmodum se habet vox, homo, in hac oratione. Homo est albus; significat enim simpliciter hominem; quod nō efficiunt, inquit partes huius dictionis, Musica. In quo differat Oratio à nomine, & verbo.

b *At verò omnis*] Omiserat in definitione Orationis particulam (ex instituto): ne ergo quis opinaretur ipsum sentire cum Veteribus, qui significationem Orationis naturalem esse arbitrabantur, docet, hoc loco orationem non à natura, sed ab impositione significatiuam esse. Atque in illo verbo [non vt instrumētum] indicat rationem, qua illi in sua assertione mouebantur, quæ, vt autor est Ammonius, huiusmodi erat. Facultatis naturalis instrumentum debet esse naturale: sed Oratio est instrumētum facultatis interpretatricis, quę est naturalis; ergo Oratio est naturalis, & naturaliter significans. Rectè tamen indicat Aristoteles, negandam esse huius rationis minorē, quia Oratio vt significatiua, est instrumentum intellectus, qui in ea conficienda non agit, vt causa naturalis, sed artificiosè; vt euenire solet in alijs artificibus, qui instrumentis arte confectis vtuntur. Quorsum obiectio contendit, orationem à natura significare. Resp. Ammon.

c *Non omnis autem*] Initio huius secūdæ partis breuissimè perstring-

Digitized by Google

orationis diuisionem,& enunciationis definitionem. Diuisio orationis est in enunciatiuam,& non enunciatiuam, quæ rursum diuidi posset in optatiuam,interrogatiuam,deprecatiuam, & imperatiuam: hæc tamen non prosequitur, quia magis pertinent, vt ait, ad Rhetores,& Poetas. Ratio est,quia Dialecticus solam indagat veritatem;quamobrem solicitus tantum est enũciationis: etsi aliquando interrogationem intermiscet,id animo obtinendi à respõdente enunciationem facit. Enunciationem verò definit orationem significantem verum,vel falsum.

Cur de quibusdam enunciationibus Philosophus non egit.

Enũciationis distributio.

d *Est itaq; vna*] Diuidit enunciationem in vnam primam,id est,præcipuè vnam,seu simplicem enunciationẽ, qualis est. Aristoteles est Philosophus: & in vnam coniunctione, cuiusmodi est hæc alia, si Sol lucet, dies est. Simplicem rursum enunciationem partitur in affirmatiuam, & negatiuam. Ac ne quis existimaret, enunciationem simplicem adeò simplicem esse,vt compositione careat; docet, omnem enunciationẽ verbo, vel casu verbi constare,subintelligitur præter nomen;ex vno.n.compositio non fit. Probat argumẽto à maiori. Definitio (quæ tamen maximè videretur esse) nisi verbo constet,nõ est simplex enunciatio,igitur nulla alia. Probat antecedens,quia significatum definitionis est per modum vnius, significatum autem enunciationis per modum plurium,prædicati scilicet,& subiecti, quorum vnum de alio dicitur. Roganti verò, cur definitio sit vna,respondet non esse, quia vno spiritu nõ interrupto proferatur, vt quibusdam visum est; rationem autem ad alium locum pertinere, scilicet ad 7. & 8. Metaph. Ea verò est, quia definitio constat genere, & differentia, quæ habent se per modum materiæ, & formæ, ex quibus, etsi nihil interponatur, vnum exsistit.

Simplicis enũciationis distributio.

Dubium.

Respõsio.

e *Est autem enunciatiua*] Non tradidit nouam diuisionem, vt multi cõmentantur, sed explicat membra illius,quam proximè tradidit. Aitigitur,enunciationem dupliciter esse vnam, aut, quia dicit vnum de vno,vt Homo est animal, aut quia coniunctione est vna,vt Homo ridet,& Leo rugit,vbi sub enũciatione vna complectitur tam categoricas,quàm hypotheticas. siue cõiunctas. Similiter enunciatio plures, vel est,quæ plura significat,& nõ vnum, quod fit,cum vel subiectum, vel prædicatum, aut vtrumque simul est æquiuocum, vt Gallus cantat, Alexander perdidit plurima regna: aut,cum constat pluribus vocibus non colligatis,vt Angelus est spiritualis, intellectiuus; vel dicitur enunciatio plures, quia coalescit ex pluribus enunciationibus nulla coniunctione colligatis, vt Lusitanus superant Persas, Persæ debellarunt Turcas. Hæc duo posteriora membra enunciationis,quæ dicitur plures,eodem ordine contrariantur membris enunciationis,quę vocatur vna.

Explicat singulamẽbra diuisionis.

f *Nomen igitur*] Præoccupat obiectionem; diceret quis, si enunciatio vna est, quæ vnum significat, ergo nomen erit enunciatio. Occurrit, nomen non significare aliquid esse, aut non esse, siue quis illud sponte proferat, siue rogatus; enunciationem aut quantumuis simplicem semper affirmare rem esse, aut non esse.

Obiectio.

Solutio.

g *Non ait autem*] Subdiuidit enũciationem vnam in simplicem, & coniunctam. Simplex est,quæ vnum de vno dicit affirmando, aut remouendo, hoc est, simplex prædicatum de simplici subiecto. Cuius definitionis causa statim subdit diuisionem simplicis enunciationis in affirmatiuam,& negatiuam. Coniuncta enunciatio est, quæ coalescit ex pluribus beneficio alicuius coniunctionis. Vtriusq. exempla paulò ante adduximus.

Quid sit enunciatio simplex; Quid coniuncta.

h *Quoniam autem*] Adiungit deinceps Arist. de oppositione enunciationum differit in extrema parte huius capitis de contradictoria,quæ est oppositionum maxima,& proponit hanc conclusionem. Omni affirmationi opposita est negatio, & omni negationi affirmatio;qua ita probat.

Agit de oppositione cõtradictoria,& proponit v. à conclusionem.

Fieri

fieri poteſt, vt omne, quod negatur, affirmetur, & omne, quod affirmatur, negetur: ergò omni affirmationi oppoſita eſt negatio, & è contra. Cõſecutio bona eſt. Antecedens ita probat: fieri poteſt. vt id, quod eſt, enuncietur, nõ eſſe, & quod non eſt, enuncietur eſſe: præterea, quod eſt, eſſe, & quod non eſt, non eſſe; fit ergo, vt omne, quod affirmatur, negetur, & quòd negatur, affirmetur, ſiue id verè contingat, ſiue falsò: rectè igitur dictum eſt, omni affirmationi opponi poſſe negationem, & vice verſa omni negationi affirmationem. Meritò Ariſtoteles de ſola oppoſitione contradictoria hoc tradit, quia hæc ſola eſt poſtio omnis enunciationis ſimplicis, nam contraria oppoſitio ſolis conuenit vniuerſalibus, ſub contraria ſolis particularibus, cõtradictoria omnibus.

Opinio Alberti proponitur. Verior eſt ſententia Boetij aſſerentis, definiri oppoſitionem contradictoriam. Alb. Mag. Arift.

i *Aequum hoc ſit*] Albertus Magnus exiſtimauit, definiri hoc loco ab Ariſtotele oppoſitionem in communi, & pro ea vſurpaſſe cõtradictionem, eò, quod ſimpliciter dicat contradictionem eſſe negationem, & affirmationem oppoſitas. Verius tamen Boetius, & alij cõtradictionem propriè ſumptam definiri autumant, tum, quia de ſola contradictione hactenus fuerat loquutus; tum, quia nomen contradictionis non ſolet ab eo vſurpari pro oppoſitione in communi; tum etiam, quia ſtatim ſubiecit eas particulas, quas attribuit cõtradictioni in 1. Elenchorum cap. 4. ex quibus colligitur, in definitione ſubintelligendum eſſe particulam, maximè oppoſitam, vnde tota definitio ſic erit. Contradictio ſunt affirmatio, & negatio maximè oppoſitæ; ſunt verò maximè oppoſitæ, cum dicuntur ad idem, ſecundum idem, ſimiliter, eodem tempore: quæ omnia in ſequentibus capitibus latè explicanda ſunt.

QVAESTIO I.

QVALIS SIT NATVRA, & partitio vocis ſignificatiuæ tam ſimplicis, quam complexæ in ſua inferiora.

ARTICVLVS I.

EXPENDITVR NATVRA VOCIS ſignificatiuæ in communi.

Prius tractatur de oratione in communi, quã de ſimplici.

TAmetſi voces ſimplices includantur in oratione, tãquam partes in toto, partesq. explicari prius debeant, vt ijs cognitis ad totius intelligentiam facilis ſit acceſſio: & hic ordo in cæteris tractationibus obſeruentur, ex parte q. obſeruatus ſit a Philoſopho in præſenti: nihilominus, quia voces ſimplices conueniunt in vna communi ratione ſignificandi cum oratione, quam componunt, oportet prius de illa ratione agere, & expendere, qualisnam ſit, & quomodo diuidatur. Eſt ſimile exemplum in corpore, ſuperficie, & linea; licet enim ſuperficies, & linea in ſententia, quæ eas admittit, partes ſint corporis; quoniam tamen in ratione magnitudinis cum eo conueniunt; prius diſputatur de natura, diuiſione neq; magnitudinis. Ad rem igitur accedentes cum de ſignificatiuo vocali in præſenti differimus, nõ inueſtigamus, quæ ſit vocum ſignificatio, & quomodo eis conueniat; id enim diſcuſſum, definitumque eſt in primo capite; ſed verum ſignificatiuum vocale ſit aliquid ſimplex, vel per accidens compoſitum; erit ſimplex, ſi formaliter dicat ſolam ſignificationem, (quam deinceps breuitatis, & perſpicuitatis cauſa ſæpe relationem appellabimus) & connotet vocem, vt ſubiectum: erit compoſitum per accidens, ſi formaliter vtrumque importet, formam, & ſubiectum: hæc diſceptatio vtilis eſt tum ad intelligendas definitiones Nominis, Verbi, & Orationis; tum ad artes factorum naturam dignoſcendam.

Significatiuum vocale, quatenus ſolã dicit ſignificationem eſt quid ſimplex.

Quod

Argumẽta contendẽtia, significatiuũ vocale de formali ſolã dicere ſignificationem.

Quod igitur ſignificatiuum vocale, ſeu nomen, verbum, & oratio de formali dicat ſolam ſignificationem, & conſequenter ſit ſimplex, probatur primò ex prima quęſtione præcedentis capitis, in qua oſtendimus, ſignum eſſe connotatiuum, de formali importans ſimplicem ſignificationem, innuendo rem materialem; ſed vox ſignificatiua eſt quædã ſpecies ſigni; ergò nõ poteſt formaliter dicere compoſitum ex ſignificatione, & ſubiecto: probatur conſequentia, quia ſpecies præter genus ſolùm includit differentiam contrahentem; ſed ſubiectum non eſt differentia cõtrahens ipſam ſignificationem; ergò non includitur in formali

Primum.

Secũdum.

ratione ſigni vocalis. Secundò arte facta de formali dicunt ſolã formam connotato ſubiecto; ſed vox ſignificatiua eſt quoddam arte factũ, cuius materia eſt vox, vt docet Ariſt. lib. 5. de generatione animalium, cap. 7. ſignificatio autẽ forma; ergo de formali importat ſolã ſignificationem.

Alb. Mag. D. Thom. Saxon. Ariſtot.

Minor eſt Alberti Magni 2. Phyſic. tract. 1. cap. 2. D. Thom. hoc loco. Saxoniæ 2. Phyſic. q. 4. concluſ. 2. & probatur ex Ariſtotele 2. de generatione, cap. 1. vbi ait, ſtatuam non dici aurum, ſed auream, nimirum, quia formaliter non includit aurum. Deinde ratione; compoſita per accidẽs formaliter non important ſubiectũ, ſed formam; at arte facta accedunt maximè ad compoſita per accidens; ergo &c. Maior eſt certa, quia albũ. calidum, &c. formaliter ſolam qualitatem ſignificant denotãdo ſubiectum. Minor probatur, quia forma propriè artificialis & ſubiecto adiacet, & cum eo componit, vnum per accidens, quæ videntur eſſe cauſæ, cur concretum accidentarium pro ſola forma accipiatur. Hanc ſententiam præter Autores proximè citatos, qui omnes in ea eſſe videntur, tenent Ammonius, & Pſellus cap. de nomine, quatenus ſimpliciter dicũt, vocem eſſe materiam nominis.

Tertium.

Ammon. Pſell.

Hęc dubitatio tota eſt de vocabulo, & ferè non eſt alia, quàm quæ attingitur in ſecundo argumẽto, quod enim de arte factis ſtatutum fuerit, hoc de nomine, verbo, & oratione, quæ arte facta quædam ſunt, dicendum erit; qua in re, etſi Autores ciuili aliter opinentur, & cum eis alij, vt in cap. de æquiuocis viſum eſt. Attamen, vt ibidem dicere cœpimus, probabilior, hodieque receptior eſt ſententia, quæ aſſerit, Arte factum formaliter includere materiam, & formam, quam ſupponere videntur Theologi apud Magiſtrum in primo, cum docent, Sacramenta, quę arte facta quædam eſſe fatentur, pro forma, & materia ſimul ſupponere; inter quos expreſsè id tradit Viguerius in inſtitutionibus Theologic. tit. de lege in generali cap. 16. verſ. 2. Ariſtoteles verò idem vbiq. ſupponere videtur, cum entia naturalia comparat arte factis, conſtat verò, ens naturale & formã, & materiam includere. Ratione eandem ſententiam confirmemus, quando nomen concretum ſolummodò cõnotat ſubiectum, non importat per ſe certam materiam, vt omnia percurrenti manifeſtum erit; ſed arte facta dicunt determinatam materiam ſaltem in genere: nam gladius ſignificat materiam præduram, & aptam ad ſcindendum, nauis leuem, ad nauigandumque idoneam. Neque enim lapidea aut ærea nauis hoc nomine ſimpliciter appellatur, ſed cum adiectione. Eademque ratio eſt in ceteris; ergo arte facta vtrumque ſimul important.

Status quæſtionis enodatur.

Arte facta de formali dicũt materiam & formam.

Probatur autoritate.

Viguer. Ariſt.

Probatur ratione.

Pro ſolutione obiectionum eſt aduertendum, arte facta dupliciter ſumi poſſe, vno modo proprijs arte factorum nominibus, vt domus, gladius, ſtatua, &c. alio nominibus communioribus confuſis, & compoſitis, ſeu deductis ex ſola forma artificiali; & hoc ſecundo modo ſimilia eſſe ceteris nominibus compoſitorum per accidens, ſolamque formam in recto ſignificare; huiuſmodi ſunt auratum, depictum, &c. At primo modo cum per ſe primò exigant certas partes, definitamque materiam, de formali eam important ſimul cum forma artificiata, vt quidpiam in

Duplicitèr humitur arte factũ propriè, & impropriè

ſua

fua intrinſeca ratione inclusũ. Hæc doctrina maximè habet locũ in præſenti: nam ſi nomen, verbum, & oratio accipiantur ſub hoc communi nomine, ſignificatiuum ex inſtituto, non eſt dubium quin formaliter ſola impoſitio exprimatur, & materia, quæ eſt vox, de connotaro. Verũ, ſi proprijs ſignificẽtur nominibus, tam hæc particularia, quàm illud cõmune vtrumque per ſe, & directò includent. Vnde Ammonius in cap. de Nomine illud ſignificatiuum cõmune, quod pro nominis genere ponitur, appellat ſignum vocale; nec alias nomẽ tam rectè definietur vox ſignificatiua, vt ſtatim dicemus, niſi in formali eius ratione vox includatur.

Ammon.

Solutio 1. argum. Ex quibus patet ſolutio ad primũ argumentum; nam vocabulum ſignum, vel ſignificatiuum deducitur ex ſola forma, & ideò mirum non eſt, ſi ſubiectum non importet; ſecus verò rem ſeſe habere in vocabulis, nomen, & verbum: quare vt ſignificatiuum ex inſtituto in cõmuni aptè collocetur pro genere nominis, verbi, &c. debet accipi, vt docuit Ammonius, & aliqui Recentiores, pro toto coniuncto ex ſignificatione, & voce, & quod dicimus ſignum vocale. Ad ſecundum neganda eſt maior; ad illius confirmationem ex Ariſtotele reſpondetur, variam eſſe eius loci interpretationem; optimã, quæ ſumitur ex eodem Ariſt. 7. Metaph. cap. 7. vbi idem repetit, & ſubdit, ſtatuam non dici lapidem, ſed lapideam deriuatiuè, eò quod pars conſtituens rem, vt ſubiectum non prędicatur de illa in recto, nec enim dicimus, inquit, domum lateres, ſed lateritiam, locus verò ita expoſitus pro noſtra ſententia facit; ſumitur enim ſimilitudo in arte factis ex naturalibus; quemadmodum enim homo non dicitur materia, vel anima, ſed materiatus, & animatus; ita arte facta non rectè dicuntur ſuæ partes, quas eodẽ modo includunt, ſed accipiunt ab illis denominationẽ, quaſi adiectiuam. Imò Ariſt. paulò ante illa verba in 7. Metaph. dixerat, æneũ circulum eſſentialiter includere vtramque partẽ, materialẽ, & formalem. Ad rationem reſpondebis, cauſam, ob quam concreta accidentium dicunt ſolam formam, non eſſe, quia hæc extrinſecus adiacet ſubiectis, ſed quia in ea cõpoſitione præcipuè intenditur accidentaria forma, præſuppoſita iam conſtitutione totius ſubſtantię. Ars verò in ſuis operibus æquè, aut magis principaliter intẽdit materiã ſaltem in genere, vt durum, flexibile &c. neque. n. fient gladius, aut nauis ratione figurę, niſi alterius materia prædura eſſet, alterius leuis, & bene compacta. Hinc ſequitur vt arte facta perinde, ac naturalia, vtramque partem formaliter includant.

Solutio 3.

ARTICVLVS II.

Qualis ſit diuiſio vocis ſignificantis in ſimplicem, & complexam.

Quænã ſit vox ſimplex.

NOmine vocum ſimplicium intelligimus ſolum Nomen, & verbum, ex quibus oratio conſtituitur, cetera namq. ſyncategoremata ad hæc reuocanda ſunt, cum eorũ ſignificationem, aut vinculent, aut diſſocient, aut alijs modificẽt rationibus: nomine verò vocis complexæ accipimus orationem, quam Ariſto. in 4. c. definiuit. Præterea notandum eſt, bifariam nos loqui poſſe de voce ſignificatiua. Primò iuxta ſententiã, quam proximè expoſuimus, aſſerentem, ſignum vocale ex inſtituto dicere formaliter compoſitum ex voce, & ſignificatione. Secundò accipiendo illud iuxta aliorum ſententiam pro ſola ſignificatione ex inſtituto connotando vocem.

Quænã ſit vox complexa. Ariſtot.

Prima cõcluſio.

His poſitis ſit prima concluſio. Significatiuum ex inſtituto in priori acceptione non poteſt diuidi diuiſione generis in vlla membra inferiora. Hæc eſt perſpicua ex doctrina vniuerſalium, vbi oſtendimus, rationem generis, vel ſpeciei nunquam conuenire enti per accidens; cuiuſmodi eſt ſignificatiuũ eo modo ſumptum. Secunda concluſio. Signi-

2. Concl.

Digitized by Google

Significatiuum acceptũ secundo modo non diuiditur vt genus, in simplex, & complexum Hæc ex duplici capite probari potest. Primo, quia, vt superius ostendimus, formalis ratio signi, vt præcisa à fundamento, adhuc est complexa ex habitudine ad potentiam, & ad rem significatã: complexum autem, vt constat, rationem veri vniuersalis sortiri non potest. Ac demus, accipi significationem, vt alijs placet, pro solo respectu ad rem significatam: tunc ex secundo capite ostenditur, non esse diuisionem generis, nec alicuius vniuoci; quia significatiuum simplex in ea sententia est ens per se; complexum autem est vnum per aggregationem, seu ordinem; ad ens autem per se, & per accidens nihil est vniuocum, ergo, &c. Minor, & consequentia sunt manifestę. Maior quò ad primam partem ex suppositione constat, quo ad secundam ostenditur. nam significatio orationis non est alia, quam aggregatio significationum partium, vt ex illius definitione colligitur, dicitur enim oratio vox, cuius partes significant separatim in ipsa oratione; & statim demonstrabimus.

Quidã asserũt, diuisionem significatiui in simplex & compositum esse analogam. Eorũ fundamẽtum improbatur.

Rogabis, cuiusmodi sit ea diuisio. Aliqui facilè respondent, esse analogam, quia significatiuum simplex est omninò vnum, significatiuum autẽ complexum est vnum secundũ quid, scilicet, ratione ordinis, qui cernitur in oratione; vnum verum secundum quid dicit habitudinem analogicam ad vnum simpliciter. Verum non ostendunt, quod genus analogiæ sit: nam si dicant, esse puræ attributionis, cõuincuntur hac ratione; eiusmodi analogia in ijs tantum est, quorum vnum participat intrinsecè formam, cetera per denominationem extrinsecam ab eo appellantur, vt in anteprædicamentis explicatum est; sed significatio nõ minus intrinseca est orationi, quàm nomini, & verbo; ergo nõ potest in ea distribui secundum hanc analogiæ rationem. Proportionis analogum dicent, sed facilè efficias, vt huius respõsionis eos æquè pœniteat, ac præteritæ. Analogum per proportionẽ, seu propriam, seu impropriã multiplicatur in analogatis, ita vt ea pars formæ, quæ est in vno nõ sit in alio, sed ambę cõueniant similitudine rationis. Ostendant hoc in significatiuo. Nonne eadẽ significatio simplex multiplicata efficit orationem complexam? sin minus, assignent in oratione aliquam significationem, quæ non sit nominis, aut verbi, aut eorũ, quæ ad illa reducuntur? Dicent, corpus coalescit ex dimẽsionibus lineę, & superficiei, & tamen est species contra diuisa à cæteris, & vniuocè, cum eis conuenit in magnitudine. Obiectio.

Respondetur, corpus non coalescere ex illis tantum dimensionibus, sed ex partibus etiam materialibus, ex quibus cum linea, & superficie consurgit noua dimensio vna per se, distincta à linea, & superficie; quod in Oratione non cernitur. Dilutio.

Vno ergo è duobus modis hæc diuisio explicari potest. Primò significationem vocis in communi recurrere cum significatione simplici, & non diuidi in simplicem, & complexam, sed enumerari varios modos, quibus ea simplex significatio exercetur: vnumq. esse, quando sumitur in vna tantum specie, vel numero, vt in nomine, aut in hoc nomine; alterum, quando in multis simul speciebus, vt in nomine, & verbo, cum ex illis conflatur oratio, tunc enim exercetur significatio simplex non per se sola, vt in priori modo, sed cum quodam ordine ad aliã significationem simplicem; exẽpli causa in hac propositione; Homo est animal; vocabulum, Homo, non solum significat naturam humanam, sed vlterius quandam eius subiectionem ad naturam animalis, quam includit. Secũdò potest explicari, vt diuisio analogi in sua analogata; quamuis enim oratio non addat aliquam significationem super simplices, vt oratio facta contra præcedentem opinionem demonstrat: nihilominus addit nexum partium simpliciter significantium, ex quo consurgit significatio nũ com- Duplex esse põt sensus illius diuisionis. Secundus.

complexum aliquo modo diuersum à simplici, non videtur enim perpetuò necessarium, vt differentia, aut quasi differentia contrahens aliquid commune, sit eiusdem rationis cum illo cõmuni, sed satis est, quod illud determinet, etsi in alio genere, vt cõstatur inferius sub eo contentum; vnde quamuis ordo, per quem significatiuum cõmune determinatur ad orationem, non sit significatio; poterit nihilominus reddere orationem membrum oppositum significatiuo simplici, habebit tamen attributionem ad illud, tanquam ad id, à quo accipit vim significãdi, vel certè proportionem, quia ordo quasi significat, si non aliud, saltem alio modo.

QVÆSTIO II.

De natura, & partitione vocis significatiuæ simplicis.

ARTICVLVS I.

Quæ vox censeatur simplex in significando.

Quod sit discrimen inter vocẽ simplicẽ, & complexam.

ARistoteles in his tribus capitibus ea nota distinguit vocem simplicem à complexa, quod nõ habeat partes significantes seperatim, vt habet complexa. Ceterum hæc differentia nec videtur idonea, nec tradita consentaneè ad doctrinã antepræd icamentorũ. Primum ita probatur, vocabula æquiuoca, & orationes minores, haud simplicia sunt, & tamen partes significãtes seperatim non habent, vt ex se constat; ergo proposita differentia nõ est idonea; maior ostenditur, simplicitas vocũ desumenda est ex simplicitate conceptuum; sed prædictis vocabulis non respondent in mente conceptus simplices; ergo simplicia non sunt. Probatur maior; significatio vocis tota desumitur ex significatione conceptus, cuius loco substituitur, vt in primo capite dictum est; ergo eius simplicitas, vel complexio ab eiusdem conceptus simplicitate, complexioneve desumetur, vt verum sit, quod dici solet, inde habere rem aliquam essendi modum, vnde sortitur ipsum esse: quod verò nominibus æquiuocis, & orationibus minoribus, vt nihil, semper, &c. plures respondeat conceptus, quæ erat minor secundi syllogismi, experientia est manifestũ; nam ijs auditis, nisi aliũde ad vnum tantum significatum arctentur, plurium rerum conceptus effingemus. Non cohærere autem hanc doctrinam cum anteprædicamentali, ex eo probatur, quia in secundo capite anteprædicamentorum appellantur incomplexè, seu simplices voces, quæ significant vnum per se, licet habeant partes significantes seperatim, cuiusmodi sunt ex mente quorundam Interpretum hç, corpus animatum, summus Põtifex. Hic verò reijciuntur à cœtu simplicium omnes eiusmodi voces, vt explicauit, probauitque Aristoteles.

Improbatur secundò, eò qđ non procedat, iuxta doctrinam supra traditam.

Nonnulla sunt aduertenda. Primum.

Principiò aduertendum est, quod D. Thomas, & Ammonius in primum caput huius libri annotarunt, eandem esse vocem incomplexam, de qua differuit Aristoteles in anteprædicamentis, & significatiuum simplex, de quo disceptat hoc loco, non in genere, sed prout continetur in nomine, & verbo; nam ea pars definitionis, in qua Nomen, & Verbũ conueniunt (scilicet vox significatiua ex instituto, cuius nulla pars significat seperatim) explicat naturam significatiui simplicis, vocisve incomplexæ; quamuis Aristoteles eam nunquam posuerit seperatam à definitione nominis, & verbi.

Secundũ.

Deinde sciẽdum, incomplexionem, & simplicitatem vocum ex conceptibus metiendam esse, vt ostendit argumentum initiò propositum, & consentiunt eo loco Interpretes. Verum cuiusmodi sint conceptus, qui vocem reddunt complexam, vel simplicem, magnoperè dissentiunt. Sunt qui opinentur, omnem vocem, cui respondent multi cõceptus, siue omnes æquè primo respondeant, siue cũ subordinatione, esse complexam.

D. Auguſt. Ammon. Tartaret.

Ita ſentit D. Auguſtinus lib. de prin cipijs Dialecticæ, cap. 1. Ammonius cap. 2. antepræd icam. Tartaretus capit. de verbo q. 1. art. 2. dubio 2. qui omnes docent, verba eſſe complexa, quia præter formale ſignificatum innuunt tempus, & perſonam; pro qua ſententia facit hęc ratio: nomina analoga ſimpliciter ſunt plura, & tamen non obijciunt multos conceptus æquè primò, ſed vnum primarium, & alios ſecundariò, præſertim ſi ſint analoga per attributionem; ergo quodlibet nomen, cui multi conceptus in mente reſpondent, etſi concatenati ſint omnes, erit complexum.

Simplicitas vocis deſumitur ex formali ſignificatione, ſeu formali conceptu.

Communis tamen Autorum ſententia eſt, ſimplicitatem, vel complexionem vocis attendendam eſſe penes primum, & formale ſignificatũ; ſeu penes primum conceptum formaliter importatum, qui ſi vnicus ſit, vox erit ſimplex, quamuis de cõnotato, & ſecundario multi alij importentur. Quæ ſententia videtur expreſſa Ariſtotelis in illo ſecundo capite antepræd icam. vbi in exemplum vocis incomplexę adducit verba, & in 4. cap. nomina concreta, vt album, quibus conſtat, præter conceptum formæ, reſpondere etiam notionem ſubiecti, & in 5. Metaphyſicorum diuidens prædicamẽta, quæ nemo negabit incomplexè ſignificari, vtitur nominibus connotatiuis, vt quantum, quale, &c. & ratio ſatis accommodata eſt, quia vocabulum ſignificans formaliter, & immediatè vnicum ſignificatum vnius rationis, vnam tantum habet impoſitionem, licet ex modo ſignificandi illud primum ſignificatum deducatur mens ad apprehendenda connotata; ſimplicitas autem vocis ab impoſitione ſumenda eſt.

Ariſt.

Bifariã reſpondere poteſt vocibus multiplex conceptus. Primò. Secundò.

Verum vt hæc ratio, & doctrina euidentiores euadant; animaduertendum eſt, duobus modis (loquendo in genere) reſpondere poſſe vocibus plures conceptus. Primò, ſi vnus reſpondeat vni parti vocis. & alius alij, vt fit in hac Oratione, Homo albus. Secundò, ſi omnes, & ſinguli reſpondeant toti voci, vt contingit in vocabulo, nemo, prout idẽ valet, atque nullus homo, vel in nomine, Gallus. Hic ſecundus modus in tres alios diuidi poteſt: nam plures conceptus vel ita reſpondent, vt habeant inter ſe connexionem quaſi grammaticalẽ, & æquipolleant orationi externæ, cuiuſmodi ſunt ij, qui reſpondent voci, nemo; vel ita vt connexi non ſint, nec ſubordinati, quales ſunt conceptus æquiuocorũ. Vel denique reſpondent cum quodam ordine, & ſubordinatione; vbi rurſum oportet diſtinguere duplex genus horum conceptuum: aliqui enim, etſi æquè primò non obijciantur, omnes tamen formaliter reſpondent, & immediatè ſignificantur; huiuſmodi ſunt conceptus analogorum, præſertim per attributionem; etenim vocabulo ſanum primò reſpondent conceptus ſani formaliter; deinde verò eorum, quæ dicunt attributionem ad animal formaliter ſanum; ſed hi ſecundarij conceptus etiam indicantur immediatè à voce, & habent ſuam impoſitionem, vel extenſionem prioris impoſitionis.

Secundus modus ruſus triſariam diuidi poteſt

Alij verò & ſunt ſubordinati, & mediati, & nullam habent impoſitionem; hi ſunt, qui de connotato importantur à vocabulis connotatiuis; à quibus ſubiectum, vel quidquid aliud connotatur, non ideò ſignificatur, quia circa illud habet nomẽ aliquam impoſitionem, ſed quoniam ſignificat ſuam formam cum eo eſſendi modo, ſub quo concipi nõ poſſit abſque ſubiecto; vnde ſubiectum manet extrinſecũ ſignificationi. Id autem non ſufficit ad efficiẽdũ nomen complexum, quemadmodum nõ efficit relationem patris in ſe cõplexam eſſe talem naturam, vt nec eſſe, nec concipi abſque filio poſſit, quia filius ſemper manet extra illius eſſentiam. Atque hæc dicta ſint ſupponendo vocabulum connotatiuũ, vt riſibile, ingenerare duos conceptus, alterum formæ, alterum ſubiecti: quod tamen exiſtimamus non eſſe neceſſarium, quia vt ſignificatio

vocis

vocis vnicæ; & simplex existens potest attingere subiectum propter modum, quo declarat formam, ita conceptus censebitur extendi ad subiectum, quia repræsentat formam vt illi inhærentem.

Qui sit simplex significatiuum.

His ita expositis ad propositam dubitationem respondemus, ex mente Philosophi cæteri in præsenti simplex significatiuum illud, quod nec sit æquiuocũ, nec habeat partes per se significantes in ipsa voce, ita vt vni parti respondeat vnus conceptus, alij parti alius. Prima pars huius conclusionis supponitur ab Interpretibus, expressa verò fuit à Louaniensibus, manifestèque sumitur ex instituto Philosophi, qui definit vocem simplicem in ordine ad simplicẽ enunciationem, qualis non est ea, quæ constat nomine æquiuoco. Quando igitur in definitionibus nominis, & verbi dicitur, vox significatiua, intelligitur significatiuum aliquo modo vnum, vt in definitione orationis magis explicabitur. Secunda pars etiam colligitur ex verbis, & declaratione Aristotelis: ait enim, nomen, & verbum, hoc est, voces simplices, non habere partes significantes separatim; & cum hoc exponit, perpetuò loquitur de partibus ipsius vocis. Rectè tamen Dialectici monent, vocabula simplicia, quibus respondent in mente orationes integræ, reuocari ad significatiuum complexum; quia vt nomina æquiuoca, etsi voce simplicia sint; ratione plurium significationum à simplicibus excluduntur; ita ea vocabula, quæ orationes minores vocantur, eo quod orationibus æquipolleant, cum ijsdem numerari debent; at nomina connotatiua, & verba, quibus respondent aliqui conceptus primariò, alij secundariò, per eandem impositionem inter simplicia collocari debent, vt cum Arist. docent pene omnes Interpretes.

Louaniẽs.

Satisfit rationib. initio propositis.

Ex quibus patet, dubitationem initio articuli positam quo ad eam partem, in qua probatur nomina æquiuoca, & orationes minores simplicia non esse, rectè concludere; cum verò obijcitur, ea non habere partes significantes separatim, quod attinet ad orationes minores, saltem virtute, & æquipollenter eas habere, quamuis Aristoteles solum loquatur de ijs, quæ formaliter partes habent, quia magis consuetæ sunt in disciplinis: quod verò spectat ad æquiuoca, dicendum est, ea reijci à definitione vocis simplicis per illam particulam, vox significatiua, vt proximè dictum est; & idcirco non esse curandum, vtrum in ea quadret vltima differentia significatiui simplicis.

ARTICVLVS II.

Qualis sit diuisio vocis simplicis in nomen, & verbum.

Quę voces simplices sub Logici considerationem cadant.

IAm supra monuimus, alias esse voces simplices præter nomen, & verbum, sed earum curam non esse Logico demandatam, aut quia non sunt præcisè necessariæ ad veritatem orationis, sed ad ornatum, aut quia non habent significationem, quæ per se vlui esse possit, sed solum ad nomina, verbaque modificanda inseruiant; hac ipsa de causa non constituimus sub voce simplici plura membra, quam duo enumerata. Ac licet nonnulli Recentiores negent, vocem simplicem diuidi in nomen, & verbum, eo argumento, quod vox simplex consideretur solum in ordine ad rem significatam, nomen autem, & verbum, vt habent casus, & articulos. Nihilominus est expressa sententia D. Thomæ, & Ammonij in primo capite huius libri, Nomen, & verbum esse voces simplices, quod est manifestum ex eorum definitionibus, in quibus pro genere ponitur definitio vocis simplicis, vt diximus. Nec argumentum in oppositum est alicuius momenti, quoniam propriæ rationes nominis, & verbi, quibus a ceteris dictionibus separantur, non sunt declinatio, & inflexio, sed peculiares significandi modi, qui deinceps explicabuntur.

Qui negãt vocem simplicem diuidi in nomẽ & verbum.

D. Thom. Ammon.

Eorũ fundamẽtum dissoluit.

Digitized by Google

Qui cẽsent diuisionẽ vocis simplicis in nomen & verbum esse accidentariam.

At cuius generis sit diuisio, non satis constat. Primò enim videtur esse accidentaria. Nam signa differunt specie per res formaliter significatas, sed nomen & verbum habent idem formale significatum; ergo nõ differunt specie. Maior ex eo constat, quia tam relationes, quàm potentiæ distinguũtur specie intra distinctionem formalium terminorum; signa autem vel sumuntur pro relationibus, vel pro earum fundamentis, quæ se habent per modum potentiæ.

Caiet. Minorem concedit Caietanus 3. p. q. 2. art. 7. ad primum dubium. & cõuincit hoc exẽplum. Amo verbum, & Amor nomen, significant formaliter amorem: nam quod verbum vlterius importet tempus, & connexionem, nihil cõfert ad essentialem distinctionem; quia tempus, & connexio nõ pertinet ad formale significatum verbi, sed ad connotatum, vt in eius definitione explicabitur. Deinde esto, diuisio esset essentialis, nõ foret vniuoca, sed analogatum quia in artefactis non sunt vera genera & species: tum quia signa non magis conueniunt, quam significata, sed significata verbi, & nominis analogicè tantum conueniunt: ergo ipsa signa non possunt vniuocè cõstituere.

Quædam sunt aduertenda. Primum. D. Thom. Caiet. Ferrar.

Ad solutionem huius quæstionis notandum est primò ex D. Thoma 1. par. q. 13. art. 4. & de potentia q. 7. art. 6. 1. contra Gentes cap. 53. Caietano, & Ferrariensi ijsdem locis, eas voces cõferi diuersas specie in significando, quę significant mediantibus conceptibus specie diuersis. Vnde D. Thom. locis citatis, & cum eo alij Theologi communiter tradunt, nomina, quæ dicũtur de Deo, vt sapiẽs, iustus, misericors, etsi illa sit vna res simplicissima, non esse synonyma, sed quod inde sequitur, species distincta, quia significant intercedentibus conceptibus inadæquatis, specie differentibus; cuius rei fundamentum est, significationem vocis, aut non esse aliud, quam ipsam impõsitionem, vt nos arbitramur, aut si regulationem importat, hanc omninò sequi impositionem secundum identitatem, vel diuersitatem specificam: at impositionis diuersitatem ex conceptibus esse colligendam: quoniam in imponenda voce præter eius conceptum, qui est medius, interuenit conceptus rei significandæ, quem vocant vltimum, & actus voluntatis, quo ea vox decernitur ad exprimendum conceptum vltimum, & significandum eius obiectum, quatenus obiectum est talis conceptus: cum autem voluntatis actus sumant speciem ex obiectis, prout ab intellectu representantur, vniuersa distinctio, vel identitas impositionis reuocanda est ad conceptus formales, & obiectiuos: hi enim semper se comitantur: quando enim conceptus formalis est diuersus specie, obiectiuus etiam differt, cum ab huius discrimine illius diuersitas petatur. Meritò ergo diximus, totam distinctionem impositionum, atque adeo significationum in vocibus à conceptibus deriuari.

Secundũ.

Aduertendum est secundò, quod iam indicabatur, eandem rem significatam in specie, vel etiam in individuo posse repræsentari conceptibus specie distinctis, vt diximus de Deo, qui cum sit purissimus actus, & simplicissimum Ens, terminat tot conceptus specie distinctos, quot habet attributa, quod etiam contingit in Petro, v. c. iuxta sententiam, quam magis approbauimus de identitate actuali gradui Metaphysicorum. Nã cum concipimus modò vt animal, modò vt hominem cõceptib. perspicuè differentibus. Ad distinctionem enim horum conceptuum satis est, si per eos non concipiatur eadem res adæquatè, sed per singulos apprehendantur quo ad distinctas perfectiones, vel essendi modos: cum n. cõceptus sint obiectorum imagines, quæ quis diuersitas in repræsentando eos constituit specie distinctos, vt dici solet de figuris, in quibus minima variatio mutat speciem. Hinc facilè colligitur, posse duo nomina vocalia eiusdem rei specie distingui, si illam repræsentent, vel secundum diuersas partes, vel sub variis essendi modis.

His

1. Concluſ. His ita conſtitutis ſit prima concluſio. Diuiſio ſignificandi ſimplicis in Nomen, & Verbum eſt eſſentialis. Hæc etiamſi expreſsè ſolum reperiatur à Recentioribus Philoſophis, non à Veteribus; colligitur tamen euidenter ex ſuperdictis. Nam Boetius in editione ſecunda ad caput de verbo. Ammonius ibidem, Albert. Mag. tract. 2. cap. 4. D. Thomas lect. 5. Richardus in primo diſt. 22. quæſt. 1. ad 4. Scotus ibidem §. cõtra hæc docent, Verbum ſignificare ſuum ſignificatum alio modo, ac Nomen; Cum igitur ex proximè dictis conſtet, diuerſum modum ſignificandi ſufficere ad diſtinguendos ſpecie cœpitus, & voces, planum eſt, eſſentiale diſcrimen ſtatim ab his Autoribus inter Nomen, & Verbum; atque hæc ratio, qua mentem horum Autorum coniecimus, eſt eiuſdem probatio concluſionis propoſitæ.

Boet. Ammon. Alb. Mag. D. Thom. Richard. Scot.

Qui nomẽ & verbum eſſentialiter diſtinguũt.

Duplex ſi ſitur diſcrimen inter nomen, & verbum.

Neceſſarium tamen eſt explicare, quænam ſit iſta diuerſitas in modo ſignificandi, quæ eſſentiale diſcrimẽ inducit; duplex enim reperitur in Verbo. Prima quidem Verbum ſemper ſignificat ſuam formam compoſitam cum ſubiecto, atque adeò ſemper eſt connotatiuum; vt docent ex citatis Autoribus ſpecialim Boetius, Ammonius, & D. Thomas: Nomen verò ſignificat formam per ſe, præſertim ſi eſt abſtractum, quod patet in adducto exemplo verbi Amo, & nominis Amor. Secunda diuerſitas eſt, quia Verbum ſignificat formam per modum actionis, ſeu in fieri, nomen verò in facto eſſe, & per modum quietis.

Quid alij in hac re iudicent.

Circa diſcrimẽ eſſentiale

Obiiciam videtur, ex vtraque diuerſitate ſimul ſumpta oriri diſtinctionis eſſentialis propter rationem à nobis aſſignatam, videlicet diuerſum modum ſignificandi aſſere ſignis eſſentiale diſcrimen, in vtraque autem diuerſitate cerni diſtinctum modum abeõ, quo nomina ſignificant, & huic ſententiæ faueat Ammonius, quatenus præcipuum diſcrimen collocat in modo ſignificandi cohærendo. Verũ tamen ſententia, & ab omnibus Autoribus ſupra citatis aſſerta eſt, poſteriorem tantum diuerſitatem inducere eſſentialẽ, & vniuerſale diſcrimen inter nomen, & verbum; & in primis, quod et poſteriori ſignificandi modo eſt ligatur differentia eſſentialis, patet, quia verbum formaliter ſignificat rem, vt egredientem ex cauſa, & quaſi in fieri, nomen verò formaliter id non ſignificat; at diſtinctio ſumitur ex formali ſignificato, vt dictum eſt: quod autem differentia inde collecta ſit vniuerſalis, manifeſtum etiam eſt, cum omne, & ſolum verbum illum habeat ſignificandi modum: aduertit hoc loco D. Thomas verbum non dici ſignificare actionem, ſed per modum actionis, quia non ſignificat actionem in actu ſignato, vt multa nomina, verb. c. hoc nomẽ actio, intellectio, calefactio, &c. ſed in actu exercito, quatenus ſignificat formam, vt actu egredientem.

Ammon. D. Thom.

Impugnatur primũ diſcrimen ſupra traditum.

Nunc obſtendendum eſt, modum ſignificandi cum compoſitione non ſufficere ad huiuſmodi diſtinctionẽ, quod fiet, ſi aduertamus, duplicem connunctionem, ſeu copulam ſignificari à verbo; vnam, quæ eſt per modum concretionis ſimilis ei, qua nomina connotatiua ſignificant formam, vt inhærentem ſubiecto; aliã, quæ eſt connectio prædicati cum ſubiecto, & æquipollet verbo, eſt, in enunciationibus: Primam ſignificat verbum formaliter, ſiue in oratione, ſiue extra; vt docet Diuus Thomas lect. 5. ad finem. Secundam ſolum de connotato, vt docet ibidem Diuus Thomas, colligiturque ex Ariſtotele, cap. de verbo, cum ait, verbum conſignificare compoſitionem; idem namque videtur conſignificare, & connotare (quamuis Ammonius ea verba detorqueat in alium ſenſum) & poteſt euidentius ex eodem colligi, cum in fine eius capitis ait, verbum extra enunciationem non ſignificare copulam; nam formale ſignificatum vocis ſemper idem perſeuerat, ſi igitur copula non ſemper ſignificatur à verbo, non ingredietur formale eius ſignificatum. Ex quibus iam facilè oſten-

D. Thom. Ammon.

dicur, neutrius copulæ significationẽ sufficere ad essentiale discrimen; non prioris, quia etsi formaliter significetur, & distinguat verbum à nominibus abstractis, à concretis illud non separat; non posterioris, quia hæc connotatur à verbo, signa autem differunt penes formalia significata.

2. Concl. Secunda conclusio, si nomen, & verbum sumantur secundum totum, quod dicunt de formali, diuisio non est generis in species; eam tamen imitatur. Vtraque pars est manifesta, quoniam nomen, & verbum eo modo accepta sunt composita per accidens ex voce, & significatione, vt superius ostendimus, in compositis verò per accidens non reperiuntur vera genera; est tamen diuisio genericæ similis, quia in neutro membro apparet vlla ratio analogiæ; potest tamen reuocari ad diuisionem analogi per proportionem propriam, quia vbi est æqualitas in participatione alicuius naturæ, & nõ est perfecta similitudo generis, intercedit aliqua ratio prædictæ analogiæ, vt cernere est in differentijs, & similibus.

3. Concl. Tertia conclusio. Si Nomen, & Verbum accipiantur pro sola significatione, siue in cõcreto, siue in abstracto, diuisio est generis in suas species. Ita existimant hodie Recentiores, nec immeritò; cum enim significatio, vel eam appelles relationem, vel impositionem, sit aliquid simplex, & æquè participetur à Nomine & Verbo, possitque per proprias differentias contrahi, non est, cur diuisio vniuoca non sit, Nomenque & Verbũ simplices species sub significatiuo simplici immediatè cõtentæ. Ex quibus patent responsiones ad argumenta initiò proposita.

Solu. 1. impugnationis. Primum enim solum probat, significatum materiale Nominis, & Verbi esse idem, nõ verò formale, vt explicatum est.

Solutio 2. Secundum etiam quo ad primam partem confirmat nostrã secundam conclusionem; quo ad secundam, distinguendum est, & si cõcendat, signa distingui per significata materialia, negandum est, si per formalia, concedendum: at hoc modo non est verum, significata nominis, & verbi analogicè conuenire, etsi res significatæ ita conueniant, quamuis absolutè necessarium non sit, tantam vnitatem esse in rebus significatis, quanta est in signis.

ARTICVLVS III.

OPPVGNATVR, ET DEFENDITVR Nominis Definitio.

ALiquæ partes definitionis Nominis explicatæ sunt inter disputandum; aduersus alias sic obijcitur: primò: contra primam. Vox non potest constitui loco generis, siue enim nomen accipiatur vt compositum ex voce, & significatione, siue pro significatione connotando vocem, nunquam vox in abstracto sũpta de illo prædicatur, vt Genus: Nã priori modo vox est pars essentialis nominis, vt aurum pars statuæ aureæ; at aurum non prædicari de statua, tradidimus supra ex Aristotele 2. de Generatione, & 7. Metaph. posteriori autem modo vox est subiectum nominis; ergo nequit esse illius genus.

Nonnullę obiectiones sese offerunt cõtra singulas partes definitionis nominis.

1

Arist.

Secundò, contra particulam, definitè, & in primis quod nõ fuerit adhibenda. Nomina infinita sunt complexa; ergo satis reijciuntur per particulam, cuius nulla pars significat separatim, quare superuacaneè additur, definitè, ad eadem excludenda. Antecedens probatur, quia nomen infinitum mentale est complexum; ergo & vocale; consequentia ex dictis patet. Antecedens probatur, si conceptui hominis adiungas conceptum huius vocis, non, efficitur nomen infinitum; non secus ac in voce efficitur ex non, & homo; sed in eo euentu conceptus hominis, & conceptus, non, significarent separatim, vt antea, cum remaneant similitudines suorum obiectorum: est igitur nomen infinitum mentale complexum.

2

Ter-

Digitized by Google

3. Tertiò, immerito reijciuntur nomina infinita; causa enim, quæ assignatur, est, quia dicuntur tam de ijs, quæ sunt, quàm de ijs, quæ non sũt: at hæc causa nec in omnibus, nec in solis infinitis procedit, non in omnibus, quia non est ens infinitum, & solum dicitur de ijs, quæ non sunt: non in solis, quoniam supertranscẽdentia prædicantur de omnibus, quæ sunt, & quæ non sunt.

4. Quartò, non rectè in commentario diximus, nomen infinitum componi ex negatione præfixa nomini, tum quia nõ opinabile est eo pacto compositum, & non est infinitum, cum de nulla re dicatur, tum quia vocabulum, Blictri, potest imponi ad significandum idem, quod non Homo, atq; adeò erit nomen infinitum absque negatione præfixa.

5. Quintò, vocabula prandium, cœna, &c. sunt nomina, & tamen præter formale significatum important certum tempus matutinum, & vespertinum. Si respondeas, significare cum tempore, quod est proprium verbi, esse, indicare differentias præteriti, præsentis, vel futuri, quod ea vocabula non præstant. Primò reddenda erit ratio, cur hæ differentiæ potius, quam illæ requirantur. Deinde non effugitur argumentũ: quia nomina, Potteri, & Maiores, præter suum significatum important tempus futurum, & præteritum.

6. Sextò, nomina adiectiua adiectiuè sumpta sunt eiusdem speciei cum substantiuis, & casus obliqui cum rectis; ergo si in definitione hæc comprehendantur, illa non debent excludi. Consequentia est bona, quoniam res eiusdem speciei, vt habent eandem naturam, ita explicantur eadem definitione. Antecedens quo ad primam partem de nominibus adiectiuis probatur, idem specie conceptus respondet nomini adiectiuo, & substantiuo; nam album, exempli causa, siue adiectiuè, siue substantiue, semper est connotatiuum importans de formali albedinem, & subiectum de connotato. Præterea etiam adiectiuum efficit orationem verum, vel falsum significantem; ergo non reijcitur à definitione. Probatur in hac oratione; Albus est; nomen, Albus, significat per se aliquid, & de eo significato dicitur, quod sit; ergo si illud significatum est, oratio est vera, sin minus, falsa. Quo ad secundam partem, de casibus obliquis idem ostenditur in hac voce, liber, quæ in omni casu idem omninò significat; ergo idem conceptus illi respondebit.

Confirmatur primò; lingua Græca, & Hebræa non habent tot casus, quot latina; ergo, si casus variant speciem conceptus, non habebit tot cõceptus diuersos nomen in ijs linguis, quot habet in latina, cum tamen eædem orationes in vtrisque fiant. Confirmatio 1.

Confirmatur secũdò; quoniã aliàs in optimo syllogismo dabũtur, quatuor termini, v.g. nulli astro fixo cõtingit Eclipsis, Bootes est astrum fixum; ergo Booti non contingit Eclipsis. Ecce termini, Astro, Eclipsis, Bootes, astrum. Confirmatur tertiò, quia non minus dissident genera, quam casus obliqui, sed masculinũ, & fœmininum sunt idem nomen, ergo, &c. Confirmatur quartò; magis differunt concretum, & abstractum, quàm rectum, & obliquum; sed illa non differunt specie; ergo nec ista. Confirmatio 2. Confirmatio 3. & 4.

Ad hæc ita respondendum est. Ad primum vtrouis modo nomen accipiatur, rectè definiri per vocem: si enim sumatur vt conflatum ex materia, & forma artificiali, perinde est dicere, nomen est vox significatiua, ac est compositum ex voce, & significatione; seu vt vult Ammon. est significatiuum vocale: aliquãdo enim ob commoditatem orationis verba aliquantulum immutantur. Addo, non videri ineptam definitionem, qua statua definiretur lignum figuratum, quamuis ineptè diceretur lignum, & figura, nec Aristoteles in 7. Metaphysic. vbi hac de re expressius loquitur, negat simpliciter statuam posse dici lignum figuratum, Solutio 1. obiectionis. Ammon. Arist.

Digitized by Google

rum, sed non vocari simpliciter signum, quia figura illarum non determinat certam materiam; potest enim esse ex ære, aut lapide; at nomen; autore D. Thoma lect. 4. determinat vocem; quare per eam definiri non est inconveniens.

D. Thom.

Obiectio. Nec opponas, compósita naturalia non definiri per materiam in abstracto, verbi causa, hominem non dici materiam cum forma rationali, sed constitutum ex materia, & forma. Est enim diuersa ratio quo ad hoc in naturalibus, quóniam sunt vnum pér se resultãs ex forma, & materia: artificialia verò habent vnum per accidens, & eorum formæ sunt accidentia materiæ; quamobrem meritò explicantur sub ea forma, quæ indicat illa simpliciter esse plura, & per accidens constituta. Facilior est solutio in secundo sensu; nam accidentia determinant tã certum subiectum nõ modò rãonis, sed etiam realis, definiuntur per subiectum, vt tradit D. Thomas lect. 4. & Ferrariensis 2. contra Gentes, cap. 30. iuxta doctrinam Aristotelis 7. Metaph. cap. 5. vbi asserit nasum definiri per nasum, veluti simum est natus in se reductus, imò adducit omnes tũ Autores, hoc genus accidentium, non modò in concreto, sed etiam in abstracto definiri per subiectum, cum hoc differentiæ, quod in concreto definitio per subiectũ in recto, in abstracto verò per idem in obliquo, hoc modo; simitas est nasi curuitas. Negamus igitur cũ D. Thom. vocem non collocare pro genere nominis, quamuis in eius formali significato nõ includatur: quia id est peculiare in ijs, quæ per accidentia definiuntur, vt loco citato monuit Aristoteles.

D. Thom. Ferrar. Aristot.

SECTIO ARTICVLI.

Soluuntur eius argumenta.

Solutio secũdę obiectionis initio propositæ.

AD secundum argumentum dicendum est, nomen infinitum esse complexum; ad probationem similiter inficiandum, ex conceptu negationis, & hominis effici in mente vnus conceptus repræsentans negationem concretam, è contrario verò imaginabile, & similia, nomen infinitum, quamuis efficiatur in voce, cuius rei illa est causa, quod conceptus, cum significent naturaliter, non possint ex beneplacito hominis decidere à propria significatione, & induere aliam certam simplicem; sed vna componuntur, consurget nomen negatiuum; at voces, cum ex institutione significent, possunt aliam componere, & accipere simplicem significationem: Rogabis, quis ergo conceptus respondeat nomini infinito, verbi causa non homini. Respondetur, conceptum simplicem negationis hominis in obliquo sumptæ, dicimus in concreto, quoniam vocabula infinita prædicantur de omnibus accidentaliter, prædicatio verò accidentalis non fit, nisi prædicata accipiantur in concreto, imò per modum connotationis, quamuis hic locus obscurus sit in nomine infinito.

Dubium. Respõsio.

Ad tertium respondetur, etsi Aristoteles eam assignauerit rationem, cur hæc nomina dicantur infinita, quia dicuntur de omnibus, quæ sũt, & quæ non sunt; propriam tamen causam, cur à nomine reijciantur, esse eam, quam assignat Diuus Thomas, quia nominis proprium est aliquid determinatum potentiæ obijcere, infinita verò magis remouent abintellectu omnia, quam aliquid proponant. Vnde meritò Niphus exhibens sententiam nominis infiniti cõsistere in eo, quod habeat formam negatiuam, dicit verò de ijs, quæ sũt, & quæ non sunt, esse conditionem consequentem, vt plurimum eam significandi formam, ex qua tanquam notiori duxit Aristoteles infiniti appellationem; at re ipsa nomen infinitum posse eam non habere, & è contrario non infinitum posse illã participare, cuiusmodi sunt superexcedentia, opinabile, cogitabile.

Solutio tertiæ. Niphus. Aristot.

Vnde patet ad argumentũm, Ens non imaginabile esse nomina infinita, siquidem respondere eis potest in mente vnus conceptus repræsentans negationem concretam, è contrario verò imaginabile, & simi-

Solutio quartæ.

lia,

lia, quamuis dicãtur de ijs, quæ sunt, & de ijs, quæ non sunt, non esse infinita ob defectum negationis. Hinc etiam manet dissoluta prima pars quarti argumenti, non imaginabile enim quoad essentiam eius nomẽ infinitum, licet deficiat ex cõmuni Etymologica. Ad secundum dicendum est, Philosophis esse sermonem de nomine infinito, quod vsurpari solet, id verò cum negatiuo modo significare debeat, non aliter qui præfixa negatione exprimi possit: nihilominus facta illa suppositione, eum idem conceptus responderet illi nomini, qui alijs infinitis respondet, esset saltem vere infinitum.

Solutio quintæ. Ad quintum argumentum rectè concurrebatur. Et maior ratio, quæ petitur, est, quoniam præteritum, & futurum sunt per se differentiæ temporis, quod est Ens successiuum per se constatum ex partibus prioribus, & posterioribus, matutinum autem, & vespertinum sunt differentiæ per accidens, tum quia obtinuunt ratione loci, siue quo tempus esse poterat, vt patet in ijs, qui polo subjacentur, quibus per sex menses continuos non occumbit sol; tum quia idem tempus, quod vni est vespertinum, alij in eadem duratione, sed diuerso loco existenti, est matutinum. Ad instantiam responderi solet, ea nomina iccirco non significare cum tempore, quia, etsi connotent tempus præteritum, & futurum non important illud tanquam mẽsuram alicuius actionis, quod est proprium verbi. Dici quoque potest, verbum non significare formaliter ipsum tempus, sed aliud, cui tempus annexum sit: prædicta verò nomina de formali dicunt tempus connotando homines.

Prima solutio sexti. Ad sextum argumentũ respondetur primò, concesso antecedente, negando consequentiam: ad cuius probationem dicendum est, tunc omnia, quæ sunt eiusdem speciei essentialiter definiri eadem definitione, quãdo definitio explicat totam essentiam; si enim vlterius complicetur aliquam conditionem accidentariam, cum hæc possit esse in aliquibus individuis, non in alijs, non est necessarium, vt definitio conueniat omnibus, & ita accidit in præsenti, neque enim definitur natura nominis nudè sumpta, sed cum illa conditione, quòd reddat suppositum verbo. Fuit verò rationi consentaneum, vt non censeatur simpliciter, nomẽ, nisi illud, quod reddit suppositum verbo, quamuis esset eiusdem speciei cum alio, quod hoc non præstat, quia nomẽ, vt supra docuimus ex D. Thoma, & alijs Interpretibus, est materia, & basis orationis, quocirca oportet consistens esse, & non alterò inniti, vel ab eo dependens. Verum de antecedente, quoad vtramq. partem, est controuersia.

Quo ad primam, de nomine adiectiuo, & substantiuo Sotus lib. 1. Sũmul. cap. 7. argumento 2. arbitratur, vtique respondere in mente eundẽ speciem conceptum, & consequenter ambo esse eiusdem speciei ob rationem in argumento inditam, quæ sic cõfirmari potest. Diuersitas inter adiectiuum, & substantiuum tota est extrinseca formali significato; ergo non variat speciem. Antecedens probatur, quia formale significatum albi, verbi c. est albedo applicata subiecto, ipsum autem subiectum, & modus, quo accipitur, est extra formale significatum; sed adiectiuum & substantiuum hoc solum differũt, quòd vnum secum defert subiectum, vt totum eius significatum sit subsistens, alterum subiectum nõ defert, sed formale significatum illi inexistens significat, quod tradidit D. Thom. 1. part. quæst. 39. artic. 1. cum ait, hoc differre adiectiuum à substantiuo, quod illud non defert secum suppositum, hoc verò maximè. Eiusmodi autem differentiã, cum se habeat ex parte subiecti connotati, extrinsecum est formali significato, & pertinet ad nominum appellationem quatenus adiectiuum, eò quod suum significatum circa alterum cõtineat, appellasse potest subiectum, hoc est, denominationem illi præbere; substantiuum autem, quia significatum

Sot. Corroboratur sexta obiectio supra allata.

D. Thom.

circa

circa alterum non ponit, nihil appellare valet, quæ appellationis diuersitas non variat formalem significationem, vt colliges ex doctrina Petri Fonsec. lib. 8. Institu. capit. 41.

Petrus de Fons.

Confirmatur vlteriùs.

Confirmatur secundò, quia idem numero conceptus adiectiuè, & substantiuè sumi potest: Si enim quis formet conceptum albi substantiuè accepti, & postea illi subijciat Cygnum, non apparet, cur nequeat album de Cygno, prædicare; quod si efficiat, iam conceptus albi erit nomen adiectiuum, quia suum significatum alteri accommodat.

Oppositam sententiam defendũt plerique ex recentioribus Dialecticis sequuti Tartaret. in hunc lib. quæst. 1. dub. 2. fundamentum est, illam diuersitatem adiectiui, & substantiui, quam oppositæ sententiæ Autores etiam agnoscunt, pertinere ad formale significatum; quoniam esse annexum alteri, vel per se subsistens non sunt affectiones subiecti connotati; nam hoc semper denotatur, vt per se existens, sed ipsius formæ, quæ formaliter significatur; hæc enim potest subiecto applicari, vel non applicari.

Vtraque sententia admodum probabilis est; vtraque satis difficilis. Etenim verò compositum accidentarium (in quo res obscurior existit) tribus tantum modis significari posse videtur; vno, si primò, & formaliter significentur subiectum; Secundò & materialiter forma, vt existimauit Ochamus supra. Altero è contrario, si primò indicentur forma, secundò subiectum, vt ceteri Philosophi, Theologique fieri arbitrantur. Tertio si vtrumque simul, & æquè primò significetur vt accidit in primo composito per se, quod in superioribus sæpe dictum est. Et quidem si nomen substantiuum importaret subiectum primo, aut tertio modo, perspicuè differret ab adiectiuo, sed cum substantiua acceptio tãtam varietatem non inducat, nec verò inducere possit, quin varietur nominis impositio, imò vtrumque nomen medio illo modo significet, vix explicari potest, quo pacto vnum secum deferat suppositum, aliud non deferat; quo item modo adiectiuum ponat significatum circa aliud, substantiuum non ponat.

Compositum accidentarium tripartiam significari potest.

Vbi iam visitur opinionum diuersitas; qui enim essentialem nominũ identitatem affruunt, ita explicare videntur, vt conceptus substantiui, & adiectiui idem omninò repræsentent, & in sola suppositione, quæ significato extrinseca est, discrepent quatenus idem nomen, vel conceptus substantiuè supponit pro subiecto, adiectiuè pro tota forma non subsistente. Qui verò essentiale discrimen introducunt, existimare videntur, conceptu substantiui repræsentari concretum ex forma & vnione ad subiectum, verbi causa, album per se subsistens; conceptu verò adiectiui, vt alteri adiacens; Vbi cernitur diuersitas in modo formalis significandi, quæ essentiale, discrimen importat. Nec est impossibile nomen connotatiuũ significare formam in concreto, quasi per se subsistentem, tum quia non accipitur secũdum connaturalem significandi modum; hic enim est adiectiuum suum, quia sumitur illud concretum quasi resultans ex subiecto, non considerata actuali dependentia, seu innutrita formæ in illo.

Secunda sententia verisimilior est.

Qui hanc secundam sententiã, quæ nobis aliquantò verisimilior apparet, secutus fuerit, ad primam confirmationem primæ negabit, totam diuersitatem inter adiectiuum, & substantiuum esse ex parte subiecti, vt explicuimus. Ad secundam similiter negabit, conceptui nominis substantiui supponi posse alium pro subiecto, nec posse eo retento fieri prædicationem directam, & formalem, sed necessariò mutandum esse, quia sumitur per modum subiecti, non formæ. Iuxta eandem sententiam respondendum est ad sextum argumentum, cuius gratia hæc dicta sunt, conceptum adiectiui & substantiui non esse eiusdem speciei; & ad primam probationem dicen-

Ad primã confirmationem alterius responsio.

Ad secundam.

Aliter 6. occurritur obiectioni, & eius cõfirmationi.

Quod sit discrimen inter nomen substãtiuum, & adiectiuum.

endum est, vtroque nomine de formali significari formam, & subiectū de connotato, sed non eodem modo; nam adiectiuo significatur forma vt innitens subiecto, substantiuo autem, vt per se consistens. Quæ diuersitas cum se habeat ex parte formæ, essentiale discrimen inducit. Ad secundam probationem negandum est, illam orationem, Albus est, efficere vllum sensum, quia adhuc intellectus manet anceps, quid sit illud, de quo affirmatur, quod sit, nec nomē, Albus, significat aliquid cum dispositione sufficiente, vt ei aliquod prædicatum attribuatur.

Quid de casibus obliquis censeri debeat.

Quo ad casus obliquos communis opinio est, eos ingerere conceptus specie diuersos à rectis, ita docet Sotus libro 2. Summul. cap. 1. argumento secundo, indicat D. Thomas Quodlib. 4. artic. 19. ad tertium. Albertus hic tract. 2. cap. 6. Tartaretus quæst 2. de nomine, ar. 2. & fundamentum est, modum significandi casus obliqui esse longè diuersum à modo significandi recti quid negabit, quid attenderit, quam diuersum sensum efficiat etiam in mente hæc propositio, hic liber est Aristotelis, & hic liber est Aristoteles, qui non aliunde prouenit, quam ex diuersis modis repræsentandi conceptus Aristotelis; idem etiam ostenditur extra propositionem; exprimitur enim auditis his vocibus, Sophronisci filius, nos formare distinctam cognitionem ab ea, quam formamus perceptis his, Sophronisci filius, nimirum, quia conceptus genitiui dicit quandam habitudinem ad nominatiuum, quod possidet, quam casus rectus non importat.

Solutio 1. confirmationis.

Cauendum tamen est, ne existimemus, omnes casus obliquos esse diuersos specie à rectis, sed eos tantum, qui diuersum pariunt sensum. Nam ijdem omninò conceptus respondent in mente his orationibus, Vescor Carnes, & Vescor Carnibus, liber est Aristotelis, & liber est Aristoteli, quod pari modo dicendū videtur, cum Græci genitiuo vtuntur pro ablatiuo; Ioçus verò in lingua Hebræa, & alijs vulgaribus, in quibus est vnicus casus additus articulis: asserendum videlicet est eidem casui, quoties efficit diuersum sensum, qui satis indicatur per eas particulas, respondere plures conceptus specie diuersos, & ita patet ad primam confirmationem.

Solutio 2.

Ad secundam bene respondet Soto loco citato, omnes conceptus eiusdem declinationis, esto differant specie, censeri eundem terminum, quoniam ea diuersitas non attenditur à Logico, sed à Grammatico.

Solutio 3.

Ad tertiam negandum est, maiorem esse diuersitatem in generibus, quatenus diuersa genera sunt; nam idem prorsus conceptus respondet his duobus nominibus, lapis, & petra, cum alterum masculinum sit, alterum fœmininum; dixi (quatenus sunt genera diuersa) quia si res significatæ sint diuersæ, vt sunt eæ, quæ indicantur per has voces, cœlum, terra; vel ex consuetudine audito nomine masculino formemus conceptum rei diuersæ ab ea, quam per fœmininum apprehendimus, vt cōtingit in his orationibus, Homo est natus; Homo est nata, in quarū priori, ratione terminationis masculinæ per conceptum respondentem voci, homo, solos viros cognoscimus; in posteriori solas fœminas ob fœmininam terminationem; nunc nō erit incommodum, conceptus esse diuersos, sed hoc non fit meritò ipsorum generum, vt dictum est.

Solutio 4. Ocham.

Ad quartam Ochamus Quodli. 5. quæst. 9. & 25. cum communi sententia negat, abstractum & concretum non differre specie; eius ratio est, quia concretum, præsertim connotatiuum de formali dicit subiectum denotando formam, abstractum verò formaliter significat ipsa formā. Eandem sententiam tenet Auicenna relatus ab Auerroe 5. Metaph. capit. 14. sed hæc ratio procedit ex falso fundamento, quia nomina accidentalia connotatiua primò & formaliter significant accidens, secūdariò, & denotatiue subiectum, vt docet ibi-

Auicen.

dem

Auerr. dem Auerroes, & D. Thomas lect. 5.
D. Thom. Scotus in 1. dist. 27. q. 3. §. ad secun-
Scot. dam quæst. Aegidius Romanus d. 9.
Aegid. Ro q. 3. Gregorius d. 8. q. 2. Ferrariensis
manus, 1. contra Gentes cap. 30. colligitur-
Gregor. que ex Aristotele, qui Metaph. 5. di-
Ferrarien. uidens ens in decem prædicamen-
Aristot. ta vtitur nominibus concretis, quod aptè non faceret; saltem quo ad prædicamenta accidentium, nisi connotatiua formaliter importarent accidentia.

Idonea igitur ratio est illa communis, quam ad hoc speciatim adducit Aegidius in 1. d. 22. q. 2. modum
Aegid. significandi nominis concreti esse diuersum, quia præter formam includit formaliter vnionem ad subiectum; album enim præter albedinem, quam significat non abstractè, importat inhærentiam, ratione cuius dicitur connotare subiectum.

Dubium. Dices, multa esse vocabula concreta significantia formas cõiunctas subiecto absque modo superaddito, vt figuratum, vestitum; nec enim figura, nec vestis modo egent inhærendi alterò, quia non inhæret, sed coniuncta est extrinsecè; alterà, quia cũ sit modus, non eget alio, quo subie-

Respõsio. cto infigatur. Respondetur, ad diuersitatem conceptus non requiri modum in re distinctum, sed sat esse, cõcipi formam cum habitudine ad subiectum, vel suppositum; quod sapienter aduertit Commentator 12. Metaph. comment. 39. cum dixit, viuum, & viam nec respectu Dei, qui est ab omni compositione alienus, esse synonyma.

Dubium. Rogabis ad calcem huius dubitationis, qua ratione, & in quas species nomen diuidatur. Breuissimè

Respõsio. dicendum est, si nomen accipiatur, vt arte factum ex voce, ac significatione constitutum, nec esse propriè genus, nec specialia nomina in rigore species, obrationem sæpius assignatam. At si capiatur pro significatione connotante vocem, qua ratione est simplex, esse genus, diuidique immediatè in omnes nominum species, v. c. in nomen Homo, Equus, &c. Quod idcirco asserimus, quia nulla est maior ratio, cur prius diuidatur in abstracta, & concreta, quam in adiectiua, & substantiua, vel alias combinationes, in quas omnes simul diuidi non potest, quin absurdè sequatur, eandem speciem contineri sub diuersis generibus non subalternatim positis.

ARTICVLVS IIII.

Expenditur definitio verbi.

EA, in quibus verbum cum nomine conuenit; eodem modo explicanda, atque applicanda sunt in præsenti, quæ in superiori articulo, præsertim quæ pertinent ad doctrinam primi argumenti. Quo ad illa, quæ Verbo sunt peculiaria, sic improbatur eius definitio. Primò. Pleraq; verba cum tempore non significant; ergo prima differentia, qua Verbum separatur à Nomine, incõgruè traditur. Antecedès probatur, nam Creo, Cogito, solum instans denotant; & Generat, in hac propositione, Pater æternus generat Filium, æternitatem.

Impugnat definitio verbis his argum.

Primum.

Secundò, si verba significarent tempus, aut hoc præstarent formaliter, aut denotatiuè, seu neutrum dici posset; non primum, quia omnia essent complexa, cum præter tempus, habeant aliud formale significatũ; non secundum, quoniam conceptus verborum ratione temporis differũt specie, vt patet in his propositionibus, Adamus fuit, Adamus est, prior enim est vera, secunda falsa, quod nõ esset, si vtraq; eosdem haberet cõceptus; at supra monuimus conceptus signorum non distingui specie, nisi ratione formalium significatorum. Adde verbum, Duro, nihil aliud significare, quam tempus, atque adeo formaliter.

Tertiò, nullũ datur verbũ infinitũ, ergo superflue addit particula, Definitè. Antecedès probatur, quia in oratione verbũ cũ negatione manet negatũ; ergo idẽ erit dicẽdũ de Verbo extra orationem; cõsequentia videtur bona, quia partes orationis eo

modo

modo ad orationem assumitur, quo significant. Antecedens ostenditur, particula negatiua præfixa verbo, negat eius copulam cum subiecto, ergo reddit verbum negatum.

Quartò, aduersus vltimam partem definitionis. Verbum disputo, in hac propositione, Disputo est disputo, subijcitur; & verbum, Est, in propositionibus necessarijs nō prædicatur; hoc enim verbum, quemadmodum cetera, non prædicatur, nisi cum sumitur pro suo formali significato; sed in propositionibus necessarijs verbum, Est, absoluitur ab existentia, quæ est illius formale significatum, siquidem ex veræ sunt, quamuis res non existant; ergo non prædicatur. Expungenda igitur est à definitione Verbi vltima pars, & semper eorum, quæ de aliquo prædicantur, est nota.

Vt quæstio dissoluat quattuor sūt aduertenda.

Pro solutione horum argumentorū, & explicatione Verbi recolendum est, quod partim in commentario, partim in secūdo articulo huius quæstionis tradidimus, Verbū, si omnia eius significata numerentur, quattuor habere. Primum est, quod vnicuique est proprīū, verbi causa, Intelligo, significat intellectionem, Amo amorem, cetera omnibus sunt communia; secundum ergo est tempus, quod meritur primum significatum; tertium copula, ratione cuius verbum quodcunq; additum nomini efficit enunciationem affirmantem, aut negantem; quartum est modus concretionis, cuius merito omne verbum dicitur connotatiuum.

1
2
3
4

De his igitur significatis vnum videtur certum, & ab Autoribus cōmuniter receptum. Aliud vti dubiū est, ita apud Autores controuersum; certum est, primum, & quartum significatum esse formalia: quemadmodum enim album de formali significato albedinē, & eius inhærentiā ad subiectum; ita Cognosco præter cognitionē importat habitudinē ad principiū cognoscens, secundū quā diximus verbū solū differre à nominibus abstractis. Dubiū est de secundo, & tertio significato; quod atuingitur in primo, & quarto argumēto.

Quod igitur ad horum primū de significatione temporis spectat, D. Thom. q. 1. de veritate art. 6. ad sextū, & Quodl. 4. art. 17. ait, cōceptus verbi præsentis, præteriti, & futuri esse diuersos ob diuersum modū significandi, & affert Aristotelem in tertio de anima asserentem, in propositione per se misceri tempus, quare videtur illud constituere inter formalia significata. Idem innuit Aegidius in 1. d. 4. art. 2. q. vlt. ad quartum, cū docet, tempus distinctam efficere enunciationem. Confirmat hanc sententiā secunda pars secundi argumenti.

Qui docēt conceptus verbi præsentis præteriti & futuri esse diuersos. D. Thom. Arist.

Aegid.

Communis tamen sententia esse videtur, tēpus non significari à verbo primò, & formaliter, sed consecutiuè, & secundariò: nam ferè omnes, cum de tempore loquuntur, dicunt, illud consignificari. Ita Aristoteles in cap. 3. iuxta versionem Boetij. & communem; D. Thom. in locis citatis, & in cap. de Verbo, Aegidius etiam citatus, Albertus verò, & quē citat Alpharabius, expressius dicunt, significari tempus ex consequenti, hoc est, vt explicat ibidē Albertus, & D. Thomas lect. 5. quoniam verbum significat actionem in actu exercito, id est, egredientem à principio, actio verò non egreditur, nisi tempore, idcircò significatur tempus vt mensura actionis absque distincta impositione; ita dicit Albertus ex aliorum sententia, quam non improbat, posito quod verbum significet actionem: accipiunt verò nomē temporis latè pro quauis duratione etiam instantanea, vel æterna, nam in instanti exercentur veræ, propriæq; actiones, quæ verbo significantur non aliter, quam temporarię; quare sicut illæ inuoluunt tempus successiuum, ita hæ momentaneam durationem, & idem dicendum est de duratione æterna.

Tēpus nō significari à verbo primariō, sed secundariò, quidā docent. Aristot. D. Thom. Aegid. Alb. Mag. Alphar.

Hæc si vera sunt, repugnantia videtur esse in dictis D. Thomæ, & Aegidij, imò in ipis, quæ docuimus. Nam D. Thomas in Quodlib. citato manifestè docet, conceptus præsentis, præteriti, & futuri esse diuersos spe-

Fundamētum affertum esse diuersæ speciei cōceptus præ-

cie

sētis, præteriti, & futuri.

cie propter diuersum modum significandi; non debet verò intelligi, illum modum diuersum esse tantum

D. Thom. Aegid.

in connotato, sed in significato formali. cum tamen in ijsdem locis fateatur, verbum adsignificare tẽpus. Nos similiter diximus, distinctionẽ conceptuum sumi ex formali significato, & non negamus, conceptus præteriti, & futuri differre secundũ speciem ob diuersa tempora; ergo non loquimur consequenter asserendo, tempus pertinere ad connotatum. Expedit hæc omnia idem D. Thomas lect. 5. dum assignat rationem, ob quam Aristoteles exclusit à

D. Thom.

Verbi significatio trifariã spectari potest.

verbi definitione cetera tempora à præsenti; atque hæc ferè tradit. Verbi significatum est actio in actu exercito, quæ triplici modo spectari potest, vno vt actu exercetur, alio vt exercita fuit; tertio, vt exercenda est; qui modi intrinsecè variant repræsentationem conceptus. & significationem vocis; nam aliud est repræsentare actionem vt egredientẽ, aliud vt egressam, vel egressuram, quando verò conceptus, & vox significant actionem actu egredientem, necessariò important tempus præsens, & similiter in ceteris tem-

D. Thom.

poribus, ideo D. Thomas dixit, conceptus horum temporũ distinguendos esse, vt re vera distinguẽdi sunt, per varios significandi modos, quæ sub denotationibus temporum delitescunt; & per tempora ipsa melius cognoscuntur.

Ex quibus non modo patet, nec doctrinam D. Thomæ. nec nostram sibi aduersari, siquidem distinctio conceptuum non sumitur ex tempore, quod re vera connotatur, sed à modo formaliter significato: verum etiam, quid significarit Aegidius, cum dixit tempus esse quodammodo essentiale idẽtitati orationis; nequit.n. mutari tẽpus, quin formalis repræsentatio cõceptus varietur.

Aegid.

Respõsio ad 1. arg.

Ex dictis resoluta manent argumenta aduersum priorẽ Verbi differẽtiã. Ad primum.n.damus, nomine temporis intelligi quãuis durationem, quemadmodum nomine actionis intelligitur quædam res significata per modum actionis; vnde etiã verba Quiesco, Sisto, & similia, quæ significant priuationes actionum, censentur repræsentare actionẽ. Ad secundum concedimus, enunciationes constantes verbis diuersorum temporum distingui secundum speciem; verum hoc discrimen sumi a proprio modo significatu formalis, qui per tempus cognoscitur. Ad instantiam de verbo, Duro, dicendum est, eiusmodi verbum non significare durationem formaliter vt mensurã, sed per modũ actionis, & præter illã denotare aliam durationem, vel tempus externum reale, aut imaginarium, in quo res durare dicitur.

Respõsio ad secũdũ.

SECTIO ARTIC. I.

Virum verbum infinitum in enunciatione maneat infinitum.

TErtium argumentum tangit eam difficultatem, quæ est inter antiquos, & recentiores Philosophos; an verbũ infinitum, quod extra propositionem ab omnibus conceditur, (licet à quibusdam non existimetur, in mẽte esse simplex) cum in propositione collocatur, infinitũ maneat. Albertus Magnus tractat. de Nomine cap. 5. & tract. de Verbo cap. 2. Aphrodisæus, Boetius, & D. Thom. c. 2. libri sequentis, partem negantem secuti sunt. tum argumẽto tertio huius articuli, tum quia Aristoteles initio lib. 2 ait, omnem enunciationẽ constare nomine, & verbo, aut nomine infinito, & verbo nullã faciens mentionem verbi infiniti; existimat igitur, nullum esse in propositione.

Qui partẽ negantem sequũtur.

Alb. Mag. Aphrod. Boet. D. Thom.

Verior tamen videtur sententia Recentiorum asserentium, verbum infinitum posse manere affirmatum in enunciatione. Quod ostendunt primò ex Aristotele, qui in ca. 3. docet, verbũ infinitum esse notam rerũ, quæ de aliquo prædicantur; ergo existimat, per se prædicari posse absq; adminiculo copulæ, ita vt affirmatũ maneat. Deinde ait, eiusmodi verbũ dici de his, quæ sunt, & de his, quæ non sunt; non potest autem de aliquo

Affirmatiua pars præferẽda est, q̃ his rationibus nititur.

1

2

quò dici, nisi in propositione; ergo in ea credendum est manere verbum infinitũ. Accedit manifesta ratio; extra enunciationẽ reperitur verbum infinitũ, vt fatentur omnes ergo si formetur in mente illius conceptus, & ei addatur subiectũ, efficietur vera propositio; nec verò fingi potest ratio, ob quam subiectum additum euertat, aut mutet naturam conceptus verbi infiniti.

Quod est discrimen inter verbum negatũ, & infinitum.

Quod manifestius vt sit, notãdum est, verbum negatum, & infinitum non solũ differre in hoc, quod negatum sit quid complexum, infinitum verò simplex, vt de nominibus finito, & infinito dictum est; sed etiam, quia in verbo infinito non negatur copula, sed solũ formale significatũ, verbi causa, nõ valet, infinitanter acceptum nõ significat negationem eius copulæ, quam verbũ in oratione importare solet, sed solius valetudinis; in verbo autẽ negato primò negatur copula, vnde Infinitum resolnitur in verbum, est, affirmatũ, & participium negatum, hoc modo, Socrates non currit, Socrates est non currens; negatũ verò in verbum, est, & participium simul negatũ, vt Socrates nõ est currẽs. Nec suspecta videri debet alicui hæc expositio, cum vocabula significẽt ex voluntate hominum, qui potuerunt negationes accommodare, vel toti, vel præcipuo tantum significato. Deinde, quia verbum per se sumptum extra enunciationem infinitatur, sed tunc non significat copulam, vel compositionẽ verbalem, vt docuit Arist. in cap. 3. ergo solum formale significatum afficitur à negatione; nemo enim cogit plura negare in propositione, quam extra.

Arist.

Tertij argumẽti solutio.

Ex quibus patet solutio tertij argumenti, cuius occasione hãc excitauimus quæstionem, negandum, s. est in verbo infinito, cũ in oratione ponitur, negari copulã verbalem, negatur. n. solum formale significatũ. Locus Aristotelis enodatur.

Locus Aristotelis ẽ nodatur. Locus Aris. quẽ in hac sectione adduximus, hunc habet sensum. Omnis enunciatio constat nomine, & verbo, vel nomine infinito, & verbo, s. infinito; nec. n. opus fuit repetere infinitum in verbo, cum id facile intelligeretur. At ne dissentire videamur à veteri, atque adeo venerabili Philosophia, interpretari quoq; possumus citatos Philosophos, cũ dicunt, verbum infinitum in oratione transire in negatum, loqui eos secundum æquipollentiam, quando infinitum æquipollet negato.

SECTIO ARTIC. II.

QVO PACTO VERBVM SIGNIFIcet copulam.

Quid verbũ, Est, dicat de formali.

HOc erat tertium verbi significatum, de quo est grauis controuersia: an formaliter significet; & ratio dubitandi attingitur in secunda parte tertij argumenti, si. n. verbum [est] in propositionibus necessarijs non significat existentiam, vt argumentum ostendere videtur, & communiter conceditur, nihil remanet, quod formaliter significet nisi coniunctionem prædicati cum subiecto: atsi semel hanc coniunctionẽ de formali dicat, perpetuò eam significabit; non est. n. mutabilis verbi significatio, nisi impositio varietur. Quod multò firmius erit, si ostendatur etiã in propositionibus contingentibus, verbum [est] non significare vllam existentiam, sed solam copulam; id verò suadetur, quoniã si in hac propositione, Homo est albus, & similibus verbũ, [est], significet de formali existentiam, idem erit dicere, Homo est albus, atq; Homo est existens albus, sed hæc exponẽs est de extremo coniuncto; ergo exposita, & omnes similes erunt de extremo coniuncto, quod est inauditum.

Quæ sit propositio de secũdo adiacente, & quæ de tertio.

Multa sunt in hac quæstione, quæ negatiuũ exhibent; ea vt qua poterimus breuitatẽ assequatur, aduertendũ est, propositiones alias esse de secundo, alias de tertio adiacente: Propositio de secũdo adiacente est ea, in qua prædicatur solum verbum Est, vt Adamus Est: propositio de tertio adiacente est, in qua præter verbum Est, additur aliud prædicatum, vt ho-

mo est albus. In priori propositione constat verbum, est, importare de formali existentiam, cum in ea nihil aliud de Adamo prædicetur, & vlterius copulam, ratione cuius existentia affirmatur. in cuius significatione verbum, est, conuenit cum ceteris. In posteriori cõcruerti tur ab Autoribus, an præter copulam, quã ab eo significari nemo inficiatur, inuoluatur existentia?

Quid censent Recẽtiores cõmuniter à propositione de tertio adiacente.

Quã in re communis Recentiorum sententia esse videtur in propositione de tertio adiacente contingenti, qualis est illa, Homo est albus, significare verbum, est, existentiam: in necessaria autẽ, veluti Homo est animal, absolui ab existẽtia, vt loquuntur, hoc est, indicare solã copulam, non verò existẽtiam, quia, vt priores propositiones non sunt veræ, nisi forma existente in subiecto, ita posteriores absque vllo respectu ad existentiam veritatẽ continent. Vnde consequenter docent, vocabulum, Est, in prioribus propositionibus esse verbum perinde atq; in propositione de secundo adiacente, in posterioribus verò esse copulam verbalem, & Syncategorema, quia significat solam coniunctionem prædicati cum subiecto, supponunt scilicet, habere duplicẽ impositionem vnam verbi, qua significat existentiam, & innuit copulam, aliam, qua repræsentat solam copulam. Quibus constitutis, vno verbo respondent ad propositam quæstionem, nullum verbum significare copulam de formali, sed innuendo, & vocabulum, Est, in propositionibus necessarijs, vbi de formali copulam significat, verbum non esse, sed verbalem copulam. idq. significasse Aristotelem, cum dixit in c. 3. ipsum esse per se nihil est, quia Syncategorema, inquiunt, est, parum differt ab hac eorum sententia, qui dicũt, Est, solum esse verbum in propositione de secundo adiacente, in ceteris verò esse meram copulam.

Quid alij censent.

Reprobat Recentiorum sententia.

Hæc sententia, quocunque modo explicetur, non est consentanea Aristoteli, nec rationi. In primis, quia Aristoteles post definitionem Verbi, à se traditam subdit; verbũ interdũ esse signum eorum, quæ dicuntur de aliquo, hoc est, vt cum præcipuis Interpretibus cõmenti sunt multi, quę essentialiter prædicantur; censet igitur, verbum in essentiali propositione verbum esse. Deinde non est verisimile, omisisse Aristotelem in explicatione partium enunciationis, partem potissimæ enunciationis, cuiusmodi est necessaria. Denique in 1. c. libri sequentis aperte docet, omnem propositionem constare Nomine, & Verbo. Nec satisfaciunt, qui dicunt, nomine verbi illum eo loco intelligere copulam verbalem. Tum quia, vt Aristoteles explicuit, sæpe nomen, & verbum complecti etiam infinita, quæ simpliciter nomina, & verba non sunt, ita indicaret de verbali copula, si eam comprehenderet, tanto maiori iure, quãto hæc magis abest à ratione verbi, quam verbum infinitum. Accedit ratio. Nam, Est, in propositionibus necessarijs nõ minus significat differentias temporis, quam in contingentibus; differunt enim hæ propositiones, Socrates est Homo, Erit homo, Fuit Homo, ratione tẽporis cõnotati, modo supra explicato iuxta D. Tho. ergo verbũ, Est, in illis importat tempus.

Improbatur ratione.

D. Thom.

Respõdent, illas differentias tẽporis ibi importas nõ esse illius durationis, quę dicitur passio formalis significati verbi, sed alterius durationis propriæ copulæ verbalis. Egregiè quidem principium repetũt, & fingunt, quod probare oportebat. Etenim duratio verbi propria est ea, quæ sequitur ex peculiari modo significandi verbi, vt supra expositum; sed eodem prorsus modo se habet illa, quæ in prædictis propositionibus necessarijs indicatur; ergo vocabulum, Est, in ijsdem est verbũ.

Respõsio aliquorũ.

Impugnatur.

Aliter respondent alij Recentiores, Est, cum semel verbũ sit, in quauis propositione verbi naturam retinere, sed cum habeat plura significata, non oportere vt in omnibus propositionibus omnia exerceat satis. n. esse, quod in contingentibus exerceat

Quid alij Recentiores dicũt.

exerceat tum primarium significa-
cum, tum etiam secundaria: in neces-
sarijs verò exerceat tantum secun-
dariam significationem copulæ, aut
etiam, vt alijs placet, temporis, atq; adeò non fungatur officio verbi. Quo pacto curantur incommoda proximè adducta, siquidem omnis enunciatio verbo constat, & omnis differentia temporis merito verbi repræsentatur.

Impugnat Recentiorum responsio.

Verum hæc minus placent, quam superiora. Quoniam esse verbū non est habere aliquid in se per modum potentiæ, quo vti velit, cum libuerit, vt esse intellectiuum, aut appetitiuum, sed esse actu verbum, est significare more verbi, & pro eo significato sumi alioqui dicam, hanc propositionem, Non desum Officio meo, constare duobus verbis, quia, Officio, habet etiam significationem verbi, & pro ea aliquando sumitur; quare si, Est, in necessarijs propositionibus officio verbi non fungitur, defunctum etiam est esse verbi, & consequenter tempus adsignificare non potest. Nec verò Aristoteles illis verbis tertij capitis indicauit, Est, esse Syncategorema, sed non significare verum, vel falsum, vt exponunt omnes graues Interpretes, Boetius, Ammonius, &c.

Boet. Ammon.

Refutatur alia pars eiusdē sententiæ.

Impugnanda etiam est alia pars eiusdem sententiæ, quæ asserit, Est, in propositionibus contingentibus significare existentiam. Contra eam procedit secundum argumentū initio propositum. Præterea intelligēdo verbū, Est, in his propositionibus connectere prædicatū cum subiecto, sufficienter cōponuntur propositiones absque significatione alicuius existentiæ, quod n. ea requiratur, vt contingentia prædicata verè affirmētur, non est argumētum, quod significetur, multa. n. supponūtur in alijs propositionibus ad eorum veritatē, quæ tamen non significantur; exēpli causa, vt hæc sint verę, Materia est informata, Ignis calefacit, requiritur in prima dispositio accōmodata ex parte materiæ, in secunda concursus Dei; neutrum tamen significatur. Accedit in hac propositione, Socrates est existens, nullam existentiam significari à verbo, Est, & tamen habere in ea eandem rationem, quā in ceteris; ergo nusquam est necessaria existentię significatio. Idem colligitur manifestè ex Aristotele quinto Metaphysicor. cap. 7. vbi ait, perinde se habere [homo conualescit] & [homo est conualescēs]: at nemo dicet, conualesco, significare formaliter existentiam; ergo nec, Est, eam significat in propositione exponente.

Aristot.

His amissis præsidijs, duo supersunt, ad quę nos recipiamus; vtrumque munit D. Thomas hoc loco; Primum, cum explicat vltimam partem definitionis [verbum est nota eorum, quæ prædicantur] quam sic interpretatur, vt nolit Aristoteles significare, semper verbum in oratione prędicari, sed esse notam, quod ibi aliquid prędicetur; oratio enim, quam verbum hic definitum ingreditur, est enūciatiua, siue ipsum verbum enuncietur, vt in his, Plato disputat, Aristoteles audit; siue sit causa, vt aliud prædicetur, veluti in hac, Socrates est homo. Hic iam cessat illa obiectio, an verbum, Est, in necessaria propositione sit verbum, quamuis enim non prædicetur, est nota prædicati.

Duplex veræ sententiæ fundamentum D. Thomæ. Primum.

Resoluitur dubiū de verbo, Est, in propositione necessaria. Quid dicēdum sit de copula.

At relurgit illa, quæ durius premit, nempe copulam significari à verbo de formali; cui responderi potest, non esse incommodum, quando verbum non habet aliud formale significatum, primum esse ipsam copulam significatam per modum actionis, vt tempus importare queat, eandem verò de cōnotato dici, quoties verbum aliud significat. Verum cum Aristoteles in hoc ipso capite dicat, copulam consignificari à verbo, & Diuus Thomas commentetur, ideò dictum esse, consignificari, quia verbum aliud significat principaliter: & loquitur tam Aristoteles, quam Diuus Thomas speciatim de verbo est, nunc tutum nobis videtur hoc præsidium, maximè cum non contineat in verbis vnum modum significādi vniuersalem, & de-

Aristot. D. Thom.

finitionem præter communem aliorum Autorum sensum interpretetur.

D.Thom. Secũdum. Vnde idem Diuus Thomas in fine illius quintæ lectionis extruit secundum præsidium in hanc formam: Est, simpliciter dictum significat in actu esse, & ideo significat per modũ verbi. Et hoc ait esse eius principale significatum, compositionem verò esse secundarium. Vt hæc sententia explaneur, aduertendum est ex eodem

D.Thom. Capreol. Ferrar. Diuo Thoma Quodlibet. secundò articulo tertio, Capreolo in primo, distinctione octaua, quæstione prima, articulo tertio, Ferrariensi primo contra Gentes, cap. 25. & alijs, communiter, Ens aliquando esse concretum ex essentia, & significare habẽs essentiam: aliquando ab existentia, & valere idem quod existens; cum verò Ens participium sit verbi est, non videtur absre existimare, eas significationes conuenire ipsi verbo, & pro varia exigentia propositionum modo vnam, modò alterã exercere. Et in primis quod verbum est, existentiam significet, nemo inficiatur, traduntque expresse Autores citati, cum dicũt, ens significare idem, quod existens, quia est participium verbi. Est, significantis existentiam.

Aduertẽtia D.Thomę.

Verbũ Est, tam existẽtiam, quã essentiam dicit. Arist.

Quod verò significet essentiam, seu entitatem, in communi tradit Aristoteles 5. Metaph. cap. 7. cum ait, Esse significare decem prædicamenta: ita enim cum locum interpretatur commentator docens, esse, habere duo significata, alterum essentiam, alterum veritatem propositionum, de quo secundo postea dicemus. Ita Alexander addens, cum genus, vel differentia prædicatur. verbum Est, quod cum huiusmodi rebus constituitur, per se prædicari, quatenus dicit earundem rerum esse. D. Thomas eodem loco ait, verbum, Est, in prædicatione, qua enũciatur substantia de aliquo, significare substãtiam, & in qua enuntiatur qualitas, significare qualitatem; & in hoc sensu vsurpatur communiter, cum de re aliqua quærimus, an sit secundum esse essentiæ, & quid sit, hoc est, cuiusmodi essentiam habeat.

Alexand. D.Thom.

Deinde, quod verbum, Est, utrumque significatum importet per modum actus informantis, atque adeo more verbi præter D. Thomam loco citato docet D. Anselmus, vt refert, & sequitur Albertus Mag. in 1. d. 2. ait enim, ita se habere Essentiam, Esse, & Ens, sicut lux, lucere, & lucens; lucere autem significat lucẽ per modum formæ actuantis subiectum: ergo eodem modo repræsentat verbũ, Est. Et D. Augustinus, vt Carthusianus aduertit in primo loco citato, in expositione literæ, ideò retractauit, quod dixerat, Pater, & Verbum vnũ est, quia licet verbum, Est, significet substantiam, eam tamen significat per modum actus, qui debet numerari secundum numerum suppositorum, qua de causa Christus Dominus Ioannis 15. ait, Ego, & Pater vnum sumus.

D.Anſel. Alb.Mag. Huius sententię fundamẽtum.

Vera sentẽtia proponitur.

His præmissis, sententia D. Thomæ, & vera, affert: Est, in omnibus propositionibus esse verbum, prædicari de subiecto ratione actus quem significat, & importare secundariò compositionem. Ex declaratione secundę partis erunt prima & tertia manifestæ. Docet igitur Diuus Thomas, Est, semper significare actum, qui vel est actus existentiæ, vel essentiæ: in propositionibus de secundo adiacente frequentissimè accipitur pro actu existentię: hęc enim propositio, Socrates est, perinde valet, ac Socrates existit. Diximus, frequentissimè, quoniam habere etiam potest hunc sensum. Socrates habet entitatem, vt expresse docet S. Thomas 5. Metaph. ca. 7. lect. 9. prope finem, & nonnunquam dicimus, sub animali esse hominem, hoc est, habere entitatem.

D.Thom.

Quid sit dicendum in propositionibꝫ de tertio adiacẽte.

In propositionibus verò de tertio adiacente semper accipitur pro essẽtia, seu entitate communiter accepta, quam prędicatum determinat ad hãc vel illam speciem; verbi causa, in hac, Homo est animal, significat habere entitatẽ animalis, & in hac Homo est albus, habere entitatem albedinis; quod significarũt Aristoteles, Alexander, & S. Thomas 5. Metaph. citato

Arist. Alexand. D.Thom.

citato,cum vnus dixit, Eſt, ſignificare decem prædicamenta;alius, conſtrui cum prædicatis: tertius,in prima propoſitione modò propoſita ſignificare ſubſtantiã,in ſecunda qualitatem. Cum igitur.eſt.ſignificet entitatem vt actuantem,id eſt, per modum actionis,idque in concreto, ſeu componendo.vt cetera verba, meritò & verbum dicitur in omni propoſitione, & compoſitionem adſignificare perhibetur, quæ erat difficultas huius ſectionis.

Prima obiectio.

Sed oppones. Prædicata propoſitionum de tertio adiacente ſignificant entitatem determinati generis, & ſpeciei,in qua neceſſario includitur entitas in communi,ergo,ſi verbum, Eſt, ſignificat entitatem determinandam per prædicatum, propoſitiones erunt nugatoriæ, ſiquidem

Secunda.

bis eadem entitas prædicabitur. Secundò,ſaltem, quando prædicatum, æquè commune,eſt atque ipſum verbum, Eſt, imò quando eſt eadem entitas in communi, nõ poteſt verbum determinare,atq;adeo nequit aperta nugatio deuitari, vt fit in hac propoſitione; Socrates eſt ens, nam ad determinationem exigitur,vt vnum ſit anguſtius,quam aliud.

Solutio primæ.

Ad primum dicendum,eſt nullam committi nugationem in eo, quod entitas prędicętur ratione verbi,Eſt, & ratione nominis tertiò poſiti, vel quia hoc fit in terminis analogicis, & tranſcendentibus, vbi nõ reputatur incommodũ; dicimus enim, ſubſtantiam eſſe Ens per ſe exiſtens,corpus eſſe ens naturale,cum tamen ens includatur in per ſe exiſtente, & naturali;vel quia diuerſo modo ſignificatur eadem entitas ab Eſt, quam à prædicato; prædicatum enim ſignificat entitatem per ſe more nominis; Eſt verò eandem importat per modũ

Solutio ſecundæ.

actuantis. Ad ſecundum negandum eſt, prædicatum, Ens, non determinare verbum Eſt; nam ens in prędicatione poſitum, aut accipitur pro habente eſſentiam, aut pro habente exiſtentiam; Eſt, verò ſecundum ſe indifferens eſt ad actum eſſentiæ, vel exiſtentia,& ideo ab vtroque determinari poteſt. Vrgeas: accipiatur Ens, in eadem amplitudine, idem enim ſignificat,quod Eſt. Reſpondetur quauis Ens vtramque ſignificationem habeat, non poſſe tamen accipi in oratione, niſi pro alterutra ſignificatione,quod fateberis, ſi mẽtem conſulas, dum præfatam propoſitionem formas, quòd ſiquis, & ſe ipſum,& nos fallere velit,aſſerendo, ſe accipere Ens in illa communitate, ad hanc ſecundam ſolutionem præcedentis argumenti,alio ſcilicet modo ſignificari actum illum eſſendi communem à verbo, quàm à nomine,vt explicatum eſt.

Obiectio.

Solutio.

His ita diſputatis, liquidum eſt, quid reſpondendum ſit ad duo argumenta propoſita initio huius ſectionis;& ad ſecundam partem tertij argumenti in principio articuli propoſiti. Ad primum autem de verbo, Diſputo, in hac propoſitione, Diſputo eſt Diſputo,reſpondet D. Thomas hic lection.5. Diſputo,in ea propoſitione accipi materialiter pro ipſa voce,& efficere hunc ſenſum,verbum Diſputo eſt verbum diſputo,nihil verò mirum, ſi verbum accepti̇ũ, non qua verbum, Eſt, ſubijciatur; quòd ſi velis verbum accipere formaliter pro ſignificato, non efficies propoſitionem, quia omne verbum eſt adiectiuum, & ideo ineptum ad ſubeundam rationem ſubiecti.

QVÆSTIO III.

VTRVM RECTE CENſuerit Ariſtoteles de ſignificatiuo complexo.

ARTICVLVS I.

Vtrum definitio orationis conſtet.

Orationis definitio impugnatur.

IDem eſſe Orationem,atque ſignificatiuum complexum, patet tũ ex initio ſuperioris quæſtio. tum ex

Digitized by Google

differentia, qua Philoſophus Orationem ſeparauit à Nomine, & Verbo hæc verò eſt habere partes ſignificantes ſeparatim: quæ eſt propria conditio ſignificatiui complexi. Primò igitur naturam Orationis, deinde Enunciationis, quæ orationis ſpecies eſt, exponemus; nam vtriuſque diuiſiones in commentario, quantum ſat eſt, enodauimus. Quod ad ipſam orationem attinet, non videri rectè definitam illa definitione; Oratio eſt vox ſignificatiua ex inſtituto, cuius &c. probatur primò, Oratio formaliter, & materialiter eſt multiplex; ergo non bene dicitur eſſe vox. Conſequentia patet. Antecedens ex ipſa definitione colligitur. Nam Oratio habet partes ſignificantes ſeparatim, hoc eſt, plures voces cum pluribus ſignificationibus. Secundò. Hæ voces [Quidam homo] eſt Oratio; & tamen eius partes non ſignificant ſeparatim, nam quidam, nullus, & ſimilia ſyncategoremata per ſe nihil ſignificant. Tertiò, Nemo, vt idem eſt, ac nullus homo: & Nihil, idem quod nulla res, ſunt orationes; cum eis in mente reſpondeant multi conceptus: & tamen non habent partes ſignificantes ſeparatim; ergo ineptè additur illa differentia Orationi. Quartò. Si Oratio haberet partes ſignificantes ſeparatim, eſſet, quia eius ſignificatio non differt à ſignificationibus partium: ſed hoc eſt falſum: ergo & illud, vnde infertur. Maior eſt certa, quia ſi Oratio habeat aliam ſignificationem præter partes, illa erit in tota oratione, atque adeò poterit eſſe vnica; quare non opus erit in partibus eſſe ſingulas. Minor probatur, veritas Orationis, præſertim enunciatiuæ, eſt diſtincta a veritate partiũ; ergo & ſignificatio à partiũ ſignificationibus: cum vtrobiq. par ratio inueniatur. Quintò. Oratio mentalis non habet neceſſariò partes ſignificantes ſeparatim: ergo nec vocalis. Antecedens conſtabit ſtatim, cum oſtenderimus, indicium eſſe ſimplicem qualitatem. Conſequentia eſt bona, quia tota vis orationis vocalis à mente deriuatur.

Oratio quemadmodũ cetera, quæ Dialecticus arte conficit, arte factũ quoddam eſt, cuius cognitio dependet ex penetratione materiæ, & formę, quibus conſtituitur. Ac nonnulli eodem modo philoſophantur de Oratione, quo de Nomine, & Verbo: & cũ in his materia ſit vox, forma verò ſignificatio, ita opinantur rem ſeſe habere in Oratione. Quod ſuaderi poteſt primò. Quia ſignificatiuum complexum habet eandem formam, quã ſimplex; ſed forma ſimplicis eſt ſignificatio; ergo forma complexi non erit alia; vnde Oratio definitur vox ſignificatiua, &c. Secundò. Illud eſt forma Orationis, à quo ea habet, vt ſit aliquo modo vna; ſed hoc non habet, niſi à ſignificatione tali modo applicata; ergo hæc eſt eius forma Maior, & conſequẽtia patent. Minor probatur a D. Tho. hoc lib. lect. 8. qui aduertit, Ariſtotelem ideo dixiſſe, Orationẽ eſſe vnum quid non interruptũ, quia prędicatũ eſt forma ſubiecti, eſt verò forma ex modo, quo ſignificatur.

Oratio eſt quoddã arte factum. Orationis formã eſſe ſignificationẽ ſuaderi rationibus. Prima. Secunda. D. Thom.

Verior tamen ſententia eſt, formã eſſentialem Orationis eſſe nexum grammaticalem, quo partes inter ſe vinciuntur, & in vnum coaleſcunt. Probatur primò. Oratio eſt aliud arte factum à Nomine, & Verbo: ergo habet aliam formam: cum hæc non niſi per formas artificiales diſtinguantur. Secundò. Voces nullo nexu copulatæ ſunt ſignificantes, vt Cœlum, Terra, Aer: & tamen defectu ordinis non efficiunt Orationẽ; ergo in ordine cõſiſtit vera orationis forma. Tertiò. Communi Philoſophorum conſenſu forma perfectæ orationis, ſecundum quam eſſentialiter diuiditur in affirmatiuã, & negatiuam, eſt copula verbalis: & forma argumentationis copula rationis; ergo Orationis copula vniuerſim eſt eius eſſentialis forma.

Eſſẽtialis forma Orationis eſt nexus grãmaticalis. Probat 1.

Eiuſmodi verò ordo, ſeu nexus in oratione perfecta eſt diſtinctus à partibus, quæ nectuntur; in imperfectis eſt idẽ cũ partibus. Enim verò in hac Oratione [Homo eſt animal]

nexus.

nexus partium est verbum, prout significat compositionē prædicati cū subiecto: & in eo datur relatio vniētis; in partibus relatio vniti. In hac verò [Homo albus] nexus est ipse modus significandi partium: vtraq; enim pars vnitur alteri, & illam sibi vnit: vnde in vtraque est relatio vnientis, & vniti. Quamuis speciali ratione sit in eo vocabulo, quod, ob specialem modum suæ significationis, cum altero coniungitur, vt sunt nomina connotatiua, & casus obliqui: & quamuis Philoponus hoc loco, & Albertus tract. de enunciatione cap. 1. arbitrentur, non definiri ab Aristotele, nisi Orationem perfectam constantem verbo. Verior, & receptior est opinio Boetij, & Diui Thomæ definiri Orationem in communi, vt complectitur perfectam, & imperfectam. Tum quia illi conuenit tota definitio; tum quia Aristoteles numerat hoc loco inter orationes definitionem verbo carentem.

Aristoteles etiā definiuit orationem imperfectā. Philopon. Alb. Mag. Boet. D. Thom.

Satisfit obiectionib. proximis. Primæ.

Ad rationes alterius partis facilè est respondere. Ad primam negabis, eandem esse formā significatiui simplicis, & complexi; nam licet complexum significatiuum sit, nihilominus significatio non est eius forma, sed materia; nam ordo, quem statuimus Orationis formam, supponit voces significatiuas pro materia: comparatur enim significatiuum ad Orationem, vt compositum naturale ad accidentarium quorum formæ diuersæ sunt, nam forma albi, v.c. nō est forma lactis, (quamuis hæc respectu materiæ primæ forma sit) sed albedo, quæ supponit pro materia tum formam, tum materiam lactis. Ad illud, quod additur, Orationem definiri per significatiuum, respondetur Orationem sumi posse, velut significatiua est, vel vt arte factum quoddam ex significatiuis; & priori modo habere pro forma significationem, sub eaq. explicari in definitione: posteriori includere Ordinē, qui etiam indicatur, cùm appellatur simpliciter vox; insinuatur enim vnitas saltem ordinis.

Secundæ. Ad secundā respondetur, Orationem non habere vnitatem, nisi ab ordine, qua vna pars vnitur cū alia, siue hic resultet ex modo significandi ipsorum extremorum, siue constituatur à verbo interposito. Nec D. Thomas aliud significat, cum ait prædicatum esse formam subiecti. Nihil enim repugnat in vna re habente partes vnam partem esse formam alterius, & deinde dari aliam formam totius, vt explicuimus in Ente naturali, respectu accidentis, & in præsenti contingit; prædicatum enim est forma subiecti: & nexus forma vtriusque.

Exponitur D. Thom.

Dissoluamus nunc argumenta initio proposita. Ad primum dicendū, etsi Oratio ratione vocum, & significationum sit multiplex, adhuc cēseri vnam ratione ordinis, qui est propria eius forma, vt arte factū est. Ad secundum supra respondimus, ea Syncategoremata non significare aliquid, quod per se accipi possit; sed modificare subiecta, vel prædicata. Quod Aristoteles expressit, c. 5. sequenti, cum dixit [Omnis] non significare vniuersale, sed vniuersaliter. Ad eum pene modum, quo litera [O] in Arithmetica nullum significat numerum, sed aliorum significationem sic afficit, vt eorum vim augeat. Negandum igitur est, [Quidam] si accipiatur vt Syncategorema, non significare per se in ipsa oratione. At respōdetne illi proprius conceptus? Respondetur affirmatiuè; cum enim audimus hanc propositionem [Omnis homo est mēdax;] vt verba proferuntur, ita ea concipimus, & particulę [Omnis] respondet cognitio copulationis, totius subiecti, quod sequitur.

Dissoluūtur argum. Primum. Secūdum.

Ad tertium dicimus, ex mente Philosophi, nō definiri in præsenti, nisi orationes vocales constantes multis partibus expressis; cuiusmodi non sunt illa vocabula, Nemo, & Nihil, & similia, possunt tamen ad orationes reuocari ob partes virtute contentas. Et ob multiplicitatem conceptuum eis respondentium: in quos posset cadere ea definitio, si nomine vocis adhiberetur significati-

Tertium.

Digitized by Google

num, & expungeretur particula ex instituto; esset enim hic sensus; Oratio est significativum aliquo modo vnum, cuius partes significant separatim, quæ tota caderet in Orationem mentalem.

Quartum. Ad quartum, concessa Maiori, neganda est Minor. Ad cuius probationem assignanda est diuersa ratio in significatione, & veritate. Nam significatio aut est, aut oritur ex impositione; Oratio verò non habet aliam impositionem, præter impositiones partium; alioqui oporteret omnes orationes, quas pro suo arbitratu quilibet effingit, per se impositas fuisse; quod omninò est impossibile. At veritas complexa fundatur in affirmatione, aut negatione vnius de alio, quę, persistente eadem significatione, & conformitate partium cum suis significatis, potest variari, & nunc vera, nunc falsa esse.

Quintũ. Ad quintum, qui opinantur, iudicium intellectus non esse qualitatem simplicem: vel si iudicium simplex sit, ante illud inueniri in intellectu enunciationem apprehensiuam complexã, cui immediatè subordinetur vocalis; negant enunciationem mentalem, à qua vocalis proximè dependet, non habere partes significãtes separatim. Qui prętер simplex iudicium non agnoscunt enunciationes simplices apprehensiuas, negant, non esse magis necessarias partes in Oratione vocali, quàm in mentali. Nam voces, cum eædem inseruiant ad distinctas omninò orationes, debent esse diuulsæ, & aliquo nexu copulari ad varias orationes efficiendas; enunciatio verò mentalis, cum vna non inseruiat plusquam vni obiecto, non oportet, vt coalescat ex multis partibus. Quod non tollit, potuisse imponi simplices voces ad significanda integra enunciabilia; nos tamen loquimur de modo connaturali, qui in vsu versatur.

ARTICVLVS II.

Examinatur, & approbatur Enunciationis definitio.

Enunciationis definitio impugnatur.

Primò. PRimò, non rectè assignatur pro genere enunciationis, oratio, nam inter eas mediat oratio perfecta, in quam primò oratio diuiditur, & quæ immediatius de enunciatione prædicatur; ergo hæc, & non oratio in communi in definitione collocanda fuit.

Secundò. Secundò; enunciatio non habet obiectum, quod significet; ineptè ergo dicitur Oratio significatiua. Antecedens ostenditur, si hæc enunciatio; Socrates est Philosophus, exempli causa, aliquid significaret, vtique nõ aliud quam hoc enunciabile, Socratem esse Philosophum; at hoc nec est Ens rationis, vt constat, nec reale; cum præter Socratem, & Philosophum, quæ significantur à partibus enunciationis, nulla ibi entitas reperiatur; ergo nihil est, quod ab enunciatione significetur.

Tertiò. Tertiò, differentia enunciationis, quæ est significare verum, vel falsum, nec omnibus, nec solis cõuenit enunciationibus; quod non conueniat solis, suadetur primò.

Prima probatio. Hæc oratio Optatiua, Vtinam moriar, significat in proferente esse desiderium mortis, quod si non habeat, non minus falsa erit oratio, quam hęc enunciatio, Desidero mori.

Nec satisfaciet, qui responderit, orationem non dici verã, vel falsã, respectu actuum internorum, sed cõparatione rerum significatarum; nã proposita oratio etiam habet rẽ significatam, cum qua non conformatur; præterea enunciatio mentiens dicitur falsa per ordinem ad solos actus internos, si enim quis proferat hanc propositionẽ [Aristoteles fuit Philosophus], & oppositum iudicet, esto, res significata vera sit, ipse mentitur infigniter; ergo falsitas orationis etiam desumitur ex respectu ad actus internos.

Secunda. Probatur idem institutum secundò. Hæc conditionalis; si Homo haberet

beret alas, volaret; non est enunciatio, cũ verbo indicatiui destituatur, & nihilominus est vera, siquidem ei præbemus assensum.

Tertia. Tertiò; obiectum intellectus est verum; ergo omnis illius actus tam simplex, quàm complexus repræsentabit verum, & consequenter omnis vox erit veri repræsentatiua; nam voces id significant, quod conceptus repræsentant. Primum antecedens est principium in Philosophia; prima consequentia est euidens, quemadmodum enim omnis voluntatis actus est appetitio boni, ex eo, quod bonum est voluntatis obiectum; ita, si verum est obiectum intellectus, omnis intellectiua cognitio erit veri repræsentatio; non conuenit igitur solis enunciationibus verum, aut falsum repræsentare.

Quod autem omnibus non quadret, ostenditur primò in orationibus falsificantibus, vt vocant, cuiusmodi sunt; Hæc propositio est falsa, Ego nunc dico verum, Dico falsum, & similes; nam si dicas primam esse veram, iam illa est falsa, cum de se affirmet oppositum eius, quod re vera est, si dicas esse falsam, tunc erit vera, nimirum quia dicit se esse falsam, vt ais esse. Dicamus igitur, nec verã esse, nec falsam; quod de reliquis pari modo tradendũ est. Secundò idem ostenditur in omnibus enunciationibus, omnes enim cumplurimum significant, rem esse; aut non esse; sed rem esse, vel non esse nec verum, nec falsum est; ergo non significant verum, vel falsum. Maior patet percurrendo omnes enunciationes; nã homo est animal; animal non est lapis, solum significant rem esse, aut non

Per quid melius definiatur propositio. esse. Minor probatur, quia significare verum, vel falsum est asserere rem significatam esse veram, vel falsam. Confirmatur: veritas, & falsitas non sunt nisi in cognitione; sed enunciatio mentalis non significat aliquid in se, sed in obiecto; ergo nunquam significare potest verum, vel falsum.

Tametsi propositio constans Nomine, & Verbo indicatiui, quam Aristoteles hoc loco declarat, per affirmationem, & negationem melius, & profundius, quàm per verum, & falsum definiatur; eò quòd affirmatio, & negatio propositionis essentiam ingrediantur; veritas autem, & falsitas sint accidentia, quę persistente eadem oratione mutari possunt; Vnde in lib. Instit. 3. priores dicuntur qualitas essentialis propositionis, posteriores qualitas accidentalis. Nihilominus hoc libro, vbi de ea agitur sub nomine, & conditione enunciationis, multò accommodatius definitur per verum, & falsum; quoniam enunciatio, vt in præfatione huius libri cum Boetio, D. Thoma, & alijs Interpretibus docuimus, idem est, atq; interpretatio, seu euulgatio animi. Ad interpretẽ verò per se spectat reddere verum sensum illius, quem interpretatur, aptissimeq. definitur enunciatio; Oratio significans verum vel falsum; vbi Oratio ponitur loco generis, reliqua pars loco differentiæ, quæ solis, & omnibus conuenit enunciationibus, vt ex obiectorum solutione patebit. Est verò definitio descriptiua, quia traditur per genus, & proprietatem; quamuis enim veritas per se, & falsitas per se non conueniant necessariò omnibus enunciationibus; altera tamen necessariò competit, vt de æqualitate, & inæqualitate quantitatis, similitudine, & dissimilitudine qualitatis ostendimus. Dictum est, veritatem per se, & falsitatem per se non cadere necessariò in omnes enunciationes, quoniam aliquibus necessariò conueniunt, verbi causa, omnibus necessarijs perpetuò conuenit veritas, vnde æternæ veritatis appellantur; impossibilibus necessariò coniuncta est falsitas.

Boet. D. Thom. Quid sit enũciatio.

Porrò autem, qua ratione Enunciatio dicatur verum, & falsum significare, difficultas est, quam primo capite in hunc locum remisimus. Ad cuius explicationem supponendum est, veritatem, & falsitatem propriè, & formaliter cerni in actu intel-

Quid primò supponitur.

intellectus, vt obiecto verò esse aut causaliter, aut terminatiuè, vt in primo capite ex D. Thoma, Ferrariensi, & Caietano docuimus; causaliter, quia obiectum est in causa, vt intellectus verum de re iudicium formet: terminatiuè, quia est obiectum, seu terminus veræ cognitionis. Hinc efficitur, vt, quando Aristoteles ait, Enunciationem significare verũ vel falsum, non constet, an loquatur de veritate formali, an de obiectiua: sub quo vocabulo comprehẽdimus causalem, & terminatiuam; semper enim coincidunt in eandem rem.

D. Thom. Ferrar. Caiet.

Difficultatis pũctus aperitur.

Aduertendum præterea est, posse nos loqui, vel de enunciatione vocali, vel absolutè de quacunque: & quidem vocalis comparari potest, & cum enunciabili, quod significat doctrinaliter, & cum enunciatione mentali, quam subindicat; atque ratione huius secundæ significationis dici posse, orationem vocalem exprimere verum, vel falsum formaliter, quatenus insinuat mentalẽ enunciationem, in qua est formaliter veritas, & falsitas; licet eam non exprimat, quatenus vera, aut falsa est; nam vocalis enunciatio non asserit, mentalem esse veram aut falsam, sed foras educit eam, quæ latet, vt appareat, quale iudicium de re habeat, qui loquitur. Quemadmodum Optatiua oratio etiam prodit affectum. Interrogatiua dubitationem, Imperatiua præceptum: & quando in animo re vera est illud iudicium, quod enunciatio externa exprimit, dicitur vera; quando est oppositum, dicitur mendacium; sed in præsenti non agitur, nisi de significatione, & de veritate, aut falsitate; quæ per ordinem ad rem conueniunt; de quibus dixit Aristoteles cap. 8. huius libri: quia res est, aut non est, oratio est vera, aut falsa. Quę significatio primò est in enunciatione mentali, in qua proinde rem explicabimus, vt postea accommodetur vocali.

Arist.

D. Thom. Proponit prima ſnia

Prima sententia Diui Thomæ 1. par. quæst. 16. artic. 2. est, enunciationem significare formalem veritatẽ, seu conformitatem inter seipsam & rem significatam, quę sententia duobus modis intelligi potest, vt ibi notat Caietanus; vno, vt enunciatio in actu signato, seu formaliter, repræsentet suam conformitatem ad obiectum; altero, vt hoc præstet in actu exercito, quod ita explicare videtur Caietanus; quando intellectus prædicat vnum de alio, verbi causa, album de Homine, cum id facit mediantibus conceptibus, non solum dicit, album obiectiuè quadrare in hominem, sed ipso exercitio affert, conceptum albi continere subse hominem, atque adeò esse illi conformem; neque enim applicaret conceptum illius prædicati ad hoc subiectum, nisi conformitatem virtute cognosceret; cum igitur enunciatio mentalis dicitur significare verum, non intelligitur priori modo, quia, vt ita significaret, deberet esse cognitio reflexa super se ipsam, quod nulli creatæ notitiæ contingit, sed posteriori, & ratione huiusmodi significandi veritatem, inquit D. Thomas, docuit Aristoteles, veritatem esse in sola enunciatione, quamuis re vera cognitio simplex conformis sit obiecto, & consequenter propriè vera. Quod hæc sententia tradit de mentali enunciatione, eodem modo applicandum est vocali, scilicet, eam significare in actu exercito suam conformitatem ad obiectum.

Caiet. D. Thom.

Hæc sententia ita explicata subtilior fortasse est, quam verior; est enim plerumque suspecta profundior vocabulorum distinctio, vbi res planum habet sensum. Sanè quidem non est facile intellectu, quomodo hoc iudicium, homo est albus, repræsentet se esse conforme obiecto, cum nulla ratione sit obiectum sui; nam quod effugiendi argumenti causa additur, scilicet, repræsentare se in actu exercito; vel est applicare se ipsum obiecto, vel cognoscere, quòd applicatio bona sit; hoc secundum requirit actum reflexum. Primum verò non est aliud, quam rem iudicare absque vlla repræ-

Impugnatur præcedens opinio.

repreſentatione ipſius iudicij. Quod longè clarius eſt in falſitate (de qua tamen eodem modo philoſophari oportet, ac de veritate, videlicet, falſitatem formalem ſignificari in actu exercito à propoſitione, quod Caiet. loco citato in 3. notatione non diffitetur) at hoc omninò falſum eſſe, ita oſtenditur: qui iudicat propoſitionem falſam vt veram, perinde attribuit prædicatum ſubiecto, atque is, qui veram iudicat; ergo virtualiter, ſeu in actu exercito cognoſcit conceptum prædicati eſſe conforme ſubiecto, & nullo modo eſſe difforme: ſi enim difformitatem perciperet, neutiquam aſſenſum præberet.

Aliorum reſponſio refutatur.

Reſpondent, ideò cognoſci falſitatem in actu exercito, quia cognoſcitur id, quod eſt difforme; ſed hoc in primis non eſt attingi falſitatem, ſed rem, in qua eſt falſitas; non ſufficit, verò cognoſci rem aliquam, vt omnes eius formæ cenſeantur cognitione attingi; præſertim ſi ea res cognoſcatur cum conditione oppoſita, quod in præſenti contingit: percipitur enim res difformis, tanquam conformis. Deinde falſum eſt percipi id, quod eſt difforme, nam quod percipitur formaliter, & directò, eſt obiectum, quod verò habet difformitatem, eſt cognitio. Denique tota hæc explicatio ſupponit, veritatem complexam eſſe adæquationem repræſentationis, quod ita ſimpliciter propoſitum verum non eſt, vt ſtatim patebit.

Vera ſententia ſtatuitur.

Obiectiua veritas bifariam ſumitur.

Propter hęc igitur eſt ſecunda ſententia affirmans, enunciationem nó ſignificare formalem veritatem, ſed obiectiuam, quæ videtur omnium Interpretum communis; bifariam tamen, vt præcedens, intelligi poteſt. Primò. Si propoſitio formaliter, & directò ſignificet, obiectum eſſe verum, vel falſum: vt cum dico, Hominem eſſe animal, eſt verum. Secundò, materialiter ſignificando, ſcilicet, rem eſſe, aut non eſſe, quod verum, aut falſum eſt; quo pacto ſe habet hæc propoſitio: Homo eſt animal. Docet igitur hæc ſententia, enunciationem ſignificare verum, & falſum, non directò & formaliter, ſed materialiter; quamuis ſimul inſinuet verum, & falſum formaliter. Ratio prioris partis eſt, quia nulla enunciatio ſignificare poteſt, ſuum enunciabile eſſe verum, aut falſum; nam ſi qua id efficeret, maximè hæc modalis: Hominem eſſe animal eſt verum; at hæc ſolùm ſignificat enunciabile illius propoſitionis; Homo eſt animal, quod eſt ſubiectum modalis enunciationis, eſſe verum, non verò ipſum obiectum modalis. Poſterioris partis ratio eſt, quoniam enunciatio ſignificans, rem eſſe, vel non eſſe, ſimul inſinuat, & quaſi in actu exercito aſſerit, illud eſſe verum.

Vera ſententia magis illuſtratur.

Hæc ſententia vera eſt, & ipſa explicatione ſatis confirmata; ſed nobis addendum videtur, ex eo, quòd enunciatio ſignificet, rem eſſe, aut non eſſe, dici propriè, & directò ſignificare verum, vel falſum obiectiuum, quod cum pertineat ad modum loquendi, non eget alia probatione, quam vt oſtendamus, ipſum eſſe rei appellari ab Autoribus, præſertim verò ab Ariſtotele, cuius eſt definitio, quam explicamus, verum, & ipſum non eſſe falſum. Igitur hoc ipſo lib. capit. 3. oſtendens, verbum extra propoſitionem non ſignificare verum, vel falſum, ait, ipſa quidem verba, cum per ſe dicuntur, nomina ſunt, & aliquid ſanè ſignificant, ſed ſi eſt, aut non eſt, nondum ſanè ſignificant; vbi pro eodem accipi eſſe, & non eſſe, ac verum, vel falſum, docet expreſſis verbis Diuus Thomas, Boetius, Ammonius, Pſellus, & reliqui. Sed non eſt neceſſaria aliorum commentatio ad locum ex 5. Metaphyſ. cap. 7. vbi Ariſtoteles, poſtquam numerauit alias ſignificationes verbi eſſe, & non eſſe, ſubdit: Præterea ipſum eſſe, ipſumque eſt, verum eſſe ſignificat, ipſum autem non eſſe, non eſſe verum. Quæ manifeſtè oſtendunt, idem valere verum eſſe, atque eſſe: quæ eſt communis omnium expoſitio eo loco, & 1. Poſt. capit. 1. vbi

D. Thom. Boet. Ammon. Pſel.

Locus Ariſtotelicus enodatur.

Arist. vbi, vt docet Aristoteles, cognoscendum esse de principijs, quòd sint vera, dixit, cognoscendum esse, quod sint.

Obiectio. Dices, his omnibus locis solum ostendi, Est. & non Est significare idem, quod verum, & falsum, non tamen è contrario verum, & falsum significare Est, & non Est, quod hæc sententia contendit. Quemadmodum ex eo, quod verbum perdo significet etiam amitto, non rectè colliges, amitto significare etiam destruo, vt verbum perdo. Dilutio. Respon. esse diuersam rationem; nam, Est, & non Est, non significant æquiuocè verum, & falsum, sed, quia verum est quoddam genus essendi, (vt sic loquamur) falsum quoddam genus non essendi: iccircò qui hæc dicit, etiam significat aliquid esse, & ideò mutuò sumũtur pro eodem, vt sumpsit D. Augustinus lib. 2. de lib. arbitrio, capit. 8. cum dixit: Mentes nostræ aliquando plus, aliquando minus vident de ipsa veritate, sed ipsa in se manens nec proficit, nec deficit, hoc est, ipsum esse rei, de quo ibi loquitur; concinit D. Thom. quæst. 1. de veritate, artic. 4. initio. Accipimus etiam in vulgari sermone; quemadmodum enim cùm significare volumus, aliquid esse verum, dicimus, sic esse, vt narramus, hoc est, verum esse; ita cum significare intendimus, rem aliquam esse, asserimus eam veram esse. Idem igitur est apud Aristotelem: enunciatio significat verum, vel falsum, atque significat rem, quæ est, esse, vel quæ non est, non esse, quòd ceteræ orationes, tam perfectæ, quàm imperfectæ non habent.

Obiectio. Vnum obstare videtur sententiæ à nobis approbatæ, quòd nulla appareat oratio existendi veritatem in secunda operatione diuersa à modo existendi in prima, ratione cuius Arist. Aristoteles dixerit, in secunda tantum operatione inueniri veritatem. Enimverò, si enunciatio solùm est vera, quia conformatur obiecto, id ipsum habet simplex operatio: ergo, nisi admittamus cum D. Thoma D. Thom. veritatem formalem esse in enunciatione non modò vt in subiecto, sed etiam vt in cognoscente, non assignatur discrimen. Petrus Fonseca in 4. Metaphys. capit. 2. quæstion. 6. Section. 5. ad 4. respondet, discrimen esse, quod enunciatio, si non formaliter, saltem insinuatiuè indicat veritatem, quò non perueniunt simplices conceptus, aut voces. Fonsec. Resp ōsio Fonsecæ.

Nobis videtur, nihil recedendum esse ab explicatione nostræ sententiæ, & à modo loquendi Diui Thomæ, vt apertum discrimẽ constituamus; idq; non esse aliud, quàm quod in definitione enunciationis exprimitur, scilicet, enunciationem significare verum, vel falsum, quod non habet simplex vox, aut conceptus; quod Diuus Thomas appellat esse veritatem in enunciatione tanquam in cognoscente; nos verò esse, vt in significante; estque idem omnino sentus Aristotelis in ceteris locis, in quibus docet, in sola compositione esse veritatem, & falsitatem, atque in præsenti, cum ait, hanc solam significare verum, vel falsum, quia nimirum hæc tantum declarat, rem esse, vel non esse. Respõsio vera.

Hoc vt amplius explicetur, non est prætermittendum insigne discrimen inter veritatem simplicem, & complexam; quamuis enim vtraque posita sit in adæquatione intellectus ad rem, nihilominus veritas simplex primò, & per se constituit in adæquatione repræsentationis cum obiecto repræsentato. Vnde oritur, vt nullam habeat oppositam falsitatem, quia nullius rei imago potest esse illi difformis, quo ad ea, in quibus est illius imago; complexa autem veritas, etsi fiat per conceptus repræsentatiuos, non est posita primò in adæquatione repræsentationis, sed dictionis, vel coniunctionis cum re dicta, & conjuncta, ad quam veluti per accidens est, quod partes coniungendas accommodatè, & verè repræsentet; licet enim animal, & Homo, multò aliter, ac sunt, ab intellectu cognoscantur, si nihilominus Discrimen inter veritatem simplicem, & cõplexã. Quid sit veritas simplex. Quid complexa.

minus per enunciationem affirmetur vnum de alio, vera erit enunciatio; sicut ex oppositio contingit, vt rectè cognitis homine, & lapide, si inter se coniungantur, fiat falsum iudicium. Hinc est, vt Aristoteles perpetuò significet secundam operationem nomine compositionis, & diuisionis: hinc, vt meritò eadem secunda operatio dicitur significare, & cognoscere verum, vel falsum, quando enunciat, rem esse, aut non esse, quia eius formalis veritas non est in repræsentanda re, siue sit, siue non sit, sed in dicendo, rem secundum se, ita coniungi, aut diuelli, vt intellectus componit, aut diuidit.

Aristot. Quid nomine compositionis intelligatur.

Dictum est, hoc discrimen assignari secundum modum loquendi Diui Thomæ, non simpliciter secundum eius sententiam; quoniam, etsi defendimus, veritatem esse in secunda operatione, vt in cognoscente, quod S. Thom. in loco primæ partis citato ait, verum, cum ipse explicet, se loqui de veritate, quæ est adæquatio intellectus ad rem, & hanc asserat cognosci per secundam operationē intellectus, non possumus cum eo consentire: quamuis non facilè credamus expositionem Caietani, & aliorum, quæ affertur in prima sententiam, esse ad mentem D. Thomæ; forte enim loquitur iuxta suam sententiam de cognitione intellectus, quam arbitratur primo terminari ad verbum mentis, deinde ad rem significatam, & secundum illam docet, iudicium intellectus non solum cadere super rem obiectam, sed etiam super terminum ipsius iudicij, & hunc aliquo modo iudicare conformem esse obiecto, ideoque veritatē formalem esse in secunda operatione vt in cognoscente.

D. Thom. Caietan. D. Thom.

Obiectio. Nec opponas, simplicem quoque actum prius ferri in suum terminū; ergo illum etiam cognoscere conformem esse obiecto, atque adeo nihil peculiare tradi de secunda operatione. Negatur enim prima consequentia; nam conformitas ad obiectum non cognoscitur, nisi per comparationem, quæ media compositione peragitur: simplex quippè actus cognoscit quidem terminum, quo ad essentiam, & in eo obiectum, sed ea inter se non comparat, vt iudicium, quia cognitio eodem modo ferri debet in suum terminum, quo in obiectum; cum ergo iudicium in obiectum tendat comparando, actus verò simplex solum apprehendendo, fiet etiam, vt prior compareret actum ad obiectum, posterior minimè.

Respōsio.

ARTICVLVS III.

Responsio ad argumenta superioris articuli.

Occurrit argumētis initio propositis.

ARgumentis aduersus definitionē Enunciationis ita occurres. Primò, non esse necessarium, speciem definiri per genus proximum, sed aptè definiri per remotum, & differentiam indicantem proximum: huiusmodi verò esse definitionem enūciationis; nam oratio est illius genus remotum, verum autem, & falsum significare, est differentia accidentaria, quę simul indicat genus intermedium, quod est oratio perfecta, & proprietatem peculiarem enunciantis. Ad secundum negabis, enunciationē non habere obiectum, quod significet: ad probationem, admittendum est, obiectum esse totum hoc, hominem esse album, quod appellatur ab Aristotele in posterioribus prædicamentis cap. de modis prioris, res, cum ait, orationem esse veram, & falsam, quia res est, aut non est; vbi quoduis enunciabile rem appellat, accepto communissimè nomine rei, vt notauit Gregorius q. 1. prologi, art. 1. ad 1. quando deinde obijcitur, id non esse rem præter extrema, concedendum est; sed aliter accipiuntur extrema in tota enunciatione, aliter vt significantur per singulas partes: nam hoc posteriori modo sumuntur per se vt simplicia, priori, vt coniuncta, vel diuisa inter se; vnde Capreolus in prologo q. 4. art. 2. ad 2. principale contra secundam conclusionem, & Son-

Dilutio primi.

Dilutio secundi.

Aristot.

Greg.

Capr.

Soncin. & Soncinas 6. Metaphyſ. q. 16. concluſ. 4. docent, enunciabile non eſſe vnum, ſed multa. Idem dicendum eſt de enunciatione impoſſibili, habere, ſcilicet, pro obiecto partes coniunctas, aut diuiſas, ſiue id ſit poſſibile, ſiue imaginarium.

Dilutio tertij. Primę probationis dilutio. Ad tertium, neganda eſt vtraque pars antecedentis, ac primæ probationi rectè occurrebatur; nam ſignificare verum, vel falſum, vt diximus, idem eſt, ac ſignificare eſſe, quod eſt, & non eſſe, quod non eſt, atque adeò ſumitur in ordine ad rem, non ad actus internos, hi enim ſolum inſinuantur. Ad primam inſtantiam negabis, eam orationem non conformari cum re ſignificata, quoniam res ſignificata nec eſt alia, quàm ſignificata per terminos ſimplices, nec alio modo, cum non efferatur per modũ compoſitionis, aut diuiſionis. Ad ſecundam inſtantiam; fatemur, enunciationem externam, præter veritatem propriè dictam, de qua diſputamus, habere illam reſpectu actuum interiorum, quæ dici poteſt veracitas, vt eius oppoſita falſitas mendacium nuncupatur.

Primæ inſtantiæ ſolutio.

Secundæ probationis ſolutio. Secundæ probationi eiuſdem antecedentis negandum eſt, enunciationem coniunctam egere verbo indicatiui, vt vera enunciatio ſit, ſat enim, ſi conſtet ex pluribus enunciationibus ſimplicibus aliquo nexu copulatis, vel ex ijs, quæ ad ſimplices facilè reuocari poſſint, vt in eius traditur definitione. Tertiæ negandum eſt, verum, & falſum in ſenſu, quo accipitur in definitione enunciationis, eſſe vniuerſale obiectum intellectus; accipitur enim pro eſſe, vel non eſſe rei, quod ſolum cognoſcitur per compoſitionem, & diuiſionem; ſed hoc ipſum in proximo articulo eſt explicandum.

Solutio tertiæ.

Satisfit argumentis contra ſecũdam partem antecedentis. Ad primum eorum, quibus oſtendebatur ſecunda pars eiuſdem antecedentis, negandum in primis eſt, pronomen, hæc, demonſtrare poſſe eam propoſitionem, in qua ponitur, tum, quia propoſitio dicit ordinem ad obiectum, quod propriè ſignificat, ſe ipſum autem nihil ſignificat; tum, quia illud pronomen ſemel poſitum ante ſubiectum ſolum ſubiectum demonſtrat; quare in hac enunciatione, hæc propoſitio eſt falſa, demonſtrabit tantum terminum, propoſitio, ac de ſolo hoc termino non poteſt dici verum, vel falſum complexum. Sed permittamus abuſum accipiẽdi pronomen demõſtratiuũ, vt oſtendit eandem orationem; tunc dicendum eſt, eam orationem, & ſimiles bifariam conſiderari. Primò, vt demonſtratas, ſecundò, vt demonſtrantes, & quia vt demonſtrantes nullum habent obiectum, nec veræ, nec falſæ ſunt; ſi enim quis dicat; hic homo currit, neminem indicando, orationem proferet, vti obiecti, ita veritatis, & falſitatis expertem; quatenus verò demonſtratę ſunt, omnes ſunt falſæ, ſiue dicant, ſe eſſe falſas, ſiue veras, quia, cum veritate, & falſitate careant, alterum de ſe determinatè affirmant.

Solutio ſecundi. Ad ſecundum ſimul cum ſua confirmatione patet reſponſio ex dictis: idem quippe eſt hoc loco eſſe, quod eſt, & non eſſe, quod non eſt, atque verum, & falſum.

ARTICVLVS IV.

An obiectum intellectus ſit verum.

Duplex hac de re ſententia. NOn eſſet de hac re inter Autores controuerſia, vti non eſt de primis principijs, ſi de modo loquẽdi inter eos conueniret. Eſt tamen adeò ampla veritatis ſignificatio, (etſi veritas anguſtiſſima) vt non cõſtet, quid nomine veri intelligatur, cum illud à Philoſophorum vulgo intellectus obiectum perhibetur. Vnde effectum eſt, vt aliqui in propoſita quæſt. affirment, alij negent. In primis Ariſt. 6. Metaph. c. 3. abſolutè profert, verum eſſe obiectum intellectus, vt bonum eſt obiectum volũtatis, quem loquendi modum communiter vſurpant Philoſophi, ac Theologi: ita enim loquitur D. Tho. 1. p. quæſt. 8. 1. art. 3. adducens locum Ariſt. Henric. in ſumma art. 34. q. 3. Aegidius Romanus Quodl. 4. q. 10.

Ariſt. D. Thom. Henric. Aegid.

Capreol. Iauel. Scotus. Caietan.

Capè in 2.d.2.q.4.art.1. concluſ.4. Iauellus 3.de Anima,q.1. At Scotus in 1.d.3.q.3. §.ſed contra iſtam concluſionem, abſolutè negat, verum eſſe obiectum intellectus, conſentit Caiet.1.p.q.16.art.3.& 22.q.1.art.1. & alij Recentiores.

Obiectum cuiuſuis potentiæ eſt duplex.

Verum, vt res tota facilè explicetur, ſupponendum eſt partim ex dictis, partim ex libris Poſteriorum, & de Anima, vbi hæc res latè diſputatur: obiectum alicuius potentiæ eſſe duplex; formale, & materiale;

Quid ſit obiectum materiale.

deinde formale aliud eſſe ſub quo, aliud per quod. Obiectum materiale eſt id, quod potentia cognoſcit, vt ſubſtantia, quantitas, qualitas, &c.

Quid ſit formale.

formale dicitur id, quod eſt ratio, vt materiale cognoſcatur, quomodo lumen in cauſa eſt, vt colores percipiantur à viſu: hoc verò ſi cognoſcatur à potentia cum obiecto ſimul materiali, dicitur obiectum formale, per quod, cuiuſmodi eſt idem lumen reſpectu viſus; ſi non cognoſcatur, ſed tantum ſit conditio cognoſcendi principale obiectum, dicitur ſub quo, vt in eodem exemplo eſt viſibilitas.

Deinde aduertendum eſt, nullam eſſe potentiam, præſertim appetentem & cognoſcentem, quæ non habeat obiectum formale, & materiale, licet nõ omnes requirant vtrumque genus formalis obiecti: ac de materiali nemo dubitat, cum potentia ſit gratia obiecti; de formali verò idem ſupponitur probandum eo loco, vel hoc indicio, quod vnitas, & diſtinctio potentiarum ſumatur ex obiecto: cum igitur res materiales quamplurimæ cadant ſub vnam ſpecie potentiam, & aliquando vna res pertineat ad multas ſpecie potentias, & à prioribus non poſſit accipi vnitas potentiæ, nec à poſterioribus diſtinctio, oportet inuenire rationes formales, quæ cum ſunt eiuſdem ſpeciei, quamuis incidant in res genere diuerſas, efficiãt vnam potentiam, & quando ſunt ſpecie diuerſæ, cauſent diuerſas potentias, eſto, in eadem re materiali concurrant.

Diſtinctio potẽtiarũ ex obiecto ſumitur.

Cum igitur ex iacto fundamento neceſſarium ſit, attribui intellectui hoc duplex obiectum, non ſatis conſtat, cum ab Autoribus adſcribitur verum pro obiecto intellectus, de quo loquantur, de formali ne, an de materiali? pro cuius explicatione aliquot concluſiones ſtatuendæ ſũt.

Prima eſto: Verum nõ eſt obiectum materiale intellectus. Eſt D.Thom. 1.p.q.16. art.3.ad 3. Caiet.ibi, Scoti loco proximè citato, & communis. Probatur, intellectus cum percipit res ſimplices, hominem, equum, &c. ſolum cognoſcit earũ entitates nullo modo attingendo, an ſint veræ, vel falſæ; ergo illud obiectum, quod, & materiale non eſt verum.

Prima cõcluſio. D. Thom. Caiet. Scotus.

Secunda concluſio. Obiectum materiale intellectus eſt ens verum, vel conceptum per modum veri entis. Hæc concluſio quo ad primam partem eſt expreſsè Autorum, quos proximè citauimus, & ceterorum, dum communi conſenſu aſſerunt, intellectum referri ad ens. Probatur, quidquid habet veram entitatem, aptũ eſt terminare intellectionem; ergò eſt obiectum intellectus, conſequentia bona eſt: antecedens oſtenditur, quia nihil eſt, quod effugiat diuini intellectus cognitionẽ; ergò loquendo de intellectu abſolutè, omne ens cadit ſub illius apprehenſionem; ſed de creato quoque vera eſt eadem propoſitio: cum non modò intellectus angelicus, ſed etiã humanus attingat, licet imperfectè, minimum, & ſupremum ens, Deum ſcilicet Opt. Max. & ens rationis, ac fictitia, quæ ſunt in infimo entium gradu.

Secunda concluſio.

Prima pars concluſionis probatur.

Quo ad ſecundam partem, etſi cõcluſio ad hoc inſtituta non exprimatur, aſſeritur tamen conſequenter ab ijs omnibus, qui admittunt proprios conceptus negationum, & entium rationis, quos retulimus in 1. cap. huius libri, & apud Porphyriũ, indicaturq. ab Auic. 1. Metaph. c. 5. vbi docet, conceptum entis primum imprimi in anima, quaſi dicat, intellectum, etſi alia cognoſcat, ab ente tamẽ ſuæ cognitionis originẽ trahere.

Auicen.

re.

Probatur secunda.

rè. Probatio eadem est, ac illa, qua ostenditur, nostrum intellectum pleraque fingere, quæ non sunt, vt respectus rationis vnius ad aliud. Illud quod apposuimus, hæc negatiua, & fictitia cognosci ab intellectu per modum entis: inde ostenditur, quia, cum hæc non apprehendamus, nisi per analogiam ad reales formas, semper eis tribuimus aliquam entitatem, & actualitatem, vnde vel ipsas negationes cognoscimus admodum formarum expellentiũ à subiecto formas cõtrarias; quis enim vnquam tenebras concepit, nisi vt formam afficiẽtem aerem, & lumen expellentem, cui doctrinæ manifestè consentit D. Thomas 4. Metaph. c. 2.

Circa obiectum formale intellectus triplex est sẽtentia.

Scot.

Caietan.

Maior huius quęstionis dubitatio est de obiecto formali, de quo, vt breuiter dicamus, sunt tres sententiæ. Prima Scoti loco citato, & plurium Recentiorum asserentium formale obiectum intellectus esse entitatem. Secunda Caietani loco primæ partis allegato existimantis, esse aptitudinem ad perficiendum intellectum. Tertia ait, esse verum, quæ videtur

Aegid. Capreol. D. Thom.

esse Aegidij, Capreoli, & S. Thomæ locis allegatis; in quorũ altero simpliciter admittit, sic se habere verum ad intellectum, vt bonum ad voluntatem: bonum verò est ad obiectum formale voluntatis: in altero concedit, ita denominari obiectum intellectus à vero, vt obiectum voluntatis à bono.

Tertia cõclusio.

Sit nihilominus tertia conclusio. Nec entitas, nec aptitudo ad perficiendum intellectum, nec veritas est formale obiectum intellectus.

Probatio primæ partis.

Prima pars suadetur ex fundamento superius posito; nam entitas æquè latè patet, atque ens; sed ens, cum sit natura multiplex, non potest præbere vnitatem potentiæ intellectiuæ; ergo neque entitas. Deinde entitas vel est obiectum formale, sub quo, vel per quod. Primum est falsum, cum entitas cognoscatur ab intellectu; obiectum verò sub quo fugiat cognitionem. Secundum non sufficit ad distinguendas potentias, sed habitus, vt in libro Posteriorum ex professo ostendemus. Secunda, & tertia pars vna probatione confirmantur; nam intellectus non modò est veri, sed etiam falsi; ergo verum non est vniuersale eius obiectũ formale: nam falsum nec est perfectiuũ intellectus, nec subest rationi veri.

Probatio secundæ, & tertiæ partis.

Deinde speciatim pro tertia parte inquirimus, quæ sit ea veritas, quã pro ratione formali constituunt, aut enim est transcendens, aut formalis; transcendens cùm autore eodem D. Thoma illa q. 16. spectetur in ordine ad intellectum, à quo res dependet; & res specialiuè cognitæ nihil pendeant a nostro intellectu. nequit veritas transcendens constituere rationem formalem obiecti illius: imò nec respectu intellectus Dei, siquidem illa veritas est conformitas supponens actum diuini intellectus, quem non supponit, sed præcedit ratio formalis obiecti, vt expressit Caietanus q. 16. art. 3. ad 3. Veritas formalis est in intellectu; ergo non potest esse cõditio ex parte obiecti præcedens actum intelligendi, quod fateri videtur D. Thomas, art. 3. ad 3. & in corpore, vbi comparans verum cum bono ait, bonum constituere formale obiectum voluntatis, verum esse denominationem in ordine ad intellectum, quod secutus Ferrariensis 1. contra Gentes cap. 60. ait, res denominatione extrinseca dici veras, eo quòd efficere possunt in intellectu veram cognitionem.

Quarta conclusio.

D. Thom.

Quarta conclusio. Obiectum formale sub quo intellectus est intelligibile. Hæc facilè ascribi posset Diui Thomæ quæst. citata iuxta commentationem Caietani, nisi ipse D. Thomas art. 3. in responsione ad tertium compararet verum cum intelligibili, vt res inter se diuersas; accommodatius tribuetur Ferrariensi loco citato, vbi id, quod nos appellamus intelligibile, vocat ille potentiam ad caulandam veram sui notitiam.

Prima probatio.

Probatur primò ex impugnatione ceterorum; ceteris enim exclusis hoc vnum supereſt, quod rationem formalis obiecti habere possit.

Secunda.

Secundò ex similitudine ad ceteras potentias; nam

Digitized by Google

ndm formale obiectum, ſub quo viſus eſt viſibile; voluntatis eſt appe-
Tertia. tibile,&c. Denique huic competunt omnia, quæ in obiecto formali deſiderantur. Io primis enim intelligibile conuenit omnibus rebus, quas intellectus percipit, ſeu veris, ſeu falſis; eſt vnius ſpeciei infimæ, vt intellectus: non percipitur neceſſariò, quando ens ab intellectu cognoſcitur; quod ſi alij contendant hoc ipſum intelligi nomine veri, nihil repugnamus.

Illud verò, quod in hac materia facit maiorem difficultatem, & ab Autoribus frequentius vſurpatur; nempe, vt bonum eſt obiectum voluntatis, ita verum eſſe intellectus, hoc pacto nobis intelligendum videtur. In ijs actibus, quibus intellectus eſt ſimilis voluntati, reſpicere eodem modo verum, quo voluntas bonum: ij verò actus ſunt aſſenſus, & diſſenſus; nam ſimplicibus intellectus apprehenſionibus nihil reſpondet in voluntate, cuius omnes actus habent motiuum, ratione cuius ferantur in obiectum, nam voluntas ſemper amat propter aliquã rationem boni, & odit ob aliquã rationem mali, quemadmodum intellectus, cum præbet aſſenſum, mouetur ab exiſtimatione, quod res ſit, & cum præbet diſſenſum, ab oppoſito.

Quod ſit obiectum formale ſub quo volũtatis, & quod intellect⁹.

Verum ſi res attentè cõſideretur, nec bonum, & malum comparatione voluntatis, nec verum & falſum reſpectu intellectus ſunt obiectum formale ſub quo, ſed per quod. Etenim ratio appetendi, & aſſentiendi attinguntur à potentia, cum fertur in obiectum, quod alienum eſt à ratione ſub qua; atque ex hac doctrina non modò ſatisfit communi loquendi modo, ſed cumulatè reſpondetur argumento relicto ex articulo ſecundo, cuius gratia hęc pertractauimus. Etenim ſola enunciatio ſignificat verum, vel falſum, quia directò importat, rem eſſe, aut non eſſe, quod ſupra oſtendimus ſignificari ab Autoribus per verum, & falſum; id verò non ſignificant ſimplices actus intellectus, etſi admittatur obiectũ formale ſub quo intellectus eſſe verum: quoniam hoc genus obiecti formalis non attingitur à cognitione.

QVÆSTIO IIII.

DE ENVNCIATIONIS diuiſionibus.

ARTICVLVS I.

Vtrum enunciatio mentalis dividenda ſit in apprehenſiuam, & iudicatiuam.

Proponuntur diuiſiones enunciationis.

DIuiſio Enunciationis in mentalem, vocalem, & ſcriptam, nec eius propria eſt, ſed Orationi, imò Verbo, Nominiq. communis: nec aliquid agitatione dignum continet. Quattuor aliæ ſuperſunt, quæ & enunciationi propriæ ſunt, & doctrinam exhibent non vulgarem. Prima in affirmatiuam, & negatiuam. Secunda in apprehenſiuã, & iudicatiuam. Tertia in ſimplicem & coniunctam. Quarta in vniuerſalem, particularem, & indefinitam. Prima & quarta proponũtur ab Ariſtotele in primo cap. lib. 1. Priorum, vbi diſcutiendæ nobis ſunt. Quamuis de quarta aliquid prælibandum ſit in ſequentibus capitibus, gratia oppoſitionum; ſecunda, & tertia huius loci ſunt propriæ.

Prima.
Secunda.
Tertia.
Quarta.

Qui tenẽr, enũciatiõẽ apprehenſiuã à iudicatiua diſtingui.

Quod ergò ſpectat ad ſecundam diuiſionem enunciationis mentalis in apprehenſiuam, & iudicatiuam, eſt duplex opinio. Prima aſſirmat, enunciationem apprehenſiuam eſſe re ipſa diuerſam à iudicatiua, & abſque illa in intellectu eſſe; cum dicimus, ſtellas eſſe pares, circulum poſſe quadrari, quas non iudicamus, Bargius in 1. d. 1. q. 3. aſſerit, hanc eſſe Scotiſtarum communem ſententiam, vtpote quam apertè indicat Scotus in 2. d. 1. q. 3. poſt ſolutionem ad quintum Henrici, Ochamus q. 1. prologi, Gabriel ibid. artic. 2. & 4. Marſil. q. 2. art. 1. Præterea Apollinaris 3. de Anima, q. 24. Tolet q. 19.

Barg. Scotus. Ocham. Gabr. Marſil. Apollin. Tolet.

Digitized by Google

Niph. Auer. Niphus ibid.text.21. vbi conatur ostendere,eam esse mẽtem Auerrois; cuius hęc sunt verba: Intellectus primò intelligit singularia; deinde ea componit,aut diuidit: tertiò iudicat. Eidem fauent alij Autores, cum sæpè innuant,ante iudicium fieri compositionem, vel diuisionem, vt Durandus 1.q.prologi.

Prima ratio ꝓ hac sententia. Probatur primò experientia, qua deprehendimus, nos formare propositiones apertè falsas, vel impossibiles;eas verò minimè iudicamus; quod autem hæ apprehensiones sint veræ propositiones, inde constat, quia aliter non darentur in mente propositiones indifferentes, ac dubiæ; quod repugnat communi sensui; non poterunt etiam simul reperiri duæ propositiones contradicentes,cuius oppositum tradit Auerroes 6.Metaph. com.8. nam iudicia contradictoria simul esse repugnat. Secundò, retenta eadem apprehensione huius propositionis; cœlum est incorruptibile,potest quis illi assentiri prius ob medium probabile, deinde ob scientificum; ergò, cum idẽ assensus non possit transire de opinabili in necessarium,dicendum est, assensus esse duos re ipsa distinctos à propositione apprehensa, supra quam cadunt. Tertiò,omni propositioni vocali respondet aliqua mentalis, à qua vim habet significandi, sed hæc non est semper iudicatiua; nam plerumque est mendaciũ, quod mens haud ita iudicat,vt os profert. Ergo est apprehensiua enunciatio.

Auer. Auer. Secunda. Tertia.

Qui oppositum tenent. Secunda opinio negat, in mente esse vllum discrimen inter enunciationem apprehensam, & iudicatam, statuitque, omnem operationem intellectus,in qua prędicatum affirmatur,aut negatur de subiecto, esse iudicium. Hanc expressè tuetur Gregorius Ariminensis in 1. q.prologi, art.3. Petrus Fonseca lib.4. Metaph. cap.2. q.6.sect.6. Indicat verò communis loquendi forma Antiquorũ. In primis Aristoteles, cum significat secundam intellectus operationem, promiscuè vtitur vocabulis significantibus affirmationem,vel negationem compositionem, & iudicium. Nam in prædicamentis,cap.de substantia,enunciationem vocat opinionem, 6.Ethic. cap.3. appellat actum scientiæ (qui procul dubio est iudicium) affirmationem, & negationem, 3. de Anima hanc operationem vniuersim vocat compositionem; quo loco Auerroes comment. 21.eam vocat fidem, Boetius hoc lib. & c. definiens enunciationem ait, esse aliquid annuens, vel abnuens. Albertus tract.de enunciatione, capit. 2. esse affirmationem, vel negationem alterius de altero. D. Thomas q.1.de veritate,art.3. definit iudicare in hunc modum: Tunc iudicat intellectus, cum dicit, quod aliquid est,aut non est. Caietanus 1.2. q.54. artic.4. consonus Aristoteli in 6 Ethic.citato ait, actum scientiæ esse compositionem, aut diuisionem; atque eodem modo loquuntur Thomistæ omnes.

Gregor. D.Aug. D. Ansel.

Nonnulla sunt aduertenda.

Vt hanc secundam sententiam, quam multò probabiliorem iudicamus,vberius explicemus: Notãdum est primò cum Gregorio citato: & D.Augustino 11.de Trinitate,cap.1. & 2.& D.Anselmo cap.14.Monologij,Enunciationis apprehensiuæ nomine intelligi posse vel eam, quæ constat conceptibus medijs, qui sũt naturales vocum imagines, vel quæ coalescit ex vltimis repræsentantibus ipsas res per voces significatas; quæ rursus duo significare potest: primum; actum simplicem intellectus, quo apprehendat vel totam enunciationem existentem in mente, vel totum enunciabile in ea repræsentatum. Secundum, actum complexum coniungentem prædicatum cum subiecto per affirmationem, vel remouendo per negationem, siue eiusmodi actus sit formaliter complexus, enagmentatusque ex triplici conceptu prædicati, subiecti,& copulæ: siue tantum virtute, ratione,scilicet,multiplicis obiecti, cum in se formaliter sit vna simplex qualitas.

Qõnis resolutio. His prænotatis,cum in controuersiam vocamus, an detur in mente enun-

enunciatio apprehenſiua diſtincta à iudicatiua.non loquimur de illa,quę ex conceptibus medijs coaleſcit; nã hæc, etſi admittenda omninò ſit, vt voces proferantur, ſimpliciter tamẽ enunciatio mentalis non eſt, cum res non ſignificet, niſi merito vocũ, atque adeò ex inſtituto, vt in primo capite de eiuſmodi conceptibus dictum eſt. Ex alijs verò duobus modis apprehenſiuæ enunciationis,vbi iam cernuntur conceptus vltimi,primus poſſibilis videtur, cum nulla appareat manifeſta repugnantia, quo minus detur vnus conceptus repræſentans obiectum complexum, acceptum per modum vnius, cuiuſmodi eſt enunciabile,vel tota enunciatio, quamuis de hoc minor dubitatio ſit,quia,vt oſtendemus,formaliter eſt ſimplex qualitas. Verum eiuſmodi conceptus, cum nihil affirmet, aut neget, enunciatiuus non eſt, ſed in prima intellectus operatione collocandus, perinde ac conceptus hominis albi, aut animalis rationalis, quem ſimplicem eſſe confitemur in primo Phyſicorum cap.1. quæſt.2.art.2.

Verior eſt ſecunda ſẽtentia.

De ſecundo actu eſt tota concertatio opinionũ, quas propoſuimus. In qua probatior nobis eſt ſecunda ſententia,negans,reperiri poſſe eiuſmodi actum affirmantem,aut negantem,quin ſit iudicium. Quod primò

1. oſtenditur ex ipſa iudicij notione: iudicare enim nihil eſt aliud, autore

D. Thom. D. Thoma illo art.3.q.1.de veritate, quam affirmare; vel negare, aliquid eſſe, ſed qui attribuit prædicatum ſubiecto componendo,& enunciando affirmat;ergo iudicat. Vbi Autores oppoſitæ ſententiæ in eo fallũtur, quod in intellectu diſtinguant exiſtimationem ab eiuſdem per cõceptus locutione: qua vnum proferat,& aliud apud ſe retineat; cum re vera ipſum eius cognoſcere, & exiſtimare ſit per internum ſermonem loqui:quare,ſi quę pronunciat apud ſe coniuncta, eodem modo illa eſſe opinatur.

2. Secundò, ſi daretur enunciatio apprehenſiua, in ea reperiretur veritas aut falſitas, vt ex enunciationis definitione planum eſt, & omnes admittunt, ſed hoc falſum eſſe conſtat primò ex Aduerſariorũ confeſſione, qui concedunt, neminem ab apprehenſione denominari ſcientem, aut errantem, & meritò; quoniam, ſi apprehenſio denominaret falſum apprehendentem, diceretur Deus falſus, cum apprehendit falſa enunciabilia: quæ non eſt negandũ ab illo apprehenſiuè cognoſci, cum ab homine cognoſcantur.

3. Deinde ea veritas eſſet complexa, ſiquidem pertinet ad ſecundam operationem; ſed veritas complexa eſt eiuſdem omninò rationis in omni propoſitione, conſiſtitq. in eo,quod intellectus dicat eſſe id,quod eſt,vel non eſſe id,quod re vera non eſt,vnde eam appellauimus veritatem dictionis; ergò,cum per enunciationẽ apprehenſiuam verè intellectus dicat, rem eſſe, aut non eſſe, ſtatuendum erit,eam non differre à iudicio.

Primi argumẽti ſolutio.

Ad primum argumentum primæ ſententiæ reſpondetur ex prima notatione, cum nobis videmur formare propoſitiones dubias, & apertè falſas,aut contradicentes,id fieri per conceptus medios, ex quibus non fiunt veræ enunciationes, ſed ſimplices apprehenſiones vocis, quarum vna cum alia non copulatur,ſed

Obiectio. aliqua ſerie poſt eam concipitur. Si vrgeas,nos experiri non modò conceptus vocum,ſed etiam rerum,cum ſimiles propoſitiones efformamus, & hæſitamus, an eis aſſenſum præberi congruat.

Reſpõſio. Reſpondemus,concipere nos plerumq. res ipſas,ſed conceptibus diſſipatis, & cum hæſitamus,in eo verſari dubitationem, an expediat, vnum cum altero componere, vel ab eo diuellere.

Obiectio. Si vlterius inſtando obijcias,cum perpendimus, an copulare debeamus prædicatum cum ſubiecto, iam nos effingere conceptum copulę,cuius officium eſt, alios conceptus nectere, ergo copulari eos. & in enunciationem conuenire.

Reſpõſio. Diſtinguẽdus eſt duplex conceptus copulæ, alter eam repræſentans in actu ſignato,

ed by Google

alter in actu exercito: conceptus copulæ in actu signato est, quo apprehenditur duorum coniunctio per se seorsim; cum. c. sit aliquid cognoscibile per modum entis, percipi ab intellectu poterit; cõceptus copulæ in actu exercito est, qui repræsẽtat cõiunctionem, vt actu nectentem prædicatum cum subiecto, & idẽ dicendum est de disiunctione. Prior igitur conceptus, etsi in mente detur, nec cõiungit alios, nec cum eis enunciationem constituit. Posterior cũ datur, verumq. pariat, sed absque iudicio nunquam inuenitur, nec aliud ostẽdit experientia. Iuxta hæc explicandus est Auerrois locus.

Auerroes.

Secundi argumenti solutio.

Ad secundum negandum est, in eo euentu manere eandem enunciationem apprehensiuam; quamuis enim conceptus prædicati, & subiecti ijdẽ sint, ex illis non fit enunciatio; conceptus autem attribuens vnum alteri, sine quo enunciatio non constat, diuersus est in propositione necessaria, & contingenti ob diuersitatem mediorum, quod alibi explicandum est. Ad tertium negandum est, oportere semper ante vocalẽ enunciationem præcedere in mente aliquã constantem conceptibus vltimatis; plerique enim latini idiomatis ignari multas proferũt per solos cõceptus medios; videtur tamẽ externa propositio semper significare per modum compositionis, quia semper eodem modo profertur, siue mens ita iudicet, siue non. Absolutè igitur dicendum est, enunciationem vocalẽ habere vim significandi ex mentali iudicatiua, aut quæ actu supponitur, aut quæ iuxta rectum naturæ ordinem debuit præsupponi-

Solutio tertij.

ARTICVLVS II.

Vtrum mentalis enunciatio, quam à iudicio non distinguimus, sit vna simplex qualitas.

Proponũtur 3. sententiæ.

STatuimus proximo articulo, eundem actum intellectus esse enunciationem, & iudicium: proximum est, vt, cuius naturæ sit hic actus videamus; complexusne ex duplici, triplicive conceptu prædicati, subiecti, & copulæ an simplex in se, & sola repræsẽtatione multiplex? Tot enim sunt hac de re sententiæ; Tres nimirum. Vna quorundam Recentiorum asserentium, iudiciũ nihil esse aliud, quam complexum duorum conceptuum repræsentantium prædicatũ, & subiectum non absolutè. & secundum se, sed quatenus cõnexa sunt, & hanc connexionẽ significari per verbum, Est; cui tamen non respondet peculiaris conceptus, nisi fortè medius, qui nihil attinet ad iudicium.

Hæc sententia, quatenus asserit, enunciationem iudicatiuam coalescere ex pluribus conceptibus, in quo cõuenit cum sequente opinione, videtur esse Arist. 3. de Anima, c. 6. vbi ita ait; in quibus falsitas iam, & veritas inest, in hisce compositio quædam iam est cõceptuum intellectus: quasi ipsi sint vnũ; &c infra; id, quod singulos dictos conceptus cõponit, vnumque facit, ipse est intellectus, & hoc lib. cap. 1. hanc operationem simpliciter appellat compositionẽ, quam loquendi formã vsurpant Autores, & in eo distinguunt cognitionem angelicam à nostra, quod illa simplex sit, hæc fiat cum compositione, quæ compositio absque pluralitate conceptuum non est, vt expresse docet D. Thom. quæst. 2. de veritate, artic. 7 & 1. part. quæst. 85. artic. 5. ait, nostrum intellectum referre similitudinem rerum generabilium, quæ, statim ac eduntur in lucem, non acquirunt totam suam perfectionem, sed rudes primum exortæ paulatim perficiuntur; ita inquit, nostrum intellectum, cum de potentia egreditur in actum, primò concipere rei essentiam, deinde proprietates, & hæc inter se comparare, conceptus verò essentiæ, & proprietatum, qui primò distincti sunt, nequeunt postea in vnam qualitatem vniri.

Probatur autoritate.

Aristot.

D. Thom.

Eadem pars ostendi potest ratione tacta à D. Thoma eadem quæstione, & quæst. 58. artic. 4. vt se habet concluso ad principia in discursu,

Probatur ratione primò.

D. Thom.

ita

ita prędicatum ad ſubiectum in propoſitione, ſed concluſio perpetuò eſt actus diuerſus à principijs, ergo ſubiectum erit diſtinctum à prędicato, ac proinde dabitur pluralitas cõceptuum. Secundò; Propoſitio reſolui poteſt in terminos, ideſt, in prædicatum, & ſubiectum, vt tradit Ariſtoteles initio Priorum Analyticorum: ergo coaleſcit ex pluribus conceptibus. Quatenus verò hæc ſententia aſſerit, duobus tantum conceptibus propoſitionem conſtare, attribui poteſt Ariſtotelis cap. de verbo, vbi ait, conceptum verbi, prout dicit copulam, non poſſe conſiſtere ſeparatum ab extremis, quod verum non eſſet, ſi copula repræſentaretur tertio concepta a prædicato, & ſubiecto diuerſo, poſſent enim illi duo corrumpi, & tertius manere, cum ab illis re ipſa differat. Exiſtimat igitur Ariſtoteles, conceptum copulæ non eſſe diſtinctum re ipſa à cõceptu extremorum, ſed cum plurimum virtute, quatenus ad efficiẽdum iudicium non ſufficit conceptus prædicati per ſe, ſed cum reſpectu ad ſubiectum, quem reſpectum indicat verbum.

2. Ariſt.

Prima confirmatio.

Confirmatur primò. Verba vnica ſignificatione repræſentant ſuũ formale ſignificatum, & connotant illius cõiunctionem cum ſubiecto; ergo vnico conceptu reſpondente ſignificationi affirmabitur prædicatũ de ſubiecto, perficieturq. iudicium. Antecedens eſt Ariſtotelis in cap. 3. & patet in his propoſitionibus, Homo eſt, Homo ſcribit; nã, Eſt, & ſcribit, eadem impoſitione important, alterum exiſtentiam, alterum ſcriptionem cum habitudine ad ſubiectum, alioqui non eſſent vocabula ſimplicia, contra id, quod antea approbauimus. Conſequentia eſt optima, quia conceptus non multiplicãtur, niſi ad multiplicitatem ſignificationum. Confirmatur ſecundò. Ita ſe habet cõpula rationalis in ſyllogiſmo, vt verbalis in iudicio, ſed illa non repręſentatur actu ſibi proprio, ſed conſignificatur ab aſſenſu concluſionis, vt in libris Poſteriorum oſtendemus; ergo hæc non differetà cognitione prædicati. Maior habet fundamentum in D. Thom. ea q. 58. art. 4. & in communi omnium ſenſu; cetera ſunt manifeſta. Confirmatur tertiò; quando intellectus apprehendit prædicatum, vt conueniẽs ſubiecto, eſt certus de veritate propoſitionis, & verè cognoſcit, qđ vnũ alteri tribuat; ſed hoc eſt propriũ munus enunciationis iudicatiuæ, ergo, &c.

3. D. Tho.

Secunda ſententia exponitur.

Alia ſententia aſſerit, non ſufficere ad iudicandum illos duos conceptus prædicati, & ſubiecti, ſed neceſſariò addendum eſſe tertium, quo priores vinciantur, & in vnum coaleſcant; huncque repræſentare copulam in actu exercito, hoc eſt, vt copulantem priores duos conceptus. Exiſtimarunt aliqui, ab Autoribus huius ſententiæ ſic conſtitui vnam propoſitionem ex conceptibus prædicati per nexum copulæ, vt ex omnibus fieret vna qualitas Phyſicè cõpoſita; vti ex duabus lineæ partibus adſcito punctо conſurgit vna linea, ſed hoc figmentum nullibi eſt, præterquam apud ipſos impoſitores.

Expoſitio refellitur.

Nihilominus refellendum vnico verbo eſt. Omnis vnio duorumentium, quæ prius erant in actu completo, & poſtea coaleſcunt in vnum per ſe, aut eſt intenſiua, aut extenſiua: ceteræ quippe omnes efficiunt vnum per accidens, vt eas percurrenti conſtabit. Sed vnio conceptuum neutra eſt ex enumeratis; etenim vnio intenſiua, & extenſiua ſolum dantur inter res eiuſdem ſpeciei, cuiuſmodi non ſunt tres illi cõceptus, vt manifeſtum eſt. Adde, nec per accidens vniri poſſe Phyſico, & reali vinculo, cum neuter conceptus per ſe habeat rationem ſubiecti comparatione alterius, quo ſolo modo inuenimus, adnecti quædam accidentia cum alijs, vt qualitates cum quantitate, & actus cum potentijs; non habere alterum ex conceptibus rationem ſubiecti per ſe reſpectu alterius, inde colliges, quia arbitrio componentis commutari poſſunt, & fieri ſubiectum, quod prędicatum exiterat.

Verus igitur ſenſus Autorũ huius

Vera huius opinionis explicatio.

sententiæ est, per conceptum copulę cogi prędicati, ac subiecti conceptus in arte factum vnum ordine, & habitudine extrinseca. Hæc sententia, prout differt à superiori, non exprimitur ab Antiquioribus, iudicari tamen videtur a D. Thoma 1. p. q. 85. art. 5. cum ait, nostrum intellectum prius concipere essentiam, deinde proprietates, tertiò, hęc inter se coniungere, si enim existimaret, duplici actu enunciationem fieri, non adderet tertium actum post cognitionē proprietatum; conceptus enim proprietatum respectum habet ad subiectum, quo proinde contenti erant Autores primæ sententiæ; constet ergo, non sufficere duplicem conceptum, etiamsi alter includat habitudinem ad alterum. Probari potest primò hæc opinio ex Aristotele asserente in cap. 5. aliquem conceptum respondere verbo in Oratione, qui eidem extra Orationem non respondet, sed hoc nequit intelligere de formali significato: ergo de conceptu copulæ. Exempli causa, huic verbo, scribo, semper respondet conceptus scriptionis in concreto; at cōceptus copulæ, qui nimirum repræsentet actualem coniunctionem scriptionis cum aliquo, in sola enunciatione generatur à verbo. Verum igitur est, in propositione differre conceptum copulæ à ceteris.

D. Thom.

Aristot. Stabilitur ratione primò.

Deinde, postquam intellectus habet conceptus prædicati, & subiecti, formare potest conceptum copulæ attribuentis vnum alteri, atque ex hac compositione cōsurget affirmatio, seu iudicium approbativum, vt palam est; ergo constat ex triplici conceptu. Maior propositio non videtur neganda; cum ea coniunctio, & attributio sit aliquid per se repræsentabile, & hoc non possit accommodatius, quam per conceptum copulæ fieri, quod significauit Aristoteles 5. Metaph. cap. 7. cum dixit Esse, significare veritatem propositionis, id est, coniunctionem. vt commentatur D. Thomas in 3. d. 6. q. 2. art. 2. idem expresè tradit Ferrariensis 3. Physicorum q. 3. Quod & hic Auctoribus respondeas, hæc solum ostendere, non repugnare propositionem iudicatiuam hoc modo fieri, non autem ita fieri oportere. Dicent, sat esse ostendere, illum modum esse magis connaturalem, ac facilem, vt ita perpetuò fieri credendum sit. Addūt tamen hi Autores, iudicium ita complecti illos tres conceptus, vt præcipuè consistat in conceptu copulæ, qui proprię est compositivus.

Aristot.

D. Thom. Ferrar.

Tertia sententia est, iudicium esse actum simplicem intellectus approbantis, aut reprobantis enunciabile per apprehensionem cognitum, qui aliquo modo illud repræsentat. Pro hac adduci possunt, quotquot asserunt, enunciationem esse vnam simplicem qualitatem, nisi aliqui se explicantes addāt, enunciationem differre à iudicio. Nuncupatim tradit a Gregor. 1. quæst. prologi art. 3. Gabriele art. 2. & 4. Viguerio in Institutionibus Theologicis, ca. 2. §. 3. vers. 6. Gerusalemo diuil. 3. q. 1. & 2. Boetio hic ca. 4. Durando in 1. d. 38. q. 2. saltem vt probabilior. D. Thom. 1. p. q. 58. art. 2. vbi ait, multa cognosci ab intellectu nostro per vnā operationem, vt prædicatū, & subiectū, cum sint partes vnius propositionis.

3. Sententia.

Gregor. Gabriel. Viguer. Gerusal. Boet. Durand. D. Tho.

In hac sententia duæ sunt partes. Prima, iudicium esse actum simplicem complectentem totum enunciabile: secunda, hunc actum, seu eius terminum esse imaginem eiusdem enunciabilis. Vtraque monstratur. Prima ex nominibus, quibus Autores iudicium afficiunt. Boetius loco citato iudicium affirmationum appellat nutum, negationum abnutum. D. Thomas 1. 2. quæst. 74. art. 7. ad primum, consensum, vel dissensum, annuere autem, vel consentire alicui simplex actus esse videtur, qualis est nutus externus, & quale esse indicant vocalia signa, per quę exprimitur, maximè, ita, non, &c. quæ omnia simplicia sunt.

Iudicium esse simplicē actum.

Probatur primò.

D. Thom.

Secundò, ex similitudine actuum voluntatis; vt enim in voluntate reperiuntur duo actus simplices, volitio, qua rem amplectitur, nolitio, qua eandem respuit, ita par est, existimare

2.

ſtimare de intellectu, habere ſcilicet approbationem, & reprobationem ſimplicis,

3. Tertiò ex natura iudicij. Etenim eius vis eſt, vt feratur in totum enũciabile, vt docet S. Tho. 2. p. q. 85. art. D. Tho. 5. ad 3. & expreſſius Caietanus, q. 16. Caiet. articu. 2. at hoc præſtare non poſſet, ſi ex partibus componeretur: vel enim eæ partes omnes caderent ſuper totum enunciabile, vel ſingulæ ſuper ſingulas partes illius; ſi detur primum, ſingulæ partes erunt totalia iudicia, & ita non oportebit plures eſſe, ſecundum admitti non poteſt; quoniam ſingulæ partes enunciabilis, cum ſint ſimplicis, iudicari non poſſunt; neque enim iudicatur, an quælibet pars per ſe ſit, ſed an congruè omnes copulentur, vel diſiungantur.

Vltimò. Denique ex effectu. Habitus ſcientificus relinquitur ex iudicio, ſed habitus eſt ſimplex qualitas, vt cum potioribus Philoſophis oſtendimus in 1. Poſteriorum, cap. 2. ergo, cum habitus nequeat eſſe ſimplicior actu, à quo per ſe vti veſtigium emanat, aſſerendum erit, iudicium ſimplex eſſe.

Actũ iudicatiũ cadere ſuper totũ enunciabile. Probatur. 1. Caiet. Geruaſ. Ariſtot. Secundò. Tertiò.

Secunda pars eiuſdem ſententiæ, quę præter citatos Autores exprimitur à Caietano, & Geruaſio locis proximè citatis, colligitur ex Ariſtotele 1. Poſt. capite vbi ait, ſcire eſſe cognoſcere, intelligit autem nomine ſcientiæ actum, ſeu iudicium, vt ibidem explicabitur. Sed terminus omnis cognitionis eſt imago repræſentatiua; ergo terminus iudicij eſt imago totius enunciabilis; hoc enim diximus eſſe obiectum iudicij. Deinde proprius actus potentiæ cognitiuæ, in quo rerum ſententia conſiſtit, non poteſt non eſſe cognitio; ſed iudicium eſt eiuſmodi actus; ergo eſt cognitio. Rurſum, omnis huiuſmodi cognitio eſt productio ſimilitudinis obiecti, vt in primo capite oſtendimus; ergo terminus iudicij eſt expreſſa eius imago, quę clarè, & diſtinctè repræſentat conuinctionem extremorum; ipſa verò extrema obſcurè, & confuſè, vt Geruaſius ſuprà annotauit, & ratio eſt, quia primò, & per ſe fertur in ipſam cõiunctionem; ſecundariò autem, & quaſi in obliquo in extrema, quatenus coniunctio ſine extremis attingi non poteſt: & hinc eſt, quod iudicia non diſtinguuntur ſpecie per extrema propoſitionum, quæ iudicantur, ſed per coniunctiones, ſeu per rationes coniungendi, vt in fine primi Poſteriorum videndum eſt.

ARTICVLVS III.

Omnes hę ſententię probabiles iudicantur; eligitur extrema.

NOn carẽt probabilitate omnes propoſitæ ſententiæ, nec præſidio Autorum penitus deſtituuntur; quamuis, vt verũ fateamur, quæ admittunt formalem compoſitionem ex multis conceptibus, ad communem Antiquorum ſenſum magis accedere videantur; ſemper enim in ſecunda operatione multos conceptus interuenire ſignificat nihilominus; etſi difficile non eſſet cuiuſque illarum partes tueri, & aliarum argumentis ſatisfacere, eligimus vltimam ſententiam, vt firmioribus innixam fundamentis, & à plurimis Autoribus hodie approbatam, à qua fortaſſis non differt ſecunda, niſi in modo loquendi, vt ſtatim explicabimus. Vltima ſẽtentia præfertur.

Igitur aduerſus primam, & ſecundam ſententiam, quatenus aſſerunt, enunciationem iudicantem eſſe cõpoſitum actu exmultis conceptibus, faciunt argumenta pro tertia ſententia, ſpectatim tertium, & quartum. Deinde contra primam conſtituentem iudicium in duobus actibus cũ reſpectu vnius ad alium, hæc opponimus. Iudicium præter repræſentationem extremorum, & conuenientiæ eorum inter ſe accepta in actu ſignato includit dictionem, & aſſeuerationẽ, quod ita ſit, vt obijcitur; ſed cognitio prædicati cum habitudine ad ſubiectum hanc aſſertionem non inuoluit; ergo iudicium eſſe nõ poteſt. Maior patet ex diſcrimine Oppugnatur prima ſententia.

constituto proxima quæstione inter primam, & secundam operationem, & inter nostram cognitionẽ, & Angelicam. Minor probatur, qui apprehendit partes Chimeræ vt componẽtes vnum animal, cognoscit procul dubio coniunctionem vnius cũ alia, & tamen non iudicat, alioqui falsam haberet cognitionem, quod nullus cõcedit; ergo cognitio vnius cum habitudine ad aliud non inuoluit affirmationem.

Prima cõfirmatio. Et confirmatur, quia cognitio accidentis semper inuoluit respectum ad substantiam, & conceptus vnius relati habitudinem ad tertiũ, & nemo asserit, accidens, vel vnum relatũ cognosci non posse absque iudicio.

Secũda cõfirmatio. Confirmatur secundò, conceptus nominis concreti adiectiui repręsentat suum obiectum, vt coniunctum substantiuo, vt videre est in hac oratione. Homo albus, & tamen ibi non reperitur iudicium; ergo non sufficiunt duo conceptus, quorum vnus repræsentet rem vt conuenientem significatio alterius. Denique omnũ pene sententia per simplicem actum apprehendi potest totum enunciabile, & compositum; ergo si eiusmodi conceptus ob modum repræsentandi iudicium nõ est; multò minùs habebunt rationem iudicij duo cum habitudine repræsentantes.

Quadrifariam sumitur cõpositio operationis intellectiuę. Vt satisfiat argumentis huius sententiæ, & primò ijs, quibus ostenditur, iudicium esse cõpositum, aduertendum est, compositionem alicuius operationis intellectus quadruplicem esse, formalem, virtualem, obiectiuam, & suppositam, vt ita dicamus: formalis compositio est, quando operatio constat multis cõceptibus distinctis; virtualis, quando est formaliter vnus actus, equipollet tamen multis ob varia obiecta, quę attingit. Obiectiua, quæ semper cum virtuali coniuncta est, tunc datur, cũ obiectiui conceptus à mente compositi sunt plures. Suppositiua, quando actus simplex intellectus supponit plures antecedentes circa obiectum, in quod debet tendere; iuxta priores duas sentẽtias iudicium est compositum formaliter; secundum postremam est formaliter simplex, compositum verò reliquis tribus compositionum modis, qui abundè sufficiũt, vt secunda operatio complexa dici queat, & hac nota ab Angelica dignosci.

Exponitur locus Aristot. Aristt. D. Tho. Auerr. Themist. Porrò Aristoteles in tertio de Anima loquitur de compositione obiectiua, vt exponunt ibi D. Thom. lect. 11. Auer. lib. 3. comm. 21. Themist. c. 40. quo etiam modo accipiendus est, cum secundam operationem compositionem, & diuisionem vocat. At D. Thomas magis videtur cõsiderasse eo loco compositionem cõceptuum apprehensiuorum præsuppositam; ait enim, nostrum intellectum ob defectum luminis non posse primò intuitu conspicere subiectum, & prædicatum, vt illi coniunctum, sed prius cognoscere singula imperfectè; deinde ea componendo cognitionem perficere, ad hoc enim institutum infernit similitudo rerum generabilium, quam D. Thomas accepit ex Aristotele in 3. de Anima citato. D. Tho. Arist.

Enodãtur primæ sententiæ fundamenta. Esse verò necessariam ante iudicium hanc simplicium terminorum apprehensionem, præter hanc similitudinem Aristotelis, & D. Thom. ostenditur alia ex eodem Aristotele, cap. 2. eiusdem libri, quæ eiusmodi est. Sensus communis, quia discernit inter obiecta sensuum externorum, necessariò eadem cognoscit, inquit Aristoteles; ergo, vt intellectus propositiones iudicet, easdem prius cognoscere debet, nisi velit indicta causa sententiam ferre. Ad primam probationem huius partis respondetur, eam similitudinem esse veram primò de conceptibus obiectiuis, vt enim obiectũ conclusionis est aliud ad obiectis præmissarum, ita res se habet in prædicato, & subiecto. Secundò, si intelligatur de cõceptibus formalibus, verã esse quo ad apprehensiuos, qui præcedunt iudicium.

Solutio probationis primæ. Aristt. D. Tho.

Ad secundam eodem modo respõdendum est, scilicet, propositionem dici in prædicatum, & subiectũ resolui, quia destructo iudicio remanere

Secundæ probationis solutio.

d by Google

manere tantum possunt duo conceptus apprehensiui prædicati, & subiecti. Nec obest, quod eiusmodi conceptus non sunt partes internæ iudicij, sunt enim omninò necessariæ, vt iudicium formetur, atque adeo sunt veluti radix, & fundamentum illius. Explicari etiam potest dictum Philosophi de terminis obiectiuis, in quo sensu nullam habet difficultatem.

Ad alterã partem responsio.

Ad ea, quę probant secundam partem huius sententiæ, quatenus ostẽdunt, non esse necessarium tertium conceptum solius copulæ mediũ inter duos extremos, dicendũ est, nihil absurdi, aut nobis repugnans colligere; sed cũ aduersus simplex iudiciũ proponuntur, respondẽdum est, Aristotelem ideo dixisse conceptum verbi, quatenus copula est nõ posse esse absq; extremis, quia illũ non distinguit à iudicio, nam verbum extra enunciationem significat solam vnionem concreti, in propositione verò vlterius innuit vnionẽ verbalẽ, quæ non cognoscitur, nisi per actum

Ad primã probationem respõsio.

iudicatiuum. Ad primam probationem concesso antecedente negari in primis potest consequentia; quia, vt supra docuimus & notat Gregorius loco citato, vocabulo simplici respõdere possũt plures cõceptus subordinati, alter significato formali, alter connotato. Deinde nos haud volumus, verbo, Est, respondere conceptũ separatum a conceptibus extremorum, imò vnum tantum esse actum, quo omnia copulantur, actuale scilicet iudicium.

Ad secũdã responsio.

Ad secundam; earum vocum similitudinem non esse quo ad omnia, sed quo ad vim coniungendi, quia, vt vna ligat prædicatum cum subiecto, ita alia conclusionem cum principijs: modum tamen esse longè diuersum, nam particula, ergo, indicat dependentiã conclusionis ex præmissis, quę proinde non oportet, vt sit separata ab ipsa conclusione; Est verò significat assertionem, quod illa duo coniungantur, quæ vtrũq. æqualiter attingere debet, quare oportet sit actus ab extremorũ apprehensionibus distinctus. Adde, intellectum non posse prioribus actibus certum esse de veritate obiecti ob sui luminis imperfectionẽ, vt ex Arist. tradidit S. Thom. Vnde patet solutio tertię probationis; nam ea cognitio conuenientię est per medium simplicis intuitus, & propositionis obiecti de quo adhuc intellectus nihil statuit; alioqui, si aliquid in eo actu statuisset, cum cognoscit hominem volentẽ, falsus esset, contra id, qd̃ sæpius in hac materia statutũ est.

D. Thom. Ad tertiã responsio.

Antequam respondeamus ad probationes secundæ sententiæ, aduertimus, eam fortasse verbo tenus differre à tertia, quam amplectimur. Enim verò vtraq. admittit duos cõceptus apprehensiuos extremorum; & addit tertium actum illos coniungentem, qui procul dubio respondet primò, & per se copulæ verbali, & quasi secundariò attingit ipsa extrema, cum iudicium, vt diximus ex D. Thoma, per se dicat inesse vnum alteri; quare non est negãdum, in quauis sententia aliquo modo fieri vtũ ex conceptibus apprehensiuis, & illo actu iudicatiuo. Discrimen in eo tantum est, quod nos existimamus, iudicium non coniungere cõceptus formales in vnam enunciationem iudicatiuam vt omnes formaliter illam ingrediantur, sed tantũ obiectiuos præsuppositis formalibus: Autores verò, cum quibus disputamus, significãt, conceptus etiam prædicati, & subiecti copulatos ab illo tertio actu ingredi compositionem iudicij, quod si intelligunt de aliquali modo cõpositionis, à nobis nõ negatur: si verò de interna, & formali, falso existimãt, nec eorum rationes id probãt.

D. Thom. Assignatur discrimen inter secũdam & tertiã sentẽt.

Ad primã ex D. Tho. respondetur, tertium illum actum cõiungẽdi proprietates cum subiecto esse ipsum iudicium, quod cum apprehẽsionibus vnã propositionẽ haud propriè componit. Ad secundã ex Aristotele responsum iã est, cõceptum respõdentẽ verbo in oratione esse iudicium, de quo disputamus, quod dari nõ potest absq; extremis obiectiuis per intellectum apprehensis, vt explicuimus. Ad vltimã cõcedendũ est, posse

Ad secũdæ sententiæ fundamẽta responsio.

formari

Probatur secunda.

re. Probatio eadem est, ac illa, qua ostenditur, nostrum intellectum pleraque fingere, quæ non sunt, vt respectus rationis vnius ad aliud. Illud quod appositimus, hæc negatiua, & fictitia cognosci ab intellectu per modum entis: inde ostenditur, quia, cum hæc non apprehendamus, nisi per analogiam ad reales formas, semper eis tribuimus aliquam entitatem, & actualitatem, vnde vel ipsas negationes cognoscimus admodum formarum expellentiũ à subiecto formas cõtrarias; quis enim vnquam tenebras concepit, nisi vt formam afficiẽtem aerem, & lumen expellentem, cui doctrinæ manifestè consentit D. Thomas 4. Metaph. c. 2.

Circa obiectum formale intellectus triplex est sententia.

Scot.

Caietan.

Maior huius quæstionis dubitatio est de obiecto formali, de quo, vt breuiter dicamus, sunt tres sententiæ. Prima Scoti loco citato, & plurium Recentiorum asserentium formale obiectum intellectus esse entitatem. Secunda Caietani loco primæ partis allegato existimantis, esse aptitudinem ad perficiendum intellectum. Tertia ait, esse verum, quæ videtur esse Aegidij, Capreoli, & S. Thomæ locis allegatis; in quorũ altero simpliciter admittit, sic se habere verum ad intellectum, vt bonum ad voluntatem: bonum verò est ad obiectum formale voluntatis: in altero concedit, ita denominari obiectum intellectus à vero, vt obiectum voluntatis à bono.

Aegid. Capreol. D. Thom.

Tertia cõclusio.

Sit nihilominus tertia conclusio. Nec entitas, nec aptitudo ad perficiendum intellectum, nec veritas est formale obiectum intellectus.

Probatio primæ partis.

Prima pars suadetur ex fundamento superius posito; nam entitas æquè latè patet, atque ens; sed ens, cum sit natura multiplex, non potest præbere vnitatem potentiæ intellectiuæ; ergo neque entitas. Deinde entitas vel est obiectum formale, sub quo, vel per quod. Primum est falsum, cum entitas cognoscatur ab intellectu; obiectum verò sub quo fugiat cognitionem. Secundum non sufficit ad distinguendas potentias, sed habitus, vt in libro Posteriorum ex professo ostendemus. Secunda, & tertia pars vna probatione confirmantur; nam intellectus non modò est veri, sed etiam falsi; ergo verum non est vniuersale eius obiectũ formale: nam falsum nec est perfectiuũ intellectus, nec subest rationi veri.

Probatio secundæ, & tertiæ partis.

Deinde speciatim pro tertia parte inquirimus, quæ sit ea veritas, quã pro ratione formali constituunt, aut enim est transcendens, aut formalis; transcendens cùm autore eodem D. Thoma illa q. 16. spectetur in ordine ad intellectum, à quo res dependet; & res speculatiuè cognitæ nihil pendeant a nostro intellectu. nequit veritas transcendens constituere rationem formalem obiecti illius: imò nec respectu intellectus Dei, siquidem illa veritas est conformitas supponens actum diuini intellectus, quem non supponit, sed præcedit ratio formalis obiecti, vt expressit Caietanus q. 16. art. 3. ad 3. Veritas formalis est in intellectu; ergo non potest esse cõditio ex parte obiecti præcedens actum intelligendi, quod fateri videtur D. Thomas, art. 3. ad 3. & in corpore, vbi comparans verum cum bono ait, bonum constituere formale obiectum voluntatis, verum esse denominationem in ordine ad intellectum, quod secutus Ferrariensis 1. contra Gentes cap. 60. ait, res denominatione extrinseca dici veras, eo quòd efficere possunt in intellectu veram cognitionem.

Quarta conclusio.

Quarta conclusio. Obiectum formale sub quo intellectus est intelligibile. Hæc facilè ascribi posset Diui Thomæ quæst. citata iuxta commentationem Caietani, nisi ipse D. Thomas art. 3. in responsione ad tertium compararet verum cum intelligibili, vt res inter se diuersas; accommodatius tribuetur Ferrariensi loco citato, vbi id, quod nos appellamus intelligibile, vocat ille potentiam ad caulandam veram sui notitiam.

D. Thom.

Prima probatio.

Probatur primò ex impugnatione ceterorum; ceteris enim exclusis hoc vnum supereſt, quod rationem formalis obiecti habere possit.

Secunda.

Secundò ex similitudine ad ceteras potentias; nam

nim formale obiectum, ſub quo viſus eſt viſibile; voluntatis eſt appe-
Tertia. tibile,&c. Denique huic competunt omnia, quæ in obiecto formali deſiderantur. Io primis enim intelligibile conuenit omnibus rebus, quas intellectus percipit, ſeu veris, ſeu falſis; eſt vnius ſpeciei infimæ, vt intellectus: non percipitur neceſſariò, quando ens ab intellectu cognoſcitur; quod ſi alij contendant hoc ipſum intelligi nomine veri, nihil repugnamus.

Illud verò, quod in hac materia facit maiorem difficultatem, & ab Autoribus frequentius vſurpatur; nempe, vt bonum eſt obiectum voluntatis, ita verum eſſe intellectus, hoc pacto nobis intelligendum videtur. In ijs actibus, quibus intellectus eſt ſimilis voluntati, reſpicere eodem modo verum, quo voluntas bonum: ij verò actus ſunt aſſenſus, & diſſenſus; nam ſimplicibus intellectus apprehenſionibus nihil reſpondet in voluntate, cuius omnes actus habent motiuum, ratione cuius feruntur in obiectum, nam voluntas ſemper amat propter aliquã rationem boni, & odit ob aliquã rationem mali, quemadmodum intellectus, cum præbet aſſenſum, mouetur ab exiſtimatione, quod res ſit, & cum præbet diſſenſum, ab oppoſito.

Quod ſit obiectum formale ſub quo volũtatis, & quod intellect⁹.

Verum ſi res attentè cõſideretur, nec bonum, & malum comparatione voluntatis, nec verum & falſum reſpectu intellectus ſunt obiectum formale ſub quo, ſed per quod. Et enim ratio appetendi, & aſſentiendi attinguntur à potentia, cum fertur in obiectum, quod alienum eſt à ratione ſub qua; atque ex hac doctrina non modò ſatisfit communi loquendi modo, ſed cumulatè reſpondetur argumento relicto ex articulo ſecundo, cuius gratia hęc pertractauimus. Etenim ſola enunciatio ſignificat verum, vel falſum, quia directò importat, rem eſſe, aut non eſſe, quod ſupra oſtendimus ſignificari ab Autoribus per verum, & falſum; id verò non ſignificant ſimplices actus intellectus, etſi admittatur obiectũ formale ſub quo intellectus eſſe verum: quoniam hoc genus obiecti formalis non attingitur à cognitione.

QVÆSTIO IIII.

DE ENVNCIATIONIS diuiſionibus.

ARTICVLVS I.

Vtrum enunciatio mentalis dividenda ſit in apprehenſiuam, & indicatiuam.

Proponuntur diuiſiones enunciationis.

DIuiſio Enunciationis in mentalem, vocalem, & ſcriptam, nec eius propria eſt, ſed Orationi, imò Verbo, Nominiq. communis: nec aliquid agitatione dignum continet. Quattuor aliæ ſuperſunt, quæ & enunciationi propriæ ſunt, & doctrinam exhibent non vulgarem. Prima in affirmatiuam, & negatiuam. Secunda in apprehenſiuã, & iudicatiuam. Tertia in ſimplicem & coniunctam. Quarta in vniuerſalem, particularem, & indefinitam. Prima & quarta proponũtur ab Ariſtotele in primo cap. lib. 1. Priorum, vbi diſcutiendæ nobis ſunt. Quamuis de quarta aliquid prælibandum ſit in ſequentibus capitibus, gratia oppoſitionum; ſecunda, & tertia huius loci ſunt propriæ.

Prima.
Secunda.
Tertia.
Quarta.

Qui tenẽr, enũciatiõẽ apprehenſiuã à iudicatiua diſtingui.

Quod ergò ſpectat ad ſecundam diuiſionem enunciationis mentalis in apprehenſiuam, & iudicatiuam, eſt duplex opinio. Prima affirmat, enunciationem apprehenſiuam eſſe re ipſa diuerſam à iudicatiua, & abſque illa in intellectu eſſe; cum dicimus, ſtellas eſſe pares, circulum poſſe quadrari, quas non iudicamus, Bargius in 1. d. 1. q. 3. aſſerit, hanc eſſe Scotiſtarum communem ſententiam, vtpote quam apertè indicat Scotus in 2. d. 1. q. 3. poſt ſolutionem ad quintum Henrici, Ochamus q. 1. prologi, Gabriel ibid. artic. 2. & 4. Marſil. q. 2. art. 1. Præterea Apollinaris 3. de Anima, q. 24. Tolet q. 19.

Barg.
Scotus.
Ocham.
Gabr.
Marſil.
Apollin.
Tolet.

Niph. Auer. Niphus ibid.text.21. vbi conatur ostendere,eam esse mẽtem Auerrois; cuius hęc sunt verba: Intellectus primò intelligit singularia; deinde ea componit,aut diuidit: tertiò iudicat. Eidem fauent alij Autores, cum sæpè innuant,ante iudicium fieri compositionem, vel diuisionem, vt Durandus 1.q.prologi.

Prima ratio ꝓ hac sententia. Probatur primò experientia, qua deprehendimus, nos formare propositiones apertè falsas, vel impossibiles;eas verò minimè iudicamus; quod autem hæ apprehensiones sint veræ propositiones, inde constat, quia aliter non darentur in mente propositiones indifferentes, ac dubiæ; quod repugnat communi sensui; non poterunt etiam simul reperiri duæ propositiones contradicentes,cuius oppositum tradit Auerroes 6.Metaph. com.8. nam iudicia contradictoria simul esse repugnat. Secundò, retenta eadem apprehensione huius propositionis; cœlum est incorruptibile,potest quis illi assentiri prius ob medium probabile, deinde ob scientificum; ergò, cum idẽ assensus non possit transire de opinabili in necessarium,dicendum est, assensus esse duos re ipsa distinctos à propositione apprehensa, supra quam cadunt. Tertiò,omni propositioni vocali respondet aliqua mentalis, à qua vim habet significandi, sed hæc non est semper iudicatiua; nam plerumque est mendaciũ, quod mens haud ita iudicat,vt os profert. Ergo est apprehensiua enunciatio.

Auer. Secunda. Tertia.

Qui oppositum tenent. Secunda opinio negat, in mente esse vllum discrimen inter enunciationem apprehensam, & iudicatam, statuitque, omnem operationem intellectus,in qua prędicatum affirmatur,aut negatur de subiecto, esse iudicium. Hanc expresè tuetur Gregorius Ariminensis in 1. q.prologi, art.3. Petrus Fonseca lib.4. Metaph. cap.2. q.6.sect.6. Indicat verò communis loquendi forma Antiquorũ. In primis Aristoteles, cum significat secundam intellectus operationem, promiscuè vtitur vocabulis significantibus affirmationem,vel negationem compositionem, & iudicium. Nam in prædicamentis,cap.de substantia,enunciationem vocat opinionem, 6.Ethic. cap.3. appellat actum scientiæ (qui procul dubio est iudicium) affirmationem, & negationem, 3. de Anima hanc operationem vniuersim vocat compositionem; quo loco Auerroes comment. 21.eam vocat fidem, Boetius hoc lib. & c. definiens enunciationem ait, esse aliquid annuens, vel abnuens. Albertus tract.de enunciatione, capit. 2. esse affirmationem, vel negationem alterius de altero. D. Thomas q.1.de veritate,art.3. definit iudicare in hunc modum: Tunc iudicat intellectus, cum dicit, quod aliquid est,aut non est. Caietanus 1.2. q.54. artic.4. consonus Aristoteli in 6 Ethic.citato ait, actum scientiæ esse compositionem, aut diuisionem; atque eodem modo loquuntur Thomistæ omnes.

Greg. Ari. Fonsec. Aristot.

Vt hanc secundam sententiam, quam multò probabiliorem iudicamus,vberius explicemus: Notãdum est primò cum Gregorio citato: & D.Augustino 11.de Trinitate,cap.1. & 2.& D.Anselmo cap.14.Monologij,Enunciationis apprehensiuæ nomine intelligi posse vel eam, quæ constat conceptibus medijs, qui sũt naturales vocum imagines, vel quæ coalescit ex vltimis repræsentantibus ipsas res per voces significatas; quæ rursus duo significare potest: primum; actum simplicem intellectus, quo apprehendat vel totam enunciationem existentem in mente, vel totum enunciabile in ea repræsentatum. Secundum, actum complexum coniungentem prædicatum cum subiecto per affirmationem, vel remouendo per negationem, siue eiusmodi actus sit formaliter complexus, coagmentatusque ex triplici conceptu prædicati, subiecti,& copulæ: siue tantum virtute, ratione,scilicet,multiplicis obiecti, cum in se formaliter sit vna simplex qualitas.

Nonnulla sunt aduertenda. Greg. D.Aug. D. Ansel.

His prænotatis,cum in controuersiam vocamus, an detur in mente enun-

Qõnis resolutio.

Digitized by Google

enunciatio apprehensiua distincta à iudicatiua non loquimur de illa, quę ex conceptibus medijs coalescit; nã hæc, etsi admittenda omninò sit, vt voces proferantur, simpliciter tamẽ enunciatio mentalis non est, cum res non significet, nisi merito vocũ, atque adeò ex instituto, vt in primo capite de eiusmodi conceptibus dictum est. Ex alijs verò duobus modis apprehensiuæ enunciationis, vbi iam cernuntur conceptus vltimi, primus possibilis videtur, cum nulla appareat manifesta repugnantia, quo minus detur vnus conceptus repræsentans obiectum complexum, acceptum per modum vnius, cuiusmodi est enunciabile, vel tota enunciatio, quamuis de hoc minor dubitatio sit, quia, vt ostendemus, formaliter est simplex qualitas. Verum eiusmodi conceptus, cum nihil affirmet, aut neget, enunciatiuus non est, sed in prima intellectus operatione collocandus, perinde ac conceptus hominis albi, aut animalis rationalis, quem simplicem esse confitemur in primo Physicorum cap. 1. quæst. 2. art. 2.

Verior est secunda sẽtentia.

De secundo actu est tota concertatio opinionũ, quas proposuimus. In qua probatior nobis est secunda sententia, negans, reperiri posse eiusmodi actum affirmantem, aut negantem, quin sit iudicium. Quod primò

1. ostenditur ex ipsa iudicij notione: iudicare enim nihil est aliud, autore D. Thom. D. Thoma illo art. 3. q. 1. de veritate, quam affirmare; vel negare, aliquid esse, sed qui attribuit prædicatum subiecto componendo, & enunciando affirmat; ergo iudicat. Vbi Autores oppositæ sententiæ in eo fallũtur, quod in intellectu distinguant existimationem ab eiusdem per cõceptus locutione: qua vnum proferat, & aliud apud se retineat; cum re vera ipsum eius cognoscere, & existimare fit per internum sermonem loqui: quare, si quę pronunciat apud se coniuncta, eodem modo illa esse opinatur.

2. Secundò, si daretur enunciatio apprehensiua, in ea reperiretur veritas aut falsitas, vt ex enunciationis definitione planum est, & omnes admittunt, sed hoc falsum esse constat primò ex Aduersariorũ confessione, qui concedunt, neminem ab apprehensione denominari scientem, aut errantem, & meritò; quoniam, si apprehensio denominaret falsum apprehendentem, diceretur Deus falsus, cum apprehendit falsa enunciabilia: quæ non est negandũ ab illo apprehensiuè cognosci, cum ab homine cognoscantur.

3. Deinde ea veritas esset complexa, siquidem pertinet ad secundam operationem; sed veritas complexa est eiusdem omninò rationis in omni propositione, consistitq. in eo, quod intellectus dicat esse id, quod est, vel non esse id, quod re vera non est, vnde eam appellauimus veritatem dictionis; ergò, cum per enunciationẽ apprehensiuam verè intellectus dicat, rem esse, aut non esse, statuendum erit, eam non differre à iudicio.

Primi argumẽti solutio.

Ad primum argumentum primæ sententiæ respondetur ex prima notatione, cum nobis videmur formare propositiones dubias, & apertè falsas, aut contradicentes, id fieri per conceptus medios, ex quibus non fiunt veræ enunciationes, sed simplices apprehensiones vocis, quarum vna cum alia non copulatur, sed aliqua serie post eam concipitur. Si vrgeas, nos experiri non modò conceptus vocum, sed etiam rerum, cum similes propositiones efformamus, & hæsitamus, an eis assensum præberi congruat. Respondemus, concipere nos plerumq. res ipsas, sed conceptibus dissipatis, & cum hæsitamus, in eo versari dubitationem, an expediat, vnum cum altero componere, vel ab eo diuellere.

Obiectio.

Respõsio.

Obiectio.

Si vlterius instando obijcias, cum perpendimus, an copulare debeamus prædicatum cum subiecto, iam nos effingere conceptum copulę, cuius officium est, alios conceptus nectere, ergo copulari eos, & in enunciationem conuenire.

Respõsio.

Distinguẽdus est duplex conceptus copulæ, alter eam repræsentans in actu signato,

by Google

alter in actu exercito: conceptus copulæ in actu signato est, quo apprehenditur duorum coniunctio per se seorsim; cum. g. sit aliquid cognoscibile per modum entis, percipi ab intellectu poterit; cõceptus copulæ in actu exercito est, qui repræsẽtat cõiunctionem, vt actu nectentem prædicatum cum subiecto, & idẽ dicendum est de disiunctione. Prior igitur conceptus, etsi in mente detur, nec cõiungit alios, nec cum eis enunciationem constituit. Posterior cũ datur, vtrumq. præstat, sed absque iudicio nunquam inuenitur, nec aliud ostẽdit experientia. Iuxta hæc explicandus est Auerroes locus.

Auerroes.

Secundi argumenti solutio.

Ad secundum negandum est, in eo euentu manere eandem enunciationem apprehensiuam; quamuis enim conceptus prædicati, & subiecti ijdẽ fiat, ex illis non fit enunciatio; conceptus autem attribuens vnum alteri, sine quo enunciatio non constat, diuersus est in propositione necessaria, & contingenti ob diuersitatem mediorum, quod alibi explicandum est. Ad tertium negandum est, oportere semper ante vocalẽ enunciationem præcedere in mente aliquã constantem conceptibus vltimatis; plerique.n. latini idiomatis ignari multas proferũt per solos cõceptus medios; videtur tamẽ externa propositio semper significare per modum compositionis, quia semper eodem modo profertur, siue mens ita iudicet, siue non. Absolutè igitur dicendum est, enunciationem vocalẽ habere vim significandi ex mentali iudicatiua, aut quæ actu supponitur, aut quæ iuxta rectum naturæ ordinem debuit præsupponi.

Solutio tertij.

ARTICVLVS II.

Vtrum mentalis enunciatio, quam à iudicio non distinguimus, sit vna simplex qualitas.

Proponũtur 3. sententiæ. Prima.

STatuimus proximo articulo, eundem actum intellectus esse enunciationem, & iudicium: proximum est, vt, cuius naturæ sit hic actus videamus; complexusne ex duplici, triplicive conceptu prædicati, subiecti, & copulæ an simplex in se, & sola repræsẽtatione multiplex? Tot enim sunt hac de re sententiæ; Tres nimirum. Vna quorundam Recentiorum asserentium, iudicium nihil esse aliud, quam complexum duorum conceptuum repræsentantium prædicatũ, & subiectum non absolutè, & secundum se, sed quatenus cõnexa sunt, & hanc connexionẽ significari per verbum, Est; cui tamen non respondet peculiaris conceptus, nisi fortè medius, qui nihil attinet ad iudicium.

Hæc sententia, quatenus asserit, enunciationem iudicatiuam coalescere ex pluribus conceptibus, in quo cõuenit cum sequente opinione, videtur esse Arist. 3. de Anima, c. 6. vbi ita ait; in quibus falsitas iam, & veritas inest, in hisce compositio quædam iam est cõceptuum intellectus: quasi ipsi sint vnũ; & infra; id, quod singulos dictos conceptus cõponit, vnumque facit, ipse est intellectus, & hoc lib. cap. 1. hanc operationem simpliciter appellat compositionẽ, quam loquendi formã vsurpant Autores, & in eo distinguunt cogitationem angelicam à nostra, quod illa simplex sit, hæc fiat cum compositione, quæ compositio absque pluralitate conceptuum non est, vt expresse docet D. Thom. quæst. 2. de veritate, artic. 7. & 1. part. quæst. 85. artic. 5. ait, nostrum intellectum referre similitudinem rerum generabilium, quæ, statim ac eduntur in lucem, non acquirunt totam suam perfectionem, sed rudes primum exortæ paulatim perficiuntur; ita inquit, nostrum intellectum, cum de potentia egreditur in actum, primò concipere rei essentiam, deinde proprietates, & hæc inter se comparare, conceptus verò essentiæ, & proprietatum, qui primò distincti sunt, nequeunt postea in vnam qualitatem vniri.

Probatur autoritate.

Aristot.

D. Thom.

Eadem pars ostendi potest ratione tacta à D. Thoma eadem quæstione, & quæst. 58. artic. 4. vt se habet conclusio ad principia in discursu, ita

Probatur ratione primò.

D. Thom.

ita prędicatum ad ſubiectum in propoſitione, ſed concluſio perpetuò eſt actus diuerſus à principijs, ergo ſubiectum erit diſtinctum à prędicato, ac proinde dabitur pluralitas cõceptuum. Secundò, Propoſitio reſolui poteſt in terminos, idest, in prædicatum, & ſubiectum, vt tradit Ariſtoteles initio Priorum Analyticorum; ergo coaleſcit ex pluribus conceptibus. Quatenus verò hæc ſententia aſſerit, duobus tantum conceptibus propoſitionem conſtare, attribui poteſt Ariſtoteli cap. de verbo, vbi ait, conceptum verbi, prout dicit copulam, non poſſe conſiſtere ſeparatum ab extremis, quod verum non eſſet, ſi copula repræſentaretur tertio conceptu a prædicato, & ſubiecto diuerſo, poſſent enim illi duo corrumpi, & tertius manere, cum ab illis re ipſa differat. Exiſtimat igitur Ariſtoteles, conceptum copulæ non eſſe diſtinctum re ipſa à cõceptu extremorum, ſed cum plurimum virtute, quatenus ad efficiẽdum iudicium non ſufficit conceptus prædicati per ſe, ſed cum reſpectu ad ſubiectum, quem reſpectum indicat verbum.

2. Ariſt. 3. D. Tho.

Prima confirmatio.

Confirmatur primò. Verba vnica ſignificatione repræſentant ſuũ formale ſignificatum, & connotant illius cõiunctionem cum ſubiecto; ergo vnico conceptu reſpondente ſignificationi affirmabitur prædicatũ de ſubiecto, perficieturq. iudicium.

Ariſt.

Antecedens eſt Ariſtotelis in cap. 3. & patet in his propoſitionibus, Homo eſt, Homo ſcribit; nã, Eſt, & ſcribit, eadem impoſitione important, alterum exiſtentiam, alterum ſcripuonem cum habitudine ad ſubiectum, alioqui non eſſent vocabula ſimplicia, contra id, quod antea approbauimus. Conſequentia eſt optima, quia conceptus non multiplicãtur, niſi ad multiplicitatem ſignificationum. Confirmatur ſecundò. Ita ſe habet copula rationalis in ſyllogiſmo, vt verbalis in iudicio, ſed illa non repręſentatur actu ſibi proprio, ſed conſignificatur ab attenſu concluſionis, vt in libris Poſteriorum oſtendimus; ergo hæc non differetà

2.

cognitione prædicati. Maior habet fundamentum in D. Thom. ea q. 58. art. 4. & in communi omnium ſenſu; cetera ſunt manifeſta. Confirmatur tertiò; quando intellectus apprehendit prædicatum, vt conueniẽs ſubiecto, eſt certus de veritate propoſitionis, & verè cognoſcit, qđ vnũ alteri tribuat; ſed hoc eſt propriũ munus enunciationis iudicatiuæ, ergo, &c.

Secunda ſententia exponitur.

Alia ſententia aſſerit, non ſufficere ad iudicandum illos duos conceptus prædicati, & ſubiecti, ſed neceſſariò addendum eſſe tertium, quo priores vinciantur, & in vnum coaleſcant; hunc que repræſentare copulam in actu exercito, hoc eſt, vt copulantem priores duos conceptus. Exiſtimarunt aliqui, ab Autoribus huius ſententiæ ſic conſtitui vnam propoſitionem ex conceptibus prædicati per nexum copulæ, vt ex omnibus fieret vna qualitas Phyſicè cõpoſita; vti ex duabus lineæ partibus adſcito puncto conſurgit vna linea, ſed hoc figmentum nullibi eſt, præterquam apud ipſos impoſitores.

Expoſitio refellitur.

Nihilominus refellendum vnico verbo eſt. Omnis vnio duorum entium, quæ prius erant in actu completo, & poſtea coaleſcunt in vnum per ſe, aut eſt intenſiua, aut extenſiua: ceteræ quippe omnes efficiunt vnum per accidens, vt eas percurrenti conſtabit. Sed vnio conceptuum neutra eſt ex enumeratis; etenim vnio intenſiua, & extenſiua ſolum dantur inter res eiuſdem ſpeciei, cuiuſmodi non ſunt tres illi cõceptus, vt manifeſtum eſt. Adde, nec per accidens vniri poſſe Phyſico, & reali vinculo, cum neuter conceptus per ſe habeat rationem ſubiecti comparatione alterius, quo ſolo modo inuenimus, adnecti quædam accidentia cum alijs, vt qualitates cum quantitate, & actus cum potentijs; non habere alterum ex conceptibus rationem ſubiecti per ſe reſpectu alterius, inde colliges, quia arbitrio componentis commutari poſſunt, & fieri ſubiectum, quod prędicatum extiterat.

Verus igitur ſenſus Autorũ huius

Vera huius opinionis explicatio.

sententiæ est, per conceptum copulę cogi prędicati, ac subiecti conceptus in arte factum vnum ordine, & habitudine extrinseca. Hæc sententia, prout differt à superiori, non exprimitur ab Antiquioribus, iudicari tamen videtur a D. Thoma 1. p. q. 85. art. 5. cum ait, nostrum intellectum prius concipere essentiam, deinde proprietates, tertiò, hęc inter se coniungere, si enim existimaret, duplici actu enunciationem fieri, non adderet tertium actum post cognitionē proprietatum; conceptus enim proprietatum respectum habet ad subiectum. quo proinde contenti erant Autores primæ sententiæ; censet ergo, non sufficere duplicem conceptum, etiamsi alter includat habitudinem ad alterum. Probari potest.

D. Thom.

Arist. Stabilitur ratione primò.

primò hæc opinio ex Aristotele asserente in cap. 5. aliquem conceptum respondere verbo in Oratione, qui eidem extra Orationem non respondeat, sed hoc nequit intelligere de formali significato: ergo de conceptu copulæ. Exempli causa, huic verbo, scribo, semper respondet conceptus scriptionis in concreto; at cōceptus copulæ, qui nimirum repræsentet actualem coniunctionem scriptionis cum aliquo, in sola enunciatione generatur à verbo. Verum igitur est, in propositione differre conceptum copulæ à ceteris.

Deinde, postquam intellectus habet conceptus prædicati, & subiecti, formare potest conceptum copulæ attribuentis vnum alteri, atque ex hac compositione cōsurget affirmatio, seu iudicium approbativum, vt palam est; ergo constat ex triplici conceptu. Maior propositio non videtur neganda; cum ea coniunctio, & attributio fit aliquid per se representabile, & hoc non possit accommodatius, quam per conceptum copulæ fieri, quod significauit Aristoteles 5. Metaph. cap. 7. cum dixit; Esse, significare veritatem propositionū, id est, coniunctionem, vt commentatur D. Thomas in 3. d. 6. q. 1. art. 1. idem expresse tradit Ferrariensis 3. Physicorum q. 3. Quod si his Autoribus respondeas, hæc solum ostendere, non repugnare propositionem iudicativam hoc modo fieri, non autem ita fieri oportere. Dicent, sat esse ostendere, illum modum esse magis connaturalem, ac facilem, vt ita perpetuò fieri credendum sit. Adhuc tamen hi Autores iudicium ita complecti illos tres conceptus, vt præcipuè consistat in conceptu copulæ, qui propriè est compositivus.

Aristot. D. Tho. Ferrar.

Tertia sententia est, iudicium esse actum simplicem intellectus approbantis, aut reprobantis enunciabile per apprehensionem cognitum, qui aliquo modo illud representat. Pro hac adduci possunt, quotquot asserunt, enunciationem esse vnam simplicem qualitatem, nisi aliqui se explicantes addāt, enunciationem differre à iudicio. Nuncupatim tradit Gregor. 1. quæst. prologi art. 3. Gabriele art. 2. & 4. Vigerio in Institutionibus Theologicis, ca. 2. §. 3. vers. 6. Gerusio dist. 3. q. 1. & 2. Boetio hic ca. 4. Durando in 1. d. 38. q. 2. saltem vt probabilior. D. Thom. 1. p. q. 58. art. 2. vbi ait, multa cognosci ab intellectu nostro per vnā operationem, vt prædicatū, & subiectū, cum sint partes vnius propositionis.

Gregor. Gabriel. Viguer. Gerus. Boet. Durand. D. Tho.

In hac sententia duæ sunt partes. Prima, iudicium esse actum simplicem complectentem totum enunciabile: secunda, hunc actum, seu eius terminum esse imaginem eiusdem enunciabilis. Vtraque monstratur. Prima ex nominibus, quibus Autores iudicium afficiunt. Boetius loco citato iudicium affirmationem appellat nutum, negationem abnutum. D. Thomas 1. 2. quæst. 74. art. 7. ad primum, consensum, vel dissensum, annuere autem, vel consentire alicui simplex actus esse videtur, qualis est nutus externus, & quale esse indicans vocalia signa, per quę exprimitur, maximè, ita, non, &c. quæ omnia simplicia sunt.

Iudicium esse simplicē actum.

Probatur primò.

D. Tho.

Secundò, ex similitudine actuum voluntatis; vt enim in voluntate reperiuntur duo actus simplices, volitio, qua rem amplectitur, nolitio, qua eandem respuit, ita par est, existimare

lligere de intellectu, habere scilicet approbationem, & reprobationem simplicis.

3. Tertiò ex natura iudicij. Etenim eius vis est, vt feratur in totum enunciabile, vt docet S. Tho. 1. p. q. 85. art. 5. ad 3. & expressius Caietanus, q. 16. artic. 2. at hoc præstare non posset, si ex partibus componeretur: vel enim ea partes omnes caderent super totum enunciabile, vel singulæ super singulas partes illius; si detur primum, singulæ partes erunt totalia iudicia, & ita non oportebit plures esse, secundum admitti non potest; quoniam singulæ partes enunciabilis, cum sint simplicis, iudicari non possunt; neque enim iudicatur, an quælibet pars per se sit, sed an congruè omnes copulentur, vel disiungantur.

D. Tho. Caiet.

Vltimò. Denique ex effectu. Habitus scientificus relinquitur ex iudicio, sed habitus est simplex qualitas, vt cum potioribus Philosophis ostendemus in 1. Posteriorum, cap 2. ergo, cum habitus nequeat esse simplicior actu, à quo per se vti vestigium emanat, asserendum erit, iudicium simplex esse.

Actus iudicandi cadere super totum enunciabile. Problema 1. Caiet. Gerual. Aristot.

Secundò. Secunda pars eiusdem sententiæ, quę præter citatos Autores expeditur à Caietano, & Geruasio locis proximè citatis, colligitur ex Aristotele 1. Post. cap. 2. vbi ait, scire esse cognoscere, intelligi autem nomine scientiæ actum, seu iudicium, vt ibidem explicabitur. Sed terminus omnis cognitionis est imago repræsentatiua; ergo terminus iudicij est imago totius enunciabilis; hoc enim diximus esse obiectum iudicij. Deinde proprius actus potentiæ cognitiuæ, in quo rerum scientia consistit, non potest non esse cognitio; sed iudicium est eiusmodi actus; ergo est cognitio. Rursum, omnis huiusmodi cognitio est productio similitudinis obiecti, vt in primo capite ostendimus; ergo terminus iudicij est expressa eius imago, quę clarè, & distinctè repræsentat coniunctionem extremorum; ipsa verò extrema obscurè, & confusè, vt Geruasius supra annotauit, & ratio est, quia primò, & per se fertur in ipsam cõiunctionem; secundariò autem, & quasi in obliquo in extrema, quatenus coniunctio sine extremis attingi non potest: & hinc est, quod iudicia non distinguuntur specie per extrema propositionum, quæ iudicantur, sed per coniunctiones, seu per rationes coniungendi, vt in fine primi Posteriorum videndum est.

ARTICVLVS III.

Omnes hę sententię probabiles iudicantur; eligitur extrema.

NOn carẽt probabilitate omnes propositæ sententiæ, nec præsidio Autorum penitus destituuntur; quamuis, vt verũ fateamur, quæ admittunt formalem compositionem ex multis conceptibus, ad communem Antiquorum sensum magis accedere videantur; semper enim in secunda operatione multos conceptus interuenire significat nihilominus, etsi difficile non esset cuiusque illarum partes tueri, & aliarum argumentis satisfacere, eligimus vltimam sententiam, vt firmioribus innixam fundamentis, & à pluribus Autoribus hodie approbatam, à qua fortassis non differt secunda, nisi in modo loquendi, vt statim explicabimus.

Vltima sẽtentia præfertur.

Igitur aduersus primam, & secundam sententiam, quatenus asserunt, enunciationem iudicantem esse cõpositam actu ex multis conceptibus, faciunt argumenta pro tertia sententia, specialem tertium, & quartum. Deinde contra primam continentem iudicium in duobus actibus cũ respectu vnius ad alium, hæc opponimus. Iudicium præter repræsentationem extremorum, & conuenientiæ eorum inter se acceptæ in actu signato includit dictionem, & assertionem, quod in se, vt obijcitur; sed cognitio practica cum habitudine ad subiectum hanc assertionem non inuoluit; ergo iudicium esse nõ potest. Maior patet ex discrimine

Oppugnatur prima sententia.

conſtituto próxima quæſtione inter primam,& ſecundam operationem, & inter noſtram cognitionẽ, & Angelicam. Minor probatur,qui apprehendit partes Chimeræ vt componẽtes vnum animal, cognoſcit procul dubio coniunctionem vnius cũ alia, & tamen non iudicat, alioqui falſam haberet cognitionem, quod nullus cõcedit; ergo cognitio vnius cum habitudine ad aliud non inuoluit affirmationem.

Prima cõfirmatio. Et confirmatur,quia cognitio accidentis ſemper inuoluit reſpectum ad ſubſtantiam, & conceptus vnius relati habitudinem ad tertiũ, & nemo aſſerit,accidens,vel vnum relatũ cognoſci non poſſe abſque iudicio.

Secũda cõfirmatio. Confirmatur ſecundò;conceptus nominis concreti adiectiui repręſentat ſuum obiectum,vt coniunctum ſubſtantiuo, vt videre eſt in hac oratione, Homo albus, & tamen ibi non reperitur iudicium; ergo non ſufficiunt duo conceptus, quorum vnus repræſentet rem vt conuenientem ſignificato alterius. Denique omnũ pene ſententiæ per ſimplicem actum apprehendi poteſt totum enunciabile,& compoſitum; ergo ſi eiuſmodi conceptus ob modum repræſentandi iudicium nõ eſt; multò minùs habebunt rationem iudicij duo cum habitudine repræſentantes.

Quadrifariam ſumitur cõpoſitio operationis intellectiuę. Vt ſatisfiat argumentis huius ſententiæ, & primò ijs, quibus oſtenditur,iudicium eſſe cõpoſitum, aduertendum eſt,compoſitionem alicuius operationis intellectus quadruplicem eſſe, formalem,virtualem,obiectiuam, & ſuppoſitam, vt ita dicamus:formalis compoſitio eſt, quando operatio conſtat multis cõceptibus diſtinctis; virtualis, quando eſt formaliter vnus actus,equipollet tamen multis ob varia obiecta,quę attingit. Obiectiua, quæ ſemper cum virtuali coniuncta eſt, tunc datur,cũ obiectiui conceptus à mente compoſiti ſunt plures. Suppoſitiua,quando actus ſimplex intellectus ſupponit plures antecedentes circa obiectum, in quod debet tendere; iuxta priores duas ſentẽtias iudicium eſt compoſitum formaliter; ſecundum poſtremam eſt formaliter ſimplex, compoſitum verò reliquis tribus compoſitionum modis, qui abundè ſufficiũt, vt ſecunda operatio complexa dici queat, & hac nota ab Angelica dignoſci.

Exponitur locus Ariſtot. Ariſt. D.Tho. Auerr. Themiſt. Porrò Ariſtoteles in tertio de Anima loquitur de compoſitione obiectiua, vt exponunt ibi D. Thom. lect.11. Auer.lib.3. comm. 21. Themiſt c.40.quo etiam modo accipiendus eſt,cum ſecundam operationem compoſitionem, & diuiſionem vocat. At D.Thomas magis videtur cõſideraſſe eo loco compoſitionem cõceptuum apprehenſiuorum præſuppoſitam; ait enim, noſtrum intellectum ob defectum luminis non poſſe primò intuitu conſpicere ſubiectum, & prædicatum, vt illi coniunctum, ſed prius cognoſcere ſingula imperfectè; deinde ea componendo cognitionem perficere, ad hoc enim inſtitutum inſernit ſimilitudo rerum generabilium, quam D. Thomas accepit ex Ariſtotele in 3. de Anima citato. D.Tho. Ariſt.

Enodãtur primæ ſententiæ fundamenta. Eſſe verò neceſſariam ante iudicium hanc ſimplicium terminorum apprehenſionem,præter hanc ſimilitudinem Ariſtotelis, & D. Thom. oſtenditur alia ex eodem Ariſtotele,cap.2.eiuſdem libri, quæ eiuſmodi eſt.Senſus communis,quia diſcernit inter obiecta ſenſuum externorum,neceſſariò eadem cognoſcit,inquit Ariſtoteles; ergo,vt intellectus propoſitiones iudicet, eaſdem prius cognoſcere debet, niſi velit indicta cauſa ſententiam ferre. Ad primam probationem huius partis reſpondetur, eam ſimilitudinem eſſe veram primò de conceptibus obiectiuis, vt enim obiectũ concluſionis eſt aliud ad obiectis præmiſſarum, ita res ſe habet in prædicato, & ſubiecto. Secundò, ſi intelligatur de cõceptibus formalibus, verã eſſe quo ad apprehenſiuos, qui præcedunt iudicium.

Solutio probationis primæ. Ariſt. D.Tho. Ad ſecundam eodem modo reſpõdendum eſt, ſcilicet, propoſitionem dici in prædicatum, & ſubiectũ reſolui, quia deſtructo iudicio remanere

Secundæ probationis ſolutio.

Digitized by Google

manere tantum possunt duo conceptus apprehensiui prædicati, & subiecti. Nec obest, quod eiusmodi conceptus non sunt partes internæ iudicij, sunt enim omninò necessariæ, vt iudicium formetur, atque adeo sunt veluti radix, & fundamentum illius. Explicari etiam potest dictum Philosophi de terminis obiectiuis, in quo sensu nullam habet difficultatem.

Ad alterã partem responsio.

Ad ea, quę probant secundam partem huius sententiæ, quatenus ostẽdunt, non esse necessarium tertium conceptum solius copulæ mediũ inter duos extremos, dicendũ est, nihil absurdi, aut nobis repugnans colligere; sed cũ aduersus simplex iudiciũ proponuntur, respondẽdum est, Aristotelem ideo dixisse conceptum verbi, quatenus copula est nõ posse esse absq; extremis, quia illũ non distinguit à iudicio, nam verbum extra enunciationem significat solam vnionem concreti, in propositione verò vlterius innuit vnionẽ verbalẽ, quæ non cognoscitur, nisi per actum iudicatiuum. Ad primam probationem concesso antecedente negari in primis potest consequentia; quia, vt supra docuimus & notat Gregorius loco citato, vocabulo simplici respõdere possũt plures cõceptus subordinati, alter significato formali, alter connotato. Deinde nos haud volumus, verbo, Est, respondere conceptũ separatum a conceptibus extremorum, imò vnum tantum esse actum, quo omnia copulantur, actuale scilicet iudicium. Ad secundam; earum vocum similitudinem non esse quo ad omnia, sed quo ad vim coniungendi, quia, vt vna ligat prædicatum cum subiecto, ita alia conclusionem cum principijs: modum tamen esse longè diuersum, nam particula, ergo, indicat dependentiã conclusionis ex præmissis, quę proinde non oportet, vt sit separata ab ipsa conclusione; Est verò significat assertionem, quod illa duo coniungantur, quæ vtrũq. æqualiter attingere debet, quare oportet sit actus ab extremorũ apprehensionibus distinctus. Adde, intellectum non posse prioribus actibus certum esse de veritate obiecti ob sui luminis imperfectionẽ, vt ex Arist. tradidit S. Thom. Vnde patet solutio tertię probationis; nam ea cognitio conuenientię est per modum simplicis intuitus, & propositionis obiecti de quo adhuc intellectus nihil statuit; alioqui, si aliquid in eo actu statuisset, cum cognoscit hominem volentẽ, falsus esset, contra id, qd sæpius in hac materia statutũ est.

D. Thom. Ad tertiã responsio.

Antequam respondeamus ad probationes secundæ sententiæ, aduertimus, eam fortasse verbo tenus differre à tertia, quam amplectimur. Enim verò vtraq. admittit duos cõceptus apprehensiuos extremorum; & addit tertium actum illos coniungentem, qui procul dubio respondet primò, & per se copulæ verbali, & quasi secundariò attingit ipsa extrema, cum iudicium, vt diximus ex D. Thoma, per se dicat inesse vnum alteri; quare non est negãdum, in quauis sententia aliquo modo fieri vnũ ex conceptibus apprehensiuis, & illo actu iudicatiuo. Discrimen in eo tantum est, quod nos existimamus, iudicium non coniungere cõceptus formales in vnam enunciationem iudicatiuam vt omnes formaliter illam ingrediantur, sed tantũ obiectiuos prælluppositis formalibus: Autores verò, cum quibus disputamus, significãt, conceptus etiam prædicati, & subiecti copulatos ab illo tertio actu ingredi compositionem iudicij, quod si intelligunt de aliquali modo cõpositionis, à nobis nõ negatur: si verò de interna, & formali, falso existimãt, nec eorum rationes id probãt.

D. Thom. Assignatur discrimen inter secũdam & tertiã sentẽt.

Ad primã ex D. Tho. respondetur, tertium illum actum cõiungẽdi proprietates cum subiecto esse ipsum iudicium, quod cum apprehẽsionibus vnã propositionẽ haud propriè componit. Ad secundã ex Aristotele responsum iã est, cõceptum respõdentẽ verbo in oratione esse iudicium, de quo disputamus, quod dari nõ potest absq; extremis obiectiuis per intellectum apprehensis, vt explicuimus. Ad vltimã cõcedendũ est, posse formari

Ad secũdæ sententiæ fundamẽta responsio.

by Google

formari tres conceptus prædicati, subiecti, & copulæ; sed conceptũ copulæ bifariã se habere posse. Primò, si eam repræsentet in actu signato, id est, non prout annectentem vnum alteri, & hac ratione esse cõceptum simplicem, nec efficere enunciationem, cum non attribuat vnum alteri. Secundò, si extrema coniungat in actu exercito, quod cum efficere non possit, quin repræsentet ipsa extrema; iam per se solum habet integram rationem propositionis iudicatiuæ; nec opus est, vt cum ceteris conceptibus apprehensiuis conueniat in societatem vnius enunciationis: sed per se constituit iudicium simplex, quod admittimus. Quid dicendum sit ad ea, quę ex Aristotele obijciuntur patet ex dictis.

Cõceptus copulæ bifariam se habere posse.

ARTICVLVS IV.

Expediuntur aliquot obiecta aduersus tertiam opinionem.

FIeri non posse, vt iudicium intellectus sit vna simplex actio, cuius terminus repræsentet totũ enunciabile, ita quispiam suadebit. Intellectus nullum edit actũ, ad quẽ species aliqua non concurrat, sed nulla datur species repręsentãs totũ enunciabile; ergo neque actus, ac proinde iudicium nõ poterit esse simplex actus. Maior est certa, cum intellectus de se indifferens ad quemuis actum mediante specie determinetur ab obiecto. Minor admittitur a D. Tho. 1. p. q. 55. Scot. in 2. d. 3. q. 10. in speciebus Angelorũ, nedũ in humanis, & patet in propositione negatiua, verbi causa; Homo nõ est lapis; alia quippe & species hominis, alia lapidis, vtraq. cõsequẽtia est manifesta. Et confirmatur, non videtur esse maioris virtutis actus ad repræsentandum, quam species cum D. Tho. 1. contra Gentes ca. 55. inde probet, Deũ omnia cognoscere vnico actu, quia vnica specie, hoc est, essentia sua illi repræsentantur; ergo si vna species, etiamsi admodum eleuata, qualis est angelica, nequit repręsentare quascunque res, sed quæ habẽt aliquam rationem, in qua vniantur, neque actus id poterit exhibere.

Opponit aduersus veram sententiã primò.

D. Thom. Scot.

Confirmatio.

D. Thom.

Secundò, inter simplicem imaginem, & illius obiectũ nunquam est difformitas, vt in 1. cap. multis ostensum est; ergo si terminus iudicij sit vnica imago, perpetuò erit conformis obiecto; nullum igitur erit iudicium falsum, quod vtinam verũ esset.

Tertio, habitus relictus ex iudicio nõ est repręsentatiuus, vt tenet communis sententia aduersus Soncinatem 6. Metaph. q. 9. & Hispalensem in prologo q. art. & notabili tertio: ergo iudicium, à quo relinquitur, repræsentatiuum non est; nam vestigium relictum ex actu, quoad potest, illius naturam retinet, vt videre est in specie ex conceptu remanente; si igitur habitus nihil repræsentat, nec iudicium repræsentabit.

Soncin. Hispal.

De materia primi argumenti plura traduntur in 3. de anima, capit. 5. q. 3. nunc supponamus, intellectum non constitui sufficienter in actu primo à seipso, sed per formam illi superadditam, quæ aut est species, aut res ipsa vnita per modum speciei, quod dici solet de essentia diuina, respectu beatorum, & de essentia Angeli, vel animæ nostræ separatæ, cum se intuentur. Verum cum intellectu nostro sint tres operationes subordinatæ, dubium est, an intellectus ad eas omnes constituatur in actu per easdem species, an per alia, & alia principia. Ferrariensis 1. contra Gentes c. 55. existimat, species simplicium terminorum determinare intellectum ad primã, & secundam operationem: atque ad vtramque efficiendam cõcurrere, verbi causa, species hominis, & equi non modò concurrere ad harum rerum conceptus, sed etiam ad hoc iudicium; homo non est equus, de tertia operatione non facit mentionem, ea fortasse de causa, quia non est vnicus actus à ceteris diuersus, sed plures complexi; & id cisco aliorum principijs generatur.

Intellectus a se ipso non constituitur in actu primo.

Proponitur sententia Ferrariensis. Ferrar.

Verũ hæc sententia recipienda non est, tum, quia diuersæ, & subordinatæ ope-

Repudiatur illius fundamentum.

tæ operationes diuersa exigunt principia, saltem proxima; tum etiã, quia iudicium est sententia de re proposita; at sententia non procedit, nisi ex cognitione cantæ; per species autem nihil intellectus cognoscit; tum denique, quoniam extrema repræsentata in iudicio plerumque sunt adeò diuersa, vt illorum species nullam inter se habeant connexionem ad se vniendum in concursum vnius actus, nisi ab aliquo vniantur. nihil autem apparet, à quo vniri possint, præter cognitiones extremorum, hæ verò cum sint speciebus posteriores, nequeunt eas coniungere, & ad causandum assensum potius, quam dissensum applicare.

Dubij enodatio.

Dicendum igitur est, posse nos loqui vel de principio primo harum operationum, vel de proximo, & immediato singularum: ac primũ quidem principium, à quo omnes originem ducunt, esse species, sine quibus nunquam exibit intellectus in actũ: proxima verò principia singularum esse diuersa; nam conceptus causantur ab speciebus, enunciationes à cõceptibus extremorum non seorsim acceptis, sed cum repræsentant extrema inter se aut conuenientia, aut discrepantia; & discursus à iudicijs antecedentibus. Ratio communis est, quia vt operationes subordinatæ sunt, ita principia esse debent: peculiaris verò, ac propria singulis est: quoniam ad apprehensionem determinatur intellectus à specie, ad iudicium ab apprehensione: ad discursum ab ipso iudicio: nec verum est, discursum esse complexam operationem, si accipiatur pro ipsa notitia discursiua.

Vnde conceptus, enunciatio, & iudicij oriantur.

Dissoluitur primũ.

Ad primum igitur argumentum (quidquid sit de speciebus, an plures ad vnum actum concurrere possint) negamus, earum concursum immediatum esse necessarium ad iudiciũ: addimus, plures conceptus diuersorum obiectorum determinare posse intellectum ad vnũ actum ratione conuenientiæ, aut discrepantiæ, quã ipsi referunt, & iudicio cõmunicant.

Cõfirmat.

Ad cõfirmationem respondetur, nec omnino repugnare, quasuis naturas in vna specie repræsentari, cum semper in eis inueniri possit aliqua ratio similitudinis, & vna Angeli superioris species coerceat, quæ pluribus inferioris angeli continebantur, vt eodem loco docet D. Thom. & cõmuniter Theologi, nec esse parem rationem in conceptibus secundæ operationis, & speciebus, præsertim humanis, vt æquales sint in repræsentando: nam species nostræ sumitur ex rebus, quarum quælibet suam producit ab specie alterius diuersã; iudicium verò oritur immediate à duplici actu, & vtriusque repræsentationem haurit; vnde comparatur à Durando in 1. d. 38. q. 2. qualitatibus medijs, quæ, licet simplices sint, dicuntur mixtæ ex extremis, quia eas virtute continent.

Solutio.

Quod sit discrimen inter veritatem primæ, & secũdæ operationis.

Ad secundum colligenda est solutio ex distinctione veritatis primæ, & secundæ operationis; nam priorẽ veritatem diximus esse puræ repræsentationis: posteriorem dictionis; ac prima semper datur inter imaginem, & illius obiectum, siue illud in rebus inueniatur, siue non, quia nihil de illo enunciat. Secunda tunc est, cum obiectum sic se habet, vt iudicium asserit, & cum se habet aliter, datur falsitas; nam iudicium primò, & per se est quædã dictio affirmans, aut negans, secundariò autem, & veluti in obliquo idem repræsentat; quamuis n. intelligeremus solã dictionem, non intellecta repræsentatione, inueniremus sufficiens fundamentum veritatis, & falsitatis, vt inuenimus in vocali enunciatione.

Secundã

Ad argumentum igitur dicendũ est, si terminus iudicij cõferatur, vt imago est, cum enunciabili in esse obiectiuo, semper cum illo habere conformitatem, & veritatem: si verò accipiatur, vt est dictio virtute complexa aliquid affirmans, aut negans, esse veram, aut falsam, quia res est, aut non est.

Obiectio. D. Ansel. & Alens.

Quam doctrinam tradiderunt D. Ansel. in Dialogo de veritate cap. 2. & Alensis 1. p. summæ, q. 15. memb. 3. cum dicant enunciationem collatam

tam cum ſuo obiecto, vt obiectũ eſt, ſemper eſſe veram; comparatam vero cum re ſecundũ eſſe, poſſe veritatẽ, aut falſitatẽ participare. Reſpõſio. Dices, nullã eſſe maiorem rationem, cur iudiciũ, qua imago eſt, conferatur cum re in eſſe obiectiuo, quam cũ eſt dictio, ſi verò, vt dictio eſt, comparetur cũ re in eſſe obiectiuo, perpetuò verũ erit, ſiquidem obiectum in eſſe repreſentato ſemper ſe habet, vt iudicium enũciat. Reſpõdetur, maiorem rationẽ eſſe, quia vt iudicium eſt, reddit intellectum certum de eſſe rei ſecundum ſe, & ad hoc inſtitutum eſt à natura; alioqui nihil certum de re cognoſceremus: & nunquam inter ſciendum error accideret, quod ſatis falſum eſt.

Tertium. Soncin. Hiſpal. Adtert ũ (etſi opinio Soncinatis, & Hiſpalẽſis de repreſentatione habituum, nec improbabilis ſit, nec parũ commoda) reſpondendũ eſt iuxta cõmẽ ſententiam; idcircò habitũ reſiduum ex actu non eſſe repræſentatiuum, vt eſt ipſe actus, quia ſolum relinquitur ad reddendũ facilem intellectũ in exercitio ſimiliũ actuum, cui muneri ſufficit, vt ſit qualitas impulſiua, ad repræſentationem autem eiuſdem iudicij ſuperſunt cõceptus determinãtes intellectum, qui relinquant ſuas ſpecies repræſentatiuas. D. Thom.

ARTICVLVS V.

Quo pacto enunciatio diuidatur in ſimplicem, & coniunctam.

IN commentario capitis præmiſimus aliam diuiſionem, cuius hæc ſubdiuiſio eſt, dla partiebatur enunciationem in vnam, & plures; vnam deinde in ſimplicem, ſeu ſimpliciter vnam, & vnam coniunctione; nunc idcircò inſtituimus de ſubdiuiſione tantũ differere. quia enunciatio plures immeritò collocatur ſub enunciatione in communi, vt notauit Albertus Magnus, tractat. de enunciatione, c. 2. Proſequẽtes ergò inſtitutam partitionẽ, quam tertius Introductionum Dialecticarũ liber abundè explicat, dubitamus, quę enunciatio propriè, & in rigore ſimplex ſit, quæ cõiuncta. Nam recẽtiores Dialectici eam ſolũ appellant ſimplicẽ, quæ enunciat ſimplex prædicatũ de ſimplici ſubiecto, vt Homo eſt animal: coniuncta verò quæ aut ex pluribus cõſtat enunciationibus cõiunctione aliqua copulatis, vt, ſi Sol lucet, dies eſt; aut ex ſubiecto, prædicatoue copulato, vt, homo eſt animal rationale, vel animal rationale eſt riſibile. Præterea quamuis enunciationem coniunctam appellant hypotheticam. Quid ſit enunciatio ſimplex. Quid cõiuncta.

Multò aliter veteres Philoſophi, quorum aliquos refert Albertus in tractat. de enunciat. c. 2. quorum doctrina vt explicetur, eſt aduertendũ, in enunciatione verbũ eſſe formam, prædicatum verò & ſubiectum materiam: in arte factis autem vnitatẽ, aut multiplicitatẽ ex forma petendã eſſe dicimus enim vnam domũ, quæ ſub vna forma coercetur, quantumuis materia, ex qua coagmentatur, diuerſa ſit: plures verò ſtatuas, quæ habent diſtinctas figuras, tametſi ex eodem ære, aut ligno, vt fieri poteſt, continuẽtur. Hinc fit, vt antiqui Peripatetici appellent vnam ſimplicẽ enunciationem eam, quæ vnica verbali copula continetur. Licet ſubiecta, & prædicata ſint complexa, vt, homo probus eſt ſapiens, vel homo prudens eſt probus, & ſapiens. Ita Albertus loco citato referens Auicennam, Algazelum, & Boetium, itẽ Ammonius, & alij; vbi aduertes, nos non dixiſſe, enunciationem ſimplicem conſtare poſſe multis ſubiectis, vel prædicatis, ſed prædicato, & ſubiecto complexis; nam multa vocabula diuulſa à parte ſubiecti, vel prædicati efficiunt, vt verbum ſæpius repetitum intelligatur, vt in hac. homo, leo vincit, bis repetendum eſt verbum vincit, vnde binæ conſurgunt enunciationes: idem præſtant duo quælibet vocabula poſita à parte ſubiecti, quæ ſignificant res, ex quibus nulla ratione poteſt fieri vnum per ſe, vel per accidẽs, vt homo irrationalis eſt animal; cum enim illi duo termini non poſſint efficere vnum quid, non accipiuntur pro vno Albertus. Auicen. Algazel. Boet. Ammon. In enũciatione verbũ eſt forma prædicati, & ſubiecti.

Digitized by Google

vno ſubiecto, ſed implicant aliam copulam diſtinctam à copula principali totius enunciationis; efficiũtque enunciationem coniunctam.

Ex qua doctrina iam patet cã tantum enunciationem eſſe coniunctã, in qua duo ſunt verbales copulæ coniunctę per aliam conditionalem, aut cauſalem, diſiunctiuam, aut aliã, quales ſunt, ſi, quia, aut; & copula verbalis ſe habet inſtar materiæ, reſpectu conditionalis; quemadmodũ prædicatum enunciationis ſimplicis eſt materia comparatione verbi, licet alioqui ſit forma ſubiecti. Quod idcireo dictum eſt, vt mirari deſinas, qui fiat, vt duæ enunciationum formæ per aliam formam vniãtur, nam quod reſpectu vnius eſt forma, alterius comparatione materia eſſe poteſt, licet minus propriè. Vnde coniuncta enunciatio non dicitur abſolutè vna, ſed cum additione, id eſt, vna coniunctione. Illud etiam reprehenſione dignum eſt, quod Recentiores vſurpant, omnem enunciationem coniunctam eſſe hypotheticã, quamuis enim hoc recte aſſeratur de conditionali, cauſali, & diſiunctiua: de copulatiua tamen non eſt verum, vt in libro tertio Inſtitutionum oſtenſum eſt.

Vniuſenũciationis forma, alterius materia eſſe poteſt.

Quidã Recentiores refutãtur.

In quo loco refertur ex antiquioribus Philoſophis, omnem hypotheticam veram eſſe neceſſariam, & falſam eſſe impoſſibilem, quod ibidem improbatur, & meritò ſi eum habeat ſenſum, quem Autor impugnat, videlicet, nullam propoſitionem coniunctam eſſe probabilem, id enim probè conuincitur his propoſitionibus: ſi operam literis diligenter impendens, doctus euades; Quia Medea eſt mater filium diligit. Sed non immeritò exiſtimabimus, neceſſarium, & impoſſibile vſurpari eo loco pro immutabili, in hoc enim maximè diſſident propoſitiones coniunctæ in materia probabili à ſimplicibus; nam ſimplex nunc probabilis, aut vera, poſtea redditur improbabilis, & falſa; coniuncta verò, quia non tam pendet à materia, quam ab illatione, ſemper immutata perſeuerat.

Veterũ dogma reijcitur.

ARTICVLVS VI.

Vtrum enunciationes de extremo coniuncto neceſſariæ eſſe queant.

HAec dubitatio ſolum excitatur de enũciationibus, quarum ſubiecta coniuncta ſunt ex duobus per accidens coniunctis, quales ſunt hę, Homo albus eſt homo, Homo albus eſt riſibilis, Equus currens mouetur: nam quę alterum extremum, hoc eſt, prædicatum, habent hoc modo coniunctum, contingentes ſunt, cum totum illud non ſit neceſſariò connexum cum ſubiecto, vt Socrates eſt Homo albus, Homo eſt animal bipes, quod S. Thomas in 3. diſt. 10. q. 1. artic. 2. quæſtiuncula 3. conceptis verbis tradidit; de prioribus igitur eſt contentio inter duas Theologorum Scholas. Scotus cum ſuis negat, eas eſſe neceſſarias, vel eſſentiales, id habet in tertio diſtinct. 3. quæſt. 1, & diſtinct. 22. quæſt. 1. §. ſed quid Logicè, Lychetus ibidem, Baſſolis & Maior vtroque loco, quæſt. vnica, Ochamus quæſt 9. ad quos acceſſerunt ex familia D. Thomæ Capreolus, eodem loco ſententiarum, quæſt. vnica, art. 3. Soncinas 9. Metaph. quæſt. 5. Ex alijs Durandus in 3. diſt. 7. & 22. quæſt. 1.

Quæſtionis ſenſus aperitur.

Scot. & alij in negatiuam partem ſe flectunt.

D. Thom. Scot. Lychet. Baſſol. Maior. Ocham. D. Thom. Capreol. Soncin. Durand.

Potiſſimum huius ſententiæ fundamentum eſt, vt Propoſitio neceſſaria ſit, nullã in ea reperiri debere copulam contingentem, ſed in ijs propoſitionibus vt ſitur contingens nexus inter partes ſubiecti: ergo, totam reddit cõtingentem. Maior propoſitio ſumitur ex regula dialecticorum aſſerentium, ad falſitatem enunciationis copulatiuæ latis eſſe, alteram partem eſſe falſam, Verb. c. vt hæc ſit falſa, Homo eſt animal, & eſt irrationalis, latis eſt, quòd ſecunda pars falſa exiſtat; ſimiliterque ad contingentiam ſufficere, alteram partem contingentẽ eſſe minor ex ipſa patet ſuppoſitione, nam album cõtingenter inest homini, & in propoſitione ſubintelligitur copula ex parte ſubiecti, vt ſit ſenſus, Homo eſt albus, & eſt Homo,

Horũ Autorũ præcipuũ fundamentum.

ed by Google

Homo, consequentia bona est.

Prima cõfirmatio.

Confirmatur primò, vt aliquid verè affirmetur de aliquo subiecto, necesse est, vt subiecti ratio in se prius vera sit, ergo pari modo, vt prædicatũ enuncietur necessariò de subiecto, oportet rationem subiecti in se esse necessariam. Consequentia est bona ob æqualitatem rationis. Antecedens probatur ex Aristotele 5. Metaph. cap. 9. vbi ait, rationem falsam de nullo esse veram; ergò à contrario de ratione falsa nihil verum esse poterit. Confirmatur secũdò, quia hæc; Homo irrationalis est animal; est impossibilis, vt præcedenti articulo diximus, non alia tanè de causa, quam quia subiectum est impossibiliter cõiungendum: ergo cuius subiectũ per accidens constitutum est, tota manebit accidentaria.

Secunda.

Tertia.

Confirmatur tertiò: si illa propositio, Homo albus est Homo, sit necessaria, hęc etiam, aliquis Homo est albus, necessaria erit: Consequens est apertè falsum; ergò & antecedens; consecutio probatur per Syllogismum expositorium in Darapti. Omnis Homo albus est Homo: Omnis Homo albus est albus: ergo aliquis Homo est albus. Hæc conclusio planè est contingens: non esset tamen, si præmissæ forent necessariæ, alioqui periculum esset, ne in bona consequentia daretur antecedens verum, & consequens falsum.

Quid censuit Carthusian.

D. Thom. Caiet. Ferrar. Alens. Bonanent. Marsil. Albert. Richard.

De hac opinione sic censet Carthusianus in 3. dist. 22. quæst. 1. nulla ratione, subtilitate, autoritatevè fulciri, & magnorum Theologorũ doctrinæ aduersari. Hi porrò sunt D. Thomas in 3. distin. 7. q. 1. art. 1. & 4. contra Gentes, capit. 37. & 49. tertia part. quæstion. 2. artic. 3. Caietanus quæstion. 16. ad art. 1. Ferrariensis 4. contra Gentes, capit. 45. Alensis, Bonauentura, Marsilius, Albertus, Richardus, & alij. Verum, vt pateat, in quo hi Autores dissentire possint, distinguamus esse, seu habitudinem prædicati, & subiecti illius propositionis secundum se, & modum, quo assumuntur in propositione, & quidem de primo non videtur esse dissensioni locus; autoritati enim non modò aliorum Philosophorum, sed ipsius Aristotelis, & rationi contradicet Scotus si neget, vel album, vel hominem esse de essentia hominis albi, eò quod homo albus sit compositum per accidens. Autoritati, quoniam statua lutea est per accidens composita, & tamen Aristoteles 7. Metaphys. capit. 10. ait, lutum esse de ratione eiusmodi statuæ; & prius dixerat, elementa esse de ratione syllabæ, quæ nihilo magis est vnum per se, quam statua. Rationi, quoniam nihil magis est de essentia alicuius, quam illius partes; ergo, cum homo, & album componant vt partes hominem album, includentur in eius ratione; nec obstabit, compositionẽ esse contingentem: tum, quia contingens vnio non tollit esse veras partes: ergo non tollet esse totì essentiales: tum, quia partes hominis materia, & forma contingenter vniuntur, & in eius essentia maximè includuntur.

Scotica sẽtentia impugnatur auctoritate. Arist.

Impugnatur ratiõe.

Ad hæc, quando aliquid absolutũ nec esse potest, nec intelligi absque alio, necessariò illud sibi vendicat; sed homo albus non potest esse, nec cognosci absque albedine; ergo necessariò in illo includitur albedo. Minor, & consequentia patent. Maior, præterquam quod tradatur à Caietano 1. Post. cap. 6. est per se euidens, cum intelligentia sit lapis Lydius rei integritatem probans, quæ enim intra notitiam rei clauduntur, & non vt termini intra rem sunt.

Caiet.

Scot.

At quę huic doctrinæ manifestè consentit Scotus loco citato, sed subdit, non sufficere ad propositionem per se, vt subiectum includat in suo conceptu prædicatum, nisi ipsum subiectum aut sit conceptus simplex, aut si compositus, prius supponatur esse verus, quam de illo aliquid affirmetur; vnde cum est contingenter verus, nihil de eo necessariò affirmatur.

Esse, & modus essẽdi ppositionis secundum se distinguunt.

Dissentit igitur Scotus ab alijs Autoribus in secundo, quod proposuimus. Existimat nimirum, compositum per accidens non posse ita

signi.

Duplex eſſe põt acceptio ſubiecti p accidens cõpoſiti.

Quid Caietanus concedat i prima acceptione.

Quid in ſecunda. Ariſt.

ſignificari,& proponi in Oratione, vt altera pars de illo eſſentialiter prędicetur. Verum, duplex adhuc eſſe poteſt acceptio illius ſubiecti [Homo albus] in propoſitione; altera, vt eſt quippiam cõſtitutum ex duabus naturis in exiſtentia reali coniunctis; altera, vt eſt conceptus obiectiuus poſſibilis, ſiue actu ſit in rerum natura, ſiue nõ. In prima acceptione concedit Caietanus 1.p.quęſt.16.ar. 1. hanc propoſitionem, & ſimiles implicare aliquam copulam, & ideò contingentem eſſe, ac falſam, niſi à parte rei albedo inſit in homine. In ſecunda nulla inuoluitur copula, & conſequẽter propoſitio eſt eſſentialis, quia efficit hunc ſenſum; compoſito [Homo albus] conuenit eſſe album, quo nihil verius, nihil magis intrinſecum dici poteſt. Atque hæc eſt naturalior, & frequentior harum propoſitionum acceptio, & ſuppoſitio; huc enim tota rei controuerſia deuoluta eſt.

2. acceptio approbat.

Ariſt. Primò.

Secundò.

Nobis videtur in communi propriaque acceptione, niſi aliquid addatur, has propoſitiones habere ſecundam ſuppoſitionem, quod primò oſtenditur ex Ariſtotele, capit. 2. lib. ſequentis, vbi has propoſitiones vocat ſimplices; in ſimplicibus autem nulla implicatur copula in ſubiecto, vt proximo articulo dictum eſt. Secundò, in aliquibus propoſitionibus neceſſariò ea ſubiecta ita ſupponũtur; ergo idem erit dicendum de omnibus, cum nulla appereat diuerſitatis ratio. Antecedens multis ſuaderi poteſt. Primò; in propoſitione identica, Homo albus eſt homo albus, quam nemo negabit eſſe eſſentialem: (nõ erit autem, niſi ſubiectum ſupponat pro conceptu obiectiuo abſque vlla copula implicationis, vt vocant) Ex quo ſumi poteſt illud argumentum: de quo prædicatur eſſentialiter aliquod totum, prædicantur eius partes: ſed de homine albo dicitur eſſentialiter illud coniunctum; ergo eodem modo enunciabitur quælibet eius pars.

I

Deinde, in iis, in quibus enunciatur definitio de definito, vt, Domus eſt integumentum ex parietibus, tectoque elaboratum: fatetur enim Ariſtoteles 6. Topic. cap. 5. Ens per accidens eſſentialiter definiri. His proximæ ſunt aliæ, vt Homo albus eſt Ens per accidens. Cognoſcitur à Deo; Statua eſt arte factum, in quibus omnibus ſubiecta ſimpliciter ſupponunt pro toto illo coniuncto.

Ariſt.

Vltimò.

Denique entia per ſe conflata ex partibus ſupponunt ſimpliciter pro toto conſtituto. vt Homo eſt animatus, Lapis eſt formatus, cum tamen eorum partes contingenter vniantur. Concludamus igitur, partes ſubiecti contingenter vniri, nec ſimplicem ſuppoſitionem, nec eſſentialem prædicationem impedire.

Occurritur argum.

Ad primũ Reſpond.

Ad primũ quidem argumentum facilè reſpondetur. Ad primum: diſtinguenda eſt maior: ſi enim velit propoſitionem neceſſariam non habere copulam verbalẽ expreſſam, aut tacitam contingentem, cõcedenda eſt: neganda verò minor in eodem ſenſu; oſtendimus namque, in his propoſitionibus nullam implicari copulam, cum non ſint coniunctæ, ſed de extremo coniuncto; ſi verò ſenſus maioris ſit in propoſitione neceſſaria, non copulari cõtingenter partes ſubiecti neganda eſt, vt hactenus monſtratum eſt. Nec regula Dialecticorum aliud ſtatuit, quia intelligitur de copula contingenti priori modo.

Ad primã confirmationem.

Reſp.

Ad primã confirmationem diſtinguendũ quoq; antecedẽs: nã ſi illius ſenſus ſit, quod ratio ſubiecti debeat eſſe vera: hoc eſt vna illius pars verè affirmetur de alia, negãdũ eſt, vt multis exemplis patuit; ſi autem ſignificet, oportere rationem ſubiecti in ſe eſſe veram in eſſe obiectiuo, quod tunc fit, cum eius partes non ſunt inter ſe repugnãtes, ſed coniungi poſſunt in conceptum obiectiuum vnum, ſaltem per accidens, & nõ impoſſibilem, concedendum eſt, & in hoc ſenſu intelligenda eſt probatio ex Ariſtotele. Nam oratio falſa duplex eſt, vna, quæ ſignificat rem, quæ non

non eſt, eſto, eſſe poſsit, altera, quæ ſignificat rem impoſſibilem. Ariſtoteles verò non de priori oratione falſa, ſed de poſteriori eſt intelligendus: nam hęc oratio, Homo albus. eſt priori modo falſa, nullo exiſtente homine albo, & tunc eſſentialiter dicitur de Petro albo. Cum igitur propoſitio Ariſtotelis ab Scoto inuertitur, vt de ratione falſa nihil verè dicatur, accipienda eſt ratio falſa pro impoſſibili, cuiuſmodi non eſt ea, de qua diſputamus: eſt verò illa, quæ ſumitur in ſecunda confirmatione, de qua proinde mirum non eſt, ſi animal verè non prędicetur, quod magis patet ex prędicto articulo.

Ad tertiã. Ad tertiam; neganda eſt prima illatio; &, cum probatur per ſyllogiſmum expoſitorium, dicendum eſt, terminum comunctum non eſſe aptum ad eiuſmodi ſyllogiſmum; cum enim ſit expoſitorius, valet ex vi ſingularitatis termini, quæ tunc eſt maxima, cum habet vnitatem naturæ. Poterit nihilominus per illum ſyllogiſmum colligi hæc alia conſequentia. Homo albus eſt homo, homo albus eſt albus; ergo aliquid, quod eſt homo, eſt album; ſimilis enim colligitur à Theologis in hoc ſimili: Chriſtus eſt Deus, Chriſtus eſt homo; ergo aliquid, quod eſt Deus, eſt homo, ſi enim colligas; ergo Deus eſt homo, poterit eſſe vitioſa conſequentia, quia præmiſſæ ante Verbi Incarnationem veræ ſunt, concluſio falſa. Quamquam de præmiſsis etiam id neget Scotus, eſt tamen oppoſita ſententia communior, & Patrum doctrinæ accommodatior, qua proinde vti poſſemus ad eam, de qua diſſerimus, confirmandam. Alia obiectio, quę hoc loco adduci ſolet de conuerſione huius propoſitionis, in ſecundo capite libri primi Priorum exoluetur.

EXPLANATIO CAPITIS QVINTI.

SVMMA CAPITIS.

AGit Ariſtoteles quinto, & ſexto capite de oppoſitione Enunciationum, quæ trifariam cõſiderari poteſt: ſecundum affirmationem, & negationem, ſecundum quantitatem; ſecundum veritatem & falſitatem. In fine proximi capitis quarti meminit oppoſitionis ſecundum affirmationem, & negationem: in præſenti tradit eam, quæ eſt ſecundum quantitatem, commemoraturus in ſexto oppoſitionem ſecundum vetitatem, & falſitatem. Porro in hoc capite diuidit primò enunciationem ſecundum quantitatem, deinde ex diuerſa quantitate varias colligit oppoſitiones. Diuiſio eſt; enunciationum aliæ conſtant ſubiecto vniuerſali, vt omnis homo eſt iuſtus, nullus homo eſt iuſtus; aliæ particulari, vt aliquis homo eſt iuſtus, aliquis homo non eſt iuſtus. Oppoſitiones, quæ ex hac partitione colliguntur, ſunt tres. Contraria, quando vtriuſque propoſitionis eſt vniuerſale ſubiectum; ſub contraria, quando ſubiectum vtriuſque eſt particulare; contradictoria, quando alterius ſubiectum vniuerſale eſt alterius particulare, vt omnis homo eſt iuſtus, quidã homo non eſt iuſtus. Ceterarum exempla proximè data ſunt.

Ariſt. Oppoſitio enũciationũ trifariã cõſiderari poteſt. Diuiſio enunciationis ſecũdũ quantitatem.

CAPVT VI.

CVm autem verum alia ſint vniuerſales, alia ſingulares. Vniuerſale dico, quod de pluribus aptum eſt prædi-

predicari, quale est homo. Singulare autem id, quod illam legem subire nequit, quale est Callias: sicq; necesse, interdum vniuersalium, interdum singularium euidam aliquid ineſſe, vel nòn ineſſe enunciare. Si quispiam vniuersaliter quidem de vniuersalibus enunciat, competere, inquam, aut non competere quipiam, erunt enunciationes ista contrariæ: atque de vniuersalibus vniuersaliter enunciare quempiam dico hoc modo, vt est omnis homo albus, nullus homo est albus.

a *Quando autem in vniuersalibus non vniuersaliter, non sunt contrariæ.* b *Quæ autem significantur, est, esse aliquando contraria. Dico autem, non vniuersaliter enunciare in his, quæ sunt vniuersalia hoc modo: homo albus est, homo albus non est, homo quidem est vniuersale: at ille non vtitur, vt vniuersali ipsa enunciatione. Omnis enim non significat ipsum vniuersale: sed vniuersalis prædicationis est nota.* c *Ei vero, quod vniuersaliter prædicatur, si vniuersalis prædicationis addideris notam, enunciationem non efficies veram. Nulla enim erit affirmatio vera, in qua prædicationis nota vniuersalis ei adiungitur, quod vniuersaliter prædicatur: vt omnis homo est omne animal.* d *Affirmationem igitur, & negationem opponi contradictoriè quidem dico, cum vniuersaliter altera significat, altera nō vniuersaliter de eodem: vt omnis homo albus est, non omnis homo albus est, nullus homo albus est, quidam homo albus est. Contrariè verò, cum vniuersaliter vtraque significat de eodem: vt omnis homo albus est.*

COMMENTARIVS.

Quæ sint enunciationes oppositæ.

a *Quando autem.*] Assignat secundum genus oppositionis, docetque, eas enunciationes oppositas, quarum vtrumque subiectum est vniuersale non affectum signo vniuersali, non esse contrarias; subintelligit verò, esse subcontrarias; si notentur signo particulari, vt quidam homo est iustus, quidam homo non est iustus, quæ iccircò subcontrariæ nuncupantur, quia sub vniuersalibus contrarijs collocantur, vt palam est consideranti; quæ verò signo non afficiũtur, sed indefinitæ sunt, vt homo est iustus, homo non est iustus, vocantur ab Aristotele cap. sequenti contradicentes, quod accipiendum est latè; nam in rigore tales non sunt, sed cum subcontrarijs numerari debent, vt à recentioribus numerantur; eo quòd penes veritatem, & falsitatem subcontrariarum leges obseruent. Arist.

b *Quæ autem significantur.*] Dixerat subcontrarias, etsi consistent subiecto vniuersali, non esse contrarias, quia non sumitur subiectum vniuersaliter, nunc addit earum subiecta posse nonnunquam contraria esse, hoc est, vt exponit Aphrodisæus, & D. Thomas, æquipollent contrarijs, quia subiecta accipiuntur vniuersaliter, videlicet propositiones indefinitæ (de quibus speciatim loquitur Aristot. vt aperiunt exempla, quæ subijcit, homo albus est, homo albus non est) quæ fiunt in materia necessaria, vel impossibili; accipiuntur pro vniuersalibus, modò subiectum non latius pateat, quam prædicatum. Nam quod attinet ad veritatem, & falsitatem, idem valet. Homo est animal, & omnis homo est animal; homo non est lapis, & nullus homo est lapis. Additum est, modò subiectum amplius non sit, quã prædicatum, quia hæc, animal est homo, non æquatur illi, omne animal est homo, cum prior vera sit, posterior falsa. Discriminatur enũciatio sub contraria à cõtraria. Aphrod. D. Tho.

c *Ei verò, quod vniuersaliter.*] Docuerat, in propositionibus vniuersalibus signa vniuersalia addi subiecto, ambigeret quis, an prædicato etiã addi oporteat, vt quemadmodum dicimus omnis homo est animal, liceat ita loqui, omnis homo est omne animal? respõdet negatiuè in affirmatiuis, quia aliter omnis affirmatio vniuersalis falsa esset, velut si dicas, omnis homo est omne animal, neque enim omne animal in homine est. Notãter addit Arist. nulla erit affirmatio vera, quia in quauis materia, etsi prædicatum æquale existat subiecto, pro- Dubium. Dilutio. Arist.

Digitized by Google

Vera huius opinionis explicatio.

ſententiæ eſt, per conceptum copulę cogi prędicati, ac ſubiecti conceptus in actu factum vnum ordine, & habitudine extrinſeca. Hæc ſententia, prout differt à ſuperiori, non exprimitur ab Antiquioribus, iudicari tamen videtur a D. Thoma 1. p. q. 85. art. 5. cum ait, noſtrum intellectum prius concipere eſſentiam, deinde proprietates, tertiò, hęc inter ſe coniungere, ſi enim exiſtimaret, duplici actu enunciationem fieri, non adderet tertium actum poſt cognitionē proprietatum; conceptus enim proprietatum reſpectum habet ad ſubiectum, quo proinde contenti erant Autores primæ ſententiæ; certe ergo, non ſufficere duplicem conceptum, etiamſi alter includat habitudinem ad alterum. Probari poteſt primò hæc opinio ex Ariſtotele aſſerente in cap. 3. aliquem conceptum reſpondere verbo in Oratione, qui eidem extra Orationem non reſpondet; ſed hoc nequit intelligere de formali ſignificato: ergo de conceptu copulæ. Exempli cauſa; huic verbo, ſcribo, ſemper reſpondet conceptus ſcriptionis in concreto; at cōceptus copulæ, qui nimirum repręſentet actualem coniunctionem ſcriptionis cum aliquo, in ſola enunciatione generatur à verbo. Verum igitur eſt, in propoſitione differre conceptum copulæ à ceteris.

D. Thom.

Ariſt.

Stabilitur ratione primò.

Deinde, poſtquam intellectus habet conceptus prædicati, & ſubiecti, formare poteſt conceptum copulæ attribuentis vnum alteri, atque ex hac compoſitione cōſurget affirmatio, ſeu iudicium approbatiuum, vt palam eſt; ergo conſtat ex triplici conceptu. Maior propoſitio non videtur neganda; cum ea coniunctio, & attributio ſit aliquid per ſe repræſentabile, & hoc non poſſit accommodatius, quam per conceptum copulæ fieri, quod ſignificauit Ariſtoteles 5. Metaph. cap. 7. cum dixit Eſſe, ſignificare veritatem propoſitionis; id eſt, coniunctionem, vt commentatur D. Thomas in 3. d. 6. q. 2. art. 2. idem expreſsè tradit Ferrarienſis 3. Phyſicorum q. 3. Quod ſi hic Autoribus reſpondeas, hæc ſolum oſtendere, non repugnare propoſitionem indicatiuam hoc modo fieri, non autem ita fieri oportere: Dicent, ſat eſſe oſtendere, illum modum eſſe magis connaturalem, ac facilem, vt ita perpetuò fieri credendum ſit. Addūt tamen hi Autores iudicium ita complecti illos tres conceptus, vt præcipue conſiſtat in conceptu copulæ, qui proprię eſt compoſitiuus.

D. Tho. Ferrar.

Tertia ſententia eſt, iudicium eſſe actum ſimplicem intellectus approbantis, aut reprobantis enunciabile per apprehenſionem cognitum, qui aliquo modo illud repræſentat. Pro hac adduci poſſunt, quotquot aſſerunt, enunciationem eſſe vnam ſimplicem qualitatem, niſi aliqui ſe explicantes addāt, enunciationem differre a iudicio. Nunc patim traditur a Gregor. 1. quæſt. prologi, art. 3. Gabriele art. 2 & 4. Vigerio in Inſtitutionibus Theologicis, ca. 2. §. 3. verſ. 6. Gerualio diuiſ. 3. q. 1. & 2. Boetio hic ca. 4. Durando in 1. d. 38. q. 2. ſaltem vt probabilior. D. Thom. 1. p. q. 58. art. 2. vbi ait, multa cognoſci ab intellectu noſtro per vnā operationem, vt prædicatū, & ſubiectū, cum ſint partes vnius propoſitionis.

3. Sent. Gregor. Gabriel. Viguer. Geruaſ. Boet. Durand. D. Tho.

In hac ſententia duæ ſunt partes. Prima, iudicium eſſe actum ſimplicem complectentem totum enūciabile: ſecunda, hunc actum, ſeu eius terminum eſſe imaginem eiuſdem enunciabilis. Vtraque monſtratur.

Iudicium eſſe ſimplicē actum.

Prima ex nominibus, quibus Autores iudicium afficiunt. Boetius loco citato iudicium affirmationem appellat autem, negationem abnuentem. D. Thomas 1. 2. quæſt. 74. art. 7. ad primum, conſenſum, vel diſſenſum annuere autem, vel conſentire alicui ſimplex actus eſſe videtur, qualis eſt nutus externus, & quale eſſe indicant vocalia ſigna, per quę exprimuntur, maximè, ita, non, &c. quæ omnia ſimplicia ſunt.

Probatur primò. D. Tho.

Ariſt.

Secundò, ex ſimilitudine actuum voluntatis; vt enim in voluntate reperiuntur duo actus ſimplices, volitio, qua rem amplectitur, nolitio, qua eandem reſpuit, ita par eſt, exiſtimare

2.

ſtimare de intellectu, habere ſcilicet approbationem, & reprobationem ſimplicis.

3. Tertiò ex natura iudicij. Etenim eius vis eſt, vt feratur in totum enũciabile, vt docet S. Tho. 1. p. q. 85. art. 5. ad 3. & expreſſius Caietanus, q. 16. articu. 2. at hoc præſtare non poſſet, ſi ex partibus componeretur: vel enim ex partes omnes caderent ſuper totum enunciabile, vel ſingulæ ſuper ſingulas partes illius; ſi detur primum, ſingulæ partes erunt totalia iudicia, & ita non oportebit plures eſſe, ſecundum admitti non poteſt; quoniam ſingulæ partes enunciabilis, cum ſint ſimplicis, iudicari non poſſunt; neque enim iudicatur, an quælibet pars per ſe ſit, ſed an congruè omnes copulentur, vel diſiungantur.

D. Tho. Caiet.

Vltimò. Denique ex effectu. Habitus ſcientificus relinquitur ex iudicio, ſed habitus eſt ſimplex qualitas, vt cum potioribus Philoſophis oſtendemus in 1. Poſteriorum, cap 2. ergo, cum habitus nequeat eſſe ſimplicior actu, à quo per ſe vti veſtigium emanat, aſſerendum erit, iudicium ſimplex eſſe.

Actũ iudicatiuũ cadere ſuper totũ enũciabile.

Probatur 1.

Caiet.

Geruaſ.

Ariſtot.

Secundò. Secunda pars eiuſdem ſententiæ, quę præter citatos Autores exprimitur à Caietano, & Geruaſio locis proximè citatis, colligitur ex Ariſtotele in Poſt. cap. 2. vbi ait, ſcire eſſe cognoſcere, intelligit autem nomine ſcientiæ actum, ſeu iudicium, vt ibidem explicabitur. Sed terminus omnis cognitionis eſt imago repræſentatiua; ergo terminus iudicij eſt imago totius enunciabilis; hoc enim diximus eſſe obiectum iudicij. Deinde proprius actus potentiæ cognitiuæ, in quo rectum ſcientia conſiſtit, non poteſt non eſſe cognitio; ſed iudicium eſt eiuſmodi actus; ergo eſt cognitio. Rurſum, omnis huiuſmodi cognitio eſt producta ſimilitudinis obiecti, vt in primo capite oſtendimus; ergo terminus iudicij eſt expreſſa eius imago, quę clarè, & diſtinctè repræſentat conuinctionem extremorum; ipſa verò extrema obſcurè, & confuſè, vt Geruaſius ſupra annotauit, & ratio eſt, quia primò, & per ſe fertur in ipſam cõiunctionem; ſecundariò autem, & quaſi in obliquo in extrema, quatenus coniunctio ſine extremis attingi non poteſt: & hinc eſt, quod iudicia non diſtinguuntur ſpecie per extrema propoſitionum, quæ iudicantur, ſed per coniunctiones, ſeu per rationes coniungendi, vt in fine primi Poſteriorum videndum eſt.

Tertiò.

ARTICVLVS III.

Omnes hę ſententię probabiles iudicantur; eligitur extrema.

NOn carẽt probabilitate omnes propoſitæ ſententiæ, nec præſidio Autorum penitus deſtituuntur; quamuis, vt verũ fateamur, quæ admittunt formalem compoſitionem ex multis conceptibus, ad communem Antiquorum ſenſum magis accedere videantur; ſemper enim in ſecunda operatione nonnullos conceptus interuenire ſignificat nihilominus; etſi difficile non eſſet cuiuſque illarum partes tueri, & aliarum argumentis ſatisfacere, eligimus vltimam ſententiam, vt firmioribus innixam fundamentis, & à pluribus Autoribus hodie approbatam, à qua fortaſſis non differt ſecunda, niſi in modo loquendi, vt ibidem explicabimus.

Vltima ſẽtentia præfertur.

Igitur aduerſus primam, & ſecundam ſententiam, quatenus aſſerunt, enunciationem iudicantem eſſe cõpoſitam actu ex multis conceptibus, faciunt argumenta pro tertia ſententia, ſpeciatim tertium, & quartum. Deinde contra primam conſtituentem iudicium in duobus actibus cũ reſpectu vnius ad alium, hæc obponimus. Iudicium præter repræſentationem extremorum, & conuenientiæ eorum inter ſe acceptæ in actu ſignato includit dictionem, & aſſerationẽ, quod ita ſit, vt obijcitur; ſed cognitio prædicati cum habitudine ad ſubiectum hanc aſſertionem non inuoluit; ergo iudicium eſſe nõ poteſt. Maior patet ex diſcrimine

Oppugnatur prima ſententia.

manere tantum possunt duo conceptus apprehensiui prædicati, & subiecti. Nec obest, quod eiusmodi conceptus non sunt partes internæ iudicij, sunt enim omninò necessariæ, vt iudicium formetur, atque adeo sunt veluti radix, & fundamentum illius. Explicari etiam potest dictum Philosophi de terminis obiectiuis, in quo sensu nullam habet difficultatem.

Ad alterã partem responsio.

Ad ea, quę probant secundam partem huius sententiæ, quatenus ollẽdunt, non esse necessarium tertium conceptum solius copulæ mediũ inter duos extremos, dicendũ est, nihil absurdi, aut nobis repugnans colligere; sed cũ aduersus simplex iudiciũ proponuntur, respondẽdum est, Aristotelem ideo dixisse conceptum verbi, quatenus copula est nõ posse esse ablq; extremis, quia illũ non distinguit à iudicio, nam verbum extra enunciationem significat solam vnionem concreti, in propositione verò vlterius innuit vnionẽ verbalẽ, quæ non cognoscitur, nisi per actum iudicatiuum. Ad primam probationem concesso antecedente negari in primis potest consequentia; quia, vt supra docuimus & notat Gregorius loco citato, vocabulo simplici respõdere possũt plures cõceptus subordinati, alter significato formali, alter connotato. Deinde nos haud volumus, verbo, Est, respondere conceptũ separatum a conceptibus extremorum, imò vnum tantum esse actum, quo omnia copulantur, actuale scilicet iudicium. Ad secundam; earum vocum similitudinem non esse quo ad omnia, sed quo ad vim coniungendi, quia, vt vna ligat prædicatum cum subiecto, ita alia conclusionem cum principijs: modum tamen esse longè diuersum, nam particula, ergo, indicat dependentiã conclusionis ex præmissis, quę proinde non oportet, vt sit separata ab ipsa conclusione. Est verò significat assertionem, quod illa duo coniungantur, quæ vtrũq. æqualiter attingere debet, quare oportet sit actus ab extremorũ apprehensionibus distinctus. Adde, intellectum non posse prioribus actibus certum esse de veritate obiecti ob sui luminis imperfectionẽ, vt ex Arist. tradidit S. Thom. Vnde patet solutio tertię probationis; nam ea cognitio conuenientię est per medium simplicis intuitus, & propositionis obiecti de quo adhuc intellectus nihil statuit; alioqui, si aliquid in eo actu statuisset, cum cognoscit hominem volentẽ, falsus esset, contra id, qđ sæpius in hac materia statutũ est.

D. Thom. Ad tertiã responsio.

Antequam respondeamus ad probationes secundæ sententiæ, aduertimus, eam fortasse verbo tenus differre à tertia, quam amplectimur. Enim verò vtraq. admittit duos cõceptus apprehensiuos extremorum; & addit tertium actum illos coniungentem, qui procul dubio respondet primò, & per se copulæ verbali, & quasi secundariò attingit ipsa extrema, cum iudicium, vt diximus ex D. Thoma, per se dicat inesse vnum alteri; quare non est negãdum, in quauis sententia aliquo modo fieri vsũ ex conceptibus apprehensiuis, & illo actu iudicatiuo. Discrimen in eo tantum est, quod nos existimamus, iudicium non coniungere cõceptus formales in vnam enunciationem iudicatiuam vt omnes formaliter illam ingrediantur, sed tantũ obiectiuos præsuppositis formalibus: Autores verò, cum quibus disputamus, significãt, conceptus etiam prædicati, & subiecti copulatos ab illo tertio actu ingredi compositionem iudicij, quod si intelligunt de aliquali modo cõpositionis, à nobis nõ negatur: si verò de interna, & formali, falso existimãt, nec eorum rationes id probãt.

D. Thom. Assignatur discrimen inter secũdam & tertiã sentẽt.

Ad primã ex D. Tho. respondetur, tertium illum actum cõiungẽdi proprietates cum subiecto esse ipsum iudicium, quod cum apprehẽsionibus vnã propositionẽ haud propriè componit. Ad secundã ex Aristotele responsum iã est, cõceptum respõdentẽ verbo in oratione esse iudicium, de quo disputamus, quod dari nõ potest absq; extremis obiectiuis per intellectum apprehensis, vt explicuimus. Ad vltimã cõcedendũ est, posse formari

Ad secũdæ sententiæ fundamẽta responsio.

formari tres conceptus prædicati, subiecti, & copulæ; sed conceptũ copulæ bifariã se habere posse. Primò, si eam repræsentet in actu signato, id est, non prout annectentem vnum alteri, & hac ratione esse cõceptum simplicem, nec efficere enunciationem, cum non attribuat vnum alteri. Secundò, si extrema coniungat in actu exercito, quod cum efficere non possit, quin repræsentet ipsa extrema; iam per se solum habet integram rationem propositionis indicatiuæ; nec opus est, vt cum ceteris conceptibus apprehensiuis conueniat in societatem vnius enunciationis: sed per se constituit iudicium simplex, quod admittimus. Quid dicendum sit ad ea, quę ex Aristotele obijciuntur patet ex dictis.

Cõceptus copulæ bifariam se habere posse.

ARTICVLVS IV.

Expediuntur aliqui obiecta aduersus tertiam opinionem.

FIeri non posse, vt iudicium intellectus sit vna simplex actio, cuius terminus repræsentet totũ enunciabile, ita quispiam suadebit. Intellectus nullum edit actũ, ad quẽ species aliqua non concurrat, sed nulla datur species repręsentãs totũ enunciabile; ergo neque actus, ac proinde iudicium nõ poterit esse simplex actus. Maior est certa, cum intellectus de se indifferens ad quemuis actum mediante specie determinetur ab obiecto. Minor admittitur a D. Tho. 1. p. q. 55. Scot. in 2. d. 3. q. 10. in speciebus Angelorũ, nedũ in humanis, & patet in propositione negatiua, verbi causa; Homo nõ est lapis; alia quippe & species hominis, alia lapidis, vtraq. cõsequẽtia est manifesta. Et confirmatur, non videtur esse maioris virtutis actus ad repræsentandum, quam species cum D. Tho. 1. contra Gentes ca. 55. inde probet, Deũ omnia cognoscere vnico actu, quia vnica specie, hoc est, essentia sua illi repræsentantur; ergo si vna species, etiamsi admodum eleuata, qualis est angelica, nequit repręsentare quascunque res, sed quæ habeãt aliquam rationem, in qua vniantur, neque actus id poterit exhibere.

Opponit aduersus veram sententiã primò.

D. Thom. Scot.

Confirmatio.

D. Thom.

Secundò, inter simplicem imaginem, & illius obiectũ nunquam est difformitas, vt in 1. cap. multis ostensum est; ergo si terminus iudicij sit vnica imago, perpetuò erit conformis obiecto; nullum igitur erit iudicium falsum, quod vtinam verũ esset.

Tertio, habitus relictus ex iudicio nõ est repręsentatiuus, vt tenet communis sententia aduersus Soncinam tem 6. Metaph. q. 9. & Hispalensem in prologo 9. art. & notabili tertio: ergo iudicium, à quo relinquitur, repræsentatiuum non est; nam vestigium relictum ex actu, quoad potest, illius naturam retinet, vt videre est in specie ex conceptu remanente; si igitur habitus nihil repræsentat, nec iudicium repræsentabit.

Soncin. Hispal.

De materia primi argumenti plura traduntur in 3. de anima, capit. 5. q. 3. nunc supponamus, intellectum non constitui sufficienter in actu primo à seipso, sed per formam illi superadditam, quæ aut est species, aut res ipsa vnita per modum speciei, quod dici solet de essentia diuina, respectu beatorum, & de essentia Angeli, vel animæ nostræ separatæ, cum se intuentur. Verum cum intellectu nostro sint tres operationes subordinatæ, dubium est, an intellectus ad eas omnes constituatur in actu per eadem species, an per alia, & alia principia. Ferrariensis 3. contra Gentes c. 55. existimat, species simplicium terminorum determinare intellectum ad primã, & secundam operationem: atque ad vtramque efficiendam cõcurrere, verbi causa, species hominis, & equi non modò concurrere ad harum rerum conceptus, sed etiam ad hoc iudicium; homo non est equus, de tertia operatione non facit mentionem, ea fortasse de causa, quia non est vnicus actus à ceteris diuersus, sed plures complexi; & ideirco aliorum principijs generatur.

Intellectus a se ipso non constituitur in actu primo.

Proponitur sententia Ferrariensis. Ferrar.

Verũ hæc sententia recipienda non est, tum, quia diuersæ, & subordinatæ ope-

Digitized by Google

Repudiatur illius fundamentum.

tæ operationes diuersa exigunt principia, saltem proxima: tum etiã, quia iudicium est sententia de re proposita; at sententia non procedit, nisi ex cognitione causæ; per species autem nihil intellectus cognoscit: tum denique, quoniam extrema repræsentata in iudicio plerumque sunt adeò diuersa, vt illorum species nullam inter se habeant connexionem ad se vniendum in concursum vnius actus, nisi ab aliquo vniantur, nihil autem apparet, à quo vniri possint, præter cognitiones extremorum, hæ verò, cum sint speciebus posteriores, nequeunt eas coniungere, & ad causandum assensum potius, quam dissensum applicare.

Dubij enodatio.

Dicendum igitur est, posse nos loqui vel de principio primo harum operationum, vel de proximo, & immediato singularum: ac primũ quidem principium, à quo omnes originem ducunt, esse species, sine quibus nunquam exhibit intellectus in actũ: proxima verò principia singularum esse diuersa: nam conceptus causantur ab speciebus, enunciationes à conceptibus extremorum non seorsim acceptis, sed cum repræsentant extrema inter se aut conuenientia, aut discrepantia; & discursus à iudicijs antecedentibus. Ratio communis est, quia vt operationes subordinatæ sunt, ita principia esse debent: peculiaris verò, ac propria singulis est: quoniam ad apprehensionem determinatur intellectus à specie, ad iudicium ab apprehensione: ad discursum ab ipso iudicio: nec verum est, discursum esse complexam operationem, si accipiatur pro ipsa notitia discursiua.

Vnde conceptus, enunciatio, & iudicij orianturꝫ

Dissoluitur primũ.

Ad primum igitur argumentum (quidquid sit de speciebus, an plures ad vnum actum concurrere possint) negamus, earum concursum immediatum esse necessarium ad iudiciũ: addimus, plures conceptus diuersorum obiectorum determinare posse intellectum ad vnũ actum ratione conuenientiæ, aut discrepantiæ, quã ipsi referunt, & iudicio cõmunicant.

Cõfirmatio.

Ad cõfirmationem respondetur, nec omninò repugnare, quasuis naturas in vna specie repræsentari, cum semper in eis inueniri possit aliqua ratio similitudinis, & vna Angeli superioris species coerceat, quæ pluribus inferioris angeli continebantur, vt eodem loco docet D. Thom. & cõmuniter Theologi, nec esse paremrationem in conceptibus secundæ operationis, & speciebus, præsertim humanis, vt æquales sint in repræsentando: nam species nostræ sumuntur ex rebus, quarum quælibet suam producit ab specie alterius diuersã; iudicium verò oritur immediatè à duplici actu, & vtriusque repræsentationem haurit; vnde comparatur à Durando in 1. d. 38. q. 2. qualitatibus medijs, quæ, licet simplices sint, dicuntur mixtæ ex extremis, quia eas virtute continent.

Solutio.

Quod sit discrimen inter veritatem primæ, & secũdæ operationis.

Ad secundum colligenda est solutio ex distinctione veritatis primæ, & secundæ operationis; nam priorem veritatem diximus esse puræ repræsentationis: posteriorem dictionis; ac prima semper datur inter imaginem, & illius obiectum, siue illud in rebus inueniatur, siue non, quia nihil de illo enunciat. Secunda tunc est, cum obiectum sic se habet, vt iudicium asserit, & cum se habet aliter, datur falsitas; nam iudicium primò, & per se est quædã dictio affirmans, aut negans, secundariò autem, & veluti in obliquo eadem repræsentat; quamuis n. intelligeremus solã dictionem, non intellecta repræsentatione, inueniremus sufficiens fundamentum veritatis, & falsitatis, vt inuenimus in vocali enunciatione.

Secundũ

Ad argumentum igitur dicendũ est, si terminus iudicij cõferatur, vt imago est, cum enunciabilis in esse obiectiuo, semper cum illo habere conformitatem, & veritatem: si verò accipiatur, vt est dictio virtute complexa aliquid affirmans, aut negans, esse veram, aut falsam, quia res est, aut non est.

Obiectio. D. Ansel. Alens.

Quam doctrinam tradiderunt D. Ansel. in Dialogo de veritate cap. 2. & Alensis 1. p. summæ, q. 15. memb. 3. cum dicunt enunciationem collatam

tam cum ſuo obiecto, vt obiectū eſt, ſemper eſſe veram; comparatam verò cum re ſecundū eſſe, poſſe veritatē, aut falſitatē participare. Dices, nullā eſſe maiorem rationem, cur iudiciū, qua imago eſt, conferatur cum re in eſſe obiectiuo, quam cū eſt dictio, ſi verò, vt dictio eſt, comparetur cū re in eſſe obiectiuo, perpetuò verū erit, ſiquidem obiectum in eſſe repreſentato ſemper ſe habet, vt iudicium enūciat. Reſpōdetur, maiorem rationē eſſe, quia vt iudicium eſt, reddit intellectum certum de eſſe rei ſecundum ſe, & ad hoc inſtitutum eſt à natura; alioqui nihil certum de re cognoſceremus: & nunquam inter ſciendum error accideret, quod ſatis falſum eſt.

Reſpōſio.

Tertium. Soncin. Hiſpal.

Adtert ū (etſi opinio Soncinatis, & H ſpalēſis de repreſentatione habituum, nec improbabilis ſit, nec parū commoda) reſpondendū eſt iuxta cōem ſententiam; idcircò habitū reſiduum ex actu non eſſe repræſentatiuum, vt eſt ipſe actus, quia ſolum relinquitur ad reddendū facilem intellectū in exercitio ſimiliū actuum, cui muneri ſufficit, vt ſit qualitas impulſiua, ad repræſentationem autem eiuſdem iudicij ſuperſunt cōceptus determinātes intellectum, qui relinquant ſuas ſpecies repræſentatiuas.

D. Thom.

ARTICVLVS V.

Quo pacto enunciatio diuidatur in ſimplicem, & coniunctam.

IN commentario capitis præmiſimus aliam diuiſionem, cuius hæc ſubdiuiſio eſt, illa partiebatur enunciationem in vnam, & plures; vnam deinde in ſimplicem, ſeu ſimpliciter vnam, & vnam coniunctione; nunc idcircò inſtituimus de ſubdiuiſione tantū differere, quia enunciatio plures immeritò collocatur ſub enunciatione in communi, vt notauit Albertus Magnus, tractat. de enunciatione, c. 2. Proſequētes ergò inſtitutam partitionē, quam tertius Introductionum Dialecticarū liber abundē explicat, dubitamus, quę enunciatio propriè, & in rigore ſimplex ſit, quæ cōiuncta. Nam recētiores Dialectici eam ſolū appellant ſimplicē, quæ enunciat ſimplex prædicatū de ſimplici ſubiecto, vt Homo eſt animal: coniuncta verò quæ aut ex pluribus cōſtat enunciationibus cōiunctione aliqua copulatis, vt, ſi Sol lucet, dies eſt; aut ex ſubiecto, prædicatoue copulato, vt, homo eſt animal rationale, vel animal rationale eſt riſibile. Præterea quamuis enunciationem coniunctam appellant hypotheticam.

Quid ſit enunciatio ſimplex.

Quid cōiuncta.

Multò aliter veteres Philoſophi, quorum aliquos refert Albertus in tractat. de enunciat. c. 2. quorum doctrina vt explicetur, eſt aduertendū, in enunciatione verbū eſſe formam, prædicatum verò & ſubiectum materiam: in arte factis autem voitatē, aut multiplicitatē ex forma petendā eſſe dicimus enim vnam domū, quæ ſub vna forma coercetur, quantumuis materia, ex qua coagmentatur, diuerſa ſit: plures verò ſtatuas, quæ habent diſtinctas figuras, tametſi ex eodem ære, aut ligno, vt fieri poteſt, continuētur. Hinc fit, vt antiqui Peripatetici appellent vnam ſimplicē enunciationem eam, quæ vnica verbali copula continetur. Licet ſubiecta, & prædicata ſint complexa, vt, homo probus eſt ſapiens, vel homo prudens eſt probus, & ſapiens. Ita Albertus loco citato referens Auicennam, Algazelum, & Boetium, itē Ammonium, & alij; vbi aduertes, nos non dixiſſe, enunciationem ſimplicem conſtare poſſe multis ſubiectis, vel prædicatis, ſed prædicato, & ſubiecto complexis; nam multa vocabula diuulſa à parte ſubiecti, vel prædicati efficiunt, vt verbum ſæpius repetitum intelligatur, vt in hac. homo, leo vincit, bis repetendum eſt verbum vincit, vnde binæ conſurgunt enunciationes: idem præſtant duo quælibet vocabula poſita à parte ſubiecti, quæ ſignificant res, ex quibus nulla ratione poteſt fieri vnum per ſe, vel per accidēs, vt homo irrationalis eſt animal; cum enim illi duo termini non poſſint efficere vnum quid, non accipiuntur pro

Alb. Mag. In enūciatione verbū eſt forma prædicati, & ſubiecti.

Albertus. Auicen. Algazel. Boet. Ammon.

vno

vno ſubiecto, ſed implicant aliam copulam diſtinctam à copula principali totius enunciationis; efficiũtque enunciationem conjunctam.

Ex qua doctrina iam patet eã tantum enunciationem eſſe coniunctã, in qua duo ſunt verbales copulæ coniunctę per aliam conditionalem, aut cauſalem, diſiunctiuam, aut aliã, quales ſunt, ſi, quia, aut; & copula verbalis ſe habet inſtar materiæ, reſpectu conditionalis; quemadmodũ prædicatum enunciationis ſimplicis eſt materia comparatione verbi, licet alioqui ſit forma ſubiecti. Quod idcirco dictum eſt, vt mirari deſinas, qui fiat, vt duæ enunciationum formæ per aliam formam vniãtur, nam quod reſpectu vnius eſt forma, alterius comparatione materia eſſe poteſt, licet minus propriè. Vnde coniuncta enunciatio non dicitur abſolutè vna, ſed cum additione, id eſt, vna coniunctione. Illud etiam reprehenſione dignum eſt, quod Recentiores vſurpant, omnem enunciationem coniunctam eſſe hypotheticã, quamuis enim hoc rectè aſſeratur de conditionali, cauſali, & diſiunctiua: de copulatiua tamen non eſt verum, vt in libro tertio Inſtitutionum oſtenſum eſt.

Vniusenũciationis forma, alterius materia eſſe poteſt.

Quidã Recentiores refutãtur.

Veterũ dogma reijcitur.

In quo loco refertur ex antiquioribus Philoſophis, omnem hypotheticam veram eſſe neceſſariam, & falſam eſſe impoſſibilem, quod ibidem improbatur, & meritò. ſi eum habeat ſenſum, quem Autor impugnat, videlicet, nullam propoſitionem coniunctam eſſe probabilem, id enim probè conuincitur his propoſitionibus: ſi operam literis diligenter impenderis, doctus euades; Quia Medea eſt mater filium diligit. Sed non immeritò exiſtimabimus, neceſſarium, & impoſſibile vſurpari eo loco pro immutabili, in hoc enim maximè diſſident propoſitiones coniunctæ in materia probabili à ſimplicibus; nam ſimplex nunc probabilis, aut vera, poſtea redditur improbabilis, & falſa; coniuncta verò, quia non tam pendet à materia, quam ab illatione, ſemper immutata perſeuerat.

ARTICVLVS VI.

Vtrum enunciationes de extremo coniuncto neceſſariæ eſſe queant.

Quæſtionis ſenſus aperitur.

HAec dubitatio ſolum excitatur de enũciationibus, quarum ſubiecta coniuncta ſunt ex duobus per accidens coniunctis, quales ſunt hę, Homo albus eſt homo, Homo albus eſt riſibilis, Equus currens mouetur; nam quę alterum extremum, hoc eſt, prædicatum, habent hoc modo coniunctum, contingentes ſunt, cum totum illud non ſit neceſſariò connexum cum ſubiecto, vt Socrates eſt Homo albus, Homo eſt animal bipes, quod S. Thomas in 3. diſt. 10. q. 1. artic. 2. quæſtiuncula 3. conceptis verbis tradidit; de prioribus igitur eſt contentio inter duas Theologorum Scholas. Scotus cum ſuis negat, eas eſſe neceſſarias, vel eſſentiales, id habet in tertio diſtinct. 3. quæſt. 1, & diſtinct. 22. quæſt. 1. §. ſed quid Logicè, Lychetus ibidem, Baſſolis & Maior vtroque loco, quæſt. vnica, Ochamus quæſt 9. ad quos acceſſerunt ex familia D. Thomæ Capreolus, eodem loco ſententiarum, quæſt. vnica, art. 3. Soncinas 9. Metaph. quæſt. 5. Ex alijs Durandus in 3. diſt. 7. & 22. quæſt. 1.

Scot. & alij in negatiuam partem ſe flectunt. D. Thom. Scot. Lychet. Baſſol. Maior. Ocham. D. Thom. Capreol. Soncin. Durand.

Potiſſimum huius ſententiæ fundamentum eſt, vt Propoſitio neceſſaria ſit, nullã in ea reperiri debere copulam contingentem, ſed in ijs propoſitionibus vt ſitur contingens nexus inter partes ſubiecti: ergo, totam reddit cõtingentem. Maior propoſitio ſumitur ex regula dialecticorum aſſerentium, ad falſitatem enunciationis copulatiuæ ſatis eſſe, alteram partem eſſe falſam, Verb. c. vt hæc ſit falſa, Homo eſt animal, & eſt irrationalis, ſatis eſt, quòd ſecunda pars falſa exiſtat; ſimiliterque ad contingentiam ſufficere, alteram partem contingentẽ eſſe minor ex ipſa patet ſuppoſitione, nam album cõtingenter ineſt homini, & in propoſitione ſubintelligitur copula ex parte ſubiecti, vt ſit, Homo eſt albus, & eſt Homo,

Horũ Autorũ præcipuũ fundamentum.

by Google

Homo, consequentia bona est.

Prima cõfirmatio.

Confirmatur primò, vt aliquid verè affirmetur de aliquo subiecto, necesse est, vt subiecti ratio in se prius vera sit, ergo pari modo, vt prædicatũ enuncietur necessariò de subiecto, oportet rationem subiecti in se esse necessariam. Consequentia est bona ob æqualitatem rationis. Antecedens probatur ex Aristotele 5. Metaph. cap. 9. vbi ait, rationem falsam de nullo esse veram; ergò à contrario de ratione falsa nihil verum esse poterit.

Secunda.

Confirmatur secũdò, quia hæc; Homo irrationalis est animal; est impossibilis, vt præcedenti articulo diximus, non alia ratiõe de causa, quam quia subiectum est impossibiliter cõiungendum: ergo cuius subiectũ per accidens constitutum est, tota manebit accidentaria.

Tertia.

Confirmatur tertiò: si illa propositio, Homo albus est Homo, sit necessaria, hęc etiam, aliquis Homo est albus, necessaria erit: Consequens est apertè falsum; ergò & antecedens; consecutio probatur per Syllogismum expositorium in Darapti. Omnis Homo albus est Homo: Omnis Homo albus est albus: ergo aliquis Homo est albus. Hæc conclusio planè est contingens: non esset tamen, si præmissæ forent necessariæ, alioqui periculum esset, ne in bona consequentia daretur antecedens verum, & consequens falsum.

Quid censuit Carthusian.

De hac opinione sic censet Carthusianus in 3. distinct. 22. quæst. 1. nulla ratione, subtilitate, autoritatevè fulciri, & magnorum Theologorũ doctrinæ aduersari. Hi porrò sunt D. Thom. Caiet. Ferrar. Alens. Bonanent. Marsil. Albert. Richard. Esse, & modus essẽdi propositionis secundum se distinguunt. Thomas in 3. distin. 7. q. 1. art. 1. & 4. contra Gentes, capit. 37. & 49. tertia part. quæstion. 2. artic. 3. Caietanus quæstion. 16. ad art. 1. Ferrariensis 4. contra Gentes, capit. 45. Alensis, Bonauentura, Marsilius, Albertus, Richardus, & alij. Verum, vt pateat, in quo hi Autores dissentire possint, distinguamus esse, seu habitudinem prædicati, & subiecti illius propositionis secundum se, & modum, quo assumuntur in propositione, & quidem de primo non videtur esse dissensioni locus; autoritati enim non modò aliorum Philosophorum, sed ipsius Aristotelis, & rationi contradicet Scotus. si neget, vel album, vel hominem esse de essentia hominis albi, eò quod homo albus sit compositum per accidens. Autoritati, quoniam statua lutea est per accidens composita, & tamen Aristoteles 7. Metaphys. capit. 10. ait, lutum esse de ratione eiusmodi statuæ; & prius dixerat, elementa esse de ratione syllabæ, quæ nihilo magis est vnum per se, quam statua. Rationi, quoniam nihil magis est de essentia alicuius, quam illius partes: ergo, cum homo, & album componant vt partes hominem album, includentur in eius ratione; nec obstabit, compositionẽ esse contingentem: tum, quia contingens vnio non tollit esse veras partes: ergo non tollet esse totì essentiales: tum, quia partes hominis materia, & forma contingenter vniuntur, & in eius essentia maximè includuntur.

Scotica sẽtentia impugnatur auctoritate. Arist.

Impugnatur ratiõe.

Ad hæc, quando aliquid absolutũ nec esse potest, nec intelligi absque alio, necessariò illud sibi vendicat; sed homo albus non potest esse, nec cognosci absque albedine; ergo necessariò in illo includitur albedo. Minor, & consequentia patent. Maior, præterquam quod traditur à Caietano 1. Post. cap. 6. est per se euidens, cum intelligentia sit lapis Lydius rei integritatem probans, quæ enim intra notitiam rei claudũtur, & non vt termini intra rem sunt.

Caiet.

Atque huic doctrinæ manifestè consentit Scotus loco citato, sed subdit, non sufficere ad propositionem per se, vt subiectum includat in suo conceptu prædicatum, nisi ipsum subiectum aut sit conceptus simplex, aut si compositus, prius supponatur esse verus, quam de illo aliquid affirmetur; vnde cum est contingenter verus, nihil de eo necessariò affirmatur.

Scot.

Differitigitur Scotus ab alijs Autoribus in secundo, quod proposuimus. Existimat nimirum, compositum per accidens non posse ita

signi.

Digitized by Google

Duplex esse pōt acceptio subiecti p accidens cōpositi.

Quid Caietanus concedat i prima acceptione.

Quid in secunda.

Arist.

significari, & proponi in Oratione, vt altera pars de illo essentialiter prędicetur. Verum, duplex adhuc esse potest acceptio illius subiecti [Homo albus] in propositione; altera, vt est quippiam cōstitutum ex duabus naturis in existentia reali coniunctis; altera, vt est conceptus obiectiuus possibilis, siue actu sit in rerum natura, siue nō. In prima acceptione concedit Caietanus 1.p.quęst.16.ar. 1. hanc propositionem, & similes implicare aliquam copulam, & ideò contingentem esse, ac falsam, nisi à parte rei albedo insit in homine. In secunda nulla inuoluitur copula, & consequēter propositio est essentialis, quia efficit hunc sensum; composito [Homo albus] conuenit esse album, quo nihil verius, nihil magis intrinsecum dici potest. Atque hæc est naturalior, & frequentior harum propositionum acceptio, & suppositio; huc enim tota rei controuersia deuoluta est.

2. acceptio approbat.

Arist. Primò.

Secundò.

Nobis videtur in communi propriaque acceptione, nisi aliquid addatur, has propositiones habere secundam suppositionem, quod primò ostenditur ex Aristotele, capit. 2. lib. sequentis, vbi has propositiones vocat simplices; in simplicibus autem nulla implicatur copula in subiecto, vt proximo articulo dictum est. Secundò, in aliquibus propositionibus necessariò ea subiecta ita supponūtur; ergo idem erit dicendum de omnibus, cum nulla appareat diuersitatis ratio. Antecedens multis suaderi potest. Primò; in propositione identica, Homo albus est homo albus, quam nemo negabit esse essentialem: (nō erit autem, nisi subiectum supponat pro conceptu obiectiuo absque vlla copula implicationis, vt vocant) Ex quo sumi potest illud argumentum: de quo prædicatur essentialiter aliquod totum, prædicantur eius partes: sed de homine albo dicitur essentialiter illud coniunctum; ergo eodem modo enunciabitur quælibet eius pars.

1

Deinde, in iis, in quibus enunciatur definitio de definito, vt, Domus est integumentum ex parietibus, tectoque elaboratum: fatetur enim Aristoteles 6. Topic. cap. 5. Ens per accidens essentialiter definiri. His proximæ sunt aliæ, vt Homo albus est Ens per accidens. Cognoscitur à Deo; Statua est arte factum, in quibus omnibus subiecta simpliciter supponunt pro toto illo coniuncto.

Arist.

Vltimò.

Denique entia per se conflata ex partibus supponunt simpliciter pro toto constituto, vt Homo est animatus, Lapis est formatus, cum tamen eorum partes contingenter vniantur. Concludamus igitur, partes subiecti contingenter vniri, nec simplicem suppositionem, nec essentialem prædicationem impedire.

Occurritur argum.

Ad primū Respons.

Ad argumenta sententiæ Scoti facilè respondetur. Ad primum: distinguenda est maior: si enim velit propositionem necessariam non habere copulam verbalē expressam, aut tacitam contingentem, cōcedenda est: neganda verò minor in eodem sensu; ostendimus namque, in his propositionibus nullam implicari copulam, cum non sint coniunctæ, sed de extremo coniuncto; si verò sensus maioris sit in propositione necessaria, non copulari cōtingenter partes subiecti neganda est, vt hactenus monstratum est. Nec regula Dialecticorum aliud statuit, quia intelligitur de copula contingenti priori modo.

Ad primā confirmationem.

Resp.

Ad primā confirmationem distinguendū quoq; antecedēs: nā si illius sensus sit, quod ratio subiecti debeat esse vera: hoc est vna illius pars verè affirmetur de alia, negādū est, vt multis exemplis patuit; si autem significet, oportere rationem subiecti in se esse veram in esse obiectiuo, quod tunc fit, cum eius partes non sunt inter se repugnātes, sed coniungi possunt in conceptum obiectiuum vnum, saltem per accidens, & nō impossibilem, concedendum est, & in hoc sensu intelligenda est probatio ex Aristotele. Nam oratio falsa duplex est, vna, quæ significat rem, quæ

non

predicari, quale est homo. Singulare autem id, quod illam legem subire nequit, quale est Callias: sicq; necesse, interdum vniuersalium, interdum singularium cuidam aliquid inesse, vel non inesse enunciare. Si quispiam vniuersaliter quidem de vniuersalibus enunciat, competere, inquam, aut non competere quispiam, erunt enunciationes illæ contrariæ: atque de vniuersalibus vniuersaliter enunciare quempiam dico hoc modo, vt est omnis homo albus, nullus homo est albus.

a *Quando autem in vniuersalibus non vniuersaliter, non sunt contrariæ.* b *Quæ autem significantur, est, esse aliquando contrarias. Dico autem, non vniuersaliter enunciare in his, quæ sunt vniuersalia hoc modo: homo albus est, homo albus non est, homo quidem est vniuersale: at ille non vtitur, vt vniuersali ipsa enunciatione. Omnis enim non significat ipsum vniuersale: sed vniuersalis prædicationis est nota.* c *Ei vero, quod vniuersaliter prædicatur, si vniuersalis prædicationis addideris notam, enunciationem non efficies veram. Nulla enim erit affirmatio vera, in qua prædicationis nota vniuersalis ei adiungitur, quod vniuersaliter prædicatur: vt omnis homo est omne animal.* d *Affirmationem igitur, & negationem opponi contradictorie quidem dico, cum vniuersaliter altera significat, altera nõ vniuersaliter de eodem: vt omnis homo albus est, non omnis homo albus est, nullus homo albus est, quidam homo albus est. Contrariè verò, cum vniuersaliter vtraque significat de eodem: vt omnis homo albus est.*

COMMENTARIVS.

Quæ sint enunciationes oppositæ.

a *Quando autem.*] Assignat secundum genus oppositionis, docetque, eas enunciationes oppositas, quarum vtrumque subiectum est vniuersale non affectum signo vniuersali, non esse contrarias; subintelligit verò, esse subcontrarias; si notentur signo particulari, vt quidam homo est iustus, quidam homo non est iustus, quæ iccircò subcontrariæ nuncupantur, quia sub vniuersalibus contrarijs collocantur, vt palam est consideranti; quæ verò signo non afficiũtur, sed indefinitæ sunt, vt homo est iustus, homo non est iustus, vocantur ab Aristotele cap. sequenti contradicentes, quod accipiendum est latè; nam in rigore tales non sunt, sed cum subcontrarijs numerari debent, vt à recentioribus numerantur; eo quòd penes veritatem, & falsitatem subcontrariarum leges obseruent. Arist.

b *Quæ autem significantur.*] Dixerat subcontrarias, etsi consistent subiecto vniuersali, non esse contrarias, quia non sumitur subiectum vniuersaliter, nunc addit earum subiecta posse nonnunquam contraria esse, hoc est, vt exponit Aphrodisæus, & D. Thomas, æquipollent contrarijs, quia subiecta accipiuntur vniuersaliter, videlicet propositiones indefinitæ (de quibus speciatim loquitur Aristot. vt aperiunt exempla, quæ subijcit, homo albus est, homo albus non est) quæ fiunt in materia necessaria, vel impossibili; accipiuntur pro vniuersalibus, modò subiectum non latius pateat, quam prædicatum. Nam quod attinet ad veritatem, & falsitatem, idem valet. Homo est animal, & omnis homo est animal; homo non est lapis, & nullus homo est lapis. Additum est, modò subiectum amplius non fit, quã prædicatum, quia hæc, animal est homo, non æquatur illi, omne animal est homo, cum prior vera sit, posterior falsa. Discriminatur enũciatio sub contraria à cõtraria. Aphrod. D. Tho.

c *Ei verò, quod vniuersaliter.*] Docuerat, in propositionibus vniuersalibus signa vniuersalia addi subiecto, ambigeret quis, an prædicato etiã addi oporteat, vt quemadmodum dicimus omnis homo est animal, libeat ita loqui, omnis homo est omne animal? respõdet negatiuè in affirmatiuis, quia aliter omnis affirmatio vniuersalis falsa esset, velut si dicas, omnis homo est omne animal, neque enim omne animal in homine est. Notãter addit Arist. nulla erit affirmatio vera, quia in quauis materia, etsi prædicatum æquale existat subiecto, propo- Dubium. Dilutio. Aristot.

Alb. Mag. D. Tho. Boet. Auerr.

positio erit falsa, vt notarunt Albertus tract. de Oppositione capit. 1. & D. Thom. hoc loco. Nam sensus huius propositionis, omnis homo est omne risibile, est, quod hic homo est omne risibile, & ille homo est omne risibile, distribuit enim particula, omnis, subiectum copulatiuè pro omnibus. Vnde patet, quam errent

Auerr. & Boetij sententia refutatur.

Auerr. & Boetius existimantes, addi posse signum vniuersale prædicato vniuersalis propositionis, quando illud exæquat subiectum; nisi propositiones accipiant non copulatiuè præter earum vsum & naturam. De negatiua propositione nihil docet, quia in ea, etsi negatio addi possit prædicato absque falsitate, superflua tamen est, quia virtute præcedentis negationis ad omnia extenditur prædicatum.

Duplicem oppositionem assignat.

d *Affirmationem igitur.*] Colligit ex dictis duplicem oppositionem, alteram contradictoriam, alteram contrariam; subcontrariæ non meminit, aut quia eam non reputat veram oppositionem, cum nec altera negat, quod altera affirmat, nec in veritate & falsitate depugnent, aut quia voce duntaxat oppositæ sint, vt docet idē Aristoteles lib. 2. Priorum cap. 15.

EXPLANATIO CAPITIS SEXTI.

SVMMA CAPITIS.

ASsignat tres regulas oppositarum enunciationum. Prima est. Contrariæ non possunt esse simul veræ, subintellige, simul falsas esse posse, quod constat in hac propositione; omnis homo est iustus, nullus homo est iustus. Secunda, subcontrariæ possunt esse simul veræ; adde, falsas esse non posse, res liquet in his; aliquis homo est iustus, aliquis homo non est iustus. Tertia. Contradictoriæ, siue constent subiecto communi, vt omnis homo est iustus, aliquis homo non est iustus, siue singulari, vt Socrates est Philosophus, Socrates non est Philosophus, ita affectæ sunt, vt altera perpetuò vera sit, altera falsa. Addit vltimò instar quartæ regulæ, indefinitas, quas appellat contradictorias ob formā, quia videntur esse de eodem indiuiduo, vt commentatur Diuus Thomas, posse esse simul veras, vt subcontrarias, subroga, nequire falsas esse, vt homo est iustus, Homo non est iustus. D. Tho.

CAPVT VI.

QVa propter fieri quidem non potest, vt ha simul sint vera. At fit, vt his opposita vera nonnunquam sint de eodem: veluti, non omnis homo albus est, & aliquis homo albus est. Contradictiones igitur ea, quæ vniuersalium vniuersaliter sunt, ita sese habent, vt altera pars earum sit necessariò vera, altera falsa: eandem conditionem, & in singularibus esse constat: vt Socrates est albus: Socrates non est albus. At ea, quæ vniuersalium non vniuersaliter sunt, non ita se habent, vt semper altera pars ipsarum sit vera, altera falsa. Ha namque simul sunt vera, homo albus est, homo albus non est: homo pulcher est, homo pulcher non est. Si enim turpis sit homo, pulcher non est: & si quippiam sit, id profecto non est. At enim absurdum illicò cuipiam hoc esse videbitur; propterea quod ha, homo albus non est, & nullus homo albus est, idem significare videntur. At nec idem sanè significant: nec sunt simul necessariò vera.

2 *Patet autem, & vnius affirmationis vnam esse negationem: id enim oportet negationem negare, quod affirmatio affirmatio ipsa: & ab eodem siue singulare sit, siue vniuersale, aut vniuersaliter, aut non vniuersaliter sumptum,*

Digitized by Google

vt est Socrates albus, non est Socrates albus. Quod quippiam aliud ab eodem negauerit, aut idem ab alio: non erit hoc illi, sed alia sane oppositio. Huic verò, omnis homo albus est, illa non omnis homo albus est. Et item huic, aliquis homo albus est, illa, nullus homo albus est: & huic rursus, homo albus est, illa homo albus non est. Dictum est igitur, vnam affirmationem vni contradictoriè opponi negationi: & quanam sint illa: & contrarias alias esse: & quæ sint etiam illæ: & item non omnis contradictionis alteram partem veram, alteram falsam esse: & cur ita sit: & quando rursus vera est, aut falsa.

COMMENTARIVS.

Obiectio. 2 *Patet autem, &c.*] colligeret quispiam ex tanto numero oppositionum, eidem affirmationi multas posse negationes simpliciter opponi.

Dilutio. Occurrit Aristoteles, traditque, vni affirmationi vnam tantum negationem simpliciter oppositam esse, quâuis non repugnet, habere aliam oppositam secundum quid. Probat, quia negatio simpliciter opposita illud idem, & ab eodem subiecto negare debet, quod ponebat affirmatio; sed hoc vnum tantum contingit modo; ergo vni affirmationi vna opponitur negatio. Maiorem confirmat Aristoteles exemplis, Socrates est albus, Socrates non est albus, &c. Ex-

Arist. plicat igitur Aristoteles hoc textu solam contradictoriam oppositionem,

D. Tho. Aegid. vt tradunt D. Thomas, Romanus Aegidius, & alij; & vt colligitur ex ipso contextu; finito enim discursu subdit Aristoteles: Dictum est igitur, vnam affirmationem vni contradictoriè opponi negationi.

EXPLANATIO CAPITIS SEPTIMI.

SVMMA CAPITIS.

Quæ sit affirmatio vna, & q̃ negatio.

PLanus est huius capitis sensus. Explicat enim, quæ sit negatio, & affirmatio vna, eo compulsus quod dixerat, vni affirmationi vnam opponi negationem. Docet igitur, eam esse vnam affirmationem, in qua vnum aliquid affirmatur, aut negatur de vno, vt omnis homo est albus, aliquis homo non est albus, &c. si enim, inquit, vnum vocabulum imponatur ad significandas res diuersas, non erit vna affirmatio, vel negatio, quę illo constiterit, veluti si nomen, Tunica, significet hominem & Equum, perinde erit dicere, tunica est alba, ac homo, Equus est albus, seu homo est albus, Equus est albus: nam ea propositio æquipollet his duabus, quare non erit vna affirmatio, vel negatio. Vnde rursum sequetur, in similib. contradicentibus non oportere alteram semper esse veram, alteram falsam. Quanta verò vnitas in prædicato, & subiecto requiratur, non plenè constat, quidam vniuocationem exigunt, alij vel hanc, vel analogiam proportionis propriè dictę, qualis est in Ente, quod his propositionibus inseruire solet. In quæstione plura dicemus.

CAPVT VII.

EA autem vna est affirmatio, & item vna negatio, quæ vnum de vno significat: siue sit, siue non sit vniuersaliter vniuersale: vt omnis homo albus est, non omnis homo albus est, homo albus est, homo albus non

est, nullus homo albus est, quidam homo albus est: modo album vnum significet. Quod si duobus nomen est vnum positum, ex quibus vnum non constat, non est vna affirmatio, nec vna negatio: veluti si quispiam equo, & homini posuerit nomen, tunicam; hac oratio, tunica est alba, non erit vna affirmatio, nec etiam vna negatio. Hæc enim, homo, equus est albus, nihil ab illa differre videtur: at hæc nihil ab hisce differt, equus est albus, homo est albus: quod si hæ plura significant, & sunt plures: patet & primam illam, aut plura, aut nihil significare: non est enim aliquis homo equus: Quare nec in his affirmationibus, negationibusve necesse est alteram contradictionem veram, alteram falsam esse.

tute tãtum complexa est. At omnem relationem oppositionis esse rationis, quod suppositum, inde cõstat, quia dependet ex ordine intellectus inuicem disponentis prædicatum, & subiectum, vt pugnare inter se valeant enunciationes.

Hanc oppositionem ita quidam Recẽtiores definiunt. Oppositio est repugnãtia duarum enunciationum vtroq. termino participantium, aut in quantitate tantum, aut tantum in qualitate, aut in vtroque simul. Dicunt [in quantitate tantum] propter propositiones subalternas, quę in ceteris conueniunt, in quantitate differunt, quia vna est particularis, altera vniuersalis. Addunt [in qualitate tãtum] ob cõtrarias, & subcontrarias, quæ cum in quantitate conueniant, siquidẽ ambæ sunt, aut vniuersales, aut particulares, in affirmatione, & negatione dissentiunt. Adijciunt denig. [in vtroq. simul] propter cõtradictorias, quarum altera est vniuersalis, altera particularis, vna affirmatiua, alia negatiua. Verum, cũ subalternantes oppositæ nõ sint, eo quod in veritate, & falsitate nõ pugnent, imò ex veritate vnius colligatur veritas alterius, & ex falsitate alterius falsitas huius, cum aliæ desint conditiones huic definitioni, vt ex sequẽti patebit, præferenda est sequens definitio ex Alb. tract. de Oppositione, quam ille construxit ex varijs locis Aristotelis.

Quid sit oppositio iuxta Recentiores.

Alb. Mag.

Oppositio est repugnãtia duarum enũciationum eodem subiecto, prædicatoque constantium, secundum affirmationem, & negationem. Loco generis ponitur repugnantia. Additur [duarum enunciationum] loco differentiæ vt excludatur oppositio simplicium terminorum. Subditur [eodem subiecto, & prædicato constantium] quia, vt monuit Aristoteles in capit. 6. Oppositio negationis, & affirmationis circa idem fit: quo loco plures intelligi oportere conditiones tradit Albertus. Nimirum vt sit idem, id est, non æquiuocum, vt dixit Aristoteles in 7. capit. & secundum eandem partem, & respectu

Verior oppositionis definitio.

Arist.

Albert. Arist.

QVAESTIO I.

VTRVM EXACTA SIT oppositionum Diuisio.

ARTICVLVS I.

QVID SIT ENVNCIATIONVM Oppositio.

Aristot. PRætermittit Aristoteles hoc loco oppositionis in cõmuni naturam explicare, quia omnibus illius speciebus ritè expositis facilè erat eam intelligere: nobis tamen videtur paucis explanandа. Agimus verò de oppositione complexa, (si appellent eam, quæ visitur in propositionibus) non quod formaliter coalescat ex multis relationibus; est enim simplex relatio inter propositiones exercita, sed quia complexa habet fundamenta, in quo differt ab oppositione potẽ prædicamentali. Nec mirum videri debet, simplicem relationem in complexo esse subiecto: est enim relatio rationis, cuius existentia, obiectiua cum sit, applicari potest ab intellectu rei simplici, vel compositæ pro suo arbitratu. Præterea, propositio mentalis, in quam primò incidit oppositio, vir-

Oppositio cõplexa formaliter est relatio simplex.

Relatio oppositionis est rationis.

& ut eiusdem, eodem tempore, loco, & modo, quæ conditiones, nisi adhibeantur, multis obiectionibus non satisfiet, vt in eis dissoluendis patebit.

Denique in definitione additur [secundam affirmationem, & negationem] vt excludantur propositiones subalternæ, quæ veræ oppositæ non sunt, vbi etiam subintelligenda conditio ei similis, quam Philosophus tradidit de signo vniuersali, quod non adhibeatur prædicato, sed subiecto: pari enim modo negatio eo loco apponenda est in absolutis, & simplicibus ante verbalem copulam; vt, omnis homo est iustus, nullus, vel omnis homo non est iustus: in coniunctis & modalibus ante copulam coniunctionis, & modum, exempli causa, si Sol lucet, dies est, non, si Sol lucet, dies est: necesse est Socratem esse hominem, non necesse est Socratem esse hominem: quæ cur addita sint, patebit in diluendis obiectionibus.

Qui diuisionē oppositionis vniuocam esse putāt.

Distribuitur hæc oppositio in tria membra, in cōtradictoriam, contrariam & subcontrariam, sed quo diuisionis genere? vniuocū esse opinatur aliqui, atque adeò speciei in sua inferiora, credunt nimirum, essentiam oppositionis in affirmatione, & negatione sitam esse; quod autem in quibusdam quòd ita sit vniuersalis, in aliis particularis, hoc, inquiūt, ad materiā spectat; similiter, quod differat in veritate, & falsitate, pertinet ad passionem. Verior sententia est cōmunis, partitionē esse analogam, eò quod ratio oppositionis magis participatur à contradictorijs, quā à ceteris, & à contrarijs magis, quam à subcontrarijs: vbi verò est inæqualis participatio, analogia est. Contradictoriam magis, quā ceteras, participare naturam oppositionis, & traditum est ab Arist. & D. Thom. cum ex professo ostendit, vnā affirmationi vnam simplicem oppositam negationē, quod de contradictione intelligit D. Thom. Aegidius, & alij: & colligitur eadē ratione qua id ipsum ostendimus in oppositione incomplexa. Nam contradictio nullam patitur similitudinem, nec in veritate, nec in falsitate, cum contrarietas falsitatem, subcontrarietas veritatem non respuant. Quod alia sententia assumebat, quantitatem propositionū esse quid materiale, & non causare essentiale discrimen, etsi admittatur, nihil inde concluditur: quia sub illis quantitatibus indicatur diuersus modus negandi, qui pertinet ad essentiā propositionum, alia enim negat ex toto, alia ex parte.

Oppositæ sententiæ verior habetur.

D. Thom. Aegid.

Obiectio.

Aliter opponi solet aduersus hāc rationem analogiæ: nimirum, contraria oppositio magis videtur rationem oppositionis participare, quam contradictoria; ergo nō rectè statuimus, hanc esse maximam. Probatur antecedens. Maior repugnantia est, cum prædicatum negatur de omni eo, de quo affirmabatur, quam cum negatur de sola parte; sed in oppositione contraria, cum constet propositionibus vniuersalibus, affirmatur, & negatur de toto, in contradictoria affirmatur de toto, & negatur de parte, vel è contrario; ergo maior est oppositio contraria. Negandum tamen est propositum antecedens; ad illius probationem distinguenda est Maior; si enim illius sensus sit, vbi negatur de toto, de quo affirmabatur, esse maiorem repugnantiam extensiuè, concedenda est: si verò intensiuè, neganda: cum in contradictione tam veritas, quàm falsitas repugnent, in contrarietate falsitas vtrique parti insideat.

Dilutio.

ARTICVLVS II.

Primum propositum oppositionum diuisio exacta sit.

AD partem negatiuam sunt hæc argumenta. *Primum*. Eædem propositiones sunt contrariæ, & contradicentes; ergo non sunt tot membra. Antecedens probatur primò. Hæ propositiones, Socrates est iustus, Socrates non est iustus; sunt contradictoriæ, vt docet Aristot. in his capitibus: sed eædem

Aduersus traditā diuisionem opponitur 1.

Arist.

lib.seq.c.4. dicuntur ab eodem contrariæ; ergo,&c. Probatur 2. Propositiones respondentes ijsdem conceptibus eædem sunt:at hæ,omnis homo est iustus, nullus homo est iustus.non habent in mente conceptus diuersos ab his;Omnis homo est iustus,aliquis homo non est iustus.Et enim Omnis,& Nullus, conceptus subiectorum non variant, sed modificant.

2 Duplicie xẽplo fulcitur argumentum.

Secũdò. Multæ sunt oppositæ propositiones,quæ nullo in mẽbro collocantur: in primis hæ, Omnis homo est albus; hic homo,vel Socrates non est albus; quas inter se opponi inde constat: quia constant eodem subiecto, & prædicato, in vna affirmato, in alia negato. Illas verò ad nullum membrum spectare patet, cum nec contrariæ sint ob defectum vniuersalitatis ex vna parte:nec subcontrariæ, quia altera est vniuersalis; nec cõtradictoriæ,cum simul falsæ existant,demonstrato in singulari Belga. Deinde hæ; Omnis Deus est homo, nullus Deus est homo; cum opponantur, vt earum forma ostendit, nec sunt contrariæ, nec subcontrariæ ob defectũ communis subiecti, quod in his propositionibus flagitatur.Nõ esse contradictorias probabis, quia vtraque est falsa: prima, quia pater est Deus,& nõ est homo: secunda, quia filius Deus, & homo est; quod si respondeas,primam esse veram, quia idem Deus est Pater, & Filius, quare si semel verum est, Deũ esse hominem,verum etiam esse;omnem Deum esse hominem: concedes pariter exulẽte vna scientia per Dei potentiam in tribus hominibus; & vno tantum eorum disputante,hanc esse veram,omnis sciẽs disputat, cuius falsitas facile deprehẽditur, cum duo scientes non disputent.

3 Deniq. hæ; Omnes homines sunt albi: aliqui homines non sunt albi, in nulla specie locum habent:maximè enim haberent in contradictione, sed vno existente nigro, ceteris albis vtraque falsa est.

Tuẽda nihilominus est,vt exacta, oppositionis distributio à Philosopho inculcata: quæ non videtur aliter posse ostẽdi,quam ijs modis,quibus ipse Aristoteles processit:primò ex quantitate, secundò ex veritate; vtraque enim tribus tantum modis variari potest. Nam secũdum quantitatem, aut vtraque propositio est vniuersalis, aut vtraq. particularis, aut altera vniuersalis,altera particularis; & in prioribus est contrarietas, in alijs subcontrarietas, in vltimis contradictio. Pari modo secundum veritatem,vel non possunt ambæ esse veræ,vel non possunt esse falsæ,vel neque ambæ falsæ,neque ambæ veræ. Primæ sunt contrariæ, secundæ subcontrariæ,tertiæ contradicẽtes. Ex quibus facilè est elicere definitiones singularũ oppositionum. Nam cõtradictio est oppositio duarum enunciationum, quarum altera est vniuersalis, altera particularis. Oppositio est genus,& subintelligitur tota eius definitio.Secunda conditio est loco differentiæ.Contrarietas est oppositio duarum propositionum vniuersalium.Subcontraria est oppositio duarum particularium enunciationum.Adde,vel indefinitarum, si harum oppositionem complecti velis.Vltimò,subalternę,quãuis oppositæ non sint, definiri possunt.Duæ propositiones ambæ affirmatiuæ, aut negatiuæ, altera tamen vniuersalis, altera particularis; vt omnis homo est iustus: aliquis homo est iustus:nullus homo est iustus; aliquis homo nõ est iustus. Vniuersales appellantur subalternæ, particulares subalternæ.

Oppositionis distributio approbatur.

Quid sit contradictio.

Quid sit contrarietas, & qd subcontrarietas.

Quid subalterna oppositio.

Harum omnium propositionum officia, & nomina indicat subiecta tabella, in qua inspicis, superiores propositiones esse contrarias, inferiores subcontrarias,quę sunt in angulis per diametrum oppositis,contradictorias,quæ in angulis eiusdem lateris, subalternantes, ita vt superior subalterna sit inferior subalternata.

Sub-

Digitized by Google



Subalternæ, & subcontrariæ propriè nō sunt oppositæ.

Aduertendū præterea est, non modò subalternas, sed etiam subcontrarias propriè oppositas non esse, quia consentiunt in veritate. Dices, contrarias in falsitate plerumq. conuenire; ergo etiam non opponi. Negatur consequentia, nam vt virtuti nulla virtus propriè contrariatur, vitio autem & virtus, & vitium, vt videre est in prodigalitate, cui liberalitas, auaritiaque aduersantur: ita veritati haud opponi aliam veritatem, falsitati verò tum veritatem, tum falsitatem contrariari. Sciendum vlterius, enunciationes mentales, vnde oppositio in externas deriuatur, duplicem sortiri repugnantiam, aut oppositionem: vnam, vt actus intellectus, & qualitates quædam sunt: alteram, vt significatiuæ: & priori modò, cum ambæ sint positiuæ, nequire aliam oppositionem habere, quam contrariam, siue significent obiecta contraria, siue cōtradictoria, nec de illa oppositione ferimo est in præsenti, sed de posteriori, quę est in significādo, & idcircò complexa nominatur.

Dubium.

Solutio.

Enūciationes mērales duplicem habēt repugnantiam.

Quædam oppositiones oppositionū leges nō seruant, licet eas æmulentur.

Vltimo loco negligendum nō est, multas esse propositiones oppositas, quę tametsi non seruent formam earum, quas proximè opponi docuimus, eas tamen imitantur, vel quò ad quantitatem, si non subiecti, certè temporis, & loci; vel quò ad veritatem, & falsitatem, quæ proinde appellātur oppositæ de lege, quasi oppositarum solas leges seruent. Priorum exempla sunt; Deus vbique est, Deus non est vbique: Deus est semper, Deus nunquam est: Deus est vbique, Deus nullibi est. Posteriorum; Omnis Homo est iustus; Socrates non est iustus; quæ possunt esse simul falsæ, non simul veræ, & ideo ascribuntur contrarijs: hæ, Socrates est iustus, Socrates non est iustus, contradictorijs. Quas ideo prętermisisse videtur Aristoteles, quia de singularibus nō oportet philosophari; quāuis, quod attinet ad contradicentes, in fine quarti capitis assignarit definitionem, quæ omnes complectitur quātumuis singulares, & coniunctas. Definitio ita se habet. Contradictio est affirmatio, & negatio maximè oppositæ. Secūdum quam definitionem omnes propositiones oppositę, quæ nec veræ simul esse possunt, nec falsæ, contradicentes sunt.

Quid sit contradictio.

His positis ad primum argumentum aduersæ partis negandum est antecedens; ad primam probationem dicendum, eas propositiones esse contradictorias in significando, appellari verò ab Aristotele contrarias in essendo modo superius explicato. Ad secundam probationem dicendum, propositiones variari non modò ob diuersos conceptus, sed ob diuersos modos accipiendi eosdem conceptus, latius, vel strictius: patet enim ex hac sola diuersitate, transire propositionem de vera in falsam, cum verum sit; aliquod animal est homo; fal-

Expediuntur arg. 1.

Digitized by Google

sum verò; omne animal est homo. Adde, eam signorum varietatem indicare conceptus diuersos.

2 Ad secundum argumẽtum, distinguendum est antecedens: si enim significat, aliquas propositiones manere extra illa membra accepta secũdum totam formam præscriptam, verum est, vt ex proxima notatione patet: si verò contendit, nullo modo in ijs membris collocari; negandum est; & ad primum exemplum dicendum, eas propositiones esse contrarias de lege, quia possunt esse simul falsæ, non veræ, & in secunda perinde valet Socrates est albus, atque hic homo est albus; nam particula, hic, non est signum modificans significatum commune, sed pronomen indicans differentiam indiuiduantem. Soluitur primum exemplum.

Ad secundum exemplum dic, Deum esse terminum singularem, ac proinde nihil referre, si ei addatur signum commune, aut particulare, vt fiant propositiones oppositę, vt hic sumimus. Nihilominus, quia in singularibus est sua contradictio, admittimus, illas propositiones esse contradictorias, affirmatiuamq. esse veram, negatiuam falsam: nam sub illa omnis Deus est homo, non licet descendere, quia idem valet, atque Deus in concreto est homo, quod de Filio verificatur. Ad instantiam respondendum est, si sciens accipiatur substantiuè, in primis non magis recipere signum vniuersale, quã Deum, cum sit vnum singulare sciens. Deinde, permissa applicatione signi, vt in priori, verum est, omnem scientem disputare, quia totum sciens substantiuè disputat, nec licet sub eo descendere, cum sit vnum; aliud est, si accipiatur adiectiuè, quo pacto non sumitur terminus Deus. Soluitur secũdum.

3 Ad tertium dicendum est, enunciationes factas in numero plurali non esse verè oppositas, quia non sunt vna enunciatio, sed plures: oppositionem verò cerni in enunciatione vna. Enunciationem in numero plurali non esse vnam, sed plures, inde colliges, quia cũ illius signum multiplicetur, non vnit, sed diuidit subiectum, efficitque, vt propositio æquipolleat multis exponentibus copulatiuis, aut disiunctiuis, vt hæc; omnes homines sunt albi æquipollet his, & hic homo est albus, & ille homo est albus, &c. hæc verò; aliqui homines non sunt albi, æquipollet his; vel hic homo non est albus, vel ille homo non est albus, &c. Cuius oppositum accidit in propositione de numero singulari; vniuersalis enim exponitur per vnam tantum copulatiuam, particularis per vnam disiunctiuam, vt in tertio Institutionum libro ex professo monstratum est. Fiunt tamen illæ propositiones oppositæ, si (quod in coniunctis fieri solet) alteri earum negatio præfigatur, sed tunc vtriusq. signum vniuersale esse debet in hunc modum. Omnes homines sunt albi; non omnes homines sunt albi; quæ reducuntur ad cõtradicentes eadem ratione, qua singulares; nempè, quia, cum pugnent secundum affirmationem, & negationem, nec simul veræ, nec simul falsæ esse possunt.

ARTICVLVS III.

AN REGVLAE OPPOSITIONVM apiè assignentur.

Regulę statuuntur, & probãtur. Prima. Secunda.

STabiliamus prius regularum veritatem, antequam oppugnentur. Contradicentes igitur nec veras, nec falsas esse, est illud principium omnium primum, quod in 4. Metaph. cap. inculcatur. De quolibet vera est affirmatio, aut negatio, ex quo deriuantur ceterarum oppositionum regulæ. Nam contrariæ ex eo nequeũt esse simul veræ, quia veræ essent contradicentes, quod sic ostenditur. Si contrariæ possent esse simul veræ, earum quoq; particulares veræ essent, siquidem ex veritate vniuersalis colligitur particularis veritas: sed particularis vnius contrariæ contradicit alteri contrariæ, vt patet in apposita tabella; ergo, &c. Posse contrarias esse simul falsas, liquidum est in his. Omnis homo est iustus; nullus homo est iustus, quod non restringimus

Digitized by Google

mus cum quibusdam Philosophis ad solam materiam contingentem; nam hæ sunt innecessariæ: Omne animal est, nullum animal est homo, sed in materia necessaria tunc id cõtingit, cum subiectum augustius est prædicato.

Tertia. Eadem via ostendenda est tertia regula de subcontrarijs, nimirum esse simul veras eodem exemplo, quidam homo est iustus, quidam homo non est iustus. At falsas esse non posse, ostenditur deducendo ad idem incommodum: si enim subcontrariæ essent falsæ, earum vniuersales essent falsæ, quia, vt diximus, falsitas vniuersalis rectè sequitur ex falsitate particularis; sed altera illarum vniuersalium contradicit vni subcõtrariarum; ergo dabuntur contradicentes simul falsæ. Vel hoc modo; subcontrarijs existentibus falsis earum contradictoriæ existunt veræ; sed contradictoria subcontrarium sunt inter se contrariæ, vt in tabella apparet; ergo dabuntur duæ contrariæ simul veræ.

Eadẽ suppositio & terminorũ acceptio obseruãda est. Illud in his propositionibus altè perspiciendum, vt in vtraq. seruetur eadem suppositio, & acceptio terminorum, alias multę subeunt calumniæ: sed quoniam suppositiones, & acceptiones variæ sunt, & quædam conueniunt oppositioni, aliæ non conueniunt, vt annotauit Tartaretus hoc libro, quæst. de oppositis, art. 1. & 2. oportet vtrasque diligenter aduertere. Impediunt igitur oppositionem suppositio simplex cum personali distributiua, aut disiuncta, aut confusa, aut copulata: item acceptio pro existentibus, & non existentibus in vna: & pro solis existentibus in alia. Ob primam enim non contradicunt; nullus homo est species, homo est species, quia in prima sumitur homo in suppositione personali, in secunda in simplici. Ob secundam istæ, nullus oculus est necessarius ad videndum, aliquis oculus est necessarius ad videndum: nam, vt negatiua sit vera, sumendus est oculus in suppositione distributiua, qui in affirmatiua sumitur in suppositione confusa. Ob tertiam non pugnant istæ: omnis homo vigilat, aliquis homo non vigilat; si prima accipiatur pro solis existentibus, quos supponamus omnes vigilare, negatiua pro aliquo de non existentibus. Non repugnat verò oppositioni suppositio distributiua cum disiunctiua, vt cernitur in contradictorijs.

Oppugnatur prima regula. Aduersus primam de cõtradictorijs est primum argumentum. Hæ sunt contradicentes; omnis homo irrationalis est animal; aliquis homo irrationalis non est animal; & ambæ sunt falsæ, quia de subiecto impossibili, vt antea diximus, nihil verè prædicatur. Secundum. Posito, 2
quod nemo ambulet, hæ sunt falsæ; omne ambulans mouetur; aliquod ambulans non mouetur: prima quia affirmat aliquod ambulans de facto moueri, quod falsum est: secunda; quia negat genus de sua specie, & tamen sibi contradicunt. Tertium. 3
Omnis homo ridet; quidam homo non ridet; contradicunt, & nihilominus sunt falsæ, facta suppositione quod vnus tantum existat homo, isque rideat. Etenim sensus primæ est, omnis homo existit ridens: secundæ, aliquis homo existit non ridens, 4
& vtrumque aliter se habet. Quartum. Hæ contradictoriæ sunt veræ. Omnia elementa sunt quatuor; quædã elementa non sunt quatuor; vniuersalis enim verificatur pro omnibus elementis, particularis pro duobus; nam aqua, & terra, verbi causa, sunt quædam elementa, & nõ sunt quatuor. Quintum. Nulla nauis 5
est necessaria ad nauigandum; aliqua nauis est necessaria ad nauigandum, sunt contradicentes simul veræ; nam sub prima ita descendimus; neque ista nauis est necessaria ad nauigandum, nec illa est necessaria, &c. quod verissimum est, etsi percurrantur omnes. Sub secunda hoc modo: vel ista nauis est necessaria ad nauigandum, vel illa, &c. quod pariter est verum, aliqua enim requiritur. Sextum. Hæ propositiones; Socrates sedet, Socrates non 6
sedet,

ſedet, ſunt contradictoriæ; & reſpectu æternitatis ſimul verę: nam in diuerſis temporibus veræ ſunt, vt patet: æternitas verò complectitur omnia tempora; ergo veræ ſunt in æternitate.

Soluuntur argumẽta aduerſus primã regulam.

Reſpõſio ad primũ.

Primò occurres negandos, eas propoſitiones eſſe ſimul falſas: bifariam enim ſumi poſſunt: primò quaſi ſint de extremo coniuncto: ſecundò, vt copulatiuę ratione copulę inuolutæ in ſubiecto impoſſibili, vt ſupra docuimus; quouis modo ſumantur, vniuerſalis eſt falſa, particularis vera: nam primo modo in vniuerſali affirmatur aliquid verum de ratione falſa, quod ſupra falſum eſſe ex Ariſtotele, & Scoto diximus; cum autem id, quod ſufficit ad falſitatem vnius propoſitionis, ſufficiat etiã ad veritatem ſuæ oppoſitæ, erit vera particularis, quia in ea negatur ratio vera de ente falſo: ad veritatem enim negatiuæ non eſt opus ſupponi aliquid verum pro ſubiecto, ſed quod prædicatum non conueniat cuiuis ſubiecto. Fauet huic explicationi doctrina Arminenſis in 1. d. 38. q. 1. art. 1. vbi ait, has eſſe cõtradicentes: hoc album diſputabit cras, hoc album nõ diſputabit cras, demonſtrato Aethiope, primamque eſſe falſam, ſecũdam veram.

Scot. Ariſt.

Arimin.

In ſecundo ſenſu magis proprio illarum propoſitionum eſt ſimiliter affirmatiua falſa, & negatiua vera: eò quod propoſitio coniuncta, cuiuſmodi ſunt illæ propter copulam in ſubiecto implicatam, ſi eſt affirmans, explicatur copulatiuè: propoſitionis verò copulatiuæ, ſi vel vna pars ſit falſa, tota redditur falſa: ſi eſt negans, exponitur diſiunctiuè: ad veritatem autem diſiunctiuæ ſatis eſt, vnam partem eſſe veram. Ad rem. Senſus affirmatiuę hic eſt: Omnis homo & eſt irrationalis, & omnis ille eſt animal, cuius prima pars eſt falſa. Senſus negatiuæ eſt. Aliquis homo aut non eſt irrationalis, aut non eſt animal: quæ diſiunctiua, quo ad primam partem, eſt vera. Eodem modo explicandæ ſunt ſimiles propoſitiones, quæ adduci ſolent; omnis coruus albus eſt animal; nullus cygnus niger eſt animal, &c.

Aſſignatur diſcrimẽ inter propoſitionẽ copulatiuã, & diſiunctiuam.

Ad ſecundum reſpondebis, eas propoſitiones eſſe in materia eſſentiali, & primam eſſe veram, ſiue ambulans exiſtat, ſiue non quia prædicat genus de ſua ſpecie: ſecũdam falſam, quia negatur genus de aliquo ſub ſua ſpecie contento. Eſſe prædictas propoſitiones in materia eſſentiali, inde patet, quia ſubiectum ſupponit in eis formaliter, quemadmodum etiam in hac; album eſt coloratum. Ad 2.

Tertiò occurres, ſi oppoſita ſigna capiantur in acceptione naturali, ſeu in tota ſua amplitudine, vniuerſalẽ eſſe falſam, particularem veram, quia ſe extendunt ad exiſtentes, & non exiſtentes; ſin ratione prædicati contingentis arctentur ad acceptionem accidentalem, & pro ſolis exiſtentibus, dicendum eſt oppoſitum: nam ſenſus vniuerſalis eſt, & omnẽ hominem, quicunque exiſtit, ridere, quod eſt verum: ſenſus particularis, aliquem ex ijs, qui exiſtunt, non ridere, quod eſt falſum. Ad 3.

Ad quartum dicendum eſt, hanc propoſitionem: omnia elemẽta ſunt quattuor, duplicem acceptionem habere poſſe; vnam, ſi ſignum, omnia, ſumatur diſtributiuè in hũc ſenſum; quibuſcunq. conuenit eſſe elemẽta, ſunt quattuor quo pacto propoſitio eſt vniuerſalis contradictoria illius, aliqua elementa non ſunt quattuor: ſed vniuerſalis eſt falſa, particularis vera; alterã, ſi, omnia, accipiatur collectiuè, quo modo propoſitionis ſenſus eſt: tota collectio elementorum eſt quattuor elementa, quę propoſitio ſingularis eſt, non vniuerſalis, nec opponitur illi, aliqua elementa nõ ſunt quattuor, ſed harũ tota elementorum collectio non ſunt quattuor. Aliter reſponderi poſſet ex ſupra dictis, propoſitiones in numero plurali æquiualere cõiunctis, & nũc opponi, cũ alteri pro ſingitur negatio. Ad 4.

Aliter occurritur huic argumẽto.

Quintò reſpondendum eſt, non eſſe variandam ſuppoſitionem in propoſitionibus oppoſitis: eadem verò ſeruata cõtradictorias eſſe, quæ aſſerun- Ad 5.

afferuntur: debet enim vtraque explicari aut diſiunctim, aut diſiunctiuè: Diſiunctim hoc modo. Nulla nauis eſt neceſſaria ad nauigandum, neque hæc nauis, neque illa, nec illa eſt neceſſaria ad nauigandum: aliqua nauis eſt neceſſaria, vel hæc nauis, vel illa, &c. eſt neceſſaria; quo pacto prima eſt falſa, ſecunda vera. Diſiunctiuè ita, nulla nauis, &cet. id eſt, nec illa nauis eſt neceſſaria, nec illa eſt neceſſaria, &c. Aliqua nauis, &c. id eſt. vel hæc nauis eſt neceſſaria, vel illa eſt neceſſaria, &c. qua ratione prima eſt vera, ſecunda falſa, quia nulla nauis determinata eſt neceſſaria. Quare malè accipitur in argumento, alia diſiunctim, alia diſiunctiuè.

Ad 6. Caietan. Durand. Ferrarien. Caietan. Sextò; quidquid reſponderit Caietanus 1.p.q.14.art. 13. & Durádus in 2.d.2.q 3.n.12. arbitrati, contradicentes in æternitate eſſe veras. Negandum eſt cum Ferrarienſi 1. contra Gentes, cap.66. reſpectu cuiuſcũque durationis poſſe eſſe veras; & ratio præter initio traditam ſumi poteſt ex eodem Caietano libro ſequẽti ad lect. 12. vbi idcircò ait, cum ceteræ oppoſitiones in aliquo conueniant, cõtradictoriam nec in veritate, nec in falſitate conſentire, quia negatiua nihil affert, ſed tantum deſtruit, quidquid affirmatiua ponebat; contrariæ verò, cum ponant ſubiecta in extremis illius prædicati, veræ eſſe nequeunt, quia ſubiectum nõ eſt capax duorum contrariorum; falſas eſſe non repugnat, quia ſubiectũ poteſt carere vtroque extremo; cum igitur illa; Socrates ſedet, tribuat ſeſſionem in aliqua parte durationis æternæ, & negatio tollat eãdem ſeſſionem in tota æternitate, aufert illam in quauis æternitatis parte.

Nec probatio deſumpta ex diuerſis temporibus aliquid concludit, quoniam negatio, & affirmatio non ſumuntur reſpectu eiuſdem durationis. Obiectio. Oppones: in æternitate hæ ſunt veræ; Socrates eſt ſedens, Socrates eſt non ſedens; ſiquidem in quadam parte æternitatis ſedet, in alia non ſedet. Sed ex illa infiuia, Socrates eſt non ſedens per regulas in 2. lib. explicandas, ſequitur hæc negatiua; Socrates non eſt ſedens; ergo adhuc ſequitur. contradictorias eſſe veras. Negandum tamen eſt, valere illam conſequentiam in æternitate, vt eo loco explicabimus. Solutio.

Aduerſus contrariarum regulam eſt primò. Nullum neceſsarium ad nauigandum eſt nauis; omne neceſsarium ad nauigandum eſt nauis; ſunt contrariæ, vt patet, & ſimul veræ, cum nulla determinata nauis ſit neceſsaria ad nauigandum: & nihilominus, ſi quid neceſsarium eſt ad nauigandum, eſt nauis, qui eſt ſenſus ſecundæ propoſitionis. Secundò; cuiuſque hominis altera manus eſt dextera, cuiuſq. hominis altera manus nõ dextera, ſunt veræ, & contrariæ, nam ſigna ſunt vniuerſalia. Tertiò, ſi dimidia pars hominum exiſtentium diſputet, hæ ſunt veræ; quaſi quilibet homo diſputat, quaſi quilibet homo non diſputat, & contrariantur; ergò, &c. Quartò; ſi nullus homo eſt ſenſitiuus, nullus eſt animal, ſi omnis homo eſt ſenſitiuus, omnis eſt animal, & contrariantur, & ſunt veræ; non igitur vera eſt contrariarum regula. Secũda Regula impugnatur. 1 2 3 4

Ad primum reſpondetur, negatiuam eſſe falſam, quia, prout contrariatur affirmatiuæ, efficit hunc ſenſum copulatum; neque hoc neceſsarium ad nauigandum, nec illud, &c. eſt nauis; ſimilis enim eſt ſenſus affirmatiuæ. Ad ſecundum dic, eas eſſe ſubcontrarias; nam ſignum, quod ibi inuenitur in recto, & modificat caſum rectum, eſt [Altera], cuiuſque verò & obliquum ſignum eſt, & caſum obliquum afficit, videlicet, hominis; ſubcontrariæ autem veræ eſſe permittuntur. Ad tertium concedendum eſt, eas propoſitiones contrarijs annumerari, quia propoſita ſigna habẽt vim quaſi vniuerſalium, licet non diſtribuant ſubiectum pro omnibus completè, vt vniuerſalia: negandum tamen eſt, eas eſſe veras; potius dicantur falſæ, quia Diſſipãtur argumẽta aduerſus. 2. Regulã Reſponſio ad 1. 2 3

Digitized

quia prædicta signa supponunt saltem pro maiori parte. Ad quartum negatur, illas propositiones esse contrarias, cum enim sint coniunctæ, & aliquid de aliquo per se non affirment, aut negent, sed eas enũciationes, quæ id efficiunt, coniungant, nõ censentur habere aliquam determinatam quantitatem, siue vniuersale, siue particulare, quod necessarium erat, vt formaliter essent contrariæ.

Propositiones coniunctæ aliquãdo sũt virtute cõtrariæ.

Dictum est, [formaliter], quoniam propositiones coniunctæ aliquando sunt virtute contrariæ, ratione scilicet propositionum simpliciũ, quas includunt, quarumque virtute innituntur. Nam illa prima, quæ in argumento proponitur; si nullus homo est sensitivus, nullus homo est animal, in hac simplici nititur; Nihil nõ sensitiuum est animal. Secunda verò si omnis homo est sensitiuus, omnis homo est animal, fundatur in hac simplici; Omne sensitiuum est animal. Quando igitur simplices in coniunctis inclusæ sunt contrariæ, dicuntur coniunctæ earum merito contrariari; quod cum in præsenti non accidat; nam simplices enunciationes, quibus coniunctarum veritas innixa est, inter se non repugnant, vt consideranti patebit: negamus, prælatas enunciationes vllo modo esse contrarias; contradictoriæ tamen erunt, si alteri negatio præfigatur, vt ex supra dictis apertum est.

EXPLANATIO CAPITIS VIII.

SVMMA CAPITIS.

1. conclus. RESpondet Aristoteles in hoc cap. per duas conclusiones huic quæstioni, an, quod hactenus traditum est, (alteram contradicentium esse veram, alteram falsam) verum sit in omnibus vniuersim propositionibus? Prima conclusio est. In propositionibus de præterito, & præsenti semper altera pars est determinatè vera, altera determinatè falsa, tàm in singularibus, quàm in vniuersalibus. Secunda. Secunda est. In singularibus contingentibus de futuro altera pars est indeterminatè vera, & indeterminatè falsa. Hanc probat duabus rationibus. Prima, si alteta pars contradictionis de futuro esset determinatè vera, altera falsa, omnia necessariò euenirent; si enim enunciatio affirmans aliquid futurum est vera, non potest illud non euenire, si est falsa, necessariò illud non euenier: at hoc absurdum est, ergo propositiones de futuro non sunt determinatè veræ. Secunda ratio in idem penè recidit, vt commentabimur.

Secundam concl. probar duplici ratione.

COMMENTARIVS. CAPVT VIII.

1. conclu à Philoso-phostatuitur. a *In his igitur, quæ sunt.*] Statuit primam conclusionem, in cuius explicatione vocat propositiones particulares, & indefinitas vniuersales, non vniuersaliter, quia, cum constent subiecto communi, non afficiuntur signo vniuersali, vnde verę simul esse possunt.

IN a *his igitur, quæ sunt, & fuerunt: necesse est, affirmationem, aut negationem verum, vel falsum esse, atque earum quidem, quæ vniuersales vniuersaliter sunt, semper necesse est, alteram veram, alteram falsum esse: & singulatim etiam, vt diximus: nam verum, quæ dicta sunt, non vniuersa-*

Digitized b Goog

Secũda cõclusio.

b *In singularibus autem.*] Proponit secundam conclusionem. In singularibus contingentibus de futuro neutra pars cõtradictionis est determinatè vera, aut falsa; loquitur de contingentibus, quia in necessarijs eqùe determinatæ sunt propositiones de futuro, atque de præterito. Addit, [singularibus] non quia in subiectis communibus non sit eadem ratio, vt infra docet, sed quoniam prædicata contingentia prius conueniunt singularibus; deinde communibus, vt diximus apud Porphyrium; voluit ergò rem tractare in proprio subiecto contingentiæ.

Assertionẽ probat duplici ratione. Prima.

c *Nam si omnis.*] Probat assertionem duplici ratione. Prima, si omnis contradictionis altera pars esset determinatè vera, altera falsa, omnia necessariò euenirent: atqui hoc est absurdum; ergo & illud. Maiorem probat ex conformatione propositionis cum re hoc modo. Si propositio est vera, necessariò ita se res habet, si falsa, aliter omninò se habet res significata: at si res ita se habet, enunciatio est necessariò vera, si aliter, falsa. Nec enim, inquit, dici potest, ambas esse veras, nam quo ad hoc eadem est ratio de illis, atque de propositionibus de præsenti.

Tria rerũ genera cõtingenter accidunt.

d *Nihil ergo.*] Iam ostendit minorem: absurdum, scilicet, esse, omnia euenire necessario; ex eo enim sequeretur, nihil rarò, nihil æquè in vtramque partem contingere; prætermisit aliud genus contingentium, quia proprius accedit ad necessarium. Tria, videlicet, rerum genera contingenter obtingunt, vt ex eodem Arist. deſumitur lib. 1. Priorum, cap. 12. quædam rarò, & dicuntur casu, seu fortuna euenire, vt inuenire Thesaurum; alia frequentius, vt, homines noctu dormire, interdiu vigilare; alia denique ambigua sunt, & in quamuis partem inclinant, vt ledere, ltare; quæ proinde contingentia ad vtrumlibet nominantur.

Tria rerũ genera cõtingenter accidunt.

e *Præterea si.*] Secunda ratio est; Si in contradictione determinatè esset veritas, aut falsitas data re alba in præsenti, vera fuisset determinatè

liter vniuersales, non necesse est alteram verum, alteram falsam esse. Atque de his autem antea diximus.

b *In singularibus autem atq; futuris, non similiter res sese habet.* c *Nam si omnis affirmatio, vel negatio vera est, aut falsa, & omne necesse est, esse, aut non esse. Nam si quispiam quidem dixerit, quippiam fore, alius autẽ illud idem non fore dixerit: necesse est, vt patet, alterum ipsorum dicere verum: si omnis affirmatio, vel negatio vera est, aut falsa: in talibus enim non simul amba fuerint vera. Nam si verè quispiam dicit, hoc album, aut non album esse, necesse est, album, aut non album esse. Et si est album, aut non album, verum vtique dicit affirmando, aut negando: & si omninò non est; falsum dicit, & si falsum dicit, non est. Quare necesse est, affirmationem, aut negationem veram, vel falsam esse.*

d *Nihil ergo aut est, aut fit à fortuna, neque est quidquam quod æquè fieri, ac non fieri possit, neq; erit, aut non erit quidquam, sed omnia necessariò eueniunt, & nihil est, quod æquè fieri, ac non fieri possit, nam aut is dicit verum, qui affirmauit, aut is, qui negauit, quare non est quidquam omninò talis naturæ. Etenim etiam æquè fieret, vel non fieret: id enim, quod æquè fieri, atque non fieri potest: non magis sic, aut sic sese habet, aut habebit.*

e *Præterea, si est nunc aliquid albũ, verè quispiam prius asseruisset, si fore illud dixisset. Quare semper esset verum, si diceretur, quodnis quæ facta sunt, esse, aut fore: quod si semper esset verum, si diceretur, hoc esse, vel fore: fieri non potest, vt istud non sit, aut non oriatur. At quod fieri non potest, vt non oriatur, id impossibile est, vt non fiat: sed quod impossibile est, quòd non fiat, id fieri necesse est, vniuersa ergo natura necesse est fieri. Quare nihil est omninò, quod æquè fieri, atque non fieri potest. Nec à fortuna quidquam eueniet: Sed omnia necessario fiunt. Nam si fortuna quippiam euenerit, id non necessario erit.*

f *At verò neque dicere quispiam potest, neutrum esse verum: veluti, neque fore, neque non fore; primò namque cum affirmatio vera non est, negatio vera non erit:*

Digitized by Google

minatè ea pars, quæ asserebat, rem fore albam, quare fieri non posset, vt res non foret alba, & iterum; impossibile esset, non fore albam, cum autem impossibile non esse æquipolleat necesse esse, necessarium foret, rem esse albam; quapropter omnis contingentia tolleretur.

Neutram partè futuri contingentis esse veram cõtendit.

f At verò neque] Probauit, non posse alteram partem futuri contingẽtis veram esse, nunc ostendit, multò minus dici posse, neutram partem esse veram. Nam, si ita dicatur, vtraque pars erit falsa, quamobrem necessariò res aliter euenirent, & tolleretur omnis contingentia; nec oporteret in rebus humanis consultationem esse, consilia de ijsdem capi, res aggredi, omnia enim ex optato accidissent. Primam illationem probat, quia omnis propositio, vt ex illius definitione patet, aut vera est, aut falsa; ergo si neutra contradictionum de futuro est vera, vtraque est falsa.

Duo notat Philos.
1.
2.

g Nihil enim] Duo admonet; primum, si altera pars contradictionis sit necessariò vera, parum referre, an proferatur multo, an paruo tempore ante rei euentum, si enim altera vera est, ab æterno est vera. Secundum, quod monet, est, neminem dicere posse, rem necessariò futuram, si contradictio, antequam fit, efferatur, secus si non efferatur. Euentus enim rei non pendet ex propositione; imò propositio ideò est vera, aut falsa; quia res est, aut non est.

Absurdum est omnia necessariò euenire.

h Siquidem hæc esse] Non ostendit hactenus, absurda esse ea, ad quæ duxerat Aduersarios, nunc id præstat, docetque absurdum esse, è medio tollere ea, quæ experimur in nobis, & alijs rebus; at in nobis experimur deliberationes esse principia multorum euentuum, qui aliàs non essent, in alijs rebus multa in vtramque partem esse posse, vt vestẽ scindi, vel vsu consumi, quæ pro libito accidunt; cum igitur is, qui admittit, omnia necessariò contingere, hæc omnia tollat, absurdum committit.

i Necesse est igitur] Vt suam stanat in re proposita sententiam, præmittit,

erit: & cum hæc sit falsa, fit, vt affirmatio non sit vera. Et insuper, si verè quispiam dicit, album quippiam esse simul, & magnum, necesse esse virumque. & si verè dicit eras fore, oportet illud eras fore, quod si neque erit eras, neq; non erit, id in ratione veri non, quod æquè fieri, atque non fieri potest, veluti naualis pugna, oportet enim neque fieri, neque non fieri pugnam naualem. Euigitur absurda, quæ eueniunt, hæc sunt, & ijsdem cetera. Si necesse est, enunciationum oppositarum, tàm in vniuersalibus vniuersè falsitas, quàm in singularibus alteram veram, alteram falsum esse, nihil inquam, in his esse, quæ fiunt, quod æquè fieri, neq; non fieri possit, sed esse, ac fieri necessariò cuncta, quare nec consulere opus est, nec aggredi res agendas, veluti si hoc quidem fecerimus, eueniet hoc, si hoc verò non fecerimus, non eueniet hoc. g Nihil enim prohibet & annos vsq; centum vnum hoc fore, alterum non fore dicere, vt necessariò ipsorum eueniat alterum, quod quidem verè nunc diceretur. At verò neque quicquam refert, quispiam dicere contradictionem, vel non dicere. Patet enim, ita res ipsas sese habere, & si non alter quidquam affirmabit, alter negabit. Non enim, quia affirmatio dicta est, aut negatio: ideo res erit, aut non erit: neque magis, si ad annos vsque centies centum, quam quanto tempore fore, aut non fore dicatur. Quare, si in omni tempore contradictio sic se habebat, vt altera pars ipsius sit vera, necesse erat, hoc fieri, & vnumquodque eorum, quæ fuere, sic semper sese habebat, vt necessariò fiat. Nam si verè quispiam dixit, hoc fore: fieri nequit, vt non eriatur ipsum, atque eueniat: & si euenit, aiq; id erunt, semper autem verum erat, ipsum dicere fore. h Siquidem hæc esse nequeunt: videmus enim, principium futurorum esse, & deliberando quispiam, atque agendo, & omninò in, quod similiter esse, atque non esse potest in ijs, quæ non semper sunt actu, in quibus vtrumque & esse, inquam, & non esse contingit: quare & fieri, & non fieri: & verum compertum ita sese habentes ipsis oculis cernimus. Nam, vt hoc exemplo percipiatur, vestimentum hoc possibile est scindi, & non scindetur, sed tempore post

con-

gitized by Google

rit, etsi ea, quę sunt, necessariò sint, & quæ non sunt, necessariò non sint; non proinde omnia necessariò esse, aut necessariò non esse; quia alia est necessitas absoluta, alia ex suppositione: absoluta est, quando res nulla facta hypothesi aliter esse nequit, vt Socratem esse hominem; ex suppositione, quando res simpliciter esse, & non esse potest, vt hominem loqui, & nō loqui; at facta hypothesi, quid loquatur, necessariò loquitur, ex necessitate igitur suppositionis, quamuis detur, non colligitur necessitas rerum absolutè.

Quę sit necessitas absoluta. Quæ ex suppositione.

K *Et in contradictione*] Dixerat, rem cōtingentem secundum se spectatam, etsi, quando est, necessariò sit, absolutè tamen non esse necessarium; vt sit. Nunc subdit, esse nihilominus necessarium de quacunque re vt vel ea sit, vel sua opposita, hoc est, vt sit, vel non sit, (id enim vocat in præsenti contradictionem) monet tamen, necessitatem nō cadere super singula membra, tunc enim esset res absolutè necessaria, sed supra totum disiunctum, quod verum est, tam in contingentibus de præsenti, quàm de futuro; necessarium quippe est, vt Socrates aut philosophetur, aut non; item vt Antichristus nascatur, aut non nascatur.

Quālibet rē necessario esse vel non esse.

l *Quare cum Orationes*] Definit tandem ex prædictis quid tenendum sit in contradictione de futuro contingenti, hoc scilicet, alteram partem esse indeterminatè veram, & indeterminatè falsam; probat, quia Oratio est vera, aut falsa, quia res significata est, vel non est; sed significatum contradictionis de futuro contingenti est indeterminatum, vt sit, vel non sit; ergo eodem modo se habebit contradictio ad veritatem, & falsitatem. Quid significet Aristoteles, cum ait, contradictionem esse indeterminatè veram, aut falsam, in vltima quæstione huius Capitis enucleatius expendemus.

Quid Philosophus circa propositiones de futuro cōtingenti asserat.

contrariæ: similiter & non scindi possibile est: non enim posset tempore post contritum fore, nisi non scindi posset. Quare & in alijs in eiusmodi rebus, quæcunque talem potentiam subeunt. Manifestum est igitur, non omnia necessariò vel esse, vel fieri: sed quædam talia esse, vt æquè fieri, atque non fieri possint: de quibus non est magis affirmatio, quàm negatio vera, vel falsa, quædam esse huiusmodi, vt ipsorum magis quidem, & plerumque alterum eueniat, possit tamen & alterum euenire, alterum verò non euenire.

i *Necesse est igitur id, quod est, quando est esse, & id, quod non est, quando non est non esse, non tamen aut omne, quod est esse, aut omne, quod non est non esse, necesse est: non enim idem est omne, quod est necessariò esse, cum est & simpliciter necessariò esse, & de eo, quod non est simili modo.* K *Et in contradictione etiam ratio eadem est; omne namq; necesse est esse, aut non esse, & item fore, aut non fore, non tamen necesse est distinctè alterum fore, veluti necesse est quidem pugnam nauale cras fore, aut non fore, non tamen fore pugnam nauale cras necesse est, neque rursus non fore, at tamen fore, aut non fore necesse est.* l *Quare cum orationes ita sint vera, quemadmodum se se habent res ipsæ positæ & contradictionem ipsam, quæ circa res eas efficitur, quæ sic se habent, vt æquè fieri, atque non fieri, & esse, nitq; non esse possint, necessariò perinde se se habere, atque res tales se se habent, & eandem cum illis legem subire, quod quidem in hisce sit: quæ non semper sunt, aut non semper non sunt, contradictionis enim rerum ipsarum alteram quidem partem necesse est veram esse, vel falsam: non tamen hanc, vel hanc, sed vtraque contingit, fitque, vt altera magis sit vera, non tamen vera, vel falsa distinctè, sicuti diximus. Quare patet, non omnium affirmationum, & negationum oppositarum alteram necessariò veram esse, alteram falsam, non enim in hisce, quæ sunt, sic res se habet, & in ijs, quæ non sunt quidem esse vera, aut non esse possunt, sed vti diximus.*

QVAE-

QVAEST. VNICA.

VTRVM ARISTOTELES rectè censuerit de propositionibus de præterito, præsenti, & futuro.

ARTICVLVS I.

SVPPONITVR CVM ARISTOTELE, nonnulla contingenter esse, & euenire.

Duo Philosophi supposita.

VT Philosophus doceat, an ea repugnantia, quam hactenus propositionibus contradicentibus vniuersim attribuit, reperiatur in omnibus; etsi in materia contingenti fiant, duo supponit: alterum: pleraq. contingenter euenire: alterum, ea etiam, quæ contingenter eueniunt, postquam sunt, necessariò esse, primum inseruit ad propositiones de contingenti futuro: secundum ad propositiones de contingenti præterito, & præsenti.

Quod attinet ad primum. Futurum contingens hoc loco dicitur res, vel operatio, quæ indifferens est, vt fiat, vel nō fiat; cuiusmodi est bellum, quod Hispaniæ Rex Flandriæ hæreticis indicit: cum. n. pendeat ex ipsius Regis, ducum, militumq. voluntate, quę indifferens est, vt in alterutram partem inclinet; ipsum quoq. bellum non est ita certò futurum, vt non possit non esse. Dictum est [res vel operatio], quia, licet ex contingentia operationis rectè sequatur contingentia rei per illam producendæ: considerari tamen potest hæc contingentia, siue indifferentia, vel respectu existentiæ rei, quæ producenda est, vel respectu causæ producentis, ipsiusq. productionis; & primo modo vocatur cōtingentia in existendo, secundo contingentia in operando; quæ solum attribuitur potentijs, quando vel ex se ipsis, vel ratione alicuius extrinseci indifferentes sunt, vt agāt, vel non agant. Siue igitur propositiones significent rem, quæ contingenter futura est, siue operationem, quæ potest exerceri, & non exerceri, semper dicuntur propositiones de futuro contingenti.

Bifariam contingētia considerari potest.

Quò ad secundum; Arist. hoc capite sine vllo discrimine asserit, rem, etsi alioqui contingenté, quando est, necessariò esse: & eam, quæ fuit, necessariò fuisse. Quam sententiam ita secutus est Ochamus in primo dist. 38. quæst. prima, cum alijs Nominalibus, vt asserat, rem contingentem in eo instanti, in quo est, ita necessariò esse, vt pro eodem instanti non possit non esse: illius verò contingētiam in eo positam esse, quod toto tēpore antecedente illud instās potuit non esse, & eo transacto potest desinere. Eodē modo loquuntur hi Nominales de contingentia in operando, credunt, s. potentiam nō ideo esse indifferētem in agendo, quia in eo instāti, quo operatur, possit non operari; sed quia toto tempore antecedēte vsque ad illud instans in sua potestate actum cōtinebat, vt illum posset elicere, vel non elicere, & elapso eodem instāti potest eundem actum conseruare, aut deponere.

Arist. asserit, rē presentem, & præteritā necessitatem inuoluere. Ocham. Nominal.

Magist.

Nō videtur ab hac sententia alienus Magister in secūdo, dist. 25. cap. 2. cum asserit, libertatem arbitrij solum versari circa futurum, eò quod præteritum, & præsens iam sint determinata. Probatur, quia, si res in eo instanti, quo est, posset non esse, & potentia in instanti, quo operatur, posset non operari, sequeretur, idem simul esse, & non esse posse, quod contradictionem inuoluit. Illatio probatur, quia in instanti, in quo res existit, & potentia operatur, iam datur esse; & si in eodem instanti res potest non existere, & potentia non agere, potest dari non esse harum rerum; ergo sequitur, quod aliquid simul possit esse, & non esse.

Huius sententię fundamentum

Opposita sententia, quæ asserit, rē quando est, & potentiam liberam in instanti, quo agit, contingenter esse, & agere, communis est inter Philosophos, ac Theologos; eam tradunt Scotus in primo, dist. 39. quæstione vnica. Bonauentura ibi dist. 39. art. 2. quæ*.

Vera sē tia circa cōtingentiam tā in essendo, quā in operādo ostenditur.

Scot. Bonau. ex-

Capreol. Hæru. Almain. Soncin. Stabilitur primò.

quæſt. 1. Capreol. in ſecundo, diſtin. 25. artic. 3. Heruæus Quodlibet. primo, quæſt. prima, dubio ſexto. Almain. lib. 2. ſuorum moralium capit. 1. Soncin. nono Metaphyſ. q. 11. & Recentiores frequentiſſimè. Eadem nobis admodum placet, probaturque primò. Non repugnat, in aliqua re eſſe potentiam ad vnum actum, ſimul cum actu contrario: ergo, quando res eſt, poteſt habere potentiam, vt non ſit, & quando agit, potentiam, vt non agat, quod eſt cõtingenter eſſe, & operari. Conſequẽtia eſt euidens, quia eſt à communi ad particulare. Antecedẽs probatur, quoniam aqua, cum exiſtit calida, potentiam habet, vt ſit frigida, imò perpetuo vendicat ſibi frigiditatem, nec enim per actum contrarium amittit naturalem, & intrinſecam propenſionem.

Occurrũt Nominales ſuperiori rationi.

Reſpondebunt Nominales, ineſſe eidem aquæ potentiam, vt ſit frigida, ſed in alio inſtanti, non verò in illo, in quo eſt calida. At non ſatisfaciunt, tum, quia hoc ipſum conuincit probatio antecedenti ſubiuncta: quamdiu enim res aliqua ſuam naturam retinet, nõ amittit ordinem ad innatam proprietatem; ergo, ſi aqua ſub calore ſeruat propriam eſſentiam, quod omninò fatendum eſt, retinet etiã habitudinem ad frigus: tum quia reſponſio laborat æquiuocatione, nos. n. non aſſerimus, aquam poſſe habere frigus, & calorem ſimul, ſed ſimul habere potentiam ad vtrumque, quam vſque ad illud inſtans habuit, & per vnum actum non amiſit.

Eorum reſponſio refutatur.

Secundò.

Secundò: res non dicitur contingens, niſi per ordinem ad actum eſſendi, & ſimiliter potentia ad actum operandi; ergo, ſi quando eſt, neceſſariò eſt, & in inſtanti, in quo operatur, neceſſariò operatur, nulla fuit indifferens ad operandum, vel eſſendum. Conſequentia eſt euidens, quia actus non poteſt præbere denominationem indifferentis, ſi eſt in ſe neceſſarius. Antecedens patet ex definitione ipſius contingentis, nam contingens definitur illud, quod contingenter poteſt eſſe, & operari, id eſt, habere actum eſſendi, & operandi.

Tertiò. Tertiò, hoc ipſum euidentius probatur in actibus voluntatis humanæ, & diuinæ, in prioribus quidem ex eo, quod peccator amittit gratiam in momento, quo peccat, & in inſtanti, quo de peccatis dolet, eam recuperat, non ante, vel poſtea: ſed meritum, & culpa, quæ in his actibus interueniunt, ſine libertate non conſtant: ergo in momento, quo illæ actiones exercentur, datur perfecta indifferentia, & libertas. Quod Quartò. multò adhuc erit manifeſtius, ſi ponamus, aliquem per vnius horę ſpatium, libero rationis vſu poriri, & in vltimo illius inſtanti eum amittere, in eodemque elicere actum de ſe malum, veluti odium Dei: hic actus non erit peccatum, vt omnes fatentur, idque ex eo ſolum, quod in momento, in quo elicitur, deeſt libertas, quæ fuit toto tempore antecedente: ergo ſi qua eſt agendi libertas, in puncto operationis admittenda eſt. In actibus diuinis idem pro- Quintò. batur hoc modo, Deus ab æterno liberè voluit producere creaturas; & tamen nulla duratio præceſſit, in qua non habuerit illum actum: ergò vt actus ſit contingens, nihil refert libertas temporis antecedentis, ſed ſatis eſt ea, quæ in inſtanti, quo potentia agit, reperitur.

Ad ſolutionem argumenti, quod eſt totum Nominalium fundamentum, & ad expoſitionem ſententiæ Ariſtotelis aduertimus, de re Ariſt. exiſtente, & potentia operante dupliciter nos loqui poſſe; primò in ſenſu compoſito, qui tunc datur, cum ſupponimus, rem eſſe, & potentiam operari, ſeu cum rem accipimus cum exiſtentia, & potentiam cum operatione, quæ vſurpatio dicitur etiam reduplicatiua. Secundò in ſenſu diuiſo, hoc eſt, nulla facta ſuppoſitione, vel compoſitione, ſed conſiderando rem, quæ eſt, & potentiam, quæ agit ſpecificatiuè, vt aiunt.

Aduertendũ eſt, q̃d ſit ſenſus cõpoſitus, & quid diuiſus.

In quo sẽ-su loquut' est Aristo-teles.

Hoc suppositio, respondemus, Aristotelem, quando dixit, rem, dum est, necessariò esse, locutum fuisse in sensu composito, & ex hypothesi, quod res sit; quæ necessitas est tantum consequentiæ. & conditionalis; qualis est ea, quæ datur in hac propositione, si homo habet alas, volare potest: quare sicut hæc non imponit homini absolutè potentiam volandi, ita illa non affert rei necessitatem essendi, vel operandi, sed ex suppositione; cum autem suppositio sic contingens, id quod sequitur, necessarium esse nequit. Vnde etiam ad rationem respondetur, illationem esse veram in sensu composito, seu cum reduplicatione, non autem in sensu diuiso, seu loquendo specificatiuè, quomodo iudicandum est de vnaquaque re, qualisnam sit. Quoniam verò res contingens illius naturæ, & conditionis est, vt ei secundum se spectatæ non repugnet in eo instanti, quo existit, non existere, (& idem est de potentia contingenter operante) propterea absolutè dicendum est, rem quando est, contingenter esse.

Nomina-liũ fundamẽtum euertitur.

Eodem redit alter respondendi modus, qui alijs magis placet, sumiturque precipue ex Scoto loco supra citato ad 3. vbi aduertit, in quolibet instanti temporis, in quo potentia libera operatur, distingui posse duo instantia naturæ, in quorum primo intelligitur potentia indifferens ad vtramque partem contradictionis, & potens alteutram sequi; in secundo intelligitur, vt iam determinata ad vnam partem, quam elegit. Quarum considerationum prima respondet sensui diuiso, secunda sensui composito: vtraque tamen non sine fundamento assignatur; cum enim prioritas naturæ non sit aliud, quam independẽtia vnius ab alio, quod aliquo modo pendet ab ipso, quod prius nuncupatur, & potentia suapte natura sit causa actus; hic verò ab illa esse recipiat, meritò dici potest, potentiam in eo instanti temporis, quo agit, esse priorem natura suo effectu.

Scot.

Duo sunt genera instantium naturæ.

1 2

Quid sit prioritas naturæ.

Vnde ad argumentum respondetur; potentiam liberam in primo naturæ signo esse indifferentem ad vtramque partem, & alterutram eligere posse, idque satis esse, vt in instanti temporis absolutè dicatur liberè operari, licet in posteriori signo naturæ iam sit determinata ad vnam tantum partem: quod eodem modo dicendum est de re contingenter existente. Nos idcircò minus libenter hac vtimur doctrina, etsi communi, & re ipsa vera, quia videmus actum liberum, sub quacunque consideratione spectatum, semper liberè egredi à potentia, ita, vt quando egreditur, possit ab ea cohiberi: sed cum de re constet; in terminis non est multum laborandum, neque in hac materia diutius immorandum.

Aliorũ responsio ad Nominaliũ fundamentum.

ARTICVLVS II.

VTRVM PROPOSITIONES de præterito, & præsenti sint determinatè veræ, aut falsæ.

AFfirmat Aristoteles in sua prima conclusione, & in fine capitis rationem insinuat euidentem. Propositio est vera, aut falsa, quia res est, aut non est; sed res significata per propositionem de præterito, vel præsenti iam est determinata, cum extra suas causas consistat, aut non consistat in ea duratione, in qua propositio affirmat, vel negat: ergo propositio erit determinatè vera, si asserat esse, quod est: falsa, si hoc ipsum neget. Non desunt tamen argumenta, quæ videantur ostendere id, nec sufficiens esse, nec verum. In primis non sufficit quò ad propositiones de præterito; nam prædicatum contingens nequit affirmari de subiecto, nisi quando illi coniungitur, vt cap. de accidente ostendimus, sed propositiones de præterito contingenti, de quibus tantum agimus, enunciãt prædicatum contingens, vt Socrates vixit, Socrates disputauit; ergo ad veritatem propositionum de præterito non sufficit, rem esse extra suas causas. Confirmatur. Propositio de præ-

Affirmatiuam partẽ tenet Philosophus hac ratione. Aristot.

Argumẽta contendentia, Aristotelicũ fundamẽtum non sufficere.

1

præterito, vt sit vera, supponit aliquam de præsenti veram, vt est commune Dialecticorum proloquium, & confirmat D. Thom. hoc lib lect. 5. asserens, præteritum esse, quod fuit præsens; sed hæc; Nestor vixit centum annos, nullam habet de præsenti veram; nunquam enim verum fuit dicere; Nestor viuit centum annos: ergo, &c.

2 Secundò. Non est sufficiens illud fundamentum ad propositiones de præsenti; etenim si propositio de præsenti est vera, quia res significata consistit extra causas; vel est vera ex suppositione, quod res sit, vel absolutè; primum non est satis, vt propositio dicatur absolutè vera, alioqui propositio de futuro facta suppositione, quod res sit futura, erit determinatè vera; secundum non est dicendum, quia res contingens, etiam in instanti, quo est, manet contingens: ergo indifferens, vt fit, vel non fit; sed enunciationes de futuro ideo censentur indeterminatæ, quia res est indifferens ad existendum, & non existendum: ergo pari modo se habebit propositio de præsenti.

3 Tertiò, propositum fundamẽtum est falsum; multæ enim sunt enunciationes de præterito, quarum significata non fuerunt extra causas: multæ item de præsenti, quarum significata non sunt perfectè extra causas. Primum ostenditur in propositionibus significantibus rem, vt factam in primo instanti, quo fit; verbi causa, aer est illuminatus, paries est visus, &c. nam illuminatio, & visio tunc primum sunt, cum significantur de præterito.

Secundum patet, in propositionibus significantibus aliquid successiuum, veluti Socrates loquitur, Petrus mouetur; loquente enim Socrate, & deambulante Petro, illæ sunt de præsenti, & proferri possunt in aliquo instanti, in quo earum significata esse non possunt, cum sint successiua: tunc sic licet argumentari. In instanti, quo profertur hæc propositio; Petrus mouetur, nõ datur motus, ergo significatum propositionis de præsenti nõ est semper extra suas causas; & consequenter propositio non erit determinatè vera. Deniq. si describatur hæc propositio; Socrates lauabit manus, & quis eam ostendendo pronuncier illam, hæc propositio est vera, formabit propositionem de præsenti, cuius veritas dependeat ex re de futuro; siquidem, vt propositio demonstrans vera sit, debet esse vera demõstrata; sed demonstrata, cum sit de futuro, est indifferens; ergo idem erit de demonstrante existimandum.

Vera nihilominus est Aristotelis conclusio, & vera ratio, qua demonstrata fuit. Argumentis propositis bifariam satisfieri potest. Primò secundum communem sententiam agnoscendo determinatam veritatem in propositionibus de futuro. Secundò loquendo cum Aristotele, qui solam indeterminatam concedit. Ac primo modo nulla difficultas est in argumentis, quæ pertinent ad propositiones de præsenti; cum omnia supponant, propositiones de futuro esse indeterminatè veras; sed cum Aristoteles illud suppoſuerit, & nihilominus astruxerit, propositiones de præsenti esse determinatè veras, oportet in secundo sensu conclusionem defendamus. Aristotelica sententia approbat.

Ad primum ergo argumentũ, non deerit, qui respõdeat, propositionem de præterito in materia contingenti esse necessariam, & probet: quia propositio necessaria est ea, quæ si vera est, non potest esse falsa: si falsa, nunquam potest esse vera, huiusmodi autẽ sunt omnes de præterito; quemadmodũ enim fieri non potest etiam de absoluta potentia vt Socrates nõ disputauerit, ita nullo pacto fiet, vt hæc propositio, Socrates disputauit, vera esse desinat. At hæc responsio aut æquiuoca, aut falsa est; si enim attendit necessitatem ex connexione extremorum, vt attendere oportet, constat nullam propositionem in materia contingenti posse fieri simpliciter necessariam, cum termini potuerint non coniungi; si verò necessitatem considerat non ex habitu- Ad 1. arg. cõtra primã partem respõdent aliqui.

bitudine extremorum, ſed ex ſtatu, in quo ſunt, ex hypotheſi quod fuerunt, æquiuocè, & impropriè neceſſariam propoſitionem vſurpat.

Vera primi argumenti ſolutio.

Quare ad argumentum reſpondendum eſt, prędicatum contingens non oportere, vt ſit coniunctum ſubiecto in tempore, quo propoſitio effertur, ſed in eo, quod per eandem ſignificatur; nam ratione illius temporis verificatur propoſitio: at prædicatum cõtingens in tempore præterito copulatum fuit cum ſubiecto. Ad confirmationem reſpondetur, ad veritatem propoſitionis de præterito requiri veritatem vnius, vel multarum propoſitionum de præſenti: fuerunt autem verę tot propoſitiones de præſenti, quot requiruntur, vt hęc ſit vera; Neſtor vixit centum annos, ſcilicet, viuit hoc anno, viuit hoc anno, &c. Similem doctrinam tradit Durandus in 3. diſt. 22. q. 1. ad ſecundum ait enim, ad veritatem huius, omnis homo cucurrit, non oportuiſſe, vt omnes ſimul currerent, ſed ſinguli in diuerſo tempore.

Durand.

Reſpõſio ad 2.

Ad ſecundum argumentum dandum eſt vtrumq. membrum. Ad impugnationem primi negandum eſt, illas hypotheſes eſſe ſimiles; nã ſuppoſitio, quod res ſit, eſt intrinſeca rei, inuoluiturque in propoſitione de pręſenti, quę ex modo ſignificandi ſuo ſupponit rem eſſe: at ſuppoſitio, quod res futura ſit, cum ſit omninò extrinſeca, nihil ponit in re, nec indicatur à propoſitione de futuro, & idcircò eam non reddit veram. Ad impugnationem ſecundi membri dicendum eſt, longè diuerſo modo eſſe indifferentem rem cõtingentem futuram, ac pręſentem; hęc enim ita eſt indifferens, vt iam habeat vnam partem determinatã, ratione cuius propoſitionis veritas determinata ſit, & cognitio non modo certa, ſed etiam neceſſaria, vt docet S. Tho. 1. contra Gent. c. 67. & nos trademus in Primo Poſter. res verò futura nullã adhuc partem habet, per quam determinet propoſitionem.

Suppoſitio diuerſo modo ſe habet ad propoſitionẽ de præſẽti & futuro.

Ad 3.

Ad tertium negandum eſt, propoſitum fundamentum non eſſe ſufficiens pro vtriſque propoſitionibus.

Vocabula viſus & illuminatus dupliciter vſurpari poſſunt.

Ad primam impugnationem reſpondetur, in illis propoſitionibus dupliciter vſurpari poſſe vocabula, viſus, & illuminatus; primò, vt nomina, quo pacto non ſignificant vllum tempus, eſtq. propoſitionum ſenſus, aerem nunc actuarią lumine, parietem à viſione, & ſunt propoſitiones de præſenti, & determinatè veræ; ſecundo modo vſurpantur vt participia præteriti temporis, & reddunt propoſitiones de præterito, ac falſas, cum aſſerant, aerem in tempore præterito per eam illuminationem fuiſſe illuſtratum, & parietem viſum: quod falſum eſt.

Soluuntur argumẽta cõtra ſecũdam partẽ.

Ad ſecundam probationem eiuſdem antecedentis, omiſſis aliorum reſponſionibus, negandum eſt, ſucceſſiuum non eſſe extra ſuas cauſas, quantum ſat eſt ad veritatem propoſitionum de præſenti; ad eam enim non requiritur neceſſariò, vt totum ſignificatum ſimul exiſtat, ſed vel totum ſimul, vel paulatim. vt ſignificatur à verbo; eſt verò adeò certum, verba ſignificare res exiſtentes ſucceſſiuè, vt Diuus Thomas lect. 5. huius libri, indicauerit, non conſignificari à verbo aliam durationẽ, quam ſucceſſiuam.

Solutio primi.

D. Thom.

Scotus.

Nobis in præſenti ſufficit id, quod alij tradunt, ſpeciatim Scotus in 4. diſt. 8. q. 2. art. 3. concl. 4. & 5. verbum ratione prædicati determinari ad ſignificandum tempus, vel inſtans, ſi enim prędicatum indiuiſibiliter fiat, importatur inſtans, ſi cõtinuè, & ſucceſſiuè, tempus. Hinc ad argumẽtum negamus, hanc, Petrus mouetur, ſignificare inſtans, in quo motus eſſe non poteſt; ſignificat enim tempus, quod, licèt nõ ſit præſens ſecundum aliquam partem certam, eſt tamen ſecundum partes incertas, quæ rectè dicuntur in præſenti decurrere.

Verbum ratione prædicati determinatur ad ſignificandũ tẽpus vel inſtans.

Obiectio.

Inſtabis, te accipere propoſitionem, vt denotantem ſolum inſtans, in eo autem non eſſe motum, niſi ſupponatur futura aliqua pars, quam illud inſtans copulet cum præcedenti: ergò rem ſignificatam per propoſitionem de præſenti pendere ex futuro con-

Quorũdã responsio.

contingenti. Totum admittunt aliqui, astringuntque conclusionem Philosophi ad propositiones de præsenti, quæ non dependent a re de futuro. Respondendum tamen est, propositionem eo modo acceptam esse determinatè falsam, quia significat rem in instanti moueri, cum Aristoteles 8. Physic. decreuerit, mobile in instanti mutatum esse, non moueri. Ad vltimum respondetur, propositionem demonstrantem esse determinatè veram, vel falsam, siue enim significet, demonstratam esse determinatè veram, siue indeterminatè, semper habet obiectum sufficienter positum extra causas, cum quo aut conformetur, aut difformetur; nam primo modo accepta est falsa, quia significat, esse determinatè verum, quod est indifferens; secundò est determinatè vera, siquidem significat id, quod re vera est.

Aristot. Ad instantiam vera responsio.

Solutio secundi.

ra, aut falsa, quia res est, aut non est, sed futurum contingens est indifferens, vt sit, vel non sit; ergo propositio illud significans erit indifferens ad veritatem, & falsitatem; neutram verò habebit.

Huius sententia fundamẽtum.

ARTICVLVS III.

QVID DOCVERIT ARISTOTELES de propositionibus de futuro contingenti.

QVod ex toto hoc capite colligitur, est, propositiones de futuro contingenti non esse determinatè veras, sed indeterminatè, hoc est, aut veras, aut falsas. Sed quæ sit mens Aristotelis in hac sententia, non conueniunt Autores; afferemus breuiter eorum explicationes. Prima est eorum, qui simpliciter negant, in his propositionibus esse actu veritatem, aut falsitatem, sed vtramque in potentia: credunt, scilicet, neutram contradicentium esse veram, aut falsam, sed vtramque paratam esse ad accipiendam veritatem, aut falsitatem, & ita interpretantur, eas esse indeterminatè veras, aut falsas, ita censuerunt quidam Parisienses relati ab Stephano Burlefer. supra Bonauent. in 1. distinct. 38. artic. 2. quæst. 1. ad secundum, quorum sententia probari potest hoc modo: propositio est vera, aut falsa, quia res est, aut non est, sed futurum contingens est indifferens, vt sit, vel non sit; ergo propositio illud significans erit indifferens ad veritatem, & falsitatem; neutram verò habebit.

Prima expositio circa mẽtem Philos.

Burlefer. Bonauent.

Hæc expositio tam aliena est à mente Philosophi, quantum aberrat à veritate. Primum patet ex hoc capite, in quo Aristoteles non semel probat, in contradictione de futuro necessariò reperiri veritatem, aut falsitatem. Secundum probatur primò ex definitione enunciationis, à qua non excluduntur contradicenter de futuro. Deinde nisi aliquam haberent veritatem, cur magis dicerentur veræ, vel falsæ, quam veræ & falsæ copulatiuè, si æquè præparatæ sunt ad vtramque? imò cur non dicantur neque veræ neq; falsæ, si actu nihil horum sunt? quodenim vtrumque expectent, non sufficit ad sortiendam denominationem. Denique res per contradictionem significata, etsi non est determinata, vt sit, vel determinata, vt non sit disiunctiuè, est tamen determinata disiunctim, vt sit, vel non sit; ergo eodem modo se habebit propositio quo ad veritatem, & falsitatem. Argumentum illius sententiæ inferius dissoluetur. Ceteri omnes Autores conueniunt, in propositionibus de futuro esse actu veritatem, aut falsitatem, sed multum inter se dissident.

Hãc explicationẽ esse contra Philoso-phũ, ac rationem ostenditur.

1

2

3

Secũda expositio ponitur.

Secunda ergo expositio est, reperiri quidem veritatem, & falsitatem in propositione de futuro, non tamen hanc esse designatè veram, illam designatè falsam; sed contradicentium alteram indeterminatè esse veram, alteram indeterminatè falsam, valereque idem particulam (indeterminatè), ac indistinctè, seu disiunctim, eo modo, quo dicimus alterum oculum indeterminatè esse necessarium ad videndum, nõ tamen hunc, vel illum. Ita videtur explicare Aristotelem D. Thomas hoc loco; expressius illum sic intelligunt, & sequuntur Aureol. Cathar. Bassolis, & alij adducendi sequenti articulo,

Probatur autoritate.

D. Thom. Aureol. Cathar. Bassol.

culo, fuisse hanc Aristotelis mentem, manifeste deprehenditur ex fine capitis illis verbis; omne namque necesse est esse, aut non esse, & iem fore, aut non fore, non tamen necesse est distinctè alterum fore: vnde infra sic colligit. Quare, cum orationes ita sint veræ, quemadmodum sese habent res ipsæ, patet, contradictionem ipsam eandem cum illis legem subire; atque vt apertius ostenderet, se negare veritatem, & falsitatem esse in propositionibus seperatim sumptis, cum id negat, ait, neutram partem esse veram distinctè, quod nos disiunctiuè exponimus, alij determinatè. Verum, quidquid sit de mente Aristotelis, non facilè huic sententiæ acquiescerem, quoniam, cum veritas sit quædam adæquatio cum obiecto, vel relatio illam consequens, quæ deposcit certum subiectum, in quo sit, nisi intelligatur esse in aliqua ex contradicentibus, quomodo quæso inter vtramque volitabit incerta, quo fata ferant, vbi sistere detur.

Expositio impugnatur.

Vera sententia astruit alteram partē de fut. cōting. esse determinatè veram.

Ob hanc, & efficaciores rationes articulo proximo afferendas, maior Theologorum, ac Philosophorum pars astruit, in vtrauis parte contradictionis de futuro seorsim, ac distinctè sumpta esse veritatem, aut falsitatem, quod, cum videatur Aristoteli repugnare, conantur eorum plerique ostendere, non fuisse eius mentem negare in propositione de futuro esse actu, & distinctè veritatem, neque id significare, cum negat, esse determinatè veras, sed aliud per vocabulum determinatè indicare, quod varijs modis explicant huius tertiæ sententiæ Autores.

Particulares indeterminatè varijs modis explicat primus mod⁹.

Primus est; idem valere esse determinatè veras, ac non necessariò veras; quæ enim vera est, ita se habet, vt possit esse falsa: similiter quæ falsa est, ita vt vera esse queat.

Richar. Ocham. Maior. Gabri.

Hanc sequuntur Richard. in primo d. 38. artic. 1. quæst. 5. ad primum Ocha. ibi, quæst. vnic. ad primum principale. Maior quæst. 1. Gabr. quæst. 1. artic. 2. notabili 7. Scotus in eodem 1. distinct. 39. §. ad argumenta principalia. Lychet. ibi. Maior ibidem quæst. 4. artic. 2. Petrus de Aliaco, dis. 11. articulo primo, litera B. Abulensis parte 2. defensorij, capit. 28. Sotus in capit. 9. Epistolæ ad Romanos. Corduba lib. 1. quæstio. 55. dub. 2. §. ex quibus constat, & dubio 3. Probari potest hæc expositio primò, quia Arist. eodem modo negat alteram partem esse determinatè veram, quo asserit, alteram in confuso esse veram; sed in confuso altera pars est necessariò vera, & altera necessariò falsa: ergo, cum docet, vnam partem non esse designatè veram, intelligit non esse necessariò veram. Secundò, nisi ita intelligat, eius rationes nihil colligunt, præsertim illa, qua infert, omnem tolli contingentiam, si propositiones veræ sint; enimverò ex eo tantum, quod veræ sint, illud minimè sequitur; vt non sequitur ex eo, quod Deus certò cognoscat omnia euentura, aut non euentura, ea esse.

Scotus. Lych. Maior. Petrus de Aliaco. Abulens. Sot. Cordub. Duplicitati nititur expositio.

Hæc explicatio, etsi grauium Autorum sit, & in Aristotele habeat fundamentum, non est tamen ad Illius mentem. Primò, quia vix vtitur vocabulo illo [indeterminatè], quod huius explicationis Autores vertunt in non necessariò: sed perpetuò ait, neutram partem esse veram distinctè. Secundò, quia ex eo, quod propositiones admittantur determinatè veræ, infert tanquam absurdum, eas esse necessariò veras. Demum, quid nouum diceret de his, quod propositiones de præsenti non habeant? nulla enim contingens est de præsenti in terminis humanis, quæ mutari non possit in falsam. Additum est [in terminis humanis] quoniam hæc, Deus cognoscit Antichristum futurum, esto, sit de re contingenti, postquam semel est vera, mutari nequit, quod pari modo dicendum de alijs in diuinis. Ad hæc falsum est, de futuro veram posse de facto mutari in falsam, aut è contra, vt statim patebit. Ad primam con-

Horū Autorū explicatio reijcitur. 1

2

3

Eorum rationes diluuntur. 1

Digitized by Google

coniecturam præcedentis explicationis negandum est, eodem modo attribui à Philosopho veritatem toti disiuncto, & negari singulis partibus: nam de toto ait, necessariò esse verum, vel falsum, de singulis, non esse distinctè talia. Ad secundum, concedit Bonauentura in 1. dist. 38. art. 2. quæst. 1. ad secundum, rationem Philosophi esse sophisticam, dum à simplici veritate infert necessariam, & necessitatem rei; quod forsitan ideò fecit, quia non existimauit, posse propositionem de futuro esse veram, nisi esset necessaria, quæ omnia falsa sunt.

3 Bonauent.

Secundus modus declarádi Aristotelẽ. D. Thom.

Secundus modus exponendi Aristotelem est, asserendo, ipsum solum negasse propositiones ita esse designatè veras, vt à nobis cognosci possint. Hic tribui potest D. Thomæ 1. par. quæst. 14 art. 43. & alijs supra.

Impugnatur.

Ceterum, nullius momenti est interpretatio; tum quia multæ sunt propositiones de præsenti, quarum veritas etiam Angelis occultatur, vt Rex Galliæ cogitat de recuperando regno; tum quia veritas & falsitas propositionis attenditur ex illius conformitate, aut difformitate cum obiecto, vt patet ex supra dictis, sed conformitas cum obiecto prius natura est in propositione, quam à potentia cognoscatur; nisi hi Autores velint significare, ideò in illis propositionibus respectu nostri veritatem, aut falsitatem non esse, quia nequimus eas efformare ob rei ambiguitatem; sed nec isto modo verum assumunt, cum multas formemus ob probabiles coniecturas, nec si verũ esset, satisfieret, vt negaretur, propositiones esse determinatè veras.

Proponit vltim' modus.

Vltimus respondendi modus, quæ est veluti quarta sententia, agnoscit in propositionibus de futuro duplicem acceptionem; vnam, si comparentur cum effectu futuro, vt in se erit, non respiciendo eius causam: aliam, si conferantur cum eodem, vt continetur in sua causa ad agendum, vel non agendum indifferenti. Distinxisse videtur hanc duplicem acceptionem rei futuræ Aristoteles in

Aristot.

secundo de Generatione, capit. vltimo, & de futuro primo modo accepto ait, verum esse dicere, ipsum fore: de futuro secundo modo, rectè dici, ipsum futurum, nihil tamen repugnare de facto nunquam esse. Iuxta hæc ergo, si propositio sumatur in ordine ad rem, non habita ratione causæ, vera est, aut falsa, quia res erit, aut non erit; aliter dicendum, si accipiatur per ordinem ad eandem rem, vt contentam in causa indifferenti, & ab ea suo inesse dependentem. Hanc sententiam expressè tradere videtur S. Thom. 1. part. quæst. 19. artic. 7. ad secundum, cum ait; Deum aliquando pronunciare, aliquid futurum secundum ordinem causarum naturalium, quod nunquam erit ob superius suæ voluntatis secretum: simile quid habet in quæst. 12. de veritate artic. 10. ad 7. Caiet. 12. quæst. 40. art. 3. ita loquitur, cum dicimus, pluuiam futuram, causas pluuiæ significamus adesse præparatas: cum autem dicimus, pluuia erit, ipsam pluuiam ponendam in esse dicimus. Capreolus in 1. distinct. 38. ad 3. Aureoli contra 7. conclusionem ait, in omni propositione de futuro designari respectum ad causam.

Propositio in ordine ad rem vera est, vel falsa, at in ordine ad causam indifferẽs. D. Thom.

Caiet.

Capreol. Aureol.

Efficere propositionem de futuro priorem sensum, in ordine ad rem secundum se tradunt omnes, qui veritatem determinatam in ea agnoscunt, & nos postea ostendemus; quod autem posteriorem efficiat, colligit Diuus Thomas loco primæ partis citato, ex eo scripturæ loco Esai. 38. Dispone domui tuæ, quia morieris, & non viues; quod, cum à Deo denunciatum sit Ezechiæ, verum esse oportuit, saltem secundum causas naturales, etsi postea non contigerit. Simile illud Ionæ 3. Adhuc quadraginta dies, & Ninive subuertetur. Deinde futurum, quando à propositione significatur, accipitur secundum aliquod esse, sed actu non habet aliud esse, quam in sua causa; ergo significatur esse futurum, prout in ea continetur, atq; adeò non præscinditur propositionis significatum à respectu ad causam.

Propositionem in ordine ad causam esse indifferentem. Probatur Primò. D. Thom.

Secundò;

Digitized by Google

Improbatur hic dicendi modus.

Hæc ſententia nihilo magis, quam ceteræ, probanda eſt, & quia falſam adhibet diſtinctionem illorum ſenſuum, & quia ea admiſſa in difficultatem ſecundæ ſententiæ incurrit. Primum vt oſtendatur, aduertendum eſt, aliud eſſe, loqui de re futura ſub his terminis formalibus, futurum, aut fore, quod vocari poteſt, agere de futuro in actu ſignato; aliud quaſi materialiter, & in actu exercito, cum dicitur hoc, vel illud euenturum, v.c. cum dicimus, Socrates diſputabit, Antichriſtus erit. Ac priori quidem modo diſtinguere Ariſtotelem, tum loco citato, tum in libro de Diuinatione per ſomnium, duplicem acceptionem rei, quę nondum eſt; aliam qua conſideratur res, quæ nondum eſt, eſſe tamen poteſt, ſiue aliquando conſtituatur extra cauſam, ſiue non; aliam, qua accipitur res contingens poſſibilis, & quæ de facto erit. Rem acceptam primo modo vocat Ariſtoteles futuram, quaſi dicat, nondum exiſtentem, & tamen poſſibilem per ſuas cauſas exiſtere; de re verò accepta ſecũdo modo ait, dici fore. Vnde minimè infertur, propoſitiones contingentes ex mente Ariſtotelis efficere duos illos ſenſus, quando ſignificant, rem materialiter ſumptam euenturam, aut non euenturam.

Futurum bifariam ſumi poteſt. Ariſt.

Propoſitiones de futuro non ſignificare rẽ in cauſis probatur, Primò.

Probemus igitur, propoſitiones de futuro non ſignificare rem prout continetur in cauſis. Quòd primò oſtẽditur ex Ariſtotele; vocat enim has propoſitiones abſolutas, quemadmodum & ceteri Philoſophi; ſed ſi efficerent illum ſenſum, eſſent modales; nam futurum in ea acceptione dicitur, quod nondum eſt, & eſſe poteſt; ergo, ſi propoſitio hoc modo illud ſignificat, hunc habet ſenſum: hoc poſſibile eſt eſſe. Secundò; eſſe effectum in ſua cauſa non eſt futurum, ſed præſens; ſi cauſa iam exiſtit; ergo propoſitio ſignificans effectum prout in cauſa eſt de præſenti. Tertiò; enunciatio eſt conferenda cum effectu in ea differentia temporis, in qua illud ſignificatur; ſed enunciatio, de qua agimus, ſignificat rem in tempore futuro, in qua iam non continetur in indifferentia cauſarum; ergo nunquam poteſt eo modo accipi, vt conferatur cum ſignificato in indifferentia cauſæ. Minor, & conſequentia notæ ſunt, ſi deſignetur punctum indiuiſibile futuri temporis, in quo ſignificetur aliquid futurum, in huiuſmodi enim puncto iam res eſt determinata ad eſſe. Maior probatur, tum ex natura propoſitionum, tum ex propoſitionibus de præterito, quæ iccircò veræ ſunt, cum res iam non exiſtant, quia diiudicantur ex differẽtia temporis præteriti, in quo res erant.

Tertiò.

Secundò.

Quæ adducta ſunt in confirmationem alterius partis, ita diſſoluenda. In primis quod attinet ad Ariſtotelem, cum fateamur, illum hac in re lapſum fuiſſe, cur alia loca de eadem materia defendamus? ſed, quæ afferuntur, non ſunt ad rem, quia ſolum explicat, de quo dicatur futurum, & non fore, & de quo affirmetur vtrumque, nihil verò tradit de ſignificatione propoſitionum de futuro. D. Thomas potius fauet noſtræ ſententiæ; nam cum ait, Deum pronunciare aliquid futurum, non aſſerit, illud eſſe dubium, neque enim Deus loquetur, quod verum non eſt; imò ait, ita iam eſſe determinatum in cauſis naturalibus, aut demeritis hominum; quare non docet, prædictas propoſitiones eſſe indifferentes in ordine ad cauſas, ſed determinatas. Vnde in quæſt. 12. de veritate expreſsè docet, medicum verè affirmare poſſe, aliquẽm moriturum, ſi ita continetur in cauſis, hoc eſt, ſi cauſæ ad hoc determinatæ ſunt, licet poſtea non moriatur; loquitur ergo Diuus Thomas illis locis, non de veritate, quæ eſt inter propoſitionem, & rem, ſed de veritate per ordinem ad dicentem, cenſetur enim verum dicere, qui pronunciat, futurum id cuius videt præparatam cauſam, licet extraordinariè impediatur. Caietan. apertius ſtat pro noſtra ſententia, ait enim, hanc propoſitionem, pluuia erit, ſignificare, ipſam pluuiam ponendam in

Fundamẽta alterius partis diſſipantur.

D. Thom.

Mens D. Tho. aperitur.

De qua veritate loquutus ſit D. Thom.

Caiet.

Digitized by Google

in esse non habito respectu causarũ; quod verò prius dixerit, cum dicimus, pluuiam futuram, caulas præparatas significamus, nihil fauet præfatæ acceptioni, quia loquitur de futuro in actu signato, explicans quid appellari possit futurum.

Ad primam probationem de instituto Diui Thom. dictum est; sensus verò illarum propositionũ scripturę, & similium non est absolutus, sed conditionatus; sensus primę iuxta expositionem indicatam à D. Th. ea quæst. 19. 1. par. est, morieris secundum naturæ, & ægritudinis cursum, quod verum erat. Secundæ, subuertetur Niniue, nisi pœnitentiam egerit. Quo pacto etiam explicatur ille locus Genes. 20. Ad Abimelech: En morieris, propter mulierẽ quam rapuisti; subintelligitur, nisi illam reddideris, (vt inferius explicatur.) Nunc ergo redde viro suo vxorem, si autem nolueris reddere, scito, quod morte morieris. Ita hæc loca interpretantur communiter Patres.

D. Thom. Dissoluit prima probatio.

Genes. Exponuntur loca sacræ paginæ.

Ad secundam respondetur, significatum propositiones duplex habere esse, aliud obiectiuum, aliud reale: sed illius veritatem desumendam esse ex reali, vt in quarto capite visum est. hoc autem in propositionibus de futuro non est necessarium, vt sit actu, sed in eo tempore, in quo propositio indicat, quare non esse recurrendum ad esse rei in sua causa.

Dissoluit secunda.

ARTICVLVS IV.

PROPOSITIONES DE FVTVRO contingenti esse determinatè veras, aut falsas.

CErtissima est, hodieque receptissima cõclusio: Propositiones de futuro contingenti habere determinatam veritatem, aut falsitatem. Ita sentiunt præter Autores citatos in tertia sententia Gregorius in 1. dist. 38. quæstio. 1. art. 2. Bonauent. art. 2. quæstio. 1. Stephanus Burlefer, art. 2. in solutionibus argumentorum, vbi ait, oppositam sententiam fuisse Romæ damnatam. Alensis 1. p. quæst. 15. memb. 7. Ex Philosophis Boetius hoc loco, editione secunda, ibidem Iandunus, Burlæus, & Faber. Ex Patribus Diuus Anselmus, Iustinus Martyr, Origenes, Damascenus, Chrysostomus, Cyrillus, Hieronymus infra.

Gregor. Bonauẽt. Steph. Burlefer. Alens. Boet. Iandunus. Burlæ. Faber. D. Ansel. Iustin. Origen. Damasc. Chrysost. Cyrillus. Hieron.

Probatur primò ex principijs Philosophicis. Ea propositio, quæ actu conformatur obiecto, est actu & determinatè vera, & quæ difformatur actu, est determinatè falsa: sed altera pars contradictionis est actu cõformis rei, altera difformis: ergo reperitur in eis distinctè veritas, & falsitas. Maior constat ex definitione veritatis. Minor probatur; propositio quæ ita se habet in significando, vt res significata in essendo, est illi actu conformis, quæ aliter se habet, actu difformis: sed vna pars contradictionis ita prorsus significat, vt res se habebit, altera oppositum: ergo illa est determinatè vera, hæc determinatè falsa.

Propositiones de fut. contingentibus habere determinatam veritatẽ, aut falsitatem ostenditur primò.

Respondebunt, ex parte quidem propositionis dari omnia necessaria ad cõformationem cum obiecto: sed quia futurum nihil modò est, nõ dari actualem conformitatem; at hoc supra euersum est, cum diximus, non oportere, vt obiectum propositionis de futuro habeat esse reale in præsenti, sed in eo tempore, in quo significatur. Si enim ad actualem cõformitatem inter propositionem, & rem, vtriusq. existentia requireretur, nec propositiones necessariæ, nec diuina cognitio actu conformarentur rebus non existentibus?

Respõsio ad primã rationem.

Reijcitur.

Secundò, nisi altera pars contradictionis determinatè vera sit, altera falsa; sed vtraque confusè, & indistinctè. sequetur, non dari inter illas propositiones contradictionẽ: quod sic ostenditur. In contradicentibus debet altera negare totum id, quod altera affirmabat, vt docuit Arist. cap. 6. sed si propositiones confusè tantum significant rem, & prout est indifferens, neutra repugnat significato alterius, siquidem, vt fatentur, vtraque significat rem vt indifferentem ad esse ndum, & non esendum:

Secundò.

dum: verbi causa, Socrates peccabit, significat Socratem ita peccare posse, vt indifferens, sit ad oppositum: Socrates non peccabit, significat eo modo cessare posse à peccando, vt alteram quoque partem amplecti possit, vbi nulla apparet repugnantia.

Tertiò. Tertiò ex eodem Aristotele, qui in hoc capite non semel ait, in propositionibus vniuersalibus contingentibus dari determinatam veritatem, & falsitatem: ergo idem asserendum de singularibus: est enim par omnium ratio, cum æquè indifferentia sint significata harum propositionum: omnis homo flebit aliquis homo non flebit, atq; harũ; Socrates flebit, Socrates non flebit, præsertim cum particularis verificanda sit ratione alicuius singularis.

Quartò. Quartò; idem demonstratur ex principio partim fidei, partim luminis naturalis, quod huiusmodi est: Deus cognoscit actu, & determinatè significatum propositionis futurum in ea differentia téporis, quam propositio significat: ergo videt, propositionem esse illi obiecto conformẽ: ergo illa est in se, & respectu cuiuscunque conformis. Antecedens facilè ostendi posset tum ex sacra Scriptura, tum ex Patribus, & ratione perfectæ prouidentiæ. Prima consequentia est euidens, in primis si loquamur de propositione, quam ipse Deus formar de re futura: cum enim cognitio Dei perfectissima sit, non solum apud se dicit, rem determinatè esse euenturam, sed cognoscit, se habere hoc de re iudicium, illudque verissimum esse. Deinde hoc ipsum cognoscit in propositionibus, quas Prophetæ per reuelationem ab ipso Deo acceptas proferunt, nec enim Deus eas reuelare, aut suo nomine vulgari permitteret, nisi verissimas esse cognosceret. Denique idem constat de ceteris, quas alij temerè formant: non posset enim absque iniuria negari, Deum videre, an conformes sint cum re, quam ipse intuetur determinatè futuram. At verò parũ refert à quo propositio efferatur, vt vera sit, aut non; cur enim verior sit hæc prolata à Christo Domino, hodie ter me negabis (quam determinatè veram fuisse, non ambiget, nisi qui impio ausu affirmabit, Christum Seruatorem potuisse se exponere periculo mentiendi), quam si proferretur ab aliquo discipulo, præsertim qui illam acciperet, vt poterat, tanquam de fide.

Prima cõsequentia nititur his rationib.

1

2

3

Secunda consequentia inde suadetur, quia propositio non est vera, quia à Deo cognoscitur, sed idcircò à Deo vera esse cognoscitur, quia in se vera est, vt docent communiter Patres, ac Theologi, Origenes lib. 7. in cap. 8 ad Romanos, & lib. 2. contra Celsum, pag. 78. Damasc. dialogo contra Manich. Iustinus quæst. 58. Cyrillus lib. 9. in Ioannem ca. 10. Hieronymus in 16. Isa. August. 5. de Ciuitate Dei, cap. 10. Leo serm. 16. de Natiuitate. Accedunt Magister in 1. d. 38. & ceteri Theologi ibidem; Ratio est manifesta, quia cognitio futurorum est speculatiua, vt cum Diu. Thom. supra diximus, quia non est causa, vt res fit, sed suppositio, quod res fit, illam cognoscit, alioqui cum Deus eodem modo per hanc scientiam cognoscat mala, ac bona futura, esset malorum causa.

Secũda cõsequentia ratione, & auctoritate nititur. Orig. Damasc. Iustin. Cyrill. Hieron. Aug. Leo. Magist.

ARTICVLVS V.

Aliorum obiectiones aduersus propositam sententiam dissoluuntur.

AVreolus in prima distinct. 39. quæst. prima, artic. 1. conclul. 1. & artic. 3. conclus. 2. Bargius ibidem, §. ad argumenta principalia, Bassolis distinct. 38. quæst. prima, artic. 3. ad primum, Catharinus libello de prædestinatione potit initium; & libello de veritate enunciationũ (refertur etiam Aegidius in primo distinctione 38. quæst. tertia,) asserunt cum Aristotele, neutram partem contradictionis de futuro esse determinatè veram. Quod aliquibus argumentis confirmari solet. Primũ esto ipsius Aristotelis argumentum. Si vna pars sit determinatè vera,

Aur. Barg. Bassol. Cathar. Aegid.

Digitized by Google

ra, res necessariò eueniet; ergo, &c.

Opponũtur quædã obiectiones cõtra veram sententiam.

Illationem probat, quia si vera est ea pars, cum nõ possit assignari instans, ex quo cœperit esse vera; non est enim maior ratio, cur heri, quam ante mille annos cœperit: ergo ex æternitate vera est, sed quod ex æternitate verum fuit, non potest verum non esse, atque adeò est immutabiliter verum, & per consequentiam necessariò verum: nihil enim differre videtur necessariũ & immutabile; ergo rectè infertur rerum necessitas ex veritate propositionum; & consequenter consultatio, & deliberatio de medio tolluntur.

1

Respõsio ad primã obiectionem.

Respondetur negando primam illationem. Ad probationem concedenda est maior propositio, distinguenda minor; si enim illius sensus est, quod propositio ex æternitate vera non potest esse falsa, supposito, quod semel sit vera, concedenda est; sed ex eo non sequentur subiectæ consequentiæ, scilicet, esse immutabiliter, & necessario veram, nisi forte sit de necessitate ex suppositione, quia absolutè potuit esse propositio falsa, si res, vt potuit, aliter esset euentura. Nec, vt propositio dicatur mutabiliter vera, opus est, vt in quouis momento transire possit de vera in falsam, sed quod absolutè, & nulla facta suppositione falsa esse possit. Si verò sensus minoris sit, quod verum fuit ex æternitate, absolutè mutari non potuisse, neganda est; cum Deus ab æterno decreuerit, mundum in quodam puncto temporis, & spatij condere, & potuerit ob suam libertatem aliud decernere; ad illud, quod vlterius obijci posset, saltem post factam suppositionem, non posse res aliter euenire, & ideo meritò inuluisse Aristotelem, frustra esse consultationes, superius respõsum est, cum diximus, necessitatem ex hypothesi non tollere simpliciter libertatem.

2

Secundum argumentum sit. Inter propositionem necessariam, & contingẽtem hoc est primum discrimen omnium penè Autorum suffragijs confirmatum, quod necessaria sit ab æterno vera, contingens in tempore, adeò vt pro eodem accipiatur propositio æternæ veritatis, ac necessaria: ergo repugnare, aliquam propositionem esse contingentem, & ab æterno veram. Respondetur, illud discrimen constitui à Philosophis inter propositiones de præsenti, inter quas necessariæ, cum non requirant existentiã extremorum, semper sunt veræ: contingentes tunc veritatem habent, cum extrema existunt. Nec temere constituitur discrimen inter solas propositiones necessarias de præsenti; nam in materia necessaria incõgruè fiunt propositiones de futuro, aut præterito, cum earum significata nunquam esse desinant, aut incipiãt. Nihilominus vtile, & germanum harum propõsitionum discrimen est, quod necessariæ significant connexionem extremorum absolutè indissolubilem, vnde simpliciter immutabiles existunt; cõtingentes verò significant dissolubilem connexionem, propter cuius inconstantiam & veræ, & falsæ esse possunt.

Respõsio ad secũdã.

Discrimẽ inter propositiones necessarias, & contingẽtes.

Tertium. Propositio est vera, vel falsa, quia res est, aut non est: sed res futura cõtingens est omninò indifferens ad esse, & non esse; ergo propositio indifferens erit ad veritatem, & falsitatem. Hæc difficultas soluta sæpius est in superioribus. Verum, quia non nullis ardua videtur, eam rursum proponimus, & respõdemus distinguẽdo maiorem: si enim velit, propositionem esse veram, quia res est in tempore, quo proponitur proferturque, neganda est, & in hoc sensu procedit minor. Si verò intelligat in tempore, in quo propositio significat, concedenda, & neganda minor: iam enim ostendimus, rem in differentia temporis futuri esse omninò determinatam, licet aliter esse habere possit; esse autem propositionem conferendam cum re, in ea tantum differentia temporis, quam verbum importat, superius ostensum est.

Respõsio ad tertiã obiectionem.

Quartum. Omnis veritas propositionis aut causatur ab obiecto, aut

4

est

est illius causa ; sed propositio de futuro contingenti formata ab homine neutrum habet : ergo vera non est. Maior explicatur à Diuus
D. Thom. Thoma prima parte, quæstione decimasexta, articulo secundo, ratione duplicis operationis nostri intellectus speculatiuæ & practicæ. Nam veritas speculatiuæ cognitionis ab obiecto fit, veritas practicæ efficit ipsum obiectum. Minor probatur primò de veritate, quæ sit causa rei : nam propositio de futuro nihil efficit in re ipsa, deinde nec causatur à re obiecta, quia id, quod actu neque est ens, neque verum, causare veritatem non potest : sed futurum, antequam sit, non est ens,
D. Aug. vt docet Diuus Augustinus 11. confessionum, capit. 8. in hæc verba; Futura nondum sunt, & si nondum sunt, non sunt : id autem, quod non est ens, non esse verum, perspicuè
Arist. docet Aristoteles 9. Metaphys. asserens, veritatem sequi ad entitatem, & quarto, capit. secundo, asserens, omnibus approbantibus verum esse
Respõsio ad quartũ. passionem entis. Ad hoc argumentum, admissa maiori (quidquid sit de prima illius parte, de qua in primo capite huius libri diximus) neganda est minor, quò ad eam partem, quæ negat, veritatem propositionis non posse causari ab obiecto non existente.

Ad probationem primò negari potest, futurum contingens, antequam existat, non esse ens essentiæ : vt enim aliquid sit vera essentia, & vt talis cognoscatur, non oportet actu existere ; nec Diuus Augustinus negat, rem non existentem esse ens essentiæ, sed existentiæ tantum : nec Aristoteles diffitetur, veritatem sequi entitatem secundum se. Secundò permittendo, res, antequam sint, nihil esse, adhuc negandum est, eas non posse causare veritatem propositionis ; primò, quia propositio non dependet ex illis, nisi sub consideratione veræ entitatis in tempore futuro, in quo dici possunt entia, & veræ ; secundò, quia ad causandam veritatem per modum obiecti non est opus entitate, cum superius ostenderimus, conceptus pendere à negationibus, & cum illis conformari.

Quintum. Si propositio de futuro contingente esset determinatè vera ; Deus cognosceret, determinatè illius significatum euenturum, si propositio ita significet : sed quod Deus præcognoscit euenturum, necessariò euenit, ergo, si propositio de futuro determinatam habet veritatem, omnia necessariò eueniunt. De veritate maioris dubitare non licet, cum nihil verum esse possit, quod intellectus diuini aciem effugiat. Minor probatur : quia, si ea, quæ Deus præcognoscit euentura, non necessariò, sed contingenter eueniunt, possent non euenire : ponamus ergo, de facto non euenisse ; nam possibili in actu posito iuxta Philosophum, nullum sequitur incommodum ; at tunc diuina præscientia falleretur, quod est omninò impossibile : ergo ea, quæ Deus euentura præcognoscit, necessariò erunt, proindeque admissa huiusmodi propositionum veritate certa, & determinata, omnis tollitur contingentia.

Vt omissis Antiquorum delirijs, & Theologorum controuersijs, argumento breuiter, & pro loco respondeamus, aduertendum est ex Diuo Thoma, prima parte, quæstione vigesimaquarta, articulo vigesimotertio, duplicem esse necessitatem, vnam absolutam, quæ dicitur consequentis, alteram ex conditione, quæ vocatur consequentiæ. Necessitas absoluta, & consequentis datur, quando res ex natura sua aliter euenire non potest, vt Solem illuminare, hominem esse risibilem. Necessitas consequentiæ datur in eo, quod ex natura sua esse, & non esse potest, facta tamen aliqua hypothesi, infallibiliter euenit, quod non tollit absolutam contingentiam, quando hypothesis est contingens.

Duplex est necessitas, absoluta, seu consequẽtis, & ex conditione, seu consequẽtiæ.

Ve-

Veluti damnari eum, qui est in peccato: facta enim suppositione, quod in peccato perstiturus sit, infallibile est, damnari: simpliciter tamen liberari potest, quia perseuerãtia in peccato est contingens.

Respõ. ad argu. Ad argumentum igitur respondemus, concessa maiori, distinguendo minorem: est enim vera de necessitate consequentiæ, quę contingentiam non excludit: falsa, de necessitate consequentis; nam scientia diuina circa futurum est suppositio contingens; quoniam Deus ita cognoscit futura contingentia, vt, si ea futura non essent, illa minimè cognosceret: vt enim docet Augustinus tertio de libero arbitrio, cap. 4. futura nõ ideò sunt, quia à Deo præsciuntur, sed idcircò præsciuntur, Aug. quia futura sunt. Ad probationem minoris respondetur; quando Philosophus docet, possibili posito in actu nullum sequi incommodum, loqui de possibili secundum se, nulla facta suppositione; & ita rem se habere in præsenti: sublata enim omni suppositione nullum sequeretur absurdum ex eo, quod res futura aliter eueniret; cum autem fiat suppositio scientiæ diuinæ, quæ falli non potest, nihil mirũ, si aliquod sequatur absurdum ex eo, quod possibile in actum reducatur. Quæ ad plenam argumenti solutionem addenda videbantur, de suppositione antecedente, & consequente, intrinseca, & extrinseca, in Metaphysica commodius proponentur.

Ideò Deo res præsciũtur, quia futuræ sunt, nõ è cõtra.

Explicatur locus Aristot.

FINIS LIBRI PRIMI.

I N

Digitized by Google

IN SECVNDVM LIBRVM DE INTERPRETATIONE.

PROOEMIVM.

Quid in primo lib. egit, quid in secũdo acturus. Arist.

PVS de Interpretatione Græcis est vnicum in tres sectiones distributum, quarum hæc postrema est: Latinis in duos diuiditur libros, in quorum primo egit Aristoteles de simplici enunciatione, eius partes, genus, proprietates, ac nonnullas diuisiones commemorans. In hoc secundo libro alias diuisiones eiusdem simplicis enunciationis inculcat. Quæ vt pateant, sciendum ex eodem Arist. 2. c. primi libri de priori resolutione simplicium enunciationum, quasdam esse absolutas, quas vocant de inesse, eò quod nihil docent, nisi prædicatum inesse subiecto: vt homo est iustus, homo non est iustus; alias modales, vt, contingens est, hominem sedere. Simplices de inesse præter diuisiones in primo libro traditas, bifariam partiri possunt. Primò in infinitas, & finitas, infinitæ sunt, definiente Aristot. quæ constant nomine infinito, (intellige, aut verbo, quidquid reclament cum Boetio Louanienses,) verbi causa, homo est non iustus, vel non homo est iustus: finitæ, quæ nihil habent infinitum, vt homo est iustus: homo non est iustus. Secundò, in enunciationes de extremo coniuncto, vt Socrates est homo iustus: & de extremo non coniuncto, seu, vt vocant, diuiso, quales sunt hæ, Socrates est homo, Socrates est iustus. Igitur Aristot. in duobus primis capit. huius libri differit de propositionibus de inesse secundum vtramq; diuisionem. In tertio de modalibus. In quarto occurrit dubio ex dictis oborto. D. Tho. Alber. alijq; Interpretes non existimant, has conditiones, finitum & infinitum, coniunctum, & diuisum, &c. esse differentias diuidentes enunciationem, sed accidentia modificantia prædicatum, aut subiectum, aut verbum; intelligunt tamen, non esse differentias essentiales, accidentales esse non negabunt, id nobis satis est; placuit autem per modum diuisionum eas proponere, vt consentiat hæc doctrina cum ea, quæ traditur in tertio libro Institutionum huius Academiæ.

Boet. Quę sint enunciationes infinitæ, & quę finitę.

D. Tho. Albert.

EXPLA-

EXPLANATIO CAPITIS PRIMI.

SVMMA CAPITIS.

DIstinguit Aristoteles hoc caput in tres partes. In prima differit de Enunciationibus constantibus verbo, est, aut secundo, aut tertio adiacente, easq. diuidit in infinitas, & finitas; deinde earum explicat oppositionem, & consecutionem. In secunda docet, idem dicendum esse de Enunciationibus conflatis ex alijs verbis adiectiuis. In tertia parte, postquam ostendit enunciationum repugnantiam, vt amplius explicet, in quibus sit ea repugnantia, assignat, quæ ex numeratis propositionibus simul veræ esse queant.

COMMENTARIVS. CAPVT I.

Probat enúciationis diuisionem.

2 *Quoniam autem affirmatio,*] Vt ostendat sufficientiam diuisionis enunciationis in infinitam, & finitã, resumit ex supra dictis affirmationem, id est, enunciationem affirmatiuam esse, quæ aliquid de aliquo dicit, id autem, de quo aliud dicitur, aut est nomen, aut nomẽ infinitum, quod vocat innominatum, quia ad suam vsque ætatem non habebat nomen sibi proprium, vt cetera nomina, æquiuoca, cõcreta, abstracta, &c. sed significabatur vocabulo communi, addita particula diminuente, scilicet, infinitum; quare omnis enunciatio constare debet ex nomine finito, aut infinito, & quia explicando illa verba [quidpiam de quopiã] dixerat, idem esse, atque vnum de vno, subdit, nomen infinitum significare aliquo modo vnum, quod verum est ratione formalis significati, quæ est negatio alicuius certæ naturæ, licet connotatiuè importet omnia: at cum ex solo nomine enũciatio non constet, subdit, sine verbo nullam fieri enunciationem, sed omnem coalescere ex nomine & verbo, vel ex nomine infinito, & verbo, intellige, infinito. Exponit deinde, se nomine verbi intelligere etiam casus verbi, qui possũt esse nota eorum, quæ de aliquo prædicantur.

Ois enunciatio constare debet nomine finito, aut infinito.

Ois enunciatio ex nomine & verbo coalescit.

Duo sunt notãda 1.

Duo hic aduertenda sunt; alterum, sub-

QVoniam autem affirmatio enunciatio est quippiam de quopiam significans, hoc autem nomen est, aut id, quod nomine caret, vnum verò id est, aut; de vno dici, quod est in affirmatione, oportet. Dictumq. est autem, quid nam sit ipsum nomen, & quid etiam id, quod nomine caret. Ipsum enim non homo non nomen, sed infinitum nomen appello. Infinitum enim nomen vnum quodammodo significare videtur, quemadmodum & non valet non verbum, sed infinitum nuncupo verbum. Omnis affirmatio profectò, & negatio, aut ex nomine, & verbo, aut ex infinito nomine, verboq; constabit: namq; absque verbo nulla est affirmatio sanè, neque illa negatio. Etenim vel erat, vel fuit, vel erit, & quæcunque alia sunt huiusmodi verba, ex numero sunt eorum, quæ possita sunt: significant enim insuper tempus. b Quare prima est affirmatio, atque negatio, homo est, homo non est. Deinde non homo est, non homo non est. Rursus omnis homo est, non omnis homo est, omnis non homo est, non omnis non homo est. Eadem est ratio, & de tempore exacto, atque futuro. c Cum autem ipsum est tertium, insuper prædicatur hoc pacto, homo iustus est. Vbi ipsum est tertium, dico componi nomen, aut verbum in affirmatione, dupliciter enim ipsa oppositiones dicuntur. Quare quatuor ob id ipsum erunt hæc, d quorum duo quidem

Digitized by Google

ſub affirmatione intellexiſſe Ariſtotelem etiam negationem ſimplicem; eſt enim vtriuſque eadem ratio, & in vtramque cadit propoſitionis deſcriptio: alterum, cum ait omnem enunciationem conſtare, nomine, & verbo, intelligere, non ſolum formaliter, ſed etiam virtute; quod addimus propter has propoſitiones; currere eſt moueri, pœnitet me; in prima enim ſupplent infinitiua nominum vicem, vt ſæpe faciunt apud Latinos; in ſecunda virtute eſt vocabulum pœnitentia: eſt enim eius ſenſus pœnitentia eſt in me.

Enũciationũ finitarũ & infinitarũ oppoſitionẽ oſtẽdit.

b *Quare prima eſt.*] Inſinuata diuiſione enunciationum in infinitas, & finitas, incipit oſtendere earum oppoſitionem à ſimplicioribus ordiendo; vtitur verò particula illatiua, quia dixerat proximè, orationes conſtare non modò verbo, ſed etiam verbi caſibus, vnde ſubinfert, primam oppoſitionem eſſe in ijs quæ conſtant verbo, quamuis illud [prima] referri poſſit ad oppoſitionem enunciationum tertij adiacentis. Duplicem ergo ſtatuit oppoſitionem in propoſitionibus de verbo Eſt ſecundo adiacente, quæ ſimpliciores ſunt: vna, cum vterque terminus eſt finitus in vtraque enunciatione, vt homo eſt, homo non eſt: altera, cum ſubiectum vtriuſque eſt infinitum, vt, non homo eſt, non homo non eſt. Eadem, inquit, oppoſitio fieri poteſt in vniuerſalibus; vt omnis homo eſt, non omnis homo eſt, omnis non homo eſt, non omnis non homo eſt, & in ijs, quæ conſtant verbo præteriti, aut futuri temporis.

In propoſitionib. de ſecũdo adiacente duplex eſt oppoſitio.

Duplex eſt oppoſitio propoſitionum de tertio adiacẽte.

c *Cum autem ipſum eſt.*] Enumerat oppoſitiones enunciationum de verbo Eſt tertio adiacente, aſſeritque, duas in primis eſſe accepto ſubiecto finito, variato prædicato penes finitum, & infinitum; altera igitur erit finitarum enunciationum, vt homo eſt iuſtus, homo non eſt iuſtus, altera infinitarum ratione prædicati, vt, homo eſt non iuſtus, homo non eſt non iuſtus: ex quibus patet, in his duabus oppoſitionibus eſſe quatuor propoſitiones ſeruato ſemper ſubiecto finito, & variato prædicato.

Quo pacto inter ſe afficiantur enũciationes finitæ, & infinitę.

d *Quarum duæ quidem.*] Secundum Porphyrium, Boetium, & Albertum docet, quo pacto affectæ ſint inter ſe enunciationes finitæ, & infinitæ, quo ad rationem conſequentiæ; primò igitur docet, infinitas ita ſe habere, vt affirmatiua infinita inferat negatiuam finitam, non verò affirmatiuam, & infinita negatiua inferatur ab affirmatiua finita, non aũt à negatiua, quod declarat exemplo enunciationum priuatiuarum, id eſt, conſtantium prædicato priuatiuo, vt homo eſt iniuſtus, homo non eſt iniuſtus; quemadmodum, inquit, affirmatiua priuatiua infert negatiuam finitam, & non affirmatiuam, vt, homo eſt iniuſtus; ergo homo non eſt iuſtus, ſic affirmatiua infinita infert negatiuam finitam, veluti, homo eſt non iuſtus; ergo homo non eſt iuſtus; rurſum, vt negatiua priuatiua infertur ab affirmatiua finita, & non à negatiua, verbi cauſa, homo eſt iuſtus; ergò homo non eſt iniuſtus;

dem ſic ſe habebunt ad affirmationem, negationemve ſimilitudine rationis, vt ipſa priuationes. e *Duo verò non.*

f *Nam ipſum eſt, aut iuſto addetur, aut non iuſto: quare & negatio ſimiliter addetur, quatuor igitur erunt. Intelligamus autem id, quod dicitur ex his ſce, quæ hic ſubſcribuntur. Homo iuſtus eſt, huius negatio eſt, homo iuſtus nõ eſt: homo non iuſtus eſt; huius negatio eſt, homo non iuſtus non eſt. Hic enim ipſum eſt: & item non eſt, iuſto, & non iuſto adiungitur. Hæc igitur ſic ordine poſita ſunt, vt in reſolutiuis dictum eſt.*

g *Simili modo ſeſe habebit oppoſitio, etſi nominis vniuerſaliter ſit affirmatio: veluti: omnis homo iuſtus eſt, huius negatio eſt, non omnis homo iuſtus eſt: Omnis homo non iuſtus eſt: huius etiam negatio eſt, non omnis homo non iuſtus eſt.*

h *Attamen non ſit, vt ſimiliter ea, quæ per diametrum collocantur ſimul ſint vera: ſed ſi nonnunquam.*

Omnis homo iuſtus eſt.
Non omnis homo iuſtus eſt.

Non

flus;ſic etiam negatiua infinita colligitur ab affirmatiua finita, vt homo eſt iuſtus;ergo homo non eſt non iuſtus;quæ omnia conſpicua ſunt in ſubſcripta figura.



Quid ex priuatiua enũciatione affirmãte infertur & quid ex affirmatiua finita.

e *Duo verò non*] Confert nunc finitas cum infinitis, docetque, non ita ſe habere ad infinitas, vt priuatiuæ ad eaſdem infinitas. Nam ex priuatiua affirmante ſequitur infinita affirmans, non negans, verbi cauſa, homo eſt iniuſtus, ergo homo eſt non iuſtus: at ex affirmatiua finita nõ poteſt ſequi affirmatiua infinita, ſed negatiua: neque enim ſequitur, homo eſt iuſtus, ergo homo eſt non iuſtus, ſed; ergo homo non eſt non iuſtus. Rurſum priuatiua negans colligitur ex infinita negante, vt, homo non eſt non iuſtus, ergo homo non eſt iniuſtus; cum interim negatiua finita nõ ſequatur ex infinita negatiua, ſed ex affirmatiua, quia non ſequitur; homo non eſt non iuſtus; ergo homo non eſt iuſtus; benè autem ſequitur, hõ eſt nõ iuſtus; ergo non eſt iuſtus, quod videre eſt in ſubiecta tabella.

Non omnis homo iniuſtus eſt.
Omnis homo iniuſtus eſt.
Non omnis homo non iniuſtus eſt.
Omnis homo non iuſtus eſt.

Quid ex infinita negante.

Probat, quattuor eſſe enunciationes de verbo eſt.

f *Nam ipſum eſt*] Probat, quod ante propoſuerat, quattuor eſſe enũciationes de verbo Eſt tertio adiacẽte, variato prædicato penes finitum, & infinitum; nam verbum eſt, aut ſumitur affirmatum, aut negatum; ſi affirmatum, addi poteſt prædicato finito,

i *Hæ igitur duæ ſunt oppoſitæ: aliæ verò duæ ſunt rurſus, cum non homo tanquam ſubiectum quoddam accipitur: vt, non homo iuſtus eſt, non homo iuſtus non eſt: non homo non iuſtus eſt, non homo non iuſtus non eſt. Atq; plures his propoſitiones non erunt. Hæ verò ſeorſum ab illis: ipſa, per ſe ipſas erunt, cum, non homo tanquam nomine vtuntur, vt patet.*

K *Quibus autem non accommodatur, eſt ipſum, vt, cum hæc ponuntur, valet, ambulat, & iſtiuſmodi cetera: in iiſdem facit, hoc pacto poſitum: ac ſi eſt ipſum, adiungeretur: vt valet omnis homo; non valet omnis homo: valet omnis non homo, non valet omnis non homo.*

Digitized by Google



Quo pacto describantur enunciationes.

finito, & infinito, vnde consurgent duæ propositiones; si negatum, similiter addi potest finito, & infinito prædicato, & emergent aliæ duæ, vt consideranti planum est. Addit, eas ita describendas, vt dictum est in fine primi Priorum; hoc scilicet modo; sub affirmatiua finita ponitur negatiua infinita, & sub negatiua finita affirmatiua infinita; collocatur verò hoc modo, vt facilior fit cognitio illationis, quem ordinem seruauimus in priori tabella; in posteriori seruauimus oppositum, vt appareret, quę se non inferunt, quod tibi ostendere conabamur.

Præcedentes propositiones fieri possunt in terminis vniuersalibus.

¶ *Similiter modo.*] Docet, dato quatuor propositiones, quas in terminis indefinitis hactenus ostendit, fieri posse in terminis vniuersalib. inter quas eadem seruabitur oppositionis lex, quod manifestum est in subiecta figura. Aduertendum tamen est ex forma, qua Aristoteles præfigit negationem his propositionibus de subiecto vniuersali, rectè colligi, ipsum nolle omnes esse de subiecto vniuersali vniuersaliter accepto, sed affirmatiuas de subiecto vniuersaliter

¶ *Non enim dicendum est, non omnis homo sed negationis nota: ipsum, inquit, non addendo est huic termino homo. Omnis enim non: significat ipsum vniuersale: sed vniuersalis prædicationis ἀφωνία: quod quidem ex his patet: homo valet, homo non valet: non homo valet, non homo non valet: hæ enim abillis ex eo differunt, quia non dicunt vniuersaliter. Quare omnis, vel nullus nil aliud significare videtur, quàm affirmationem, aut negationem vniuersaliter dici: vtrum igitur eadem sunt addenda.*

¶ *Cum autem huic affirmationi, omne animal iustum est, ea negatio sit contraria, qua significat, nullum animal esse iustum, patet, hos quidem nunquam esse simul veras; oppositas autem his veras simul nonnunquam esse, vt, nõ omne animal est iustum, & est aliquod animal iustum. At hæc, nullum est homo iustus sequitur hanc, omnis homo non iustus est. Hæc etiam, non omnis homo non iustus*

ter accepto, negatiuas de eodem particulariter ſumpto. Etenim præponit negationem ante ſignum omnis, idem autem valet, non omnis, atque aliquis; quare nos in tabella ſignis vtimur particularibus. Sapienter deinde facit affirmatiuas vniuerſales, & negatiuas particulares, ſi enim oppoſitum feciſſet, non valeret conſecutio, vt in præcedentibus; quia non ſequitur, quidam homo eſt iuſtus, ergo nullus homo eſt non iuſtus.

Omnis homo eſt iuſtus. — Finitæ. — Aliquis homo non eſt iuſtus.

Nullus homo eſt iniuſtus.

Aliquis homo non eſt iuſtus. — Priuatiuæ — Omnis homo eſt iniuſtus.

Nullus homo eſt iniuſtus.

Aliquis homo non eſt non iuſtus.

Nullus homo eſt non iuſtus. — Infinitæ. — Omnis homo eſt non iuſtus.

Perſiſtēte ſubiecto infinito, & mutato prædicato fieri poſſunt aliæ oppoſitiones.

h *Animum non ſit*] Dixerat, has quatuor vniuerſales eodem modo ſe habere, atque indefinitas; nunc diſcrimen conſtituit; nam in prima tabella omnes anguli; hoc eſt, quæ per Diametrum collocantur, poſſunt eſſe veræ, vt in ipſa figura patet; in ſecunda, quæ inter noſtras eſt tertia, non ſimiliter, id eſt, non omnes, ſed ſolæ particulares, vt, non omnis homo eſt iuſtus, non omnis homo eſt non iuſtus; nam vniuerſales contrariæ ſunt, vt, omnis homo eſt iuſtus, omnis homo eſt non iuſtus.

i *Ha igitur*] Oppoſitiones hactenus explicatæ fiunt ſeruato ſemper ſubiecto finito, & variato prædicato penes finitum & infinitum.

iuſtus eſt, qua quidem eſt illi oppoſita, ſequitur illam eſt aliquis homo iuſtus: neceſſe eſt enim aliquem eſſe.

n *Patet etiam in ſingularibus quidem, ſi verum eſt, interrogatum negare: affirmare etiam verum eſſe: veluti eſtne Socrates ſapiens? non: Socrates ergo non ſapiens, eſt. In vniuerſalibus autem non eſt ea vera, quæ ſimiliter dicitur, ſed eſt negatio vera, velut, eſtne omnis homo ſapiens? non, ergo omnis homo non ſapiens eſt; hoc enim eſt falſum: ſed illud eſt verum: ergo non omnis homo ſapiens eſt: atque hæc quidem eſt ea, quæ opponitur: illa verò eſt ea, quæ eſt contraria. Ea autem,*

Docet, fieri posse duas alias subiecto persistente infinito, & mutato prædicato secundum finitum, & infinitum, in quibus eadem consecutionis lex obseruetur hoc pacto, non homo est iustus, non homo non est iustus, nō homo est non iustus, non homo non est non iustus; pari modo in vniuersalibus. Monet, inter has duas oppositiones, & priores non esse consecutionis legem, id enim significant illa verba, [hæ verò seorsum ab illis ipsæ per se ipsas erunt] rationem assignat ex diuersitate subiectorum.

quæ infinita sunt nomina, verbum: sunt quæ opposita vocibus hisce, quæ sunt nomina atque verba, vt non homo, nō iustus: & huiusmodi voces, siue nomine, verboque vtebuntur esse negationes: ni nō sunt, semper enim necesse est, negationē esse veram, vel falsam. At hisce, qui dixit, non homo, non magis, quam is, qui protulit homo: sed minus potius verum, vel falsum aliquid dixit: nisi quippiam ipsi addiderit.

o *Hæc autem, est omnis non homo iustus, nihil idem, quod nulla illarum significat: nec tamen ea, quæ est ipsi opposita: non est, inquam, omnis non homo iustus. At hæc, omnis non homo non iustus est, idem quod illa significat, nullus non homo iustus est.*

Quid in secūda capitis parte docet.

K *Quibus autem non.*] In hac secūda capitis parte ostendit, in propositionibus constantibus verbo adiectiuo, vt homo valet homo ægrotat, fieri posse easdem oppositiones, quæ in propositionibus de verbo est, intelligē secundo adiacente; vt enim rectè Boetius, etsi verbum adiectiuum æquipolleat verbo est, tertio adiacente, secundum formam similius est eidem secundo adiacenti. Porro oppositiones erunt altera constans vtroque extremo finito, vt omnis homo valet, non omnis homo valet, altera persistente prædicato finito, & variato subiecto penes finitum, & infinitum, veluti omnis non homo valet, non omnis non homo valet.

Boet.

Dubium. Arist.

Cur autem non faciat Aristoteles oppositiones variato verbo penes finitum, & infinitum; facilem rationem reddent, qui existimant, verbum in Oratione non manere infinitum, nos eam assignamus, quia vix discerni potest, an verbum sit negatum, an infinitum, vnde, quæ constant verbo infinito, etsi fieri possint, vt supra ostendimus, in vsu non sunt.

Regula ad reddēdum subiectum infinitum.

l *Non enim.*] Monet, in reddendo subiecto infinito eam seruandam esse regulam, vt particula negatiua non addatur signo vniuersali, sed subiecto post signum constituto, verbi causa, dicendum non est; non omnis homo valet, sed omnis non homo valet rationem assignat, quia subiectum significat rem vniuersalem, signum solum est nota vniuersalis prædicationis.

Nonnulla probat, & exponit, quodantea assumpsit.

m *Cum autem huic*] Tradita doctrina, quæ erat scopus huiusce capitis, nōnulla explicat in hac tertia parte, quæ ad illius confirmationem desiderabātur. Primò igitur probat, quod ante dixerat, quasdam enunciationes per Diametrum pugnantes in tabella vniuersalium posse esse simul veras, alias minimè, cuius rei gratia memoratis legibus contrariarū, & subcontrariarū sic arguit: si hæ propositiones ex Diametro respondentes: omnis homo est iustus, omnis homo est non iustus, possent esse simul veræ; cum posterior inferat hanc negatiuam, omnis homo non est iustus, seu nullus homo est iustus, quæ est contraria prioris, darentur duæ contrariæ simul veræ. Deinde ostendit, has, non omnis homo est iustus, non omnis homo est non iustus, quia per Diametrum opponuntur, esse simul veras, argumentaturque hoc modo; hę sunt simul verę; aliquis homo est iustus, non omnis homo est iustus, quia sunt subcontrariæ in materia contingēti; sed ex priori infertur hæc, non omnis homo est non iustus, ergo illæ duæ erunt veræ.

Ex negatiua finita affirmatiua infinita deducitur.

n *Patet etiam.*] Docet, enunciationibus singularibus rectè colligi infinitam affirmatiuam ex negatiua finita; si enim roganti, an Socrates sit sapiens, aliquis responderit, non, id est, non est sapiens, continuò licebit inferre, ergo est non sapiēs; secus res se habet in vniuersalibus: si n. quis roget,

an

an omnis homo ſit ſapiens, aliuſq. reſpondeat, non; haud congruè inferetur ex negatione vniuerſalis affirmatiua, de prædicato infinito, verbi cauſa; omnis homo eſt non ſapiens. Quę in hoc textu ſequuntur, oſtendunt, nomen, aut verbum infinitum non efficere negationem, id eſt, negatiuam enũciationem, quæ ſunt clara vſque ad illa verba.

o *Hæc autem*] Repetit, quod ſupra dixerat, enunciationes de verbo eſt tertio adiecto, & ſubiecto infinito non habere habitudinem conſecutionis cum enunciationibus de ſubiecto finito ob ſubiectorum diuerſitatem; & explicat exemplo. Nam omnis non homo eſt iuſtus, non omnis non homo eſt iuſtus, nullam habet legem conſequentiæ ad alias de ſubiecto finito; vt omnis homo eſt iuſtus, aut omnis homo eſt non iuſtus. Dixerat, pari modo enunciationes de ſubiecto infinito inter ſe habere eandem conſequutionis legem, quam ſeruant de ſubiecto finito, eò quod habeant idem ſubiectũ, vt, omnis non homo eſt non iuſtus, aliquis non homo eſt iuſtus, quæ patent in ſubiecta figura.

Nomen, & verbũ, & licet trãſponantur, idẽ ſignificãt.

p *At enim nomina*] Poſuit ſæpius in hoc capite Ariſtoteles ſubiectum ante prædicatum, & nomen poſt verbum, quod alicui dubitationem ingereret, docet nunc, hæc vocabula, quantumuis tranſpoſita, idem ſignificare, hoc eſt, eundem ſenſum efficere; intellige, ſi vocum ſitus tãtum mutetur ſeruata eadem intelligentia; ſi.n. formaliter mutẽtur terminι, vt id, quod erat prędicatũ, manat ſubiectum, vel è contrario, alius eſt propoſitionis ſenſus, vt Ammonius, Caietanuſq. declarant. Probat igitur, quod dixerat, ſi, Petrus eſt albus, albus Petrus eſt, nõ eſſent eadẽ enunciatio, ſequeretur, vni affirmatiuæ plures negatiuas opponi, quod

Ammon. Caiet.

p *At enim nomina & verba tranſpoſita idem ſignificant: veluti, albus homo eſt, homo albus eſt. Nam, ſi ita non ſit, eiuſdem affirmationis plures erunt negationes: at demonſtratum eſt, vnam oppoſitam eſſe vni: huius enim, albus homo eſt, negatio eſt, albus homo non eſt, huius autem, homo albus eſt, ſi non eſt idem, quod iſta, albus homo eſt: aut hæc erit negatio, non homo albus non eſt, aut iſta, homo albus non eſt, at altera quidem negatio huius eſt, non homo albus eſt, altera verò negatio huius, albus homo eſt. Quare affirmationis vnius duæ erunt negationes. Patet igitur, eandem affirmationem ſieri negationemve, ſi nominis poſitio, verbique mutetur.*

impossibile esse ostendit, cap. 6. libri superioris. Illationem probat, quoniam huius affirmationis, albus Petrus est, negatio est hæc, albus Petrus non est, negatio verò huius, Petrus albus est, si non sit eadem cum priori, vel erit hæc, non Petrus albus non est, vel hæc, Petrus albus non est: sed non esse primam, patet, quia habet subiectum infinitum, ergo erit secunda; sed secunda est contradictoria illius, albus Petrus est, repugnat enim in veritate, & falsitate; ergo si nomina, & verba transposita idem non valent, huius affirmationis, albus Petrus est, duæ erunt negationes, albus Petrus non est, & Petrus albus non est; assumpsimus in hac probatione subiectum singulare, vt res planior esset, quamuis Aristoteles vtatur vniuersali.

QVAEST. VNICA.

VTRVM RECTE, SE habeant, quæ de consequentijs tradita sunt à Philosopho.

ARTICVLVS I.

VTRVM EX NEGATIVA DE praedicato finito colligatur affirmatiua de praedicato infinito.

Negatiua pars nititur his rationibus.

EST inter ceteras consequentias ab Aristotele commemoratas hæc in primis dubia & propter rem ipsam, & propter Aristotelis auctoritatem. Partem igitur, quæ negat, consecutionem à negatiua ad affirmatiuam variato prædicato penes finitum, & infinitum esse bonam, suadetur primò ex Aristotele primo Priorum, capit. vltimo: vbi, cum aperte asserat, valere consequentiam ab affirmatiua ad negatiuam, negat, eoqui illationem à negatiua ad affirmatiuam, adhibetque exemplum; hæc, inquit, vera est; Socrates non est lignum album; hæc verò falsa; Socrates est lignum non album, Secundò, hæc est vera; homo, quatenus homo, non est albus; hæc autem falsa; ergo homo, quatenus homo, est non albus. Tertiò ad veritatem propositionis affirmatiuæ de prædicato cõtingenti requiritur existentia subiecti iuxta Dialecticorum regulas; ad veritatem verò negatiuæ ea non exigitur; ergo, si quis nunc

1 Aristot.

2

3

dicat; Adamus non est albus, rectè enunciabit, inde tamen falsò colliget; ergo Adamus est non albus, quia non albus est prædicatum contingens deposcens Adami existentiam. Videtur hæc sententia iuxta mentem Porphyrij, Boetij, Alberti, & S. Tho. qui exponentes illa verba huius capitis, quorum duo quidem sic se habebunt, volunt, Aristotelem significare, duas affirmatiuas alteram finitam, alteram infinitam inferre negatiuas, non è conuerso. Porphyr. Boet. Albert. D. Thom.

Affirmatiua est præferenda.

Dicendum nihilominus est, & Aristoteli, & rationi magis consentaneum esse, prædictam consequentiam esse optimam. In primis Aristoteles in penultimo textu huius capitis apertè docuit, in singularibus valere consequentiam ab hac negatiua; Socrates non est sapiens, ad hanc infinitum, Socrates est non sapiens. Deinde in cap. vltimo primi libri Priorum ait, de quauis re verũ esse, quod sit æqualis, aut non æqualis, non verò, quod sit æqualis, aut inæqualis, sed de re non existente falsum est dicere, quod sit æqualis; ergo verum erit dicere, quod sit non æqualis. Tertiò, de quocunque, & in quouis statu negatur vnus terminus contradictorius, alter verò affirmatur; sed de re non existente nõ dicitur, quod sit alba; ergo verè dicetur, ꝙ sit non alba; hæc enim de causa docuit Aristoteles in c. de Oppositis, contradictoria nullius cõparatione medium sibi vendicare. Quartò. Hæ propositiones. Chimæra est non ens; hippocentaurus est non existens, ab oĩbus

1

2

3 Arist.

4

vt

vt veriſſimæ concedantur, ergo prædicatum infinitum, vt de ſubiecto affirmetur, non poſtulat exiſtentiam; quod erat præcipuum fundamentum alterius partis. Si igitur aliqui Autores aſſeruerint, prædicatũ infinitum poſſe affirmari de re non exiſtente, hi noſtram defendent ſententiam. At illud ſupponit Caiet. 1.p. quæſt. 14. art. 13. & recentiores Theologi omnes eo loco.

Caiet.

Quædam ſunt aduertenda.

Tria tamen obſeruanda ſunt, vt propoſita conſequentia vim habeat. Primum, vt ſi enunciatio negatiua particularis extiterit, non inferatur affirmatiua vniuerſalis; neque enim ſequitur, aliquod animal non eſt homo; ergo omne animal eſt non homo. Secundum, vt prædicatum negatiuæ ſit ſimplex; nam ſi coniunctum fuerit, non ſemper ſequetur affirmatiua; vt non ſequitur; Socrates non eſt homo volans; ergo Socrates eſt non homo volans, quia ſenſus ſecundæ eſt, Socratem eſſe animal volatile. Tertium, ne habeat enunciatio particulam reduplicatiuam, quatenus, per ſe, &c. Aliter falſa erit conſecutio, vt homo, quatenus homo, non eſt albus, ergo homo, quatenus homo, eſt non albus; prima enim eſt vera, quia homo non deposcit natura ſua albedinem: ſecunda falſa, quia homo, qua homo, albedinem non reſpuit, ſed indifferenter ad eam ſe habet.

1

2

3

Soluũtur argum. Ad 1. & 2. reſponſio.

Ex his nullo negotio ſatisfit propoſitis argumentis. Primum enim, & ſecundum ex ſecunda, & tertia obſeruatione diſſoluentur; quia in altero additur prædicatum coniunctum, de quo tantum negat Ariſtoteles, eo loco valere conſequentiam: in altero eſt particula reduplicatiua.

Ad 3.

Ad tertium negandum eſt cum Theologis, quos citauimus, eſſe neceſſariam exiſtentiam realem ſubiecti ad affirmandum de illo prædicatum negatiuum; intelligitur verò illa Dialecticorum regula de prædicatis poſitiuis, nec de omnibus, ſed de intrinſecis: nam pleraque extrinſeca de re non exiſtente affirmantur, vt Adamus eſt cognitus, Antichriſtus eſt odio habitus. Non diſſitemur id, quod apud Porphyrium capit. de accidente docuimus: & Ariſtoteles hoc capite inſinuauit, priuationes haud affirmari poſſe de non exiſtente, ſed hoc prouenit ex potentia ad formam, quam priuatio importat; & eſſe non poteſt in re non exiſtente. Inſtes, quando negatio affirmatur de ſubiecto, ſumitur per modum formæ; ſed reſpectu ſubiecti non exiſtentis nihil habere poteſt formæ nomen; ergo negatio non poteſt affirmatiuè enunciari de non exiſtente. Maior probatur, quia verbum, eſt, affirmatum ſignificat, prædicatum eſſe actũm ſubiecti, vt tertio capite ſuperioris libri oſtenſum eſt. Reſpondetur conceſſa maiori diſtinguendo minorem; eſt enim vera de forma reali, non de forma negatiua, aut rationis, quæ non meliorem poſtulat exiſtentiam, quam ipſa habeat. Quod pertinet ad commentationem illorum Autorum, eam non probamus, ſed quam adhibuimus.

Obiectio.

Dilutio.

ARTICVLVS II.

Vtrum affirmatiua enunciatio de prædicato infinito inferat negatiuam finitam.

AFfirmauit Ariſtoteles tum hoc capite, tum libro primo Priorum, capit. vltimo, cuius ſententiam vtpote veram, & à ceteris Expoſitoribus approbatam, hac ratione poſſumus confirmare; ſi hæc non eſſet bona conſequutio; Socrates eſt non albus; ergo Socrates non eſt albus; oppoſitum conſequentis poſſet ſtare cum antecedente, ſcilicet, Socrates eſt albus, vnde veræ ſimul eſſent hæ propoſitiones: Socrates eſt non albus, Socrates eſt albus, quod fieri non poteſt; conſtant enim terminis contradictorijs, qui de eadem re ſimul affirmari nõ poſſunt, vt cum Ariſtotele docuimus in c. de Oppoſitis, & c. 6. ſuperioris libri. Sunt tamen diligenter obſeruandæ duæ cõditiones. Prima, vt negatiua, quæ inferatur,

Affirmatiua pars approbatur. Ariſt.

Duæ conditiones tradũtur.

1

Digitized by Google

fertur, non sit vniuersalis, si affirmatiua particularis erat, quam expressit hoc loco Aristoteles, & ex eo colliges, quod à particulari vera ad vniuersalem nunquam valeat consequentia.

Arist.

2 Secunda conditio est, vt totũ prædicatum infinitè reddatur infinitum, hoc est, totum afficiatur à negatione; si namque pars aliqua non attingatur à negatione, inepta euadet illatio; verè quippe dixeris, Petro videnti equum, & hominem, Petrus est videns non hominem; incongruè tamen inferes, ergo Petrus non est videns hominem, cum statuerimus, ipsum videre hominẽ; causa deceptionis est, quia totum prædicatum primæ est videns hominem, & negatio postremam tantùm eius partem attingit in infinita; vtramque verò in negatiua. Simili de causa non sequitur; Petrus potest esse nõn iustus, ergo Petrus nõ potest esse iustus; nam in priori non negatur totum prædicatum, quod est, esse iustus. Idem cernitur in hac; in fluuio sunt non pisces; ergo in fluuio non sunt pisces.

Obiectio. At obijcies, si illa consecutio perpetuò valeat, dabuntur duæ contradicentes simul veræ; nam hæ sunt verę in nunc æternitatis; Adamus est sedens, Adamus est non sedens; ergo si ex secunda inferatur negatiua, Adamus non est sedens, veræ simul erunt, Adamus est sedens, Adamus non est sedens. Maior à nemine negatur, cum enim æternitas complectatur omnes differentias temporis, in quarum vna Adamus sedit, & in alia non sedit, non est maior ratio, cur de illo affirmetur sessio ratione vnius differentiæ, quam non sessio ratione alterius. Ad hanc difficultatem respondet Caiet. 1.p.q.14.ar.13. & Durand. in 2.d.2.q.3.nu.12. consecutionem esse bonam, incommodumque non esse, duas contradicentes in æternitate esse veras; sed reijciuntur quo ad hoc secundum à ceteris Theologis, vel ea ratione, quod negatio habet vim distribuendi propositionem, & ex natura sua tollit omnia, quæ post se inuenit: quare, qui negat Adamum in æternitate sedisse, ait, in tota æternitate nunquam sedisse, quod supposita prima propositione falsum est. Alij igitur fatentur, non esse mirum, si non valeat regula Aristotelis in æternitate, cum ille de tempore tantum sit loquutus: & huiusmodi Autores addunt ad duas conditiones supra commemoratas hanc tertiam, quod non fiat consequentia importante verbo durationem æternitatis.

Caiet. Durand. Responsio Caietani ac Durãdi proponit, & repudiatur.

Quorũdã solutio.

Nobis, etsi hæc non displiceant, duo tamen hac in re statuẽda videntur. Primum sit, verbum est (idem iudicium esto de ceteris) simpliciter prolatum non connotare æternitatẽ, sed nostrum tempus; importat enim tempus vt mensuram sui significati, quod se habet per modum actionis; actio verò, ad quam significandam verbum imponitur, aut tempore, aut instante nostri temporis mensuratur: hoc non tollit, quin aliquando ratione prædicati determinetur ad consignificandam æternitatem, vt in his propositionibus; Deus Pater est generans, Deus Filius est genitus. Secundum, quod statuimus, est, si verbum accipiatur speciatim, prout connotat æternitatem, eodem modo loquendum esse de illis propositionibus atque de his; Petrus fuit sedens, Petrus fuit nõ sedens, supposito quod heri sederit, nudius tertius non sederit.

Primũ pronunciatũ.

Secundum pronunciatum.

Ex infinita enim benè infertur negatiua; Petrus non fuit sedens, si accipiatur pro eadem differẽtia temporis, quamuis si negatio absolutè sumatur pro toto tempore præterito, non sit apta consequutio. Pari modo si verbum, Est, in negatiua, Adamus non est sedens, connotet æternitatem, vt respondentem illi differentiæ temporis, in qua Adamus est non sedens, vera erit, si pro tota æternitate, falsa. Dices, æternitas est duratio indiuisibilis, ergo vel simpliciter in ea est falsa, Adamus non sedit, vel simpliciter vera. Respondetur, virtute esse indiuisibilem, quatenus successiuè respondet varijs temporibus, idque

Veràsolut.

Dubium.

Expeditio.

Digitized by Google

que sufficere, vt accipi possit vel adæquatè, vt respondet omnibus, & ita erit negatio falsa, vel inadæquatè; & ita erit vera, quemadmodum infinita. Fortasse hoc voluerunt Caietanus, & Durandus, qui hoc secundo loco adhibebant tertiam conditionem; quam nos alio modo assignandam putamus, scilicet, vt verbum connoteteandem temporis differentiam, quam idcirco exprimere non oportuit, quia per se in consequentijs omnibus, & oppositionibus intelligitur.

Caiet. Durand. Tertium pronunciatum.

EXPLANATIO CAPITIS SECVNDI.

SVMMA CAPITIS.

Quid sit extremum coniunctũ

DIsputat Aristoteles in hoc capite de secunda Enunciationum diuisione in eas, quę constant extremo coniuncto, & quæ eodem constant diuiso, seu simplici. Illud extremum censetur hoc loco coniunctum, quod plures habet terminos, qui per se prædicari possint. Tres porro sunt huius capitis partes; in prima distinguit Aristoteles enunciationem simplicem à coniuncta: in secunda docet, quando valeat consecutio à diuisis ad coniuncta; in tertia, quando sequatur à coniunctis ad diuisa.

COMMENTARIVS.

CAPVT II.

Quæ sit enunciatio plures seu complexa.

a *Vnum autem de multis.*] Quoniam enunciatio de extremo coniuncto magnam habet affinitatem cum enunciatione plures, ne quis in eis dijudicandis hallucinetur, exponit, quæ sit enunciatio plures; est inquit, ea, in qua vel vnum de multis, vel multa de vno prædicantur. Idem dicendum erit, si multa de multis prædicentur; si enim multiplicitas ex parte vnius extremi vnitatẽ propositionis aufert, multò magis eã auferet multiplicitas vtriusq..

Quid sit prædicatũ aut subiectum esse vnum.

b *Atque vnum dico*] Explicat, quid sit vnum, quid multa; non est, inquit, vnum prędicatum, aut subiectũ, quod vna voce significatur, nec multiplex, quod indicatur p plures voces, si ex illarũ significatis vnũ cõsurgat, intellige, aut per se, aut per accidens, vt notat Albertus, tract. 1. huius libri, c. 5. vnde hæc enũciatio: Canis latrat, vna nõ est, quia per vnam vocẽ multa diuersa significantur: hæc verò est vna, homo est animal bipes, & mites; q a ex illis fit vna definitio hominis. Dixit verò Arist.

Albert.

Arist.

VNum a autem de multis; aut multa de vno, aut affirmare, aut negare: nisi sit vnum quippiam id, quod ex pluribus illis significatur, non est affirmatio, neque negatio vna.

b *Atque vnum dico, non sit nomen vnum sit positum: non sit autem quid vnum ex illis, velut homo est forsitan, & animal, & bipes, & mite: atque ex his etiam sit vnum quiddam: ex albo vero, & homine, & ambulante non sit vnum.*

c *Quare neque si vnum quippiam de hisce quispiam affirmauerit, vna erit affirmatio: sed vox quidem vna, plures autem affirmationes; neque rursus è contra, si de vno dixerit hæc, sed similiter multa.*

d *Quòd si differendi interrogatio responsionis est positulatio, vel propositionis, vel contradictionis alterius partis: propositio verò contradictionis vnius est pars, non erit ad hoc vna profectò responsio: neque enim est ipsa interrogatio vna, & si est etiam vera. Sed de his est dictum in Topicis. Patet etiam insuper, neque quid est, interrogationem, esse*

dissẽ-

Digitized by Google

ex illis forsan fieri vnum, vt interpretatur Boetius in secunda editione; quia aliàs sumi possunt separata, & tunc multas faciunt enunciationes, aut qua bipes, & mite non sunt propriæ hominis differentiæ, sed earum loco ponuntur. Diximus, oportere ex significatis consurgat vnum per se, aut per accidens; exēplū vnius per se posuit in definitione, vnius verò per accidens exemplum est; Socrates est homo albus; est enim albedo actus hominis; ex actu autem, & potentia fit vnum, non ita res se habet in hac; homo est albus ambulans, quia ambulans non est actus albi; vnde hæc oratio est plures.

Quid sit enunciationem esse multiplicē D. Tho.

c *Quare neque*] Explicuerat præsertim eam enunciationem, multiplicem, in qua multa de vno prædicantur; nunc iuxta Diui Thomæ interpretationem concludit, quando multa de vno affirmantur, non esse vnam orationem, & iterum repetit, nec quando de vno dicuntur multa.

Quo pacto multiplici enunciationi respondū.

d *Quod si differendi*] Docet, his enunciationibus pluribus, cum interrogantur, non vnam, sed plures reddendas esse responsiones; oportet enim, vt responsio in postulationem quadret; siquidem ei tribuitur, quia verò interrogatio est Dialectici magis propria; interserit, quo differat interrogatio logica ab alijs, quod explicabitur, si aduertas, hic non esse sermonem de Logica in tota sua amplitudine, vt partem Topicam, & Demonstrantem cohibet, sed de parte tantum Topica; eiusmodi verò partis peritus in hoc differt à demonstratore, quod hic postulat vnam tantum partem ad eam confirmandam, quia demonstrationes pro vna parte solum fieri possunt. Dialecticus verò, quia vtramque partem ostendere paratus est, (inueniuntur enim pro vtraque parte probabilia argumenta) vtramque partem contradictionis efflagitat, vt, sitne omnis voluptas bonum necne? Ex quibus colligit, interrogationem, in qua petitur, quid hoc sit, vt, quid est homo, Dialecticam non esse, quia non datur respondenti optio cuiuslibet partis; cum altera determinata omninò sit.

Cur in enūciationib. à cōiuncto ad diuisū aliquando valeat consequentia, aliquando non.

e *Cæterum autem eorum*] Vt ostendat in hac secunda parte capitis, quando valeat consecutio ab enunciationibus de extremo diuiso ad vnam de extremo coniuncto, rogat prius, quid sit in causa, cur aliquando valeat, aliquādo nō, quod. n. ita contingat, satis est notū. Nā rectè sequitur; Socrates est animal; Socrates est bipes; ergò Socrates est animal bipes: at non valet; Socrates est Sutor, Socrates est bonus. ergo Socrates est Sutor bonus; quæ igitur erit huius rei causa? ne enim, inquit, sat est, prædicata diuisa rectè affirmari, vt coniuncta enuncientur, aliòqui sequeretur inutilis eorundem prædicatorum repetitio: nam si quis dicat, Socrates est homo, Socrates est albus, ergo Socrates est homo albus, & deinde accipiat hoc totum, homo albus, pro vno, dicatque, Socrates est homo albus, Socrates est albus; nugabitur inferendo, ergo Socrates est homo albus albus, similia exempla adducit plura, quę ex contextu patent.

differendi. nam vt detur interrogationi, oportet, vt eligat, verum velit ipse contradictionis partem enunciare: sed oportet interrogantem distinguendo interrogationem proferre hoc pacto: vtrum hoc sit homo: an non hoc.

c *Cum autem eorum, quæ seorsum prædicantur, alia composita prædicentur: vt vnum omnia prædicatum: alia non prædicentur, quenam sit differentia? de homine namque verè dicitur animal seorsum, & bipes seorsum, & hæc eadem simul, & vnum, & homo rursus, & album seorsum, & hæc eadem simul, & vnum: sed non, si quispiam est sutor, & bonus, sutor dicendus est bonus. Nam si quia verum est seorsum vtrumque: ideo & vtrumque simul verum esse oportet, multa sequentur absurda. De homine namque quopiam verum est dicere & quod est homo, & quod est etiam albus: quare & totum; rursus si album verum est dicere, & totum, quare erit homo albus albus, atque hoc in infinitum abibit. Et rursus coniuncta albus ambulans, & hæc sæpius coniuncta dicentur, quorum*

f Quę

Aliqua ſtatuũtur documenta.

1 f *Que igitur per accidens*] Dum tradit documenta, quibus explicat: quando non valeat conſecutio à diuiſis ad coniuncta. Primum eſt huiuſmodi, quando aliqua prædicantur diuiſim omninò accidentaliter de ſubiecto; non valet argumentatio à diuiſis ad coniuncta; intelligit, omninò per accidens, ita vt non modo prædicentur accidentaliter de ſubiecto nudè ſumpto, ſed etiã prout alterutro eorum informatum eſt, ſiue quando ipſa prædicata de ſe per accidens affirmantur, vt albus, & muſicus, quæ ratione ſolius ſubiecti præter naturam de ſe enunciantur. Ratio huius documenti eſt, quia prædicatum propoſitionis coniunctæ debet eſſe vnum modo antea explicato, ex illis verò accidentib. vnum non fit.

2 g *Preterea nec*] Secundum documentum eſt, quando prædicata diuiſa ita ſe habent, vt vnum includatur in alio, non valet argumentatio à diuiſis ad coniuncta, non quia minimè ſequatur, ſed quoniam eſt nugatoria. vt Socrates eſt homo: Socrates eſt animal; ergo Socrates eſt homo

3 animal. Ex his colliges tertium documentum ad cognoſcendum, quando valeat prædicta conſequentia, nimirum, cum prædicata diuiſa nõ habent ſe merè per accidens, ſed vnum eſt forma, aut quaſi forma alterius, & neutrum includitur in alio, conſequentia eſt idonea.

h *At ſit, vt eadem*] Hæc eſt tertia pars capitis, in qua, vt doceat, quando valeat conſecutio à coniunctis ad diuiſa, eundem ſeruat ordinem, atque in ſuperiori conſequentia. Primò oſtendit, aliquando valere, vt, Socrates eſt homo albus, ergo Socrates eſt homo, Socrates eſt albus: aliquando verò non valere, vt, hoc cadauer eſt homo mortuus, ergo hoc cadauer eſt homo, hoc cadauer eſt mortuum. Duas ergo aſſignat regulas, vt pateat, quando eſt bona conſequutio.

Ad bonitatem conſequẽtiæ cognoſcendã traduntur regulæ.

Prima, quoties in prædicato coniuncto ſunt particulæ ita repugnantes inter ſe, vt eas ſeparatim acceptas ſequatur contradictio, non eſt bona conſequentia, vt patet exemplo cadaueris. Secunda, quoties aliqua pars prædicati coniuncti dicitur de ſubiecto non per ſe, ſed ratione alterius duntaxat, non valet conſequutio, vnde non ſequitur; Homerus eſt Poeta, ergo Homerus eſt, quia particula, eſt, non dicitur nunc de Homero ratione ſui, ſed

ratione

infinitum erit abitio Preterea, ſi Socrates Socrates dicitur atque homo, Socrates Socrates homo dicetur. Etſi ipſe homo ſeorſum & bipes dicitur: & ſimul homo bipes, & homo homo bipes dicetur. Patet igitur, ſi quiſpiam ſimpliciter complexionis ipſas fieri dixerit: multa abſurda inde emergere, verum dicendum eſt nunc, quonam ſint pacto ponenda.

f *Que igitur per accidens prædicantur, aut de eodem, aut alterum de altero, ea non erunt vnum: velut homo, & albus quidem, & muſicus eſt, ſed non vnum eſt album ipſum & muſicum: accidunt enim ambo eidem: neque ſi verè dicetur, album muſicum eſſe: album muſicum vnum quid erit: album enim per accidens muſicum eſt, quare album muſicum non erit quid vnum. Quocirca neque ſutor bonus dicetur ſimpliciter: ſed animal bipes: quippe cum non per accidens hæc de illo dicantur.*

g *Preterea nec ſimul ea dicentur quorum alterum alteri ineſt. Quapropter nec album ſapiens dicetur, neque homo, homo animal eſt, aut bipes. Inſunt enim hæc homini animal, atque bipes.*

h *At ſit, vt eadem verè coniunctim dicantur, atque ſeiunctim; nam aliquem hominem, hominem, aut aliquem albũ hominem: hominem, atque album dicere licet nunc tamen ſemper. Sed cum in eo quod eſt adiunctum, appoſitorum quippiam ineſt, ad quod ſequitur contradictio, tunc non verè, ſed ſecus dicetur vt ſi mortuum hominem, hominem dixeris eſſe. Cum verò non ineſt, verè. At cum ineſt quidem ſemper non verè: cum verò non ineſt, non ſemper verè dicetur? vt Homerus eſt aliquid, velut Poeta. Eſtne igitur, an dicendum non eſt? per accidens enim ipſum eſt prædicatum de Homero: nam quia eſt Poeta, ſed non per ſe de Homero, ipſum eſt prædicatum.*

i *Quare*

ratione Poesis; vel Socrates est magnus Philosophus, ergo Socrates est magnus Socrates; est bonus sutor, ergo est bonus.

3 i *Quare in quibus.*] Colligit ex dictis hanc regulam, qua docet, in quibus euentis consequutio sit bona, quandocunque in partibus prædicati coniuncti nulla est contrarietas, & altera non dicitur de subiecto ratione duntaxat alterius, sed per se, valet consequentia à coniunctis ad diuisa. Deinde regreditur ad vtrumque casum, in quo non est bona illatio; & pro primo ait, repugnantiam partium prædicati coniuncti facile dignosci posse, si adhibeantur earum definitiones; pro secundo ostendit alio exemplo, non valere dictam consequentiam; rectè enim dicimus, hoc est verè opinabile, inde tamen non sequitur, ergo hoc verè est.

i *Quare in quibus prædicationibus, neque contrarietas inest, quod quidem facile discernetur: si pro nominibus rationes dicantur: & per se, & non secundum accidens prædicentur; in hisce coniunctim & seorsum vera prædicatio fiet. Id autem, quod non est, non ex eo verè dicetur eius quippiam esse: quia est opinabile: non est enim ipsius opinio ipsum esse, sed ipsum non esse.*

QVÆSTIO VNICA.

VTRVM APTA SIT reciproca consecutio inter enunciationes de prædicato coniuncto, & diuiso.

Duo explicãda sunt.

PAuca addi possunt in hac quæstione ad ea, quæ Aristoteles docuit in contextu; nonnulla tamen explicanda sunt. Primum illud, quod insinuauit Albertus Magnus tract. 1. huius libri, cap. 5. cum loquimur de consequentia à diuisis ad coniuncta, aliud esse quærere, an verè semper coniungantur, quæ diuisa prædicabantur; aliud, an ex ijs fiat vna enunciatio de extremo coniuncto. Nam in primo sensu videtur semper affirmatiuè respondendum: quia fieri nullo modo potest, vt duæ formæ in hoc instanti verè affirmẽtur de aliquo per distinctas propositiones, & nequeat de eodẽ affirmari per vnam cõpositã; quod manifestũ est vel in exemplo Aristotelis; Socrates est albus. Socrates est musicus; ergo Socrates est musicus albus, vel musicus est albus, verissima enim est illatio; nec Arist. in hoc sensu loquutus est, sed in posteriori, & meritò; agebat enim de enunciatione vna, & Philosophica, quę nõ fit, nisi prędicata sic se habeant, vt ipse docuit, videlicet, vnum sit forma alterius, & neutrũ includat aliud formaliter, siue intrinsecè, siue per necessariã connexionem: dictũ est formaliter, quia virtualis cõtinentia non reddit nugatoriã propositionem, alioqui nugaretur, qui definitionẽ constantem genere, & differentia prædicaret de definito; est .n. differentia virtute in genere. Additũ est, vel intrinsecè, vel per necessariã cõnexionem, propter proprietates: inepte quippè inferas; Socrates est homo, Socr. est risibilis; ergo Socrates est homo risibilis.

Alb. 1

Respondetur q̃stioni in quodã sensu.

Secũdò est notandum, seruata eadẽ formali significatione terminorum non posse non esse optimam illationẽ à coniunctis ad diuisa, si cõstet, quod enunciationis extremum dicatur coniunctum; bifariam .n. intelligi potest, extremum esse cõiunctum; primò, si coalescat ex duplici significato, quocunq. modo duplici, hoc est, siue significet res separabiles, vt homo albus, siue inseparabiles, vt Philosophus magnus; est .n. magnitudo ibi significata modus Philosophiæ, qui modus, vt per se esse nequit absq; qualitate, quã modificat, ita sine illa prædicari nõ potest. Secundò, si componatur ex duobus, quæ in aliquo euentu possint seorsim prędicari: quomodo propriè accipi extremum coniunctum colligitur

2

Bifariã intelligi potest extremum esse cõiunctũ.

1

2

Diſſoluitur difficultas.

piatur poſteriori modo non eſt dubium, quin argumentatio à coniunctis ad diuiſa non habeat inſtantiã: ſi verò ſumatur priori modo, tunc admittenda eſt ſecunda moderatio Philoſophi retenta adhuc formali terminorum ſignificatione, nõ quod falſò affirmentur diſiuncta, ſed quod non poſſint diſiungi, nec per ſe, ſiue verè, ſiue falsò prædicati, quod patet in hoc exemplo; Socrates eſt magnus Philoſophus; nam, magnus, in ea prædicatione ſignificat intenſionem, vel extenſionẽ in Philoſophia, quæ non poteſt abſque Philoſophia ſignificari, nec concipi; ne quiſquam dicat, Socrates eſt intenſus, vel extenſus, prout abſtrahit à qualibet forma.

Quid qui dã Recentiores cenſeãt circa locum Ariſtotelicũ.

Maior dubitatio eſt de exemplo Ariſtotelis; Homerus eſt Poeta, ergo Homerus eſt; ſupponit enim, illam propoſitionem de extremo coniuncto eſſe veram; vbi magnũ ſibi præſidium eſſe putant quidam Recentiores exiſtimantes, verbum, eſt, in propoſitionibus contingentibus ſignificare exiſtentiam. Nam niſi, Eſt, exiſtentiam ſignificet, & ratione illius de Homero prædicetur, non apparet, quomodo illa propoſitio ſit de extremo coniuncto. Alij ex eodem loco oppoſitum oſtendere conantur; ſi enim verbum, Eſt, in illa propoſitione exiſtentiam ſignificaret, ea non admitteretur à Philoſopho tanquam vera, cum nec Homerus, nec Poeſis in illo exiſtat; neutris tamen locus fauet; non prioribus ob rationem modò aſſignatam: nec ſatisfaciunt, qui reſpondent, verbum, Eſt, ſemper ſignificare in contingentibus exiſtentiã non ſemper realem, ſed nunc realem, nunc obiectiuã pro libito accipientis, vel exigentia prædicati, non, inquã, ſatisfaciunt, quia, ſi ita ſe res haberet, non eſſet falſa conſequentia; ergo Homerus eſt; verè enim exiſtit obiectiuè. Non fauet poſterioribus, quatenus dicunt, Eſt, ſignificare nudã copulam, ob rationem prioris ſententiæ, quoniam ſi, Eſt, ſolam denotat connexionem, nõ prædicatur; quare non efficit orationem de extremo coniuncto.

Impugnatur ſecunda.

Fauet ergo locus noſtræ ſententiæ aſſerenti, verbum, Eſt, ſignificare actualitatem, & determinari à prædicato, vt ſit huius, vel illius formæ actualitas, vt libro ſuperiori explicatum fuit. Adduxit verò Ariſtoteles hanc propoſitionem in exemplum cõiunctarum ſolius exẽpli gratia; nam re vera de extremo coniuncto non eſt, niſi eo modo, quo hæc, cadauer eſt homo mortuus; ſignificat enim terminus, homo, in propoſitione non naturam humanam, ſed eius figuram, quia terminus conſequens et aufert ſignificationem naturæ humanæ; ſiquidem mortuum priuatio eſt vitæ. Concludamus igitur, hanc conſequentiam nunquam vitiari, niſi quando mutatur formale ſignificatum alicuius termini.

Verbum, Eſt, ſignificat actualitatem, quæ determinatur à prædicato.

Impugnatur prima reſponſio.

EXPLANATIO CAPITIS TERTII.

SVMMA TOTIVS CAPITIS.

Diuiſio tractationis de Enunc. Modalibus in duas partes.

DIſſerit Ariſtoteles hoc capite de Enunciationibus modalibus, non quibuſcunque, ſed conſtantibus his modis, neceſſe, poſſibile, contingens, & impoſſibile. Diuidit earum tractationem in duas partes; in prima agit de earum oppoſitione, quam, ait, magis attendendam penes negationem modi, quam

Digitized by Google

1. De oppositione illarum.
2. De earūdem æquipollentia.

quam verbi, quod includitur in dicto, verbi causa, hæc repugnare, necesse est hominem esse album, non necesse est hominem esse album. In secunda disputat de illarum æquipollentia, & in prima ostendit, veteres Stoicos non omnino accommodatè descripsisse æquipollentium tabellas, quas proinde in meliorem redactas formam paulò aliter constituit.

Antequam ad explicationem contextus Aristotelici accedamus, monitos esse volumus præceptores, eius intellectum haud facilem fore auditoribus, nisi modalium materia, oppositio, & æquipollentia seorsim explanentur, quod nos idcircò prætermisimus, etsi videamus alios Interpretes non modò Veteres, quibus hæc iucundiora fuerunt, vt Porphyrium, Alexandrum, Auerroem, Boetium, Albertum, D. Thomam; sed etiam Recentiores, quibus paucis ab hinc annis insuauia esse cœperunt: vt Franciscum Toletum, Augustinum Niphum, etsi, inquam, sciamus, hos Autores hoc loco illa omnia inculcare; quoniam nihil desiderari putamus in libro 3. introductionum Petri Fonsecæ, quem non immeritò huius Conimbricensis cursus partem censemus, cum in hac Academia ante annos viginti Philosophiæ auditoribus in ipso statim Philosophici cursus vestibulo explicetur. Ex eo igitur peti volumus, quæ ad exactam huius capitis, & nostrarum in illud commentationum intelligentiam necessaria videbuntur.

Porphyr. Alexand. Auerr. Boet. Albert. D. Thom. Fran. Tol. Aug. Nip.

COMMENTARIVS.

Proponit quoddam dubium.

His autem determinatis] Vt oppositionem harum enunciationum explicet, proponit hanc dubitationē; vtrū modalū contradictio attendēda sit penes affirmationē, & negationem verbi, quod in dicto cōtinetur, an potius secundū affirmationem, & negationem modi? priorem

Prima dubij pars probatur.

partē suadet ex similitudine absolutarū propositionum, in quibus negatione, & affirmatione verbi fit cōtradictio, idq; ostendit facta per varias enunciationes inductione, tam de verbo, Est, quā de ceteris adiectiuis. Posteriorē partem sic confirmat:

Probatur secunda.

si cōtradictio fieret negatione, & affirmatione verbi in dicto cōprehensi, & non potius modi, darentur duæ contradictoriæ simul verę, quod patet in his, Possibile est, Socratem sedere. Possibile est, Socratem non sedere. Hanc approbat, aliisque exemplis illustrat.

Prima dubitationis pars resoluitur.

b *Namque vt in illis*] Vt dissoluat rationem adductam pro prima dubitationis parte, statuit discrimē inter absolutas, & modales enunciationes;

CAPVT III.

His autem determinatis, considerandum est deinceps, quomodo sese habent affirmationes, & negationes ad inuicem huiusce generis: possibile est esse: non possibile est esse, contingens est esse, & non contingens est esse, & de impossibili simili modo, ac necessario. Sunt enim de ipsis dubitationes nonnullæ. Nam si complexionum ea inter sese contradictoriè opponuntur: quæ per esse disconuniuntur, atque non esse. Huius enim, hominem esse, negatio est hæc, hominem non esse, sed non illud, non hominem esse. Eiusdem huius, hominem esse album, hæc est negatio, hominem album non esse, sed non illud, hominem non album esse. Alioquin verè quispiam dixerit, aliquem hominem non album esse, cum quilibet affirmatio sit, aut negatio vera. Et non solum in his ita sit, sed in illis etiam, in quibus esse non additur: idem

facit

tiones; in absolutis enim verbum est appositio, hoc est, prædicatum; cetera, quæ ante illud sunt, subjiciuntur, & ideò contradictio caret in verbi affirmatione, & negatione; in modalibus totum dictum habet locum vnius subiecti, de quo prædicatur modus; & cum negatio, & affirmatio non contradicant, nisi circa prædicatum, fit necessario, vt pones modi affirmationem, aut negationem contradictio modalium spectanda sit.

Quo pacto veteres Stoici propositionum tabellas constituerint.

c *Consequentia quoque*] Iam traditæ modalium æquipollentiam, prius tamen ostendit, quo pacto veteres Stoici tabellas harum propositionũ constituerint. Hæc nimirum ratione.

Prima.

Possibile est Socratem esse hominem.
Contingens est Socratem esse hominem.
Non impossibile est Socratem esse hominem.
Non necesse est Socratem esse hominem.

Secunda.

Possibile est Socratem non esse hominem.
Contingens est Socratem non esse hominem.
Non impossibile est Socratem non esse hominem.
Non necesse est Socratem non esse hominem.

Tertia.

Non possibile est Socratem esse hominem.
Non contingens est Socratem esse hominem.
Impossibile est Socratem esse hominem.
Necesse est Socratem non esse hominem.

Quarta.

Non possibile est Socratem non esse hominem.
Non contingens est Socratem non esse hominem.
Impossibile est Socratem non esse hominem.
Necesse est Socratem esse hominem.

In qua descriptione docet Aristoteles,

facit id, quod pro ipso sumitur esse, non huius, homo ambulat, non est hæc negatio, non homo ambulat, sed hæc, homo non ambulat, nihil enim refert, hominem non ambulare dicere, vel hominem ambulantem esse. Si hæc, inquam, ita sunt, atque vbique dictus modus servatur: huius quam nimirum affirmationis, possibile est esse, hæc erit negatio, possibile non esse: sed non illa, non possibile est esse. At ista videntur & esse, & non esse posse, omne namque quod possibile est secari, vel ambulare, possibile est, & non ambulare, & non secari. Atque causa huius hæc est: omne enim, quod hoc pacto possibile est, nũ semper est actu. Quapropter ipsi competit & ipsius negatio. Potest enim & non ambulare, quod ambulare potest, & non videri, quod potest videre. Atqui has quinque enuntiationes oppositas de eadem sunt vere: non ergo affirmationis huius, possibile est esse, hæc est negatio, possibile est non esse. Fit enim ex his, vt eadem idem de eodem affirmetur, simulatque negetur, eaque non per esse, atque non esse, quæ additorum affirmationes sive negationes sive. Quod si illud fieri nequit, hæc eam vtique exponendum. Huius igitur possibile est esse, hoc est negatio, non possibile est esse, sed non illud, possibile est non esse. Huius etiam contingens est esse, hæc est negatio, non contingens est esse. Eadem & de reliquarum de impossibili, inquam, & necessario.

b *Namque vt in illis esse atque non esse sunt additiones: cetera vero res sunt subiecta, alia album, alia homo, sic & in istis esse quidem atque non esse sunt vt subiecta: posse verò & cetera additiones distinguentes verum & falsum in se ipsis, perinde atque in ipsis ipsum esse, atque non esse facere solent. Huius autem possibile est non esse, negatio est non illud, non possibile est esse: sed hoc, non possibile est non esse. Et huius possibile est esse, non hoc possibile est non esse, sed illud non possibile est esse. Quapropter hæc, possibile est esse, & possibile est non esse, sese minimè sequi videntur. Idem enim possibile est esse, atque non esse: non autem hoc, possibile est esse, & possibile est nõ esse, contradictorie opponũtur: sed illa, possibile est esse, & non possibile*

est

Quæ propositiones rectè collocantur, & quæ nō.

teles, rectè ſeſe habere propoſitiones de poſſibili, contingenti, & impoſſibili: at propoſitiones de neceſſario non omnes eſſe rectè collocatas; quæ enim ſunt in tertia, & quarta figura, ſcilicet, neceſſe eſt non eſſe, & neceſſe eſt eſſe, benè ſunt diſpoſitæ, quia ſequuntur enunciationes ex poſſibili, contingenti, & impoſſibili, quę ſunt in iſidem tabellis; at earum contradictorię videlicet, non neceſſe eſt eſſe, & non neceſſe eſt non eſſe, quæ ſunt in prima, & ſecunda tabella, extra locum ſtatuuntur; nam quę eſt in ſecunda tabella, deſcribenda fuit in prima, & quæ in prima collocata eſt, in ſecunda eſſe debebat. Probat illam propoſitionem, non neceſſe eſt eſſe, collocari non poſſe in prima tabella, ſequeretur enim, aliquā enunciationem inferri ex ſua cōtradictoria, nimirum hanc, non neceſſe eſt eſſe, ex hac neceſſe eſt eſſe, quoniā ex hac, neceſſe eſt eſſe, infertur hæc, poſſibile eſt eſſe, ex qua rurſum infertur hęc, non neceſſe eſt eſſe, vt ais, ponis enim eius æquipollentem in prima tabella; igitur ex illa, neceſſe eſt eſſe, infertur hæc, non neceſſe eſt eſſe, quæ eſt illius contradictoria. Quamobrem dicendum eſt, hanc enunciationem, non neceſſe eſt eſſe, nequire in prima tabella diſponi, cumque neutra earum, quæ ſunt in tertia, & quarta tabella, poſſint cum ea locum commutare, vt Ariſt. oſtendit, ſupereſt, vt eius loco ponatur ea, quæ erat in ſecunda, ſ. Non neceſſe eſt non eſſe, ipſa verò pro illa in ſecūdam reijciatur, quo facto, nullum iam erit incommodum, & in hunc modum quadrata conſtituentur.

Prima.

Poſſibile eſt Socratē eſſe hominem.
Contingens eſt Socratem eſſe hominem.
Non impoſſibile eſt Socratem eſſe hominem.
Nō neceſſe eſt Socr. non eſſe hominē.

Secunda.

Poſſibile eſt Socratem non eſſe hominem.
Contingens eſt Socratem non eſſe hominem.
Non impoſſibile eſt Socratem non eſſe hominem.
Non neceſſe eſt Socratem eſſe hominem.

eſſe, numquā de eodē ſunt ſimul vera, oppoſita namq. ſunt. Ita quoque, poſſibile eſt non eſſe, & non poſſibile eſt non eſſe, nūquā de eodem ſunt vera. Similiter & huius affirmationis, neceſſe eſt eſſe, non hęc, neceſſe eſt nō eſſe, negatio eſt, ſed hęc, nō neceſſe eſt eſſe. Huius autē neceſſe eſt non eſſe, negatio non neceſſe eſt non eſſe: huius etiā impoſſibile eſt eſſe, nō hęc, impoſſibile eſt non eſſe, ſed illa, non impoſſibile eſt eſſe, negatio eſt: at illius impoſſibile eſt nō eſſe, hęc ſanè, nō impoſſibile eſt non eſſe, negatio eſt. Omninò autē, quemadmodū dictum eſt: eſſe quidē, ac non eſſe ponere oportet vti ſubiecta. Hęc autem ad ipſum adiungere eſſe, atq; nō eſſe affirmationē faciendo negationem vtrè. Atq; has oportet exiſtimare oppoſitas eſſe: poſſibile, non poſſibile: contingens, nō contingens: impoſſibile, nō impoſſibile: neceſſariū, non neceſſarium: verum, non verum.

c Conſequentia quoq. cum ratione ſiunt, ſi hoc poſito ponātur: nam illam quidem, poſſibile eſt eſſe, ſequitur hæc, contingens eſſe eſſe, atq; cum illa cōvertitur. Et item ha, nō impoſſibile eſt eſſe, non neceſſe eſt eſſe. At has, poſſibile eſt nō eſſe, contingēs eſt non eſſe, ha ſanè ſequuntur, non impoſſibile eſt non eſſe, & non neceſſe eſt nō eſſe. Illas etiam, non poſſibile eſt eſſe, & non contingens eſt eſſe, ha porro ſequuntur, impoſſibile eſt eſſe, & neceſſe eſt non eſſe. Et illas inſuper, non poſſibile eſt non eſſe, & non contingens eſt non eſſe, hę nimirum ſequuntur, impoſſibile eſt non eſſe, & neceſſe eſt eſſe. Atque id, quod dicitur, ex hiſce, quę hic ordine ponuntur, perſpiciatur.

I.

Poſſibile eſt eſſe.
Contingens eſt eſſe.
Non impoſſibile eſt eſſe.
Non neceſſe eſt eſſe.

II.

Poſſibile eſt non eſſe.
Contingens eſt non eſſe.
Non impoſſibile eſt non eſſe.
Non neceſſe eſt non eſſe.

III.

Tertia.

Tertia.

Non poſſibile eſt Socratem eſſe hominem.

Non contingens eſt Socratem eſſe hominem.

Impoſſibile eſt Socratem eſſe hominem.

Neceſſe eſt Socratem non eſſe hominem.

Quarta.

Non poſſibile eſt Socratem non eſſe hominem.

Non contingens eſt Socratem non eſſe hominem.

Impoſſibile eſt Socratem non eſſe hominem.

Neceſſe eſt Socratem eſſe hominem.

III.

Non poſſibile eſt eſſe.

Non contingens eſt eſſe.

Impoſſibile eſt eſſe.

Neceſſarium eſt non eſſe.

IV.

Non poſſibile eſt non eſſe.

Non contingens eſt non eſſe.

Impoſſibile eſt non eſſe.

Neceſſarium eſt eſſe.

Hæ igitur, impoſſibile eſt eſſe, & non impoſſibile eſt eſſe, has contingens eſt eſſe, & poſſibile eſt eſſe: & non contingens eſt eſſe & non poſſibile eſt eſſe: contradictoria quidem: ſed verſo modo ſequuntur. Affirmationem enim poſſibilis, poſſibile inquam, eſt eſſe, negatio ſequitur impoſſibilis, negationem autem affirmatio. Hanc enim, non poſſibile eſt eſſe, ſequitur hæc, impoſſibile eſt eſſe: nam impoſſibile eſt eſſe, affirmatio eſt: non impoſſibile autem eſſe negatio. At videndum eſt, quomodo ſeſe habent neceſſarij enunciationes: atque patet, non eodem modo ſeſe habere, ſed contraria quidem ſequuntur. Contradictiones autem ſeorſum ſunt collocate: huius, enim, neceſſe eſt non eſſe, non eſt hæc negatio, non neceſſe eſt eſſe. Fieri enim poteſt, vt de eodem ambæ ſint verę: quod enim neceſſe eſt non eſſe, id non neceſſe eſt eſſe. Cauſa autem diſſimilitudinis huius hæc eſſe videtur, impoſſibile enim idem poteſt, quod neceſſarium, cum contrario aſſignatum modo: quod enim impoſſibile eſt eſſe, id non neceſſe eſt eſſe, ſed neceſſe eſt non eſſe: & quod impoſſibile eſt non eſſe, id neceſſe eſt eſſe. Quamobrem ſi illa perinde ſeſe habent, atque poſſibilis, & non poſſibilis, enunciationes eę non eodem modo, ſed contrario modo ſeſe habebunt. Quippe cum neceſſarium, ac impoſſibile non idem ſignificent: niſi verſo modo fuerint aſſignata: quemadmodum diximus. At fieri non poteſt, vt hoc pacto collocentur neceſſarij cõtradictiones: quod enim neceſſe eſt eſſe, id poſſibile eſt eſſe: nam ſi ita non ſit, ſequetur ſanè negatio: quippe cum neceſſe ſit affirmare, aut negare. Quare ſi non poſſibile eſt eſſe: impoſſibile eſt eſſe: impoſſibile eſt igitur id eſſe, quod neceſſe eſt eſſe: quod quidem abſurdiſſimũ eſſe conſtat.

Excitatur dubiũ ab Ariſt.

d *Ambiget autem*] Conſtitutis ijs, quæ pertinent ad huius capitis doctrinam, mouet dubium circa modum concludendi, quo paulò ante vſus eſt, ſcilicet, neceſſe eſt eſſe; ergo poſſibile eſt eſſe; quem primò ita confirmat; ſi rectè non ſequitur; ergò contradictorium conſequentis, videlicet non poſſibile eſt eſſe, verum erit cum antecedente; quod patet eſſe falſum; aut aſſignabit aliud contradictorium, ſcilicet poſſibile eſt non eſſe, quæ tamen æquè pugnat cum illa, neceſſe eſt eſſe. Ex alia parte ſuadet, modum cõcludendi non eſſe idoneum; nã quod poſſibile eſt eſſe, poteſt etiã non eſſe, quare, ſi ex hac, neceſſe eſt eſſe, infertur illa, poſſibile eſt eſſe, aliquod neceſſarium poterit non eſſe. Soluit quæſtionem Ariſt. aſſerendo, modũ concludendi vitioſum non eſſe; ad argumẽtum negat, omne poſſibile poſſe non eſſe; eſt enim poſſibile commune ad neceſſarium, & ad cõtingens.

Soluitur ab eodem.

Ariſt. Vbi Ariſtoteles indicat, eã diuiſionẽ potentiæ, quam tradit 9. Metaph. li. in potentiam indifferentem ad oppoſita, & in eam, quæ eſt ad vnum determinata; cum enim poſſibile dicatur à potentia, tot modis dicetur, quot ipſa potẽtia dici ſolet, vnde aliquid erit poſſibile, quia eſſe aut non eſſe, agere aut nõ agere poteſt, aliud ex eo tantũ, quia eſſe, aut agere poteſt, & hoc nihil differt à neceſſario.

Digitized by Google

Quo pacto æquipollentium tabellæ accommodatius describi possent.

c *Atque forsitan hæc.*] Monet in fine huius capitis, æquipollentium tabellas accommodatius describi posse, si primo loco ponantur enunciationes ex necessario, secundo ex possibili, tertio ex contingenti, vltimo ex impossibili, quem ordinem ex eo commendat; quia inter res huius vniuersi, quæ necessariæ sunt, substantiæ videlicet à materia separatæ, ceteris dignitate præcellunt. Eundem nos ordinem hactenus secuti sumus.

Atque hanc, possibile est esse, sequitur hæc, non impossibile est esse: at hanc sequitur illa, non necesse est esse: quo fit, vt quod necesse est esse, id non necesse sit esse. quod absurdum est. At verò neque hæc: necesse est esse, neque illa necesse est non esse, sequitur illam, possibile est esse: ex quibus quod possibile est, ambo accidere possunt, vtrum is autem illarum sit vera, illa non erunt profectò vera: simul enim impossibile est & esse, & non esse. Si verò necesse est esse, aut non esse, non erit possibile aliter atque: restat igitur, vt hæc, non necesse est non esse, hanc, possibile est esse, sequatur. Hæc enim est vera profectò, si de hac quæ dicatur necesse est esse. Hæc & contradictoriè opponitur, quæ sequitur illam non possibile est esse. Illam verò quæ sequitur hæc, impossibile est esse, & necesse est non esse. omnis negatio est hæc, non necesse est non esse. Sequuntur igitur & hæ contradictiones perinde atque cetera. Atque nullum prorsus absurdum videtur emergere, si hoc pacto ponatur.

d *Ambiget autem quispiam, si hanc, necesse est esse. illa, possibile est esse, sequatur: Nam si non sequatur, ea sanè sequetur, quam contradictoriè illi opponitur, quæ quidem est, non possibile est esse, quod si quispiam non hanc dixerit contradictoriè oppositam illi esse, necesse est illum hanc esse dicere, possibile est non esse: quarum vtraque falsa est, si de hac dicatur, vt patet, necesse est esse, quæ illa possibile est esse, sequitur hanc, necesse est esse. At verò idem mihi videtur esse possibile fecari, ac non fecari: & esse, atque non esse. Ex quo fit, vt id, quod necesse est esse, si contingens non esse, quod quidem est falsum. Esse igitur, non omne, quod possibile est, vel esse, vel ambulare: illa etiam opposita posse, sed esse nonnulla, in quibus illud non esse verum videtur: vtrum hisce, quæ sine ratione possunt, quæ facta ignis calefacere potest, & potentiam habet rationis experem potentiæ igitur hæ, quæ sunt participes rationis, eadem plurium sunt contrariarum: at hæ, quæ sunt rationis experes, non omnes: sed ignis, vt dictum est, non potest calefacere, & non calefacere: neque cetera omnia, quæ semper sunt actu. Aliqua tamen eorum, quæ potentias habent rationis experes, simul opposita suscipere possunt: verum hoc quidem huiusce gratia dictum est, vt ostendamus, non omnem potentiam oppositorum esse susceptiuam, nec omnes eas, quæ sub eadem specie collocantur. Nonnullæ autem potentiæ æquiuocæ sunt. Possibile enim non simpliciter dicitur: sed aliud quidem ob hoc dicitur: quia verum est, propterea quod actu est: vtrum possibile est, quempiam ambulare, quia ambulat; & omninò possibile est esse, quia iam id vel actu, quod dicitur posse. Aliud autem eo ex eo, quia vir actu: vt possibile est, quempiam ambulare, propterea quod ambulabit. Et hæc quidem potentia ex his est solum, quæ mobilia sunt. Illa verò, & in his est, quæ immobilia sunt. Atque eorum vtrumque & id, inquam, quod iam ambulat, agit. vel est: & id, quod ambulandi, vel essendi quidem potentiam habet, sed nondum ambulat, aut est: verò dicere licet, possibile esse ambulare, aut etiam esse. Quæ cum ita sint, id quod hoc modo possibile est, non verè dicere simpliciter de necessario possumus: alterum autem verè dicere licet. Quare cum ad particulare sequatur vniuersale, ad id, quod necessarium est, sequitur hoc profectò possibile est esse, non vt verè tamen, vt patet.

e *Atque forsitan hæc, necesse est, & non necesse est, aut esse, aut non esse, omnium principium sunt. Et ceteras ad has sequentes considerare oportet. Patet autem ex his, quæ diximus, id, quod est necessarium, esse etiam actu. Quare si perpetua sunt prioria, actus etiam est potentia prior. Atque eorum, quæ sunt, alia quidem actus sunt sine potentia, quales sunt ipsæ substantiæ primæ: alia verò,*

Digitized by Google

vt enim potentia actus, qui natura quidem priora sunt, tempore verò posteriora sunt. insuper & quę nunquam sunt actus, sed potentię tantum.

EXPLANATIO CAPITIS QVARTI.

COMMENTARIVS.

Quiputãt, hoc caput à Philosopho non fuisse compositum. Porphyr. Ammon. Opposita sententia verior habetur.

Quas propositiones Aristoteles cõtrarias appellauit.

Dubium.

CVm a *autem affirmationi*.] Non sat est, Porphyrium existimasse, hoc caput ab Aristotele compositum non esse, & Ammonium ea de re dubitasse; vt eius interpretationem omittamus, cum ipsum loquendi genus, & rerum proponendarum ordo Aristotelem clamẽt, quod cęteri Expositores attestantur, sufficiet tamen vel ea existimatio, vel exigua doctrinæ, quam continet, veritas, vt per summam totum caput transcurramus. Vocauerat in superioribus Aristotel. contrarias propositiones non modò eas, quarum vna negat de subiecto, quod altera affirmat, sed illas etiam, quæ affirmant de eodem contraria, aut oppositæ prædicata, vt, omnis homo est iustus, omnis homo est non iustus, aut est iniustus? Proponit initio capitis hanc quæstionem; vtra illarum propositionũ dicatur magis propriè contraria, quę negat de subiecto, quod altera affirmabat, an quæ affirmat prædicatum oppositũ? Deinde quęstionem transfert ad propositiones mentales, vt, quod in ijs decretum fuerit, de vocalibus dictum existimetur.

b *Existimare itaque*] Inchoat responsionem doceteque non sat esse ad enunciationes contrarias quod sint de rebus contrarijs, vt videre est in his, bonum est bonum; malum est malum; quæ cum sint de rebus inter se contrarijs, nihilominus verę sunt.

c *Quod si opinio*] Nec sat est, inquit, ad contrarietatem, quod aliquæ propositiones non possint esse simul veræ, aliàs vni veræ multæ essent cõtrariæ, cum innumeræ sint, quæ cum eius veritate stare non possunt, verbi causa, huic; Iustitia est bona, omnes istæ opponerentur, Iustitia non est bona, Iustitia est mala, Iustitia non est laudanda.

d *Sed*

CAPVT IV.

CVm a *autem affirmationi negatio, at affirmatio aduersetur, non huic; omnis homo iustus est, hę; nullus homo iustus est: & omnis homo iniustus est, aduersantur: & item huic; Callias iustus est, hę; Callias iustus non est & Callias iniustus est consideremus, oportet, vtra istarum sit illi contraria. Atque cum ea, quę sunt in voce, sequantur ea, quę sunt in mente. Si illic opinio contrarij sit contraria, vt opinio, quę dicit, omnis homo est iustus, huic opinioni, omnis homo iniustus est, necesse est, rem similiter sese habere in affirmationibus hisce, quę in voce consistunt. Sin verò contrarij opinio non sit ita contraria: nec affirmatio affirmationi, sed dicta negatio contraria est. Quare considerandum est, qualiscunque opinio falsa opinioni vere contraria sit; vtrum negationis opinio, an ea, quę contrarium opinatur. Dico autem hoc pacto, est vna opinio vera de bono, bonum esse, alia verò falsa de eodem, bonum non esse, & insuper alia, malum esse: harum igitur duarum vtra sit contraria verę, ei se sit vna, vtra sit ipsa contraria.*

b *Existimare itaque contrarias opiniones ex eo definiunt esse, quæ sunt contrariorum, falsum profecto est. Nam opinio, qua quispiam opinatur, bonum esse bonum: & opinio, qua malum opinatur esse malum: eadem est fortasse, at vera, sunt plures sint, sint vna. Contrariæ verò sunt hæc. At non ex eo, quia contrariorum sunt, sed ex eo potius, quia contrario modo se habent.*

Digitized by Google

Difficultas illuſtratur. & ſoluitur.

d *Sed illa ſunt ponenda*] Concludit, propriam rationem oppoſitionis ceruí in illis propoſitionibus, quorum vna negat, quod altera de eodem affirmat ſubiecto; quod quatuor oſtendit rationibus. Prima, ſimilitudine generationis, quæ fit ex oppoſitis, procedit autem à priuatione. Secunda, quia magis repugnat eſſe, & non eſſe eiuſdem rei, quam eſſe huius, & eſſe ſui contrarij. Tertia, quoniam inueniuntur multæ oppoſitiones, quæ per ſolam negationem efferri poſſunt, nimirum cum ſunt de re non habente contrarium, vt, homo eſt homo; cum enim homini contrarium nihil ſit, non poteſt ei repugnari niſi per negationem; eodem ergo modo res ſe habebit in ceteris, cum oppoſitio eiuſdem formæ in omnibus eſſe debeat. Quarta, quoniam opponi poſſunt aliquæ propoſitiones ratione ſubiecti finiti, & infiniti; quia tamen vna non negat prædicatum, quod altera affirmat, repugnantes non ſunt, quæ omnia in contextu ſunt plana.

e *Quæ cum ita ſint*] Diſſoluta quæſtione in mentalibus Enunciationibus, doctrinam vocalibus aptat, concludens, veriſſimum eſſe, oppoſitionem poſitam eſſe in affirmatione & negatione eiuſdem prædicati de eodem ſubiecto, non autem in affirmatione contrariorum. Atque hæc caput, librumque abſoluant, propitio Numine.

c *Quod ſit opinio de bono, ipſum bonum eſſe: alia verò, ipſum bonum non eſſe: & item alia: quæ bono tribuit id, quod ipſi non competit, neque competere poteſt; ceterum quidem nulla eſt ponenda contraria: nec earum, quibus competere, quod non ineſt: nec earum, quibus non ineſſe, quod competit, credimur nam infinitæ ſunt amba: & quibus competere quod non ineſt: & quibus non competere, quod ineſt, exiſtimatur. d Sed illa ſunt ponenda, in quibus ineſt ipſa deceptio. Hæ nãt ſunt illæ, ex quibus generationes proficiſcuntur: ex oppoſitis namque ſunt, quapropter & deceptiones ex ipſis proficiſcuntur. Quod ſi bonum, & bonum eſt, & non malum: & alterum quidem per ſe, alterum verò per accidens competit. Accidit enim ipſi, non malum eſſe: atque ea vtriuſmuſque opinio vera eſt magis, quæ eſt per ſe, & item falſa magis, quæ eſt per ſe. Quippe cum & ea vera ſit magis, quæ conditionem hanc ſubit: & horum vtraque falſa eſt: & ea, inquam, quæ bonum, bonum non eſſe: & ea quæ bonum malum aſſerit eſſe: illa quidem reſpectu vera per ſe: hæc vero reſpectu verè per accidens. Magis erit ea opinio falſa profectò, quæ eſt negatio boni e quam ea, quæ eſt contrarij affirmatio. Atque is circa vnumquodque maximè opinatur falſo, qui contrariam habet opinionem. Contraria namque circa idem genus plurimum differunt. Si igitur harum opinionum contraria quidem eſt & ea, quæ eſt contrarij; magis autem eſt ea contraria, quæ eſt negationis, patet, hanc porrò ſine controuerſia contrariam eſſe. Præterea, quæ bonum malum aſſerit eſſe, connexa eſt. Etenim neceſſe eſt forſitan eandem, bonum non eſſe bonum, putare. Præterea, ſi in ceteris etiam rem ſimiliter ſe habere oportuit: & hoc pacto videbimur de hiſce dictum bene fuiſſe. Aut enim adſit vbique contradictionis oppoſitio, aut nuſquam oportet. Quibus autem non ſunt contraria, ea de his eſt falſa, quæ opponitur verè. Nam qui hominem hominem non eſſe putat, is falſo nimirum opinatur. Si igitur hæ contrariæ ſunt, & in ceteris ſimili modo contrariæ erunt hæ, quæ ſunt opiniones contrariæ. Præterea opiniones hæ, quarum altera quidem bonum bonum eſſe; altera verò non bonum eſſe aſſerit bonum non eſſe. Similiter ſeſe habent. & inſuper hæ, quarum altera bonum bonum non eſſe, altera non bonum bonum aſſerit eſſe. Ei igitur, quæ dicit non bonum, bonum non eſſe, quæ quidem eſt, vt patet, vera opinio, quæ nã erit contrariatnon enim ea, quæ malũ aſſerit eſſe, hæc erit nonnunquã ſimul cum illa vera, nunquam autẽ fiet, vt vera, vera contraria ſit. Etenim eſt quippiã non bonum malũ. Quare fiet, vt iſtæ ſint ſimul verę*

Digitized by Google

nec item ea, quæ non bonum dicit non esse malum, est enim & ipsa vera: nam erit nonnunquam, & illa simul. Restat igitur, ei, quæ dicit non bonum non esse bonum contrariam eam esse: quæ non bonum bonum asserit esse. Hæc enim est falsa: quo fit, vt ea etiam quæ bonum bonum non esse dicit, sit ei contraria, quæ bonum bonum asserit esse. Atqui perspicuum est, nihil interesse: eisi affirmationem ipsam ponamus vniuersalem. Nam vniuersalis negatio contraria erit sanè. Opinioni enim, quæ omninò, quod est bonum, bonum esse dicit, ea est contraria, quæ nihil bonorum bonum asserit esse. Ea namque opinio, qua bonum bonum existimatur: si vniuersaliter bonum sumatur, eadem est, atque concurrit cum ea: qua, quidquid est bonum, bonum asserit esse. Nam nihil ab ea differt, quæ omne, quod est bonum, bonum esse existimatur: similis est & de non bono ratio. Quæ cum ita sint, si in opinione res ita se habet, quemadmodum diximus, affirmationes autem, & negationes signa sunt eorum, quæ sunt in anima, patet, & affirmationi contrariam quidem negationem eam esse, quæ est vniuersaliter de eodem: vt huic, omne bonum est bonum, aut omnis homo est bonus, hanc, nullum est bonum, aut nullus homo est bonus: contradictoriè verò oppositam hanc, non omne bonum est bonum, aut non omnis homo est bonus. Patet etiam, fieri non posse, quod vere sit contraria, aut opinio, aut oratio vlla. Nam contrariæ sunt circa opposita, vt idem verè opinetur, atque enunciet. Eius enim non potest, vt eidem contrariæ simul insint.

Finis librorum de Interpretatione.

Digitized by Google

IN LIBROS ARISTOTELIS STAGIRITAE

DE PRIORI RESOLVTIONE.

DE INSCRIPTIONE, SVBIECTO, PARTITIONE, & ordine horum librorum.

Annotatio circa iscriptionẽ

DVo hi libri, alijque duo, qui hos proximè insequuntur, vno communi nomine ἀναλυτικὰ, id est, resolutoria, seu libri resolutorij ab Aristotele appellantur, vt constat ex c. 1. libri 2. de Interpretatione, ex 2. c. libri 1. Elenchorum, ex 3. lib. 6. Ethicorum ad Nicomachum, ex 12. libri 7 Metaphys. alijsq. ex locis. Distinguuntur autem inter se, quod duo primi inscribuntur, ἀναλυτικῶν πρατέρων, id est, priorũ analyticorũ, seu, de priori resolutione. Alij duo ἀναλυτικῶν ὑστέρων, id est, posteriorum Analyticorum, siue de posteriori resolutione.

Quanquam hæc inscriptionis distinctio non videatur ab Aristotele, sed ab Interpretibus adhibita, vt Galenus in libro, quo opera sua recenset, annotauit: Aristot. enim cum horum librorum separatim mentionẽ facit, duos priores, de ratiocinatione vocat; posteriores, de demonstratione, vt liquet ex 1. Posteriorũ, c. 3. Vt autem, quæ huiusce inscriptionis ratio sit, intelligatur, aduertendum erit, ex Aristot. lib. 3. Physic. c. 5. textu 45. & ex Alexandro, & Philopono hoc loco, analysim nihil esse aliud, quàm rei alicuius ad suas partes, seu principia reuocatio; vt, cùm domus in lapides, ligna, calcem, & reliqua, ex quibus coagmentata est, si non re, saltem mente, & cogitatione dissoluitur. Et cùm generatio in materiam, priuationem, & formam resoluitur.

Galen. Aristl.

Quid sit Analysis.

Arist. Alexand. Philop.

Est autem reuocatio hæc varia; ac latè patens in doctrinis, vt D Damascenus cap. 1. suæ Philosophiæ, Philoponus hoc loco, Eustratius initio libri 2. Posteriorum animaduertunt. Dialectici autem duo eius genera sibi propria, ac peculiaria tradunt: vnum consequentiæ, quod Eustratius syllogisticum vocat: alterũ consequentis. Analysis consequentiæ est consequentiæ ad sua principia reductio. Sunt autem consequentiæ principia termini, ac propositiones aptè congruenterque secundum formã ad aliquid inferendũ collocatæ.

D. Damas. Philop. Eustrat. Reuocationis duplex genus.

Analysis cõsequentiæ quid.

Itaque tunc dicimur consequentiam resoluere, cùm eius bonitatem ostendimus, propterea quod constet terminis, & propositionibus ad concludendum ex artis regula secundum modos, & figuras accommodatè dispositis. Analysis consequentis, est consequentis ad sua principia reductio. Sunt verò principia consequentis, termini, & propositiones cum conclusione, quę inferuntur, antè connexæ & cohærentes secundum materiam. Is ergo dicetur consequens resoluere, qui v. g. ostenderit conclusionem illatam deduci ex principijs, quæ in se contineant causam veritatis conclusionis. Vnde intelliges, Dialecticum non ideò tantum resoluere, vt in inuentione, & intuitu partũ conquiescat; sed vt de tota re iudicet, eiusque absolu-

Cõsequentiam resoluere est illius bonitatẽ ostendere.

Analysis consequẽtis quid.

Quæ consequentis principia.

Cõsequẽs resoluere est conclusionem ex veris principijs illatam ostendere.

Digitized by Google

absolutionem perpendat; non secus, ac fabri cæmentarij operis longitudines ad regulam, & lineam; altitudines ad perpendiculum; angulos ad normam exigunt.

Cur dicantur libri Analytici.

Potrò quia hi quatuor libri vtriusque analyseos doctrinam exhibent, Analytici, seu Resolutorij dicuntur. Et hi quidem primi de priori resolutione; alij duo de posteriori; quia in his agitur de resolutione consequentiæ, quæ est prior; in illis de resolutione consequentis, quæ posterior est; vt enim veritas, & illatio consequentis rectè appareat, constare prius conuenit de consequentiæ bonitate.

Cur resolutorij dicantur hi libri.

Iure tamen quæsierit aliquis, cum in his libris non solum resolutio, sed etiam compositio, & structura, quam Græci σύστασιν vocant, doceatur; cur eis potius à resolutione, quam à compositione nomen inditum sit. Respondemus, causam esse, quia per resolutionem distinctiùs sub aspectum mentis veniunt partes, quibus syllogismus, & demonstratio constant, quæque in ipsa compositione coniunctæ, & confusæ latent. Deinde, quia promptius cuique est ratiocinationem conficere, quam factam in membra, ex quibus coaluit, particulatim distinguere; illud enim sæpe ex ingenio; hoc ordinatè, non nisi ex præceptis fit. Itaque, qui nouit resoluere, nouit etiam componere; non tamen contra, vt in prooemialibus cum Enitratio diximus.

De horũ librorũ subiecto prima sent. Clitou. Marsil. Secunda. Tertia ac vera docet, esse syllogismũ simplicem. Auer. Alexand. Auert.

Quod attinet ad subiectum horum librorum, erit fortasse, qui putet cum Clitomaco, & Marsilio, esse argumentationem, quòd de omnibus eius partibus in ijs differatur; videlicet, de ratiocinatione, Enthymemate, Inductione, Exemplo. Erit alius, qui cum Auerroe, & Alexandro arbitretur, esse demonstrationem, propterea quod Aristoteles initio huius primi libri promittat, se acturum de demonstratione. Amplectenda tamen est sententia M. Alberti, Aegidij, Philoponi, & Louaniensium, aliorumque Interpretum existimantium, subiectum attributionis priorum analyticorum esse syllogismum simplicem secundum formam spectatum, ideſt, nulla habita ratione alicuius particularis materiæ, in qua fiat: hæc enim in his ex præcipuo instituto tractantur, nec de Enthymemate, alijsque partibus argumentationis, nisi illius causa differitur. Mag. Aegid. Philop. Louaniēſ.

Diximus, non quemlibet, sed simplicem syllogismum, quia cum duo sint genera syllogismorum; vnum simplex, quod ex enunciationibus simplicibus constat, alterum hypotheticum, quod ex coniunctis, & copulatis conficitur; Aristoteles primum tantum genus tractauit, non autem secundum, saltem separatim in operibus, quæ nunc extent; sed obiter in Topicis explicans locos ab antecedentibus, & consequentibus, & comparatione, vt videre est in secundo, & tertio eius operis libro. Theophrastus tamen, & Eudæmus Peripatetici nonnulla de hoc syllogismo scripserunt, & hos imitatus Boetius, Philoponus etiam hoc in libro in commentarijs capit. ea summatim perstringit, quæ de eodem ab alijs tradita fuere. Nonnulla quoque refert Diogenes Laertius in vita Zenonis Citici, cuius alumni multum operæ in hoc syllogismorum genere collocarunt. Syllogismorũ duo sunt genera. Arist. Theoph. Eudem. Boet. Philop. Diogen. Laerti.

Quod sit horũ librorũ principale subiectum, & quod adæquatum. Arist.

Nostræ de subiecto horum librorum sententiæ nihil obstat, quod Aristoteles in hac prima huius operis ingressione de demonstratione se acturum dicat. Ideam propterea facit, vt ostendat, principale subiectum, ad quod vtriusque analyseos doctrina, tanquam ad scopum refertur, esse demonstrationem; quod nō impedit, quo minus præcipuum, sed tamen peculiare subiectum horum duorum librorum sit ratiocinatio; vt ipse non obscurè indicauit, c. 4. li. 1. vbi se de ratiocinatione acturum profitetur. Quod si quis obijciat, syllogismum esse subiectum totius Dialecticæ, prout ab Aristotele tradita est. Quare non posse subiectum attributionis horum librorum. Oc-

currendum erit, syllogismum dupliciter posse sumi, vel secundum formam, & materiam simul; atque hanc speciatim consideratam, quæ est demonstratiua, probabilis, sophistica, & pseudographa: vel secundum formam, & materiam idoneam ad probandum, in communi tamen, ac nullam particulatim expendendo. Priori modo syllogismum esse subiectum totius Aristotelicæ Dialecticę. Posteriori autem horum librorum duntaxat.

De ordine partium eiusq; horum librorum.

Proponit Recentiorũ opinio.

Dialectica distribuitur iuxta Stoicos in tres partes.

Tullius.

DE loco, quem inter ceteros secundum doctrinæ ordinem hi libri sibi vendicant, dissidium est. Nam quidam è Recentioribus arbitrati sunt, priora Analytica non antecedere Topica, eo ducti argumento, quod Dialectica ex sententia Stoicorum, quam Peripatetici non improbant, distribuitur in inuentionẽ, & iudicium, seu dispositionem. Inuentio autem natura prior est dispositione, vt testatur Marcus Tullius in Topicis. Patetque exemplo architecturę. Si quis enim ędificare domum instituat, is primum lapides, ligna, calcem, aliaque eius generis parat: tum hæc omnia arte elaborata, & expolita inter se aptè suis quæque locis iungit, ac collocat. At primæ illi futuri operis præparationi similis est inuentio; eorundem aptæ compositioni dispositio. Quare cum Aristoteles in libris Topicorum inuentionem, in Analyticis dispositionem pertractet, videntur Topica accommodato disciplinę ordine ante Analytica explicanda.

Aristot.

Præcedens sententia refellitur.

Non est tamen admittenda hæc opinio. Enimverò, vt demus, inuentionem priorem esse iudicio, & dispositione; id duntaxat intelligendum est, cùm hæ duæ partes circa vnam, eandéque rem versantur, quod in subiecta materia non accidit. Nãque inuentio Topica, & dispositio Analytica non eiusdem rei sunt: quandoquidem in Topicis explicatur tantummodò inuentio argumẽtorum probabilium, vt paret ex progressu illius operis: in priori verò analysi indiscriminatim traditur dispositio, collocatioue omnũ argumentorum, quo ad formam. Et verò, vt annotauit Boetius in Topica Ciceronis, cum Dialectica in ratione definiendi, diuidendi, & argumentandi distribuatur; in quauis harum partium inuentio, & iudicium locum habent. Neque enim quælibet vocum congeries definitionem, diuisionem, & argumentationem efficit, sed certa, ac certis constricta legibus. Itaque priùs oportet partes definitionis inuestigare, & inuenire; tum aptè disponere, quod similiter in diuisione, & argumentatione accidit.

Boet.

In his libris inuentio simul, & iudiciũ cõtinetur.

Certè in Analyticis, & in Topicis neque sola inuentio, neque sola dispositio, sed vtraque ex professo traditur. Aristoteles enim in 1. sectione prioris Analyseos figurarum structuram, modosque syllogismorum, qui ad dispositionem, & iudicium pertinent; in secunda generalem inuentionem argumenti, siue medij: in tertia rursus iudicium iam constitutæ ratiocinationis pertractat. Item in 2. lib. Posteriorum de compositione, iudicioque demonstrationis differt: in secundo de inuentione definitionis, quæ demonstrationis medium est. Et in Topicis partim 1. partim 8. libro dispositionem; reliquis sex inuentionem persequitur. Ad hæc, licet inuentio prior sit dispositione in vsu artis; prius enim oportet inuenire, deinde inuentum disponere: non tamen necesse est, vt semper inuentio priùs doceatur. Conuenit enim nonnunquam tradi priùs dispositionem, cum videlicet nequit perfectè intelligi inuentio, nisi antecedente dispositionis notitia. Quã doctrinæ methodum in vtrisque Analyticis magna ex parte secutus est Aristoteles, vt ex dictis constat.

Qui putat Topicã disputationem priorem esse Analytica,

Quare nõ rectè Recentiores quidam Dialectici sumpto argumento ex antecessione inuentionis probãt, disputationem Topicam priorẽ esse Analy-

Digitized by Google

Analytica; neque id rectè opinãtur. Postulat enim accuratæ doctrinæ ratio, sicuti Aristoteles monet cap. 4. huius libri, & initio Physicorum, & lib. 1. de partibus animalium, cap. 4. vt à communioribus ad minus communia, à generibus ad species progrediamur. Quam tradendæ scientiç rationem probat Socrates apud Platonem in Phædro, eamq. dicit fuisse traditam ab Hippocrate, vt qui eandem prius commendarit in libello de natura humana. Quare cum in hisce duobus libris agatur de ratiocinatione Dialectica, quę illius quędam species est, consequens fit, vt hæc disputatio ante Topicam præmitti debeat. Itaque subsequitur hoc opus libros de Interpretatione, & proximè antecedit libros Posteriorum, quia post explicationem vocũ simplicium, & enunciationum, ex quibus simplex ratiocinatio cõstat: proximum est, vt de syllogismo simplici disputetur, eamque disputationẽ excipiat Analytica tractatio demonstrationis, quæ est præstantissima species syllogismi simplicis.

Aristot. Socrat. Vera sententia traditur.

De numero librorũ Analyticorum.

Refert hoc loco Philoponus, & Mirandula lib. 4. de examine vanitatis, cap. 4. quadraginta libros Analyticos sub nomine Aristotelis fuisse olim inuentos in Bibliotheca Philadelphi Ptolomæi Regis Aegypti. Constat videlicet, ab Eudæmo, Theophrasto, & Phænia ad magistri Aristotelis imitationem libros aliquot, vt de Categorijs, & de Interpretatione, ita & de Analyticis fuisse cõpositos. E quibus verisimile est, spe lucri multos Regi præsentatos sub titulo Aristotelis ad copiosæ illius Bibliothecæ maiestatem augendam. Laertius in vita Aristotelis nouem libros recenset priorum Analyticorum, præter duos de syllogismo. Verum catalogus Laertij non satis conuenit cum libris Aristotelis, qui ad nos peruenere. Quod ergo attinet ad eos, quos de re subiecta habemus, primis duobus, quos Alexander, Philoponus, Galenus, alijque Interpretes commentarijs illustrarunt, Prioris Analyticę doctrina continetur; & in primo quidem, vt summatim dicamus, differit Arist. de natura ratiocinationis. In secundo eius facultates, affectiones, & vitia, quæ in ea contingunt, declarat. Quanta verò sit huius artis necessitas, testatur Arist. lib. 4. Metaphys. cap. 4. text 9. vbi eius ignorantiam, quasi per excellentiam vocat ἀπαιδευσίαν, id est, ruditatem, siue ineruditionem.

Philop. Mirand. Eudæm. Theoph. Phæn. Laert. Alexand. Philopon. Galen. Arist.

Digitized by Google

IN PRIMVM LIBRVM PRIORVM ARISTOTELIS.

PROOEMIVM.

Distributio Analyticorū in sectiones.

ANALYTICA, vt & alia quædam opera, per sectiones apud Aristotelem diuiduntur. Nam distributio in capita neque Aristotelis, neque Græcorum Interpretum est. Si ergo ad sectiones, quæ ab Aristotele τμήματα dicuntur, attendamus, tribus sectionibus hic liber continetur. In prima tradito præcipua instituto, ac materia totius Resolutoriæ disciplinæ, iactisq. illius fundamentis, explicatur, quo artificio constituenda sit ratiocinatio, tum ex propositionibus de inesse, tum modalibus. In secunda docetur, quomodo inueniatur medium ad ratiocinandum. In tertia, quo pacto syllogismi confecti in certam figuram, & modum resoluendi, atque examinandi sint. Si autem ad capita spectemus, à primo vsque ad vigesimum primum incluſiuè agitur de prædicta syllogismorum structura, & compositione. A vigesimo primo vsque ad trigesimum secundum incluſiuè traditur inueniendi medium, & parandi copiam propositionum ad ratiocinandum. A trigesimo secundo vsque ad quadragesimum secundum, quod est vltimum huius libri caput, disseritur de resolutione, & examine syllogismorum. Et in hæc quadraginta duo capita secuit Boetius 1. librum, quem alij in pauciora distribuunt.

Eorundē distributio in capita.

Boet.

EXPLA-

Digitized by Google

EXPLANATIO CAPITIS PRIMI

De Propoſitione, Termino, & Syllogiſmo.

SVMMA CAPITIS.

QVatuor ſunt huius primi capitis partes. In prima definitur, & uiditurq. propoſitio. Definitio ſic ſe habet: Propoſitio eſt oratio affirmatiua, aut negatiua alicuius de quopiam. Eius partitio primò fit, in vniuerſalem, particularem, & indefinitam; deinde in demonſtratiuam, dialecticam, & ſyllogiſticam. In ſecunda ſic definit terminum. Terminus eſt, in quem reſoluitur propoſitio, vt in prædicatum, & ſubiectum, ipſo eſſe, aut non eſſe addito, vel diuiſo. In tertia definit ſyllogiſmum in hunc modũ. Syllogiſmus eſt oratio, in qua quibuſdam poſitis aliud quidpiam neceſſariò euenit, eò quod hæc ſunt. In quarta denique duo adducit principia, quibus præcipui ſyllogiſmi regulantur. Primum eſt eſſe in toto, & dici de toto, hoc eſt, totum ſubiectum ſubijci prædicato. Secundum, eſſe in nullo, & dici de nullo, id eſt, prædicatum de nulla parte ſubiecti affirmari poſſe.

COMMENTARIVS. CAPVT I.

Huius operis finis, & ſubiectum eſt demonſtratio.

PRimò a *dicere*] Exorditur ab operis propoſitione, qua vtriuſque Analyſeos materiam ſummatim cõplectitur. Promittit verò, acturum ſe de demonſtratione, quæ videlicet totius operis finis, ac ſcopus eſt. Si quidem ars omnis ad id, quod in ea præſtantiſſimum habetur, referri debet, vt 6. lib. Topic. cap. 3. admonet. Simul etiam differendum ſibi ait de ſcientia demonſtratiua, quam vocat *τὴν ἀποδεικτικὴν ἐπιστήμην*. Quidam tamen e Recentioribus Interpretibus volunt, nomine demonſtrationis indicatum ab Ariſtotele argumentũ Poſteriorum Analyticorum: appellatione autem ſcientiæ demonſtratiuæ, argumentum Priorum; ſed non rectè ſentiunt, cùm nullam idoneam afferant rationem, cur ſcientia demonſtratiua hiſce duobus libris vti propria materia adiudicetur.

Quid aliqui nomine argumẽti, & ſcientię demonſtratiuæ intelligãt.

Vera expoſitio.

Potius ergò dicendum, tam demonſtrationis, quàm ſcientiæ demõſtratiuæ nomine deſignari præcipuũ inſti-

PRimò a *dicere oportet, circa quid, & cuiuſnam ſit hæc preſens conſideratio. Atque eſt circa demonſtrationem, & eſt ſcientia demonſtrandi. Deinde definire, b quid ſit propoſitio, quid terminus, c quid ratiocinatio: quenam ſit perfecta, & quæ imperfecta. Poſtea verò, quid ſit in toto aut eſſe, aut non eſſe, & quid intelligimus, cum de omni, vel nullo quippiam dicimus prædicari: d Eſt itaque propoſitio affirmatiua, vel negatiua de quopiam alicuius. Hæc autẽ oratio aut vniuerſalis eſt, aut particularis, aut indefinita. Atque vniuerſalem dico, cum quippiam omni, vel nulli cuipiam competere dicimus. Particularem autem, cum alicui ineſſe, vel cuipiam non competere, aut non omni inheſſe aſſeritur. Indefinitam, cum competere, aut non competere, ſine vniuerſali, aut eſſe particulari dicimus ſignoe quale eſt, e contrariorum unam ſcientiam, aut voluptatẽ non eſſe bonum. f A diſſerendi autem propoſitione demõſtratiua propoſitio diffèrt: nam hæc quidem demonſtratiua*

pai-

Digitized by Google

institutum, ac finem vniuersi operis Analytici. Verum, quam hoc loco vocet Aristoteles scientiam demonstratiuam, non conuenit inter Expositores. Alexander, Philoponus, & Themistus putant, vocare artem demonstrandi, ideſt, scientiam, quæ de demonstratione habetur, possunt enim de demonstratione ostendi certæ proprietates, v. g. quod pariat scientiam, quemadmodum & risibile de homine concluditur.

Alex. Philop. Themist.

Quæ scientia hoc loco demõstratiua dicatur. Arist.

Alij non scientiam de ipsa demõstratione, sed, quæ demonstratione acquiritur, intelligunt. Docet enim Aristoteles in duobus libris Posteriorum qua ratione possimus scientiam demonstratione comparare, videlicet progrediendo ex veris, primis, &c. Hæc secũda interpretatio ex eo suadetur, quia eodem modo sumit Aristoteles in hoc capite scientiam demonstratiuam, quo reliquo opere resolutorio, in quo tamen non nisi iuxta secundum sensum ea verba vsurpat, vt cap. 18. libri 1. cum inquit, Analyticis rationibus probari, neque sursum, neque deorsum versus dari progressum in finitum in scientijs demonstratiuis, vbi non potest artem demonstrandi intelligere, quę vna tantum est, non plures. Præterea c. 4. eiusdem libri definiens scibile, in tota sui significatus amplitudine, ait esse id, de quo scientiam demonstratiuam habemus. Denique id ipsum 6. & 8. eiusdem libri capite notari potest.

Neque obstant verba illa capitis 17. libri secundi [de ratiocinatione igitur, & demonstratione, quid vtraque sit, & quomodo fiat, manifestum est; simul verò & de scientia demonstratiua; idem enim est.] Non enim vult Aristoteles, demonstrationem, seu rationem demonstrandi, & scientiam demonstratiuam idem esse inter se re ipsa, sed tractatione duntaxat, hoc est idem esse, docuisse quid sit demonstratio, & quo pacto fiat; ac quid sit scientia demonstratiua, & quomodo comparetur, vt explicat D. Thomas. Nam qui docet, ratiocinationem constare ex veris, primis, &

Arist.

partis alterius est acceptio contradictionis: qui namque demonstrat, non interrogat, sed sumit. Differendi autem propositio interrogatio est contradictionis. g atque nihil vtique refert ad vtrinsque ratiocinationem conficiendam. Nam & hisce, qui demonstrat, & istam, qui interrogat sumpto quippiam inesse, aut non inesse cuipiam ratiocinatur.

h *Quare ratiocinandi quidem propositio simpliciter est affirmatio de quipiam alterius, aut negatio, quemadmodum diximus. Demonstrandi autem ſ vera, & per primas sumpta siu suppositiones. At differendi propositio interrogationis quidem contradictionis est interrogatio. Ratiocinandi verò eius est acceptio, quod verisimile, probabileque esse videtur: vt est in Topicis dictum. Quid igitur sit propositio, & quotuplex differat ratiocinandi, & demonstrandi differendique propositio, diligentius quidem exactiusque posterius explicabimus: nunc vero pro vsu præsenti satis ſt à nobis determinatum.*

i *Terminum autem eum appello, in quem resolvitur propositio: vt prædicatum, & id, de quo prædicatur ipso esse, aut non esse addito, vel diuiſo.*

k *Ratiocinatio est oratio, in qua quibusdam positis aliud quippiam ab his, quæ posita sunt, cum hæc ipsa sint, necessario euenit.*

l *Atque per illud cum hæc ipsa sint ob hæc euenire dico: per hoc autem intelligo, nullo foris insuper opus esse termino, vt necessarium fiat.*

m *Perfectam igitur eam ratiocinationem appello, quæ nullius indiget rei, præterea, quæ sumpta sunt, vt id ipsum necessarium videatur: Imperfectam autem eam, quæ vnius, vel pluribus indiget:* n *quæ necessaria quidem sunt per terminos ipsos subiectos: non tamen sunt sumpta per propositiones.*

o *In toto autem quopiam ipse, & de omni quopiam quippiam prædicari.*

p *Idem significat. Atque cum de omni dicimus quippiam prædicari, cum nihil possit subiecti sumi, de quo non dicatur. Idem in & cum de null dicari.*

& immediatis, simul etiam docet, scientiam demonstratiuam esse eam, quæ comparatur ratiocinatione constante ex veris, primis, immediatisque.

b *Quid sit propositio, quid terminus*] Iacit futuræ disputationis fundamenta more Mathematicorum, qui elementa, definitiones, axiomata, hypotheses, & postulata, quibus in progressu vtantur initiò proponunt. Subijcit ergo in primis definitionem propositionis, & termini, è quibus ratiocinatio constat. Cum enim duplex sit illius materia, nimirum partes, ex quibus conficitur, & ea quæ spectatur penes connexionem extremorum inter se, diuiditurq; in necessariam, probabilem, Sophisticam, & pseudographam; hoc loco de prioris generis materia disputare instituit: posteriorem in ceteris Logicæ libris prosequitur.

c *Quid ratiocinatio: quanam*] Quia doctrinæ ratio postulat, vt prius de genere, quam de specie agatur; & demonstratio quædam est species ratiocinationis, de demonstratione ipsa in Posterioribus Analyticis acturus explicandum sibi esse ait in præsentiam, quidnam sit ratiocinatio; & quæ perfectè, quæ imperfectè concludens; & quæ sint principia regulantia syllogismos, nimirum esse in toto, esse in nullo, dici de omni, dici de nullo.

d *Est itaque propositio*] Declarat, quid sit propositio, græcè πρότασις. Cum autem propositio sit nomen varij vsus. Nam interdum peculiariter pro solo primo enunciato è tribus, ex quibus constat syllogismus, quod etiam maior, seu maior propositio dicitur; interdum pro quolibet eorum indefinitè sumitur in hac definitione secundum posteriorem modum vsurpatur. In eaque significatione accepta diuiditur ex parte quantitatis in tria membra, in vniuersalem, particularem, & indefinitam; quarum definitio liquet in textu.

Variæ acceptiones propositionis.

Diuisio propositionis secũdũ quãtitatem.

e *Contrariorum*] Hoc exemplo frequenter vtitur Aristoteles, vt lib. 1. Topic. cap. 8. & lib. 8. Physic cap. 1. text. 8. & in Probl. sect. 30. probl. 7. & problem. 11. item lib. 5. Ethicorum, cap. 1. & lib. 4. Metaph. cap. 2. text. 16. cuius sententia in capite de Oppositis declarata à nobis fuit.

f *A differendi propositione*] Explicata natura propositionis in communi, vt pateat, quid sit discriminis inter propositionem hic definitam, & inter demonstratiuam; quæ pertinet ad libros Posteriorum, & Dialecticam, de qua agitur in Topicis; docet primum, demonstratiuam differre à Dialectica vsu, & proponendi ratione, quod demonstratiua sit acceptio alterius partis contradictionis, hoc est, sit altera contradictionis pars affirmans, aut negans nullo posito consensu alterius, vt, si ab æqualibus æqualia demas, quæ remanent, sunt æqualia: dialectica verò sit interrogatio contradictionis, id est, quæstio complectens, vtramq; partem contradictionis, alteram quidem expressè, alteram implicitè, vt, estne virtus scientia.

Discrimẽ inter propositionẽ demõstratiuam, & dialecticam.

Idem discrimen tradit Aristoteles lib. 8. Topic. cap. 1. idemque innuit Plato in Timæo, cuius hæc interprete Cicerone libro de vniuersitate, verba sũt. De his igitur, quæ diximus, hæc sit prima distinctio; itaque cum de re stabili, & immutabili disputatur, oratio talis sit, qualis sit illa, quæ neque redargui, neque conuinci potest. Cum autem ingressa est, imitata & effecta simulacra bene agi putat, si similitudinem veri consequatur. Hęc ille; apud quem etiam Dialecticæ interrogationis multa suppetunt exempla in Dialogis, vbi Socrates eam disputandi consuetudinem vsurpat.

Arist. Plato.

g *Atque nihil*] Tradit conuenientiam inter demonstratiuam, & dialecti-



cam propositionem, quod vt[illegible] d ratiocinationem componendam ido- [illegible] nam refert materiæ diuersitas, vnde [illegible] onis antea traditæ. Itaq; non solum monstrati- [illegible] ocinatur sumpta aliqua propositio- ua, & dia- [illegible] cessa. Quamuis n. non nisi dialectica consensu

In quo cõ uenãt pro

consensu aduersarij per interrogationem prius elicito, ratiocinetur: non tamen concludit ex interrogatione, dum interrogatio est, sed postquam ea concessa fuit à respondente.

Quid sit propositio syllogistica.

h *Quare ratiocinandi*] Colligit discrimen inter superiora tria membra. Videlicet, quod propositio syllogistica sit affirmatio, aut negatio alicuius de aliquo simpliciter, id est, nulla habita ratione certæ alicuius materiæ. Demonstratiua verò sit affirmatio, aut negatio alicuius de quopiam sumpta per primas suppositiones, id est, demonstrata per principia exsse nota; nisi sit ipsummet primum principium. Propositio autem dialectica quæcunque quidem sit interrogatio contradictionis, ratiocinatiua verò sit sumpta eius partis, quæ probabilis, seu verisimilis videtur.

Quid demonstratiua.

Quid dialectica.

Hic aduerte, licere proprium sit Dialectici interrogare, vt lib. 8. Topicorum. Aristoteles docet, propterea quod Dialecticus paratus sit ad disputandum in vtramq; partem; non tamen necesse esse, vt Dialectica propositio semper interrogetur, Est enim ejusmodi esse conditionis, vt ad eam cõprobandam conueniat, postulari prius consensum eius, cũquo disputas. Quod tamen demonstratiuis propositionibus non conuenit, quę eius naturę sunt, vt tanquam indubitatæ sumantur, & absque aduersarij consensione initio petita concludi possint.

Aristot.

Obiectio.

i *Terminum autem*] Tradita materia proxima syllogismi, quæ sũt propositiones, accedit ad explicandã materiã remotam eiusdem, nempe terminum.

Philop.

Obiecit Philop. vel Arist. progrediturne à simplicioribus, vel à magis compositis; si à simplicioribus, prius ergo debuit terminũ, quam propositionẽ definire; si à magis compositis, prius syllogismum, quam propositionẽ, vel terminũ. Non videtur ergo accurate doctrina ordinem in hoc capite secutus.

Dilutio.

Occurrendum tamen, Aristotelem non tam spectasse rationem simplicium, vel compositorum, quàm vt à notioribus ad minus nota progrederetur. Quod ipse ita nonnunquam fieri oportere docet lib. 5. Metaphy. cap. 1. text. 1. illis verbis: [non à primo, ac rei principio aliquando inchoandum est, sed vnde quis facilius discat.] Quoniam ergo propositio notior iam esse poterat ex definitione enunciationis tradita in lib. de Interpretatione. Item, quia terminum per propositionem erat definiturus, conueniens fuit, vt priori loco propositionem, posteriori terminum explicaret.

Definit ergo terminum, graecè ὅρον, aiens esse, in quem resoluitur, id est, retexitur, seu desinit propositio. Nec enim vltra terminum logica dissolutio abire potest; siquidem quod ad syllabas, & literas spectat, earum tractatio grammatici negotij est, vt Philoponus inquit.

Philop.

Syllogismus ex propositione, & termino tanquam materia constat.

K *Ratiocinatio est*] Post traditam definitionem propositionis & terminj, ex quibus tanquam ex materia syllogismus constat, syllogismum definit. Horum verò trium definitiones seorsum in quæstionibus explicandæ à nobis erunt. Aduerte autem, nomen syllogismi graecum, συλλογισμὸς, sumptum esse ab Arithmeticis, atque ab ea parte artis, quæ Logistica dicitur, vbi συλλογίζεσθαι, est rationem subducere, & colligere summam. Vnde & in differendo est aliud ex alio certa quadam ratione colligere, & concludere.

Syllogismi Etymõ.

l *Atque per illud*] Particulam definitionis, quæ paulò obscurior videbatur interpretando declarat, atque; verba illa, cum hæc ita sint, nihil aliud indicare, quam conclusionem ob hæc euenire, id est, colligi vi terminorum, qui in præmissis sumpti fuerant. Quod tunc accidit, cum eorum constructio, & compositio talis est, vt nullo termino extrinsecus assumpto (adde nec variatione aliqua, siue adiectione alicuius particulæ) indigeat, quo consequens ex vi talis dispositionis necessariò colligatur.

Vltimã partem definitionis syllogismi explicat.

Quid sit syllogismus perfectus.

m *Perfectum igitur*] Syllogismum, quem paulò antea definijt, distribuit in perfectum, & imperfectum. Syllogismum perfectum ait esse eum, qui nullius indiget, præter ea, quæ sumpta sunt, vt necessariò concludere videatur,

id est,

id est, qui ita perspicuè, & euidenter concludit, vt ex ipsa præmissarum dispositione illationis necessitas palam omnibus appareat. Quo pacto se habent omnes, ac soli syllogismi primæ figuræ directè concludentes. Imperfectum autem docet esse eum, qui tametsi vi formæ concludat, vno tamen, aut pluribus eget, vt necessitas illationis omnibus conspicua fit. Vno, quia interdum solam præmissarum conuersionem desiderat: interdum solam reductionem ad impossibile. Pluribus, quia nonnunquam, & conuersionem, & transpositionem præmissarum requirit, vt in progressu exponemus.

Quid imperfectus.

n *Quæ necessaria*] Docet, vt illatio imperfecti syllogismi euidens fiat, non esse aliquem terminum extrinsecus adhibendum, sed eosdem terminos seruandos, licet propositiones mutentur, quod accidit in conuersione propositionum, siquidem conuersio manentibus ijsdem terminis, sed aliò traiectis, ex vna propositione facit aliam, vt suo loco patebit.

Quid seruandũ, vt imperfectus syllogismus cõcludat.

o *In toto omnem*] Subijcit duo principia, ad quæ syllogismi primæ figuræ, tanquam ad Lydium lapidem examinentur, & ad quæ referri, ac tandem explorari omnes syllogismi queant; siquidem vniuersi, qui in secunda, & tertia figura constituuntur, per primam perfici, atque adeo ijsdem principijs inniti, & stabiliri solent. Ea principia sunt esse in toto, & esse in nullo, dici de omni, & dici de nullo.

Ad duo principia referuntur syllogismi primæ figuræ.

p *Idem significat*] Docet, prædicta axiomata idẽ valere, id est, in eodẽ pronunciato cerni. Nam subiectum dicitur esse in toto prædicato, cum ei vniuersim subijcitur. Prædicatum autem dicitur de omni subiecto, seu potius de omni contento infra subiectum, cum de subiecto ipso vniuersim affirmatur, vt in hac propositione, omnis homo est animal. Etenim si ab homine ad animal progrediaris, dices, hominẽ esse in toto animali, si ab animali ad hominẽ, dices, animal affirmari de omni homine. Eamdẽ vim obtinent dici de nullo, & esse in nullo. Nam tunc quippiã de omni dicitur, cũ propositio significat, nihil iam posse infra subiectum, de quo sea verè, seu falsò prædicatum non negetur, vt nullus homo est lapis, nullum animal est sensus particeps.

Quid sit esse in toto, & dici de toto.

Hinc ergo ducuntur duo theoremata, quibus syllogismi omnes regulantur. Alterum est, quicquid vniuersim affirmatur de subiecto aliquo, affirmatur etiam de quouis contento sub huiusmodi subiecto. Alterum, quicquid vniuersim negatur de subiecto aliquo, negatur de quouis contento sub tali subiecto. Prioris vis exercetur in primo, & tertio *modo* primæ figuræ, qui vocantur Barbara, & Darij; Posterioris, in secundo & quarto, qui dicuntur Celarent, & Ferio. Ad hos autem quatuor ceteri omnes reuocantur, vt ante monuimus, & in progressu planum fiet.

Duo principia syllogismos regulantia.
1.
2.

Hic aduerte, quatuor esse principiorum genera, quæ in syllogismis inueniuntur, nimirum principia materialia, formalia, perfectiua, & regulatiua. Materialia, vt iam ex superioribus patet, *sunt* propositiones, & termini, ex quibus, tanquam materia, syllogismi conflantur. Formalia sunt figuræ, & modi, quibus propositiones disponuntur, formamq. syllogisticã accipiunt. Perfectiua, id est, quorum beneficio syllogismi imperfecti ad perfectos reuocantur, sunt conuersio propositionum, transpositio, seu commutatio præmissarum, & deductio ad impossibile. Regulatiua sunt communia quædam axiomata, quibus probantur, confirmanturque syllogismi.

Quatuor sunt principiorum genera.
Quæ sint principia materialia.
Quæ formalia.
Quæ perfectiua.
Quæ regulatiua.

De his ergo posterioribus principijs, quæ omnium communissima sunt, agit hoc loco Aristoteles. Verum si quis diligenter attendat, inueniet, eum omnium meminisse, nam primo loco definit propositionem, & terminum, quæ sunt principia materialia; secundo syllogismum, in quo cernitur materia secundum figuram, modumq. syllogisticum; tertio explicauit, quinam esset syllogismus perfectus, qui imperfectos, dicens, illum non egere ope alicuius principij, videlicet perfectiui. Hunc autem egere. Postremo disseruit de principijs regulatiuis.

QVAE-

QVÆSTIO I.

Num Aristoteles recte censuerit de Propositione, ac Termino.

ARTICVLVS I.

Expenditur, & explicatur Propositionis Definitio.

Cur propositio prius termino definiatur.

IN primis non est arguendus Aristoteles, quod propositionem, quæ compositior est, quàm terminus, illumque includit, ante terminum definierit, quasi ordinem deseruerit accuratæ doctrinæ, quem tenuit in libris de Interpretatione, quosà nomine, & verbo inchoauit: cum enim terminus dicatur id, quod propositionis resolutionem terminat; nihil autem prius dissoluatur, quam sit, necesse fuit, ipsius propositionis naturam prius indicare, quã partes, in quas dissoluitur, exponerentur, quòd eò libentius accipiendum est, quò hic tractatus resolutorius dicitur; resolutio autem à toto inchoatur, quæ ratio non cernebatur in libris de Interpretatione; quia sunt compositiui, vt loquuntur Logici. Accedit, terminum definiri per ordinem ad propositionem; id verò, quod in alterius definitione collocatur, prius, quoad fieri potest, enodandum est, ne per æquè obscura definitio assignetur.

Propositionis definitio exponitur.

Propositionem igitur hunc in modum definit: Propositio est oratio affirmatiua, aut negatiua alicuius de quopiam: in ea loco generis est Oratio, cetera adduntur pro differentia, sed earum intellectus, & collocatio non omnibus eadem est. Aegidius Romanus hoc loco post genus statim collocat illa verba, [alicuius de quopiam] in quibus arbitratur, totam definitionem absolui; reliqua verò addi insinuandæ diuisionis gratia; quod ex eo confirmari potest, quia affirmatio, & negatio sunt differentiæ contrahentes propositionem, & constituentes oppositas illius species, vt sequenti articulo ostendetur, nullum autem genus per contrahentes differentias congruè definitur, præsertim essentiali definitione, qualem hanc esse defendemus. Alij, quibus magis assentimur, immediate post genus apponũt particulas, [affirmatiua, & negatiua] tandem, quæ sequuntur [alicuius de quopiam:] estque iuxta hunc modum is definitionis sensus. Propositio est Oratio tribuens, aut remouens cum aliqua veri similitudine prædicatum vnum alicui subiecto diuerso, communi, personaliter, aut absolute accepto.

Vnde excluduntur propositiones apertè falsæ, & meritò; definit enim Aristoteles hoc loco propositionem in ordine ad syllogismum probatiuum, cui propositiones apertè falsæ non deseruiunt. Vnde in eius definitione dixit Aristoteles, [quibusdam positis] hoc est, vt Interpretes exponunt, concessis, vel aptis, vt cõcedantur. Reiciuntur enunciationes multiplices, & hypotheticæ; nec enim ad categoricum syllogismum conducunt, de quo præsentem instituit disputationem, item identicæ, quia artis expertes sunt, & singulares, quoniam sunt in vsu disciplinarum infrequentes; cum quibus numerare oportet propositionem de subiecto communi, in suppositione simplici considerato; vt, homo est species, animal est genus; æquipollent enim singularibus. Porrò singulares haud definitione comprehendi, satis indicat Aristoteles, cum propositionem à se definitam partitur penes quantitatem in vniuersalem particularem, & indefinitam, nulla facta singularium mentione.

Posterior expositio magis probatur.

Sed quibus mouemur ad posteriorem expositionem complectendam? Inde sanè, quia per illa verba, oratio alicuius de quopiam, non exprimitur integer sensus, nec declaratur peculiaris ratio propositionis, quæ cõsistit in eo, quod coniungat, aut separet: nam hæc verba, liber Aristotelis est oratio alicuius de quopiã.

Nec

Nec ſatisfacies reſpõdendo, ea verba ita explicari poſſe, vt perfectus sẽſus appareat; nam hoc ipſo titulo definitio, non probatur, quod euiſceranda ſit, vt rem declaret. Ad confirmationem pro Aegidio allatam dicendum eſt, affirmatiuum, & negatiuum, etſi differentiæ ſint ſpecierũ propoſitionis, ſumi tamẽ in preſenti loco vnius differentiæ propriæ enunciationis, ſeu propoſitionis in cõmuni, quę nomine caret; vel, ſi magis placeat, dic, propoſitionem eſſe quoddam analogum (in arte factis. n. propria genera non ſunt): analogum verò cõmune, cũ non ſit aliud à ſuis analogatis, non poſſe accommodatius, quam per illorum differentias explicari; diſtinctius. n. cognoſcitur ens, cũ definitur id, quod per ſe, aut in alio eſt, quæ ſunt rationes propriæ inferiorũ, quã cum dicitur id, quod eſſe poteſt, quæ eſt veluti ratio entis in communi.

Propoſitionis definitio eſſentialis eſt. Aegid.

Hinc colliges id, quod hoc loco diſquiri ſolet, aſſignatam definitionẽ eſſe eſſentialem. quod expreſſit Rom. Aegid. Enim verò definitio complectens genus, & propria alicuius differentiam, eſſentialis eſt, ſed eiuſmodi eſſe eam, de qua agimus, liquidum iam eſt, cum oratio commuui Autorũ conſenſu propoſitionis genus ſit. Affirmatio verò, & negatio alicuius de aliquo, vel, quod ſub illis verbis intelligitur, eſt id, quod primò ſeparat propoſitionem à ceteris orationibus, quod eſt proprium munus eſſẽtialis differẽtiæ. Hæc dicta ſint iuxta primum modum ſoluendi rationem pro Aegidio factã: iuxta poſteriorem dicẽdum eſt, definitionem eſſe eſſentialem eo modo, quo analogis eſſentialis definiendi ratio quadrat.

Cõtra definitionem obiecta.

1

2

Erit tamen, qui aduerſus hãc reſolutionẽ primò obijciat. Propoſitionis eſſentia in eo poſita eſt, quod ſignificatiua ſit, ſiue mẽtalem ſpectes, ſiue vocalem: illa. n. eſt eſſentialis obiecti repræſentatio; hæc eſt inſtrumentum ad res ſignificandas comparatum; igitur nõ eſt verum, traditam definitionem per affirmationẽ, & negationem eſſe eſſentialem. Deinde, quocunq. modo ſe habeat affirmatio, & negatio ad propoſitionem, non debuiſſe per illas definiri, ſic oſtenditur. De propoſitione agitur hoc loco in ordine ad ſyllogiſmum probatiuum; ad probandum verò plurimum refert, ſitne propoſitio vera, vel falſa; parum, an ſit affirmans, vel negans: ergò per veritatem & falſitatem definienda potius fuit, vt in libris Perihermenias, quam per affirmationem, & negationem. Denique aduerſus id, quod inter explicandam definitionem diximus, ſcilicet, propoſitiones hypotheticas ab ea excludi, opponunt aliqui. In progreſſu tractatur ſyllogiſmus hypotheticus, vt videbimus; ergo non fuit excludenda hypothetica enunciatio, ex qua ille conſtituitur. 3

Occurritur 1. Obiect.

Occurrendum tamen eſt primæ obiectioni, eſſe quidẽ propoſitionem eſſentialiter ſignificatiuam, & hoc indicari per genus: nam oratio definitur vox ſignificatiua: ſed nõ compleri ibi eius eſſentiam; includit enim vlterius differentiam contrahentem, quam definitio exprimit. Secundæ occurrendum eſt, in primis non reciprocari enunciationem, & propoſitionem, licet vtraque ſit ſecunda intellectus operatio, ſed multò anguſtioré eſſe propoſitionem: Enũciatio namque, cum per verum, & falſum definiatur, & hoc indifferenter conueniat hypotheticis, & categoricis, veris, ac falſis propoſitionibus, has omnes ſuo ambitu cõprehendit. Propoſitio verò ſolas ſimplices, & veras ſaltem apparenter: quæ diſtinctio vel earum nominibus indicatur; ſiquidem enunciatio dicitur ab exprimendo iudicio de re, quodcunque illud ſit, rectum, aut erroneum: propoſitio autem ex eo, quod aliquid ſtatuat, vnde aliud colligatur, at ex manifeſtè falſo nemo aliquid inferre conatur. Ex quibus iam conſtat, propoſitionem non debuiſſe definiri per verũ, & falſum. Illud verò quod obijcitur, affirmationem, & negationem minus ad ſyllogiſmum probatiuum conducere, negandum eſt cum Albert. Magno tractatu primo in hunc

Enunciationis, & propoſitionis diſcrimen.

Digitized by Google

librum, cap. 3. quoniam Aristoteles definit propositionem in ordine ad varias syllogismorum figuras, & diuersos earũ modos, qui per affirmationem, & negationem maximè distant. Tertiæ obiectioni totum concedunt aliqui, nec improbabiliter; melius tamen Alexander docet, syllogismum hypotheticum non explicari à Philosopho, vt partem per se subiectam huic operi, sed veluti quid simile simplici syllogismo, quocirca non oportet in præcipuis definitionibus eius partes comprehendi.

3 Alexand.

ARTICVLVS II.

De qualibet propositione secundum quantitatem, & qualitatem diuidenda.

ALteram harum diuisionum expressit, enodauitque Aristoteles in hoc capite; alteram indicauit. Vt illustretur ea, quæ penes quantitatem traditur, aduertendũ est, quantitatem propositionum apud Dialecticos nihil esse aliud, quam extensionem aut vnitatem numeralem rerum, pro quibus subiectum sub prædicato accipitur. Interdum enim sumitur pro omnibus, vt in hac propositione, omnis homo risibilis; interdum pro aliquibus, vt in hac, aliquis homo est Philosophus, vbi homo pro existentibus dũtaxat accipitur, idque disiunctiuè; quo etiam modo sumitur in propositionibus indefinitis, vt, homo est Philosophus; nonnunquam verò pro vno tantum, vt hic homo est Philosophus. Porrò secundum hanc quãtitatem distribuit Arist. hoc loco propositionem in vniuersalem, particularem, & indefinitam, omissa singulari ob eam, quã diximus causam. Vniuersalis est, cuius subiectum est commune, & affectum signo vniuersali, vt, omne animal est substantia: particularis est, cuius subiectum est commune, & affectum signo particulari, vt, quidam homo est Philosophus: indefinita est, cuius subiectum nullo notatur signo, vnde nomen indefinitæ meri-

Propositionis quantitas quid.

Propositionis secundũ quãtitatem partitio.

ta est, quasi nulla certa quãtitate circumscripta. Quæ sint vniuersalia, & particularia signa, quo pacto inter se varientur, traditum est in tertio Institutionum lib. c. 5. quis verò conceptus eiusmodi signis in mente respondeat primo libro Perihermenias, c. 4. & 6. dictum est.

Quod attinet ad qualitatem propositionum, aduertendum, hanc duplicem esse, alteram essentialem, alteram accidentalem; essentialis est coniunctio prædicati cum subiecto, quæ est propria enũciationis forma, vt alibi dictum est. Accidentaria est veritas, & falsitas: aliaque eiusmodi cõiunctioni adiacentia. Diuisionem secundũ qualitatem essentialem insinuauit Aristoteles in propositionis definitione: cuius adæquationẽ, non est, cur probemus, cum non minus certum sit, inter affirmationem & negationem nullum cadere medium, quam inter cõtradictoria, quæ illo principio; de quolibet vera est affirmatio, aut negatio, nititur; si enim tertia species enunciandi esset, illud principium adeò certum non foret.

Enũciationis qualitas duplex essentialis & accidentalis.

Est tamen quæstio, num hæc diuisio sit generis in species, an non? Negant Aphrod. & Burana hoc cap. & probant, vbi inuenitur prius, & posterius, ibi cernitur Analogia: sed affirmatio est prior negatione; ergo analogitè cum ea conuenit. Minor probatur ex Arist. 1. Perihermen. c. 4. vbi affirmatiuam enunciationem vocat primam, & 1. Post. c. 12. expressius appellat affirmationem priorem negatione. Est verò affirmatio prior multis modis. Primò cognitione, quia negationẽ cognoscimus ex habitu, non è contrario, vt docet Arist. 2. loco citato: deinde simpliciter, quia, vt Ammonius in proœmio librorum de Interpretatione annotauit, negatio fit ex affirmatione, & aliquo addito; præterea est prior secundum rem significatam, quia vt D. Thomas opusculo de Enunciatione, c. 6. docet, affirmatio significat rem esse, negatio non esse. Licet verò cõparatione cuiusq. rei creatæ prius fuerit

Proponitur quæstio, & pro altera parte agitatur. Aphrod. Burana. Aristot.

Ammon.

D. Thom.

Digitized by Google

fuerit eius non esse, quam esse, absolutè tamen esse præcedit nõ esse: quo
D. Thom. sensu dixit idem D. Thom. lib. 10. Metaph. multa (quæ ex diuisione vnius fieri constat) esse priora vno, eò quod hoc sit negatiuum. Denique omnis negatio supponit aliquam affirmationem, ideò enim negamus, aliquid esse nigrum, quia verè affirmamus esse alio colore, vel forma affectum.

Pars oppo sita proba tur. Affirmatiuam partem sequuntur Logici hodie, eamque tradiderunt
Porph. & Philop. hoc loco. Ammo-
Porphyr. nius primo de Interpretatione, c. 4.
Ammon. Simplicius in cap. de Quantitate. D.
Philop. Thomas loco citato. Eorum funda-
Simplic. mentum est, enunciare secundum se
D. Thom. perfectè abstrahere ab affirmatione, & negatione, & has æquè primò enunciationis naturam participare: cum neutra in participando ab alia dependeat. Quod ostendi potest ex illo primo principio, de quolibet verum est esse, aut non esse; est enim disiunctum negationem, & affirmationem æquè primò complectens, quod ex solutione propositi argumenti manifestius erit. Pro cuius solutione & profligatione totius quæstionis aduertendum est, propositionem cõsiderari posse, aut obiectiuè, aut formaliter: obiectiuè affirmatiua communiter est positiuũ quid: alia negatio: nam obiectum huius propositionis, Socrates est iustus, est esse iustitiæ in Socrate, obiectum verò huius, Socrates non est iustus, est negatio iustitiæ in eodem Socrate. Formaliter vtraque propositio est entitas positiua, & realis; quia aut vox est, aut conceptus. Igitur de propositione priori modo sumpta certum est, non esse verum genus, quia negatio, & ens longè ab vnitocatione absunt.

Propositionis diuisio quo modo fiat vnitoca. Accepta verò propositio posteriori modo diuidenda necessariò est in mentalem, & vocalem; illa, cum nihil à iudicio differat, vt supra diximus, est simplex qualitas, in qua vera ratio generis, & speciei dari potest; hæc est arte factum ex pluribus vocibus per accidens conformatum, vbi per similitudinem tantũ genera, & species conceduntur; quare, si posterior sententia in rigore accipiatur, de propositione mentali intelligẽda est: & procul dubio videtur rationi cõformior. Nec audiendi sunt Obiectio.
quidam Recentiores, qui hoc argumento ab ea discedunt; si mentis assensus in affirmatiuum, & negatiuũ vti in species diuideretur, idẽ actus esset sub duobus generibus non subalternatim positis, quod sic ostenditur; assẽsus huius propositionis, homo est animal rationale, continetur sub assensu affirmatiuo & sub assensu principiorũ qui non subalternantur, quãdoquidẽ nec omnis assensus affirmatiuus est principiũ, nec omnis assensus principij est affirmatiuus, vt in negatiuis principijs notum est.

Huic argumento neganda est con- Solutio.
sequutio; ad probationem similiter inficiandum, assensum principij in eommuni esse genus, est n. analogũ, vnde ille assensus sub assensu affirmatiuo solummodò collocatur. Cur autem potius cõcedamus, assensum affirmatiuum, & negatiuum esse vera genera, quam assensum principij, facit in primis communis doctrina; deinde maior ratio vnitatis, & cõuenientiæ in omnibus affirmatiuis ex vna parte, & negatiuis ex alia; nam ipsa ratio affirmandi & negandi videtur vnica.

Grauius pro eadẽ parte vrget hoc Obiectio.
argumentum. Omnes fidei Christianæ assensus eiusdem sunt speciei, vt communior Theologorũ Scholasticorum docet, & in I. Poster. Iatus attingemus: sed inter eos aliqui sunt negatiui, alij positiui, vt videre est in his assensibus; Christus resurrexit; Christus non peccauit; ergo mentalis propositio in affirmatiuã, & negatiuam, vt in varios species, non diuiditur. Re- Dilutio.
spondetur, (quidquid sit de veritate maioris, cuius examẽ ad hunc locum non spectat) totum argumentum nihil nostro instituto aduersari, solum enim probauimus cõtendimus, diuisionem propositionis in affirmantem, & negantem non esse analogicam, vt alij cõtendebant, sed vnitocam, & quia

Digitized by Google

IN PRIMVM LIBRVM PRIORVM ARISTOTELIS

PROOEMIVM.

Distributio Analyticorũ in sectiones.

ANALYTICA, vt & alia quædam opera, per sectiones apud Aristotelem diuiduntur. Nam distributio in capita neque Aristotelis, neque Græcorum Interpretum est. Si ergo ad sectiones, quæ ab Aristotele τμήματα dicuntur, attendamus, tribus sectionibus hic liber continetur. In prima tradito præcipuo instituto, ac materia totius Resolutoriæ disciplinæ, iactisq. illius fundamentis, explicatur, quo artificio construenda sit ratiocinatio, tum ex propositionibus de inesse, tum modalibus. In secunda docetur, quomodo inueniatur medium ad ratiocinandum. In tertia, quo pacto syllogismi confecti in certam figuram, & modum resoluendi, atque examinandi sint. Si autem ad capita spectemus, à primo vsque ad vigesimum primum inclusiuè agitur de prædicta syllogismorum structura, & compositione. A vigesimo primo vsque ad trigesimum secundum inclusiuè traditur inueniendi medium, & parandi copiam propositionum ad ratiocinandum. A trigesimo secundo vsque ad quadragesimum secundum, quod est vltimum huius libri caput, differitur de resolutione, & examine syllogismorum. Et in hæc quadraginta duo capita secuit Boetius 1. librum, quem alij in pauciora distribuunt.

Eorundè distributio in capita.

Boet.

EXPLA-

Digitized by Google

EXPLANATIO CAPITIS PRIMI.

De Propoſitione, Termino, & Syllogiſmo.

SVMMA CAPITIS.

QVattuor ſunt huius primi capitis partes. In prima definitur, diuiditurq. propoſitio. Definitio ſic ſe habet: Propoſitio eſt oratio affirmatiua, aut negatiua alicuius de quopiam. Eius partitio primò fit, in vniuerſalem, particularem, & indefinitam; deinde in demonſtratiuam, dialecticam, & ſyllogiſticam. In ſecunda ſic definit terminum. Terminus eſt, in quem reſoluitur propoſitio, vt in prædicatum, & ſubiectum, ipſo eſſe, aut non eſſe addito, vel diuiſo. In tertia definit ſyllogiſmum in hunc modũ. Syllogiſmus eſt oratio, in qua quibuſdam poſitis aliud quidpiam neceſſariò euenit, eò quod hæc ſunt. In quarta denique duo adducit principia, quibus præcipui ſyllogiſmi regulantur. Primum eſt eſſe in toto, & dici de toto, hoc eſt, totum ſubiectum ſubijci prædicato. Secundum, eſſe in nullo, & dici de nullo, id eſt, prædicatum de nulla parte ſubiecti affirmari poſſe.

COMMENTARIVS. CAPVT I.

Huius operis finis, & ſubiectum eſt demonſtratio.

PRimò a *dicere*] Exordiritur ab operis propoſitione, qua vtriuſque Analyſeos materiam ſummatim cõplectitur. Promittit verò, actum ſe de demonſtratione, quæ videlicet totius operis finis, ac ſcopus eſt. Si quidem ars omnis ad id, quod in ea præſtantiſſimum habetur, referri debet, vt 6. lib. Topic. cap. 3. admonet. Simul etiam differendum ſibi ait de ſcientia demonſtratiua, quam vocat ἐπιστήμην ἀποδεικτικήν. Quidam tamen e Recentioribus Interpretibus volunt, nomine demonſtrationis indicatum ab Ariſtotele argumentũ Poſteriorum Analyticorum: appellatione autem ſcientiæ demonſtratiuæ, argumentum Priorum; ſed non rectè ſentiunt, cùm nullam idoneam afferant rationem, cur ſcientia demonſtratiua hiſce duobus libris vti propria materia adiudicetur.

Quid aliqui nomine argumẽti, & ſcientię demonſtratiuæ intelligãt.

Vera expoſitio.

Potius ergò dicendum, tam demonſtrationis, quàm ſcientiæ demõſtratiuæ nomine deſignari præcipuũ iuſti-

PRimò a *dicere oportet, circa quid, & cuiuſnam ſit hæc preſens conſideratio. Atque eſt circa demonſtrationem, & eſt ſcientia demonſtrandi. Deinde definire, b quid ſit propoſitio, quid terminus, c quid ratiocinatio: quenam ſit perfecta, & quæ imperfecta. Poſtea verò, quid ſit in toto aut eſſe, aut non eſſe, & quid intelligimus, cum de omni, vel nullo quippiam dicimus prædicari? d Eſt itaque propoſitio affirmatiua, vel negatiua de quopiam alicuius. Hæc autẽ oratio aut vniuerſalis eſt, aut particularis, aut indefinita. Atque vniuerſalem dico, cum quippiam omni, vel nulli cuipiam competere dicitur. Particularem autem, cum alicui ineſſe, vel cuipiam non competere, aut non omni ineſſe aſſeritur. Indefinitam, cum competere, aut non competere, ſine vniuerſali, aut eſſe particulari dicitur ſigno quale eſt, e contrariorum vnam ſcientiam, aut voluptatẽ non eſſe bonum. f A diſſerendi autem propoſitione demõſtratiua propoſitio differt: nam hæc quidem demonſtratiua*

pari-

Digitized by Google

institutum, ac finem vniuersi operis Analytici. Verum, quam hoc loco vocet Aristoteles scientiam demonstratiuam, non conuenit inter Expositores. Alexander, Philoponus, & Themistus putant, vocare artem demonstrandi, idest, scientiam, quæ de demonstratione habetur, possunt enim de demonstratione ostendi certæ proprietates, v. g. quod pariat scientiam, quemadmodum & risibile de homine concluditur.

Alex. Philop. Themist.

Quæ scientia hoc loco demõstratiua dicatur. Arist.

Alij non scientiam de ipsa demõstratione, sed, quæ demonstratione acquiritur, intelligunt. Docet enim Aristoteles in duobus libris Posteriorum qua ratione possimus scientiam demonstratione comparare, videlicet progrediendo ex veris, primis, &c. Hæc secũda interpretatio ex eo suadetur, quia eodem modo sumit Aristoteles in hoc capite scientiam demonstratiuam, quo reliquo opere resolutorio, in quo tamen non nisi iuxta secundum sensum ea verba vsurpat, vt cap. 18. libri 1. cum inquit, Analyticis rationibus probari, neque sursum, neque deorsum versus dari progressum infinitum in scientijs demonstratiuis, vbi non potest artem demonstrandi intelligere, quę vna tantum est, non plures. Præterea c. 4. eiusdem libri definiens scibile, in tota sui significatus amplitudine, ait esse id, de quo scientiam demonstratiuam habemus. Denique id ipsum 6. & 8. eiusdem libri capite notari potest.

Neque obstant verba illa capitis 17. libri secundi [de ratiocinatione igitur, & demonstratione, quid vtraque sit, & quomodo fiat, manifestum est; simul verò & de scientia demonstratiua; idem enim est.] Non enim vult Aristoteles, demonstrationem, seu rationem demonstrandi, & scientiam demonstratiuam idem esse inter se re ipsa, sed tractatione duntaxat, hoc est idem esse, docuisse quid sit demonstratio, & quo pacto fiat; ac quid sit scientia demonstratiua, & quomodo comparetur, vt explicat D. Thomas. Nam qui docet, ratiocinationem constare ex veris, primis, &

Arist.

partis alterius est acceptio contradictionis: qui namque demonstrat, non interrogat, sed sumit. Differendi verò propositio interrogatio est contradictionis. g atque nihil vtique refert ad vtriusque ratiocinationem conficiendam. Nam & hisce, qui demonstrat, & is etiam, qui interrogat sumpto quippiam inesse, aut non inesse cuipiam ratiocinatur.

h *Quare ratiocinandi quidem propositio simpliciter est affirmatio de quopiam alterius, aut negatio, quemadmodum diximus. Demonstrandi autem si vera, & per primas sumpta fuerint suppositiones. At differendi propositio interrogantis quidem contradictionis est interrogatio. Ratiocinandi verò eius est acceptio, quod verisimile, probabileque esse videtur: vt est in Topicis dictum. Quid igitur sit propositio, & quotuplex differat ratiocinandi, & demonstrandi differendique propositio, diligentius quidem exactiusque posterius explicabitur: nunc vero pro vsu præsenti satis est à nobis determinatum.*

i *Terminum autem eum appello, in quem resoluitur propositio: vt prædicatum, & id, de quo prædicatur ipso esse, aut non esse addito, vel diuiso.*

k *Ratiocinatio est oratio, in qua quibusdam positis aliud quippiam ab his, quæ posita sunt, cum hæc ipsa sint, necessario euenit.*

l *Atque per illud cum hæc ipsa sint ob hæc euenire dico: per hoc autem intelligo, nullo foris insuper opus esse termino, vt necessarium fiat.*

m *Perfectam igitur eam ratiocinationem appello, quæ nullius indiget rei, præterea, quæ sumpta sunt, vt id ipsum necessarium videatur: Imperfectam autem eam, quæ vnius, vel plurium indiget: n quæ necessaria quidem sunt per terminos ipsos subiectos: non tamen sunt sumpta per propositiones.*

o *In toto autem quopiam esse, & de omni quopiam quippiam prædicari.*

p *Idem significat. Atque cum de omni dicimus quippiam prædicari, cum nihil potest subiecti sumi, de quo alterum non dicatur. Idem intelligendum est, & cum de nullo dicimus quippiam prædicari.*

Digitized by Google

& immediatis, simul etiam docet, scientiam demonstratiuam esse eam, quæ comparatur ratiocinatione constante ex veris, primis, immediatisque.

b *Quid sit propositio, quid terminus*] Iacit futuræ disputationis fundamenta more Mathematicorum, qui elementa, definitiones, axiomata, hypotheses, & postulata, quibus in progressu vtantur initiò proponunt. Subijcit ergo in primis definitionem propositionis, & termini, è quibus ratiocinatio constat. Cum enim duplex sit illius materia, nimirum partes, ex quibus conficitur, & ea quæ spectatur penes connexionem extremorum inter se, diuiditurq; in necessariam, probabilem, Sophisticam, & pseudographam; hoc loco de prioris generis materia disputare instituit: posteriorem in ceteris Logicæ libris prosequitur.

c *Quid ratiocinatio: quotuplex*] Quia doctrinæ ratio postulat, vt prius de genere, quam de specie agatur; & demonstratio quædam est species ratiocinationis, de demonstratione ipsa in Posterioribus Analyticis acturus explicandum sibi esse ait in præsentiam, quidnam sit ratiocinatio; & quæ perfectè, quæ imperfectè concludens; & quæ sint principia regulantia syllogismos, nimirum esse in toto, esse in nullo, dici de omni, dici de nullo.

d *Est itaque propositio*] Declarat, quid sit propositio, græcè πρότασις. Cum autem propositio sit nomen varij vsus. Nam interdum peculiariter pro solo primo enunciato è tribus, ex quibus constat syllogismus, quod etiam maior, seu maior propositio dicitur; interdum pro quolibet eorum indefinitè sumitur in hac definitione secundum posteriorem modum vsurpatur. In eaque significatione accepta diuiditur ex parte quantitatis in tria membra, in vniuersalem, particularem, & indefinitam; quarum definitio liquet in textu. Variæ acceptiones propositionis.

Diuisio propositionis secũdũ quãtitatem.

e *Contrariarum*] Hoc exemplo frequenter vtitur Aristoteles, vt lib. 1. Topic. cap. 8. & lib. 8. Physic cap. 1. text. 8. & in Probl. sect. 30. probl. 7. & problem. 11. item lib. 5. Ethicorum, cap. 1. & lib. 4. Metaph. cap. 2. text. 16. cuius sententia in capite de Oppositis declarata à nobis fuit.

f *A differendi propositione*] Explicata natura propositionis in communi, vt pateat, quid sit discriminis inter propositionem hic definitam, & inter demonstratiuam; quæ pertinet ad libros Posteriorum, & Dialecticam, de qua agitur in Topicis; docet primum, demonstratiuam differre à Dialectica vsu, & proponendi ratione, quod demonstratiua sit acceptio alterius partis contradictionis, hoc est, sit altera contradictionis pars affirmans, aut negans nullo posito consensu alterius, vt, si ab æqualibus æqualia demas, quæ remanent, sunt æqualia: dialectica verò sit interrogatio contradictionis, id est, quæstio complectens, vtramq; partem contradictionis, alteram quidem expressè, alteram implicitè, vt, estne virtus scientia.

Discrimẽ inter propositionẽ demõstratiuam, & dialecticam.

Idem discrimen tradit Aristoteles lib. 8. Topic. cap. 1. idemque innuit Plato in Timæo, cuius hæc interprete Cicerone libro de vniuersitate, verba sũt. De his igitur, quæ diximus, hæc sit prima distinctio; itaque cum de re stabili, & immutabili disputatur, oratio talis sit, qualis sit illa, quæ neque redargui, neque conuinci potest. Cum autem ingressa est, imitata & effecta simulacra benè agi putat, si similitudinem veri consequatur. Hęc ille; apud quem etiam Dialecticæ interrogationis multa suppetunt exempla in Dialogis, vbi Socrates eam disputandi consuetudinem vsurpat.

Aristot. Plato.

g *Atque nihil*] Tradit conuenientiam inter demonstratiuam, & dialecticam propositionem, quod vtraque ad ratiocinationem componendam idonea sit; nihil enim ad syllogisticam formam refert materiæ diuersitas, vnde & vtrique conuenit definitio propositionis antea traditæ. Itaq; non solum qui demonstrat, sed etiã Dialecticus ratiocinatur sumpta aliqua propositione affirmante, aut negante tanquam vera, & concessa. Quamuis. n. non nisi consensu

In quo cõueniãt propositio demõstratiua, & dialectica.

Digitized by Google

consensu aduersarij per interrogationem prius elicito, ratiocinetur non tamen concludit ex interrogatione, dum interrogatio est, sed postquam ea concessa fuit à respondente.

Quid sit propositio syllogistica.

h *Quare ratiocinandi*] Colligit discrimen inter superiora tria membra. Videlicet, quod propositio syllogistica sit affirmatio, aut negatio alicuius de aliquo simpliciter, id est, nulla habita ratione certæ alicuius materiæ. Demonstratiua verò sit affirmatio, aut negatio alicuius de quopiam sumpta per primas suppositiones, id est, demonstratio per principia esse nota, nisi sit ipsummet primum principium. Propositio autem dialectica quæsiti quidem sit interrogatio contradictionis ratiocinatiua verò sit sumpta eius partis, quæ probabilis, seu verisimilis videtur.

Quid demonstratiua.

Quid dialectica.

Hic aduerte, licet propriam sit Dialectici interrogare, vt lib. 8. Topic. c. 1. Aristoteles docet, propterea quod Dialecticus paratus sit ad disputandum in vtramq; partem; non tamen necesse esse, vt Dialectica propositio semper interrogetur, tale enim est, ipsam talis esse conditionis, vt ad eam cõprobandam conueniat, postulari prius consensum eius, cũquo disputas. Quod tamen demonstratiuis propositionibus non conuenit, quę eius naturę sunt, vt tanquam indubitatæ sumantur, & absque aduersarij consensione initio petita concludi possint.

Arist.

Obiectio.

i *Terminum autem*] Tradita materia proxima syllogismi, quæ sũt propositiones, accedit ad explicandã materiã remotam eiusdem, nempe terminum. Obijcit Philop. vel Arist. progrediuntur à simplicioribus, vel à magis compositis; sed à simplicioribus prius ergo debuit terminũ, quam propositionẽ definire; si à magis compositis, prius syllogismum, quam propositionẽ, vel terminũ. Non videtur ergo seruatus doctrinæ ordinem in hoc capite Aristot.

Philop.

Dilutio.

Occurrendum tamen, Aristotelem non tàm spectasse rationem simplicium, vel compositorum, quàm vt à notioribus ad minus nota progrederemur. Quod ipse ita nonnunquam fieri oportere docet lib. 1. Metaphy. cap. 1. text. 1. illis verbis: [non à primo, ac rei principio aliquando inchoandum est, sed vnde quis facilius discat.] Quoniam ergo propositio notior iam esse poterat ex definitione enunciationis tradita in lib. de Interpretatione. Item, quia terminum per propositionem erat definiturus, conueniens fuit, vt priori loco propositionem, posteriori terminum explicaret.

Definit ergo terminum, græcè ὅρον, ait esse, in quem resoluitur, id est, redeunt, seu definit propositio. Nec enim vlra terminum logica dissolutio abire potest; siquidem quod ad syllabas, & literas spectat, earum tractatio grammatici negotij est, vt Philoponus inquit.

Philop.

Syllogismus ex propositione, & termino tanquã materia constat.

k *Ratiocinatio est*] Volt traditam definitionem propositionis & termini, ex quibus tanquam ex materia syllogismus constat, syllogismum definit. Horum verò trium definitiones separatim in quæstionibus explicandæ à nobis erunt. Aduerte autem, nomen syllogismi græcum, *συλλογισμὸς*, sumptum esse ab Arithmeticis, atque ab ea parte artis, quæ Logistica dicitur, vbi *συλλογίζεσθαι*, est rationem subducere, & colligere summam. Vnde & in differendo est aliud ex alio certa quadam ratione colligere, & concludere.

Syllogismi Etymõ.

l *Atque per illud*] Particulam definitionis, quæ paulò obscurior videbatur interpretando declarat, atque, verba illa, cum hæc ita sint, nihil aliud indicare, quam conclusionem ob hæc euenire, id est, colligi vi terminorum, qui in præmissis sumpti fuerant. Quod tunc accidit, cum eorum constructio, & compositio talis est, vt nullo termino extrinsecus assumpto (adde nec variatione aliqua, siue adiectione alicuius particulæ) indigeat, quo consequens ex vi talis dispositionis necessariò colligatur.

Vltimã partem definitionis syllogismi explicat.

Quid sit syllogismus perfectus.

m *Perfectum igitur*] Syllogismum, quem paulò antea definijt, distribuit in perfectum, & imperfectum. Syllogismum perfectum ait esse eum, qui nullius indiget, præter ea, quæ sumpta sunt, vt necessariò concludere videatur, id est,

fdeſt, qui ita perſpicuè, & euidenter concludit, vt ex ipſa præmiſſarum diſpoſitione illationis neceſſitas palam omnibus appareat. Quo pacto ſe habent omnes, ac ſoli ſyllogiſmi primæ figuræ directè concludentes. Imperfectum autem docet eſſe eum, qui tametſi vi formæ concludat, vno tamen, aut pluribus eget, vt neceſſitas illationis omnibus conſpicua ſit. Vno, quia interdum ſolam præmiſſarum conuerſionem deſiderat: interdum ſolam reductionem ad impoſſibile. Pluribus, quia nonnunquam, & conuerſionem, & tranſpoſitionem præmiſſarum requirit, vt in progreſſu exponemus.

Quid imperfectus.

n *Quæ neceſſaria*] Docet, vt illatio imperfecti ſyllogiſmi euidens fiat, non eſſe aliquem terminum extrinſecus adhibendum, ſed eoſdem terminos ſeruandos, licet propoſitiones mutentur, quod accidit in conuerſione propoſitionum, ſiquidem conuerſio manentibus ijſdem terminis, ſed aliò traiectis, ex vna propoſitione facit aliam, vt ſuo loco patebit.

Quid ſeruandũ, vt imperfectus ſyllogiſmus cõcludat.

o *In toto dicere*] Subijcit duo principia, ad quæ ſyllogiſmi primæ figuræ, tanquam ad Lydium lapidem examinentur, & ad quæ referri, ac tandem explorari omnes ſyllogiſmi queant; ſiquidem vniuerſi, qui in ſecunda, & tertia figura conſtruuntur, per primam perfici, atque adeo ijſdem principijs inniti, & habiliri ſolent. Ea principia ſunt eſſe in toto, & eſſe in nullo, dici de omni, & dici de nullo.

Ad duo principia referuntur ſyllogiſmi primæ figuræ.

p *Idem ſignificare*] Docet, prædicta axiomata idẽ valere, id eſt, in eodẽ pronunciato cerni. Nam ſubiectum dicitur eſſe in toto prædicato, cum ei vniuerſim ſubijcitur. Prædicatum autem dicitur de omni ſubiecto, ſeu potius de omni contento infra ſubiectum, cum de ſubiecto ipſo vniuerſim affirmatur, vt in hac propoſitione, omnis homo eſt animal. Etenim ſi ab homine ad animal progrediaris, dices, hominẽ eſſe in toto animali, ſi ab animali ad hominẽ, dices, animal affirmari de omni homine. Eandẽ vim obtinent dici de nullo, & eſſe in nullo. Nam tunc quippiã de omni dicitur, cũ propoſitio ſignificat, nihil ſumi poſſe infra ſubiectum, de quo ſeu verè, ſeu falsò prædicatum non negetur, vt nullus homo eſt lapis, nullum animal eſt ſenſus particeps.

Quid ſit eſſe in toto, & dici de toto.

Hinc ergo ducuntur duo theoremata, quibus ſyllogiſmi omnes regulantur. Alterum eſt, quicquid vniuerſim affirmatur de ſubiecto aliquo, affirmatur etiam de quouis contento ſub huiuſmodi ſubiecto. Alterum, quicquid vniuerſim negatur de ſubiecto aliquo, negatur de quouis contento ſub tali ſubiecto. Prioris vis exercetur in primo, & tertio modo primæ figuræ, qui vocantur Barbara, & Darij; Poſterioris, in ſecundo & quarto, qui dicuntur Celarent, & Ferio. Ad hos autem quatuor ceteri omnes reuocantur, vt antea monuimus, & in progreſſu planum fiet.

Duo principia ſyllogiſmos regulantia.
1.
2.

Hic aduerte, quatuor eſſe principiorum genera, quæ in ſyllogiſmis inueniuntur, nimirum principia materialia, formalia, perfectiua, & regulatiua. Materialia, vt iam ex ſuperioribus patet, ſunt propoſitiones, & termini, ex quibus, tanquam materia ſyllogiſmi conſtruuntur. Formalia ſunt figuræ, & modi, quibus propoſitiones diſponuntur, formamq. ſyllogiſticã accipiunt. Perfectiua, id eſt, quorum beneficio ſyllogiſmi imperfecti ad perfectos reuocantur, ſunt conuerſio propoſitionum, tranſpoſitio, ſeu communatio præmiſſarum, & deductio ad impoſſibile. Regulatiua ſunt communia quædam axiomata, quibus probantur, confirmanturque ſyllogiſmi.

Quatuor ſunt principiorum genera.
Quæ ſint principia materialia.
Quæ formalia.
Quæ perfectiua.
Quæ regulatiua.

De his ergo poſterioribus principijs, quæ omnium communiſſima ſunt, agit hoc loco Ariſtoteles. Verum ſi quis diligenter attendat, inueniet, eum omnium meminiſſe, nam primo loco definijt propoſitionem, & terminum, quæ ſunt principia materialia; ſecundo ſyllogiſmum, in quo cernitur materia ſecundum figuram, modumq. ſyllogiſticum; tertio explicauit, quinam eſſet ſyllogiſmus perfectus, qui imperfectus, dicens, illum non egere ope alicuius principij, videlicet perfectiui. Hunc autem egere. Poſtremo diſſeruit de principijs regulatiuis.

QVAE-

QVÆSTIO I.

Num Aristoteles recte censuerit de Propositione, ac Termino.

ARTICVLVS I.

Expenditur, & explicatur Propositionis Definitio.

Cur propositio prius termino definiatur.

IN primis non est arguendus Aristoteles, quod propositionem, quæ compositior est, quàm terminus, illumque includit, ante terminum definierit, quasi ordinem deseruerit accuratæ doctrinæ, quem tenuit in libris de Interpretatione, quos à nomine, & verbo inchoauit: cum enim terminus dicatur id, quod propositionis resolutionem terminat; nihil autem prius dissoluatur, quam sit, necesse fuit, ipsius propositionis naturam prius indicare, quã partes, in quas dissoluitur, exponerentur, quòd eò libentius accipiendum est, quò hic tractatus resolutorius dicitur; resolutio autem à toto inchoatur, quæ ratio non cernebatur in libris de Interpretatione; quia sunt compositiui, vt loquuntur Logici. Accedit, terminum definiri per ordinem ad propositionem; id verò, quod in alterius definitione collocatur, prius, quoad fieri potest, enodandum est, ne per æquè obscura definitio assignetur.

Propositionis definitio exponitur.

Propositionem igitur hunc in modum definit: Propositio est oratio affirmatiua, aut negatiua alicuius de quopiam: in ea loco generis est Oratio, cetera adduntur pro differentia, sed earum intellectus, & collocatio non omnibus eadem est. Aegidius Romanus hoc loco post genus statim collocat illa verba, [alicuius de quopiam] in quibus arbitratur, totam definitionem absolui; reliqua verò addi insinuandæ diuisionis gratia; quod ex eo confirmari potest, quia affirmatio, & negatio sunt differentiæ contrahentes propositionem, & constituentes oppositas illius species, vt sequenti articulo ostendetur, nullum autem genus per contrahentes differentias congruè definitur, præsertim essentiali definitione, qualem hanc esse defendemus. Alij, quibus magis assentimur, immediate post genus apponũt particulas, [affirmatiua, & negatiua] tandem, quæ sequuntur [alicuius de quopiam:] estque iuxta hunc modum is definitionis sensus. Propositio est Oratio tribuens, aut remouens cum aliqua veri similitudine prædicatum vnum alicui subiecto diuerso, communi, personaliter, aut absolute accepto.

Vnde excluduntur propositiones apertè falsæ, & meritò; definit enim Aristoteles hoc loco propositionem in ordine ad syllogismum probatiuum, cui propositiones apertè falsæ non deseruiunt. Vnde in eius definitione dixit Aristoteles, [quibusdam positis] hoc est, vt Interpretes exponunt, concessis, vel aptis, vt cõcedantur. Reiciuntur enunciationes multiplices, & hypotheticæ; nec enim ad categoricum syllogismum conducunt, de quo præsentem instituit disputationem, item identicæ, quia artis expertes sunt, & singulares, quoniam sunt in vsu disciplinarum infrequentes; cum quibus numerare oportet propositionem de subiecto communi, in suppositione simplici considerato; vt, homo est species, animal est genus; æquipollent enim singularibus. Porrò singulares haud definitione comprehendi, satis indicat Aristoteles, cum propositionem à se definitam partitur penes quantitatem in vniuersalem particularem, & indefinitam, nulla facta singularium mentione.

Posterior expositio magis probatur.

Sed quibus mouemur ad posteriorem expositionem complectendam? Inde sanè, quia per illa verba; oratio alicuius de quopiam, non exprimitur integer sensus, nec declaratur peculiaris ratio propositionis, quæ cõsistit in eo, quod coniungat, aut separet: nam hæc verba, liber Aristotelis est oratio alicuius de quopiã.

Nec

Nec ſatisfacies reſpõdendo, ea verba ita explicari poſſe, vt perfectus sẽſus appareat; nam hoc ipſo titulo definitio, non probatur, quod euiſceranda ſit, vt rem declaret. Ad confirmationem pro Aegidio allatam dicendum eſt, affirmatiuum, & negatiuum, etſi differentiæ ſint ſpecierũ propoſitionis, ſumi tamẽ in prẽſenti loco vnius differentiæ propriæ enunciationis, ſeu propoſitionis in cõmuni, quę nomine caret; vel, ſi magis placeat, dic, propoſitionem eſſe quoddam analogum (in arte factis. n. propria genera non ſunt): analogum verò cõmune, cũ non ſit aliud à ſuis analogatis, non poſſe accommodatius, quam per illorum differentias explicari; diſtinctius. n. cognoſcitur ens, cũ definitur id, quod per ſe, aut in alio eſt, quæ ſunt rationes propriæ inferiorũ, quã cum dicitur id, quod eſſe poteſt, quæ eſt veluti ratio entis in communi.

Propoſitionis definitio eſſentialis eſt. Aegid.

Hinc colliges id, quod hoc loco diſquiri ſolet, aſſignatam definitionẽ eſſe eſſentialem. quod expreſſit Rom. Aegid. Enim verò definitio complectens genus, & propriã alicuius differentiam, eſſentialis eſt, ſed eiuſmodi eſſe eam, de qua agimus, liquidum iam eſt, cum oratio communi Autorũ conſenſu propoſitionis genus ſit. Affirmatio verò, & negatio alicuius de aliquo, vel, quod ſub illis verbis intelligitur, eſt id, quod primò ſeparat propoſitionem à ceteris orationibus, quod eſt proprium munus eſſẽtialis differẽtiæ. Hæc dicta ſint iuxta primum modum ſoluendi rationem pro Aegidio factã: iuxta poſteriorem dicẽdum eſt, definitionem eſſe eſſentialem eo modo, quo analogis eſſentialis definiendi ratio quadrat.

Cõtra definitionem obiecta. 1

Erit tamen, qui aduerſus hãc reſolutionẽ primò obijciat. Propoſitionis eſſentia in eo poſita eſt, quod ſignificatiua ſit, ſiue mẽtalem ſpectes, ſiue vocalem: illa. n. eſt eſſentialis obiecti repræſentatio; hæc eſt inſtrumentum ad res ſignificandas comparatum; igitur nõ eſt verum, traditam definitionem per affirmationẽ, & negationem eſſe eſſentialem. Deinde, quocunq. modo ſe habeat affirmatio, 2 & negatio ad propoſitionem, non debuiſſe per illas definiri, ſic oſtenditur. De propoſitione agitur hoc loco in ordine ad ſyllogiſmum probatiuum; ad probandum verò plurimum refert, ſitne propoſitio vera, vel falſa; parum, an ſit affirmans, vel negans: ergò per veritatem & falſitatem definienda potius fuit. vt in libris Perihermenias, quam per affirmationem, & negationem. Denique aduerſus id, quod inter explicandam definitionem diximus, ſcilicet, propoſitiones hypotheticas ab ea excludi, opponunt aliqui. In progreſſu tractatur ſyllogiſmus hypotheticus, vt videbimus; ergo non fuit excludenda hypothetica enunciatio, ex qua ille conſtituitur. 3

Occurritur 1. Obiect.

Occurrendum tamen eſt primæ obiectioni, eſſe quidẽ propoſitionem eſſentialiter ſignificatiuam, & hoc indicari per genus: nam oratio definitur vox ſignificatiua: ſed nõ compleri ibi eius eſſentiam; includit enim vlterius differentiam contrahentem, quam definitio exprimit. Secundæ occurrendum eſt, in primis non reciprocari enunciationem, & propoſitionem, licet vtraque ſit ſecunda intellectus operatio, ſed multò anguſtiorẽ eſſe propoſitionem: Enũciatio namque, cum per verum, & falſum definiatur, & hoc indifferenter conueniat hypotheticis, & categoricis, veris, ac falſis propoſitionibus, has omnes ſuo ambitu cõprehendit. Propoſitio verò ſolas ſimplices, & veras ſaltem apparenter: quæ diſtinctio vel earum nominibus indicatur; ſiquidem enunciatio dicitur ab exprimendo iudicio de re, quodcunque illud ſit, rectum, aut erroneum: propoſitio autem ex eo, quod aliquid ſtatuat, vnde aliud colligatur, at ex manifeſtè falſo nemo aliquid inferre conatur. Ex quibus iam conſtat, propoſitionem non debuiſſe definiri per verũ, & falſum. Illud verò quod obijcitur, affirmationem, & negationem minus ad ſyllogiſmum probatiuum conducere, negandum eſt cum Albert. Magno tractatu primo in hunc

Enunciationis, & propoſitionis diſcrimen.

Digitized by Google

librum, cap. 5. quoniam Aristoteles definit propositionem in ordine ad varias syllogismorum figuras, & diuersos earũ modos, qui per affirmationem, & negationem maximè diffant. Tertiæ obiectioni totum concedunt aliqui, nec improbabiliter; melius tamen Alexander docet, syllogismum hypotheticum non explicariá Philosopho, vt partem per se subiectam huic operi, sed velut quid simile simplici syllogismo, quocirca non oportet in præcipuis definitionibus eius partes comprehendi.

3 Alexand.

ARTICVLVS II.

Vbi pacto propositio secundum quantitatem, & qualitatem diuidatur.

ALteram harum diuisionum expressit, enodauitque Aristoteles in hoc capite; alteram indicauit. Vt illustretur ea, quæ penes quantitatem traditur, aduertendũ est, quantitatem propositionum apud Dialecticos nihil esse aliud, quam extensionem aut vnitatem numeralem rerum, pro quibus subiectum sub prædicato accipitur. Interdum enim sumitur pro omnibus, vt in hac propositione, omnis homo risibilis; interdum pro aliquibus, vt in hac, aliquis homo est Philosophus, vbi homo pro existentibus dũtaxat accipitur, idque disiunctiuè; quo etiam modo sumitur in propositionibus indefinitis, vt, homo est Philosophus; nonnunquam verò pro vno tantum, vt hic homo est Philosophus. Porrò secundum hanc quãtitatem distribuit Arist. hoc loco propositionem in vniuersalem, particularem, & indefinitam, omissa singulari ob eam, quã diximus causam. Vniuersalis est, cuius subiectum est commune, & affectum signo vniuersali, vt, omne animal est substantia: particularis est, cuius subiectum est commune, & affectum signo particulari, vt, quidam homo est Philosophus: indefinita est, cuius subiectum nullo notatur signo, vnde nomen indefinitæ meri-

Propositionis quantitas quid.

Propositionis secundũ quãtitatem partitio.

ta est, quasi nulla certa quãtitate circumscripta. Quæ sint vniuersalia, & particularia signa, quo pacto inter se varientur, traditum est in tertio Institutionum lib. c. 5. quis verò conceptus eiusmodi signis in mente respondeat primo libro Perihermenias, c. 4. & 6. dictum est.

Quod attinet ad qualitatem propositionum, aduertendum, hanc duplicem esse, alteram essentialem, alteram accidentalem; essentialis est coniunctio prædicati cum subiecto, quæ est propria enũciationis forma, vt alibi dictum est. Accidentaria est veritas, & falsitas: aliaque eiusmodi cõiunctioni adiacentia. Diuisionem secundũ qualitatem essentialem insinuauit Aristoteles in propositionis definitione; cuius adæquationẽ, non est, cur probemus, cum non minus certum sit, inter affirmationem & negationem nullum cadere medium, quam inter cõtradictoria, quæ illo principio, de quolibet vera est affirmatio, aut negatio, nititur; si enim tertia species enunciandi esset, illud principium adeò certum non foret.

Enũciationis qualitas duplex essentialis & accidentalis.

Est tamen quæstio, num hæc diuisio sit generis in species, an non. Negant Aphrod. & Burana hoc cap. & probant, vbi inuenitur prius, & posterius, ibi cernitur Analogia: sed affirmatio est prior negatione; ergo analogitè cum ea conuenit. Minor probatur ex Arist. 1. Perihermen. c. 4. vbi affirmatiuam enunciationem vocat primam, & 1. Post. c. 12. expressius appellat affirmationem priorem negatione. Est verò affirmatio prior multis modis. Primò cognitione, quia negationẽ cognoscimus ex habitu, non è contrario, vt docet Arist. 2. loco citato: deinde simpliciter, quia, vt Ammonius in procemio librorum de Interpretatione annotauit, negatio fit ex affirmatione, & aliquo addito; præterea est prior secundum rem significatam, quia vt D. Thomas opusculo de Enunciatione, c. 6. docet, affirmatio significat rem esse, negatio non esse. Licet verò cõparatione cuiusq. rei creatæ prius

Proponitur quæstio, & pro altera parte agitatur. Aphrod. Burana. Aristot.

Ammon.

D. Thom.

fuerit

fuerit eius non esse, quam esse, absolutè tamen esse præcedit nõ esse: quo
D. Thom. sensu dixit idem D. Thom. lib. 10. Metaph. multa (quæ ex diuisione vnius fieri constat) esse priora vno, eò quod hoc sit negatiuum. Denique omnis negatio supponit aliquam affirmationem, ideò enim negamus, aliquid esse nigrum, quia verè affirmamus esse alio colore, vel forma affectum.

Pars oppo sita proba tur. Affirmatiuam partem sequuntur Logici hodie, eamque tradiderunt
Porphyr. Porph. & Philop. hoc loco. Ammo-
Ammon. nius primo de Interpretatione, c. 4.
Philop. Simplicius in cap. de Quantitate. D.
Simplic. Thomas loco citato. Eorum funda-
D. Thom. mentum est, enunciare secundum se perfectè abstrahere ab affirmatione, & negatione, & has æquè primò enunciationis naturam participare: cum neutra in participando ab alia dependeat. Quod ostendi potest ex illo primo principio, de quolibet verum est esse, aut non esse; est enim disiunctum negationem, & affirmationem æquè primò complectens, quod ex solutione propositi argumenti manifestius erit. Pro cuius solutione & profligatione totius quæstionis aduertendum est, propositionem cõsiderari posse, aut obiectiuè, aut formaliter: obiectiuè affirmatiua communiter est positiuũ quid: alia negatio: nam obiectum huius propositionis, Socrates est iustus, est esse iustitiæ in Socrate, obiectum verò huius, Socrates non est iustus, est negatio iustitiæ in eodem Socrate. Formaliter vtraque propositio est entitas positiua, & realis; quia aut vox est, aut conceptus. Igitur de propositione priori modo sumpta certum est, non esse verum genus, quia negatio, & eos longè ab vnitiuocatione absunt.

Propositionis diuisio quo modo fiat vniuoca. Accepta verò propositio posteriori modo diuidenda necessariò est in mentalem, & vocalem; illa, cum nihil à iudicio differat, vt supra diximus, est simplex qualitas, in qua vera ratio generis, & speciei dari potest; hæc est arte factum ex pluribus vocibus per accidens conformatum, vbi per similitudinem tantũ genera, & species conceduntur; quare, si posterior sententia in rigore accipiatur, de propositione mentali intelligẽda est: & procul dubio videtur rationi cõformior. Nec audiendi sunt Obiectio.
quidam Recentiores, qui hoc argumento ab ea discedunt; si mentis assensus in affirmatiuum, & negatiuũ vel in species diuideretur, idé actus esset sub duobus generibus non subalternatim positis, quod sic ostenditur; assẽsus huius propositionis, homo est animal rationale, continetur sub assensu affirmatiuo & sub assensu principiorũ qui non subalternantur, quãdoquidẽ nec omnis assensus affirmatiuus est principiũ, nec omnis assensus principij est affirmatiuus, vt in negatiuis principijs notum est.

Huic argumento neganda est consequutio; ad probationem similiter Solutio.
inficiandum, assensum principij in communi esse genus, est. n. analogũ, vnde ille assensus sub assensu affirmatiuo solummodò collocatur. Cur autem potius cõcedamus, assensum affirmatiuum, & negatiuum esse vera genera, quam assensum principij, facit in primis communis doctrina; deinde maior ratio vnitatis, & cõuenientiæ in omnibus affirmatiuis ex vna parte, & negatiuis ex alia; nam ipsa ratio affirmandi & negandi videtur vnica.

Grauius pro eadẽ parte vrget hoc Obiectio.
argumentum. Omnes fidei Christianæ assensus eiusdem sunt speciei, vt communior Theologorũ Scholasticorum docet, & in I. Potter. latius attigimus: sed inter eos aliqui sunt negatiui, alij positiui, vt videre est in his assensibus; Christus resurrexit; Christus non peccauit; ergo mentalis propositio in affirmatiuã, & negatiuam, vt in varias species, non diuidetur. Respondetur, (quidquid sit de veritate Dilutio.
maioris, cuius examẽ ad hunc locum non spectat) verum argumentum nihil nostro instituto aduersari, solum .n. probare cõtendimus, diuisionem propositionis in affirmantem, & negantem non esse analogicam, vt alij cõtendebant, sed vniuocam, & quia

Digitized by Google

in propositionibus scientificis negatio, & affirmatio specificum discrimen inducũt, idcircò diuisionem esse generis in species asseueramus. Quamuis in propositionibus de fide diuina, vel etiam humana affirmatio, & negatio in eandem speciem concurrant.

Satisfit argumento initiò posito.

Argumento initiò proposito respondendum est, eius probationes maiori ex parte procedere de propositionibus obiectiuè sumptis, aut certè de illis tantum concludere. In ijs enim verum est, affirmationem esse nobiliorem, notiorem, & simpliciorem negatione: nam propositiones æquè positiuæ sunt, & æquè reales, vt explicatum est. At vrgeas; obiectum propositionis affirmatiuæ est prius natura obiecto negatiuæ; ergo eadem prioritas in ipsis propositionibus existit. Probatur illatio à simili, intellectus est prior natura, quam voluntas, eò quod illius obiectum, quod est verum, præcedit obiectum voluntatis; ergo ita se habebit in præsenti. Neganda tamen est illatio, propositũ verò exemplum, quatenus verum est, nihil aduersum nos continet, quia illa prioritas intellectus non impedit similitudinem in participando genere; cum nemo dubitet, intellectum, & voluntatem vniuocè conuenire, aut proximè in potentia rationali, aut remotè in spirituali, aut simili alio prædicato. Quare intellectus non dicitur prior natura voluntate prioritate participationis, sed vel nobilitatis, vel subiecti; quatenus voluntas, vt operari nequit, nisi præuio intellectu, ita conuenire subiecto non potest, cui prius intellectus non debeatur; quo pacto non negamus, affirmationem esse priorem negatione, id est, nobiliorem, & intellectui conuenientiorem.

Instantia.

Respõsio.

ARTICVLVS III.

Definitio termini explanatur.

Terminus formaliter quid.

TErminus, vt in commentario diximus, formaliter importat relationem ad propositionem terminatam, & connotat vocabulum, aut conceptum, qui propositionem vltimò, & adæquatè terminat. Vltimò quidem, vt excludãtur integræ propositiones, in quas resoluitur syllogismus, & hypothetica enunciatio; quæ, licet immediatè resoluantur in propositiones, quibus constant, vltimò tamen ad earum partes terminantur, exempli c. hæc coniuncta, si dies est, lux est, cum dissoluitur, non stitit in his simplicibus, dies est. lux est, sed in earum partibus, dies, lux. Adæquatè verò, ad excludenda aduerbia, & alia syncategoremata, quę, vt non sunt totum prædicatum, vel subiectum, sed eorum additamenta, ita propositionem per se non terminant, sed cum principali prædicato, & subiecto, quasi cõterminant. Hæc termini explicatio quo ad primam partem est Alberti, quoad vtramque Aegidij & Louanienſium.

Diuisio termini.

Eiusdem termini diuisio in eadẽ definitione subiungitur in duo membra, prædicatum, s. & subiectũ: nam particula, vt, denotat ibi exemplum, quasi dixerit Aristotel. terminus est pars, in quam resoluitur propositio, cuiusmodi sunt prædicatum, & subiectum, quæ nectuntur verbo, est, affirmato, vel negato, tacito, vel expresso. quamuis etiam ea verba accipi possint, vt definientia terminum.

Vnde aliquid terminus dicatur.

Alb. Mag. Louan.

Meritò tamen disputabis, an prædicatum, & subiectum appellentur termini ex eo, quod propositionem componendo, tanquam extrema claudant, vel quod eius finiant dissolutionem? Albertus, & Louanienſes primam reddunt causam, & probant, quoniam dissoluta propositione possunt manere nomina, aut verba, prædicatum verò, & subiectum in sola propositione composita inueniũtur; ergo, cum Aristotel. dicat, terminum esse prædicatum; vel subiectum, procul dubio loquitur de illis, vt actu componunt. Accedit, mentem Aristotel. hoc loco esse, naturam propositionis declarare: in eius autẽ definitione solam copulam, quæ est vinculũ extre-

Digitized by Google

extremorum, manifestè expressit; quare oportuit deinde terminos vtrinque claudentes copulam explicare; hos verò ait esse prædicatum, & subiectum.

Cur verbũ terminus nõ appelletur.

Qua expositione cessat importuna Recentiorum interrogatio, cur verbum non appelletur terminus, siquidem resoluta propositione manere potest, quemadmodum prædicatum, & subiectum: responsio enim est, non appellari terminũ, nisi quod est in extremitate propositionis, verbum autem esse in medio iuxta mentis, & significationis ordinem. Nec obijcias, hæc non cohærere cum definitione termini, quia Philosophus appellat terminum omne id, in quod resoluitur propositio: propositionem verò resolui posse etiam in copulam, cum sit vocabulum significatiuum; ergo iuxta definitionem eam quoque terminum esse. Facilè enim respondebitur, hunc esse definitionis sensum: Terminus est id, in quod resoluitur propositio, tãquam in prædicatum, & subiectum. Quare, licet concederemus, verbalem copulam manere, non proinde sequeretur esse terminum.

Terminus propriè dicitur à resolutione terminanda.

Alijs placet, appellationẽ termini desumi ex secundo munere, finiendi, scilicet, propositionis dissolutionem quemadmodũ dicimus, domum terminari in lapides, & ligna, quæ post eius euersionem supersunt. Cui interpretationi fauet, hos libros esse resolutorios, ad quos maximè pertinet cõsiderare ea, in quæ tandem Logica arte facta, cum reuocantur ad simplicia, ex quibus constabant, resoluuntur. Licet huic rationi facilè occurri possit, reuocationem illam non esse per veram dissolutionem propositionis, sed per considerationem principiorum, ex quibus coalescit, quę datur etiam, cum propositio integra perseuerat.

Quęritur, an verbũ sit terminus.

Quidquid tamen sit de ratione; si ea sententia admittatur: videtur quibusdam graue dubium, cur verbum, est, non appelletur terminus, siquidem dissoluta propositione suam retinet significationẽ, perinde, ac prædicatum, & subiectum, igitur, si hæc ex eo termini appellentur, quod destructio propositionis in ijs tandem sistit; Est, quoq. ob eãdem rationem terminus erit. Hier. Burana ex Arabũ doctrina respõdet, verbum ideò non esse terminum, quia nõ est pars propositionis: nulla.n. res dicitur resolui, nisi in suas partes; quod verbum pars nõ sit, inde probari potest, quia nulla forma artificialis dicitur pars arte facti; quis.n. figuram domus eius partem appellauit? Certè quidem attento vulgari loquendi vsu non est contemnenda hęc sententia, nunquã .n. inter partes statuæ, vestis, aut similis arte facti forma recensetur. Buran. Arabes.

Partiũ integrantiũ, & essentialiũ discrimen.

Apud Philosophos tamen in compositis, seu naturalibus, seu artificialibus duo genera partium numerantur; aliud integrãtium, quæ sunt partes quantitatiuæ alicuius corporis, vt caput, & manus humani corporis; parietes, & tectum domus; aliud essentialium, quæ sunt materia, & forma, vt in homine corpus, & anima; in statua lignũ, & figura. Sunt in propositione hæc duo genera partium; integrantes sunt subiectum, & prædicatum: essentiales verò ex vna parte subiectum & prædicatum habentia locum materiæ: ex alia Verbum, quod est essentialis forma propositionis. Ex quibus constat, Verbum non excludi à ratione termini, eò quòd propositionis pars non sit. Hæc reiecta sententia, est alia Aegidij existimantis, Verbum non fuisse exclusum à ratione termini, sed cõnumerari à Philosopho cum prædicato; cum enim in primo Peri hermenias dixisset, verbum semper prædicari, non oportuit hoc loco iterum explicare, se nomine prædicati verbum comprehendisse.

Verbũ est pars essentialis.

Aegid.

Secunda responsio.

Ceterum hæc Aegidij sententia, etsi vera est, non soluit tamen difficultatem; quoniam verbum. Est, duo exercet munera, alterum prædicandi; alterum copulandi prædicatum cum subiecto, quod intelligi volumus in quacunque propositione contingenti, vel necessaria; qua de causa non distinximus hoc loco

Digitized by Google

propositionem cõtingentem, & necessariã, vt aliqui faciunt Recentiores; licet ergo verbum quò ad prius officiũ rationem termini participet, & cum prædicato numerarum intelligatur, quò ad secundum id habere non potest. Vera igitur sententia est, quam Arist. in c. de Verbo indicauit: dissipata, s. enunciatione, verbũ non consignificare copulam, atque adeò non retinere eam significationem, ratione cuius prædicatum, & subiectum vnicebat. Cum verò res non resoluatur, nisi in eas sui partes, quæ peracta resolutione manent, (quemadmodum nihil dirimi perhibetur in partes, quæ corrumpuntur, sed quæ per diuisionem consurgunt) & verbum secundum officium copulandi nõ perseueret, neutiquam terminus appellabitur. Nec est alicuius momenti, quod opponi solet; etiã prædicatum, & subiectum non manere sub ratione prædicati, & subiecti, & nihilominus esse terminos; ergo idẽ dici posse de verbo, etsi resoluta propositione actu copula non sit. Est. n. longè diuersa ratio; nam prædicatũ, & subiectũ non componebant propositionem, sub rationibus prædicati, & subiecti, sed propter rerum significationem, quam eandem conseruant; verbum autem significationem copulæ, secundum quam componit, vt ex Aristotele dictum est, non conseruat.

Tertia respõsio, & vera resolutio.

Cuidam obiectioni occurritur.

Alia obie.

Duriorem fortasse reputes hanc instantiam, Equus & cetera composita naturalia resoluuntur in materiam, & formam, vt est communis Philosophorum existimatio: at forma equi, & ceterorum, vno homine excepto, post eorum corruptionem haud manet; ergo licet verbum, qua forma est, non subsistat, propositionem tamen terminabit. Aliqui respondent formas naturales, etsi non existant, terminare posse resolutionem entis, quia seruant eandem essentiam, & rationem trãscendentem ad materiam primã, cum qua totum componebãt: quod secus habere inquiunt in artificialibus, cum certam materiã non respiciant; forma enim domus indifferenter se habet ad materiam ligneam, & lapideam. Quasi verò forma naturalis per illum respectum viuat; aut artificialis independentior sit à materia, aut vtraque indifferens non sit ad hanc vel illã materiam; nam anima equi mortui non respicit determinatè materiam eiusdem equi, quem tunc terminat.

Quorũdã solutio.

Improbatur.

Aliter ergo respondendum, nimirum, formas naturales, ideò terminare suorum compositorum dissolutionem, quia non desinunt ex vi defectionis totius, sed posterius per corruptionem sibi propriam, quatenus separatæ cohærere non possunt, vt videre est in forma humana, quæ ob sui à materia independentiam separata consistit, etsi homo perinde, ac quoduis ens naturale corrumpatur. Secus se res habet in formis artificialibus: nam dissolutio totius arte facti per se primò tẽdit in destructionem formæ: qui enim statuam in minutissimas concidit partes, aut domum euertit, nihil destruit, nisi figuram. Merito ergò naturalia dicuntur resolui in materiã, & formam, siquidem perfectè corrumpi possunt illis perseuerantibus; nõ autem artificialia, quòd maximè verũ est in verbo, vt copula est; magis enim vnionem formæ physicæ cum materia, quam ipsam formam imitatur.

Vera sol. notanda.

Videbimur in hac cõtrouersia nostri obliuisci. Nam lib. 1. de Interpretatione docuimus, enunciationem mẽtalem esse simplicem qualitatem, quæ in plures dissecari non possit: nunc autem admittimus eandem enunciationem componi ex conceptibus prædicati, & subiecti, tanquã ex pluribus partibus actu distinctis, in easque resolui, quod absque conceptuum multitudine fieri non posset. Respondemus, Aristotelem accommodare hanc definitionem, & alias similes primò propositionibus, & terminis vocalibus, nõ quod hi præcipuè à Dialecticis considerentur; sed quia sunt manifestiores, & explicatu faciliores. In voce autem plures distinguuntur enunciationis partes, vt apertum est. Dicimus.

Quo pacto propositio mentalis, cum simplex sit, terminos habeat.

mus deinde, si eadem doctrina ad internum sermonem accommodetur, nō significari enunciationem mentalem ex multis cōceptionibus proximè, & formaliter componi, sed antecedenter, quia actus iudicij supponit conceptus prædicati, & subiecti, non verò conceptum copulæ, vt copula est, itemque cum desinit, remanere possunt ijdem conceptus prædicati, & subiecti diuulsi, quod de conceptu verbi, quatenus copula est, affirmari non potest.

QVÆSTIO II.

VTRVM SYLLOGISMVS rectè definiatur.

ARTICVLVS I.

QVID, ET QVOTVPLEX sit discursus.

Aristot. TAmetsi Aristoteles primo libro de Interpret. capit. 1. & 3. de anima, cap. 6. tex 21. duas tantum mentis nostræ operationes recenset, nimirum simplicem rerum intelligentiam, & compositionem; tertiæ tamen, quam discursum vocamus, meminerunt omnes graues Philosophi, ac Patres, quos in præsenti recensere operæ pretium non est: nec Aristoteles eam ignorauit, sed in his locis, aut tertiam operationem sub secunda complexus est, vt ait Ferrar. 3. de anima, quæstione 2. aut agit tantum de functionibus intellectus, prout distinguitur munere, & officio à ratione, ad quam discursus proprie spectat Nā vt Theophilus ibidem ait, quod intellectus vno agressu cognoscit, ratio protendit; & intellectio veluti centrum quiescens est: discursus autem circumactus quidam rationis. Hic igitur est locus, ad quem iuxta logicam diuisionem spectat huius operationis tractatio, vt cum Diuo Thoma in procemio librorum de Interpretatione dictum est. Et quoniam syllogismus deinde, ceteraque argumentationes discursus quidam sunt, oportet naturam communem discursus, qui proximum eorum genus est, & vniuersalem eius diuisionem indagemus.

Cur hic de discursu agendum. Ferrarien. Theoph.

Discursus ergo, vt Magnus Albertus annotauit, appellatur ea intellectus operatio, quæ similitudinem refert motus animalis, in quo, vt cetera omittamus, illud necessariò inuenitur, quod sit transitus à termino à quo, qui per motum defertur, ad terminum ad quem, qui per eundem acquiritur; vt ergò discursus intellectus motum animalis imitetur, plures debent includere cognitiones, ex quarum vna veluti à termino à quo procedat intellectus ad aliam, vti ad terminum ad quem: quocirca definiri solet discursus vniuersim acceptus, progressio intellectus ab vna cognitione ad aliam. Vnde patet quanto iure Caietanus 1. parte, quæstione 58. art. 3. reprehendat Scotum asserētem in prologo sententiarum, quæst. 4. & in 2. d. 7. q. 1. non requiri pluralitatem cognitionum ad discursum, sed sufficere vnam, qua vnum ex alio percipiatur: repugnat enim hæc sententia cōmuni omnium sensui, & propriæ discursus notioni, atque eius Etymologiæ, vt apertum est. Et verò quæ ratio discursus esse potest in vna, eademque cognitione, cum nec possit à se depēdere, nec prior, aut posterior esse seipsa? Progreditur autem intellectus in cognoscendis rebus ab vna notitia ad aliam, quia ob imperfectionem sui luminis, & specierum, quas à rebus accipit, indigentiam, quæ Angelus vno aggressu penetrat, longa circuitione comprehendit: vt docet Diuus Thomas 1. parte, quæst. 58. artic. 3. & 79. artic. 8. aliisque in locis.

Alber. Discursus vnde dicatur. Eius definitio. Caiet. Scot. D. Tho.

Idem Diuus Thomas prima parte, quæst. 14. art. 4. & Gregor. Arim. in 2. d. 7. quæst. 5. artic. 2. aliique non pauci discursum partiuntur in duo membra: alterum vocant discursum secundum successionem, alterum secundum causalitatem, prior est

D. Tho. Greg. Discursus duplex.

Digitized by Google

ſeries cognitionum ſibi ſuccedentium abſque dependentia vnius ab alia, quo genere diſcurſus tunc vtimur, quando vnum poſt aliud intelligimus: Poſterior eſt progreſſio a cognitione vnius ad cognitionem alterius, cum dependentia vnius cognitionis ab alia; inde enim dicitur ſecundum cauſalitatem; vel vt definit D. Tho. quęſt. 8. de veritate ar. 15. eſt cognitio vnius ex alio; vbi aduerte, triplicem eſſe modum cognoſcendi, in alio, poſt aliud, & ex alio. In alio, vt, cum Beati in diuina eſſentia creaturam intuentur: poſt aliud, vt, cum ſucceſſiuè vnum prius, aliud poſterius cognoſcimus, qui eſt diſcurſus ſucceſſiuus. Ex alio, (in quo tertio modo diſcurſus ſecundum cauſalitatem conſiſtit) cum vnum ex alio inferimus per rationalem copulam; ergo, aut igitur, priori notitia cauſante poſteriorem.

Diſcurſus ſecundum cauſalitatē definitur.

Quattuor diſcrimina inter diſcursū ſucceſſionis, & cauſalitatis.

Sed quò hæc magis pateant, notādum eſt multiplex diſcrimen inter hos diſcurſus. Primum, quod in eorū deſcriptionibus exprimitur, eſt, quod in priori diſcurſu notitia conſequens non pendet per ſe ab antecedente: in poſteriori maximè, idque in duplici cauſæ genere, formali & effectiuo; ac de effectiuo oſtenſum id eſt in 1. Perihermenias c. 4. de formali in 1 Poſteriorum, cap. 2. oſtenderetur. Ex quo diſcrimine euidentius colligit Caietanus loco citato id, quod attribuimus diſcurſui in communi, pluribus videlicet egere cognitionibus; quarum alia ſit cauſa, alia effectus: nam idem ſeipſum cauſare non poteſt. Secundum, quod ex primo ortum habet, eſt, diſcurſum ſecundum ſucceſſionem contentum eſſe quibuſuis cognitionibus, etiam ſimplicibus, at diſcurſum ſecundum cauſalitatem ſupponere notitias iudicatiuas. Primum patet, cum æquè peruium ſit, poſt conceptum vnius rei formare conceptum alterius, ac poſt vnius iudicium aliud iudicare: imò confecto aliquo diſcurſu perfacilè eſt alium per accidens coniunctum illi attexere; quare primus diſcurſus in quauis operatione cernitur. Secundū probatur primo ex ipſo nomine tertiæ operationis. Quemadmodum enim ſecunda operatio neceſſariò ſupponit primam; eodem modo tertia, qualis eſt hic diſcurſus, ſupponit ſecundam.

Primum.

Secundum

Deinde, cauſalitas in hoc diſcurſu interueniens non eſt quæcunque, ſed mediante particula rationali; idcirco enim intellectus, cū ſic operatur, ratio nominatur, vt notat D. Tho. 1. p. q. 79. art. 8. & eius operatio ratiocinatio authore Philoſopho in hoc ipſo capite: Sed eiuſmodi cauſandi modus depoſcit in notitia cōſequente habitudinem, & dependentiam intrinſecam ad notitiam antecedentem, & ad illius obiectum; ergo hic diſcurſus, niſi ex notitijs iudicatiuis fieri non poteſt. Probatur conſequētia, quia ſimplex notitia, quando cauſatur ex alia, nullam ad eam ſeruat habitudinem, ſed perinde ſe habet, ac ſi ab ſpecie fieret, nec mutat ſpeciē, eò quod fiat ex alia cognitione. V. c. ſi quis formet conceptū animalis ex cōceptu hominis, alius ex propria animalis ſpecie; ambo erunt eiuſdem ſpeciei, nec prior conceptus aliā habitudinem dicet ad conceptū præcedentem, ex quo ſit, quam conceptus poſterioris ad ſpeciem.

D. Tho.

Vnde ceſſat inſtantia quorundam arguentium, in prima operatione reperiri diſcurſum cauſalitatis, quando prædicto modo vna cognitio colligitur ex alia; quamuis enim intercedat arguitiua collectio, non tamen viſitur rōnalis, & diſcurſiua. Quod tradiderūt Auerr. & Themiſtius hoc capite, cum docuerūt, diſtinctam cognitionem totius habitam ex definitione, aut diuiſione, diſcurſum non eſſe; vtique ex eo, quod in ſimplicib. cognitionibus peragatur. Tertium diſcrimen eſt, diſcurſum ſucceſſionis non poſſe fieri, niſi in tempore, quod præfert eius nomen: Ex eo enim ſucceſſiuus dicitur, quia vna cognitio fit poſt aliam, ſed quæ fiunt in eodē inſtanti, nihil habeant aliquem ordinem cauſalitatis, fiunt ſimul; cum igitur in hoc diſcurſu cauſalitas nō detur, vt vna notitia dicatur abſolutè,

Auerr. Themiſt.

Tertium.

&

Digitized by Google

& simpliciter posterior alia, debet esse posterior duratione. Discursus verò causalitatis in instãti fieri potest, quamuis D.Tho. 1.p.q.14.art.7. & in 4.d.17.q.1.art.2. Capr. in 2.d.3.q.2. ad 1.argumentum contra 10.conclu. præterea Philoponus, & Simplicius lib.3.de anima.text.23.oppositũ aut opinentur, aut opinari videantur; ratio tamen constituti discriminis est, quia causa, etiam cum est in eodem instanti cum effectu, dicitur prior illo, saltem natura; cum ergo notitia antecedens sit causa consequentis, prioritate saltem naturæ eam præcedere dicetur.

D.Tho. Capreol. Philop. Simpl.

Quod verò in eodem instanti possit intellectus antecedentem, & consequentem cognitionem elicere, cõspicuè tradit Aristoteles in primo capite primi Posteriorum: & nos eo loco ostendemus, nonnunquam ita fieri oportere; nunc ea sufficiat ratio: intellectus potest in eodem instanti conseruare duo iudicia, vt experimur; ergo potest in vnico instanti eadem elicere, cum æqualis virtus ad vtrumque exigatur, si nihil impediat. Quartum denique discrimẽ est, quod ex communi Philosophorum vsu solus discursus secundum causalitatem hoc nomine censetur; alius infrequenter, & secundum quid tantum discursus nuncupatur.

Aristot. Quartum.

Discursus secundum causalitaté diuisio.

Subiunditur proprius discursus in discursum à priori, & à posteriori: discursus à priori dicitur ille, cuius antecedens notitia continet causam consequentis, cuiusmodi est hic; homo est animal rationale, ergo homo est risibilis. Causa enim cur homo sit risibilis, est animal rationale. Discursus à posteriori est, cum notitia antecedens cõtinet effectum consequentis. Verbi causa est: homo est risibilis, ergo est animal rationale. Ad hoc secundum membrum reuocantur alij, qui fiunt ex coniunctis, quæ nec habent rationem effectus, nec causæ: sed hæc diuisio quia concernit materiam ipsius discursus, & nos hoc loco de sola forma disputamus, remittatur in libros Posteriorum. Illud hoc loco prætermittendũ non est, nomine discursus comprehendi non solam argumentationem, sed omnes consequentias, in quibus vnum ex alio infertur; nõ tamen, in quib. idem colligitur ex seipso; vt, homo est animal, ergo homo est animal. Diximus enim, discursum non paucioribus constare propositionibus, quam duabus, ijsque diuersis.

Quot sint notitiæ discursiuæ.

Erit fortasse, cui placeat explicatæ, & omnium calculo firmatæ diuisioni tertium membrum addere inter duo assignata medium. Illum videlicet discursum, quo notitia principij experimẽtis comparatur, quod enim hic discursus aliquis interueniat, inde conspicitur, quia authore Aristotele primo Metaph. cap. 2. & optimis quibusque Philosophis eodem loco in cognitione principij procedimus ab experiẽtijs, seu propositionibus singularibus ad colligẽdam vniuersalem propositionem; at processus ab vna, vel pluribus cognitionibus ad aliam, discursus est. Deinde non recurrere hunc discursum cum præcedentibus manifestum est ex eorũ descriptionibus. Etenim in discursu successionis non præsupponitur vna cognitio vt necessaria ad aliam: experimẽtalis verò cognitio necessariò principium antecedit. In discursu secundum causalitatem cognitio præcedens est per se causa consequentis: & hæc per particulam rationalem ex illa infertur, quod nõ euenit in cognitione principij, vt nũc supponimus. Est enim inductio antecedens manuductio quædam, & dispositio intellectus ad principium absque erroris periculo cognoscendum, non vera illius causa. Hic tertius discursus si reuocandus non sit ad discursum causalitatis, accepto late nomine causalitatis, vt se extendit ad conditiones, & dispositiones necessarias, vt sæpè fit appelletur discursus secundum dispositionem.

Tertium discursus genus.

Arist.

AR-

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

Vtrum Syllogismus rectè ab Aristotele definiatur.

Definitio syllogismi oppugnatur.

PArs negatiua suaderi potest primò. Syllogismus sunt plures orationes inter se connexæ; ergo perperam in definitione appellatur oratio. Secundò, aliæ consequentiæ, & argumentationes in pluribus conueniunt cum syllogismo, quam in oratione; ergo oratio non est proximum genus syllogismi. Primò. Secundò.

Tertiò. Tertiò, illa pars definitionis [quibusdam positis] non benè explicatur de propositionibus simplicibus, communibus, & concessis seu aptis, vt concedantur. Nam syllogismus hypotheticus non constat simplicibus sumptionibus: & tamen cõcludit vi formæ; singularis verò adeò manifestè conclusionem infert, vt expositorius appellatus sit, quasi ante oculos exponat id, quod probandum assumit. Cum igitur hi duo syllogismi alibi non definiantur à Philosopho, in tradita definitione comprehendentur. Idem concludi potest de syllogismo constante ex apertè falsis, est enim perfectus secundum formam. Hic verò disputatur de syllogismo secundum formam spectato, vnde Aristot. terminis vtitur non significatiuis.

Quartò. Quartò. Conclusio non est pars syllogismi; ergo falsò dicitur syllogismus oratio, in qua vnum infertur ex alio: consequentia bona est; si enim conclusio in syllogismo non est, quo modo in eo vnum colligitur ex alio? Antecedens probatur, quia syllogismus dicitur causare scientiam, vel opinionem; ergo scientia, & opinio est aliquid à syllogismo diuersum; nihil enim se, aut vllam sui partẽ causare dicitur: atqui scientia, & opinio sunt ipsa conclusio syllogismi; ergo conclusio in syllogismo non includitur.

Quintò. Quintò. Nec omnis, nec solus syllogismus concludit vi formæ; ergo tradita definitio non est reciproca cum syllogismo. Antecedens quo ad primam partem ostenditur in hoc syllogismo: omne grammaticum est sciens; omne grammaticum est homo; ergo aliquis homo est sciens; cum enim antecedens necessarium sit, perpetuò est verum, consequens autem cum sit contingens, potest esse falsum. Quo ad secundam patet in inductione perfecta, cõuersionibus, & alijs consequentijs, quæ omnes formales sunt.

Hæc, & similia argumenta facilè dissoluentur, si definitionem syllogismi a Philosopho traditam breuiter explicemus. Ea sic se habet: Syllogismus est oratio, in qua quibusdam positis aliud quippiam ab his, quæ posita sunt necessariò euenit, eò quod hæc sunt. Vbi loco generis est oratio, reliqua pro differentijs, vt in solutione secundi exponemus. Illud verò, [quibusdam positis] sic est accipiẽdum cum Aphrodiseo, & alijs, id est, duabus propositionibus simplicibus concessis, aut saltem aptis, vt concedantur: cum enim syllogismus ad aliquid probandum inuentus sit, propositionibus veris, aut quæ veræ appareant, constare debet. Vnde Aristoteles 1. Topic. cap. 1. syllogismum à se definitum partiens, in eos tãtum syllogismos distribuit, qui apparentem saltem veritatem continent, scilicet; in Demonstrationem, Dialecticum, Pseudographum, & Sophisticum. Quare hac definitionis parte sic exposita hypothetici syllogismi, & qui ex apertè falsis cõstant, reijciuntur. Quod subditur, Aliud quippiam, &c. conclusionem significat ab vtraque præmissa diuersam, vt excludantur ea formales cõsequentiæ, in quibus idem colligitur in consequente, quod erat in antecedente. Denique cum dicitur: Necessariò euenit, formæ syllogisticæ efficacia exprimitur; tanta enim est, vt, quamuis syllogismus in materia probabili conficiatur, & conclusio probabilis existat; posito tamẽ quod præmissæ concedantur, & syllogismi forma idonea sit, necessariò inferatur.

Syllogismi definitio explicatur.

Aphrodis.

Aristot.

Du-

Dubium tamen est, an proposita definitio essentialis sit, an accidentaria? Pleriq. accidentariam vocant, quia existimant, syllogismum formaliter significare relationem inferentis ad illatum, & connotare propositiones antecedentes: cum autem relatio definiatur per conditiones sui fundamenti, accidentaliter explicatur. Verum, cum semel dixerimus, hæc arte facta formaliter includere materiam, & formam, non est, cur aliud existimemus de syllogismo, præsertim cum sit quidam discursus, quem diximus in notitijs consistere. Dicendum igitur est, definitionem esse essentialem; quod, licet nullus autor expresserit, satis tamen colligitur de mente Aegidij, qui in hoc capite id affirmauit de propositione, quia definitur per orationem, & copulam affirmatam, aut negatam, quæ sunt genus, & differētia propositionis; sed syllogismus definitur per orationem, & copulam rationalem, quæ est propria eius differentia; ergo essentialiter explicatur. Deinde, ordo est de essentia orationis, vt supra diximus; ergo determinatus ordo, aptus, scilicet ad inferendum, est de essentia determinatæ orationis, nimirum syllogisticæ.

Definitio syllogismi est essentialis. Aegid.

Obijcitur. Dices, copulam rationalem esse quidem differētiam essentialem tertiæ operationis, & syllogismum, quatenus cum ceteris consequentijs conuenit, essentialiter per illam definiri: sed propriam illius differentiam, qua à ceteris consequentijs distinguitur, nimirum, quod rectè inferat conclusionem, esse accidentariam; nam perinde se habet in discursu rectè, aut praue inferre, atque in propositione significare verum, vel falsum, sed hæ sunt differentiæ accidentales propositionis, vt proxima quæstione dictum est; ergo illæ erūt accidentariæ syllogismo. Respondendum nihilominus est, hanc etiam differentiam, si rectè intelligatur, essentialem esse: dupliciter enim dici potest syllogismus rectè colligere. Primò, quia infert conclusionem ita se, seu materialiter veram. Secundò, quia supposita veritate præmissarū, semper causat veram conclusionem, quod vocant veram formaliter: seu ex alio; ac primo modo non est de essentia syllogismi rectè, aut ineptè concludere, sed ita se habet, ac verum, & falsum in propositione: secus dicendum est de illatione secundo modo recta; consistit enim specifica ratio syllogismi in tali ordine terminorum, & propositionum, vt impossibile sit, in consequentia esse deceptionem, quæ indicatur illis verbis definitionis (aliud quidpiam ab his, quæ posita sunt, necessariò euenit, eò quod hæc sunt.)

Respondetur, & explicatur, quomodo copula rationalis sit de essentia syllogismi

Ad primum argumentum negandum est, syllogismum non posse appellari vnam orationem saltem copulatiuam: nam, vt Aristoteles ait, præmissæ coniunguntur in vno medio. Conclusio verò cum præmissis particula illatiua; quemadmodum igitur discursum appellamus vnam intellectus operationem, ita syllogismum vnam orationem. Occurrit 1. argum. Aristot. text. 48. Tres huius appellationis causas assignat Albert. tractatu primo huius lib. cap. 5. Albert. Aliter respondet Hieron. Bura. hoc loco: ait enim, loco orationis verti posse ex Græco rationem; est enim ibi vocabulum λόγος, quod vtrumque significat. Burana. Non est tamen deserenda antiquissima, & communissima translatio, cum difficultas facilè explicetur. Vtinor certè foret ea versio ad soluendum secundum argumentum; est enim ratiocinatio genus syllogismi immediatius, quam oratio, vt argumentum ostendit. At iuxta communem versionem dicendum est ad secundum argumentum, non esse incommodum, in definitione alicuius rei eius remotum genus collocari, si differentiæ intermediæ explicentur, vt fit in hac; primò enim dicitur syllogismus oratio, quæ est genus remotum: deinde additur, in qua infertur aliquid ex aliquo, quæ est differentia consequentiæ: subditur, illud esse diuersum, quam postea dicemus esse differentiam argumentationis; demum apponitur, consequens. Occurrit secundo.

Digitized by Google

quens inferri vi formæ, qua differentia vltimò constituitur syllogismus.

Tertio. Cur syllogismus hypothetic⁹ excludat. Alexand.

Ad tertium negandum est antecedens quo ad omnes tres partes. Ad probationem primæ respondet Alexander, syllogismum hypotheticum, etsi concludat vi formæ, rectè excludi per illam partem definitionis, quia subintelliguntur ibi propositiones antea definitæ, quas constat esse simplices, cum definiantur per affirmationem, & negationem alicuius de aliquo, quod est propriũ simplicium: hypotheticæ enim potius dicuntur illatiuæ vnius ex alio. Eadem igitur causa reddenda est, cur hic non comprehenderit syllogismum hypotheticum, ac cur similem propositionem excluserit. Ad probationem secundæ partis de syllogismis singularibus Auerro. in Epitom Logicæ, cap. 3. de secunda figura ait, non esse excludendum à definitione syllogismum de minori singulari, cum in secunda, & tertia figura inueniatur. Idem docent alij.

Auerroes.

Singularis propositio, an syllogismũ ingrediatur.

Vt rem breuiter enodemus, potest esse quæstio, an propositio singularis ingredi queat syllogismum formalem, nec ne? vel vtrum ingrediatur eum, quem Philosophus hoc capite definiuit? In prima quæstione, etsi Albertus Magnus tractatu primo huius libri, cap. 5. videtur negantem partem sequi, affirmatiua simpliciter tenenda est, cum Aristoteles hoc eodem libro, cap. 9. explicaturus sit expositorios syllogismos; & primo Posteriorum, text. 1. afferat exemplum syllogismi constantis altera præmissa singulari: idem pene habet 7. Ethicorum, capit. 3. & hoc tantum videtur intendisse Auerro. In secunda quæst. est communis omnium sententia, singulares syllogismos non fuisse ab Aristotele definitos propter communem scientiarum legem singularibus disciplinarum adita interdicentem. Ad tertiam denique partem respondendum est, etsi in his libris de certa aliqua materia, vt de necessaria, aut probabili non disputetur, non excludi tamen materiam probatiuam in communi, alioqui syllogismus quo pacto erit tertia intellectus operatio, in qua vnum ex alijs colligatur; si intellectus nulli propositioni assentiri potest? Vnde colliges, non definiri hoc loco syllogismum constantem ex æqualiter dubijs; vt alibi sunt pari.

Alb. Mag.

Materia, probatiua huius loci propria.

Quartum argumentum attingit celebrem difficultatem. In qua Albertus Magnus loco citato, Niphus in libro sequenti, comm. 2. dubio 2. & alij negant, conclusionem esse de essentia syllogismi, sed esse illius effectum, aut finem, vt expresse tradit Albertus; & colligitur ex definitione demonstrationis tradita ab Aristotele primo Posteriorum, capit. 2. Philoponus verò hoc loco, Burana libro sequenti, comm. suo 2. & alij oppositum opinantur, quibus fauet D. Thom. 2. Phys. tex. 31. vbi Aristot. docet præmissas, quas suppositiones appellat, esse velut materiam, conclusionem, vt formam; Constat autem ex dictis horum arte factorum essentiam, & formam, & materiam complecti.

An conclusio syllogismũ ingrediatur. Pars negatiua. Pars affirmatiua. Alb. Mag. Niphus. Philop. Burana. D. Thom. Arist.

Dubitationis resolutio.

Hæc quæstio ita nobis componenda videtur, vt non negemus, syllogismum nonnunquam accipi ab Aristotele pro solis præmissis rectè constitutis, vt videtur accipere in loco Poster. citato, & infra, cum ait, syllogismum constare duabus propositionibus, & tribus terminis; qua loquendi forma vtuntur alij graues Autores: simpliciter tamen accipiendum esse, pro vt includit illationem: & sub hac ratione definitum fuisse ab Aristotele hoc loco. Primum ita demonstratur. Syllogismus essentialiter est tertia intellectus operatio; ideò enim, teste Aristotele, & ceteris Interpretibus, ad hos libros pertinet explicatio tertiæ operationis, quia in ijs de syllogismo differitur. Sed tertia operatio, cum sit discursus, essentialiter includit illationem; ergo syllogismus intrinsecè constat conclusione; aliàs nullum esset inter secundam, & tertiam operationem discrimen. Item dicemus, essentiam

En-

Enthymematis conſtare ex ſola vna propoſitione antecedente, quia, vt ſe habet concluſio ſyllogiſmi ad duas, ita concluſio enthymematis ad vnã. Secundum probatur, quia Ariſtoteles ait, ſyllogiſmum eſſe orationem, in qua, non ex qua concluſio infertur; nec aliter tertiam operationem in communi explicuiſſet.

Satisfit 4. argum.

Ad argumentum igitur reſpondetur primò, vt ſyllogiſmus dicatur cauſare ſcientiam, vel opinionem, non oportere, vt ſit aliquid ab eis diuerſum: nam definitio dicitur cauſare cognitionem definitiuam, quæ nihil eſt aliud, quam ipſa definitio: pari modo aſſerimus, finem ſcientiæ Theoricæ eſſe contemplationem, quæ eſt ipſe ſciendi actus; hoc ergo

Qũo ſyllogiſmus ſcientiã vel opinionẽ cauſet.

ſenſu dicimus, ſyllogiſmum Demonſtratiuum cauſare Scientiam; Dialecticum opinionem, quoniam, poſtquam ſunt confecti, relinquitur in animo ſcientia, vel opinio, quæ prius non erat; ſumitur enim efficere translatitiè, pro formaliter cauſare. Reſpondetur ſecundò, ſyllogiſmum dici cauſare ſcientiam, aut opinionem, quia ſecundum vnam ſui partem cauſat aliam. Hoc eſt ſecundam præmiſſas efficit concluſionem: nec eſt incommodum in rebus, quæ non ſunt vnius eſſentiæ, vnam partem eſſe cauſam effectiuam alterius; quemadmodum in compoſitis naturalibus vna eſt cauſa formalis, vel materialis alterius.

Quintum argumentum poſtulat ſequentem difficultatem.

ARTICVLVS III.

VTRVM OMNIS, ET SOLVS ſyllogiſmus ſit argumentatio formalis.

Status quæſtionis aperitur.

NON vocamus in controuerſiam, vtrum ſolus ſyllogiſmus ſit conſequentia formalis, ſed tantum, vtrum ſolus ſit formalis argumentatio? quoniam conſequentia multò latius patet argumentatione: & ſi vtriuſque nomen aliquando promiſcuè vſurpetur; rem igitur diligentius inſpiciendo: Conſequentia eſt oratio, in qua ex aliquo aliquid colligitur, ſiue aliquis terminus ponatur in antecedente, qui non ſit in conſequente, ſiue nullus; quo ſenſu has orationes vocamus conſequentias; omnis homo eſt animal, ergo aliquis homo eſt animal; Socrates eſt homo, ergo homo eſt Socrates. Diuiditur conſequentia in duo genera. Primum eſt earum, quæ nihil habent in antecedente, quod non ſit in conſequente. Vt, quando aliqua propoſitio colligitur ex ſe ipſa, vel ex ſua æquipollente, vel ſubalternata ex ſubalternante; aut denique conuertens ex conuerſa, quarum exempla ſunt peruia, vbi aduertendum eſt. omnes ſpecies huius generis appellari communi conſequentiæ nomine præter conuerſiones.

Quid ſit conſequẽtia, & quotuplex.

Secundum genus, quod argumentatio nuncupatur, eſt, in quo ſemper continetur aliquis terminus in antecedente, qui non ſit in conſequente. Hæc diuiditur in quatuor ſpecies, Syllogiſmum, Enthymema, Inductionem, & Exemplum. Quid ſyllogiſmus ſit, proximè dictum eſt. Enthymema, etſi aliàs ſignificet quamuis mentis cõceptionem, vt Boetius annotauit libro 5. in Topica Ciceronis, prout tamen hoc loco ſumitur, & definiuit Ariſtot. lib. ſequenti cap. 27. eſt ſyllogiſmus imperfectus, hoc eſt, altera præmiſſa deſtitutus, vt commentatur Boetius lib. 2. de differentijs Topic. Verbi gratia, homo eſt rationis particeps, ergo homo eſt diſcurſiuus. Inductio, vt habetur primo Topic. cap. 10. eſt à ſingularibus ad vniuerſalia progreſſio; vt, hic vir literis deditus præmaturè obijt, vir ille literis deditus præmaturè obijt; ergo omnis vir, &c. intempeſtiuè obijt. Exemplum eſt oratio, in qua aliquid ſingulare ex ſimili, aut ſimilibus cõfirmatur; vt, Hungariæ regina vocato in auxilium Turca regnum amiſit; ergo Mediolanenſes, vocato in auxilium Cæſare, ditionem amittent.

Quid ſit argumẽtatio & quotuplex.

Enthymema.

Boet.

Ariſtot.

Inductio.

Exemplũ.

Di-

Digitized by Google

Cõsequentia formalis, & materialis qd

Diuiditur rursum consequentia in formalem, & materialem: formalis est, quæ vi formæ concludit, cuicunque materiæ applicetur; materialis est, quæ concludit vi materiæ, hoc est, cuius forma in certa aliqua materia colligit verum consequens ex vero antecedente, sed variata materia nihil efficit; vt, homo est animal, ergo est tenuis particeps; hic enim ratione materiæ bene colligit: secus ex ad hunc modum variata; arbor est viuens, ergo loco mouetur. His prænotatis, quod attinet ad præsentem quæstionem, omnes consequentiæ prioris membri supra positi sunt formales, vt partim ostensum est, partim in sequentibus ostendetur. De consequentijs secundi membri, quæ ratione argumenti, quod continent, argumentationes dicuntur, est præsens quæstio, an aliqua ex illis præter syllogismum sit formalis?

Quæst. resolutio, omnem & solum syllogismum esse consequentiam formalem.

Sit vnica conclusio. Omnis & solus syllogismus, in figura, & modo constitutus, est formalis argumentatio; latius tamen accipimus hic syllogismum, quam in definitione Aristotelica, scilicet, pro singularibus etiam, & hypotheticis. Prima cõclusionis pars exprimitur ab Aristotele illis verbis [aliud quidpiam necessariò euenit, cò quod hæc iunt], & patebit postea, cum percursis omnibus materijs, nusquam dabitur antecedens verum, & consequens falsum. Secunda pars erit manifesta, si ostenderimus, nullam ex enumeratis argumentationibus formalem esse, quod ita suadetur. Vt argumentatio sit formalis, nullus terminus debet esse in consequente, qui non fuerit in antecedente; at in antecedente oportet aliquem esse, qui in consequente non sit: hoc in nulla argumentatione seruatur, præterquam in syllogismo; ergo is tantum est formalis argumentatio: probatur maior; quoniam, si in consequente sit aliquis terminus diuersus ab ijs, qui præerant in antecedente, liberum erit, seruata eadem forma, quemcunque eligere, verbi causa, vt, in hoc enthymemate; omnis homo est animal: ergo est sensitiuus, terminus assumptus in consequente est accommodatus animali, ita potest esse improportionatus, si inferas; homo est animal, ergo est irrationalis. Item si nullus terminus sit in antecedente, qui non descendat ad consequẽs, erit consequentia, non argumentatio, vt ex dictis patet.

Minor ostenditur; & in primis, quo ad enthymema, proposito exemplo est manifestum, semper aliquid sumi in consequente, quod in præmissis non fuerit. De exemplo res est planior. Traducitur enim similitudo vnius ad aliud, quod ex vi formæ nõ est aliquid certum, & sic eligi potest res disparata: vt si ita argumenteris; Epicurus non inuenit suam felicitatem in voluptatibus; ergo nec Bucephalus inueniet. Circa inductionem grauior est cõtentio. Auerroes hoc libro, c. 29. binam statuit inductionem, alteram Demonstratiuam, alteram Dialecticam; Demonstratiuam appellat eam, quæ fit in materia necessaria; vt Petrus est risibilis, Paulus est risibilis; ergo omnis homo est risibilis; in qua inductione, inquit, necessarium non esse percurrere omnia inferiora, sed cognoscere, quod aliquibus individuis insit per se passio, vt inde necessariò colligatur, in esse naturæ communi; quod enim per se inest singularibus, prius competit vniuersali. Dialecticam vocat eam, quę fit in materia probabili. vt, hæc mater diligit filium, illa mater diligit filium; ergo omnis mater, &c. In hac, vt rectè concludat, ait, percurrenda esse omnia singularia; alioqui, si vel vnum prætermittatur, cum prædicatum sit contingens, fortasse non competet illi singulari; & falsò affirmabitur de tota specie. Hanc Auerrois doctrinam ita quidam accipiunt, quasi voluerit vtramque inductionem formaliter concludere, vnam decursis omnibus; alteram perpaucis.

Enthymema nõ esse argumẽtationẽ formalem. Nec Exemplum. De inductione differitur. Duplex inductio. Auer.

Sed, quicquid existimandum sit de mente Auerrois, quæ nobis alia fuisse videtur, certum est, inductioni secundum se consideratæ, vnum deesse

ex

Digitized by Google

ex illis duobus, quæ ad formalem consequentiam desideramus: aut enim inductio ita construitur, vt in antecedente assumatur solum individuum, & in conclusione inferatur prædicatum de natura communi, vt, hic, & ille ignis, &c. calefacit; ergo omnis calefacit: & tunc in cõsequente est terminus vniuersalis, qui non præcessit in antecedente, quem proinde mutare possumus, & loco illius, omnis ignis, inferre: ergo omnis aqua calefacit; alio modo construi potest ita, vt illa verba, quæ decursis aliquot singularibus addi solent (& sic de ceteris ignibus) idem valeant, atque, omnis ignis calefacit, in quo euentu infertur quidem necessaria conclusio: sed non est aliquid diuersum à præmissis: illa enim vniuersalis conclusio fuit vltima præmissarum; vnde hæc inductio consequentia formalis est, non argumentatio; imò nec propria inductio, sed ei similis.

Nec inductionẽ esse formalem consequentiam.

Cõcludamus igitur, inductionem aliquando inferre necessariam conclusionem: cum enumeratis omnibus particularibus alicuius communis, colligit vniuersalem conclusionem, sed esse materialem consequentiam, non habentem formam determinatam, quia caret certo præmissarum numero, & nunc plures habet, tunc pauciores, pro numero particularium, per quæ fit inductio. Exemp. vt fiat inductio de motu cœli, tot erunt decem præmissæ, vt de loco elementorum, quatuor, vt, de calefactione ignis, necessariæ sunt infinitæ. Quot attinet ad inductionem in materia necessaria, quam Auerroes demonstratiuam appellat, initio Posteriorum differemus.

Inductio in syllogismum recta necessariò concludit.

Diximus, inductionem secundum se, seu spectata propria virtute non colligere necessariò veram conclusionem, quoniam, si reducatur ad formam syllogismi, optimè concludet in hunc modum: hoc cœlum mouetur, illud cœlum, &c. mouetur, sed hi sunt omnes cœli; ergo omne cœlum mouetur: sed huiusmodi illatio, non formæ inductiuæ, sed syllogisticæ tribuenda est. At non sola inductio, sed enthymema, & exemplum reduci illo modo possunt ad syllogismũ; Enthymema quidem subsumpta altera præmissa, in qua ponatur ille terminus, qui adhibendus est in conclusione, verbi gratia, omnis virtus est laudabilis, ergo iustitia est laudabilis, inferenda est hæc minor, sed omnis iustitia est virtus: tunc enim terminus, [iustitia] ex vi antecedentis sumitur in consequente. Exemplum hoc modo; Crœsus non inuenit felicitatem in diuitijs; sed Crassus illidem omnino affectus est conditionibus; ergo non inuenit in diuitijs felicitatem: quanquam, vt in quauis materia particulari eadem conclusio exempli per syllogismum inferatur, opus sit duobus syllogismis, altero in tertia figura, in quo concludatur id, in quo similes sunt Crassus, & Crœsus, non posse in diuitijs habere felicitatem, scilicet immortalem eorum animum; altero in prima, quo ostendatur, propter immortalitatem animi Crassum ex diuitijs felicem esse non posse. At de his postea.

Idem de alijs argumentationibus dicendum.

Quomodo exemplum ad syllogismum reducatur.

Adquintum argumentum patet ex dictis: cum enim præcedentis articuli, cuius gratia hæc differuimus, respõdendum sit, omnem, & solum syllogismum esse argumentationem formalem: & obiectioni contra primam partem negandum est, illum syllogismum non concludere vi formæ; ad probationem similiter negandum, illatã propositionem, grammaticum est homo, esse necessariam, vt cap. seq. ex professo ostendemus. Secundæ obiectioni de ceteris consequentijs, vel argumentationibus quid respondendum sit, ex huius articuli doctrina conspicuum manet.

Satisfit 5. arg.

EX-

Digitized by Google

EXPLANATIO CAPITIS SECVNDI.

De conuerſione propoſitionum abſolutarum.

S V M M A C A P I T I S.

IN hoc capite primò proponit quaſdam propoſitionis diuiſiones, nimirum, in modales, & abſolutas, affirmatiuas, & negatiuas, vniuerſales, particulares, & indefinitas. Deinde pro abſolutarum propoſitionum conuerſione exponenda, quattuor proponit theoremata. Primum, vniuerſalem negatiuam conuerti ſimpliciter. Secundum, vniuerſalem affirmatiuam conuerti in partem, id eſt, in particularem affirmatiuam tantùm. Tertium, particularem affirmatiuam conuerti ſimpliciter. Quartum, particularem negatiuam nullo modo conuerti, quæ regulæ in commentario probantur.

COMMENTARIVS.

C A P V T II.

ACcedit ad enodanda ea ſyllogiſmorum principia, quæ vberiorem deſiderant explicationem, orditurque à perfectiuis, quæ tamen non omnia hoc loco perſequitur, ſed conuerſionem, ſeu reciprocationem duntaxat. De tranſpoſitione enim præmiſſarum non differit, quia nullius difficultatis, aut negotij res eſt. Monet autem lib. 1. Poſter. cap. 8. nihil prohibere in diſciplinis deſpici interdum aliqua eorum, quæ initio præmoſcenda ſunt, hoc eſt, non eſſe opus de ijs in principio admonere, ſi perſpicua fuerint. Quod verò attinet ad deductionem ad impoſſibile, non potuit ea ante figuras, modoſque ſyllogiſmorum enodari, propterea quod ipſa modum, formamque ſyllogiſticam neceſſariò exigit.

Ariſtot.

Conuerſionis vocabulũ quadrifariam vſurpatur. 1

Aduerte autem, conuerſionis vocabulum, Græcè ἀντιστροφή, quattuor modis, vt nunc ceteros omittamus, vſurpari. Dicitur enim in primis cõuerſio per denominationem, cum rationem appellationis inuertimus, vt, ſi à nominibus abſtractis ad concreta argumentemur hoc modo; homini inest Grammatice; ergo homo eſt

CVm a autem omnis propoſitio ſit eſſendi, aut neceſſariò eſſendi, aut contingenter eſſendi. Et in vnaquaque appellatione alia ſint affirmatiua, alia negatiua. Atque horum rurſus alia ſint vniuerſales, alia particulares, alia indefinita.

b *Vniuerſalem quidem negatiuam propoſitionem eſſendi, neceſſe eſt vniuerſaliter terminis ipſis conuerti. Veluti, ſi nulla voluptas eſt bonum, nullum etiam bonum erit voluptas. Predicatiuam autem conuerti quidem neceſſe eſt, non tamen vniuerſaliter, ſed in parte: vt, ſi omnis voluptas eſt bonum, & bonum aliquod erit voluptas. At particularium affirmatiuam quidem in parte conuerti neceſſe eſt: nam ſi aliqua voluptas eſt bonum, & aliquod bonum erit voluptas. Priuatiuam autem non neceſſe eſt eodem modo conuerti: non enim ſi homo non omni competit animali, & animal non omni homini competit.*

c *Sit itaque vniuerſalis negatiua propoſitio A B. Si igitur A nulli competit eorum, quæ ſunt B, & E profectò nulli competet eorum, quæ ſunt A. nam ſi alicui competet, atque ſit illud C. non erit illud profectò verum, A nulli com-*

Digitized by Google

est Grammaticus. Cuius conuersionis meminit Arist. lib. 2. Top. c. 1. aiẽs, valere quidem eam semper in definitione, proprio, & genere; non ita verò in accidente: non enim, si candor est in Aethiope. cõsequitur, Aethiopem dici candidum: siquidem primũ pronunciatum verum est, si vel in solis dentibus Aethiopis candor insit; conclusio autem absolutè falsa.

Arist.

Secundò. Secundò dicitur conuersio, cũ vna propositio in aliam mutatur seruatis eisdem terminis, eodemq. modo dispositis, mutata duntaxat qualitate, ita nimirum, vt, si altera sit affirmãs, altera negans sit, & contra. Quo pacto docet Aristoteles, c. 16. huius libri, conuerti enũciationes de contingenti propriè sumpto, vt, contingit, Socratem disputare, ergo contingit Socratem non disputare. Hanc conuersionem appellant Dialectici in oppositam qualitatem.

Arist.

Tertiò. Tertiò accipitur pro mutatione prędicati in subiectũ, & subiecti in prędicatum, seruata quidem eadẽ qualitate; verum mutatis terminis finitis in infinitos, & vice versa, vt, omnis homo est animal, ergo omne non animal est non homo. Hanc Arist. lib. 2. Top. c. 3. vocat consequentiam è cõuersio, eiusque meminit lib. 4. eiusdem operis, capite vltimo, & in secundo huius ca. 1. Dialectici appellant conuersionem per contrapositionem, eamq. vsurpat Aristoteles ipse 1. de cęlo, c. 7. & Cic. lib. 1. de inuentione, & lib. 2. de finibus.

Aristot.

Cicero.

Quartò. Quartò sumitur pro mutatione prædicati in subiectũ, & subiecti in prędicatum seruatis eisdem terminis, eademque propositionum qualitate, vt, omnis homo est animal, ergo aliquod animal est homo. Et in hoc sensu accipitur hic ab Aristotele conuersio; solerque ita definiri, ex Alexandro hoc loco, Boetio in lib de categoricis syllogismis: Conuersio est mutatio extremorum enunciationis seruata eadem qualitate, & veritate. Dicitur, seruata eadem qualitate, quia oportet vtramque enunciationem, aut affirmatiuam esse, aut negatiuam. Additur, & veritate, quia, licet vtraque possit esse, falsa, vel illa, in quam fit conuersio, vera, & quæ conuertitur falsa, semper tamen si conuersa vera sit eam, in quam conuertitur, quam vocant conuertentem, veram esse necesse est, aliter posterior ex priori non rectè colligeretur.

Alexand. Boet.

Quid sit conuersio.

Distributio Cõuersionis. Diuiditur autem conuersio ita sumpta ex doctrina Aristotelis in hoc capite, & lib. 2. Top. c. 3. in simplicem & per accidens. Conuersio simplex, quæ etiam appellatur conuersio in terminis, est, in qua seruatur eadem quantitas. vt, nullus homo est lapis, ergo nullus lapis est homo. Conuersio per accidens, quæ et dicitur conuersio in partẽ, est, in qua non seruatur eadẽ quantitas. vt, oĩs homo est sensus particeps: ergo aliqđ sẽsus particeps est homo.

Arist.

Quid Cõuersio simplex.

Quid conuersio per accidens.

a *Cum autem omnis.*] Triplicem inculcat propositionum diuisionem, partim in libris Perihermenias, partim proximo superiori capite à se traditam, quæ ad explicandas conuersionum regulas, & earum varietatem dignoscendam vsui futura est: quandoquidem non omnia genera propositionum easdem conuersiones sortiuntur. Prima diuisio est in propositiones de inesse, & modales. Secunda in affirmatiuas, & negatiuas.

Tres propositionũ diuisiões.

Tertia in particulares, vniuersales, & indefinitas. Licet autẽ ex modalibus solas de necesse, & contingenti expresserit, sub ijs tamen reliquas intelligi vult.

competere B. nam C aliquid est eorum, qua sunt B. vt luce clarius extat.

d *Si autem A competit omni B. & B nimirum alicui competet A. Nam si nulli competet: & A profecto nulli competet B. Atque omni supponebatur competere.* e *Similis conuersio fiet: etsi particularis affirmatiua sit propositio: nam si A competit alicui B. & B necesse est cuipiam competat A. Nam si nulli competat: & A profecto nulli competet B. sed alicui supponebatur competere.*

f *Si autem A non omni competit B. non necesse est B non omni competere A. vt sit B quidem animal A verò sit homo. Homo namque non omni competit animali, vt animal homini competit omni.*

Circa propositiones de inesse quattuor regulas statuit.

b *Vniuersalem quidem*] Incipit à conuersione propositionum de inesse, de quibus quattuor theoremata, seu regulas tradit. Prima regula est. Vniuersalis negatiua conuertitur in terminis, siue simpliciter, vt, nullus homo est lapis, igitur nullus lapis est homo. Secunda regula est. Vniuersalis affirmatiua conuertitur in partem, seu per accidens; non autem simpliciter, vt, omnis homo est animal: ergo quoddam animal est homo. Tertia est. Particularis affirmatiua conuertitur simpliciter, vt, quędam voluptas est bona: igitur quoddam bonum est voluptas. Quarta est. Particularis negatiua non conuertitur, quia datur antecedens verum, & consequens falsum, vt si dicas; quoddam animal non est homo, ergo quidam homo non est animal.

1. 2. 3. 4.

Præcedentes regulæ probatur.

c *Sit itaque vniuersalis*] Superiores regulas confirmat, vtiturq. elementis, seu literis, more Mathematicorum, quæ probandi ratio Græcis facilior, & communior est, propter articulos, quibus apud eos elementorum casus distinguuntur: Latinis autem, qui articulis carent, interdum subobscura, ancepsq. redditur. Ideò autem terminos significantes non vsurpat, vt, sicuti Alexander ait, planum fiat, hasce regulas vbique veras esse, & ithiusmodi illationibus non concludi aliquid propter materiam subiectam, sed propter solam formam modumve, & coniunctione extremorum.

Alex.

Philop.

Philoponus eius rei causam fuisse inquit, vt, quod eodem recidit, vnicuique daretur facultas præcepta hęc in quauis arte, & materia exercendi. Sumpto igitur A pro prędicato, B pro subiecto, primam regulam ita probat. Rectè sequitur; Nullum B est A. ergo nullum A est B. Nam si consequens non rectè colligitur, erit aliquando antecedens verum, & consequens falsum. Tum deinde: consequens illud falsum est, videlicet, nullum A est B. ergo contradictorium, nempe aliquod A est B. est verum. Sumatur igitur sub A aliquod singulare A. respectu cuius propositio vera sit, voceturq. C. Tunc per syllogismum expositorium tertiæ figuræ C est A. & C est B. igitur aliquod B est A. cùm igitur hæc extrema propositio sit contradictoria primæ, quæ initio vera esse dicebatur, erunt duæ contradicentes simul veræ, si vniuersalis negatiua non conuertatur simpliciter.

Probatio primæ regulæ.

Hic aduerte, vniuersalem negatiuam non solùm simpliciter, sed etiã per accidens posse conuerti. Nam ex vniuersali negatiua, tanquam ex subalternante, rectè colligitur particularis negatiua subalternata; quare, cùm ex vniuersali negatiua inferatur alia vniuersalis negatiua, vt ostensum est, efficitur, vt ex vniuersali negatiua colligatur etiam particularis negatiua per conuersionem. Vtitur autem hic Aristoteles syllogismo expositorio, quoniam eius illatio ferè sensu manifesta est, vnde demonstratio ad sensum dici consueuit.

Vniuersalis negatiua non solũ simpliciter, sed p accidẽs conuertitur.

d *Si autem* A] Confirmat secundam regulam hoc modo; Rectè sequitur, omne B est A. ergo aliquod A est B. Nam si non sequitur, dabit antecedens verum, & consequens falsum, atque adeò contradictorium consequentis erit verum, nempe, nullum A est B. sed hæc propositio conuertitur in hanc, nullum B est A, per primam regulam, & hæc est contraria primæ; ergo dabuntur duæ contrariæ simul veræ.

Probatio secundæ.

e *Similis conuersio*] Eodem modo probat tertiam regulam, hoc modo. Rectè sequitur, aliquod B est A. ergo aliquod A est B. Nam si non sequitur, dabitur antecedens verum, & consequens falsum, proindeq. contradictorium consequentis, scilicet nullum A est B. erit verum, quæ propositio per primã regulam conuertitur in hanc; Nullum B est A. Ea verò est contradictoria primæ; dabuntur igitur duæ contradicentes simul veræ.

3. Probat.

f *Si autem* A] Quartam regulam non aliter confirmat, quam ostendendo, dari antecedens verum, & consequens falsum. Nec enim valet, quoddam animal non est homo; ergo quidam homo non est animal.

4. Probat.

QVAE-

Digitized by Google

QVÆSTIO I.

De conuersione absolutarum propositionum, &c.

ARTICVLVS I.

Defenditur conuersio vniuersalis negatiuæ.

Aduersus Aristotelis conclusionem obijcitur. 1

PRimum Aristoteles Theorema fuit vniuersalem negatiuam sim pliciter conuerti: quod in primis non videtur rectè probatum: nam illa consequentia, aliquod A est B, sit igitur certum quoddam A, quod vocetur C, falsa est, quoniam sub particulari vera non licet semper descendere ad vnum determinatum: hæc enim est vera; aliquis oculus est necessarius ad videndum nec tamè assignare licet certum oculum ad videndum necessarium, cum nec dexter sit determinatè necessarius, nec finister. Secundò ipsum Theorema sic impugnatur. Nulla essentia diuina generat; est propositio vera, & Catholica; hæc eius conuertens falsa, nullum generans est essentia diuina: Et enim Pater æternus, qui generat, est essentia diuina. Idem argumentum fieri potest è conuerso: nulla essentia diuina est genita, ergo nullum genitum est essentia diuina; prima enim est Catholica, cum essentia diuina, ut non generat, ita non generetur. Secunda prorsus falsa, quia Filius generatur, & est essentia diuina. Tertiò non sequitur; nulla nauis est necessaria ad nauigandum; ergo nullum necessarium ad nauigandum est nauis; quia conuersa est vera, siquidem nulla determinata nauis est, sine qua nauigari non possit: conuertens falsa, quia eius contradictoria, aliquid necessarium ad nauigandum est nauis, vera est. Quartò, hæ sunt veræ, nullus puer fuit senex, nullus senex erit puer, earum conuertentes; ergo nullus senex fuit puer; nullus puer erit senex, apertè falsæ.

2.

3

4

Vt regulæ conuersionum, & speciatim hæc, de qua disputamus, veræ sint nonnulla aduertenda sunt. Primum est, quod animaduertunt Capreol. in 1. dist. 5. q. vnica ad 11. Tartaretus hoc loco, §. 3. sciendum, & alij præsertim Recentiores: ad formalem conuersionem diligenter obseruandum esse, vt termini in conuertente ijdem sint, atque in cõuersa; potest verò hæc identitas triplici ex capite considerari. Primò, secundum rem significatam. Secũdò, penes modum eam significandi. Tertiò quo ad acceptionem, & suppositionem: & quidem primo modo necessaria est identitas; nisi enim totũ prędicatum conuersæ fiat totum subiectum conuertentis, esse poterit antecedẽs verum, & consequẽs falsum; vt in his; nullus fluuius est in pisce; ergo nullus piscis est in fluuio; nullus cæcus naturaliter fit videns: ergo nullus videns naturaliter fit cæcus. In vtraque enim non fit subiectum conuertentis totum id, quod erat prædicatum conuersæ, sed vna tantum pars: prædicatum enim primæ erat, exilit in fluuio, prædicatũ secundæ fit videns, quæ si reddantur pro subiectis, ita erunt formandę cõuertẽtes: nullum existẽs in fluuio est piscis, nullum naturaliter fiens videns est cæcus, quæ veræ sunt. Quę obseruãda sunt, vt conuersio rectè fiat. Capreol. Tartaret. Primũ, Terminorum identitas.

Ex parte modi significandi non est necessaria tanta identitas, vt conceptus sint eiusdem speciei, alioqui non esset hæc bona conuersio: quidam homo ridet, ergo aliquod ridens est homo, cum ridet, & ridẽs diuersos specie cõceptus generent: est enim aliud verbum adiectiuum, aliud nomen substantiuum; illud tamen exigitur, vt, si quod nomen substantiuè sumitur in conuersa, non accipiatur adiectiuè in conuertente, alioqui non erit bona conuersio particularis affirmatiuæ, veluti generãs est essentia diuina: ergo essentia diuina est generans. Maior ratio huius rei esse videtur, quia termino substantiuo, quia sumitur vt per se exi-

Secũdum, idẽ significandi, modus.

existens, competere possunt aliquæ operationes, quæ non conueniunt adiectiuo: vnde non est periculum, si adiectiuum conuertatur in substantiuum, ne illi sic conuerso tribui possint ea, quæ antea congruebant; est verò maximum, si substantiuum transeat in adiectiuum, vt in proposito exemplo.

Tertiò, idẽ titas in acceptione, & suppositione.

Denique penes acceptionem, & suppositionem necessaria est perfecta identitas; si enim termini conuertentis latius, aut pro pluribus accipiantur, quam conuertæ, proclive erit in falsitatem incidere.

Satisfit argumentis, initio positis.

His animaduersis ad primum respondeo, non esse vitiosam Aristotelis consequentiam; ad instantiam, non esse parem rationem in propositione, quę sumitur, quia non est vera, nisi in sensu disiuncto; & sub propositione hoc modo vera non licet assignare determinatum particulare, secus autem, si propositio sit vera in sensu disiunctiuo, cuiusmodi est ea, sub qua Philosophus descendit: id verò ex eo colliges, quia est contradictoria vniuersalis negatiuæ, quæ sumebatur in eodem sensu disiunctiuo, quia est conuertens alterius negatiuæ veræ; propositio namq. vniuersalis negatiua, vt vera sit, non oportet accipiatur in sensu disiunctiuo, quamuis in eo esse vera queat; semper enim, si vera est, in disiunctiuo est vera, v.c. hæc, nullus homo est lapis, vt verificetur, non oportet intelligatur in solo sensu disiuncto, sed rectè verificatur in disiunctiuo. Hæc verò, nullus oculus est necessarius ad videndum, in solo disiunctiuo est vera. Altruimus igitur primam negatiuam, quam Philosophus conuertendam accepit, in sensu disiunctiuo sumptam fuisse; & idem dicendum esse consequenter de conuertente, & de particulari affirmatiua illius contradictoria, sub qua licet particulare determinatum sumere.

1. Sub propositione disiunctiua licet descẽdere.

2. Propositio vniuersalis cõstat subiecto cõi.

Ad secundum respondendum est cum Greg. Arimin. in 1. d. 4. q. 1. ad 5. nullam propositionem esse vniuersalem, nisi constet subiecto communi affecto signo vniuersali distribuẽte subiectum pro omnibus, quod nõ reperitur in ea propositione; nulla essentia diuina est generans; constat enim subiecto singulari minimè distributo, quod nihilo magis fit vniuersale addito signo, quare non est mirum, conuersionem esse vitiosam. Quod si aliquis sumat essentiam diuinam pro ijs, quibus essentia communicatur, hoc est, pro personis, tunc erit propositio aliquo modo vniuersalis, sed falsa, quia aliquid, pro quo supponit essentia, nimirum Pater, generat. Eadem solutio accommodanda est argumento desumpto ex terminis passiuis. Vrgeat aliquis, iuxta priorem acceptionem non esse negandum, eam propositionem conuerti, quia singularis negatiua in vniuersalem conuertitur, vt, Plato non est Philosophus; ergo nullus Philosophus est Plato. Respondemus, singularem negatiuã tunc conuerti, cum singularis terminus non communicatur, at essentia diuina, esto, singularissima, sit, communicatur pluribus diuinis personis, & vniuersim loquendo non videtur necessarium, vt illa conuersionis regula in terminis diuinis vim habeat, quia hos, vt Philosophus ignorauit, ita suis regulis non comprehendit.

Dubium.

Dilutio.

Ad tertium fatemur, conuersionem esse vitiosam, sed merito propositionis conuersæ, quæ in sua propria, & naturali suppositione est falsa: eius enim suppositio non est copulatiua, vt in argumento supponitur, sed copulata. Etenim nomen acceptum personaliter, quod sequitur vocabula, debeo, promitto, requiritur, necessarium, & similia ex communi vsu, & horum vocabulorum vi, copulatim exponi debet, vt latiùs explicatum est in libro tertio Institutionum Dialecticarum; esse verò falsam propositionem in hoc sensu, manifestum est, cum aliqua nauis saltem indeterminata necessaria sit. At permittat aliquis, conuersam habere sensum copulatiuum, & in eo esse veram. Quid de conuersione dicendum? esse optimam, si conuertens in eodẽ sensu capiatur; sic enim expo-

Solutio 3.

Quãdo nomen personaliter acceptũ copulatim exponãt.

exponenda erit, nullum neceſſarium ad nauigandum eſt nauis, neque hoc neceſſarium ad nauigandum eſt nauis, nec illud neceſſarium eſt nauis, quod veriſſimum eſt, cum nihil determinatè neceſſarium ſit nauis, in quo ſenſu eius contradictoria eſt falſa.

Duplex 4. argumenti dilutio.

Ad quartum bifariam reſpondetur. Primò cum Aegidio, regulas conuerſionum tradi à Philoſopho pro enunciationibus de præſenti; ſi autem quis velit eas accommodare propoſitionibus de præterito, aut futuro, reſoluendas prius eſſe in copulam, eſt, & participium futuri, aut præteriti temporis, verbi cauſa illa, nullus puer fuit ſenex, in hanc, nullus puer paſſus eſt ſenectutem: hæc verò, nullus ſenex erit puer, in iſtam, nullus ſenex paſſurus eſt pueritiam; quo facto rectè cõuertuntur in has; nullus paſſus ſenectutem eſt puer, nullus paſſurus pueritiam eſt ſenex. Secundò reſponderi poteſt ex Ariſtotele lib. 1. Elech. cap. 3. vbi docet, ſubiecta propoſitionum, in quibus eſt verbum præteriti temporis ampliari ad præſens, & præteritum, in quibus autem eſt verbum de futuro, extendi ad præſens, & futurum, quo modo ſenſus primæ propoſitionis eſt; nullus qui eſt, vel fuit puer, fuit ſenex: ſenſus ſecundæ, nullus, qui eſt, aut erit ſenex, erit puer; atque hac ratione ambæ ſunt falſæ: prima, quia multi fuerunt pueri, & ſenes; ſecunda, quia multi futuri ſunt pueri, & ſenes: ex falſis verò antecedentibus non eſt mirum falſam conſequentiam inferri.

1. Aegid.

2. Ariſtot.

ARTICVLVS II.

Defenditur conuerſio vniuerſalis affirmatiua.

Vniuerſalis affirmatiuę cõuerſio impugnatur. Primò.

SEcundum Ariſtotelis Theorema ad hũc modum primò oppugnatur. Si vera fuit probatio primæ regulę, eadem conuincit vniuerſalem affirmatiuã ſimpliciter conuerti, quod ita oſtenditur: Omne B eſt A. ergo omne A eſt B. Si non ſequitur oppoſitum conſequentis erit verum cum antecedente, ſcilicet, aliquod A non eſt B. aſſignetur igitur aliquod A, quod non eſt B. & vocetur C. tunc ſic per ſyllogiſmum expoſitorium. C eſt A. C non eſt B. ergo aliquod B non eſt A. ſed hæc contradicit primæ, omne B eſt A. igitur bona erat conuerſio ſimplex vniuerſalis affirmatiuæ, ſi probatio Ariſtotelis pro negatiua rectè ſe habet. Secundò: omnis homo albus eſt homo, eſt perpetuò verum, cum prædicatum ſit de eſſentia ſubiecti: conſequens verò, ergo aliquis homo eſt homo albus, erit falſum, ſi ſupponamus, nullum hominem album exiſtere; ergo vniuerſalis affirmatiua non conuertitur in partem. Tertiò, idem probatur hoc modo, facta ſuppoſitione, quod nullus homo exiſtat Grammaticus, hæc eſt vera; omne Grammaticum eſt homo; eius conuertens falſa; ergo aliquis homo eſt grammaticus; falſitas conuertentis ex ſuppoſitione cõſtat; veritas antecedentis inde probatur; quia hæc, omne grammaticum eſt homo, eſt neceſſaria; nam eius contradictoria, aliquod grammaticum non eſt homo, eſt impoſſibilis, ſi enim poſſet eſſe vera, cum per regulas 2. Perrherm. ex negatiua finita colligatur affirmatiua infinita, licebit ex hac, aliquod grammaticum non eſt homo, inferre iſtam, aliquod grammaticum eſt non homo, quod ſtatim apparet impoſſibile; quare impoſſibilis eſt illa contradictoria, vnde ſequitur.

Secundò.

Tertiò.

Obſeruatis ijs, quæ in primo articulo adnotauimus, facile eſt ad hæc reſpondere. Ad primum reſpondetur, non eſſe parem rationem de probatione ibi adducta, atque de Ariſtotelica. Ariſtoteles enim vſus eſt ſyllogiſmo formali, qualis non eſt ille, qui affertur in argumento; nam in tertia figura duo tantum ſyllogiſmi expoſitorij concludunt vi formæ, vt ibi oſtendemus, alter conſtat vtraque affirmatiua, & huiuſmodi erat ille, quo vſus eſt Ariſtoteles: alter conſtat maiori negatiua, & mino-

Primæ impugnationis ſolutio.

Digitized by Google

ri affirmatiua: at is, qui adducitur ad probandum vniuersalis affirmatiuæ conuersionem, habet maiorem affirmantem, & minorem negantem, quę forma est inutilis, vt cernere est in his terminis significatiuis: Bucephalus est animal; Bucephalus non est Plato; ergo Plato non est animal.

Secũdę impugnationis duplex solutio. Prima, & cõmunis.

Ad secundum in sententia Scoti, quam primo de Interpretatione cõfutauimus, facilis esset responsio; quoniam facta suppositione prima propositio esset falsa, si verò nulla fieret suppositio, & vniuersalis foret vera, particularis etiam vera existeret. At in sententia, quam defendimus, est satis difficilè argumentum, nec ab aliquo plenè soluitur: communior responsio est, eam propositionem, & similes in vero sensu, & essentiali non conuerti, quia non seruatur eadem suppositio illius termini, homo. In conuersa enim, cum absoluatur ab omni existentia, habet suppositionem naturalem pro omnibus: in conuertente, ratione contingentiæ propositionis, habet suppositionem accidentalem pro solis

Confutatur.

existentibus. Non satisfacit hæc responsio, quoniam suppositio accidẽtalis secundæ propositionis sequitur ex illius contingentia; quare, si ex necessaria propositione infertur contingens, necessariò variatur suppositio: id autẽ, quod necessariò sequitur ex natura, non potest impedire conuersionẽ, si illa formalis est.

Secunda vt vera approbatur.

Propter hæc respondent alij hanc propositionem, aliquis homo est homo albus, spectari posse, aut per se, aut quatenus est conuertens illius vniuersalis, omnis homo albus est homo: ac priori modo esse contingẽtem, habereq. suppositionem merè accidentalem: posteriori esse necessariam, abstrahereque ab existentia reali; quoniam, vt ille conceptus obiectiuus possibilis, homo albus, necessariò includit hominem, vt sui partem, ita homo necessariò est pars illius conceptus possibilis, quamuis enim homo contingenter copuletur cum albedine, necessariò tamen vendicat sibi possibilitatem illius contũctionis. Negamus igitur iuxta hanc sententiam, propositionem particularem, homo est homo albus, supponere pro solis existentibus. Nec est inauditum, alicuius propositionis suppositionem variari ratione alterius, cum qua confertur; hæc enim, aliquis homo non vigilat, cum sit negatiua, secundum se pro omnibus supponit. Vt verò est contradictoria illius; omnis homo vigilat, angustatur ad existentes, quia vniuersalis pro ijs tantum accipitur.

Propositio suppositionẽ mutare põt si cũ alia cõferatur.

Tertium argumentum attingit difficultatem haud Logicis contemnendam: an subiecta necessariò affirmantur de accidentibus, à quibus determinatè possuntur, etsi contingenter sub illis existant, cuiusmodi sunt, præter grammaticum, & ridens comparatione hominis, rugiens respectu Leonis, audiẽs in ordine ad animal? Sunt qui affirment, huiusmodi propositiones esse necessarias, primò, quia grammaticum (idem est de ceteris) definitur homo Grammatica affectus; sed definitio prædicatur necessariò de definito, ergo tota illa oratio necessariò dicitur de grammatico: at quando totum prædicatum necessariò affirmatur de aliquo, omnes eius partes necessariò affirmantur, vt docet D. Thom. in 3. dist. 10. quæst. 1. artic. 2. & patet ex illo principio, effectus sequitur deteriorem partem causæ, quod ficubi vim habet, hic maximè, cum igitur homo sit pars illius definitionis, necessariò prædicabitur de grammatico.

Subiectũ necessariò prædicari de formis illud determinatè sibi vendicantibus, probatur.

1.

D. Thom.

Secundò, vt prædicatum necessariò affirmetur de subiecto, satis est, quod ab illo necessariò vendicetur, etsi prædicatum tãta necessitate subiectum non postulet; sed grammaticum necessariò sibi vendicat hominem; ergo propositio; grammaticum est homo; necessaria est. Maior multis modis ostenditur. Primò, quia in affirmatione, quod affertur, est subiectum vendicare sibi prædicatum. Secundò, hæc est necessaria, homo est sensitiuus, ex eo solum, quod homo sensitiuum deposcat; nam ipsum

2.

Maioris 2. arg. confirmationes. Prima. Secunda.

Digitized by Google

Tertia.

sum sensitiuum absque homine esse potest. Tertiò, si omnes animæ existere possent à materia seiunctæ, vt potest rationalis, adhuc illa esset necessaria; materia est informata, & tamen ex sola parte materiæ daretur necessaria connexio cum anima. Minor clara est; idcirco enim risibile necessariò sibi vendicat hominem, quia sine illo esse non potest, & omne accidens ideo ex sua parte dicitur necessariò connexum cum substantia, quia extra illam consistere non potest; sed grammaticum non potest esse, nisi in homine; ergo necessariò cum illo coniungitur, quod amplius explicari ad hunc modum potest; accidens reale in communi constituitur in suo esse per habitudinem ad substantiam creatam, in qua potest esse, singulæ deinde accidentium species distinguuntur per speciales habitudines ad propria subiecta, in quibus esse possunt; spiritualia enim accidentia respiciunt immaterialia subiecta, & sic de ceteris; cum igitur Grãmatica in solo homine esse possit, speciali respectu sibi intrinseco illum respectabit.

Duplex vocabuli grammaticum suppositio.

Aliorum sententia est, prædicationes huius generis esse contingentes, cuius rei gratia multos inuehunt harum propositionum sensus, alios simplices, & alios hypotheticos. Nobis ita dicendum videtur, vocabulum grammaticum bifariam posse supponere. Primò, materialiter pro re, quæ habet Grammaticam. Secundò, formaliter pro ipsa Grammatica in concreto; posse nomina accidentium concreta nunc formaliter, nunc materialiter pro exigẽtia prædicati supponere, regula est Dialecticorum, quam his, & similibus exemplis confirmant; album est substantia, album est accidens; quæ veræ esse nequirent, nisi album in prima materialiter, in secunda formaliter supponerentur: & quidem suppositionem materialem non modò expressit Aristoteles 1. Poster. c. 18. initio; sed probauit, eam solum dari posse in concreto accidentario, quando de illo prædicatur nomen substantiale, vt album est lignum, quemadmodum, inquit, album non est subiectum ligni, sed è contra; ita in propositione haud affirmatur lignum de albo, vt de subiecto, sed de eo, quod album est. Iuxta hanc Aristotelis doctrinam respondent aliqui, propositionem, de qua disputamus, esse contingentem, quia efficit hunc sensum, id, cui accidit Grammatica, est homo, cum verò contingens sit, alicui accidere Grammaticam, tota propositio manet contingens; nec aliud conuincunt rationes pro contraria sententia adductę, quia omnes supponunt, sensum propositionis esse simplicem, & nullam inuolui suppositionem ex parte subiecti. Ad argumentum verò tertio loco positum, cuius occasione hæc dicta sunt, respondent, mirum non esse, si conuertens sit falsa, cum etiam conuersa facta illa suppositione falsa sit.

Quæstionis resol. iuxta primam suppositionẽ.

Huic doctrinæ, cum Philosophi principijs consentanea esse videatur, non est cur repugnemus; ceterum, cum difficultatem penitus non exhauriat; potest enim quispiam accipere illud concretum accidentale, vt supponit formaliter pro Grammatica in concreto, quo sensu procedunt omnia argumenta, quæ probant, propositionem esse necessariam? Dicendum est, licet grammaticum supponat formaliter, hoc est, pro forma in concreto, ita, vt propositio sit indirecta, nihilominus eam esse contingentem. Et ratio est euidens, quoniam propositionis cõtingentia, vel necessitas pendet ex identitate subiecti, & prædicati, sed Grammatica, & homo identitatem habent contingentem; siquidem non vniuntur, nisi media existentia; ergo propositio, in qua vnum de altero affirmatur, si in sensu absoluto, & simplici capiatur, est merè contingens. Ad primam rationem oppositæ sententiæ concessa maiori, dicendum est ad minorem, de re definita prædicari necessariò omnes partes definitionis, quæ ponuntur, vt forma definiti, non verò eas, quæ adhi-

Quid iuxta secundã sit dicẽdũ.

Occurrit 1. rationi oppositæ sententiæ.

Digitized by Google

bentur tanquam extrinseca accidentium additamenta, cuiusmodi sunt omnia subiecta, quæ in accidentium definitione collocantur; & termini in definitione relatorum; nemo enim docuerit, patrem affirmari de filio in prædicatione simplici, eò quod in eius definitione collocetur. Ad secundam concedimus, opus non esse, vt tanta necessitate prædicatum vendicet sibi subiectum, quanta ipsum à subiecto vendicatur, negamus tamen, fieri posse, vt subiectum absoluta necessitate postulet prædicatum, quod merè contingenter subiectum respiciat. Et ad primam probationem maioris conceditur, in prædicatione solum affirmari, prædicatum vendicari à subiecto, quidquid sit de reciproca subiecti à prædicato vendicatione; negamus tamen, subiectum postulare necessariò illud prædicatum, quod ex parte sua merè per accidens ad subiectum se habet; vt homo ad Grammaticam. Ad secundam negandum est, sensitiuum non respicere necessariò hominem, licet non per se primò, sed ratione animalis in homine inclusi. Ad tertiam dicendum est, in eo casu idcircò dicendam fore materiam informatam, quia semper actu haberet aliquam formam, si enim ab omnibus simul formis separata existeret, haud informata diceretur. At homo seiungi potest ab omni Grammatica; & Grammatica ab omni homine; quare neutrum de se necessariò affirmabitur.

Occurrit secundæ.

Dilutio 3. impugnationis initio propositæ.

propositionis subiectum esse queat) non est homo, seu est non homo.

ARTICVLVS III.

Defenduntur regulæ conuersionum particularium.

QVod particularis affirmatiua non conuertatur simpliciter, ostenditur. Primò, non sequitur; aliquis homo est mortuus, ergo aliquod mortuum est homo; aliquis videns est obcæcatus, ergo aliquid obcæcatum est videns; aliqua domus est euersa, ergo aliquid euersum est domus. Secundò, non valet; aliqua species est homo, ergo aliquis homo est species. Tertiò, hæc est vera, & catholica; aliquod generans est essentia diuina; quæ autem infertur, nimirum, aliqua essentia diuina est generans, falsa; ergo non est firma regula particularis affirmatiuæ.

Particularis affirmatiuæ conuersio oppugnatur. 1. 2. 3.

Ad primum argumentum respondendum est, omnes conuersiones ibi adductas esse optimas, si vno è duobus modis explicentur. Primò, si ratione illius participij præteriti temporis, mortuum, obcæcatum, combustum, amplietur subiectum iuxta doctrinam Aristotelis superius adductam ex 1. Elench. ad præsens, & præteritum, explicenturque in hunc modum: aliquis, qui est, vel fuit homo, est mortuus, aliquis, qui est, vel fuit videns, est obcæcatus, &c. sunt enim earum conuertentes hæ; aliquid mortuum est, aut fuit homo, aliquid quod est obcæcatum, est, aut fuit videns, quæ sunt verissimæ. Secundo modo si resoluatur participium præteriti in copulam, est, & participium, passus, vt supra fecimus cum Aegidio; tunc enim sensus earum, quæ conuertendæ sunt, erit; aliquis homo passus est mortem, aliquis videns passus est obcæcationem, aliqua domus passa est combustionem; quarum conuertentes sunt, aliquid passum mortem est homo; aliquid passum combustionem est domus, &c. in quibus

Duplex solutio 1. argumenti. Prima.

Secunda.

Digitized by Google

verbum, est, non significat existentiam, quasi dicatur aliquid passu mortem, aut combustionem existere, sed essentiam; idem enim est, aliquid passum mortem est homo, ac participat naturam humanam, quod abstrahit ab omni existentia. In vocabulo mortuum, non obseruauimus eam significationem, quam habet vt nomen priuatiuum; quia secundum illam, si priuat vita essentiali, nulla fit conuersio, quoniam conuersa est falsa; si priuat vita accidentaria, conuersio est æquè facilis, ac in ceteris accidentibus.

Solutio. 2. Ad secundum respõdendum, non accipi terminum, homo eodem modo; in conuersa enim accipitur simpliciter, in conuertente personaliter.

Solutio. 3. Ad tertium respondẽdum essentiã diuinam in conuertẽte posse dupliciter accipi. Primò, vt distribuitur in ea, quibus communicatur. Secundò, vt est res omninò singularis, quæ est communis, & naturalis illius acceptio. Primo modo bona est conuersio; efficit enim conuertens hunc sensum; aliquid, quod est essentia diuina, generat, nimirum, vel Filius, vel Pater. Secundo modo conuertens est contra fidem, & cõuersio inepta; nihil tamen efficit traditæ regulæ, quia propositio in eo sensu est singularis, vt bene docuit Greg. in 1. d. 4. q. 1. Quod si opponas, saltẽ in conuersione singularis inueniri antecedens verum, & consequẽs falsum, respondebimus, id non esse inconueniẽs, quia terminus singularis est cõmunicabilis, & virtute multiplex. Posset ab initio responderi argumẽto, ideò consequentiam non valere quia accipitur in consequente adiectiue ille terminus, generans, qui in antecedente substantiuè sumebatur, contra primam huius doctrinæ animaduersionem.

Greg. Cõuersio singularis quando desinat.

Cur particularis negatiua nõ conuertatur.

Theorema particularis negatiuæ non aliter confirmauit, quam assignata instantia; videtur tamen eius regulæ fundamentum hoc esse: negatio præfixa verbo habet vim distribuendi prædicatum pro omnibus. Verbi causa, in hac propositione, aliquod animal non est homo, particula negatiua distribuit hominem pro omnibus particularibus, efficitque hunc sensum propositionis; aliquod animal non est hic, neque ille, neque ille homo, percurrendo omnes: quæ fuit causa, cur Aristoteles capit. 6. libr. 1. de Interpretat. cum inquireret, an signum vniuersale adhibendum esset prædicato, de sola propositione affirmatiua locutus sit: supponit enim, negationem collocatamante verbum vniuersim distribuere prædicatum. Hoc posito, cum in particulari negatiua subiectum conuersæ sumatur particulariter ex vi signi, & prædicatum vniuersaliter propter negationem, & in conuertente cõmutetur subiectum in prædicatum, virtuteque negationis fiat vniuersale, necessariò variatur eius amplitudo, vnde facile est, in falsitatem incidere. Arist.

Obiectio cõtra propositam instantiã dissoluitur.

Ex hoc fundamento solues argumentum adduci solitum aduersus instantiam, quã proposuit Aristoteles; aliquod animal non est homo, ergo aliquis homo non est animal; idcircò, inquiunt, prima est vera, quia aliquod animal, scilicet, irrationale non est homo, sed accepto in conuertente termino, animal, pro irrationali, verum etiam est aliquis homo non est animal, ergo bona est conuersio, si termini eodem modo sumantur; sed iam aduertimus, negationem distribuere prædicatum pro omnibus copulatiuè, nec ea præfixa posse terminum, animal, sumi eodem modo, quo in conuersa, vbi collocabatur, ante negationem, & virtute signi particularis distribuebatur disiunctiuè: vnde ad veritatem conuersę satis erat, aliquod animal non esse hominem.

Cõuersio particularis negatiuæ suadetur. 1.

Aliter probari potest, conuersionem particularis negatiuæ esse bonam. Quotiescunque vniuersalis negatiua conuertitur, eius particularis etiam conuertitur: sed vniuersalis per primam regulam perpetuò conuertitur: ergo idem erit de particulari dicendum. Minor & conse-

Digitized by Google

consequentia patent; maior probatur particularis negatiua est vera, cũ eius vniuersalis vera est; ergo si duæ vniuersales negatiuæ, conuersa, & conuertens, verę sunt, duę particulares illi subalternatæ, altera conuertens, altera conuersa, perpetuò erũt verę. Quod sic ostenditur. Sint negatiuæ vniuersales; nullum B est A ergo nullum A est B. ex his rectè colliguntur earum subalternatæ; ex prima hæc, aliquod B non est A. ex secunda hæc, aliquod A non est B. Deinde, si particulari negatiuæ repugnet conuerti, vniuersali quoque id repugnabit, quidquid enim repugnat consequenti, repugnat antecedenti: sed particularis negatiua est consequens vniuersalis, vt in proximo argumento ex regulis subalternationis ostendimus: ergo si ei repugnat conuerti, non poterit hoc vniuersali competere.

Secundò

Diluitur primum argument.

Ad primum concedẽda est maior propositio cum sua probatione; rectè enim cõcludit, ex subalternatione particularem conuerti, quoties vniuersalis apta est ad conuersionẽ; neganda verò est minor, quia vniuersalis negatiua solum conuertitur, cum vera est, plerũque tamen est falsa: & cum vniuersalis est falsa, & particularis vera, vt in exemplo ab Aristoteles producto, hęc non conuertitur. Instes, saltem non magis conuerti vniuersalem, quã particularem, siquidem nunquam illa conuertitur, quin hæc conuertatur. Concedenda est tota illatio, cum illa enim stat, vniuersalem negatiuam simpliciter cõuerti, particularem minimè; quia, vt aliqua propositio simpliciter cõuerti perhibeatur, hoc exigitur, ac sufficit, vt, quoties vera est, conuerti possit, quod competit vniuersali, nõ particulari, & hac de causa Aristoteles non potuit in terminis non significatiuis hanc regulam confirmare, quia ad inferendum incommodum oportebat supponere, vniuersalem esse falsam, quod in illis terminis aptè non fit.

Diluitur secundum.

Ad secundum neganda est consequutio: ad probationem concedendum est illud pronunciatum, negatiuum verò, particularem negatiuam, cui repugnat conuersio, esse consequens vniuersalis negatiuæ, quod ex hactenus dictis manifestum est. Adde, nos non asserere, particulari negatiuæ, qua talis est, repugnare conuersionem, sed reperiri in ea aliquando antecedens verum, & consequens falsum, quod satis est, vt conuersio formalis non sit.

ARTICVLVS IV.

Quo pacto conuertantur propositiones singulares.

TAmetsi propositiones singulares quemadmodum & res, de quibus agunt, à scientijs nihil, aut parum curentur, quod in causa fuit, vt Aristoteles nec earum naturam, nec conuersionem expenderit, nihilominus vberioris doctrinæ causa, quas conuersionis leges obseruent, à nobis explicandum est. Propositio igitur singularis triplex est; vna singularis de vtroque extremo, vt, Plato est hic Philosophus; altera de subiecto tantum; vt Socrates est homo; tertia de solo prædicato, vt, omnis Imperator est Carolus. Deinde omnes hæ propositiones diuidi possunt in affirmatiuas, & negatiuas, de quibus hæ statuantur regulæ.

Singularis propositio triplex.

Quatuor regulæ de conuersione singularium.

Prima. Propositiones de vtroque extremo singulari, tam affirmatiuæ, quàm negatiuæ conuertuntur simpliciter, v. c. Plato est hic Philosophus, ergo hic Philosophus est Plato: Plato non est hic lapis, ergo hic lapis non est Plato. Secunda. Propositiones de subiecto singulari, & prædicato communi, si affirmatiuæ sint, conuertuntur in particulares, si negatiuæ, tum in particulares, tum in vniuersales. Exemp. c. Plato est Philosophus, ergo aliquis Philosophus est Plato: Socrates non est lapis, ergo aliquis lapis non est Plato, & nullus lapis est Plato. Tertia. Propositiones de subiecto vniuersali, & prædicato singulari, siue affirmantes, siue negantes, conuertuntur

Prima. Secunda. Tertia.

Digitized by Google

tuntur in partem; vt homo est Plato, ergo Plato est homo: nullus lapis est Plato, ergo Plato non est lapis. Quarta. Propositiones de subiecto particulari, & prædicato singulari affirmatiuæ conuertuntur, quemadmodum præcedentes, vt patet in ptiori exemplo. Negatiuæ non conuertuntur; datur enim antecedens verum, & consequens falsum, veluti in his; quidam homo non est Plato, ergo Plato non est quidam homo: prima enim verificatur pro Socrate, secunda est apertè falsa. Illud in his conuersionibus diligenter aduertendum, vt terminus singularis sit perfectè indiuisibilis, & incommunicabilis, alioqui facilè peccabitur, vt superius visum est in propositionibus, in quibus est essentia diuina.

Quarta.

Obijcitur contra primam regulam.

Aduersus primam regulam, quo ad propositiones affirmatiuas, est hæc instantia. Quando antecedens est necessarium, consequens contingens, potest vnum esse verum, alterum falsum; sed in affirmatiua singulari hoc contingit; ergo, &c. Minor patet, cum necessarium perpetuò sit verum, contingens verò aliquando possit deficere; in quo euentu si struatur conuersio, erit antecedens verum, & consequens falsum. Minor probatur, quia hoc frigus habet necessariam connexionem, saltem physicam, cum ista aqua; nequit enim ab ea separatum naturæ viribus existere, tamen hæc determinata aqua indifferenter conseruatur cum quolibet, vt experimur; ergo poterit in hac conuersione dari falsitas, hoc frigidum est hæc aqua, ergo hæc aqua est hoc frigidum.

Obijcitur contra secundam.

Aduersus singularem de subiecto, & communem de prædicato est secunda instantia. Non sequitur; Deus factus est homo; ergo homo factus est Deus; vel aliquis homo factus est Deus: prima enim est vera, vt docet D. Thomas 3. part. quæst. 16. artic. 6. secunda falsa, vt docet artic. 7. supponitur enim terminus, homo, pro hypostasi, quæ si sit diuina, non admittit participium, factus.

D. Thom.

Ad primum neganda est minor. Ad probationem dicendum, necessitatem physicam non sufficere, vt prædicatum affirmetur de subiecto, nisi ambo actu existant; vnde nihil refert, quod hoc frigus necessariò sit connexum cum ista aqua, non è contrario: quia non coniunguntur, nisi in existentia, in qua, vt hoc frigidum non potest separari ab isto subiecto, ita illud subiectum ab hoc frigido, quamdiu existit.

Satisfit 1. argumẽto.

Ad secundum, quamuis Scotus in 3. distin. 7. quæst. 2. admittat conuertentem vt veram, & totam conuersionem, vt accommodatam, negandum est cum D. Thom. & Caietan. ibi ad quartum Scoti, illam conuertentem esse veram in proprio sensu: duplicem enim eitribuit S. Tho. alium, cum participium [factus] determinat compositionem, siue vnionem hominis cum Deo, vt sit sensus, factum est, vt homo esset Deus, in quo vera est, sed impropriè sumitur; alium sensum ait esse, cum participium [factus] denominat hominem in ordine ad Deum, seu potius denominat ipsum Deum. Etenim adiectiuum nomen positum in eodem extremo propositionis cum substantiuo, applicat illi suam denominationem: & in hoc inquit D. Thom. esse falsam propositionem, quia ex parte hominis applicatur factus supposito diuino, pro quo supponitur nomen, homo, vel quia applicatur Deo, vt diximus. Alia igitur quærenda est conuertens illius, hæc scilicet, qui factus est homo, est Deus. Ex qua doctrina colligimus has propositiones; homo factus est albus: ebur factum est rubrum: & similes, non esse conuertendas in has, album factum est homo, rubrum factum est ebur; eas enim damnat Aristoteles 1. Poster. cap. 18. quia concretum substantiuè sumptũ communiter supponitur pro re; vnde sensus illius propositionis, album factum est homo, erit huiusmodi: homo habens albedinem factus est albus,

Satisfit 2. & agitur de hac Dª factus est homo. Scot. D. Thom. Caietan.

Arist.

bus, quod perſpicuè falſum eſt. Aliæ igitur quærendæ ſunt conuertentes, nimirum hæ: id, quod factum eſt album, eſt homo: id, quod factum eſt rubrum, eſt ebur. Vide Caietanum loco tertio partis citato, & alios Recentiores ibi.

QVÆSTIO II.

De conuerſione Propoſitionum abſolutarum per contrapoſitionem.

ARTICVLVS I.

Vtrum Propoſitiones neceſſariæ conuerti poſſint per contrapoſitionem.

DIximus initio huius capitis, hoc genus conuerſionis fieri, cum prædicatum mutatur in ſubiectum, & ſubiectum in prædicatum, ita, vt termini finiti reddantur infiniti, & è contrario. In hac conuerſione ſunt ſpeciales difficultates in terminis contingentibus, præſertim, ſi aliqua fiat ſuppoſitio: quare ſeparatim de illis agendum eſt, nunc de neceſſarijs, & ſimplicibus diſſeramus.

Vniuerſalis affirmatiua ſimpliciter cõuertitur.

Prima regula ſit. Vniuerſalis affirmatiua conuertitur ſimpliciter, ſiue incipias à terminis finitis, ſiue ab infinitis. Prima pars ita oſtenditur: omnis homo eſt animal, ergo omne nõ animal eſt non homo. Si quis neget conſequens, dabit eius contradictorium verum cum antecedente, ſcilicet, aliquod non animal non eſt non homo; at hoc eſt falſum: hæc enim, aliquod non animal non eſt non homo, infert hanc, aliquod non animal eſt homo, vt conſtat ex cap. 2. lib. de Interpret. hæc autem conuertitur in hanc; aliquis homo eſt non animal; quæ rurſus infert aliam, aliquis homo non eſt animal, quę eſt contradictoria illius primæ; omnis homo eſt animal. Secunda pars confirmatur, incipiendo ſcilicet, à terminis infinitis, rectè ſequitur, omne non animal eſt non homo, ergo omnis homo eſt animal; aliàs detur oppoſitum conſequentis, quod erit, aliquis homo non eſt animal, quæ per regulas infinitarum infert hanc, aliquis homo eſt non animal, quæ per conuerſionem particularis affirmatiuæ tranſit in hanc, aliquod non animal eſt homo: vnde rurſum ſequitur, aliquod non animal non eſt non homo: at hæc contradicit primæ conuerſæ.

Particularis negatiua ſimpliciter conuertitur.

Secunda regula. Particularis negatiua mutuò etiam conuertitur; & quidem ordiendo à terminis finitis hoc modo oſtenditur. Aliquod animal non eſt homo, ergo aliquod nõ homo non eſt non animal; aliàs erit vera contradictoria, ſcilicet, omne non homo eſt non animal: at hæc per primam regulam conuertitur in hanc, omne animal eſt homo, quæ contradicit primæ. A terminis infinitis hoc pacto. Aliquod non homo non eſt non animal; ergo aliquod animal non eſt homo; ſin minus, erit verum oppoſitum, videlicet, omne animal eſt homo, quæ per primam regulam vertitur in hanc, omne non homo eſt non animal, cui prima contradicit.

Secus dicẽdum de vniuerſali negatiua, & particulari affirmatiua.

Probatur in vniuerſali negatiua.

Tertia regula. Vniuerſalis negatiua, & particularis affirmatiua non conuertuntur ſimpliciter, quocunque modo incipias, datur enim antecedens verum, & conſequens falſum; quod ſuadetur primò quo ad vniuerſalem ex terminis finitis. Nullus homo eſt lapis, eſt vera, eius cõuertens, ergo nullus non lapis eſt non homo, falſa; eſt enim vera eius contradictoria, aliquod non lapis eſt non homo; nam equus eſt non lapis, & non homo. Inchoando à terminis infinitis, etſi difficillimum ſit afferre inſtantiam, quia vix aſſignari poteſt vniuerſalis negatiua infinita vera, præſertim in terminis neceſſarijs, & ſimplicibus: hæc tamen inſeruiet. Nullum non homo eſt non irrationale; ergo nullum irrationale eſt non homo. Prima enim eſt vera, quia eius contradictoria eſt falſa, ſcilicet, aliquod non homo eſt non irrationale. Secunda falſa, quia

eius

eius contraria est vera, hęc nimirum, omne irrationale est non homo.

Probatur in particulari affirm.

Quod attinet ad particularem affirmantem, probatur primò, ex nouà do à terminis infinitis. Aliquod non homo est non lapis; ergo aliquis homo est lapis; antecedens quippe verum est, ratione Bucephali, qui cum sit non homo, est etiam non lapis; consequens est apertè falsum. A terminis finitis ad infinitos hoc potest esse exemplum. Aliquis homo est opinabilis, ergo aliquid non opinabile est non homo, vbi antecedens verum est, consequens verò falsum, cum conuertatur per regulas Aristotelis in hoc, aliquod non homo est non opinabile, quam patet esse falsam; quidquid enim est non homo, terminare potest opinionem, seu imaginationem. Verum, quia plerisque non placet, terminos transcendentes infinitari posse, aliter ostendenda est fallacia huius consecutionis; non potest enim conuinci ostendendo antecedens verum, & consequens falsum; quia nulla particularis affirmatiua de vtroque termino perfectè infinito est falsa. Cuius opposito vitio laborat conuersio vniuersalis negatiuæ, inchoando à terminis infinitis, videlicet, quia nulla eiusmodi propositio est vera. Vnde etiam exemplum, quod in eius confirmationem adduximus, non est in rigore de termino infinito: cum irrationale iam sit negatio, cui si alia addatur, magis redditur terminus positiuus, quam infinitus.

Alia ratione idem probatur.

Aptius ergò demonstrabitur hæc fallacia ex eo, quod oppositum consequentis in his propositionibus non repugnat antecedenti; quod sic patet. Aliquis homo est animal; ergo aliquod non animal est non homo; oppositum huius consequentis est, nullum non animal, est non homo, quæ nihil repugnat priori: admittere enim possumus nullum, quod sit non animal, esse non hominem, siue verum, siue falsum sit, & nihilominus manet verum; aliquem hominem esse animal. Idem exemplum inseruiet ad ostendendum in conuersione vniuersalis negatiuæ oppositum consequentis non repugnare antecedenti.

Instantia.

Probabis tamen ad hunc modum, illud oppositum consequentis in conuersione particularis repugnare antecedenti; nam illa propositio; nullum non animal est non homo, conuertitur in hanc, nullum non homo est non animal, quæ ex eo repugnat antecedenti, quia non stat cum quadam propositione, quæ vi formæ colligitur ex antecedente, videlicet, aliquod non homo est non animal; quod enim hæc sequatur ex priori, non per conuersionem, sed per illationem, ita suadetur. Si animal affirmatur de homine, ergo non animal negatur de homine: sunt enim termini contradictorij, qui de eodem simul affirmari non possunt. Tunc sic. Non animal negatur de homine, ergo affirmatur de contradictorio hominis, scilicet, de non homine, siquidem quod negatur de vno, rectè affirmatur de eius contradictorio; verum igitur est, aliquod non homo est non animal: quare, si hæc est vera; aliquis homo est animal, probè sequitur, aliquod non homo est non animal.

Eius dilutio.

Huic obiectioni concedendæ sunt priores tres illationes; negandæ verò illa, in qua ex illa, aliquis homo est animal, infertur hæc, aliquod non homo est non animal; haud quaquam enim formalis est; quia oppositum consequentis non repugnat eius antecedenti. Cum probatur; neganda est illa collectio, non animal negatur de homine, ergo affirmatur de eius contradictorio, quia non est verum, quoties aliquid negatur de termino communi, affirmari posse de eodem termino reddito infinito; aliàs concludas licet, hominem non esse animal, hac ratione homo verè negatur de animali, vt patet in hac, aliquod animal non est homo, ergo affirmatur de contradictorio ani-

animalis; quare verum erit, non animal est homo: vnde sequitur, homo est non animal. Dicendum porrò est, illam doctrinam esse veram in termino singulari, non autem in communi, eò quod de termino communi affirmari possunt duo termini contradictorij, vt animal est homo, & animal est non homo.

Vniuersalis negatiua conuertitur in partem.

Diximus, vniuersalem negatiuam non conuerti simpliciter, in partem enim verè conuertitur; quia benè sequitur, nullus homo est lapis, ergo aliquod non lapis non est non homo; sin minus, opposita huius erit vera, scilicet, omne non lapis est non homo: at conuertitur in hanc, omnis homo est lapis, quę contrariatur primæ conuersæ; bona igitur erat conuersio a terminis finitis. Nec minus probanda est, cum ab infinitis inchoatur, apertè quippe infertur, nullum non homo est non animal, ergo aliquod animal non est homo: si non sequitur, oppositum erit verum, nimirum, omne animal est homo, quæ præterquam quod falsum appareat falsa, per primam regulam conuertitur in hanc, omne non homo est non animal. Cuius subalternata proinde vera est, aliquod non homo est non animal, quæ contradicit antecedenti.

ARTICVLVS II.

Verum hæc conuersio inueniatur in propositionibus contingentibus, & de terminis complexis.

Prima sententia negans probatur 1.

PLerique Philosophi non ignobiles negant, in huiusmodi propositionibus reperiri eam conuersionem, de qua disputamus; & quod attinet ad propositiones contingentes, ita probant. Non sequitur, omne animal est coloratum, ergo omne non coloratum est non animal: nam Bucephalus nunc est non coloratus,

Secundò.

& tamen non est non animal. Secundò, inchoando à terminis infinitis, & facta suppositione, quod nullus homo rideat, hæc est vera, omnis non lapis est non ridens, & eius conuertens falsa, ergo omne ridens est lapis: conuertitur enim per regulas Aristotelis in hanc, aliquis lapis est rideus; quæ cum sit falsa, satis ostendit, vniuersalem affirmatiuam in materia contingenti non conuerti.

Tertiò.

Quo ad propositiones de terminis complexis idem sic probatur. Non valet; omne animal sapiens est homo, ergo omne non homo est non animal non sapiens; antecedens enim est verum, consequens falsum, cum Angelus sit non animal, sed sapiens.

Affirmatiua sententia magis approbatur.

Non est improbabilis hæc sententia, vt clarius apparebit, cum argumenta proposita dissoluentur, multa enim ad eorum explicationem supponentur, quæ alias probanda non essent. Asserendum nihilominus est, in propositionibus etiam contingentibus valere regulas conuersionum per contrapositionem, quas superiori articulo tradidimus, & probauimus. Atque ad primum

Respõsio ad primũ argumentũ.

argumentum respondendum, bonam esse conuersionem, si termini eodem modo accipiantur, scilicet in vtraque, vel pro solis existentibus, vel pro existentibus, & non existentibus. Si namque animal in antecedente sumatur pro existentibus, & non existentibus, est falsa propositio: quia Bucephalus est animal, & non est coloratus. Vnde nihil mirum, si conuersio non sit bona. Si verò sumatur animal pro solis existentibus, vtraque propositio est vera, Bucephalus enim in ea acceptione non est animal, quoniam non existit animal. Vndemerito dici potest non animal, & ita verum manet, quod omne non coloratum est non animal.

Ad secundum quid alij respõdeant.

Secundum argument. permultos conuincit, vt asserant conuersionem vniuersalis affirmatiuæ solum esse formalem, cum à terminis finitis inchoatur: sed immeritò ita respondent, quia in his conuersionibus, quemadmodum in simplicibus negatiuis, eadem propositio est consequens, & antecedens alterius; quare si incipiendo ab vno termino consequentia

Digitized by Google

quentia est formalis, eadem erit, quantumuis ab alio ordiamur. Alij propter idem argumentum nolunt in hoc genere conuersionis admittere suppositionem: at hi tacitè insinuant, non esse formalem conuersionem, præsertim quando suppositio est possibilis, cuiusmodi est illa, quæ fit in argumento.

Vera responsio.

His igitur omissis, ad argumẽtum negandum est, consequens esse falsum in sensu, quem habere potest, prout deducitur ex tali antecedente, qui sensus nõ videtur posse esse simpliciter absolutus, sed conditionatus, verbi causa, omnis non lapis est non ridens, ergo omne ridens est lapis, id est, si aliquid est ridens, illud est lapis, quod plane sequitur ex antecedenti, in quo non risus affirmatur de omni non lapide, ac proinde solus lapis relinquitur, qui subiectũ risus esse possit, si risus vsquam detur. Cur autem sensus consequentis sit hypotheticus, ea est ratio; quia antecedens constat terminis infinitis, qui, vt affirmentur, non supponunt realem existentiam, consequẽs autem coalescit ex terminis finitis existentiam deposcentibus, vt absolutè prædicentur, quare, vt trahantur ad suppositionem similem suppositioni antecedentis, sub hypothesi accipiendi sunt. Cum verò probatur falsitas explicati consequentis ex conuersione directa vniuersalis affirmatiuę, negandum est, propositionem conditionalem eo modo conuerti: Aristotelis regulæ in hoc cap. de solis absolutis, vt distinguuntur à modalibus, & conditionalibus, intelliguntur.

Probabilius est, propositiones de extremo cõplexo non cõuerti.

Quo ad propositionem de extremo complexo, probabilior videtur ea sententia, quæ negat, per contrapositionem conuerti: etsi opposita vicunque defendi possit. Prima pars ostenditur primo argumento tertio loco posito, cui non satisfacit respõsio quorundam negantium, ex illo antecedente, omne animal sapiens est homo, colligi hoc consequens; ergo omne non homo est non animal non sapiens; sed hoc aliud; ergo non homo est non animal sapiens. Cuius propositionis sensum nolunt esse, quod omne non homo sit non animal, & sit sapiens, quem propositio primo aspectu præ se fert, sed hunc, omne non homo est non animal sapiens, totum simul, qui verus est. Non, inquam, satisfacit hæc responsio; quoniam iuxta regulas infinitarum totum prædicatum debet reddi infinitum, ita vt nulla illius pars maneat, quæ à negatione non attingatur; si autem vna tantum negatio toti prædicato apponatur, secunda eius pars a negatione intacta relinquitur.

Ostenditur secundò. Hæ conuersiones probari solent per consequentias inter propositiones finitas, & infinitas, vt ex superiori articulo cõstat, sed eæ consequentiæ non sunt aptæ, quando termini sunt complexi, vt secundo libro de Interpretatione, cap. 1. annotauimus; & docet Aristoteles in vltimo capite huius libri, præsertim si consequentiam à terminis affirmatiuis inchoemus; igitur nec conuersiones in prædictis consequentijs fundatæ idoneæ censeri debent. Arist.

Oppositæ pars etiam defenditur.

Si quis tamen iuxta secundam huius resolutionis partem in his etiam propositionibus conuersionem tueri velit; responsionem ad primum argumentum facile dependet, negãdo, esse contra regulas infinitarum vnica negatione totum prædicatum afficere; quod enim eo loco monuimus, solum fuit, totum prædicatum esse reddendum infinitum, quod autem id per vnam negationẽ fiat, aut per multas, non videtur multum referre; si verò vnica negatione fiat, verum sine dubio est illud consequens; omne non homo est non animal sapiens. Ad secundũ respondebit, deficere quidem illam probationẽ, quæ sumitur ex cõsequentia inter propositiones finitas, & infinitas; sed vt cõuersio sit formalis, sans esse refutando, omnes instantias ostẽdere, nunquam in ea dari antecedens verum, & consequens falsũ; quod per singulas discurrendo facile præstabis.

Digitized by Google

EXPLANATIO CAPITIS TERTII.

De conuersione propositionum modalium.

SVMMA CAPITIS.

STatuit Aristoteles in hoc capite pro conuersione propositionum de modo has tres regulas. Primam; propositiones de necesse affirmato conuertuntur eodem modo, quo absolutæ. Secundam; propositiones de possibili, & contingenti primo, & tertio modo, id est, quando æquipollentiam habere potest cum necessario, & possibili, eodem modo, quo propositiones de necessario conuertuntur. Tertiam; propositiones de contingenti secundo modo, quatenus scilicet rem significant in vtramque partem indifferentem, si sint affirmatiuæ, eodem modo conuertuntur, quo ceteræ hactenus positæ. Si verò sint negatiuæ, longè aliter: nam vniuersalis non conuertitur simpliciter, particularis verò maximè.

COMMENTARIVS. CAPVT III.

Modaliũ quantitas, & qualitas.

AGgreditur conuersiones modalium non omnium, sed earum, in quibus modus est affirmatiuus, relictis etiam enunciationibus de impossibili, quarum conuersio, sicuti & ceterarum modalium, in quibus modus est negatus, facilè ex earũ equipollentibus intelligi potest. Obseruandum est autem, qualitatem, & quantitatem modalium non esse hoc loco spectandam penes modum, sed penes prædicatum & subiectum dicti, vt videlicet ea dicantur affirmatiuæ, vel negatiuæ, vniuersales, particulares, indefinitæ, quarum dicta talia sunt. Sciendum præterea, Aristotelem non tradere hic conuersionem modalium penes terminos principales, nempe modum & dictum. Ea enim in promptu cuique est, siquidem nihil refert, si quis dicat, omnem hominem esse animal, est necesse: aut necesse est, omnem hominem esse animal; sed secundum terminos minus præcipuos, nempe subiectum & prædicatum dicti, hæc enim conuersio non parum exhibet negotij.

a *Ita*

Ita a res sese habebit & in propositionibus necessarijs. Nam vniuersalis quidem primitiua vniuersaliter: affirmationum autem vtraque particulariter sanè conuertitur. Etenim si necesse est, A nulli competere B, necesse est & B nulli competere A. Nam si contingit, vt alicui competat: continget etiam, vt A competat alicui B.

b *Sin verò A necessariò vel omni, vel alicui cõpetat B, & B necesse est cuipiam competere A. Nam si non necessariò competat cuipiam nec A profectò cuipiam B, necessariò competet.*

c *Particularis autem negatiua non conuertitur ob eam causam, quam antea diximus.*

d *At in contingentibus, cum multipliciter dicatur contingere, necessarium enim, & non necessarium, & possibile, contingere dicimus.*

e *Affirmatiua quidem in vniuersis similiter conuertentur. Nam si A vel omni contingit, vel alicui competere B, & B profectò alicui contingit competere A. Quod si nulli, & A contingit nulli competere B. Hoc enim antea demonstrauimus.*

f Ne-

Digitized by Google

Cõuerſio vniuerſalis negatiuæ.

a *Ita res ſeſe habebit*] Aſſerit propoſitiones ex neceſſario eaſdem ſubire conditiones ; atque abſolutas . Oſtendit ergò, vniuerſalem negatiuam conuerti ſimpliciter hoc modo. Neceſſe eſt , nullum B eſſe A. ergo neceſſe eſt , nullum A eſſe B. ſi enim non ſequitur,dabitur oppoſitum cõſequentis,nimirum,non neceſſe eſt, nullum A eſſe B. cui æquipollet,cõtingens eſt , aliquod A eſſe B. Tunc ſic, contingens eſt, aliquod A eſſe B. ſit igitur aliquod A B. (quod enim eſſe poteſt , ſi eſſe ponatur , nullum incommodum exiſtit) quare per cõuerſionem particularis abſolutæ aliquod B erit A. & quia,quicquid eſt, contingit eſſe ; ſit, vt contingens ſit aliquod B eſſe A. quæ propoſitio æquipollet huic, non neceſſe eſt,nullum B eſſe A. hæc autem contradicit primæ , quæ initio conuertebatur ; ergo, qui negarit, conuerſionem illam rectè ſe habere , concedat oportet , duas contradicentes ſimul veras .

Cõuerſio vniuerſalis & particularis affirmatiuæ.

b *Sin verò A.*] Oſtendit, propoſitiones affirmatiuas tam vniuerſalem, quàm particularem rectè conuerti, illam in partem, hanc ſimpliciter. Neceſſe eſt,inquit,omne B eſſe A. ergo neceſſe eſt, aliquod A eſſe B. Nam ſi non probè colligitur, vtique Propoſitio contradictoria conſequentis,nempe, non neceſſe eſt, aliquod A eſſe B poterit vera eſſe cum vtroque antecedente ; quod non ita eſt . Etenim ex illa, non neceſſe eſt, aliquod A eſſe B. colligitur hæc, non neceſſe eſt,aliquod B eſſe A quæ repugnat illis duabus : particulari quidem , quia illi contradicit ; vniuerſali verò, quia ex illa vniuerſali, neceſſe eſt , omne B eſſe A, infertur particularis , neceſſe eſt, aliquod B eſſe A. Quicquid autem repugnat conſequenti bonæ conſequentiæ,repugnat antecedenti .

Porrò illam conſecutionem, non neceſſe eſt, aliquod A eſſe B. ergo non neceſſe eſt,aliquod B eſſe A. non probat Ariſtoteles,quia eius confirmatio difficultatem non habet. Non neceſſe eſt.aliquod A eſſe B. ergo contingens eſt,nullum A eſſe B. (ſunt enim in tertia tabella modalium) , quod ſi contingens eſt , nullum A eſſe B. ponamus, nullum A eſſe B. & cum ex hac nullum A eſt B. colligitur hæc,nullum B eſt A. vt conſtat ex ſuperiori capite ; oportet vt contingens ſit, nullum B eſſe A. vt ex primo Theoremate liquet. Huic autẽ enunciationi æquipollet illa,non neceſſe eſt,aliqđ B eſſe A,

f *Negatiuæ verò non eodem modo ſeſe habebunt: ſed in hiſce, quæ contingere dicimus, ex eo,quia neceſſariò non competunt,aut non neceſſariò competunt,perinde ſeſe habebũt ac prius : veluti ſi quiſpiam dixerit,contingere hominẽ,equum non eſſe : aut album tunica nulli ineſſe. Horum enim alterum neceſſariò nõ competit:alterum non neceſſariò ineſt: atque propoſitio ſimiliter fere conuertitur: nam ſi contingit , equum nulli competere homini,& hominem contingit, nulli competere equo . Et ſi album contingit,nulli competere tunica, & tunicam contingit, nulli competere albo. Quod ſi alicui neceſſariò competit: & album alicui tunicæ neceſſariò competet . Hoc enim autem demonſtrauimus .* g *Similiter ſeſe habet & negatiua particularis .* h *In his autem , quæ ex eo dicuntur contingere , quia plerumque fiunt , ac aptitudinem habent : quo quidem pacto contingens conſueuimus definire : non ſimiliter in conuerſione ſeſe habebunt negatiua : ſed vniuerſalis quidem negatiua propoſitio non conuertitur : particularis autem conuertetur . Atque hoc in ſequentibus patebit , cum de ipſo contingente dicemus .*

i *Nunc hoc tantum inſuper patear nobis , has propoſitiones contingit nulli , aut eidam non competere , affirmatiuam habere figuram . Contingit enim perinde diſponitur,atque ipſum eſt . Eſt autem ipſum,in quibus inſuper prædicatur, affirmationem ſemper omninoq; facit: vt,eſt non bonum,eſt non album: aut ſimpliciter,eſt non hoc . Oſtendetur autem & hoc ipſum per ea , quæ deinceps dicentur . In conuerſionibus autem perinde ſeſe habebunt vt cetera .*

Digitized by Google

ergò ex illa prima,non neceſſe eſt,aliquod A eſſe B. rectè infertur hæc poſtrema,non neceſſe eſt,aliquod B eſſe A.

Particularis negatiua nō conuertitur.

c *Particularis autem*] Oſtendit,particularem negatiuam de neceſſe non conuerti, quia datur antecedens verum, & conſequens falſum, vt, neceſſe eſt,aliquod animal non eſſe hominem,ergo neceſſe eſt,aliquem hominum non eſſe animal.

Trifariam vſurpatur cōtingēs.

d *At in contingentibus*] Antequam explicet, quoniam pacto ſe habeant propoſitiones de contingenti,docet,quot modis contingens dicatur,quod enucleari prius oportuit, quia in omnibus contingentium generibus eadem conuerſionis ratio non ſeruatur. Ait ergo,contingens trifariam ſumi. Primò modo,vt idem eſt,ac neceſſarium,quo pacto dicitur contingens, hominem eſſe animal, quæ vſurpatio admodum eſt impropria. Secundò pro eo, quod nec neceſſariò eſt, nec neceſſariò non eſt, ſed poteſt eſſe, & non eſſe, vt, Socratem currere,quæ eſt propria contingentis acceptio. Tertiò, prout eſt idem, ac poſſibile, qua ſignificatione ſumptum eſt ab Ariſtotele lib.2.de Interpretatione,cap.3.cum de æquipollentijs ageret. Quidam negant, tradi hoc loco ab Ariſtotele primam acceptionem contingentis; ſed ea non obſcurè elucet in contextu, eandemque Interpretes agnoſcunt, quicquid velint Louanienſes. Nam verbum illud,neceſſarium,indicat contingens primo modo. Non neceſſarium,contingens ſecundo modo. Poſſibile,contingens tertio modo.

1.
2.
3.
Ariſtot.

Quo pacto affirmatiuæ de contingēti conuertantur.

e *Affirmatiuæ quidem*] Statuit,enunciationes affirmatiuas de contingenti, quomodocunque contingens accipiatur, eodem modo conuerti, quo affirmatiuas, tum abſolutas, tum de neceſſe: quod ita demonſtrat. Contingens eſt, omne B eſſe A. vel aliquod B eſſe A. ergo contingens eſt, aliquod A eſſe B. ſi enim hæc concluſio ex illis non ſequitur, poterit ſimul cum illis eſſe vera eius contradicens, videlicet, nulli contingit, ſiue non contingens eſt,aliquod A eſſe B. quod falſum eſſe oſtendit,quia ex hac,non contingens eſt, aliquod A eſſe B. colligitur illa, non contingens eſt, aliquod B eſſe A. quæ cum duabus prioribus pugnat,vt patet ex dictis. Illam verò conſecutionem,non contingit, aliquod A eſſe B. ergo non contingit,aliquod B eſſe A. ſe ante demonſtraſſe affirmat.

Dubium. Solutio.

Quod ſi quis petat, vbinam? videtur enim nuſquam id oſtendiſſe; dicendum, ſi contingens primo modo accipiatur, quo pacto idem eſt, ac neceſſarium,nihil intereſſe,vtrum ſic argumenteris. Non contingens eſt,aliquod A eſſe B. ergo non contingens eſt,aliquod B eſſe A. An ita,non neceſſe eſt,aliquod A eſſe B. ergo non neceſſe eſt, aliquod B eſſe A. cuius conſecutionis vim ſatis apertam eſſe credidit Ariſtoteles in cōuertendis propoſitionibus de neceſſe affirmatiuis.

Accepto contingēti tertio modo præcedēs conſequutio demonſtrat.

Quod ſi contingens accipiatur tertio modo, quo pacto idem eſt, quod poſſibile; poteſt hoc modo conſecutio illa demonſtrari. Non contingens eſt,aliquod A eſſe B. ergo neceſſe eſt,nullum A eſſe B. ſunt enim æquipollentes; hæc vero, vt patet ex dictis, conuertitur in hanc, neceſſe eſt,nullum B eſſe A. cui æquipollet illa, non contingens eſt, aliquod B eſſe A. Quia igitur Ariſtoteles ſuperius demonſtrauerat, æquipollentem prioris conuerti in æquipollentem poſterioris, affirmat hoc loco, ſe conſecutionem illam antea demonſtraſſe.

Eadē conſecutio ꝓbatur, ſi cōtingens ſecundo modo ſumatur.

Quod ſi contingens ſecundo modo accipiatur, vt ſignificat id, quod poteſt eſſe, & non eſſe; dicendum, eam conſecutionem inde vim habere; quia,vt docet Ariſtoteles decimoſexto cap. huius libri,illa enunciatio,non contingens eſt, aliquod A eſſe B. duplici de cauſa poteſt eſſe vera, vel quia neceſſe eſt,nullum A eſſe B. vel quia neceſſe eſt,omne A eſſe B. ſed ex qualibet harum ſequitur illa, non contingens eſt, aliquod B eſſe A. ergo etiam ex illa,non cōtingens eſt,aliquod A eſſe B. Minor probatur, quia ſi neceſſe eſt,

eſt,nullũ A eſſe B.ergo neceſſe eſt,nullũ B eſſe A. ergo nõ contingens eſt,aliquod B eſſe A.quod ſi neceſſe eſt,omne A eſſe B.ergo neceſſe eſt, aliquod B eſſe A.ergo non contingens eſt,aliquod B eſſe A.quod enim neceſſe eſt eſſe,nõ poteſt eſſe contingens.Hoc modo ſolet conſecutio illa oſtendi,ſed quam vim habeat hæc probatio,in progreſſu expendemus.

f *Negatiua verò non,*] Oſtendit,nõ omnes propoſitiones negatiuas de contingenti eodem pacto ſe habere, quo abſolutas, ſed eas duntaxat, in quibus contingens primo, tertiovè modo accipitur. Propoſitionem negatiuam de contingenti primo modo indicat illis verbis; neceſſariò non competunt; quia idem valet, neceſſarium non eſſe, & contingens non eſſe, ſi contingens primo modo ſumatur. Propoſitionem autem negatiuam de contingenti tertio modo ſignificat illis verbis;non neceſſariò cõpetunt;quia contingens non eſſe,ſumpto contingente tertio modo,id eſt,pro poſſibili,idem valet æquipollentiam,atque non neceſſarium eſſe.

Nõ omnes negatiuæ de contingenti conuertuntur, vt abſolutæ Vniuerſales negatiuæ de cõtingẽti 1. & 3. modo conuertũtur.

Probat igitur, conuerti vniuerſales negatiuas de contingenti primo, & tertio modo hiſce exemplis: Contingens eſt, nullum hominem eſſe equum, (vbi accipit contingens primo modo)ergo contingens eſt,nullum equum eſſe hominem,ſumpto contingenti in eodem ſignificato. Hanc conſecutionem non vlterius confirmat,quia, cum contingens ita ſumptum idem ſit ac neceſſarium, ſatetur, oſtendiſſe ſuperius, vniuerſalem negatiuam de neceſſe conuerti ſimpliciter.

Item contingens eſt,nullam tunicam eſſe candidam: (vbi contingens tertio modo ſumitur) ergo contingens eſt,nullum candidum eſſe tunicam,accepto contingenti in eadem ſignificatione,alioqui concedendum erit,enunciationem contradictoriam poſterioris,videlicet,non contingens eſt,nullũ candidum eſſe tunicam,poſſe veram eſſe cũ priori,quod falſum eſt. Etenim huic, non contingens eſt,nullum candidum eſſe tunicam, æquipollet hæc, neceſſe eſt,aliquod candidum eſſe tunicam,quæ contradicit illi primæ. Quare ne dentur duæ contradicentes ambæ veræ, fatendum eſt, vniuerſalem negatiuam de contingenti tertio modo in ſe ipſam conuerti.

g *Similiter ſe ſe*] Aſſerit, particularem negatiuam de contingenti primo, & tertio modo ſimiliter ſe habere,atque particularem negatiuam abſolutam, quia,ſicuti hæc non conuertitur,ita neque illæ. Id verò licet non demonſtret, facilè tamen intelligi poteſt,propterea quod detur antecedens verum,& conſequens falſum, vt contingens eſt, aliquod animal non eſſe hominem (quod verum eſt, ſiue contingens primo, ſiue tertio modo ſumatur): ergo contingens eſt, aliquem hominem non eſſe animal, quod in vtroque ſenſu falſum eſt.

Particularis negatiua de contingẽti primo, & tertio modo nõ conuertitur.

h *In his autem*] Demonſtrat, non eodem pacto conuerti negatiuas de contingenti ſecundo modo, quo abſolutas; quia vniuerſalis non conuertitur, cum tamen particularis conuertatur. Quia verò contingens ita ſumptum complectitur ea, quæ frequenter euenire ſolent, & quæ rarò, ac demum illa, quæ ex æquo in vtramque partem accidere poſſunt. Admonet, ſe in hoc capite ſumere contingens pro eo,quod frequenter euenit,ſeu, quod natum eſt eſſe, ita enim appellat iſtiuſmodi contingens hoc loco, & capite duodecimo huius libri, non quod alia eandem conuerſionis legem non ſubeant, ſed quia explicandis ſyllogiſmorum modis, ad quorum confirmationem doctrinam hanc refert, iſtiuſmodi contingentis rationem habendam cenſuit; propterea quod hoc duntaxat in diſciplinis, ac demonſtrationibus vſurpari ſoleat.

Negatiuæ de contingẽti 2. modo non cõuertuntur vt abſolutæ.

Porrò quod de prædicatiuarum enunciationum conuerſione tradit, non probat hoc loco,ſed inferius probaturum ſe eſſe pollicetur, videlicet, capite decimo ſexto huius libri,vbi tribus rationibus;concludit,vniuerſalem negatiuã non cõuerti in oppoſitã qualitatẽ,quę à nobis in quæſtionibus afferentur.

Digitized by Google

Quæ propositio modalis sit affirmans, quæ negans.

i *Nunc hoc*] Docet, enunciationes modales, in quibus modus de dicto affirmatur, sed prædicatum dicti negatur de subiecto dicti, absolute affirmatiuas esse. Quod capite tertio libri secundi de Interpretatione, & hoc loco ita confirmat. Modus in ijs enunciationibus perinde se habet, ac verbum in absolutis: in absolutis autem nisi verbum negetur, esto, negentur cetera, enunciatio non erit negatiua, sed affirmatiua potius, vt patet in his: voluptas est non bona, lignum est non candidum: ergo & in modalibus, nisi modus negetur, quamuis prædicatum dicti negetur de suo subiecto, enunciatio potius erit affirmatiua, quam negatiua. Monet tamen, quod ad rationem conuersionis spectat, eas appellandas esse negatiuas, in quibus prædicatum dicti de suo subiecto negatur, atque adeò, quæ eandem negationis & affirmationis formulam obtinet cum propositionibus absolutis; quia in illiusmodi propositionum conuersionibus totum negotium est in conuertendo subiecto, & prædicato dicti.

QVÆSTIO I.

De conuersione propositionum modalium.

ARTICVLVS I.

Virum propositiones de necesse, possibili, & contingenti affirmatiuæ recte conuertantur.

Argumenta partis negatiuæ.

1 PArs negatiua probari potest aliquibus argumentis. Primò, non sequitur; necesse est, omne grammaticum esse hominem, ergo necesse est, aliquem hominem esse grammaticum: est enim antecedens verum, quia eius contradictorium est falsum, scilicet, non necesse est, omne grammaticum esse hominem: æquipollet namque huic, possibile est, aliquod grammaticum non esse hominem, quæ perspicuè falsa est. Consequens autem illius conuersionis est falsum, cum possibile sit, nullum hominem esse grammaticum. Idem argumentum fieri potest in his propositionibus; necesse est, omne ægrotum esse animal, omne ridens esse hominem, omne rugiens leonem, &c.

2 Secundò, non sequitur, possibile est, nullum oculum esse necessarium ad videndum, ergo possibile est, nullum necessarium ad videndum esse oculum: nam antecedens est verum, cum ita exponendum sit; & hũc oculum non esse necessarium ad videndum, est possibile, & illum non esse necessarium, est possibile: verè enim dicitur, neutrum determinatè esse nõ necesarium, vt ex primo libro Periherm. patet. Consequens in eodem sensu est falsum.

3 Tertiò, non valet; necesse est, aliquem hominem esse animal, ergo necesse est, aliquod animal esse hominem; nam hæc secunda (de primæ enim veritate dubitare non licet) æquipollet huic, impossibile est, nullam animal esse hominem, quæ, cum sit falsa, ostendit, suam æquipollentem esse falsam; illam verò esse falsam patet, quia habet dictum vniuersale, quod exponendum est copulatiuè hoc modo: & hoc animal non esse hominem, est impossibile, & illud animal non esse hominem, est impossibile, & sic de ceteris, inter quæ est brutum, quod possibile est, non esse hominem.

4 Quartò in his propositionibus perinde, atque inde contingenti secundo modo, reperitur sensus compositus, & diuisus, ergo ostendendum fuit specialim, in quo illorum propositiones conuertantur, vt factum est in ijs, quæ sunt de contingenti secundo modo.

Firmitatem Theorematum, quæ Philosophus de his propositionibus scri-

Occurrit argumentis. Primò.

scripsit, in commentario satis ostendimus. Quamobrem si argumentis respondeamus, erit quæstio explicata. Ad primum negandum est, illam propositionẽ, necesse est, omne grãmaticum esse hominem, esse verã, ob rationẽ superiori capite assignatam in defendenda conuersione vniuersalis affirmatiuæ. Ad probationẽ concedendum est, contradictoriam esse veram, similiterq. eius æquipollentem: possibile est, aliquod grammaticum non esse hominem; verificatur enim pro aliqua Grammatica in cõcreto, cuius subiectũ non existit, verbi causa, pro ea, quæ fuit in Donato; cum enim prædicatũ sit negatiuum, non est incommodũ attribui rei non existenti. Ad secũdum negat Albertus de Saxonia, tractatu 4. cap. 3. suæ Logicæ in simili, antecedens esse verum, quoniam ad falsitatem, inquit, copulatiuę propositionis sat est incompossibilitas partium, licet quælibet per se vera sit; quãuis ergo vtraq. de possibili vera existat, quia tamen supposita veritate illius, possibile est, oculum dextrum nõ esse necessarium, non potest stare hæc, possibile est, oculum sinistrũ non esse necessarium: sublato enim dextro, omninò exigitur sinister: tota copulatiua redditur falsa. Non est tamen probanda hæc doctrina, quia veritas copulatiuę depẽdet ex veritate omnium partium; ergo si omnes illius partes veræ sunt, ipsa non habet, vnde falsitatem sortiatur.

Prima solutio secũdi.

Secũda solutio vera.

Ad argumentum igitur respondendum est vno è duobus modis, vt in simili respondimus, explicando conuersionem vniuersalis negatiuæ absolutæ. Primò negando illam propositionem, possibile est, nullũ oculum esse necessarium ad videndum, explicari per descensum copulatiuum, continet enim illud, necessarium, quod vti loco citato diximus, non patitur illum descensum sed copulatum, in quo falsa est cõuersa, vt patet; vnde mirum non est, conuersionem esse ineptam. Secũdò admittendo illum descensum, & conuersam in eo sensu esse veram, negando conuertentem esse falsam: quemadmodum enim possibile est, nullum oculum determinatè esse necessariũ ad videndum, eodem modo est possibile, nullũ determinatè necessarium ad videndum esse oculum, quamuis in sensu copulato, & cõfuso aliquod necessarium sit oculus.

Tertiò.

Ad tertium negãdum est, conuertentem esse falsam. Ad probationem similiter negandum illam, possibile est, nullum animal esse hominem, esse falsam: haud enim exponenda est copulatiuè in sensu diuiso, sed disiunctiuè ratione modi impossibilis, & dicti negatiui, vt nos explicabimus.

Quartò. Hæ propositiones ęquè cõuertuntur in sensu composito, atque in diuiso.

Ad quartum respondendum est, propositiones de his tribus modis affirmatis in vtroq. sensu, tam composito, quã diuiso eodem modo conuerti, quę fuit causa, cur Arist. eos nõ distinxerit. Est autem sensus compositus & diuisus in modalibus, vel ex parte dicti, vel ex parte modi; ex parte dicti sensus diuisus tunc datur, quando modus ostendit, qua ratione coniungatur prædicatum dicti cum materiali significato subiecti. Tunc datur sensus compositus, quãdo modus ostẽdit, qua ratione prædicatum dicti conueniat formali significato subiecti, exempli c. hæc propositio, possibile est, sedentem stare, in sensu diuiso significet, eum, qui sedet, stare posse, vel in tempore, quo sedet, vel in alio, in sensu verò cõpositio significat, eum, qui sedet, dum sedet, stare posse: atque in primo sensu est vera, in secundo falsa. Ex parte modi est sensus diuisus, cum modus singillatim coniungitur, cum singulis propositionibus singularibus, per quas dictum exponitur. Compositus est, cum modus simul, ac semel coniungitur cum omnibus propositionibus singularibus exponentibus dictum, v.c. hæc propositio, possibile est, aliquod corpus moueri, in sensu diuiso sic exponitur: hoc corpus moueri est possibile, aut illud corpus moueri est possibile; at in sensu composito hac ratione explicanda est: hoc corpus moueri, aut illud

Quis sensus compositus, & diuisus in modalib⁹.

Digitized by Google

corpus moueri, est possibile. Quando igitur asserimus, propositiones de illis tribus modis affirmatis æqualiter conuerti in vtroque sensu, intelligimus, quando ex sunt veræ: propositio enim falsa neutiquam dicenda est conuerti.

Quatuor regulæ ad descensus internoscendos.

At rogabis, quæ regula tenenda sit ad cognoscendum descensum sub illis propositionibus, an oporteat esse disunctum, an disunctiuum, copulatum, an copulatiuum? Pro huius rei declaratione quatuor statuendæ sunt regulæ, duæ pro his quæ habent modum affirmatum, de quibus in hoc articulo differimus; aliæ duæ pro his, quæ continent modo negato, de quibus in secundo articulo erit dicendum. Prima igitur sit, sub subiecto propositionum de modo affirmato si fuerit vniuersale, descendendum est copulatim, vel copulatiuè; si fuerit particulare, disiunctim, vel disiunctiuè.

1 regula.

2 Secunda; sub prædicto affirmatiue, tam particularis, quam vniuersalis descenditur disiunctim; sub prædicato negatiuè, qualiscunque ea sit, descendendum est copulatim, vel copulatiuè; cuius ratio reddita iam est supra ex natura negationis complectentis omnia, quæ precedit; vnde etiam patet explicatio harum prædicationum.

3 Tertia regula pro enunciationibus de modo negato. Sub his propositionibus eisdem modis descendi potest, quibus descendendum esse diximus sub affirmatis, modo accipiantur in sensu composito ex parte modi, non aliter: exempli causa, hæc, non possibile, vel impossibile est, omne animal esse hominem, hoc modo exponenda est, & hoc animal esse hominem, & illud animal esse hominem, est impossibile: alioqui, si accipiatur in sensu diuiso, erit falsa, quia sic erit explicanda, & hoc animal, scilicet, Socratem non esse hominem, est impossibile, & hoc animal, scilicet Bucephalum, nõ esse hominem, est impossibile, quæ copulatiua est falsa ratione huius secundæ propositionis, cum tamé propositio, quæ exponitur, vera sit, siquidem eius æquipollens de necesse verissima est, videlicet, necesse est, aliquod animal esse hominem.

4 Quarta regula. Propositiones de modo negato, cum accipiũtur in sensu diuiso, ita sunt explicandæ, vt sub dictis vniuersalibus descẽdatur disiunctiuè, sub particularibus, copulatiuè; exempl. c. sub hac, non possibile est, aliquod animal esse hominẽ, non est descendendum, vel hoc animal esse hoiem, non est possibile, vel illud aĩal esse hoiem, nõ est possibile; sed hoc pacto, & hoc animal esse hominem, non est possibile, & hoc animal esse hominem, non est possibile. Nam primo modo exposita erit vera; cum tamen eius æquipollens de necesse existat falsa, s. necesse est, omne animal esse hominem; idem facilè patebit explicanti aliquam de dicto vniuersali, & modo negato. Ratio verò huius rei est, quia modus negatus efficit, vt dictum vniuersale virtute sit particulare, & è contra particulare virtute sit vniuersale, vt patet ex æquipollentijs; propterea enim æquipollentium dicta contradictoria esse debent, quia modus in vna est negatus, in alia affirmatus.

ARTICVLVS II.

Quæ facile conuertuntur propositiones de impossibili, & vetera de modo negato.

POssemus non immeritò præterire conuersiones harum propositionum, vt eas omisit Aristot. quoniam omnis enunciatio de impossibili, alio vè modo negato habet aliquam æquipollentem de necessario, vel possibili. Nã ex, in quib. aut impossibile affirmatur, aut contingens, vel possibile negatur, æquipollent alicui de necessario: in quibus verò necessariũ, aut impossibile negatur, æquipollent alicui de possibili, si obseruentur ea documenta, quæ lib. 3. Introductionum per æquipollentia dantur: hinc fit, vt, cum aliqua huiusmodi enunciatio se obtulerit, videndum

Cur Arist. has propositiones omiserit.

Quæ indistria oës hę propositiones conuertendæ.

Digitized by Google

dendum sit, quam habeat æquipollentem de necessario, aut possibili, nunc ex regulis hactenus traditis de conuersione illarum, quæ constant modo affirmato, iudicandum est, in quam enunciationem ea æquipollés conuertatur, aut non conuertatur: & inde colliges, in quam conuertatur ea, de qua dubitas. Conuertetur enim in illam, quæ æquipolleat conuertenti suæ æquipollentis, v. c. occurrit hæc enunciatio, non necesse est, aliquem hominem non esse animal. cõsiderabis, quam habeat æquipollentem de possibili: reperies hãc, possibile est, omnem hominem esse animal, quæ rectè conuertitur in illam, possibile est, aliquod animal esse hominem, quæ æquipollet huic, non necesse est, nullum animal esse hominem. Quare explicata conuersione propositionum de modo affirmato, nullo negotio colligitur ea, quæ visitur in ijs, in quibus modus negatur; facilioris tamen doctrinæ causa voluimus de his hæc theoremata subijcere.

Quatuor theoremata in particulari traduntur.

Primum esto. Vniuersalis affirmatiua de dicto, & de modo negato, nullo modo conuertitur. Id probari potest primò ex æquipollentibus, iuxta ea, quę proximè diximus. Deinde, quia datur antecedens verum, & consequens falsum. Verbi causa non necesse est, omne animal esse hominem: ergo non necesse est, omnẽ, vel, aliquem hominem esse animal. Non possibile, vel impossibile est, omne animal esse hominem; ergo non possibile, vel impossibile est omnem, vel aliquem hominem esse animal.

1.

2. Secundum. Vniuersalis negatiua de dicto, & de modo cõuertitur simpliciter in aliam vniuersalem, nullo modo in particularem. Prima pars suadetur; bene sequitur, non necesse est, nullum B esse A. ergo non necesse est, nullum A esse B. Si non sequitur, oppositum erit verum, scilicet, necesse est, nullum A esse B. sed ex hac per regulas Aristotelis infertur hæc, necesse est, nullum B esse A. quæ est contradictoria antecedentis. Secunda pars confirmatur, ostendendo antecedens verum, & consequens falsum: nam hæc est vera, non necesse est, nullum hominem esse animal, & quæ sequitur, falsa. Non necesse est aliquod animal non esse hominem. Eius enim contradictoria est verissima.

3. Tertium. Particularis affirmatiua de dicto, & negatiua de modo conuertitur simpliciter in aliam particularem, & per accidens in vniuersalẽ. Probatur prima pars. Non necesse est, aliquod B esse A. ergo non necesse est, aliquod A esse B. sin minus, detur oppositum; quòd erit, necesse est aliquod A esse B. at ex hoc per regulas Aristotelis sequitur, necesse est, aliquod B esse A. quę contradicit antecedenti. Probatur secunda pars. Non necesse est, aliquod B esse A. ergo non necesse est, omne A esse B. si non sequitur, oppositum erit verũ, scilicet, necesse est, omne A esse B. Ex hac verò infertur, necesse est, aliquod B esse A. cui prima contradicit.

Quartum. Particularis de dicto, & modo negato conuertitur per accidens in vniuersalem, non verò in particularem. Quo ad primam partem suadetur. Non necesse est, aliquod B esse A. ergo non necesse est, nullum A esse B. Aliter da oppositum, scilicet, necesse est, nullum A esse B. sed ex hac sequitur, necesse est nullum B esse A. & aliquod B non esse A. quæ contradicit primę. Quo ad secundam partem probatur. Non sequitur, non necesse est, aliquem hominem non esse animal; ergo non necesse est aliquod animal non esse hominem; cũ prima sit vera, hæc secunda falla. Quamuis in sola probatione primi theorematis adduxerimus exempla de non possibili, & impossibili, eodẽ tamen modo ea afferri possunt in ceteris, vt cuilibet obuium erit. Nihil diximus de enunciationibus de non impossibili, quia de illis est eadem prorsus ratio, quæ de enunciationibus de possibili.

Digitized by Google

QVÆSTIO II.

De conuerſione propoſitionum de contingenti ſecundo modo.

ARTICVLVS I.

In quo ſenſu accipiat Ariſtoteles enunciationes de contingenti ſecundo modo, & quo pacto exponendæ ſint.

IN primo articulo ſuperioris quæſtionis duplicem ſenſum attribuimus enunciationibus modalibus, qui in primis viſitur in his de contingenti ſecundo modo: & plurimum refert, in quo propoſitiones accipiantur; nam quæ falſæ ſunt in ſenſu compoſito, in diuiſo veræ eſſe poſſunt, verbi cauſa hæc, contingens eſt, aliquod corpus moueri, in ſenſu compoſito eſt falſa, quia ſignificat hanc diſiunctiuam hoc corpus mouetur, vel, illud corpus mouetur, eſſe contingentem, quod verum eſſe non poteſt, cum in tota diſiunctione inueniatur vna neceſſaria, ſcilicet, cęlum mouetur, quod ſatis eſt ad neceſſitatẽ totius diſiunctionis, quemadmodum ad illius veritatem ſufficit vnius veritas. Eadem propoſitio in ſenſu diuiſo eſt vera, quoniam non ſignificat, totam diſiunctionem illarum propoſitionũ, per quas dictum explicatur, eſſe contingentem, ſed aliquam eius partem, quod verum eſt, cum homo contingenter moueatur. Vnde colligitur hęc regula; vt enunciatio de contingenti ſit vera in ſenſu compoſito, requiritur, vt illius dictum poſſit eſſe verum, & poſſit eſſe falſum, quod nõ exigitur, vt vera ſit in ſenſu diuiſo: hoc enim dictum, aliquod corpus mouetur, non poteſt eſſe falſum; & propoſitio cõtingens, quæ illo conſtat, eſt vera.

Diſcrimen inter ſenſũ cõpoſitũ, & diuiſũ.

Ariſtot. Quamuis hæ enunciationes duplicem habeant ſenſum, Ariſtoteles tamen, cum de illarum conuerſione diſputauit, in ſolo diuiſo eas accepit, & meritò; quoniam is proprius eſt modalium, compoſitus verò minus proprius; quãdo enim modales propoſitiones in ſenſu compoſito accipiuntur, penè tranſeunt in abſolutas, & eatenus modales dicuntur, quatenus pronunciant, quonam modo aliquid alicui competat: hæ namque modales, contingens eſt, nullum lapidem moueri, contingens eſt, aliquod corpus moueri, hunc efficiunt ſenſum compoſitum: hoc dictum, nullus lapis mouetur, aliquod corpus mouetur, eſt contingens, qui ſignificandi modus eſt proprius abſolutarum propoſitionum. Ariſtot. in ſenſu diuiſo locutus eſt.

Porro, etſi Ariſtoteles in ſolo hoc ſenſu de his propoſitionibus egerit, nos abſoluta hac quæſtione, in qua cum Ariſtotele procedemus, inſtituemus aliam de eiſdem propoſitionibus in ſenſu compoſito, vt, qui per ſe eas probare velint, non deficiantur Lydio. Hæc de ſenſu.

Propoſitio de contin. ſecundo modo p duas de neceſſe exponitur.

Quod attinet ad expoſitionem modalium, ſciendum eſt, vnicuique modali de contingenti ſecundo modo acceptæ in ſenſu diuiſo dari duas exponentes de neceſſe, alteram affirmatiuam dicti, alteram negatiuam, diſſimiles ab illa tum in qualitate modi, tum in quantitate dicti copulatiuè quidem ſumptas, ſi contingẽs fuerit affirmatum, diſiunctiuè autem, ſi fuerit negatum; veluti ſi dicas, contingens eſt, aliquod B eſſe A. & quia nõ neceſſe eſt, omne B eſſe A. & quia nõ neceſſe eſt, nullum B eſſe A. Deinde contingens eſt, nullum B eſſe A. & quia non neceſſe eſt, aliquod B eſſe A. & quia non neceſſe eſt, aliquod B non eſſe A. De contingenti negato hocmodo. Non contingens eſt, aliquod B eſſe A. vel quia neceſſe eſt, omne B eſſe A. vel quia neceſſe eſt, nullum B eſſe A. Rurſum non contingens eſt, nullum B eſſe A. ergo, vel quia neceſſe eſt, aliquod B eſſe A. vel quia neceſſe eſt, aliquod B non eſſe A.

Cauſa cur enunciatio de contingenti ſecundo modo habeat illas exponen-

Ratio huius expoſitionis.

Digitized by Google

ponentes, est, quia contingens hoc modo est illud, quod potest esse, & non esse; vnde ad illius veritatem, cum est affirmatum, requiritur, vt verae sint duae propositiones de possibili constantes eodem dicto, in altera affirmatiuo, in altera negatiuo. Exempl. c. vt haec sit vera, contingens est aliquod B esse A. opus est, vt hae duae sint verę. Possibile est, aliquod B esse A. & possibile est. aliquod B non esse A. quę æquipollent illis duabus de necesse, per quas exponebatur contingens. Meritò ergo diximus, propositiones de contingenti affirmato exponendas esse copulatiuè.

Cõtingẽs negatũ disiunctiuè exponit.

Quod verò enunciationes de cõtingenti negato exponendae sint disiunctiuè, hoc modo colligitur. Ad veritatem propositionis de contingenti affirmato requiritur veritas duarum de possibili; ergo ad eius falsitatem satis erit vnius falsitas, sed eum id, quod sufficit ad falsitatem vnius propositionis, sufficiat etiam ad veritatem suae contradictoriae, vt aliqua de non contingenti vera sit, non opus erit, vtramque de possibili esse veram; sed alteram tantum. Iure ergo propositio de non contingenti exponitur disiunctiuè per duas de necesse, quibus æquipollent ea de possibili, quarum satis est, alteram esse veram, siquidem ad veritatem disiũctiuae sufficit vnius partis veritas. Res patebit exemplo; vt haec sit falsa, contingens est, aliquod B esse A. satis est, quod altera illarum sit falsa, possibile est, aliquod B esse A. Possibile est, aliquod B nõ esse A. & hoc ipsum sufficit ad veritatem huius, nõ contingens est, aliquod B esse A. quę est contradictoria primae, & idcirco diximus, priorem affirmatiuam explicari per duas copulatiuè, negatiuam per duas disiunctiuè.

Quae exponentes pro eodem singulari sumi debeãt.

Huic doctrinae duo communiter addi solent; alterum est ad veritatem particularis affirmatiuae, aut negatiuae de contingenti affirmato necessarium esse; vt exponentes de possibili verae sint pro eodem singulari, vt postulat natura contingentis; haec enim propositio, contingens est, aliquod B esse A. significat alicui contento sub B contingenter inesse A. hoc est ita inesse, vt possit eidem non inesse, alioqui dabitur exposita falsa, cuius exponentes verae sint. Verbi causa. Contingens est, aliquod animal esse hominem. est falsa. & exponentes de possibili verae, scilicet, possibile est, aliquod animal esse hominem, & possibile est, aliquod animal non esse hominem.

Particularis de non cõtingẽti eget 3. expon.

Alterum est, particularem de non contingenti, seu affirmantem, seu negantem non esse contentam duabus exponentibus, sed deposcere tertiam: fieri enim potest, vt vtraque exponens de necesse falsa sit, & exposita de non contingenti vera, vt videre est in hac, non contingens est, aliquod animal esse hominem, quae vera est, cum paulò ante diximus, eius contradictoriam esse falsam. Nec tamen est vera, quia necesse est, omne animal esse hominem, nec quia necesse est, nullum animal esse hominem, cum haec sint falsae. Addenda ergo est tertia exponens de dicto particulari tùm affirmatiuo, tùm negatiuo, ad hunc modum, non contingens est, aliquod animal esse hominem, vel quia necesse, omne animal esse hominem, vel quia necesse est, nullum animal esse hominem, vel quia necesse est, animal partim esse hominem, partim non esse hominem: & ratione huius tertię vera est illa de non contingenti: quaedam namque pars animalis, scilicet, irrationale, necessariò non est homo, & quaedam pars, videlicet rationale, necessariò est homo.

Oppugnatur praecedens doctrina.

Haec admonitio quo ad omnia membra deficere videtur; in primis quo ad particularem de contingenti affirmato bifariam peccat. Primò, quia vult, illas duas exponentes de possibili versari circa idem singulare, id enim, cum ex earum forma non colligatur, sed supponendum sit, reddit hanc consequentiam materialem, quia in consequentia formali nihil supponendum est in materia, vt propositiones verae sint, &

igitized by Google

& rectè concludatur. Peccat secundò, quia non tribuit propositioni de cõtingenti affirmato tertiam exponentem, cum eadem sit ratio de illa, atq; de sua contradictoria de non contingenti; quemadmodũ enim ipsæ propositiones contradictoriæ sunt, ita debent habere contradictorias exponentes. Igitur, si propositioni de cõtingenti negato tres ascribuntur, totidem adscribendæ sunt suæ contradictoriæ. Enimverò, si ad veritatem huius, non contingens est, aliquod B esse A. sufficit aliqua ex his, necesse est, nullum B esse A. vel necesse est, omne B esse A. vel necesse est, B partim esse A, partim non esse A. exigetur ad veritatem huius, contingens est, aliquod B esse A. veritas harum trium exponentium, quæ cõtradicant exponentibus prioris, nõ necesse est, omne B esse A. & non necesse est, nullum B esse A. & non necesse est, B partim esse A, partim non esse A.

Quo ad particularem verò de nõ contingenti in eo deficit doctrina, quia potest esse vera tertia exponens de necesse, existẽte falsa propositione de non contingenti: hæc enim est falsa, non contingens est, aliquod quale esse hominem, cum eius contradictoria vera sit, scilicet contingens est, aliquod quale esse hominem; album enim contingenter est homo, & tamen sic exponitur, non contingens est, aliquod quale esse hominem, vel quia necesse est, omne quale esse hominem, vel quia necesse est, nullum quale esse hominem, vel quia necesse est, quale partim esse hominem, partim non esse hominem, quæ tertia est vera: nam quædã pars qualis, scilicet risibile, necessariò est homo, quædam, videlicet hinnibile, necessariò non est homo: non rectè ergo exponitur propositio de non contingenti per illas disiunctiuè.

Defenditur.

At negari in primis potest, animaduersionem esse diminutam, & ad primam obiectionem contra id, quod dictum est de contingenti affirmato, respondendum, illam limitationem ad idem singulare efflagitari ab ipsa natura cõtingentis, nam ipsa forma propositionis, vt dicebamus, postulat, vt applicetur vni, quod si fiat, nihil colligit secunda obiectio, quia non est necessaria illa tertia exponens, nec est eadem ratio de sua contradictoria, quoniam, cum sit de non contingenti, & idcirco prope æquipolleat alicui de necesse, debet habere tres, quæ separent necessariò totum prædicatum à subiecto dicti; quod non exigitur in contingenti affirmato. Hac ratione recta sartaque manet communis doctrina. Sed facilius fortasse erit admittere tertiam exponentem ob rationem in secunda obiectione positam; vt enim sit vera propositio de contingenti, oportet vt omnes tres exponentes contradictoriam de non contingenti falsæ sint; id verò manifestius apparet, tributa etiam tertia exponente propositioni de contingenti: quo facto, expositio, & consequentia ab exponentibus ad expositam, & vice versa, est formalis: & ita cessat etiam prima obiectio aduersus primam partem.

Ad obiectionem contra exponentes de non contingenti fatemur, non colligi illius veritatem ex tertia, quocumque modo sumpta, vt illud exemplum conuincit, sed quando prædicatum duas tantum habet partes, quarum altera necessariò insit, altera necessariò non insit subiecto, vt in hac, necesse est, animal partim esse hominem, partim non esse hominem. Nec ex hoc sequitur, non esse consequentiam formalem ab exponentibus ad expositam, nam ipsa forma tertiæ exponentis hoc secum inuehit; hæc enim, necesse est, Ⓑ partim esse, partim non esse A. idem valet, ac necesse est, quidquid est B, partim esse A, partim non esse A.

ARTICVLVS II.

Quo pacto conuertantur propositiones de contingenti secundo modo affirmato.

Tres regulæ traduntur.

REgulæ ab Aristotele traditæ, sunt tres. Prima. Vniuersalis affirmatiua conuertitur in partem.

1 Probatur.

Probatur. Contingens est, omne B esse A. ergo contingens est, aliquod A esse B. sin detur oppositum, non contingens est, aliquod A esse B. quæ erit vera. aut quia necesse est, nullum A esse B. aut quia necesse est, omne A esse B. aut quia necesse est, A partim esse B. partim non esse B. Tunc sic. Necesse est, nullum A esse B. ergo necesse est, nullum B esse A. quæ manifestè pugnat cum prima, contingens est, omne B esse A. Si verò necesse est, omne A esse B. ergo necesse est, aliquod B esse A. & ex cõsequenti, non contingens est, omne B esse A. ne idem B necessariò, & contingẽter sit A. Quod si A partim necesse est esse B. partim necesse est non esse B. ergo necesse est, aliquod A esse B. & rursum necesse est, aliquod B esse A. quam nũc diximus pugnare cum illa, contingens est, omne B esse A. Ne igitur admittantur Repugnantes veræ, concedatur conuersio vniuersalis affirmatiuæ in partem.

2. regula Probatur tribus rationibus.

Secunda regula est: Vniuersalis negatiua non conuertitur simpliciter, sed per accidens. Prior huius conclusionis pars asseritur hoc loco ab Aristotele, probatur primò ab eodem infra capit. 16. hisce tribus rationibus. Prima. Si vniuersalis negatiua simpliciter cõuerteretur, eodem modo conuerteretur affirmatiua: sed hoc est falsum: ergo & illud, vnde sequitur. Vt prima illatio demonstretur, aduertendum est cum Aristotele eodem loco, omnes propositiones de contingenti secundo modo conuerti per oppositam qualitatem, id est, affirmatiuas in negatiuas, & negatiuas in affirmatiuas, nulla facta mutatione in quantitate subiecti, prædicatuue dicti, ad hunc modum. contingens est, omnem hominem sedere, ergo contingens est, nullum hominem sedere; item contingens est, aliquem hominem non esse album, ergo contingens est, aliquem hominem esse album. Hoc posito, probatur à Philosopho prima illatio. Si vniuersalis negatiua simpliciter conuertitur, affirmatiuam eodem modo conuerti. Contingens est, omne B esse A. ergo per oppositam qualitatem contingens est, nullum B esse A. hæc, vt Aduersarius concedit, conuertitur in hanc, contingens est, nullum A esse B. at hæc per oppositam qualitatem transit in hanc, contingens est, omne A esse B. ergo si negatiua conuertitur, eodem pacto conuertitur affirmatiua. Hoc verò esse falsum, inde constat, quia contingens est, omnem hominem esse album, nec tamen sequitur, contingens est, omne album esse hominem, quia huius contradictoria, non contingens est, omne album esse hominem, est vera, cum habeat hãc expotentem veram, necesse est, aliquod album, Cygni videlicet, aut niuis, non esse hominem.

2. Ratio.

Secũda ratio Philosophi est, quia reperitur antecedens verum, & consequens falsum; hæc enim est vera, contingens est, nullum hominem esse album, & quæ sequitur, contingens est, nullum album esse hominem, falsa: cum aliquod album necessariò non sit homo, vt proximè dictum est.

3. Ratio.

Tertia est: quia oppositum consequentis non repugnat antecedenti, quod sic ostenditur; fiat hæc conuersio, contingens est, nullum B esse A. ergo contingens est, nullum A esse B. Do oppositum consequentis, non contingens est, nullum A esse B. huius veritas colligitur ex hac exponente, necesse est, aliquod A non esse B. vt dictum est exponendo propositiones de contingenti. Probatur, quia alias idem A necessariò non erit B. & contingenter non erit B. at hæc, necesse est, aliquod A non esse B. potest esse vera cum illa antecedente, contingens est, nullum B esse

A. si-

Digitized by Google

A. siquidem hæ sunt simul veræ, contingens est, nullum hominem esse album, & necesse est, aliquod album, nempe Cygnum, non esse hominem. Non negauit Aristoteles, vniuersalem negatiuam conuerti in partem, quod ita demonstratur. Contingens est, nullum B esse A. per oppositam qualitatem conuertitur in hanc contingens est, omne B esse A. hæc ex prædictis conuertitur in particularem, contingens est, aliquod A esse B. quæ rursum per oppositam qualitatem infert hanc, contingens est, aliquod A nō esse B. quæ est particularis negatiua, in quam volebamus vniuersalem conuertere. Alio quoq. modo ostendi potest hęc conuersio, probando oppositum consequentis esse falsum, quod facilè quiuis præstare potest.

Tertia regula probatur.

Tertia regula est; particularis tam affirmatiua, quàm negatiua simpliciter conuertuntur, modò eius dictum non sit in materia necessaria; quod vt percipias, aduerte, propositionem de contingenti secundo modo veram esse posse, licet eius dictum sit in materia necessaria, quod accidit tantum in particularibus; hæc enim est vera, contingens est, aliquod corpus moueri, quia hominem moueri contingens est; licet hæc propositio, aliquod corpus mouetur, sit in materia necessaria. Propositiones verò, quæ huiusmodi dicto constant, non conuertuntur, quia datur antecedens verum, & consequens falsum, vt patet in his, contingens est, aliquod quale esse hominem, ergo contingens est, aliquem hominem esse qualem, vel contingens est, aliquod quale esse hominem, ergo contingens est, aliquem hominem non esse qualem, quod sic demonstrabis. Contingens est, aliquod B esse A. ergo contingens est, aliquod A esse B. sin minus, oppositum erit verum, non contingens est, aliquod A esse B. quod verum erit, aut quia necesse est, nullum A esse B. aut quia necesse est, omne A esse B. aut denique quia A. partim necesse est esse B. partim necesse est, non esse B. si primum, ergo necesse est, nullum B esse A. quæ manifestè repugnat primæ, contingens est, aliquod B esse A. si verò necesse est, omne A esse B. aut A partim esse B. partim non esse B. ergo necesse est, aliquod B esse A. quæ nō repugnant hypothesi; qua ponebamus dictum illud, aliquod B est A. non esse necessariò. Eodem modo ostendi potest secunda pars conclusionis, conuerti, scilicet, particularem negatiuam; est enim deueniendum ad tres exponentes, quæ eodem modo repugnant antecedenti, quo priores exponentes.

Aduersus regulas obijcitur primò.

Ex multis, quæ aduersus has regulas obijci solent, hæc sunt, quæ maiorem continent difficultatem, cetera facilè soluuntur ex dictis. Primum est. Vniuersalem negatiuam videri simpliciter conuerti; si enim contingens est, nullum B esse A. ergo A separari potest ab omni B. rursumque B ab omni A. cur namque hoc possit ab illo separari, & non illud ab hoc? vt ergo contingens est, nullum B esse A. ita contingens erit, nullum A esse B. Deinde in hac conuersione non datur antecedens verum, & consequens falsum; si enim daretur, maximè esset in ea, qua vtitur Aristot. contingens est, nullum hominem esse album, ergo contingens est, nullum album esse hominem: atqui hoc consequens est verum; namque si falsum esset, ideo sanè esset, quia necesse est, aliquod album non esse hominem, at hęc est falsa, quoniam vel in ea sumitur album pro solo connotato, id est, pro Cygno, aut pro connotato, vt stat sub formali: si primo modo accipiatur, vt consequens, ita antecedens est falsum, cum non sit contingens, hominem esse id, quod est materiale albi; si secundo modo, tunc non necesse est, aliquod album non esse hominem, siquidem Cygnus, quatenus albus, non necessariò separatur ab homine. Secundum est: Non rectè assertum fuisse ab Aristotele, particulares conuerti simpliciter, cum egeant suppositione materiali, eaque

Secundò.

sublata

ſublata non conuertantur; ſimiliter enim quis dicet, vniuerſalem negatiuam facta eadem, aut ſimili ſuppoſitione conuerti ſimpliciter. Tertiò. Tertium. Non rectè probauit Ariſtoteles conuerſionem particularis affirmatiuæ, quia vſus eſt conuerſione particularis affirmatiuæ de non contingenti, quam non demonſtrarat, nec verò demonſtrare poterat, cum ſit inepta.

Occurrit Obiecto. Ad hæc ita reſpondendum. Ad primum concedendum, ſi B contingenter ſeparatur ab omni A. poſſe etiam A ſeparari ab omni B verum non eſſe neceſſarium, vt A contingenter ſeparetur ab omni B. fieri enim poteſt, vt ab aliquo contento ſub A ſeparetur B. neceſſariè; quemadmodum, etſi contingens ſit, nullum hominem eſſe album, nihilominus ab aliquo contento ſub albo, ſcilicet ab albo Cygni, neceſſariò ſeparatur homo. Ad aliam eiuſdem rei probationem reſpondendum eſt, illud conſequés; contingens eſt, nullum album eſſe hominem, eſſe falſum; quoniam hæc eſt vera neceſſe eſt, aliquod album non eſſe hominem. Ad impugnationem dicendũ album accipi pro connotato, vt ſtat ſub formali, ſiue pro albo in concreto; quoniam verò aliquod album neceſſariò eſt Cygnus, ſit conſequenter, vt neceſſe ſit, non modo Cygnũ non eſſe hominem, ſed etiam album Cygni non eſſe hominem.

Occurritur ſecundo. Ad ſecundum fatentur aliqui, eas conuerſiones non eſſe formales, ob rationem ibi tactam, numeratas tamen fuiſſe ab Ariſtotele inter formales propter ſimilitudinem, quam cum illis habent, & quia illa ſuppoſitio eſt iuxta naturam contingentis. Alij, quibus cum loquendum putamus, ne Ariſtoteli repugnemus, ſimpliciter eas appellant formales: quoniam fieri has ſuppoſitiones in materia contingenti non tam eſt ſuppoſitio, quam expreſſio naturæ contingentis, quæ, cum debeat eſſe indifferens ad vtramque partem, non videtur eſſe apta ad propoſitionem, niſi cum omnis neceſſitas procul abeſt. Certè quæſtio non eſt magni momenti, cum de re conſtet, & cuilibet integrum ſit, hac vel illa ratione loqui, licet à communi Philoſophorum loquendi conſuetudine recedẽdum non ſit. Quod ſubditur, ſcilicet negatiuam vniuerſalem facta ſimili ſuppoſitione conuerti, falſum eſt: adhuc enim in ea datur antecedens verum; & conſequens falſum, vt videre eſt in hac; contingens eſt, nullum hominem eſſe album; ergo contingens eſt, nullum album eſſe hominem; antecedens enim eſt verũ & in materia minimè neceſſaria, & tamen conſequens eſt falſum.

Qua ſuppoſitione vniuerſales conuertantur.

Nihilominus alia eſt ſuppoſitio, qua facta, vniuerſalis, tam affirmatiua, quàm negatiua perpetuò conuertitur; hæc ſcilicet, vt nihil contentũ ſub prædicato neceſſariò ſeparetur à ſubiecto; cauſa enim, cur non conuertatur illa propoſitio, contingens eſt, nullum hominem eſſe album, eſt, quia aliquid contentum ſub albo, ſcilicet album Cygni, neceſſariò ſeparatur ab homine. Probatur ergo facta illa ſuppoſitione rectè conuerti vniuerſales. Benè ſequitur, contingens eſt omne, vt nullum B eſſe A. ergo contingens eſt, omne, vt nullum A eſſe B. ſin minus detur oppoſitum, non contingens eſt, omne, vel nullum A eſſe B. quæ erit vera, vel, quia neceſſe eſt; aliquod A eſſe B. vel quia neceſſe eſt, aliquod A non eſſe B. ſi quia neceſſe eſt, aliquod A eſſe B. ergo neceſſe eſt, aliquod B eſſe A. ergo non contingens eſt, omne, vel nullum B eſſe B. quæ eſt contradictoria antecedentis, ſi quia neceſſe eſt, aliquod A non eſſe A, repugnatur hypotheſi, qua ſtatuebatur, nihil contentum ſub prædicato conuerſæ neceſſariò ſeparari à ſubiecto:

Ad vltimum de conuerſione particularis affirmatiuę de non contingenti reſpondebitur articulo ſequenti.

ARTI-

Digitized by Google

ARTICVLVS III.

Quo pacto conuertantur propositiones de contingenti secundo modo negato.

TAmetsi Aristoteles non explicuerit hoc genus conuersionis, tamen in probatione quadam vsus fuit conuersione particularis affirmatiuæ de non contingenti: quapropter necessarium duximus, quid valeat in his conuersio, per sequentes assertiones ostendere. Prima sit. Propositiones vniuersales de non contingenti, tam negatiuæ, quam affirmatiuæ nullo modo conuertuntur, hoc est, nec in alias vniuersales, nec in particulares. Hæc facilè comprobatur, ostenso in eiusmodi conuersionibus antecedente vero, & consequente falso: & in primis in negatiua. Non contingens est, nullum album esse hominem, ergo non contingens est, nullum hominem esse, aut aliquem hominem non esse album. Antecedens esse verum, supra ostendimus: quę inferuntur, esse falsa, per se patet. Pari modo res se se habet in affirmatiua. Non contingens est, omne album esse hominem; ergo non contingens est, omnem, vel aliquem hominem esse album.

Prima regula pro vniuersalibus.

Secunda pro particularib.

Secunda assertio. Propositiones particulares de non contingenti affirmatiuæ, & negatiuæ, non conuertuntur in alias particulares, sed in vniuersales, nisi fiat eadem suppositio, quæ in conuersione particularis de contingenti affirmato. Prima pars ostenditur eo modo, quo superior conclusio: hoc enim antecedens est verum; non contingens est; aliquem hominem esse qualem, & hoc consequens est falsum; ergo non contingens est, aliquod quale esse hominem. Secunda pars ita demonstratur. Non contingens est, aliquod B esse A. ergo non contingens est, omne A esse B. Si non sequitur, detur oppositum, scilicet, contingens est, omne A esse B, quæ conuertitur in hanc, contingens est, aliquod B esse A. quę est contradictoria antecedentis. Negatiua eodem modo probari potest. Non contingens est, aliquod B non esse A. ergo non contingens est, nullum A esse B. nam huius oppositum, contingens est, nullum A esse B. conuertitur in hanc, contingens est, aliquod B non esse A. quæ est contradictoria primæ. Tertia denique pars conclusionis ex ceterarum probatione constat, in omnibus enim, in quibus assignatum est antecedens verum, & consequens falsum, dictum erat in materia necessaria. Supersedemus demonstrationibus à priori per terminos non significantes, quia eædem, quibus supra vsi fuimus ad probandam conuersionem particularium de contingenti affirmato, hic erunt applicandæ.

Tertia pro particulari negatiua.

Tertia assertio. Ex particulari negatiua de non contingenti non modò sequitur vniuersalis negatiua, sed etiam vniuersalis affirmatiua: & ex particulari affirmatiua non infertur solum vniuersalis item affirmatiua, sed negatiua quoque. Hæc conclusio facilè ostenditur ex doctrina Aristotelis illo capite 16. de conuersione per oppositam qualitatem: quoniam vniuersalis negatiua colligitur ex vniuersali affirmatiua; sed hæc infertur ex particulari affirmatiua, vt in secunda assertione probauimus: ergo ex eadem colligitur vniuersalis negatiua; qui discursus eodem modo applicandus est alteri parti de particulari negatiua. Ratio verò vniuersalis, & huius conclusionis & doctrinæ Aristotelis est, quoniam in hoc genere modalium affirmatiuæ, & negatiuæ eiusdem quantitatis sunt æquipollentes. Si enim verum est dicere: contingens est, omnem, vel aliquem hominem esse albũ, verè quoque dicitur, nullum, vel aliquem hominem esse album, quod prouenit ex ipsa contingentis conditione.

Obiectio diluitur.

At quid respondendum ad vltimam obiectionem secundi articuli, si particularis affirmatiua de non contingenti haud conuertitur in aliam particularem? hallucinatusne est Aristoteles? respondent aliqui,

Aris-

Digitized by Google

Aristotelem, cum fecit illam cõuersionem, non accepisse contingens secundo modo, sed primo, vel tertio, in quibus rectè conuertitur contingens, quemadmodum necesse, & possibile. Cuius rei indicium esse volunt, quod non susceperit hoc loco probandas conuersiones de contingenti secundo modo, sed hoc in cap. 16. huius libri distulit. Verum, cum Aristoteles manifestè dixerit, affirmatiuas de contingenti quouis modo sumpto, eodem pacto, ac ceteras modales conuerti, & hoc ipsum subiecta ratione probet, non est, cur ea interpretatio admittatur. Dicendum igitur est, Aristotelem vsum fuisse illa conuersione facta suppositione, sine qua particularis de contingenti secundo modo affirmato nõ conuertitur, & sub illa optimam esse conuersionem, vt in secunda assertione diximus.

QVÆSTIO III.

Vtrum propositiones de contingenti secundo modo conuerti possint in sensu composito.

ARTICVLVS I.

Vtrum huiusmodi propositionibus assignari possint aliquæ exponentes, vel æquipollentes.

Affirmatiuæ p quas ꝓpositiones exponantur.

MInus frequenter vsurpantur hæ propositiones à Philosophis in sensu composito; sed ne, cum opus fuerit ab vno sensu ad alium in disputatione digredi, ignoratione sensus cõpositi hæreat argumentatio, quid hac in re certum esse possit, subijciamus. Primò igitur statuimus, omnem propositionem de contingẽti affirmato exponi posse, per duas de non necesse, copulatiuè sumptas, quarũ altera habeat idẽ omnino dictum cum propositione de contingenti; altera dictum contradictorium, verbi causa, contingẽs est, omne B esse A. & quia non necesse est, omne B esse A. & quia non necesse est, aliquod B esse A. Item contingens est, aliquod B esse A. & quia non necesse est, aliquod B esse A. & quia nõ necesse est; nullũ B esse A quæ exponentes eodem modo probandæ sunt per propositiones de possibili, quo probatæ fuerũt exponentes de contingenti in sensu diuiso. Enimverò ad veritatem vniuersalis affirmatiuę in hoc sensu (postea de particulari) oportet, vt omnes particulares, per quas eius dictum explicatur, sint possibiles; si enim aliqua fuerit impossibilis, cum propositio copulatiuè exponatur, tota erit impossibilis. Deinde necessariũ est, vt vna saltem ex illis singularibus sit contingens, alioqui si omnes sint necessariæ, tota copulatiua erit necessaria, vnde falsa erit illa contingens, omne, &c. Sufficere autem, vnam esse contingentem, vt tota copulatiua sit contingens, sæpè à nobis dictum est. Ratione igitur illius singularis contingentis addi poterit ad illam, possibile esse omne, hæc de dicto contradictorio, possibile est, aliquod non esse, quibus æquipollent eæ de non necessario, quas diximus.

Negatiuæ per quas ꝓpositiones exponendæ.

Eadem ratione, vt vniuersalis negatiua sit vera, debet esse vera vna de possibili vniuersalis, & negatiua, & alia particularis affirmatiua; quia vt contingens sit, nullum B esse A. opus est, vt possibile sit, aliquod B non esse A. ratione cuius tota copulatiua, per quã exponitur vniuersalis de contingenti, sit contingens, atque illis duabus de possibili respõdent duæ de non necesse constantes dictis contradictorijs, quas appellauimus exponentes. In particularibus ita hoc probatur, vt particularis sit vera in sensu composito, requiritur in primis, vt eius dictum sit possibile: præterea igitur, vt nulla earum, quæ dictum exponũt, sit necessaria; cum

Digitized by Google

cum enim explicetur, per disiunctionem, & ad necessitatem totius disiunctiuæ satis sit vnius partis necessitas, nullam partem necessariam habebit, quare præter illam particularem de possibili, constantem eodem dicto affirmatiuo, vel negatiuo, quale fuerit dictum contingentis, adhibenda erit alia vniuersalis de possibili cum dicto contradictorio, vt si particularis erat, possibile est aliquod esse vniuersalis, sit, possibile est, nullum esse, &c. His verò de possibili æquipollent duæ de non necesse; quarum altera habeat idem dictum; quod contingens, altera contradictorium.

Quomodo exponũtur propositiones de modo negato.

Statuimus secundò, propositiones de contingenti secundo modo negato in sensu composito, exponi per duas de necesse disiunctiuè sumptas, quarum altera habeat idem prorsus dictum, quod non contingens, altera contradictorium. Id colligitur manifestè ex præcedenti doctrina; quicquid enim sufficit ad falsitatem alicuius propositionis, sat est ad veritatem contradictoriæ. Sed diximus, ad veritatem propositionis de contingenti affirmato requiri duas de non necesse, quarum vna habeat idem dictum, alia contradictorum; & consequenter ad falsitatem eiusdem propositionis, satis esse vnius exponentis falsitatem: ergo ad veritatem propositionis de non contingenti, quæ priori contradicit, sufficiet, vt aliqua propositio exponens contradictoria alicuius earum exponentium sit vera: illæ erant de non necesse, & copulatiuæ; ergo illę erunt de necesse, & disiunctiuæ, vt perfectè inter se opponantur. Probè igitur docuimus, propositiones de non contingenti in sensu composito esse exponendas per duas de necesse habentes dicta contradicentia, prout explicatum manet.

Obiectio.

Obijcias primò, si hæc ita sint, sequi, duas positiones de contingenti, aut non contingenti constantes eodem modo, & dicto contradictorio, esse æquipollentes, quod videtur absurdum; nam in ceteris modalibus, si requiruntur dicta cõtradictoria dicto de necesse, est, quia modi variantur. Illatio inde probatur, quia habent easdem exponentes; nã huic propositioni, cõtingens est, aliquod B non esse assignauimus duas de non necesse copulatiue, & quia non necesse est, omne B esse, & quia non necesse est, aliquod B non esse, sed eædem sunt exponentes huius, contingens est, omne B esse, vt ex dictis patet. Respondendum concedendo illationem, negando verò, id esse incommodum. Nec probatio nobis aduersatur, quoniam in ceteris ideo negatur modus, cum necesse est affirmatum, & affirmatur, cũ necesse est negatum; quia tunc fiunt illi modi similes in quantitate, vt in secundo Perihermen. dictum est. Non est ergo incommodum, in præsenti propositiones similes in modo, & contradictorie repugnantes in dicto æquipollentes esse.

An propositiones de sensu diuiso, & composito se interant.

Obijcies secundò, ferè nullam esse diuersitatem inter sensum diuisum, & compositum, siquidem per idem genus æquipollentium explicatum. Huius dubitationis gratia dicamus, an aliquando se inferant propositiones horum duorum sensuum: & quidem in vniuersalibus sic res se habet. Ex quacũque vniuersali vera in sensu diuiso colliguntur omnes, tam particulares quam vniuersales, siue affirmãtes, siue negantes in sensu composito; id colligitur ex duplici principio. Primum est. Ad veritatem vniuersalis in sensu diuiso opus est, vt omnes singulares, per quas exponitur, sint contingentes; sed quãdo omnes sunt cõtingentes, propositio de sensu composito, siue sit vniuersalis, siue particularis, est vera, quia ad particularem requiruntur omnes cõtingentes ad vniuersalem, vna satis est. Secundum principium est, has propositiones in sensu diuiso conuerti per oppositam qualitatem, ex quibus ita res demonstratur. Ex vniuersali affirmatiua aut negatiua in sensu diuiso

Quid in vniuersalibus dicendum.

Digitized by Google

nisi colligitur vi formæ alia similis de sensu composito; sed sub quauis vniuersali vera eius particularis etiam in sensu cõposito est vera, quoniam supponitur, omnes singulares esse contingentes, vt sunt in casu, quo vniuersalis in sensu diuiso est vera: ergo ex quauis vniuersali de sensu diuiso colliguntur omnes quatuor de sensu composito, sed non è contra; hæc enim est vera in sensu cõposito contingens est, omne corpus mouerisin sensu autem diuiso falsa.

Quid dicẽdũ in particularib.

De particularibus ita sentiẽdum. Ex particulari vera in sensu diuiso non sequitur alia similis in sensu composito, quoniam datur antecedens verum, & consequens falsum, vt in hac, contingẽs est, aliquod quale esse hominem, quæ in sensu diuiso est vera, falsa autem in sensu composito. At ex particulari in sensu composito colligitur non modò alia particularis in sensu diuiso, sed etiam vniuersalis. Id quo ad vtramque partem inde patet, quia vt particularis in sensu composito sit vera, nullam debet habere necessariam, si est affirmatiua, nullam impossibilem, si est negatiua: sed hoc sufficit ad veritatem vniuersalis, & particularis in sensu diuiso, ergo ex illa de sensu composito rectè hæ colliguntur.

ARTICVLVS II.

Quo pacto conuertantur huiusce-modi propositiones.

Assertiones de contingẽti affirmato 1. de particulari affirmatiua.

Dicemus prius de propositionibus, in quibus contingens est affirmatum, postea de illis, in quibus est negatum. Prima conclusio sit. Particularis affirmatiua de modo affirmato, & sensu composito conuertitur vi formæ in aliam particularem affirmatiuam, & in vniuersalem negatiuam. Hæc conclusio quoad primam partem probatur. Rectè sequitur, contingens est, aliquod B esse A. ergo contingens est, aliquod A esse B. alias detur oppositum, non contingẽs est, aliquod A esse B. quod erit verum, vel quia necesse est, aliquod A esse B. vel quia necesse est nullum A esse B. si necesse est, aliquod A esse B. ergo necesse est, aliquod B esse A. ergo nõ contingens est, aliquod B esse A. quæ contradicit primæ. Valere autem hanc vltimam consequentiam, ex eo patet, quia antecedens est exponens consequentis, vt in proximo articulo diximus; si verò necesse est, nullum A esse B. ergo necesse est, nullum B esse A. rursumque non contingens est, aliquod B esse A. est enim illa de necesse exponens huius de nõ contingenti, vt proximè diximus; hæc autem contradicit primæ. Quoad secundam partem conclusio est manifesta, vt supra diximus de contingenti in sensu cõposito; quia propositiones, quæ constant dictis contradicentibus, sunt æquipollentes: cum ergo vniuersalis negatiua æquipolleat particulari affirmatiuè, si alia particularis affirmatiua in hanc conuertitur, in vniuersalem quoque negatiuam conuertetur.

Secũda de vniuersali negatiua.

Secunda conclusio. Vniuersalis negatiua de modo affirmato conuertitur simpliciter, & non in partem, nisi in particularem affirmantem. Hæc quo ad priorem euidenter colligitur ex præcedente conclusione. Nam particulari affirmatiuæ conuersæ æquipollet vna vniuersalis negatiua, & particulari affirmatiuæ conuertenti alia vniuersalis negatiua conuertens prioris ergo; si particularis affirmatiua conuertitur, vniuersalem negantem conuerti necesse est. Deinde hac demonstratione. Rectè sequitur, contingens est, nullum B esse A. ergo contingens est, nullum A esse B. sin minus detur oppositum; non contingens est, nullum A esse B. quod erit verum, vel quia necesse est, aliquod A esse B. vel quia necesse est, nullum A esse B. ex quibus sequitur, necesse est nullum B esse A. & necesse est, aliquod B esse A. quæ exponũt contradictoriam antecedẽ-

cedentis, scilicet, non contingens est, nullum B esse A. ergo, si illæ veræ sunt, contradictorium quoque antecedentis erit verum.

Quoad posteriorem partem probatur ostenso antecedente vero, & consequente falso: verè enim dixeris in sensu composito, contingens est, nullum hominem esse album, falsum tamen; ergo contingens est, aliquod album non esse hominem. Probatur secundò. Particularis negatiua æquipollet vniuersali affirmatiuæ: ergo, si vniuersalis negatiua conuertatur in particularem negantem, conuertetur etiam in vniuersalem affirmantem; quod falsum esse hoc exemplo deprehendes. Contingens est, nullum hominem esse album; ergo contingens est, omne album esse hominem, vbi vides antecedens verum, & consequens falsum. Quod verò in eadem secunda parte subijcitur, conuerti posse in particularem affirmatiuam, patet ex probatione vltimæ partis præcedentis conclusionis; vt enim vniuersalis negatiua æquipollet particulari affirmatiuæ; ita vice versa, particularis æquipollet vniuersali; ergo, ex quo principio ostensum fuit, particularem affirmatiuam conuerti in vniuersalem negatiuam; ex eodem ostendendum erit oppositum.

Tertia de particulari negatiua.

Tertia conclusio. Particularis negatiua de modo affirmato nullo pacto conuertitur. Probatur, quoniam reperitur antecedens verum, & consequens falsum. Si enim conuertas in aliam particularem; non sequitur, contingens est, aliquem hominem non esse album; ergo contingens est, aliquod album non esse hominem; si in vniuersalem, non valet; contingens est, aliquod quale non esse hominem, accepto quali, prout humanas tantum qualitates comprehendit; ergo contingens est, nullum hominem esse qualem.

Quarta de vniuersali affirmatiua.

Quarta conclusio. Vniuersalis affirmatiua in eodem sensu non conuertitur. Quæ primò ostenditur ex tertia conclusione. Nam particularis negatiua, & vniuersalis affirmatiua sunt æquipollentes; ergo si illa non conuertitur, neque ista. Deinde hæc propositio; non necesse est, omne B esse A. nullo pacto conuertitur, vt in prima quæstione huius capit. diximus; sed illa est vna de exponentibus vniuersalis affirmatiuę de contingenti in sensu composito, ergo nec vniuersalis conuertitur; vt enim exposita conuertatur, necesse est, conuerti omnes illius exponentes, quæ dicuntur copulatiuę. Deinde datur antecedens verum, & consequens falsum, vt videre est in hac contingens est, omnem hominem esse album; ergo contingens est, omne, vel aliquod album esse hominem, conuersa enim est vera, conuertentes falsæ. Atque hæc de contingenti affirmatiuo in sensu composito.

Cõclusiones de cõtingenti negato.

Nunc de eodem negato sit quinta conclusio. Particularis affirmatiua de non contingenti conuertitur, tum simpliciter, tum per accidens in vniuersalem negatiuam. Prima pars ita demonstratur. Non contingens est, aliquod B esse A. ergo non contingens est, aliquod A esse B. si minus detur oppositum, contingens est, aliquod A esse B, quę per primam conclusionem conuertitur, in hanc, contingens est, aliquod B esse A, quę contradicit primæ; ne igitur contradicentes simul veræ admittantur, probanda erit conuersio particularis affirmantis in aliam. Secunda pars constat ex æquipollentia harum propositionum de dicto contradictorio, quod in prima conclusione ostensum est.

Prima de particulari affirmatiua.

Secũda de vniuersali negatiua.

Sexta conclusio. Vniuersalis negatiua conuertitur simpliciter, & non per accidens. Prima pars demonstratur; non contingens est, nullum B esse A. ergo non contingens est, nullum A esse B, alias detur oppositum. Contingens est nullum A esse B. at hæc per secundam conclusionem cõuertitur in hanc, contingens est, nullum B esse A. quæ est contradictoria primæ. Secunda pars ex eo deprehenditur; quia particularis negatiua

æqui-

æquipollet vniuersali affirmatiuæ, quare, si vniuersalis negatiua in particularem negantem conuertatur, eodem modo conuertetur in vniuersalem affirmantem; quod falsum esse conuincit hoc exemplum; non contingens est, omne album esse hominem; ergo non contingens est, omnem hominem esse album; nam antecedens est verum, consequens falsum.

Tertia de vniuersali affirmatiua.

Septima conclusio. Vniuersalis affirmatiua de non contingenti nulla ratione conuertitur. Probatur, ostenso antecedente verò, & consequente falso; hoc modo. Non contingens est, omne album esse hominem, est verum; sed, quod sequitur, falsum; non contingens est, omnem hominem esse album; vel non contingens est, aliquem hominem non esse album; suspicaretur enim aliquis, eam conuerti posse in particularem negatiuam ob similitudinem præcedentium conclusionum.

4. De particulari negatiua.

Octaua conclusio. Particularis negatiua nullo modo conuertitur: non simpliciter; quia verum est; non contingens est, aliquod album non esse hominem; falsum verò; ergo non contingens est, aliquem hominem non esse album. Non per accidens, quia ex eodem antecedente sequitur hoc falsum consequens, non contingens est, nullum hominem esse album.

ARTICVLVS III.

Quid valeant conuersiones per contrapositionem in modalibus.

Quæ modales per contrapositionem cõuertuntur vt absolutæ.

PRima assertio sit. Modales de necesse, possibili, & contingenti primo, & tertio modo conuertuntur per cõtrapositionem eodem modo, quo absolutæ, videlicet, vniuersalis affirmatiua, & particularis negatiua conuertuntur simpliciter; vniuersalis verò negatiua & particularis affirmatiua simpliciter non cõuertuntur, etsi vniuersalis in partem conuertatur: sunt verò ad rectam conuersionem adhibendæ omnes illæ conditiones, quæ in similibus adhibitæ sunt absolutis; debent item reddi infiniti soli termini dicti, hoc modo. Necesse est, omne B esse A. ergo necesse est, omne non A esse non B. & sic in ceteris. Quod igitur attinet ad primam partem huius assertionis de ijs propositionibus, quę conuertuntur, fieri possunt eædem probationes, quæ factæ sunt in absolutis. Cum enim consequens bonæ consequentiæ nequeat esse contingens, vel impossibile, quando prædicatum est necessarium, & possibile, si consequentijs factis in absolutis addantur modi, æquè benè addi poterunt consequenti; & antecedenti; ergo si consequentiæ in absolutis veræ sunt, in his modalibus, quas diximus, non erunt falsæ. Conseruamus gratia exempli hanc conuersionem.

Quaratione modales infinitę reddantur.

Modalis conuersio exemplo ostenditur.

Necesse est, omnem hominem esse animal; ergo necesse est, omne non animal esse non hominem: si negetur consequens, detur oppositum; non necesse est, omne non animal esse non hominem; cui æquipollet; possibile est, aliquod non animal non esse non hominem: at hæc per regulas infinitarum applicatas modalibus infert hanc, possibile est, aliquod non animal esse hominem, quæ per regulas Aristotelis in hoc tertio capite conuertitur in hanc; possibile est, aliquem hominem esse non animal, quæ rursum per regulas infinitarum verti potest in illã; possibile est, aliquem hominem non esse animal; cui æquipollet hæc, non necesse est, omnem hominem esse animal, quæ contradicit primæ. Quoad eas verò, quæ non conuertuntur, satis sint hæ instantiæ, in quibus datur antecedens verum, & consequens falsum. Necesse, vel possibile est, nullum hominem esse lapidem; ergò necesse, vel possibile est, nullum non lapidem esse non hominem. Item necesse est, aliquem non hominem esse non lapidem, ergò necesse est, aliquem lapidem esse hominem.

Digitized by Google

Propoſitiones ẽt de contingẽti ſecũdo modo vt abſolutę conuertuntur.

Secunda aſſertio. Idem dicendum eſt de propoſitionibus de contingenti ſecundo modo. Quamuis enim materia contingens minus apta ſit ad huiuſmodi conuerſionem ob variationem ſuppoſitionis pro exiſtentibus, vel non exiſtentibus, vt in conuerſione abſolutarum dictum eſt; nihilominus, ſi (quod ibidem monuimus) acceptio terminorum nullatenus varietur, non apparet vlla maior ratio diuerſitatis in his, quam in præcedentibus, & in abſolutis. Quod enim à quibuſdam obijci ſolet, ex propoſitione contingenti vi formæ colligi neceſſariam, nec verum eſt, cum non poſſit eſſe maior connexio inter duos terminos, quando aliter ponitur loco prædicati, quam dum ponitur loco ſubiecti, vt in prima quęſtione de conuerſione abſolutarum dictum eſt: ſed in his conuerſionibus hæc ſola commutatio fit. Non negamus, quod attinet ad formam prædicationis, dari aliquam latitudinem intra neceſſitatem, vel contingentiam, ita vt conſequens ſit magis, minusvè neceſſarium, aut contingens, quam antecedens; vt videre eſt in his; aliquis homo eſt animal; ergo aliquod animal eſt homo; antecedens enim eſt eſſentiale; conſequens ſolum neceſſarium; & ſi ab illo incipiat conuerſio, erit antecedens neceſſarium tantum, & conſequens eſſentiale; quamuis major illa neceſſitas non ſequatur ex præciſa vi antecedentis, vt ipſum naturale lumen oſtendit, & 1. Poſteriorum, cap. 2. latè oſtendemus. Nec, ſi obiectio verum aſſumeret, quidquam nobis efficeret; quoniam maior neceſſitas conſequẽtis, quam antecedentis non infirmat, ſed firmiorem reddit conſequentiam.

Ex contingẽte propoſitione haud ſequitur neceſſaria.

Neceſſitas antecedẽtis & conſequentis nõ eſt ſemper eadẽ.

PRAENOTATIO AD CAP. IV.

Materia ſyllogiſmi duplex.

QVoniam Ariſtoteles in cap. 4. & ſequentibus de figuris ſyllogiſmorum ſpeciatim dicturus eſt, operæ pretium fuerit, quid ſit forma ſyllogiſtica, quid figura, quæ ratiocinationis partes, aliaque his adiuncta præmittere, vt, quæ ab illo dicenda ſunt, facilius intelligantur. Porro cum ſyllogiſmus duplici conſtet materia; altera proxima, nimirum propoſitionibus; altera remota, videlicet terminis, nequit perfecta eſſe ſyllogiſmi forma, niſi termini, propoſitioneſque aptè complicentur ad aliquid concludendum. Ac terminorum quidem inter ſe compoſitionem figuram appellant Dialectici; ſumptionum verò ſtructuram modum vocant. Quare figura ſyllogiſtica definiri poteſt apta terminorum compoſitio ad concluſionem inferendam, quam tunc aptam dixeris, cum tribus conſtiterit terminis; quorum vnus dicitur maius, alius minus extremum, tertius medius terminus, ſeu argumentum. Maius extremum eſt ille terminus, qui præſtantiorem habet in ſyllogiſmo locum; minus extremum, qui locum habet minus præſtantem; medius terminus eſt, qui in ſumptionibus cum vtroque extremo coniungitur, & concluſionem non ingreditur.

Figura Syllogiſmi quid.

Quot terminis cõſtare debeat ſyllogiſmus: & quomodo vocentur.

Quod ſi ſyllogiſmus plures habuerit terminos, quam tres, in figura ad concludendum accommodata non erit. Hi verò ita complicandi ſunt; vt maius, & minus extremum ſemel ſint in præmiſſis, & iterum in concluſione. Medius verò terminus bis in ſumptionibus, & nunquam in concluſione reperiatur, quod hoc exemplo conſpicietur.

Omnis virtus eſt laudanda;
Sed omnis iuſtitia eſt virtus;
Ergo omnis iuſtitia eſt laudanda.

Vbi maius extremum eſt, laudanda, minus extremum, Iuſtitia, ſiquidem hoc ſemper ſubijcitur, illud verò ſemper prędicatur, præſtantius autem eſt prædicari, quam ſubijci. Medius terminus eſt virtus, hæc enim eſt cauſa, cur illa extrema, iuſtitia, & laudanda, copulentur, & bis collocatur in ſumptionibus, ſemel in maiori,

zed by Google

maiori, & semel in minori, nec ingreditur conclusionem. Quocunque alio modo termini componantur, non erit figura ad probandum idonea.

Modus syllogisticus quid sit.

Modus syllogisticus est propositionum secundum qualitatem, & quantitatem ad conclusionem inferendam apta complicatio. Quemadmodum enim figura non coalescit ex terminis quacunque ratione, sed certa lege constituti: sita modus non erit idoneus, nisi sumptiones pendes qualitatem, & quantitatem definita quadam ratione componantur; alias, etsi figura recta sit, modus erit inutilis. Vnde in qualibet figura, quia seruata terminorum dispositione multis modis propositiones coniungi possunt, reperiuntur quidam modi vtiles, quidam inutiles, hoc est, nihil vi formæ concludentes; de quibus cum Arist. in singulis figuris differemus. Vniuersim illud animaduerti potest, duas cuiusq; figuræ sumptiones quatuor modis secundum quantitatem variari posse: aut enim ambæ sunt vniuersales; aut ambæ particulares; aut maior vniuersalis, & minor particularis; aut è contra maior particularis, & minor vniuersalis. Deinde quæuis harum complicationum quatuor modis penes affirmationem, & negationem variari potest, vel enim vtraq; sumptio est negans, vel vtraque affirmans, vel maior negans, minor affirmans, vel è contrario maior affirmans, & minor negans, ita fit, vt in qualibet figura 16. modi reperiãtur, qui illorum sint inutiles, qui vtiles in contextu latè Aristoteles pertractabit, in qua doctrina, quia frequenter deducit ad illud incommodum, quod in modo inutili reperiantur termini, in quibus omni, & in quibus nulli, quid per eos significetur, explicemus.

Quod modi in vnaquaque figura esse possint.

Explicatio terminorum in quibus omni, & in quibus nulli.

Termini in quibus omni, & in quibus nulli qui sint.

ARistoteles, vt ostendat, aliquem modum esse inutilem, hoc est, vi formæ nullam inferre conclusionem, demonstrat in eo concludi posse interdum propositionem vniuersalem negatiuam, interdum vniuersalem affirmatiuam, simul veras cum præmissis eodem modo collocatis. Quod recentiores Dialectici vocant, dari terminos, in quibus omni, & in quibus nulli. At nec Aristoteles, nec ceteri significant per hos terminos propositiones vniuersales contrarias, quare fieri possit, vt in eadem materia, & in eodem modo concludantur duæ propositiones contrariæ simul veræ, cum id contrariarum legibus repugnet; sed tunc dari hos terminos, cum in eodem modo, & diuersa materia colligitur nunc vniuersalis negatiua, nunc vniuersalis affirmatiua vera cum suis præmissis, verbi causa, si in prima figura fiat syllogismus ex maiori vniuersali affirmatiua, & minori vniuersali negatiua, sic colliges prædictos terminos.

Omnis lapis est substantia;
Sed nulla linea est lapis;
Ergo nulla linea est substantia.
Omne viuens est substantia;
Nullus lapis est viuens;
Ergo omnis lapis est substantia.

Vbi vides in primo syllogismo ex maiori & minori extremo concludi terminos, in quibus nulli: in secundo terminos, in quibus omni. Esse verò inutilem cum modum, qui prædictos terminos infert, ita demonstratur. In omni syllogismo aptè concludente (expositorium excipimus) infertur conclusio, aut vniuersalis affirmans, vel negans, aut particularis similiter affirmans, vel negans; indefinitæ enim ad has reuocantur; sed in modo, vbi dantur termini, in quibus omni, & in quibus nulli, non infertur aliqua ex dictis propositionibus. Etenim verò, si in aliquo modo infertur vniuersalis affirmatiua vera, in eodem inferri non potest ex ijsdem præmissis propositio negatiua, siue vniuersalis, siue particularis; quia vniuersalis repugnat cum vniuersali,

Modus, qui hosce terminos patitur inutilis.

Digitized by Google

affirmatiua contrariè, particularis contradictoriè. Quod si in eodem modo dantur termini in quibus nulli, nulla propositio affirmatiua ex ijsdem præmissis ob eandem causam inferri poterit. Nam vniuersalis affirmatiua contrariatur negatiuę vniuersali; particularis verò contradicet. Nulla igitur propositio in eo modo vi formæ colligitur; non affirmatiua, propter terminos, in quibus nulli; non negatiua, propter terminos, in quibus omni.

Obiectio. Oppones; maius absurdum videtur dari terminos in quibus omni, & in quibus alicui non; aut in quibus nulli, & in quibus alicui: (hoc est, inferri conclusionem vniuersalem affirmantem, & particularem negantem; aut vniuersalem negantem, & particularem affirmantem) quam terminos in quibus omni, & in quibus nulli; sed datis prioribus, non ostendimus, modum esse inutilem; ergo nec etiam datis posterioribus. Maior patet, quia in prioribus terminis datur contradictio, in posterioribus sola contrarietas, quæ minor est. Minor ostenditur, quoniam in Darij dantur termini in quibus omni, & in quibus alicui non, vt patebit assumptis ad prius exemplum in his terminis, Animatum, Animal, Homo, ad posterius verò his; Animarum, Animal, Corpus. In Ferio etiam dantur termini, in quibus nulli, & in quibus alicui, si accipiantur hi termini Inanimatum, Animal, Homo; & Inanimatum, Animal, Corpus: non videtur ergo Aristotelis probatio idonea esse.

Solutio. Occurrendū erit negatione maioris; ex eo enim quod in aliquo modo dentur termini in quibus omni, & in quibus alicui non, minimè sequitur, in eodem reperiri antecedēs verum, & consequens falsum: quoniam particularis affirmatiua, quam quis dicet vi formæ colligi in Darij, nec repugnat vniuersali affirmatiuæ, nec particulari negatiuæ, vt patet. Similiter ex eo, quod in Ferio dentur termini in quibus nulli, & in quibus alicui, non sequitur, particularem negatiuam non inferri vi formæ, cum neque repugnet vniuersali negatiuæ, neque particulari affirmatiuæ, siue istæ veræ sint, siue falsæ. Ad probationem eiusdem maioris dicimus, propositiones contradictorias esse magis repugnantes secundum veritatem, & falsitatem; sed contrarias plures destruere propositiones; contradictoriæ namque euertūt suas contradictorias duntaxat; contrariæ verò non solum suas contrarias, sed etiam contradictorias destruunt; quare, qui admittit terminos in quibus omni, & in quibus nulli, ne concedat duas contrarias, aut contradictorias simul veras, fateri debet, in tali modo reperiri antecedens verum, & consequens falsum; atque adeo modum esse ineptum.

EXPLANATIO CAPITIS QVARTI.

De prima ratiocinationis figuræ.

SVMMA TOTIVS CAPITIS.

IN hoc capite numerat Aristoteles, explicatque modos vtiles, & inutiles primæ figuræ syllogismorum; & modorum quidem inutilium summam in fine Commentarij proponemus. Modos vtiles duplici theoremate complectitur. Primum, quando vtraque sumptio est vniuersalis, si medius terminus in minori affirmetur de

Digitized by Google

de minori extremo; in maiori autem maius extremum vniuersim dicatur de medio siue affirmatiuè, siue negatiuè, consurgunt duo modi vtiles, qui vocantur Barbara, & Celarent. Secundum, quando altera sumptio est vniuersalis, altera particularis, & termini eodem modo disponuntur: Si maior sit vniuersalis, aut affirmatiua, aut negatiua, minor verò particularis affirmatiua, fiunt, modi vtiles in prima figura: nimirum Darij, & Ferio.

COMMENTARIVS.

Prius declarat, quibus terminis, figuris, ac modis omnis ratiocinatio cõstet.

a *Hisce determinatis.*] Constitutis ratiocinationum principijs accedit ad earum confectionem, structuramque explicandam atque, declarandum sibi esse, per quæ, id est, quibus terminis, & propositionibus, & quando, id est, quibus figuris, & quomodo, id est, quibus modis omnis ratiocinatio constet: postea verò, id est, in libris de Posteriori resolutione tractandam esse demonstrationem. Nam hæc minus latè patet, quam ratiocinatio, vtpote quæ illius quædam species sit. Ratio autem doctrinæ postulat, vt à communioribus ad minus communia progrediamur, vnde & in libr. 1. Elenchorum, capit. 3. veteres Philosophos reprehendit, quod fallacium ratiocinationum modos tradere aggressi essent, priusquam de ratiocinatione quicquam præcepissent. Iam verò illud, inquit, absurdum omninò est habere illos, qui sic diuidunt prius rationem reprehensionis, quam syllogismi, & de illa prius quam de hoc differere. Nimirum, quod incommodum sit, & à ratione methodi alienum quicquam de specie tradere, antequam genus sit explicatum.

1. Regula, quando sumptiones sunt vniuersales.

b *Cum igitur tres modi.*] Orditur à descriptione primæ figuræ, docens, qui modi vtiles, inutilesue possint in ea fieri, cum vtraque sumptio est vniuersalis. Statuit igitur hoc theorema; Quando termini ita disponuntur, vt vltimus id est, minus extremum, sit in toto medio, id est, vniuersaliter affirmatiuè medio termino subijciatur: medius autem in toto primò sit, aut non sit, id est, & medius vniuersaliter subijcia-

CAPVT IV.

Hisce a *determinatis, dicendum iam esse videtur, per quæ, & quando, aut quomodo omnis ratiocinatio fiat: postea verò de demonstratione dicemus: nam prius de ratiocinatione, quàm de demonstratione dicendum esse videtur: quippe cum vniuersale magis sit ratiocinatio: demonstratio namque ratiocinatio quædam est: at non omnis ratiocinatio demonstratio est.*

b *Cum igitur tres termini sic inter se se habent, vt vltimus quidem in toto sit medio, medius autem in toto primo sit, aut non sit, necesse est, tunc extremorum ratiocinationem esse perfectam.*

c *Atque medium quidem id dico, quod in alio est: & in quo aliud est. Hoc & ipsa sanè positione medium fit. Extrema autem ea, quorum alterum est in alio: alterum, in quo aliud est.*

d *Nam si A de omni B, & B de omni C dicitur: necesse est, A de omni C predicari. Dictum est enim prius, quomodo predicari de omni dicitur. Pari quoque ratione, si A quidem de nullo B dicitur. B verò de omni C predicatur: A profectò nulli competet C.*

e *Verum, si primum quidem ipsi medio competat omni; medium autem nulli extremo insit; ratiocinatio extremorum profectò non erit: nullum enim, cum hæc sint, efficitur necessarium. Esto enim sit, vt primum omni competat extremo ac nulli: quare neque particulare, neque vniuersale necessarium sit; cum verò nullum eorum sit necessarium; nulla per hæc erit ratiocinatio sanè. Atque termini quidem essendi sint hi, animal, homo, equus, non essendi, sumatur animal, homo, lapis.*

f *At neque tum erit vtique ratio-*

Digitized by Google

ijciatur maiori extremo siue affirmatiuè, siue negatiuè: tunc ratiocinatio extremorũ erit perfecta, id est, collectio alterius extremi de altero erit necessaria, & euidens.

Hoc theoremate Aristoteles simul & primæ figuræ definitionẽ innuit, dum significat, medium terminum alteri extremo subijci, & de altero prædicari: simulque duos primos, & præstantissimos primæ figuræ modos complectitur, qui dicuntur Barbara, & Celarent. Barbara enim ex vtraque sumptione vniuersali affirmatiua, vt, omne animal est substantiæ omnis homo est animal; ergo omnis homo est substantia. Celarent verò vtraque etiam vniuersali, sed maiori negatiua, & minori affirmatiua, vt, nullum animal est lapis, omnis homo est animal; igitur nullus homo est lapis. Vnde fit, vt Barbara colligat conclusionem vniuersalem affirmatiuam. Celarent verò vniuersalem negatiuam, vt in propositis exemplis liquet.

Quid sit medius terminus.

Atque medium] Declarat quidnam sit in prima figura medius terminus, quid maius, quid minus extremum. Igitur medium terminum aiunt esse eum, qui in alio est, & in quo aliud est; seu qui alteri subijcitur, & de altero prædicatur. vnde colligit, non ideò tantum vocari medium, quia extrema coniungit; sed etiam, quia situ ipso orationis medium obtineat, cum inter extrema ponatur.

Cur dicatur medius terminus.

Quid maius extremum.

Maius verò extremum esse dicit, in quo aliud est, seu quod de medio prædicatur. Denique minus extremum, quod in alio est, seu de quo medius terminus prædicatur; intelligè affirmatiuè, vel negatiuè.

Quid minus extremum.

Duos primos modos primæ figuræ rectè concludere.

Nam si A de omni] Demonstrat, duos modos vniuersales, quos primo theoremate complexus fuerat, rectè concludere per ea principia, quæ in fine primi capitis tradiderat, nempe dici de omni, & dici de nullo. Sumit igitur A pro maiori extremo, B pro medio termino, C pro minori extremo: Tũc ita disputat, A dicitur de omni B, ergò dicetur de omni eo, de quo prædicatur B. sed B prædicatur

cinatio, cum neque primum ipsi medio, neque medium cuipiam conuenit vlli. Terminis essendi, Scientia, Linea, Medicina. Non essendi Scientia, Linea, Vnius sumatur. Patet igitur, si vniuersales sumantur hac in figura termini, quando erit ratiocinatio: & quando non erit. Et ijdem, si ratiocinatio est: necessariò terminos ita se se habere, quemadmodum diximus. Et si terminorum ita se se habent, vt diximus: continuò ratiocinationem conflare.

g *At si terminorum alter sit vniuersalis, alter particularis ad alterum: quando vniuersale quidem versus maius extremũ collocatur, aut negatiuum, aut affirmatiuum: particulare autem affirmatiuum versus extremum ponitur minus, necesse est, tunc ratiocinationem esse perfectam. Quando verò vniuersale versus extremum ponitur minus, aut alter terminorum quam diximus disponitur fieri non potest, vt ratiocinatio constet. Atque maius extremum id vocat, in quo medium ipsum est. Minus autem id, quod sub medio collocatur. Nam A quidem omni B competit, B autem insit alicui C. Si igitur id est, de quo liber prædicari, quod in principio assumimus: necesse est, A cuipiam competere C. Rursus, si A quidem nulli B competit, B verò cuipiam insit C, necesse est, A cuipiam C non inesse. Nam definitum est etiam, quo modò de nullo assumimus quippiam prædicari. Quare ratiocinatio erit perfecta. Idem euenit semper, & si indefinitum B. C. sumatur, sit medio affirmatiuum: nam eadem erit ratiocinatio semper, siue indefinitum siue particulare sumatur.*

h *Sed, si versus extremum minus vniuersale negatiuum fuerit affirmatiuum, vel negatiuum: ratiocinatio profectò non erit, siue affirmatiuum, siue negatiuum ipsum particulare, aut indefinitum sumatur: veluti, si A quidem cuipiam insit, aut non sit B, Ipsum autem B competat omni C. Termini essendi, Bonum, Habitus, atque Prudentia. Non essendi, Bonum, Habitus, Infcientiaque sumantur. Rursus si B quidem nulli C competat, A verò cuipiam B insit, aut non insit, aut non omni competat B. Nulla pro-*

Digitized by Google

tur de omni C. ergo & A dicitur de omni C: ita patet, primum modum rectè colligere conclusionem vniuersalem negatiuam.

Oēs modi colligētes cōclusionē vniuersalē possunt ēt particularem colligere.

Hic aduerte, tū hos duos modos, tum ceteros, qui colligunt vniuersalem conclusionem, probè etiam colligere particularem sub ea contentā. Namque, vt docet Arist. lib. 1. ca. 28. & 33. huius operis, ex quocumque sequitur antecedens, sequitur consequens, &, quicquid sequitur ex consequente, sequitur ex antecedēte; atq; adeò cum ex sumptionibus horum modorum colligatur conclusio vniuersalis, ex qua rectè colligitur particularis, fit, vt ex ijsdem sumptionibus particularis etiam conclusio inferatur. Quod monuit etiam Aristoteles 2. lib. cap 1.

Arist.

Duos modos inutiles reijcit Philosophus. Primus.

e *Verum si primum*] Antequam progrediatur ad tradendos modos vtiles particulares, exponit duos modos vniuersales inutiles, quorum prior tunc est, cum maior est vniuersalis affirmatiua, & minor vniuersalis negatiua. Tunc enim nulla conclusio neque affirmatiua, neque negatiua rectè colligi potest: id quod ostendit ex eo, quia sumptis præmissis veris, ac terminis eo modo collocatis dari poterit interdum conclusio vniuersalis negatiua, interdum vniuersalis affirmatiua simul vera cum illis; quod Recentiores Dialectici appellāt dari terminos in quibus omni, & in quibus nulli, vt in exemplo paulò ante propositio apertum est.

Secūdā regula, quando altera

f *At neque*] Posterior modus vniuersalis huius figuræ ineptus ad concludendum est, cum vtraq; præmissa est vniuersalis negatiua. Dantur. n. in eo termini in quibus omni, vt, Scientia, linea, medicina, si ita ratiocinemur. Nulla linea est scientia, nulla medicina est linea; ergo omnis medicina est scientia; & in quibus nulli, vt, scientia, linea, vnitas. Nulla linea est scientia, nulla vnitas est linea; ergo nulla vnitas est scientia.

g *At si terminorum*] Tractat modos primæ figuræ, qui constant altera præmissa vniuersali, altera particu-

sus hoc etiam pacto ratiocinatio erit. Termini essendi, album, equus, olor: non essendi, album, equus, corunsque sumantur. Idem sint Termini, & si idem A. B. indefinitum sumatur. i Atqui neque cuiuis quidem interuallum, quod est versus minus extremum vniuersale est, aut negatiuum, aut affirmatiuum: id autem, quod est versus minus extremum, negatiuum est particulare, aut indefinitum, ratiocinatio sanè non constabit. Seu si A quidem omni competat B. ipsum autem B cuipiam non insit, aut competat C. cui namque medium cuipiam non inest: ei nimirum & omni, & nulli competet primum. Subijciantur enim hi termini, animal, homo, album. Deinde sumantur alba, de quibus homo non predicatur: nix, atque olor. Inanimatum igitur de altero quidem dicitur omni: de altero verò nullo predicatur, vt patet. k Praterea, cum hoc indefinitum sit, B inquam cuipiam C non inesse: verumque sit, & si nulli competat, & si non omni insit: quod alicui non competit: sumptis eiusmodi terminis, vt B nulli competat C. ratiocinatio sanè non sit. Hoc enim antea dictum est. Patet igitur, si ita sese habeant termini, non fieri ratiocinationem: nam si esset, & in ijs esset profectò. Similiter autem demonstrabitur, & si vniuersale negatiuum ponatur. l At verò nullo pacto etiam ratiocinatio fuerit: siue vtrumque interuallum particulare, aut affirmatiua, aut negatiua: aut alterum affirmatiuum, alterum negatiuum: aut alterum indefinitum, alterum definitum: aut vtraque indefinita fuerint sumpta; Termini autem communes omnium essendi quidē, animal. album, equus: Non essendi autem, animal, album, lapis; que sumantur. Patet igitur ex hisce, que diximus: si in hac figura particulari sit ratiocinatio, ita necessariò dispositos esse terminos, vti diximus. Et si ita sese habeant termini, necessariò fieri ratiocinationem: nam si aliter sese habeāt, nullo pacto fit ratiocinatio. m Patet etiam, vniuersas ratiocinationes huiusce figuræ perfectas esse. Omnes enim per ea, que initio sunt sumpta, perficiuntur. Extremum in super, que proponuntur,

per

Digitized by Google

sūptio eſt particularis.

lari.docetque,cum maior eſt vniuerſalis, ſiue affirmatiua, ſiue negatiua. minor verò particularis affirmatiua, idoneam, perfectamque eſſe extremorum collocationem, id eſt, fieri ſyllogiſmum vtilem, & perfectum. *per hanc oſtendi figuram: quippecum & omni, & nulli & alicui, atque non omni quippiam competere per hanc, vt patuit, oſtendatur: appello autem talem figuram primam.*

Quibus verbis comprehendit duos modos primæ figuræ Darij, & Ferio. Eosq. probat per principia regulatiua perfectorum ſyllogiſmorum, vt in contextu liquet. Addit præterea,nihil referre,ſi loco particularis ſumatur indefinita, quia indefinita ex ſua forma æquipollet particulari.

Reijciuntur modi inutiles.

h *Sed ſi verſus*] Proximum erat, vt reijceret hoc loco Ariſtoteles duos modos inutiles ex maiori vniuerſali affirmatiua, aut negatiua. & minori particulari negatiua; ſed eorum improbationem aliquantulum differt, vt in eis latius immoretur, remouetque prius quattuor modos inutiles, qui fiunt ex maiori particulari, & minori vniuerſali. Nam, ſiue ambæ præmiſſæ affirmatiuæ ſint, ſiue negatiuæ, ſiue altera affirmatiua,& altera negatiua, non rectè infertur concluſio, quod oſtendit datis terminis in quibus omni, & in quibus nulli. Nam ſi minor ſit affirmatiua, aut negatiua, termini in quibus omni ſunt, bonum, habitus, prudentia. Aliquis habitus eſt bonus; omnis prudentia eſt habitus; ergo omnis prudentia eſt bona; idemque euenit,ſi maior propoſitio ſit; aliquis habitus non eſt bonus. Termini in quibus nulli ſunt,bonum,habitus,ignorantia,(videlicet prauæ affectionis) Aliquis habitus eſt bonus,omnis ignorantia eſt habitus,ergo nulla ignorantia eſt bona.

Idem euenier,ſi maior propoſitio ſit,aliquis habitus nō eſt bonus. Quod ſi minor ſit negatiua maiori exiſtente ſiue affirmatiua,ſiue negatiua,termini in quibus omni ſunt,album,equus,Cygnus;aliquis equus eſt albus,nullus Cygnus eſt equus,ergo omnis Cygnus eſt albus. Idem euenit, ſi maior ſit; aliquis equus non eſt albus. Termini in quibus nulli ſunt, albus, equus, coruus; Aliquis equus eſt albus, nullus coruus eſt equus, igitur nullus coruus eſt albus. Idem fiet, ſi maior ſit; aliquis equus non eſt albus.

i *Atqui neque*] Excludit duos modos, quos paulò ante prætermiſiſſe videbatur,conſtantes nimirum maiori vniuerſali, ſiue affirmatiua, ſiue negatiua,& minori particulari negatiua. Hos probat, non concludere oſtenſis terminis in quibus omni,& in quibus nulli. Maiori quidem exiſtente vniuerſali affirmatiua;termini in quibus omni,ſunt,animal,homo cygnus:Omnis homo eſt animal, quidam cygnus non eſt homo, igitur omnis cygnus eſt animal. Termini,in quibus nulli,ſunt,animal,homo,nix; omnis homo eſt animal, aliqua nix non eſt homo,ergo nulla nix eſt animal. Cum verò maior eſt vniuerſalis negatiua,& minor particularis affirmatiua, termini in quibus omni ſunt,inanimatum, homo nix. Nullus homo eſt inanimatus, quædam nix non eſt homo; ergo omnis nix eſt inanimata. Termini in quibus nulli ſunt,inanimatum,homo,cygnus. Nullus homo eſt inanimatus; quidam cygnus non eſt homo: igitur nullus cygnus eſt inanimatus.

Propoſitiones cur interualla vocentur. Ariſt.

Aduerte autem,appellaſſe hoc loco Ariſtotelem propoſitiones interualla, propterea quod ſimilitudinem quandam cum lineis mathematicis obtineant;ſiquidem longitudo quædam in eis eſſe videtur, quatenus ex duobus terminis, & copula conſtant. Vnde,quemadmodum triangulus apud Mathematicos ex tribus lineis conficitur, quæ interualla dicuntur, tribusque punctis terminatur; ſic ſyllogiſmus ex tribus enunciationibus, tanquam interuallis, & tribus terminis coaleſcit.

Secundus.

K *Præterea cum hoc*] Probat rurſus, cum minor eſt particularis negatiua, & maior vniuerſalis affirmatiua nihil colligi. Nam quidquid ſequitur ad conſequens bonæ conſequentiæ cum aliquo aſſumpto, ſequitur ad eius antecedens.

Digitized by Google

ſecedens cum eodem aſſumpto : ſed vniuerſalis negatiua eſt antecedens reſpectu particularis negatiuæ, ſiquidem eſt eius ſubalternans; &, cum minor eſt vniuerſalis negatiua, & maior vniuerſalis affirmatiua, nihil infertur, vt ſuperius demonſtratum fuit; ergo nec, cum minor eſt particularis negatiua, & maior vniuerſalis affirmatiua aliquid colligetur. Addit, eodem pacto oſtendi poſſe minori exiſtente particulari negatiua, & maiori vniuerſali negatiua nihil ſequi. Quod verò ſubijcit, hanc propoſitionem, quoddam C non eſt B, eſſe indefinitam, intelligendum eſt, quo ad ſuppoſitionem, ſup ponit enim pro aliquo indefinitè, ſiue indeterminatè.

l *At verò nullo pacto*] Excludit quattuor modos inutiles, qui fiunt, cum veraque ſumptio eſt particularis; nam vtcunque ſeſe quo ad affirmationem, & negationem præmiſſæ habeant, nihil colligitur, quia dantur termini in quibus omni, nempe, animal, album, equus, & in quibus nulli, vt, animal, album, lapis. Ex dictis patet, quattuor tantum modos vtiles reperiri in prima figura, nimirum, Barbara, Celarent, Darij, Ferio; reliquos autem inutiles eſſe non abſolutè, ſed ad concluſionem directè inferendam; de his enim tantum hoc loco differit Ariſtoteles acturus etiam capite ſeptimo de ijs, qui indirectè concludunt.

Tertia regula, cum vtraq; præmiſſa eſt particularis.

m *Patet triam*] Ex dictis duo conſectaria deducit. Alterum eſt, omnes huius primæ figuræ ſyllogiſmos, intellige directè concludentes, eſſe perfectos, quandoquidem omnes immediatæ comprobantur per principia illa regulatiua dici de omni, & dici de nullo. Alterum eſt, per hanc figuram concludi omnia quæſtionum genera, vniuerſalem affirmatiuam, vniuerſalem negatiuam, particularem affirmatiuam, & particularem negatiuam: quod alijs figuris non conuenit. Nam in ſecunda tantum concluditur quæſtio negatiua; in tertia qnæſtio particularis, vt in progreſſu patebit, proindeque meritò hanc figuram dici primam, cum reliquas perfectione, & dignitate antecedat.

Duo inferuntur: primum, omnes huius fig. ſyllogiſmos eſſe perfectos.

Alterum, per hanc figurã omnia quæſtionum genera cõcludi.

Modi inutiles primæ figuræ.

1 Cum vtraque præmiſſa eſt vniuerſalis negatiua.
2 Cum maior eſt vniuerſalis affirmatiua, minor vniuerſalis negatiua.
3 Cum maior eſt particularis, minor vniuerſalis, & ambæ affirmatiuæ.
4 Cum maior eſt particularis, minor vniuerſalis, & ambæ negatiuæ.
5 Cum maior eſt particularis negatiua, minor vniuerſalis affirmatiua.
6 Cum maior eſt particularis affirmatiua, minor vniuerſalis negatiua.
7 Cum maior eſt vniuerſalis, minor particularis, & ambæ negatiuæ.
8 Cum maior eſt vniuerſalis affirmatiua, minor particularis negatiua.
9 Cum ambæ ſumptiones ſunt particulares affirmatiuæ.
10 Cum ambæ ſumptiones ſunt particulares negatiuæ.
11 Cum maior eſt affirmatiua, minor negatiua & ambæ particulares.
12 Cum maior eſt negatiua, minor affirmatiua & ambæ particulares.

EXPLA-

Digitized by Google

EXPLANATIO CAPITIS QVINTI.

De ſecunda ratiocinationis figura.

S V M M A C A P I T I S.

HOc caput duas habet partes; in prima declarat Ariſtoteles naturam ſecundæ figuræ. In ſecunda eiuſdem modos vtiles,& inutiles recenſet. Ait ergo, ſecundam figuram eſſe, in qua medius terminus de vtroque extremo prædicatur,inter extrema autem illud eſſe maius,quod propinquus ad medium accedit, id eſt, quod aliquando ſaltem prædicatur. In ſecunda parte ſex ſtatuit concluſiones, quibus quattuor modos vtiles, & duodecim inutiles complectitur,vtiles ſunt: quando vtraque præmiſſa eſt vniuerſalis, altera affirmatiua, altera negatiua; ſi namque maior ſit negatiua, eſt modus Cæſare, ſi minor, eſt modus Cameſtres. Item, quando altera eſt vniuerſalis, altera particularis,vna affirmatiua, alia negatiua: conſurgunt enim modi Feſtino, & Baroco. Modi inutiles in fine capitis apponentur.

COMMENTARIVS. CAPVT VI.

Cur ſecunda figura tertiæ præfertur.

DIſſerit hoc capite de ſecunda figura, quæ nobilior eſt, quam tertia,tum ratione medij, tum ratione concluſionũ,quæ in ea colliguntur. Ratione medij, quia quamuis in ea medius terminus nõ obtineat medium locum, ſicuti in prima: prædicatur tamen de vtroque extremo; in tertia verò vtrique ſubijcitur: nobilius eſt autem prædicari,quam ſubijci. Ratione concluſionum,quia colliguntur in ea concluſiones tam vniuerſales,quam particulares;in tertia verò particulares duntaxat. Ceterũ, antequam huius figuræ modos perſequatur, tria quædam explicat. Primum eſt, ſecundam figuram eſſe, in qua medius terminus de vtroq; extremo vniuerſim prædicatur, ſiue de vtroq; affirmatiuè,ſiue de vtroq; negatiuè.ſiue de altero negatiuè,de altero affirmatiuè. Quibus verbis ſecũdam figuram non in tota ſua amplitudine definit; ſed vt tantũ comprehendit quattuor priores modos vniuerſales, quorũ duo vtiles ſunt, duo inu-

Definitur ſecunda figura anguſtè sũpta.

CVm autem idem alteri quidem omni,alteri verò nulli,vel vtrique omni, vel nulli competit: talem quidem figuram appello ſecundam. a *Atque medium quidem id in ipſa dico, quod de vtriſque dicitur. Extrema autem ea, de quibus hoc prædicatur. Maius item extremum id nuncupo, quod propè medium collocatur. Minus autem id, quod remotius à medio ponitur.* b *Atque ipſum medium extra quidem extrema ponitur. Eſt tamen primum poſitione.* c *Atque perfecta quidem ratiocinatio non erit hac in figura, erit tamen potentia: terminis tam vniuerſalibus, quam non vniuerſalibus ſumptis.* d *Si igitur vniuerſales ſint termini, atque medium ipſum alteri quidem omni, alteri autem nulli competat: erit ratiocinatio ſanè, ſiue verſus maius, ſiue minus extremum poſitum fuerit negatiuum: altero autem modo fore non poteſt. Nam L de nullo quidem M. de omni verò N prædicetur. Cum igitur negatiuum ſimpliciter conuertatur. M ipſum profectò nulli competeret*

Digitized by Google

inutiles, vti postea docebit. Breuiter tamen ita definiri potest secunda figura in toto suo ambitu. Secunda figura est, in qua medius terminus de vtroque extremo prædicatur.

Definitur in tota sua latitudine.

Quid sit medium in hac figura.

a *Atque medium quidem*] Declarat, quod sit medium, quæque extrema in hac figura, Medium, inquit, est, quod de vtrisque, hoc est, de vtroq; extremo dicitur; maius autem extremum est, quod prope medium collocatur, i. quod ad medij naturam, & conditionem magis accedit, siquidē prædicatur in conclusione; cum terminus medius semper prædicetur.

Quid maius extremum.

Denique minus extremum est, quod minus accedit ad naturam, & conditionem medij: quandoquidem perpetuò subijcitur, cum terminus medius semper prædicetur.

Quid minus extremum.

Curmediū extra extrema collocari dicatur.

b *Atque ipsum medium*] Dicitur, medium in hac figura extra ipsa extrema collocari, quia nunquam eis subijcitur. Dicitur quoque primum, id est, præstantissimum positione, situve, quia semper prædicatur, quod præstantius est, quam subijci. Nihilominus prima figura etiam ratione medij præstantior est; quia medium in ea obtinet locum magis sibi naturalem, & accommodatum. Est enim naturale medio, vt inter extrema sit, quo pacto se habet in prima figura.

In 2. figura nō esse perfectum syllogismum.

c *Atque perfecta*] Ostendit, nullam perfectam ratiocinationem dari in hac figura, quod in ea medius terminus naturalem locum inter extrema non fortiatur. Additque, syllogismos huius figuræ potestate perfectos esse, siue constent vtraque præmissa vniuersali, siue altera tantum; quatenus videlicet reductione tum ostensiua, tum etiam per impossibile perfici queunt, atque ad syllogismos primę figurę reuocari.

Sexdecim modos sex conclusionibus percurrit.

d *Si igitur*] Percurrit sexdecim modos, qui in hac figura cōficiuntur sex conclusionibus, declarans, quinam eorum vtiles, qui verò inutiles sint. Prima conclusio. Vtraque præmissa vniuersali, altera affirmatiua, altera negatiua, siue maiori, siue minori rectè colligitur conclusio.

petieret L. At L omni N inesse supponebatur. Quare M nulli profectò competet N. hoc enim prius est demonstratum. Rursus, si L omni quidem competat M. nulli autem insit N. ipsum etiam M nulli profectò competet N. Nam si L nulli competit N. & N etiam nulli competet L. At L omni M inesse supponebatur. Quare N nulli competet M. Rursus enim prima figura est facta. Sed cum negatiuum simpliciter conuertatur, M etiam nulli competet N. Quare erit eadem ratiocinatio sanè. Licet etiam hos modos ostendere deducendo ad id, quod fieri minimè potest. Patet igitur, cum ita se habent termini, fieri quidem ratiocinationem, sed non perfectam: non enim solum, ex hisce quæ initio sumpta sunt; sed ex alijs etiam ipsum efficitur necessarium, vt luce clarius extat.

e *At si ipsum L de quolibet M atque N prædicetur, ratiocinatio sanè non erit. Termini essendi, substantia, animal, homo: non essendi, substantia, animal, numerusq. sumantur: atque substantia in medio collocetur. Nec ne item ratiocinatio porrò constabit, si L de nullo M, & de nullo N prædicatur: termini essendi linea, animal, homo: non essendi, linea, animal, lapisque sumantur: atq; linea medium occupet locum. Patet igitur, si in hac figura sit ex vniuersalib. terminis ratiocinatio, necessariū esse, sic se habere terminos, vt in principio diximus: nam si alio disponantur pacto, non efficitur, vt patuit, necessaria conclusio.*

f *Sin verò medium ipsum ad alterum extremorum sumatur vniuersaliter, cum versus quidem maius extremum ipsum collocatur vniuersale, aut negatiuum, aut affirmatiuum: versus autem minus particulare, atque oppositio modo sumitur, necesse est, tunc ratiocinationem negatiuam particularemque fiare. Dico autem oppositio modo hoc pacto, vt si vniuersale sit negatiuū, particulare sumatur affirmatiuum: & si affirmatiuū sit illud, particulare negatiuum sumatur, nam si L nulli quidem M, alicui verò competat N. necesse est, ipsum M nō omni competere N. Nam cum negatiuū,*

Digitized by Google

1. Concl. de terminis vniuersalibus.

Complectitur hic duos primos modos vtiles huius figuræ, Cæsare, Camestres, quos reducit ad Celarent ostensiuè. Docetque, reduci posse per impossibile. Aduerte autem hoc loco, L significare medium terminum, positque in principio, quia in hac figura semper prædicatur: M significare maius extremum, & collocari secundo loco, quia cum in conclusione prædicetur, propius accedit ad medium terminum: N significare minus extremum, & vltimo loco statui, quia nunquam in hac figura prædicatur.

2. De terminis etiã vniuersalibus.

e *At si ipsum*] Secunda conclusio est; vtraque præmissa vniuersali, siue vtraque sit affirmatiua, siue vtraque negatiua, nihil colligitur; quod probat datis terminis in quibus omni, & in quibus nulli. Cum vtraque est affirmatiua, termini in quibus omni sunt, substantia, animal, homo. Omne animal est substantia, omnis homo est substantia; ergo omnis homo est animal. Termini in quibus nulli sunt, substantia, animal, planta. vel, vt affert Aristoteles, substantia, animal, numerus; accepta substantia pro essentia, alioqui falsa erit minor propositio, si ita argumenteris, omne animal est substantia, omnis numerus est substantia, ergo nullus numerus est animal. Cum verò vtraque præmissa est negatiua, termini in quibus omni sunt linea, animal, homo. Termini in quibus nulli, linea, animal, lapis.

3. Concl. cum vna propositio est particularis.

f *Sin vero*] Tertia conclusio. Cum maior est vniuersalis, siue affirmatiua, siue negatiua, & minor particularis oppositæ qualitatis, rectè efficitur conclusio. Hic complectitur Aristoteles reliquos duos modos vtiles, Festino, & Baroco. Festino autem reducit ostensiuè ad Ferio, Baroco per impossibile ad Barbara.

4. Concl. circa easdē propositiones.

g *At si L omni*] Quarta conclusio. Cum maior est particularis, siue affirmatiua, siue negatiua, & minor vniuersalis qualitatis oppositæ, nihil efficitur. Quod probat datis terminis in quibus omni, & in quibus nulli. Quo loco, cum pro terminis, in

vt diximus, conuertatur, M sanè nulli competet L. at ipsum L cuipiam N inesse supponebatur: quare M non omni competet N. Fit enim ratiocinatio per figuram primam, vt patet. Rursus, si L omni quidem M insit: alicui verò non competat N. necesse est, M cuipiam N non inesse; nam si omni competat, & L predicabitur de omni M. necesse est, ipsum omni competere M. At alicui non inesse supponebatur.

At si L omni N quidem competat, non omni autem insit M, non erit ratiocinatio sanè. Atque termini quidem essendi, animal, substantia, corpus: non essendi verò, animal, album, corpusque sumuntur. Nec item, si L de nullo quidem N. de aliquo verò M. predicetur. Termini essendi, animal, substantia, vnitas: non essendi, animal, substantia, scientiaque sumuntur. Cum igitur vniuersale, ac particulare oppositè sumuntur modo, dictum est, quando erit ratiocinatio, & quando non erit ratiocinatio.

h *Cum autem propositiones qualitatis eiusdem, aut negatiuæ ambæ, aut affirmatiuæ sumuntur: nullo pacto ratiocinatio fieri potest. Si enim primò negatiuæ ambæ: atque vniuersale versus extremum maius ponatur, seu L nulli quidem M competat: alicui verò non insit N. Fit igitur vt M omni, atque nulli competat N. Termini non essendi, nigrum, nix, animal sumuntur. Termini autem essendi sumi non possunt, si L cuipiam quidem insit: cuipiam verò non competat N. nam si M quidem omni competat N. ipsum autem L nulli competat M. ipsum L profectò nulli competet N. At alicui inesse supponebatur. Hoc igitur pacto fieri nequit, vt termini essendi sumantur:*

i *Sed ex indefinito est ostendendum: nam cum sit verum, L cuipiam non competere N. si nulli etiam insit, atque cum nulli competit, ratiocinatio fieri nequeat, vt antea patuit: perspicuum est, neque nunc ratiocinationem constare posse.*

k *Rursus si sint ambæ positiones affirmatiuæ, & vniuersale similiter collocetur: velut si L omni quidem M. alicui verò competat N. sit igitur, vt M & omni,*

vi,

in quibus nulli, accipit animal, substantia, vnitas; substantiam vsurpat pro essentia, vt suprà.

5. Concl. qñ vtraq; est affirmans, aut negans.

h *Cum autem propositiones*] Quinta conclusio. Si altera præmissa sit vniuersalis, siue maior, siue minor; & altera particularis; ita tamen, vt ambæ sint affirmatiuæ, aut ambæ negatiuæ; nihil efficitur. Hac conclusione reijcit quattuor modos inutiles, atque in primis eum, qui constat maiori vniuersali, & minori particulari, vtraque negatiua; quia dantur in eo termini in quibus nulli, & in quibus omni. Termini, in quibus nulli, nigrum, nix, aniqial. Termini, in quibus omni, planta, animal, homo. Admonet autem Arist. quoties cum maiori particulari fuerit simul vera eius subcontraria, non posse dari terminos, in quibus omni. Vnde in hoc syllogismo, nullus ceruus est equus; quoddam animal non est equus, quia cum hac minori est simul vera hæc eius subcontraria; quoddam animal est equus, hæc vniuersalis affirmatiua; omne animal est ceruus, non potest esse simul vera cum præmissis, & ita non dantur termini in quibus omni. Si enim hæc esset vera sumpta loco maioris cum minori, quæ antea erat, liceret ita argumentari in Celarent; Nullus ceruus est equus, & omne animal est ceruus, ergo nullũ animal est equus, quæ est contradictoria illius subcontrariæ minoris, quæ antea concedebatur, scilicet, quoddam animal est equus, & ita dabuntur duæ contradictoriæ simul veræ.

Arist.

i. *Sed ex indefinito*] Alia ratione eundem modum excludit, videlicet, quia, si in eo pro particulari negatiua statuatur vniuersalis negatiua, non infertur conclusio, vt antea demonstratum fuit. Quare nec si ponatur particularis negatiua, inferetur, siquidem quod non sequitur ex antecedente, nec sequitur ex consequente.

ni, & nulli competat N. atque termini, non essendi album, olor, lapisque sint. Essendi verò sumi non possunt ob eandem causam, quam paulo ante diximus. At si vniuersale versus extremum minus ponatur: atque L nulli quidem N. non omni autem insit M, sit vt ipsum M & omni, & nulli competat N. termini essendi, album, animal, coruus: non essendi, album, lapis, coruusque sumantur. Sin verò ambæ propositiones affirmatiuæ sumantur, fit sanè similiter, vt ipsum M. & omni & nulli competat N. termini non essendi, Album, animal, nix, essendi, album, animal, olorque sumantur. Patet igitur, nullo pacto fieri ratiocinationem, si propositiones sint vniformes, atque altera vniuersalis, altera particularis sumatur.

l *At neque si cuipiam vtrique medium competat, aut non competat, aut alteri insit, alteri non insit: aut vtrique non omni, aut indefinitè, vel insit, vel non insit, ratiocinatio vnquam constabit. Termini communes omnium essendi quidem, album, animal, homo, non essendi autem, album, animal, inanimatumque sumuntur. Patet igitur ex hisce, quæ dicta sunt, ratiocinationem necessariò fieri: si termini sic se habeant, quemadmodum diximus, & si ratiocinatio sit: ita terminos inter sese dispositos esse, quemadmodum eos nos collocauimus.*

m *Perspicuum etiam est, omnes ratiocinationes, quæ in hac figura conficiuntur, imperfectas esse: vniuersa namque sumptis quibusdam perficiuntur, quæ quidem aut in terminis ipsis necessariò insunt, aut vt suppositiones ponuntur: vel nos eum demonstrauimus deducendo ad id, quod fieri nequit. Patet insuper, nullam prorsus hac in figura fieri ratiocinationem affirmatiuam: sed omnes, tam vniuersales, quàm particulares extrui negatiuas.*

CAP.

6. Concl. qñ vtraq; est particularis.

k *Rursus si sint*] Persequitur reliquos tres modos inutiles. Namque in primis, si maior sit vniuersalis, & minor particularis, atque vtraque affirmatiua, dantur termini in quibus nulli. Album, Cygnus, Lapis. Termini verò in quibus omni possunt esse sensitiuum, animal, equus. Si verò maior

sit

ſit particularis,& minor vniuerſalis,ſiue vtraque ſit affirmatiua, ſiue negatiua, dantur termini in quibus omni, album, animal, corpus: & in quibus nulli,album,lapis,coruus. Si autem vtraq; ſit affirmatiua,termini in quibus omni ſunt album,animal, cygnus. Et in quibus nulli album,animal,nix.

Duo colliguntur cõſectaria, 1. in hac 2. figura nõ eſſe perfectũ ſyllogiſmum.

l *At neque ſi*] Sexta concluſio. Ex vtraque præmiſſa particulari quocunque modo ſe habeant,quo ad affirmationem,vel negationem,nihil colligitur.Hac reijcit quattuor modos inutiles. Termini in quibus omni, ſunt album,animal,homo; in quibus nulli,album,animal,animatum. Ita patet ex ſexdecim modis,qui in hac figura effici poſſunt,quattuor tantum rectè concludere, nempe Cæſare, Cameſtres, Feſtino, Baroco.

Secundum nullã concluſionem affirmatiuam in ea inferri.

m *Perſpicuum etiam eſt*] Duo conſectaria ex dictis infert; vnum eſt: omnes huius figuræ ſyllogiſmos eſſe imperfectos, quia perficiuntur quibuſdam, quæ vel neceſſariò in ipſis terminis inſunt, cuiuſmodi eſt conuerſio, (nam conuertentes enunciationes neceſſariò colliguntur ex ſumptionibus imperfecti ſyllogiſmi) aut vt ſuppoſitiones ſumuntur,cuiuſmodi eſt deductio ad impoſſibile. In hoc enim probationis genere ſupponimus præmiſſas concedi ab Aduerſario,ſimiliterque contradictorium conſequentis. Alterum eſt, in hac figura nullam concluſionem affirmatiuam colligi, ſed negatiuas duntaxat alias vniuerſales, alias particulares.

Modi inutiles ſecundæ figuræ.

1 Cum ambæ ſumptiones ſunt vniuerſalis affirmatiuæ.
2 Cum ambæ ſumptiones ſunt vniuerſales negatiuæ.
3 Cum maior eſt particularis negatiua, & minor vniuerſalis affirmatiua.
4 Cum maior eſt particularis affirmatiua. & minor vniuerſalis negatiua.
5 Cum maior eſt vniuerſalis,& minor particularis,ambæ affirmatiuæ.
6 Cum maior eſt vniuerſalis,& minor particularis, ambæ negatiuæ.
7 Cum maior eſt particularis,& minor vniuerſalis,ambæ affirmatiuæ.
8 Cum maior eſt particularis,& minor vniuerſalis,ambæ negatiuæ.
9 Cum ambæ ſumptiones ſunt particulares affirmatiuæ.
10 Cum ambæ ſumptiones ſunt particulares negatiuæ.
11 Cum ambæ ſumptiones ſunt particulares, maior affirmatiua, minor negatiua.
12 Cum ambæ ſumptiones ſunt particulares, maior negatiua, minor affirmatiua.

EXPLANATIO CAPITIS SEXTI.

De tertia ratiocinationis figura.

SVMMA CAPITIS.

EXplicat primò, quæ ſit tertia figura; deinde omnes modos ſyllogiſmorum, qui in ea conſtrui poſſunt, percurrit. Tertia figura, inquit, eſt, in qua vtrumque extremum vniuerſim affirmatur, aut negatur, aut alterum affirmatur, alterum negatur de medio termino. Modi verò vtiles, primus eſt ex vtraque vniuerſali affirmatiua, qui dicitur Darapti; ſecundus

ex

Digitized by Google

ex vtraque item vniuersali, maiori negatiua, minori affirmatiua, qui vocatur Felapton. Tertius ex maiori particulari affirmatiua, & minori vniuersali affirmatiua, qui est Disamis. Quartus ex maiori vniuersali affirmatiua, & minori particulari affirmatiua, nimirum Datisi. Quintus ex maiori particulari negatiua, & minori vniuersali affirmatiua, qui dicitur Bocardo. Sextus & vltimus, ex maiori vniuersali negatiua, & minori particulari affirmatiua; videlicet, Ferison. Relinqui inutiles in fine commentarij apponentur.

COMMENTARIVS.

Quid sit tertia fig. strictè sumpta.

DIsputat de tertia figura, quam ita definit: Tertia figura est, in qua vtrumque extremum vniuersim affirmatur, aut negatur, aut alterum affirmatur, & alterum negatur de medio termino. Vbi comprehendit quatuor dumtaxat huius figuræ modos ex vtraque sumptione vniuersali. Vt tamen hæc figura ad omnes suos modos se fundit, ita definietur. Tertia figura est, in qua medius terminus vtrique subijcitur extremo. Medium autem in hac figura illud, inquit, est, de quo vtrumque extremum prædicatur. Qua de causa non obtinet in ea naturalem locum, vt in prima figura, sed extra ipsa extrema ponitur, & vltimum dignitatis locum sortitur, cum semper subijciatur. Maius extremum est, quod à medio termino longius distat; semper enim prædicatur tam in sumptionibus, quàm in conclusione. Minus extremum est, quod ad medium terminũ propius accedit. Namque licet in sumptionibus prædicetur: in conclusione tamen subijcitur. Porro per literam R, quæ primo loco ponitur, significatur maius extremum, per T. medius terminus.

Quid fit mediũ in hac figura.

Quid maius extremum.

Quid minus extremum.

Primus rectè cõcludendi modus in hac fig.

a *Terminis igitur*] Incipit decurrere modos huius figuræ, atque in primis docet, ex vtraque sumptione vniuersali affirmatiua rectè colligi particularem affirmatiuam, qui modus vocatur Darapti. Eum verò probat ostensiuè per reductionem ad Darij, conuersione minoris, docetque, posse eundem confirmari tum deductione ad impossibile, tum etiam syllogismo expositorio. Nam rectè sequitur; omne T est R ergo hoc T, verbi gratia, P est R, siquidem est singularis sub vniuersali: rursum benè sequitur, omne T est

CAPVT VI.

ET si eidem alterum omni, alterum nulli, aut vtrumque vel nulli, vel omni competat: figuram quidem talem tertiam nuncupo. Medium autem in ipsa id dico, de quo vtraque prædicantur. Extrema verò ea, quæ prædicantur. Atque maius extremum id vocito, quod à medio longius distat. Minus autem id, quod est eidem magis propinquum. Ipsum verò medium extra quidem extrema ponitur: positione tamen est vltimum. Atqui perfecta quidem neque hac in figura fit ratiocinatio, erit tamen potentia terminis tam vniuersalibus, quam non vniuersalibus ad medium sumptis.

a *Terminis igitur vniuersaliter sumptis, cum R atque S omni T competunt: necessariò tum ipsum R alicui competet S. nam cum conuertatur, affirmatiuum T cuipiam competet S. Quare cum R quidem omni T insit: ipsum autem T cuipiam competat S. necesse est, ipsum R alicui competere S, si enim, vt patet ratiocinatio, per primam figuram. Licet etiam demonstrationem eiusdem facere, ducendo ad id, quod fieri nequit. Insuper designatione hoc pacto: nam cum vtrumque omni competat T. si quippiam sumatur ipsorum T, sit P, huic profecto, & R & S competent: quare ipsum R cuipiam competet S. Rursus si R quidem nul-*

Digitized by Google

est S. ergo hoc T. ostendendo, P est S. nunc sic; P quod est individuum T, est R & S. ergo aliquod S est R. Cum ergo, quicquid sequitur ex consequente, sequatur ex antecedente, fiet, si ex præmissis huius syllogismi expositorij sequatur hæc conclusio; sequi etiam debeat ex illis alijs præmissis, quæ erant in Darapti, quas consequuntur præmissæ huius syllogismi. Subiungit deinde aliud modum vtilem ex vtraq. sumptione vniuersali, maiori negatiua, & minori affirmatiua, qui dicitur Felapton. Potest q. probari ostensiue, & deductione ad impossibile, itemq. syllogismo expositorio. Hic enim syllogismus in Felapton: Nullum T est R. omne T est S. ergo aliquod S non est R. ita confirmatur; P non est R. P est S. ergo quoddam S non est R.

Secundus modus.

Duo modi inepte cõcludendi.

b *At si S quidem*] Asserit, alios duos modos qui fieri possunt ex minori vniuersali negatiua, esse inutiles; quia dantur in eis terminis in quibus omni, & in quibus nulli. In priori quidem, cum maior est affirmatiua, terminis in quibus omni sit, animal, equus, homo; in quibus nulli, animal, inanimatũ, homo: in posteriori autem, id est, maiori etiam negatiua terminis in quibus omni sunt animal, equus, inanimatum; terminis in quibus nulli homo, equus, inanimatum.

Duo modi bene colligẽdi in 3. fig. ex affirmatiuis.

c *At verò si*] Tradit modos, qui constant altera præmissa vniuersali, & altera particulari docens, ex vtraque præmissa affirmatiua recte concludi. Idque siue maior sit particularis, & minor vniuersalis, vt in Disamis; siue maior sit vniuersalis, & minor particularis, vt in Datisi. Vterq. horum modorum reducitur ad Darij. Prior conuersione maioris, & transpositione præmissarum. Posterior tota conuersione minoris. Addit, hos duos modos posse etiam probari tum per deductionem ad impossibile, tum etiam per syllogismum expositiuum.

Alius modus rectè cõcludens ex negatiua, & affirmatiua.

d *At si alter*] Subiicit alium modum etiam ex maiori particulari negatiua, & minori vniuersali affirmatiua, qui

li T competat, S autem omni eidem insit: erit necessariò ratiocinatio, qua R non omni S competere concludetur; eidem namque demonstrationis erit vtique modus, si S, T, propositio conuertatur. Deducendo etiam ad id, quod fieri non potest, hic demonstrabitur modus: perinde vt & præcedens est demonstratus.

b *At si S quidem nulli T competit, R autem omni eidem insit: non erit ratiocinatio sanè. Termini essendi, animal, equus, homo: non essendi, animal, inanimatum, homoque sumantur. Neque, cum vtrumque de nullo T prædicatur, ratiocinatio fiet. Termini essendi, animal, equus, inanimatum: non essendi, homo, equus, inanimatum, sumantur: atque inanimatum in medio collocetur. Patet igitur hoc etiam in figura, si vniuersales sumantur terminj, quando erit ratiocinatio, & quando non erit. Nam cum vtrique termini affirmatiui ponantur: erit ratiocinatio fortè: neque extremum extremo cuipiam competere concludetur. Sed cum vterque terminorum sumitur negatiue, non erit: cum alter tamen sit negatiuus, alter affirmatiuus, si maior quidem sit negatiuus, minor verò affirmatiuus, erit vtique ratiocinatio, neque extremum extremo non omni competere concludetur. Si verò è contra ponatur, non erit: vt demonstrauimus.*

c *At verò si alter sit vniuersalis ad medium, alter particularis: si sumpta quidem affirmatiua fuerit, necesse est, ratiocinationem fieri: siue maior sit, siue minor vniuersalis. Nam si S quidem omni T competat, R autem cuipiam insit eidem, necesse est, ipsum R competere cuipiam S. cum enim affirmatiua, vt diximus, conuertatur, ipsum T fortè cuipiam competet R. quare cum S quidem omni T competat: ipsum autem T cuipiam insit R, ipsum S profectò cuipiam competet R. quare & ipsum R cuipiam competet S. Licet etiam demonstrare, ratiocinationem eandem deducendo ad impossibile, vti præcedentes ratiocinationes demonstrabamus. Insuper designatione: perinde atque antea fecimus. Rursus S quidem cuipiam*

insit

qui dicitur Bocardo. Quia verò hic modus probari non potest ostensiuè, demonstrat ipsum per deductionem ad impossibile, reuocando ad Barbara, docetq. posse eundem probari syllogismo expositorio, sicuti & præcedentes. Deinde ait, syllogismum ex maiori vniuersali affirmatiua, & minori particulari negatiua non esse velim. Termini, in quibus omni, sunt animatum homo, animal. Termini, in quibus nulli, animatum, lapis, animal.

Modus è contrario colligens inept⁹ est.

Addit autem, quando in hoc modo minor est simul vera cum sua subcontraria, non posse dari terminos in quibus nulli: v.g. cum his præmissis; omne animal est viuens, quoddam animal non est homo, non posse esse simul veram hanc conclusionem; ergo nullus homo est viuens, quia cum minori est simul vera hæc eius subcontraria; quoddam animal est homo; si enim hæc propositio, nullus homo est viuens, sit simul vera cum præmissis, sumpta pro minori illa subcontraria minoris, scilicet, quoddam animal est homo, infertur in Ferio, ergo quoddam animal non est viuens, quæ est contradictoria minoris prioris syllogismi.

Rursus, sumpta pro maiori illa, quæ iam antea erat; nempe, omne animal est viuens; & pro minori eadem subcontraria, videlicet, quoddã animal est homo, infertur in Datisi; ergo quidã homo est viuens, quę est contradictoria huius, nullus homo est viuens, quæ antea dicebatur posse esse simul vera cum præmissis; Minori ergo existente simul vera cũ sua subcontraria nõ possunt dari in hoc modo termini in quibus nulli. Docet autẽ, probari posse hunc modum inutilem, quia minori existente vniuersali negatiua cum maiori vniuersali affirmatiua, nihil infertur, vt ostẽsum est supra. Quare, nec minori existẽte particulari negatiua cum eadem maiori aliquid colligitur, cũ nihil sequatur ex consequente bonæ consequentiæ, quod non sequatur ex antecedente.

c *At*

infit T, ipsum autem R omni eidem competat, necesse est, R cuipiam competere &. erit enim idem demonstrationis profectò modus. Licet etiam demonstrationem huiusce facere modi deducendo ad id, quod fieri nequit: perinde atque præcedentes ratiocinationes demonstrabantur. Et item designationem, perinde atque antea fecimus.

d *At si alter affirmatiuus sumatur, & sit affirmatiuus ipse vniuersalis: dum minor quidem affirmatiua est, erit ratiocinatio sanè: nam si S quidem omni competat T. ipsum autem R cuipiam non sit eidem: necesse est, ipsum R non omni competere S. nam si omni competeret, & S omni competeret T. ipsum etiam R profectò omni competeret T. At cuipiam non inesse supponebatur. Ostendes autem & præter deductionem: si quippiam ipsorum T sumatur, cui non competit ipsum R. Sed cum maior terminus est affirmatiuus, minor verò particularis negatiuus, non erit ratiocinatio sanè, velut si R quidem omni competat T. ipsum autem S cuipiam non sit eidem: termini essendi sint animatum, homo, ac animal. Non essendi verò sumi non possunt: si S cuipiam insit T. cuipiam autem non: nam si R quidem nulli competat S. ipsum autem S cuipiam insit T. ipsum profectò R cuipiam non competet T. at omni inesse supponebatur. Præterea, si R quidem omni T competit: ipsum autem S cuipiam inest eidem, ipsum R profectò cuipiam competet S. at nulli inesse supponebatur. Sed agendum est, vt antea fecimus: nam cum sit indefinitum, cuipiam non inesse: & id, quod nulli competit, verè dicere licet, cuipiam non inesse. Si verò nulli insit, ratiocinatio non constet, vt antea patuit.*

e *At si terminorum vniuersalis quidem sit negatiua, particularis verò affirmatiua: cum maior quidem sit negatiua, minor vero affirmatiua, erit ratiocinatio sanè: nam si R quidem nulli T competat, S autem cuipiam insit eidem: ipsum R profecto cuipiam non competit S. erit verum rursus prima figuræ & T. propositione conuersa. Sed cum minor sit negatiua, non est ratiocinatio sanè. Termini essendi, animal, carnis, album. Non essendi, animal, scientia, ac album*

Ex vniuer ſa.negati- ua,& par- ticulari af firmatiua cõſurgunt duo modi, alter vti- lis , alter inutilis.

e *At ſi terminorum.*] Statuit ex alijs duobus modis,qui fieri poſſunt , altera pręmiſſa vniuerſali negatiua, altera particulari affirmatiua , eum , qui conſtat maiori vniuerſali negatiua,& minori particulari affirmatiua , eſſe vtilem poſſeque reuocari ad Ferio conuerſione minoris.Hic autẽ modus appellatur Ferſon. Deinde , eum , qui conſtat maiori particulari affirmatiua,& minori vniuerſali negatiua,ait,eſſe inutilem. Termini,in quibus omni ſunt,animal,coruus,al bum . Termini,in quibus nulli, animal,ſcientia,album.

Alij duo modi inutiles ex vtraque negatiua.

f *Nec etiam.*]Ait , duos alios modos, qui fieri poſſunt vtraque pręmiſſa negatiua ; maiori particulari , & minori vniuerſali,vel contra maiori vniuerſali,& minori particulari, inutiles eſſe ; quia dantur termini , in quibus omni,& in quibus nulli. Admonet tamen , cum minor eſt particularis negatiua ſimul vera cum ſua ſubcontraria ; & maior vniuerſalis negatiua,non poſſe dari terminos in quibus omni,v.g.cum his pręmiſſis; nullum animal eſt lapis , quoddam animal non eſt homo; non poſſe eſſe veram hanc concluſionem , ergo omnis homo eſt lapis, quia cum illa minori eſt ſimul vera hæc eius ſubcontraria , quoddam animal eſt homo,Nam ſi hæc eſſet vera,omnis homo eſt lapis , ſumpta hac ſubcontraria minoris , aliquod animal eſt homo,quæ ſupponitur vera: inferretur in Darij ; ergo quoddam animal eſt lapis , quæ eſt contradictoria illius maioris prioris ſyllogiſmi , nullum animal eſt lapis . Docet autem , poſſe probari, hunc modum eſſe inutilem , quia vtraque exiſtente vniuerſali negatiua nihil colligitur , vt ſupra monſtratum eſt , ergo nec minore exiſtente particulari negatiua.

ſumatur,atque album medium ſit vtrumque .

f *Nec etiam,cum vterque ponitur negatiuus : atque alter eſt vniuerſalis, alter particularis . Termini , cum minor eſt vniuerſalis ad medium non eſſendẽ quidem,animal,ſcientia,album : Eſſendi verò,animal,coruus,albumq; ſumantur. Sed cum maior eſt vniuerſalis,minor verò particularis: nõ eſſendi quidem, coruus,nix,albumque ſumantur. Eſſendi verò ſumi non poſſunt,ſi S cuipiam inſit, T cuipiam non inſit. Nam ſi R quidem omni competat S. ipſum autem S cuipiã inſit T. ipſum R profectò cuipiam competet T. at nulli ineſſe ſupponebatur, ſed ex indefinito demonſtrandum eſt .*

g *At verò neque , ſi vterque cuipiam inſit ipſi medio , aut non inſit : aut alter cuipiam alter non omni competat , aut indefinitè , ratiocinatio ullo pacto efficietur . Termini communes omnium,animal,homo, album : Non eſſendi autem animal,inanimatum, albumq; ſumantur . Patet igitur & hac in figura,quando erit ratiocinatio , & quando non erit, & ſi ita ſe habeant termini,quemadmodum diximus, ratiocinationem fieri neceſſariò , & ſi ratiocinatio ſit , terminos neceſſariò ita eſſe diſpoſitos .*

h *Patet etiam , & huiuſce figura ratiocinationes omnes imperfectas eſſe: nã vniuerſa aſſumptis quibuſdam perficiuntur . Et inſuper fieri non poſſe ; quo per hanc figuram vniuerſalis vnquam aut affirmatiua, aut negatiua concluſio inferatur .*

Expelluntur 4. modi inutiles ex vtraq. particulari.

g *At verò neque.*] Reijcit quattuor modos inutiles , qui fieri poſſunt vtraque præmiſſa particulari , ſiue vtraque ſit affirmatiua , ſiue vtraque negatiua , ſiue maior affirmatiua , & minor negatiua , ſiue contra minor affirmatiua , & maior negatiua . Termini , in quibus omni , communes omnibus ſunt , animal , homo , album . Termini , in quibus nulli , animal , inaminatum , album . Ita patet ex ſexdecim modis huius figuræ,ſex tantummodò vtiles eſſe,nempe Darapti,Felapton, Diſamis, Datiſi, Bocardo, Ferſon. Quos ſi adiungas quattuor directè concludentibus in prima figura , & totidem in ſecunda , inuenies , omnes modos vtiles directè concludentes in omnibus figuris quater denario numero contineri.

h *Patet*

Digitized by Google

Duo consectaria. h *Nam etiam*] Ex dictis duo colligit; alterum est, omnes modos huius figuræ esse imperfectos. Alterum, nullum eorum colligere conclusionem vniuersalem, sed omnes particularem, tum affirmatiuam, tum negatiuam.

Modi inutiles tertiæ figuræ.

1 Cum maior est vniuersalis affirmatiua, & minor vniuersalis negatiua.
2 Cum ambæ sumptiones sunt vniuersales negatiuæ.
3 Cum maior est vniuersalis affirmatiua, minor particularis negatiua.
4 Cum maior est particularis affirmatiua, minor vniuersalis negatiua.
5 Cum maior est particularis, minor vniuersalis, & ambæ negatiuæ.
6 Cum maior est vniuersalis, minor particularis, & ambæ negatiuæ.
7 Cum ambæ sumptiones sunt particulares affirmatiuæ.
8 Cum ambæ sumptiones sunt particulares negatiuæ.
9 Cum ambæ sunt particulares, maior affirmatiua, & minor negatiua.
10 Cum ambæ sunt particulares, maior negatiua, & minor affirmatiua.

QVÆSTIO VNICA.

Vtrum Aristoteles recte probauerit Syllogismos tertiæ figuræ per expositorium.

ARTICVLVS I.

Definitur, ac diuiditur Syllogismus expositorius.

Syllogismus expositorius quid. EXpositorius syllogismus est is, qui constat medio termino singulari; loco generis intelligimus syllogismum; differentia est, constans termino singulari; per hoc enim differt ab ijs, qui hactenus in tribus figuris explicati sunt. Oportet verò medium terminum ita esse singularem, vt, si res aliqua individua, quæ nec sit communicabilis pluribus, nec idem re cum ea, quæ pluribus communicabilis est, alioquin nó erit apta ad syllogismum expositorium. Hac de causa inepte concludit hic syllogismus, vt notauit Marsilius in 1. quæst. 6. artic. 3. & alij Scholastici; essentia diuina est Pater; essentia diuina est Filius, ergo Filius est Pater; quamuis enim essentia diuina sit res singularis; est tamen realiter communicabilis pluribus personis re ipsa distinctis, quæ proinde de se inuicem prædicari non possunt, quamuis de essentia prædicentur; similiter non valet; Filius non est Pater; Filius est essentia diuina; ergo essentia diuina non est Pater; quoniam Filius, etsi est res singularis, & minimè communicabilis, identificatur tamen cum essentia, quæ multis communicari potest, quamuis alij reijciant hunc secundum syllogismum propter fallaciam accidentis. Negatio enim Patris conuenit Filio, quatenus virtute distinguitur ab essentia: quare nequimus absq; fallacia tribuere eandem negationem Patris essentiæ ob identitatem cum Filio.

Marsil.

Si medij termini vnitas hæc sit, adeò perspicua est vis colligendi syllogismi expositorij, vt ab ea id nomen acceperit, quasi rem, quam concludit, ipsis sensibus exponat, vnde etiam non abs re demonstratio sensibilis dici solet. Quod aliqui ex eo prouenire autumant, quia nititur illis duobus principijs per se euidentibus; quæcunque sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se; quæcunque ita sunt affecta ad aliquid tertium, vt alterum sit idem cum illo, alterum non idem, non sunt eadem in-

Expositorij nomen vnde.

Huius syllogismi efficacitas quo nitatur principio.

Digitized by Google

ter se. Verum, nisi hæc principia ita interpretentur, vt eundem habeant sensum, quem principia regulatiua ab Aristotele adducta in primo huius libri capit. videlicet, dici de omni, & dici de nullo, multum decipiũtur. Enimverò syllogismus expositorius fieri potest, in quo maius, & minus extremum neque re, neque ratione formali sint idem; & tamen conclusio sequatur vi formæ, vt, si quis ita concludat: Socrates est intellectiuus; Socrates est risibilis; ergo aliquod risibile est intellectiuum. Vbi vides, tam risibile, quàm intellectiuum re, & ratione differre à Socrate, qui est medius terminus, quare absque vi illorum principiorum constat expositoria illatio; & ex alia parte positis ijsdem principijs non continuò syllogismus est formalis, vt patet in illis, quos in terminis diuinis confecimus. Nisi ergo hi Autores ita explicent illa principia, vt nomine identitatis non intelligant determinatè nec formalem, nec realem, sed eam, quæ satis est, vt termini de se verè affirmentur: perperam sentiunt, tunc autem non differunt hæc principia

Arist. à regulatiuis, quæ Aristoteles inculcauit, & in hunc modum proponi possunt.

Quo pacto illud principiũ explicandum.

Quæcunque extrema ita sunt affecta ad medium, vt veram cum illo efficiant enunciationem, veram etiam efficiunt, cum de se affirmantur. Quæcunque verò ita se habent ad medium, vt alterum eorum de illo negari possit, de se quoque verè negantur. Paulò aliter hæc proposuit Arist. vt in primo capite visum est, quia voluit regulas præscribere primæ figuræ, quæ euidẽtior est, & norma, ad quam ceteræ reducuntur, vt manifestæ esse possint; nos tamen ita principia constituimus, vt ceteris etiam figuris immediatè inseruire queant.

In quibus figuris syllogismi cõcludãt, quãdo omnes termini sũt singulares.

Fiunt expositorij syllogismi in omnibus figuris, sed non semper eodem modo; si enim constiterint non solũ medio termino singulari (quod omninò fieri necesse est,) sed etiam vtraque sumptione singulari, duobus tantum modis colligent in prima figura. Primò, ex vtraque sumptione affirmatiua; secundò, ex maiori negante, & minori affirmante; quod exemplis facilè patebit. In secũda figura colligent tribus modis; primò ex vtraque præmissa affirmante, secundò ex maiori negante, & minori affirmante; tertiò è conuerso ex maiori affirmatiua, & minori negatiua. In tertia duobus modis; vno ex vtraque sumptione affirmante, altero ex maiori negatiua, & minori affirmatiua.

In 1. figura.

In secũda.

In tertia.

Quãdo cõstet aliquo termino communi.

At, si medius tãtum terminus fuerit singularis, & alioquin propositiones saltem aliquæ communes extiterint, in prima figura tot erunt modi, quot in syllogismis de medio communi ab Aristotele explicatis. In secunda verò non modò erunt quattuor vulgati negatiuè concludentes; sed totidem alij affirmatiuam colligentes conclusionem. Primus quidem ex vniuersalibus sumptionibus infert vniuersalem; secundus ex maiori vniuersali, & minori particulari concludit particularem. Tertius è sumptionibus cõuerso ordine collocatis vniuersalem. Quartus ex vtraque particulari particularem etiam elicit conclusionem. Hi quatuor modi, quia tres abrogant syllogismorum leges, concludunt enim ex vtraque particulari, & ex particulari vniuersalem: ac demum in secunda figura affirmatiuè, reuocari possunt ad primam figuram, (si cui difficiles videantur) maioris tantum conuersione: primus quidem, & tertius ad primum modum: secundus verò, & quartus ad tertium. Possunt quoque ostendi per deductionem ad impossibile: primus, & tertius in Bocardo: secundus, & quartus in Ferison: quod exemplis facile est ostendere.

In 1. figura.

In secũda.

In tertia.

In tertia figura nunquam plures sunt modi, quam duo superius inculcati.

AR-

ARTICVLVS II.

An Aristoteles recte probauerit syllogismos tertiæ figuræ per expositorium.

Pars negatiua suadetur primò.

EX multiplici capite culpari posset Aristoteles, quod in probandis huius tertiæ figuræ syllogismis vsus fuerit expositorio syllogismo. Primò, quoniam inter principia syllogismorum perfectiua hoc enumeratum non est. Secundò, quod quam multi in ceteris figuris perinde atque in tertia reperiuntur expositorij syllogismi; ergo vel nullius, vel omnium modos hac ratione debuit confirmare. Tertiò, quoniam vtitur syllogismis expositorijs in tertia figura constructis, de quibus perinde dubitare possumus; num rectè concludant, ac de ceteris in eadem figura collocatis. Quartò euidentior est collectio per syllogismos, quam probatio per expositionem, ergo non fuit hæc adhibenda. Probatur antecedens: Syllogismus est consequentia formalis, in exponendo autem vtimur consequentia à propositione vniuersali ad singularem, quæ non est formalis, cum ponatur aliquis terminus in consequente, qui non erat in antecedente: & à particulari ad singularem, quæ plerumque est falsa, vt patet in hoc exemplo: aliquis oculus est necessarius ad videndum; ergo sit oculus dexter.

Secundò.

Tertiò.

Quartò.

Affirmatiua pars statuitur, & probatur.

Dicendum nihilominus est, & ostensionem per syllogismum expositorium optimam esse, & opportunè hoc loco ab Aristotele institutam, atque confectam. Hæc est communis omnium Interpretum sententia: atque prima huius pronunciati pars ab ipso Aristotele in contextu probata est, & sic confirmatur. Quidquid sequitur ex consequente, sequitur ex antecedente, vt est Dialecticorum regula: sed conclusio syllogismi imperfecti sequitur euidenter ex præmissis syllogismi expositorij, quæ sunt consequens sumptionum imperfecti syllogismi; ergo rectè concludetur ab ipsis sumptionibus. Tota ratio dilucida fit hoc exemplo. Fiat syllogismus in Darapti ad hunc modum: Omne corpus est quantum: omne corpus est substantia: ergo aliqua substantia est quanta. Tunc sic; omne corpus est quantum, & omne corpus est substantia; ergo hoc corpus est quantum, & hoc corpus est substantia; si enim vniuersalis est vera, & omnes singulares veræ sunt. Iam sic: Hoc corpus est quantum, hoc corpus est substantia; ergo aliqua substantia est quanta; vbi vides, hanc vltimam consequentiam rectè sequi ad præmissas syllogismi expositorij, quæ cum inferantur ex sumptionibus syllogismi in Darapti, manifestè concludunt ex ijsdem sumptionibus formaliter confici eandem conclusionem.

Quomodo vtendū sit expositione cum altera præmissa est particularis.

Sed quando modus habet vnam præmissam particularem, quia non licet ex illa inferre aliam præmissam expositorij syllogismi, alio modo expositione vtendum est. Accipiendum nimirum est sub medio termino aliquid singulare, ratione cuius vera sit particularis propositio, & ex eo conficienda est singularis sumptio, quæ simul cum alia desumpta ex vniuersali, iuxta priorem exponendi modum, efficiat expositorium syllogismum concludentem eandem illationem, quam imperfectus syllogismus inferebat; quod facilè ostendi potest in Dilamis acceptis his terminis, homo, albus, animal. Et hanc probandi rationem indicauit Aristoteles in capite secundo huius libri.

Obiectio.

Contra eam tamen sic obijcies. Ex propositione particulari non semper licet colligere singularem, vt patet in exemplo adducto in quarto argumento.

Respõsio Arist.

Respondent Louanienses, propositionem particularem, quam Aristoteles ad syllogismum admittit, & quæ tantum verè particularis est, habere sensum disiunctiuum, non disiunctum: subtilla verò, quæ in sensu disiunctiuo est

Louan.

vera licet designare aliquid singulare determinatum, vt palam fit: at propositio in argumento adducta, vt vera sit, sumi debet in sensu disiuncto, ex qua proinde non constat Aristotelicus syllogismus. Quod verò Aristoteles in sensu tantum disiuncto particulares propositiones acceperit, praeter communé Autorum sensum, illud est argumento, quod in conuersionibus sub particulari simpliciter accepit singularem, cuius rei aliam ibidem inculcauimus rationem.

Cur in tertia figura expositione vtendū sit.

Secunda pronunciati pars erat, opportunè vsum fuisse Aristotelem hoc probationis genere in tertia figura: eam Interpretes ita communiter probant. Tametsi in ceteris figuris expositorij syllogismi conficiantur, sumpto medio termino singulari, tamen quia naturę singularis magis congruit, vt subijciatur, quam vt prędicetur, & in tertia figura perpetuò medius terminus subijcitur, in ea maximè naturalis est syllogismus expositorius, cum constet medio termino singulari. Addunt alij, in secunda figura non magis euidentem esse ratiocinationem ex medio singulari, quam communi, quod nascitur ex eodem fonte, nā medium singulare propterea efficit demonstrationem magis conspicuam, quia reducit probationem ad conditionem magis limitatam, & sensibilem; atqui in secunda figura, cum medium perpetuò prædicetur, subit conditionem rei communis; ergo non efficit euidentiorem consequentiam, quam ipsum commune. Demum in alijs figuris colligūtur conclusiones vniuersales, ad quas inferendas nihil inseruit expositorius syllogismus. In tertia verò omnes conclusiones sunt particulares, quæ per expositorium rectè conficiuntur. Hinc facile est ad obiecta respondere.

Diluūtur argumēta initio posita.

Ad primum respondetur, superius numerata fuisse ea tantum principia perfectiua, quę omnibus figuris communia sunt; at syllogismum expositorium non, ob rationes à nobis assignatas, esse proprium tertiæ figuræ; quare non oportuisse statim initio numerari. Ad secundum satis respōsum est inter probandam secundam pronunciati partem. Ad tertium respondetur cum Aphrodisæo, expositorium syllogismum tertiæ figuræ euidentiorem esse, quam illum, qui in eadem figura constat medio communi, quia rem ad sensum penè deducit. Ad quartum fatendum est cum eodem Aphrodisæo ad hunc locum, & ceteris Interpretibus, collectionem præmissarum syllogismi expositorij ex sumptionibus imperfecti syllogismi non esse formalē, vt argumentum rectè probat; at negandum est, esse minus euidentem, quam illationem syllogismi imperfecti, est enim euidens ad sensum, vbi omnes homines, v.g. sunt bipedes, Socratē, quem constat etiam euidenter esse hominem, bipedem esse, & idem est de collectione singularis ex particulari acceptā in sensu disiunctiuo, vt paulò ante diximus.

EXPLANATIO CAPITIS SEPTIMI.

SVMMA CAPITIS.

1. Pronunciatū quādo vtraq. sūptio est particularis.

PErtractauit hactenus modos omnes, & coniugationes tam vtiles, quàm inutiles in tribus figuris, nunc statuit communia quædam pronunciata ad vberiorem intelligentiam eorum, quæ dicta sunt. Primum est, si vtraque sumptio particularis sit, siue affirmatiua, siue negatiua, nullam conclusionem rectè colligi.

COM-

Digitized by Google

COMMENTARIVS.

2. quando maior est affirmatiua minor negatiua.

a *Sumpto verò*] Secundum pronunciatum est, si sumptiones ita se habeant, vt maior sit affirmatiua, siue vniuersalis, siue particularis, & minor vniuersalis negatiua, semper colligi conclusionem particularem, in qua minus extremũ negetur de maiori, seu, quod idem est, colligi indirectè conclusionem. Hisce verbis complexus est Arist. duos modos in omnibus figuris rectè concludentes, quorum alter constat maiori vniuersali affirmatiua, & minori vniuersali negatiua: alter maiori particulari affirmatiua, & minori vniuersali negatiua. Prior vocatur Fapesmo in prima figura: posterior Frisesom in secunda. Prior dicitur à quibusdam Faresmo, posterior Frisemo. In tertia demum prior appellatur Fapemo, posterior Firesmo. Hi omnes modi reducuntur ostensiuè ad Ferio seruatis ijs, quæ significant consonantes in ipsis repertæ. Illud tamen obseruandum est, vt in reducendo Faresmo ad Ferio ex vniuersali affirmatiua fiat particularis.

3. circa indefinitã.

b *Patet etiam*] Tertium est, eandem prorsus fieri ratiocinationem in omnibus figuris, si pro particulari affirmante accipiatur indefinita, quod idem in negationibus intellige.

4. de syllogismorum perfectione.

Quartum est, omnes syllogismos imperfectos perfici per syllogismos primæ figuræ, quod ostendit tum in ijs, qui ostensiuè, tum in ijs, qui deductione ad impossibile perficiuntur.

5. de reductione Darij, & Ferio.

c *At verò*] Quintum est, omnes modos, etiam Darij, & Ferio posse reuocari ad duos modos vniuersales primæ figuræ Barbara, & Celarent. Cum autem omnes modi imperfecti ad quatuor perfectos primæ figuræ reducantur, si probatum fuerit Darij, & Ferio reuocari ad Barbara, & Celarent, vtique probatũ erit, omnes in vniuersum modos reuocari ad Barbara, & Celarent; quia ad illos omnes modi secũdæ figuræ reuocãtur; vniuersales quidem ostensiuè

CAPVT VII.

EX his etiam, quæ dicta sunt, patet, omnibus in figuris eum non fit ratiocinatio, affirmatiuis, scilicet, aut negatiuis vtrisque terminis & particularibus semper, nullam penitus fieri necessariam. a *Sumpto verò affirmatiuo ac negatiuo, si negatiuum sumatur vniuersalis extremi minoris ad maiorem ratiocinationem fiet semper, veluti, si A quidem omni B, aut cuipiam insit: B verò nulli competat C. Nam si conuertantur propositiones, necesse est, ipsum C cuipiam A non inesse. Similiter & in ceteris figuris: semper enim per conuersionem fit ratiocinatio.*

b *Patet etiam, indefinitam propositionem eandem omnibus figuris ratiocinationem efficere, positam loco particularis affirmatiuæ. Patet insuper, ratiocinationes imperfectas omnes per figuram perfici primam: vniuersa enim aut recta demonstratione, aut deductione ad id, quod fieri nequit, perficiuntur. At vtroque modo prima fit planè figura. Nam si recta perficiuntur, demonstratione, vniuersa perficiuntur conuersione: conuersio verò figuram primam efficiebat: sin verò demonstratur deductione ad id, quod fieri nequit, falso posito ratiocinatio fit per primam figuram, velut vltima in figura. Si A & B omni competant C, ipsum A cuipiam competit B. nam si A nulli competeret B. ipsum autem B omni C inest, A nulli competeret C. At omni inesse supponebatur: idem & in ceteris fiet.*

c *At verò licet vniuersas ratiocinationes ad vniuersales primæ figuræ ratiocinationes reducere: patet enim per illas secundæ ratiocinationes figuræ perfici: quamquam non similiter omnes perficiuntur: sed vniuersales quidem negatiuæ conuersa: vtraque verò particularium deductione ad id, quod fieri nequit. At particulares ratiocinationes primæ figuræ, & per se quidem ipsas perficiuntur. Licet autem ipsas & per secundam figuram ostendere, deducendo ad id, quod fieri nequit, veluti si A quidem omni B competat: B verò cuipiam in sit C. ipsum A sanè cuipiam compe-*

Digitized by Google

oſtenſiuè, particulares, verò deductione ad impoſſibile: ſed Darij, & Ferio reuocantur per impoſſibile ad modos ſecundæ figuræ; Darij ad Cameſtres, Ferio ad Cæſare ſumpto vtrobiq. oppoſito concluſionis pro minore; ergo de primo ad vltimum Darij & Ferio reuocantur mediatè ad Barbara, & Celarent. Nec incommodum iudicari debet, ſi ſyllogiſmos alioqui perfectiores, ſcilicet Darij, & Ferio ad minus perfectos, vti ſunt Cæſare, & Cameſtres, reuocentur: cum illi, qua ex parte particularem colligunt concluſionem, his imperfectiores ſint.

De quibus ratiocinationibus dictũ ſit.

d *Ratiocinationum igitur*] Concludit tandem, explicatum ſatis eſse, quemadmodum ratiocinationes, quę conſtant ex præmiſſis de ineſſe affectæ ſint, id eſt, quam vim & naturam habeant in ſua quæque figura. Tum quæ ſunt diuerſarum figurarum, qua ratione diſtinguantur. Cõſtat enim, non tantum differre medij collocatione, ſed etiam reuocatione ad duos illos modos vniuerſales primæ figuræ; ad quos aliæ quidem ſola conuerſione protinus rediguntur, aliæ deductione ad impoſſibile, aliæ non continuò, ſed quibuſdam intercedentibus.

competet C. nam ſi nulli competet, & ineſt cuilibet B. ipſum profectò B nulli competet C. Hoc enim fit per ſecundam figuram. Similis erit demonſtratio ratiocinationis etiam negatiuæ; nam ſi A quidem nulli B competat, B verò cuipiam inſit C. ipſum A profectò cuipiam non competet C. nam ſi ipſi quidem competet omni, nullius autem ineſt B, ipſam B profectò nulli competit C. at hoc erat media ſanè figura. Quæ cum ita ſint, cum vniuerſæ quidem ratiocinationes figuræ mediæ ad vniuerſales ratiocinationes figuræ primæ reducantur, particulares verò ipſius primæ figuræ ad ratiocinationes figuræ mediæ reducantur. Patet, particulares quoque primæ figuræ ratiocinationes ad vniuerſales eiuſdem figuræ ratiocinationes reduci. Figura verò tertia ratiocinationes, ſi vniuerſales quidem ſint termini, per vniuerſales continuò ratiocinationes primæ figuræ perficiuntur, ſin verò particulares ſumantur, per ratiocinationes ad illas iam ſunt particulares, quæ ſunt in prima figura, iſtæ autem reductæ. Quare & rationationes particulares figuræ tertiæ ad eaſdem vtique reducuntur. Patet igitur, omnes ratiocinationes ad vniuerſales ratiocinationes figuræ primæ reduci.

d *Ratiocinationum igitur ha, quæ demonſtrant eſſe atque non eſſe; dicta ſunt, quomodo ſeſe habeant, & per ſe ipſas, quæ ſunt ex eadem figura: & inter ſeſe, quæ ſunt ex diuerſis figuris.*

AD CAP. SEPTIMVM.

COLLIGVNTVR EX DICTIS regulæ figurarum.

Quatuor regulæ omnibus figuris communes.

EX iis, quæ Ariſtoteles quatuor hiſce capitibus docuit, colligi poſſunt; tum communia quædam theoremata omnibus figuris, tum propria ſingularum. Communia omnibus ſunt quatuor. Primũ, ex vtraque ſumptione particulari nihil vi formæ concluditur. Secundum, ex vtraq; negatiua nulla concluſio vi formæ colligitur. Tertium, ſi altera ſumptionum fuerit particularis, concluſionem quoque particularem eſſe neceſſe eſt. Quartum; ſi altera ſumptionum fuerit negatiua, concluſio etiam negatiua prodibit.

Alia duo Recentiorum documenta.

Ad hæc duo quædam documenta adiungunt Recentiores. Alterum eſt, medium terminum in altera ſaltem præmiſſarum completè diſtribuendum eſſe, hoc eſt, accipiendum fore pro omnire, pro qua accipi poteſt; alioqui, ſi in antecedente ſumatur pro vna tantum parte, cum qua coniunctum ſit maius extremum,

cum

cum minus extremum alteri tantum parti adnecti possit, ineptè in consequente vnum extremum alteri attribuetur; quod facile est exemplis demonstrare. Alterum documentum est, nullum terminum, qui non fuerit distributus in antecedente, distribuendum esse in consequente, quod simili ratione patet; & hoc exemplo illustratur. Omne viuens est quantum, omne viuens est substantia; ergo omnis substantia est quanta. Etenim conclusio est falsa, quia terminus, substantia, qui in sumptionibus distributus non est, in consequente distribuitur, & hinc nascitur, vt duo illi modi primæ figuræ indirectè concludentes Baralipton, & Fapesmo, etsi constent sumptionibus vniuersalibus, vniuersalem conclusionem non inferant; quoniam maius extremum, quod in conclusione subijcitur, cum sit prædicatum propositionis affirmatiuæ, non distribuitur in sumptionibus. Idem est de omnibus modis tertiæ figuræ.

Tres regulæ singulis figuris propriæ.

Theoremata singulis figuris propria hæc sunt. Primum, in prima figura ex maiori sumptione particulari, aut minori negatiua nihil vi formæ colligitur. Secundum, in secunda figura ex maiori particulari, aut vtraque propositione affirmatiua nihil formaliter concluditur. Tertium, in tertia figura ex minori negatiua nihil efficitur. Hæc non alia egent probatione, quam breui discursu per vtiles omnium, ac singularum figurarum modos, qui quoniam perfacile à quocunq. fieri possit, à nobis hoc loco omittendus esse videtur.

QVAESTIO I.

Vtrum numerus figurarum rectè constitutus sit.

ARTICVLVS I.

Tres tantum esse syllogismorum figuras.

AVerroes in commentario sequentis capitis attribuit Galeno inuentionem quartæ syllogismorum figuræ, qua in re fides habetur Auerroi; nam in operibus Galeni, quæ extant, nullam huius rei facit mentionem. Sequuntur Galenum Recentiores aliàs non indocti, quorum sententia his poterit stabiliri fundamentis. Numerus figurarum nascitur ex complicatione medij termini cum extremis, sed hæc est quadruplex; ergo figuræ erunt quattuor. Maior est Aristotelis in superioribus capitibus: & patet ex ipsius figuræ definitione; describitur enim apta complicatio terminorum ad conclusionem inferendam; complicatio autem non est extremorum duntaxat inter se, sic enim complicantur in vna propositione, sed cum medio termino. Minor probatur. Medius terminus aut prædicatur de vtroque extremo, & fit secunda figura, aut vtrique subijcitur, & resultat tertia; aut subijcitur maiori, & prædicatur de minori; aut è contra subijcitur minori, & prædicatur de maiori, & consurgunt aliæ duæ; quod verò ea figura, in qua medium prædicatur de maiori extremo, & subijcitur minori, fit idonea (nam opposita complicatio constituit primam figuram Aristotelicam), ostenditur hoc syllogismo. Omnis homo est animal, omne animal est substantia; ergo quædam substantia est homo; nam animal, quod est medium, prædicatur de homine, qui, cum in conclu-

Opi. Gal. de 4. figura fundet. Auer. Galen.

cluſione prædicetur, eſt maius extremum illius ſyllogiſmi. Deinde hic, & ſimiles ſyllogiſmi inferunt concluſionem vi formæ; & poſſunt probari per reductionem ad priores modos primæ figuræ; ergo efficiunt propriam, & accommodatam ratiocinationis figuram.

Tres tantũ eſſe ſyllogiſmorum figuras aſſeritur.

Ariſtotelica tamen, & vera ſententia eſt, non plures eſſe ſyllogiſmorum figuras, quam tres. Id ſuppoſuit hoc loco Philoſophus; probauitque latè in cap. 22. & 23. huius libri, Auerroes etiam cap. ſequenti, & ceteri Interpretes cum Ariſtotele: vt autem à nobis probetur, vtque appareat vis duarum rationum, quibus vtitur Auerroes; ſciendum eſt,

Ariſtot.

Auerr.

Qui terminus ſit maius extremum, qui minus.

ex tribus terminis, quibus ſyllogiſmus conſtituitur, illum vocari maius extremum, qui præſtantiorem in ſyllogiſmo obtinet locum: illum præſtantiori loco eſſe, qui prædicatione eminet; illum minus præſtanti, qui ſubijcitur; nec enim alia ratio dignitatis in paribus propoſitionum commodior fingi poteſt. Ceterum hæc maior, minorve præſtantia non eodem modo ſpectatur in omnibus figuris; nam in ea diſpoſitione, in qua medius terminus alteri extremo ſubijcitur, & de altero prædicatur, illud extremum eſt maius, quod prædicatur de medio; illud minus, quod eidem ſubijcitur. In reliquis verò diſpoſitionibus, cura vtrũque extremum aut prædicetur, aut ſubijciatur medio, attendenda eſt maior dignitas, vel ex ordine ipſarum propoſitionum, ita vt maius extremum ſit ille terminus, qui collocatur in maiori; minus extremum is, qui ponitur in minori; vel certè ex propoſitione, quæ probanda proponitur; figura enim inuenta eſt ad cõcludendam aliquam propoſitionem nobis oblatam, de cuius veritate dubitatur, ille igitur terminus, qui in quæſtione prædicatur in ſecunda, & tertia figura, maius extremum cenſeri debet.

Poſita aſſertio probatur.

Ex his euidenter concluditur, plures figuras, quam tres omninò eſſe non poſſe; cum fingi nequeat quartus ille modus cõiungendi medium terminum cum extremis. Si enim recte conſtitutum eſt, illud extremum eſſe maius, quod de medio prædicatur, fieri omninò repugnat, vt medius terminus de maiori extremo prædicetur, & minori ſubijciatur; ne minus præſtantem locum maiori extremo concedamus. Vnde colligitur, illum ſyllogiſmum, qui in primo argumento adducitur, eſſe in prima figura, ſed habere præmiſſas tranſpoſitas, & inferre concluſionem indirectam in Baralipton: quem illationis modũ haud Ariſtoteles ignorauit: ſed cum naturalis non ſit, ad indirectos cum ceteris Philoſophis reuocauit. Vocatur verò illiuſmodi illatio non naturalis ab Auerroe, quia nihil minus expectabat ratio naturalis concipiens, quam vt inferetur id, quod ſubijciebatur medio termino, de illo, quod de eodem medio prædicabatur. Ratio enim naturalis poſtulat, vt id, quod affirmatur, aut negatur de aliquo ſubiecto, affirmetur etiam, aut negetur de omnibus ſub eo contentis (quæ ſunt illa duo principia, quibus Ariſtoteles regulauit eam compoſitionem ſyllogiſti; eam, in qua medius terminus alteri extremo ſubijcitur, & de altero prædicatur), quãdo verò id, quod collocatur ſub medio, prædicatur de ea forma, quæ medio ineſt, neceſſariò eſt prædicatio indirecta, & non naturalis.

Auerr.

Naturalis illatio quę ſit.

Obijcitur pro Galeno.

Ecce tibi Medici, vt Galenum propugnent, reclamantes ſatis eſſe trãſpoſitionem præmiſſarum ad variandum modum in eadem figura, ſi retineatur eadem medij conſtitutio; ergo etiam ſufficere ad conſtituendam nouam figuram, ſi medium ſedem mutet, vt in propoſito ſyllogiſmo contingit. Antecedens probant ex Ariſtotele, qui in ſecunda figura duos illos modos poſuit Cæſare & Cameſtres, tanquam diuerſos, at ij nullum aliud diſcrimen habẽt, quam conuerſum earundem propoſitionum ordinem; ac proinde conuerſæ concluſionis illationem; ſi enim ſumantur hi termini: Lapis, Animal, Homo,

Homo, & fiat prior propositio negans, posterior affirmans, constituetur Cæsare, & inferetur; nullus lapis est homo, verbi causa; ijsdem verò assumptionibus mutatis per idem medium animal, concludetur in Camestres; nullus homo est lapis. Idem videre est in duobus modis tertiæ figuræ, Disamis, & Datisi, in quibus eædem sunt propositiones contrario ordine constitutæ, & modò conuertentem inferunt conclusionem, modò conuersam. Addunt

Secundò. secundò falsum esse omnes modos quartæ figuræ constare ex propositionibus primæ transpositis, quamuis enim id in proposito syllogismo verisimile appareat, in hoc tamen est apertè falsum; nulla substantia est quantitas, omnis quantitas est accidens, ergo aliquod accidens non est substantia; si enim propositiones huius syllogismi transponantur, erit minor negatiua, quæ in prima figura nihil concludit; nec responderi potest, hanc conclusionem colligi remotè per suam conuersam, quoniam particularis negatiua, vt scitum est, non conuertitur.

Vera sentẽtia magis explicat, & defenditur.

Potuerunt Medici minus esse solliciti de quattuor figuris in syllogismo, quam de quattuor humoribus in corpore: nec enim, si vna figura destituatur, continuò ægrotabit, vt corpus absque quarto humore. Negamus igitur, parem esse rationem in secunda, & tertia figura, vt varientur modi, atque vt varientur figuræ per illam mutationem medij; nam distinctio modorum in secunda, & tertia figura non sumitur, vti diximus, ex proportione extremorum ad medium; sed vel ex ordine ipsarum propositionum, vel, quod magis probamus, ex prædicato conclusionis, quod semper collocari debet in maiori propositione, vt supra visum est. At in prima figura, cum extrema diiudicentur ex ordine ad medium, quocunque modo se habeant propositiones, semper maius extremum est illud, quod de medio prædicatur. Vnde etiam sequitur, falsò assumi à discipulis Galeni, medium variare sedem respectu extremorum in quarta figura, cum perpetuò prædicetur de minori extremo, & collocetur sub maiori. Hinc etiam patet, syllogismum negatiuum proximè adductum ad primam figuram pertinere; quod enim subijciunt, constare minori negatiua, non probat esse extra primam figuram, sed esse illius modum inutilem, & naturaliter, sed directè nihil colligere: quamuis indirectè inferat conclusionem ibi assignatam. Nec verò ille modus Aristotelem fugit, cum illius mentionem faciat cap. seq. & ab eius discipulis dicitur Fapesmo, & Frisesomorum, si maiorem habeat particularem.

Alio argumento vtitur Auerroes ad quartam figuram demoliendam; quo ostendit, in ea concludi idem de se ipso; quod prosequi omittimus, & quia non habet maiorem vim, quam precedens, & quia ex dictis facilè intelligetur.

Satisfit primæ obiectioni.

Primum verò argumentum pro Galeno abundè solutum est, cum ostenderimus, non posse fieri plures, quam tres complicationes medij cum extremis. Ad secundum respondemus, prædictos syllogismos ita concludere vi formę, vt oblique tantum, & non directè aliquid inferant: figuras autem non constitui per se à Philosophis, præsertim verò ab Aristotele, nisi ex modis naturaliter, & directè concludentibus, quamuis in ijsdem reperiantur indirecti modi, cum quibus, si nominare velint illum, quem vocant quartam figuram, ad primam omninò reuocent, necesse est, vt ex dictis manifestum relinquitur.

Satisfit secundæ.

ARTICVLVS II.

Alia quædam obiecta aduersus numerum figurarum dissoluuntur.

QVamuis difficile non esset ex dictis nonnulla dubia minoris mo-

momenti, quę contra figurarum numerum afferri solent, expedire: plenioris tamen doctrinę causa ea seorsim volumus enodare. Primum est, aliqui dantur syllogismi optimè cõcludentes, qui ad nullam figuram ex tribus spectare possunt, ergo figurarum doctrina non est exacta. Antecedens tribus patet exemplis. Primo; hic est optimus syllogismus; Omne non viuens est non homo, nullus lapis est viuens, ergo nullus lapis est homo; ex oppositio enim consequentis probè colligitur oppositum antecedentis, quod verò iste syllogismus in nulla sit figura, patet; nam in secunda, vel tertia esse nequit, cum medium ponatur inter extrema; si ponatur in prima, cum habeat minorem negantem, oportebit in ea admittere plures modos directos, quam quatuor ab Aristotele numeratos. Secundò: nullum nõ viuens est homo, nullus lapis est viuens, ergo nullus lapis est homo est syllogismus ex duabus negatiuis optimè concludens, ergo deposcit nouam figuram. Tertiò; benè sequuntur, si nullus homo esset sensitiuus, nullus homo esset animal: sed omnis homo est animal, ergo omnis homo est sensitiuus, & tamen hæc ratiocinatio in nulla est figura, cum habeat præmissam negatiuam, & colligat conclusionem affirmantem, contra quod Arist. de tribus figuris statuit.

Primũ obiectum.

Secũdum. Secundum, hic est in Barbara omne intellectiuum est animal, omnis ac solus homo est intellectiuus, ergo omnis, ac solus homo est animal, & tamen conclusio est falsa ex præmissis veris.

Tertium. Tertium: in Darij reperiuntur syllogismi ineptè concludentes; eiusmodi sunt; omne indiuiduum cuiusdam speciei infimæ est homo: aliquis equus est indiuiduum cuiusdam speciei infimæ, ergo aliquis equus est homo. Item, omne animal est corpus: aliqua substantia est animal, ergo aliqua substantia est corpus: huius enim syllogismi conclusio est indirecta, cum tamen Darij modus sit directus.

Quartum; si in Bocardo tertiæ figuræ habeatur ratio solius conclusionis ad diiudicandum maius, & minus extremum, licebit inferre quodcunq. extremum de alio; illud enim, quod in conclusione illatum fuerit, maius semper censebitur; aequi si hoc fiat, dabitur in eo modo antecedens verum, & cõsequens falsum, vt patet in hoc syllogismo; aliquis lapis non est viuens, omnis lapis est substãtia, ergo aliquid viuens non est substantia. Quartum.

In syllogismorum constructione nonnulla obseruanda sunt, ex quibus perfacile erit, proposita argumenta dissoluere. Vnum est, propositiones de prædicato infinito, si sint affirmatiuæ, æquipollere negatiuis; si sint negatiuæ, affirmatiuis. Vnde syllogismi, qui ex illis constant; vt formales sint, contrariam dispositionem habere debent, ac ij, qui ex propositionibus de prædicato finito constituuntur: veluti, si in prima figura ex propositionibus finitis, & absoluris nequit esse minor negatiua; ex infinitis non potest esse affirmatiua, & sic in ceteris. Alterum aduertendum est, non esse admittendam in syllogismo particulam exclusiuam duplici de causa; prima; quia exclusiua habet vim duarum propositionum, per quas exponitur, quarum altera est affirmatiua, altera negatiua, ac proinde plures quam duas præmissas attribuit syllogismo: secunda; quia plerumque est in causa, vt varietur acceptio terminorum, vt contingit in hoc. Omne risibile est animal; omnis, ac solus homo est risibilis: ergo omnis, ac solus homo est animal; quem constat vitiosum esse, ratione illius particulæ exclusiuæ. Demum retinendum est, quod supra docuimus, vniuersales propositiones non esse accipiendas in sensu copulato, sed in copulatiuo; particulares verò non in disiuncto, sed disiunctiuo. Cur particulares disiunctiuè exponendæ sint, ibi diximus; oportere autem vniuersales copulatiuè exponere, hoc exemplo constat. Omnia elementa sunt quattuor; Ex propositionibus infinitis quomodo syllogismi sint constituendi.

Particula exclusiua in syllogismo nõ admittenda.

Vniuersales propositiones copulatiuè, particulares disiunctiuè accipiendæ.

aqua

aqua & terra ſunt elementa; ergo aqua & terra ſunt quatuor: eſt enim vitioſa cõſequentia, quia maior propoſitio non poteſt vera eſſe, niſi in ſenſu copulato.

Diluitur primũ obiectum.

His animaduerſis ad primum obiectum negandum eſt antecedens; & ad primum exemplum reſpõdemus, præterquam quod ille ſyllogiſmus conſtet terminis infinitis, habere quinque terminos; ſcilicet, non viuens, nõ homo, viuens, lapis, homo: quo etiam vitio láborat ſecundus ſyllogiſmus, vt attenditi patebit. Emendaretur tamen, ſi in minore diceretur, nullus lapis eſt non viuens, vt fieri oportet, ne variaretur terminus, qui in maiori ſubiectabatur, tũc enim minor propter prædicatum infinitum æquipolleret affirmatiuæ, alterque modus Barbara. Tertius ſyllogiſmus, ſi aliquid concluderet, illi efficeret ratione cuiuſdam propoſitionis affirmatiuæ in maiori ſubintellectæ. Nam hæc, ſi nullus homo eſſet ſenſitiuus, nullus homo eſſet animal, eſt vera ratione huius, quæ ſupponitur conceſſa, omne animal eſt ſenſitiuũ, cuius etiam merito ſyllogiſmus conſtat vtraque affirmante vniuerſali, ſitque in Barbara.

Diluitur ſecũdum.

Ad ſecundum obiectum patet ex dictis, particulam exclufiuam vitiare illum ſyllogiſmum.

Diluitur tertium.

Ad tertium reſpondetur, illud ſignum, omne, in maiori propoſitione non diſtribuere ſubiectum completè pro omnibus indiuiduis, ratione alterius ſigni conſequentis, cuiuſdam, hoc enim ſignum determinat, omne, ad ſolam ſpeciem humanam, & tunc minor eſt falſa, ſi ſpecies pro eadem ſumatur, ſin accipiatur pro ſpecie equina, erunt quatuor termini. Ad ſecundum ſyllogiſmum eiuſdem obiecti reſpondendum eſt, non eſſe idem propoſitionem, & concluſionem indirectam, quod perperam aliqui ſuſpicantur; vt enim propoſitio ſit indirecta, ſat eſt, vtrũ, quod eſt quaſi forma, prædicetur dicto, quod ſe habet veluti materia, at concluſio indirecta non dicitur, niſi in qua minus extremum de maiori concluditur, quod in propoſito ſyllogiſmo non accidit, vt planum eſt. Ad quartum quid reſpondendum ſit, patebit ex quæſtione ſequenti, vbi explicabitur, an in cæteris figuris à prima modi indirectè concludentes reperiantur.

QVÆSTIO II.

Verum in ſecunda, & tertia figura ſint modi indirectè concludendi.

ARTICVLVS I.

Diuerſa Auctorum ſententia confirmatur.

In prima figura quinq; ſũt modi indirecti.

TAmetſi Ariſtoteles duos tantum modos indirectè concludentes in prima figura conſtituerit, Fapeſmo, Friſeſo, conſentiunt omnes Dialectici, tres alios admittendos eſſe, videlicet, Baralipton, Celantes, & Dabitis. Cur verò Ariſtoteles horum trium modorum non fecerit mentionem, ea ratio reddi poteſt, quoniam cum ſyllogiſmum in his præſertim capitibus, pro ſumptionibus tantum acceperit, non cenſuit modum diuerſum, niſi eum, qui habet ſumptiones diuerſas à modis directis, cuiuſmodi ſunt modi, Fapeſmo, & Friſeſo; nam Baralipton, Celantes, & Dabitis, ſecundum præmiſſas nihil differunt à modis Barbara, Celarent, & Darij, ſolumque differunt penes concluſionem; inferunt enim indirectè conuertentes earum, quas in modi directè concludunt. Dubitatio porro eſt, an in ſecunda & tertia figura reperiantur modi indirecti, quamuis eos prætermiſerit Ariſtoteles.

Sententia affirmans ſuadetur, Scot.

Scotus quæſtione 24. huius libri, & poſt eum nonnulli recentiores affirmatiuam partem ſequuti ſunt, & in

in ſecunda figura quattuor conſtituunt modos indirectos: Cæſare, & Cameſtres, cum indirectè concludunt, Friſeſo, & Bocardo, quem modum ſolus Scotus agnoſcit, & reijcit alium, quem Recentiores vocant Fareſmo; eò quod nihil differat à Cameſtres, niſi quod inferat particulariter, quòd Cameſtres vniuerſaliter colligit. In tertia verò figura ſex collocant modos indirectos; Darapti, Diſamis, Datiſi, Fapeſmo, Friſemo, & Baroco, quem ſolus Scotus admittit.

Primò.

Probatur hæc ſententia primò ex Ariſtotele initio huius ſeptimi capitis; aſſerit enim, cum ſumptiones ita ſe habent, vt maior affirmatiua ſit ſiue vniuerſalis, ſiue particularis; minor autem vniuerſalis negatiua, in omnibus figuris colligi particularem concluſionem, in qua minus extremum negetur de maiori, vbi complexus eſt illos duos modos Fapeſmo, & Friſeſomorum; ergo ex mente Philoſophi concedendi ſunt hi ſaltem duo modi, & cum par ratio ſit eorum, quos adduximus, omnes erũt admittendi.

Secundò.

Secundò; quidquid ſequitur ex conſequente bonæ conſequentiæ, ſequitur ex antecedente; ſed ex cõcluſione, quæ colligitur in Cæſare ſecundæ figuræ, & Darapti tertiæ, ceteriſq. modis enumeratis, colligitur eius conuertens, vt perſpicuũ eſt, ergo eadem colligetur ex iiſdem præmiſſis; atqui ab eiſdem præmiſſis non poſſunt directò colligi conuertens, & conuerſa; ergo altera eſt indirecta conſequutio.

Sotus.

Sotus lib. 3. Summul. ca. 5. & 6. admittit quidem indirectos modos in his figuris, ſed pauciores, quam ceteri.

Sniã negãs probatur autoritate Ariſtot.

Pluribus hodie placet oppoſita ſententia, ſcilicet, in ſecunda, & tertia figura nullos eſſe modos indirectè concludentes; quam doctrinam deſumunt ex Ariſtotele 5. & 6. cap. præcedẽtibus, in quorum primo ſtatuit, maius extremum in ſecunda figura eſſe illum terminum, qui propinquior eſt medio; cùm verò in hac figura medium ſemper prędicetur, is terminus cenſetur illi vicinior, qui perpetuò prædicatur, id eſt non ſolum in præmiſſis, ſed etiam in concluſione; quare in hac figura, quicunque terminus in concluſione prædicetur, ille erit maius extremum. In cap. vero 6. docet, maius extremum tertiæ figuræ eſſe illud, quod magis diſtat à medio, hoc eſt, qui non modò in ſumptionibus, ſed etiam in cõcluſione prædicatur; nam medius terminus in tertia figura perpetuò ſubijcitur; vnde is terminus, qui nec in concluſione ſubiacet, magis à medio remouetur. Hinc euidentem, vt opinantur, rationem deducunt. Modus indirectus eſt ille, in cuius concluſione minus extremum de maiori prædicatur; ſed in ſecunda, & tertia figura id nunquam accidit: ergo nullus modus in eis reperitur, qui indirectè concludat. Maior eſt clara ex ipſius modi indirecti deſcriptione. Minor patet ex doctrina Philoſophi hactenus explicata, ſi enim maius extremum in his figuris eſt, quod in concluſione prædicatur, fieri nunquam poteſt, vt minus de maiori dicatur, eſto, concluſio conuertatur; nimirum, vt in prima figura nequit minus extremum de medio prædicari, & maius ſubijci, cum eo ipſo, quod aliquis terminus de medio prædicatur, fit maius extremum: ita in ſecũda, & tertia nequit minus extremum in concluſione prædicari, quoniam illud extremum, quod prędicatur, maius eſt.

Probatur ratione.

ARTICVLVS II.

Vtraque ſententia probabilis indicatur.

Tres opiniones de maiori extremo in 2. & 3. figu.

HVius quæſtionis reſolutio, vt ex articulo præcedente palam eſt, tota dependet ex cognitione maioris extremi in ſecunda, & tertia figura, qua in re tres omninò ſunt opiniones, vt ſuperius attingebamus. Prima aſſerit, maius extremum eſſe illud, quod in maiori propoſitione collocatur; maiorem verò propoſitionem eſſe, quæ prolationis ordi-

ordine prior producitur. Hanc indicat Scotus loco citato; docet expresse Sotus lib. Summul. 5. c. 5. & 6. Secunda, quam tradunt nonnulli Recentiores, appellat maius extremum eum terminum, qui prædicatur in quæstione; supponunt enim, conclusionem in syllogismo confirmandam prius proponi per modum quæstionis, vt, si quis proponat hanc quæstionem; vtrum nullus lapis sit homo; terminus, homo, est maius extremum: si accipiatur pro medio termino, animal, vt illatio sit naturalis, oportet construere syllogismum in Camestres hoc modo; Omnis homo est animal: nullus lapis est animal; ergo nullus lapis est homo. Si autem quæstio esset, vtrum nullus homo sit lapis, & occurrat idem medium, animal, fiet syllogismus in Cæsare, & non in Camestres, ad hunc modum, nullus lapis est animal, omnis homo est animal; ergo nullus homo est lapis; vbi vides, maius extremum, etsi colligatur ex prædicato quæstionis, perpetuò tamen collocari in maiori propositione. Tertia denique sententia, & quæ ad mentem Philosophi magis accedere videtur, est, maius extremum esse illud, quod in conclusione prædicatur, siue illa sit conuersa, siue conuertens.

Scotus. Sotus.

Iuxta priores duas sẽtentias dãtur modi indirecti.

His positis manifestum est, quid respondendum sit ad quæstionem iuxta has diuersas sententias; nam qui priores duas sequuntur, indirectos modos necessariò admittunt, vt prioris sententiæ argumenta satis confirmant. Cum enim maius extremum sit illud, quod ponitur in maiori, vel quod prædicabatur in quæstione: & conclusio illata in Cesare, Camestres, Darapti, & alijs modis enumeratis conuerti possit simpliciter, ita vt subijciatur, quod erat in maiori, vel quod in quæstione prædicabatur, fit consequens, vt si conclusio conuertatur, illatio sit indirecta. Qui hanc defendent sententiam, ad argumentum pro altera opinione ex Aristotele desumptum respondebit; Aristotelem non explicuisse maius, & minus extremum secundæ, & tertiæ figuræ in tota sua amplitudine, sed in modis tantum directis, & hoc re vera esse, quod prædicatur in conclusione; at si vniuersim loquendum sit, maius extremũ esse, vel qđ in maiori collocatur, vel certè, quod prædicatur in conclusione.

Fundamẽtũ oppositæ sẽtẽtiæ soluitur.

Qui tertiam opinionem de maiori extremo tuebitur, nullum modum indirectum agnoscet, si quis autem videatur indirectè concludere in vno modo; v.g. in Cæsare, eum directè concludere in Camestres; & vice versa eum, qui videtur indirectè concludens in Camestres, directè concludere in Cæsare. Item, qui videtur indirectè colligere in Firesmo, directè colligere in Festino, & qui indirectè in eo modo, quem Scotus appellat Bocardo, colligere directè in Baroco: ceterum sumptiones esse transpositas, & parum interesse, an maior sit priori, an posteriori loco, dummodò contineat in se maius extremum. Pari modo in tertia figura cum modum, qui videtur indirectus in Darapti, esse directum in eodem, sed præmissas esse transpositas: & sic in ceteris eiusdem figuræ modis: aut enim directè concludunt in eodem, in quo videbantur indirectè colligere, aut in alio; vt qui videtur indirectus in Disamis, esse directum in Datisi, &c.

Iuxta tertiam sententiam.

Ad primum verò argumentum prioris sententiæ respondetur, Aristotelem, cum ait, illos duos modos semper indirectè colligere, solum de prima figura locutum fuisse, & postquam ostendit, eos in prima figura indirectè concludere, subiunxit, similiter in ceteris figuris conclusionem efficere, quæ verba sic intelligenda sunt, at si dixisset, eandem conclusionem ex ijdem modis inferri in ceteris figuris: quamuis non oporteat, vt indirectè colligatur; quemadmodum in prima figura, sed directè. Ad secundam fatendum est, id, quod colligitur ex consequente, probè colligi ex antecedente, hoc est, ex ijdem sumptionibus; verum nõ oportere, vt quæ pro-

Satisfit argumentis primæ sententiæ.

positio maior erat in prima consequentia, eadem in secunda sit maior, sed vti inuertuntur prædicatum, & subiectum conclusionis, ita commutatas esse præmissas.

Iudicium Autoris de prædictis sententijs.

Ex his opinionibus secũda est expeditior; sed prima videtur verior: tum propter locum Aristotelis, quẽ posterior non plenè explicat, nã post illa verba, (similiter in ceteris figuris) reddit rationem in hoc verba (sẽper enim fit per conuersionem syllogismus) hoc est, fit syllogismus, in quo conuersa conclusio infertur, vt docet eo loco Auerroes appellãs syllogismum qui ex illis sumptionibus in quauis figura colligitur, non naturalem, qui merito dicitur indirectus; tum quia, si maius extremum colligẽdum esset ex conclusione, liceret in his figuris quècunq; terminũ de alio inferre, quod quamuis verum sit, cũ conclusio est vniuersalis negatiua, aut particularis affirmatiua, propter earum conuersionem; tamen, cũ est particularis negatiua, vno tantũmodo licet inferre, scilicet illum terminum, qui in maiori, de eo, qui est in minori, vt patet in exemplo adducto superiori quæstione in vltimo argumento in modo Bocardo; falsò quippe concludas; aliquis lapis non est viuens, omnis lapis est substantia, ergo aliquod viuens non est substantia; rectè tamen, ergo aliqua substãtia non est viuens. Quamquam ad hoc responderi posset, si maius extremũ sit, quod in conclusione prædicatur, in aliquo modo necessariò prædicari certum terminum, illum nimirum, qui in præmissis negabatur, & hunc esse maius extremum; in alijs posse vtrumque indifferenter prædicari, & maioris extremi vice defungi.

EXPLANATIO CAPITIS OCTAVI.

SVMMA CAPITIS.

Orditur à modalib. de necesse.

ABsoluta explicatione syllogismorum constantium enunciationibus absolutis, aggreditur tractationem eorum, qui ex modalibus enunciationibus constituuntur; orditurus à modis ex necessario, qui nobiliores sunt, sicuti id, quod necessariò, ac semper est, cum cetera paria sunt, præstantiorem habet existendi modum.

COMMENTARIVS. CAP. VIII.

Tria sunt genera syllogismorum.

Quæ sit syllogismorũ materia, & forma.

QVoniam autem diuersum est] Ostendit, triplex esse syllogismorum genus pro triplici distinctione propositionum. Vt enim propositiones aliæ simplices sunt, aliæ ex necessario; aliæ ex contingenti: ita & syllogismi. Constant autem modales syllogismi sua materia, & forma. Materia proxima sunt propositiones, remota termini, item forma eorundem similiter ex figura, & modo constat: habenteq. triplicẽ figurã, vt absoluti, licet non eoldẽ prorsus modus oẽs sortiantur.

QVoniam a autem diuersum est inesse, & ex necessitate inesse, & contingere inesse (multa enim insunt quidem, non ex necessitate tamen, alia vero neque ex necessitate, neque insunt omninò, contingunt autem inesse.) Manifestum, quod & syllogismus vnusquisque horum diuersus erit: & non similiter se habentibus terminis: sed hic quidem ex necessarijs, ille verò ex inexistentibus, ille autem ex contingentibus.

b *In necessarijs quidem igitur fermè similiter se habet & in his, quæ insunt:*

c *eodem enim modo positis terminis,*

Digitiz Google

Duplex est syllogismus modalis.

b *In necessarijs quidem*] Syllogismi modales duplices sunt. Vel enim eiusdem generis propositionibus solum constant, hoc est, omnibus ex necessario, & hi simplices dicuntur; vel ex propositionibus diuersi generis, nempe ex vna de necesse, & altera absoluta, vel ex vna de necesse, & altera de contingenti, aut alia simili complicatione, & misti appellantur. Docet ergo, in his syllogismis, qui constant ex propositionibus de necesse, eodem fermè pacto colligi conclusiones, quo in modalibus, nisi quod propositionum modificatione distinguuntur.

Statuitur concluſ.

c *Eodem enim modo*] Statuit hanc conclusionem: si vtraque præmissa sit de necesse, similiter colligitur cõclusio in omnibus figuris, atque si vtraque sit absoluta; & eodem pacto syllogismi perfecti regulantur per duo illa principia, dici de omni, & dici de nullo, reducunturque imperfecti ad perfectos; quia, inquit, enunciationis de necesse eandem conuersionis legem subeunt, quam absolutæ.

& in ijs quæ insunt, & in ijs, quæ ex necessitate insunt, vel non insunt, erit & non erit syllogismus: præterquam quod differunt in eo, quod adiacet terminis ex necessitate ineſſe, vel non ineſſe; namque & primatium similiter conuertitur, & in toto esse, & de omni similiter assignabimus: in alijs igitur eodem pacto ostendetur per conuersionem, quod conclusio est necessaria: quemadmodum in eo quod est ineſſe. d *In media autem figura quando fuerit vniuersale affirmatiuum: particulare verò priuatiuum, & rursum in tertia, quando vniuersale quidem predicatiuum, particulare verò primatiuum, non similiter erit demonstratio: sed necesse est exponentes, cui alicui vtrumque non ineſt, de hoc facere syllogismum: erit enim necessarium, & in his: si autem de expositio necessaria est, & de illo quodam: nam hoc quod est expositum, ipsum quidem illud aliquid est: fit autem vterque syllogismorum in propria figura.*

CAP.

Qui syllogismi reduci nequeant.

d *In media autem*] Admonet Baroco & Bocardo non posse reduci ostensiuè ad modos perfectos, quemadmodum nec poterant reduci, cum præmissæ erant absolutæ: posse tamen probari Bocardo per syllogismum expositorium; adde, posse etiam probari per deductionem ad impossibile. Sed

Obiectio.

obijciet aliquis, hic syllogismus est in Darapti; necesse est omne grammaticum esse sciens, necesse est, omne grammaticum esse hominem: ergo necesse est, aliquem hominem esse grammaticum scientem, & tamen præmissæ sunt veræ, & conclusio falsa, ergo, &c.

Dilutio.

Respondendum est tamen, saltem illam minorem propositionem non esse simpliciter necessariam, vt patet ex ijs, quę alibi in hoc libro docuimus.

CAPITIS IX. EXPLANATIO

De mixtis ex vna necessaria, & altera absoluta in prima figura.

COMMENTARIVS. CAP. IX.

Circa syllogismum cõpositũ in 1. fig. aliquę statuũtur concl.

EXplicato simplici syllogismo ex necessarijs constante, sequitur disputatio de eo, qui ex altera sumptione absoluta, altera necessaria componitur. Subijcit ergo nonnullas conclusiones, quarum prima est.

CONtingit autem quandoque, & altera propositione necessaria existente, necessarium fieri syllogismum; veruntamen non vtcunque, sed quæ ad maius extremum: vt si A quidem sumptum est, ineſſe ipsi B ex necessitate, aut

In

Sſ 2 non

Digitized by Google

1 In prima figura, ſi altera ſumptio ſit ex neceſſario, & altera abſoluta, colligitur concluſio ex neceſſario, non tamen, ſi vtrauis ſit ex neceſſario, ſed maior, vt, ſi neceſſe eſt, omne animal eſſe ſubſtantiam, & omnis homo eſt animal, neceſſe erit, omnem hominẽ eſſe ſubſtantiam; item, ſi neceſſe, eſt, nullum animal eſse lapidem, & omnis equus eſt animal, neceſse erit, nullum equum eſse lapidem, quod probatur cõmunib. illis principijs, dici de omni, & dici de nullo. Nam ſi omne animal neceſsariò eſt ſubſtantia, & homo continetur ſub animali, neceſsariò omnis homo erit ſubſtãtia. Item, ſi neceſsariò nullum animal eſt lapis, & equus eſt ſpecies animalis, neceſsariò nullus equus erit lapis.

2 2 *Si autem* A. B.] Si maior non ſit ex neceſsario, ſed abſoluta, & minor ex neceſsario, non colligi concluſionem ex neceſsario, patet ex incommodo, quod ſequitur, ſi .n. talis concluſio inferretur, vtique ex ipſa concluſione, & ex minori de neceſse colligeretur propoſitio particularis ex neceſsario in prima, & tertia figura; ſiquidem oſtẽſum iam eſt, ex duabus ſumptionibus de neceſse ſemper inferri concluſionem de neceſse, vt, ſi quis ita argumentetur: Omne B eſt A. omne C neceſsariò eſt B. ergo omne C neceſsariò eſt A. Ex hac concluſione & minore ita licet argumẽtari. Omne C neceſsariò eſt A. omne C neceſsariò eſt B, ergo aliquod B neceſsariò eſt A. Idem colligitur in prima figura, ſi minor conuertatur, at enim id, quod colligitur, verum non eſt: poteſt enim propoſitio, quamuis vera ſit, non tamen eſse neceſsaria, vt potè ſi ſumatur in rebus contingẽtibus, qualis eſt hęc; omne animal vigilat, vbi particularis ex neceſsariò nempe aliquod animal neceſsariò vigilat, falſa eſt. Patetque res apertior in hoc exemplo; omne animal mouetur, omnis homo neceſsariò eſt animal; igitur omnis homo neceſsariò mouetur; vbi concluſionis falſitas manifeſta eſt.

3 b *Similiter autem.*] Eadem ratio erit, ſi maior ſit negatiua; non enim ſemper concluſio rectè colligetur, vt, nullum animal currit, neceſse eſt, omnem hominem eſse animal, ergo neceſse eſt, nullum hominem currere; vbi concluſio neceſsariò falſa eſt, quamuis abſoluta vera eſset.

4 c *In ſyllogiſmis verò.*] Docet, ſi ſumptio vniuerſalis fuerit ex neceſsariò, colligi concluſionẽ ex neceſsariò, non tamen, ſi ſumptio particularis fuerit ex ne-

non ineſſe: B verò ipſi C ineſſe ſolum, ſic enim ſumptis propoſitionibus, ex neceſſitate A inerit ipſi C, aut non inerit. Quoniam enim omni B ex neceſſitate inęſt, aut non ineſt A: ipſum verò C aliquid eſt eorum, quæ ſunt B, manifeſtum, quod & C, ipſi ex neceſſitate erit horum alterum. 2 *Si autem A, B quidem non eſt neceſſarium B: C verò neceſſarium, non erit concluſio neceſſaria: nam ſi eſt contingens A, B, alicui ineſſe ex neceſſitate, & per primam, & per tertiam figuram, ſed hoc falſum. Contingit enim B tale eſſe, cui nullo accidit ineſſe A. Præterea & ex terminis palam quòd non erit concluſio neceſſaria: vt ſi A quidem ſit motus, B autem animal, in quo autem C, homo: namque homo animal ex neceſſitate eſt: verum mouetur animal non ex neceſſitate: neque homo.*

b *Similiter autem & ſi priuatiuum ſit A, B, eadem enim demonſtratio.*

c *In ſyllogiſmis verò, qui in parte ſi quod vniuerſaliter quidem eſt neceſſarium, & concluſio erit neceſſaria: ſi autem quod in parte non neceſſarium, neque priuatiua neque prædicatiua exiſtẽte vniuerſaliter propoſitione. Si autem primò vniuerſaliter neceſſaria, & A quidem omni B inſit ex neceſſitate, B verò alicui C ſolum, inſit: neceſſe vtique A alicui C ineſſe ex neceſſitate, nam C ſub B eſt: B verò omni A inerat ex neceſſitate.* d *Similiter autem & ſi priuatiuus ſit ſyllogiſmus: eadem enim erit demonſtratio;* e *ſi autem, quod ſecundum partem eſt neceſſarium, non erit concluſio neceſſaria: nullum enim impoſſibile euenit, quemadmodum neque in vniuerſaliter ſyllogiſmis. Similiter autem, & in priuatiuis. Termini, motus, animal, album.*

ex necessario: rectè enim sequitur; necesse est, omne animal viuere, aliquod corpus est animal, ergo necesse est, aliquod corpus viuere; quod ostenditur communi illo principio, dici de omni; nam si omne animal necessariò viuit, & aliquod corpus sub animali continetur, necessariò consequitur, vt aliquod corpus ex necessitate viuat.

d *Similiter autem*] Eadem, inquit, ratio est in syllogismo negatiuo, nam si necesse est, nullum animal esse lapidem, & aliquod corpus est animal, necesse erit, aliquod corpus non esse lapidem, quod probatur per principium dici de nullo.

Respõsio. e *Si autem, quod secundum partem est*] Si minor, inquit, quæ est particularis, fuerit ex necessario, non colligetur conclusio ex necessario, sed absoluta; quia si hæc colligatur, nihil inde falsum, nec impossibile eueniet; quemadmodum nec, si ex minori vniuersali de necesse colligatur conclusio absoluta; si enim colligatur conclusio vniuersalis ex necessario, ostensum iam fuit, sequi falsam conclusionem, si ex minore colligatur particularis conclusio de necesse. Eadem autem ratio est in negatiuis. Termini idonei ad vtramque, affirmatiuam scilicet, & negatiuam sunt motus, animal, album.

Dubium. Theophr. Eudæm. Disceptatio est inter Aristotelis Interpretes hoc loco, quonam pacto verum sit, ex syllogismo in prima figura constante maiori ex necessario, & minori absoluta inferri conclusionem ex necessario. Theophrastus, & Eudæmus Aristotelis discipuli non dubitarunt, hac in re magistri sententiam deserere, eo potissimum argumento, quod in ea forma detur antecedens verum, & consequens falsum, vt in hoc exemplo patet. Necesse est, omne currens moueri, quidam homo currit: ergo necesse est, quendam hominem moueri. Hæc tamen obiectio facile dissolui poterit ab eo, qui dixerit, Aristotelem in priori parte tantum loqui de enunciationibus absolutis, in quibus positæ conclusionis prædicatum necessariò conuenit subiecto: In posteriori autem parte loqui de omnibus propositionibus absolutis. Patet autem, prædicatum illius minoris non necessariò conuenire subiecto.

EXPLANATIO CAPITIS X.

De mixtis ex vna necessaria, & altera absoluta in secunda figura.

COMMENTARIVS. CAPVT X.

De eodem syllogis. mo in 2. figura. 1. Concl.

IN 2 *secunda autem figura*] Dissecit, quonam pacto se habeat in secunda figura ratiocinatio ex altera sumptione de necesse, & altera absoluta, statuitq. duas cõclusiones, quarum prima est; si vniuersalis negatiua fuerit de necesse; & vniuersalis, aut particularis affirmatiua fuerit de inesse, colligitur conclusio de necesse in Cæsare, Camestres, & Festino. In Cesare, vt necesse est, nullum lapidem esse animal, & omnis homo est animal, ergo necesse est, nullũ hominẽ esse lapidem. Confirmatur autem hæc colligendi ratio, quia conuersa maiori in terminis, fit syllogismus in prima figura ex maiori de necesse, vt,

IN 2 secunda autem figura si priuatiua quidem propositio est necessaria, & conclusio erit necessaria; si verò predicatiua, non necessaria. Sit enim primum priuatiua necessaria, & A nulli contingat B, ipsi verò C solum insit: quoniam itaque conuertitur priuatiuum, & B nulli A contingit, A verò omni inest, quare nulli C contingit B, namque C sub A est. b *Similiter autem & si ad C ponatur priuatiuum; nam si A nulli C contingit, & C nulli A continget; A verò omni inest B, quare nulli B contingit C. Fit enim prima figura rursus, non igitur neque B ipsi C, conuertitur enim similiter. Si autem predicatiua propositio est necessaria, non erit conclusio ne-*

Digitized by Google

vt, necesse est, nullum animal esse lapidem, omnis homo est animal, ergo necesse est, nullum hominem esse lapidem. Hanc autem collectionem in prima figura rectè se habere ex eo patet, quia demonstratur per commune principium dici de nullo. Nam si necesse est, nullum animal esse lapidem; & omnis homo sub animali continetur, necesse erit, nullum hominem esse lapidem.

Alex. Aduerte hoc loco cum Alexãdro, Arist. hoc capite loco pronuntiare de necesse cum verbo negato sumere pronuntiatum modi contingentis negati, quia nempe idem valet; nullum B contingit esse A. & necesse est, nullum B esse A: continentur enim hæc pronũciata in tertio ordine, qui dicitur Iliace, vt constat ex ijs, quæ in libro de Interpret. dicta sunt. Burana reprehendit hac in re Alexandrum iens, illi pronunciato, nullum B contingit esse A. non æquipollere hoc, necesse est, nullum B esse A. sed potius illud, necesse est aliquod B nõ esse A. propterea quod in quarto modo de necesse mutetur qualitas pronunciatorum in quouis ordine ex illis quatuor. Sed non videtur Burana satis perspexisse, quid diceret; nãque in illis ordinibus in quarto modo mutatur quantitas propositionis, quo ad modum enunciandi dumtaxat, non quo ad sensum. Etenim, cum omnes quatuor propositiones omninò æquipollentes sint, eandem prorsus quantitatem habere debent. Itaque huic, nullum B necesse est esse A, æquipollet hæc, non contingit, aliquod B esse A. quæ quo ad modum enunciandi particularis videtur, propter notam particularem, aliquod. Verum, quia nota negationis antecedit, reddit notam dictam vniuersalem negantem; quandoquidem non aliquod idem valet, ac nullum ex tri-

Carpitur à Burana Alexãder.

Impugnat Buranæ responsio.

a Dialectic orum regula.

Necarem placet, quod ait Burana, vsurpari hoc loco ab Arist. contingens pro necessario. Nam si ita res se haberet: hæc propositio, nullum B contingit esse A. idest, nullum B necesse est esse A. æquipolleret con-

tingenti,

rasse mia: ita sit enim A omni B ex necessitate, C verò nulli ipsi solum. Conuerso itaque primitiuo prima efficitur figura: ostensum est autem, A omni B ex necessitate, C verò nulli ipsi solum. Conuerso itaque primitiuo prima efficitur figura; ostensum est autem in prima, quod non necessaria existente primitiua, quæ ad maius, neque reuersa est necessaria: quare nec in hac erit ex necessitate. Præterea, si conclusio est necessaria, contingit C alicui A non inesse ex necessitate. Si enim B nulli C inest ex necessitate, neque C nulli B erit ex necessitate, ipsum verò B alicui A necesse est inesse: siquidem & A omni B necessitate inerat: quare & C necesse est alicui A non inesse, sed nihil prohibet A huiusmodi accipere, cui omni C ipsum contingit inesse. Præterea & terminos exponentem mouebat licere, quòd conclusio nunquam sit simpliciter necessaria, sed his existentibus necessarijs: vt si animal B homo: C verò album & propositiones similiter sint acceptæ. Contingit enim, animal nulli albo inesse, & hominem vtique nulli inerit albo, sed non ex necessitate, contingit enim, hominem seni album, non tamen omne animal nulli insit albo. Quare his quidem existentibus, necessaria erit conclusio, simpliciter autem non necessaria. c *Similiter autem se habebit & in syllogismis in parte: quum enim primitiua propositio, & vniuersaliter fuerit, & necessaria, & conclusio erit necessaria: quando autem predicatiua & vniuersaliter fuerit, & necessaria, primitiuus autem secundum partem non necessaria, non erit conclusio necessaria. Si enim primitiua priuatiua, & vniuersaliter necessaria, & A nulli B contingat inesse, alicui verò C insit. Quoniam itaque conuertitur priuatiua, & B nulli A contingit inesse, A verò alicui C insit: quare ex necessitate B alicui C non inerit.* d *Rursus si predicatiua vniuersaliter, & necessaria, & primitiua B prædicationis, si contingat A omni B ex necessitate inesse: C verò alicui non insit. Quod itaque non inerit B alicui C manifestum. Sed non ex necessitate: idem namque terminis erunt ad demonstrationem, qui & in vniuersa-*

libus

tingenti, pertineretq. ad ſecundum ordinem, quia idem valet, ac non eſt neceſſe, vllum B eſſe A. quæ æquipollet illi, contingens eſt, nullum B eſſe A. Ariſtoteles autem in hoc capite non agit de enunciationibus contingentibus verbi negati, ſed de neceſſarijs.

ſalibus ſyllogiſmis, ſed neque ſi priuatiuum neceſſarium acceptum ſit in parte, eſt concluſio neceſſaria, nam per eoſdem terminos, demonſtratio.

CAP.

b *Similiter autem eiſi ad* C.] Pari modo, inquit, in Cameſtres rectè fit ratiocinatio, vt, omnis homo eſt animal, neceſſe eſt, nullum lignum eſſe animal, ergo neceſſe eſt, nullum lignum eſſe hominem. Patet, quia minori ſimpliciter conuerſa, & tranſmutatis ſumptionibus, fiet ſyllogiſmus in prima figura, vbi ex maiori de neceſſe, ea nimirum, in quam hæc conuertitur, vt, neceſſe eſt, nullum animal eſſe lignum, omnis homo eſt animal; ergo neceſſe eſt, nullum hominem eſſe lignum. Vnde infertur, neceſſe eſt, nullum lignum eſſe hominem.

Secunda concluſio.

c *Similiter autem ſe habebit*] In ſyllogiſmis particularem concluſionem inferentibus, ita ſe rem habere, inquit: ſi ſit vniuerſalis negatiua de neceſſe, & affirmatiua particularis de ineſſe, rectè colligitur concluſio particularis de neceſſe in Feſtino, vt, neceſſe eſt, nullam arborem eſſe animal, aliquod viuens eſt animal; ergo neceſſe eſt, aliquod viuens non eſſe arborem. Probatur, quia conuerſa maiori, fiet ratiocinatio in quarto modo primæ figuræ, nempe in Ferio, ex maiori de neceſſe: vt, neceſſe eſt, animal eſſe arborem, aliquod viuens eſt animal; ergo neceſſe eſt, aliquod viuens non eſſe arborem: ſi autem minor fuerit affirmatiua de neceſſe, non colligitur concluſio de neceſſe, quia facta reuocatione ad primam figuram minor erit de neceſſe, ex qua non rectè colligitur concluſio de neceſſe, vt in ſuperioribus oſtenſum fuit.

d *Rurſus ſit prædicatiua*] Si maior vniuerſalis affirmatiua ſit de neceſſe, & minor particularis negatiua de ineſſe, poteſt quidem rectè colligi concluſio de ineſſe in Baroco, non tamen de neceſſe.

CAPITIS XI. EXPLANATIO.

De mixtis ex altera neceſſaria, & altera de neceſſe in tertia figura.

COMMENTARIVS. CAP. XI.

De eodem ſyllogiſmo in 3. figura. 1. Concl.

OStendit, in tertia figura in modo Datapti ex vna præmiſſa de neceſſe, & altera abſoluta inferri concluſionem de neceſſe, & in Felapton maiori de neceſſe, & minori abſoluta inferri cõcluſionem de neceſſe, in reliquis verò, præterquam in Bocardo, ſequi etiam concluſionẽ de neceſſe, dummodò præmiſſa vniuerſalis ſit de neceſſe; aliter enim tantum ſequitur concluſio abſoluta. In Bocardo verò quæcunq; præmiſſa ſit de neceſſe, ait, ſequi concluſionem abſolutam, & non de neceſſe.

IN poſtrema autem figura, vniuerſalibus quidem exiſtentibus terminis ad medium, & amba propoſitiones prædicatiua, ſi vterlibet neceſſarius exiſtat, & concluſio erit neceſſaria. Si autem hæc quidem prædicatiuum, illud verò priuatiuum ſit, quando priuatiuum quidem fuerit neceſſarium, & concluſio erit neceſſaria; quando autem prædicatiuum, non erit neceſſaria.

a *Sint enim primum amba prædicatiua propoſitiones, & A, B, omni C inſit, neceſſarium verò ſit A C. Quoniam igitur B omni C ineſt, & C alicui B in-*

Obij- Sſ 4 erit a

Obiectio. Obijciet tamen aliquis; rectè sequitur in Bocardo, necesse est, aliquod animal non esse hominem, & omne animal est viuens, ergo necesse est, aliquod viuens non esse hominem: si enim non sequitur, contradictoria consequentis erit vera cum antecedente, nempe, non necesse est, aliquod viuens non esse hominem: ac proinde hæc eius æquipollens in primo quadrato, possibile est, omne viuens esse hominem, & omne animal esse viuens: ergo possibile est, omne animal esse hominem, quæ repugnat maiori prioris syllogismi, scilicet, necesse est, aliquod animal non esse hominem. Huic obiectioni occurrendum est, eum minor est in materia necessaria, rectè colligi conclusionem de necesse, vt probat argumentum, quia tamẽ in qualibet materia non colligitur, ideò negasse Aristotelem, probè inferri, videlicet in qualibet materia.

Occurritur obiectioni.

a. Concl. a *Sint enim primum amba.*] In Darapti si maior sit de necesse, & minor de inesse, colligitur conclusio de necesse, vt, necesse est, omnem hominem esse animal, & omnis homo est substantia, ergo necesse est, aliquam substantiam esse animal. Probatur, quia conuersa minori in partem, fit syllogismus in prima figura ex maiori de necesse, vt, necesse est, omnẽ hominem esse animal, aliqua substantia est, homo, ergo necesse est, aliquam substãtiam esse animal; quam colligendi rationem bonam esse, demonstratur primò illo principio, quia omnis homo necessariò est animal, & aliqua substantia sumitur sub homine, ex quo fit, vt aliqua substãtia necessariò sit animal. Eadem ratione demonstrabitur, si minor fuerit de necesse, sequitur, conclusio de necesse, vt, omnis homo est animal, necesse est, omnem hominem esse substãtiam, ergo necesse est, aliquam substantiam esse animal.

Cõfirmatur similiter per primam figuram, non tamen est conuertenda minor, vt in priori, sed maior; & minor constituenda est loco maioris, vt maneat semper idem pronũciati de necesse,

rit: eò quod vniuersale secundum partem conuertitur: quare si omni C ineſt A ex neceſſitate, & C alicui B, neceſſariũ eſt A alicui B ineſſe: nã B ſub C eſt. Fit igitur rurſus prima figura. Conſimiliter oſtendetur, & ſi E C eſt neceſſarium, conuertitur enim C cum aliquo A, quare ſi omni C B, ex neceſſitate ineſt, & A alicui B inerit ex neceſſitate. Rurſum ſit A, C, quidem primatinum B, C, verò affirmatiuum, primatiuum autem neceſſarium. Quoniam igitur conuertitur affirmatiuum, inerit C alicui B, A verò nulli C ex neceſſitate: neque B alicui inerit A ex neceſſitate; nam B ſub C eſt.

b *Si autem ſit predicatiuum neceſſarium, non erit concluſio neceſſaria. Sit enim B C predicatiuum & neceſſarium, A C verò primatiuum, & non neceſſarium, quoniam igitur conuertitur affirmatiuum, inerit & C alicui B ex neceſſitate. Quare ſi A nulli C, C verò alicui B, A alicui B non inerit, ſed nõ ex neceſſitate: oſtenſum eſt enim in prima figura, quod primatiua propoſitione non neceſſaria exiſtente, neque concluſio erit neceſſaria. Amplius per terminos planum fieri poſſet. Sit enim A bonum: B animal: C verò equus, contingit igitur bonum nulli equo ineſſe, animal autem neceſſe omni equo ineſſe, ſed non neceſſe, aliquod animal non eſſe bonum, ſiquidem contingit, omne bonum eſſe. Sin autem non hoc poſſibile, ſed vigilare, aut dormire terminum ponendum; omne namque animal horum eſt ſuſceptiuum. Si igitur termini vniuerſaliter ad medium ſint, dictum eſt, quando erit concluſio neceſſaria.*

c *Si verò hic quidem vniuerſaliter, illa autem in parte vtriſque predicatiuis exiſtentibus, ſi vniuerſale ſit neceſſariũ, & concluſio erit neceſſaria. Demonſtratio verò eadem qua & prius, conuertitur enim & predicatiuum in parte. Si itaq; neceſſe eſt, B omni C ineſſe, à vero ſub C eſt, neceſſe eſt, B alicui A ineſſe, ſed ſi B alicui A, & A alicui B ineſſe neceſſarium, conuertitur enim.*

d *Similiter & ſi A C ſit neceſſarium vniuerſaliter exiſtens, nam B ſub C, eſt.* e *Si verò, quod in parte neceſſarium eſt, non erit concluſio neceſſaria:*

neceſſe, & in prima figura maior ſit de neceſſe hunc in modum : neceſſe eſt, omnem hominem eſſe ſubſtantiam, aliquod animal eſt homo, igitur neceſſe eſt, aliquod animal eſſe ſubſtantiam ; vnde infertur, neceſſe eſt, aliquam ſubſtantiam eſſe animal, ſi autem ſit prædicatum neceſſarium in ſecundo modo, id eſt, Felapton, ſi maior negatiua ſit de neceſſe, ſequitur concluſio de neceſſe, vt, neceſſe eſt, nullum hominem eſſe lapidem, omnis homo eſt corpus; ergo neceſſe eſt, aliquod corpus non eſſe lapidem. Probatur, quia conuerſa minori fit ſyllogiſmus in quarto modo primæ figuræ de maiori de neceſſe, vt, neceſſe eſt, nullum hominem eſſe lapidem, aliquod corpus eſt homo, igitur neceſſe eſt, aliquod corpus non eſſe lapidem: quæ collectio vim habet ex cõmuni illo principio, dici de nullo. Etenim, ſi neceſſe eſt, nullũ hominem eſſe lapidem, & aliquod corpus continetur ſub homine, neceſſe erit, aliquod corpus non eſſe lapidem.

3. Concl. b *Si autem ſit prædicatum*] Si minor affirmatiua ſit de neceſſe, & maior negatiua de ineſſe, non colligitur concluſio de neceſſe, vt, ſi termini ſumantur, bonum, animal, equus, & ſit vera hæc maior, nullus equus eſt bonus, quia, cum ſit contingens, vera eſſe poteſt, fiet hæc ratiocinatio ; nullus equus eſt bonus : neceſſe eſt, omnem equum eſſe animal, ergo neceſſe eſt, aliquod animal non eſſe bonum; quę concluſio falſa eſt, quia fieri poteſt, vt omne animal ſit bonum.

Præceden tis concl. extenſio. c *Si verò hic quidem*] Perſequitur inſtitutũ in ſyllogiſmis, in quibus altera præmiſſa eſt particularis, docetq. in primis, ſi ex duabus affirmatiuis vniuerſalis ſit de neceſſe, & particularis de ineſſe, ſequi concluſionẽ de neceſſe; quod eodẽ pacto oſtenditur, atq; in modis vniuerſalibus; cõuerſa n. particulari, fit ſyllogiſmus in prima figura, ex maiori vniuerſali ; in primis. n. cum maior eſt particularis, ita licebit ratiocinari in Diſamis, aliquod animal eſt equus, neceſſe eſt

ceſſaria : ſit enim B C, in parte & neceſſarium, A verò omni C inſit, non tamen ex neceſſitate, conuerſo igitur B C prima efficitur figura, & vniuerſalis quidem propoſitio non neceſſaria, quæ autem in parte neceſſaria, ſed cum ita ſe habeant propoſitiones, non erat concluſio neceſſaria, quare nec in his. Amplius & ex terminis in manifeſtum ; ſit enim A quidem vigilatio, B bipes, in quo autem C, animal: B igitur alicui C neceſſe eſt ineſſe, A verò omni C contingit, & A ipſi B non neceſſarium, non enim neceſſe eſt, aliquem bipedem dormire vel vigilare. Similiter autem & per eoſdem terminos oſtendetur, etſi A C ſit in parte & neceſſarium. Si verò hic quidem terminorum ſit prædicatiuus, ille autem priuatiuus, quando vniuerſale priuatiuum ſit & neceſſarium, & concluſio erit neceſſaria, ſi enim A nulli C ex neceſſitate cõtingit, C B verò alicui ineſt, neceſſe eſt A alicui B non ineſſe, quando aũt affirmatiuum neceſſarium poſitum ſit vniuerſaliter exiſtens, aut in parte, aut priuatiuum ſecundum partem, non erit concluſio neceſſaria, ſed alia quidem eadem, & quæ in prioribus, dicemus, termini verò quando ſit vniuerſale prædicatum neceſſarium, vigilatio, animal, homo : medium homo, quando autem in parte prædicatiuum ſit neceſſarium, vigilatio, animal, album; neceſſe namque eſt, animal alicui albo ineſſe; vigilatio autem contingat nulli, & non neceſſe alicui animali non ineſſe vigilationẽ, ſed quando priuatiuum in parte exiſtens neceſſarium ſit bipes motum, animal medium animal. Planum itaque, quod inexiſtendi ſyllogiſmus non eſt, niſi vtraque ſint propoſitiones inexiſtentes : ſed neceſſarij eſt, & cum altera ſolum ſit neceſſaria. In vtriſque verò, et cum prædicatiui & cum priuatiui ſyllogiſmi ſint, neceſſe, alteram propoſitionem ſimilem eſſe concluſioni : dico autem ſimilem ſi inexiſtens, inexiſtẽtem: ſi autem neceſſaria, neceſſariam: quare & hoc manifeſtum, quod non poterit concluſio aut neceſſaria, aut inexiſtens eſſe, niſi accipiatur neceſſaria, aut inexiſtens propoſitio. De neceſſario itaque quemodo ſit, & quam habet ad exiſtens differentiam, dictum eſt quaſi ſufficienter.

CAP.

omne animal esse substantiam, ergo necesse est, aliquam substantiam esse equum. Probatur, quia conuersa maiori, & transmutatis præmissis fit ratiocinatio in prima figura: necesse est, omne animal esse substantiam, aliquis equus est animal, igitur necesse est, aliquem equum esse substantiam, & per conuersionem, necesse est, aliquam substantiam esse equum, quę erat prior conclusio.

d *Similiter etsi*] Eadem est ratio colligendi, quando maior est vniuersalis de necesse, vt in Darisi, vt, necesse est, omne animal esse sensus particeps, aliquod animal est equus, igitur necesse est, aliquem equum esse participem sensus. Nam conuersa minori, aliquis equus est animal, infertur eadem conclusio in prima figura, vbi probatur per principium, dici de omni, quia necesse est, omne animal esse sensus particeps, & equus continetur sub animali, quod si enunciatio particularis sit de necesse, non infertur conclusio de necesse, vt in contextu probatur.

Concl. 4. e *Si verò quod in parte*] In Ferison colligitur conclusio de necesse, si maior sit de necesse, non autem si minor, quod ostendi potest eisdem rationibus, quibus alij modi comprobati sunt, nimirum reuocatione ad primam figuram; si minor sit particularis affirmatiua de necesse.

EXPLANATIO XII. CAPITIS

De contingenti non necessariò.

COMMENTARIVS.

CAPVT XII.

Quid sit contingẽs presse sũptum.

PRiusquam tradat regulas syllogismorum constantium vtraque præmissa, aut altera de contingenti, definit cõtingens presse sumptum, de quo solo in præsenti agitur. Ait ergo, contingens esse id, quod cum non sit necesarium, si tamen ponatur inesse, nullum sequitur impossibile: probat autem, contingens nec esse necesarium, nec impossibile, ac proinde eo posito, nullum sequi impossibile, quia non contingens esse est impossibile esse, & necessarium non esse, vt patet in tertio quadrato, ergo contingens esse, quod est eius contradictorium, erit etiam non impossibile esse, & non necessarium non esse. Sed obijcies, in hac probatione sumitur contingens in communi, vt est idem, quod possibile; sic enim accipiebatur in modalibus, sed hic Aristotel. loquitur de contingenti presse sumpto, ergo inepta est hæc probatio.

Obiectio.

Dilutio. Occurrendum, propterea, quod ex contingenti presse sumpto sequitur

DE contingenti verò post hæc dicamus, quando, & quomodo, & per quæ erit syllogismus. Dico autem contingere, & contingens, quod cum non sit necessarium, si tamen ponatur inesse, nihil erit propter hoc impossibile: namque necessarium aquiuocè contingere dicimus. Quod autem hæc est contingens, manifestum, & ex negationibus, & affirmationibus oppositis, nam non contingit inesse, & impossibile inesse, & necesse non inesse, aut eadem sunt, aut consequentia se inuicem: quare & opposita his contingit esse, & non impossibile esse, & non necesse non esse, aut eadem sunt, aut consequentia se inuicem: de omni enim affirmatio aut negatio: erit igitur contingens non necessarium, & non necessarium contingens.

a *Accidit autem, omnes, quæ secundum contingens sunt, propositiones conuerti inter se: dico autem non affirmatiuas cum negatiuis, sed quæcunque affirmatiuam habent figuram, secundum oppositionem, vt contingere inesse: cum eo quod est contingere non inesse, & omnis con-*

Digitized by Google

tur contingens in commune: ideò, dum Aristoteles probat contingens in commune esse non impossibile, & non necessarium non esse, ex consequenti probare, contingens præsè acceptum esse non impossibile, & non necessarium.

Quo pacto cõuertãtur propositiones de contingẽti præsè sumpto. Diuisio cõtingentis supra definiti.

a *Actidit autem*] Asserit, propositiones de contingenti præsè sumpto conuerti ad oppositam qualitatem, quod probat, quia contingens ita sumptum non est necessarium: quare, quod ita contingit esse, contingit etiam non esse, & quod contingit non esse, potest quoque esse.

b *Determinatis verò*] Distribuit contingens supra definitum in contingens aptum natum, id est, quod frequentius fit; potest tamen non euenire, quia in re à necessario deflectit: Si tamen impedimenta adimantur, dicetur quodammodò necessarium: & in contingens indefinitum, siue incertum, quod duo sub se membra continet, id nimirum, quod rarò contingit, & id, quod æquè potest cadere in vtramque partem.

Contingẽtis conuersio varia.

c *Conuertitur*] Art. propositiones de contingenti apto nato, conuerti ad oppositam qualitatem in propositiones de contingenti indefinito. Enimverò, quod frequentius contingit esse, rarò contingit non esse; enunciationes autem de contingenti indefinito, quod æquè euenire, & non euenire potest, conuerti in propositiones de contingenti etiam indefinito; quod similiter potest æquè euenire, & non euenire.

De cõtingẽti ad vtrumlibet non est scientia.

d *Scientia verò*] Admonet, in contingentibus indefinitis nec versari scientiam, nec demonstrationem, quia, cum medium in ea materia non habeat certam aliquam rationem, non magis natum est conuenire, quam non conuenire; proindeque ex eo non magis hoc, quam contrarium colligere fas erit.

De cõtingenti vt plurimum est scientia.

e *De aptè verò natis*] De ijs contingentibus, quæ maiori ex parte ita eueniunt, dari potest scientia, & demonstratio. Namque bona pars naturalis Philosophiæ in ijs posita est, & in disputationibus, consultationibusque

contingere cum eo, quod est nulli contingere, & non omni, & alicui, cum eo, quod est, alicui non. Eodem autem modo, & in alijs. Quoniam enim, quod est contingens, non est necessarium: non necessarium verò possibile est, non inesse, planum quod si contingit A ineſſe B, contingit, & non ineſſe, est omni contingit ineſſe, & omni contingit non ineſſe. Similiter autem, & in affirmationibus, in parte namque eadem demonstratio; verum tales propositiones affirmatiuæ sunt, & non priuatiuæ; contingit enim ad similitudinem ipsius esse ordinatas, quemadmodum dictum est prius.

b *Determinatis verò his, rursus dicamus, quod contingere secundum binos dicimus modos: vno quidem, quod vt plurimum fit, & deficit necessarium, vt canescere homini, vel augeri, aut minui: vel omninò, quod aptum natum est esse: hoc enim non continuum quidem habet necessarium: eo quod non semper est homo: existente tamen homine, aut ex necessitate, aut vt in pluribus est. Aliud autem indefinitum: quod & sic et non sic possibile: vt ambulare animal, aut ambulante motum terra fieri, aut omninò quod à fortuna fit, nihil enim magis: sic aptum est natum, quam in contrarium.*

c *Conuertitur itaque & secundum oppositas propositiones vtrumque contingentium: non tamen eodem modo, sed quod natum est esse ei, quod est, non ex necessitate ineſſe: sic enim contingit, non canescere hominem: indefinitum autem ei, quod est, nihil magis sic, quam illo modo.*

d *Scientia verò nec syllogismus demonstrationis de ipsis quidem infinitis non est, eo quòd inordinatum est medium.*

e *De aptè verò natis est: & ferè rationes, & consideraciones sunt de sic contingentibus: de illis autem accidit quidem, fieri syllogismum, non tamen conſtanter quare. Hæc igitur magis determinabuntur in sequentibus. Sed nunc dicemus, quando, & quomodo, & quis erit syllogismus, ex contingentibus propoſitionibus.*

f *Quoniam autem contingere huic ineſſe dupliciter est accipere: aut enim, cui ineſt hoc, aut cui contingit ipſum*

busque ea sæpissimè spectantur. Sed & de contingentibus indefinitis fieri ratiocinatio potest, sed ea in quæstionem adduci non solent, qua de re in primo libro Posteriorum, vbi explicabitur, cur ea, quę casu, & fortuitò eueniunt, in verâ demonstrationem & scientiam non cadant.

Duo subijciuntur principia regulatiua in 1. figura.

f *Quoniam autem*] Subijcit duo principia regulatiua syllogismorum de contingenti in prima figura, quæ respondent illis de inesse, nimirum dici de omni, & dici de nullo. Ait ergo, hanc propositionem: Contingit, omne B esse A, duplicem habere sensum. Prior est, omne id, cui competit B, contingenter est A. Posterior est, omne id, cui contingenter competit B, contingenter est A. similiter hanc propositionem negatiuam contingit, nullum B esse A. geminum habere sensum. Alter est; contingit, vt nulla res, cui competit B sit A. alter est, contingit, vt nulla res, cui contingenter competit B, sit A. Istiusmodi principijs secundum priorem sensum spectatis regulantur syllogismi primæ figuræ, qui constant altera sumptione de contingenti, & altera de inesse: per eadem verò in posteriori sensu regulantur syllogismi compositi ex vtraque præmissa de contingenti.

sume ineſſe, A, namque contingere de quo B, horũ alterum significat: aut de quo dicitur B, aut de quo contingit dici: de quo autem B, A, cõtingere, aut omni B, possibile ineſſe A, nihil differt. Manifestum igitur, quod bifariã dici posset, A contingere omni B ineſſe. Primũ igitur dicamus, si de quo C contingit B, & de quo B contingit A, quis erit, & qualis syllogiſmus: sic enim & propoſitiones vtraq; sumẽtur ſecundum contingere; quum verò de quo B ineſt A, contingat: illa quidem inexiſtens, illa autem contingens. Quare ab ijs, quæ conſimilis ſunt figuræ, incipiendum, quemadmodum & in alijs.

EXPLANATIO XIII. CAPITIS

De Syllogiſmis ex Ambabus contingentibus in prima figura.

COMMENTARIVS.

CAPVT XIII.

Octo esse modos vtiles in prima figura.

DOcet, in prima figura ex vtraque præmissa vniuersali, aut minori particulari, & maiori vniuersali, & de contingenti rectè colligi conclusionem, siue vtraque sumptio sit affirmatiua, siue negatiua, siue altera affirmatiua, altera negatiua. Vnde fiunt octo modi vtiles in prima figura, reliqui verò octo ex maiori particulari, & minori vniuersali, aut vtraque particulari inutiles sunt. Fit autem bonus syllogismus ex vtraque de contingenti negatiua, quia istiusmodi propositiones conuertuntur per oppositam qualitatem in affirmatiuas.

Singulorũ explicationem in-

a *Quando itaque A omni contingit B*] Incipit à syllogismo in Barbara, atque ex vtraque sumptione affirma-

Quando itaque A omni contingat B, & B omni C, erit syllogiſmus perfectius: quod A omni C contingit ineſſe. Hoc autem manifeſtum ex definitione: contingere namque omni ineſſe ſic dicebamus.

b *Similiter autem & ſi A quidem contingit nulli B, B verò contingit omni C, quod A contingit nulli C. Nam de quo B contingit A, non contingere, hoc erat nullum omittere contingentium, quæ ſub B. Quum verò A omni B contingat: B verò nulli contingat C: per ſumptas quidem propoſitiones nullus fit ſyllogiſmus. Conuerſa autem B C, ſecundum contingere idem erit, qui prius: nam quoniam contingit B nulli C ineſſe, contingit & omni ineſſe. Hoc autem dictum eſt prius, quare ſi B quidem om-*

Digitized by Google

choat à Barbara.

firmatiua, & vniuersali de contingenti sequi conclusionem vniuersalem affirmatiuam de contingenti, vt, contingens est, omnem vigilantem moueri; contingens est, omnem hominem esse vigilantem, ergo contingens est, omnem hominem moueri. Probatur per commune illud principium, dici de omni. Nam si contingit, omnem vigilantem moueri, nihil contingit accipi sub vigilante, cui non contingat inesse motum.

b *Similiter autem & si A.*] Simili ratione se habet syllogismus in Celarent, vt, contingit, nullum vigilans moueri, cõtingit, omnem hominem vigilare, ergo contingit, nullum hominem moueri. Ostenditur per principium dici de nullo, si enim contingit, nullum vigilans moueri, quidquid contingit accipi sub vigilante, contingit non moueri.

ni C, A verò omni B rursus idem efficietur syllogismus. Consimiliter & si ad vtraq. propositiones negatio ponatur cum eo, quod est contingere: dico autem, vt si A nulli contingit B, & B nulli C, per sumptas enim propositiones, nullus fit syllogismus: conuersis verò rursus idem erit, qui prius. Manifestum est igitur, quod negatione posita ad minus extremum, vel ad vtrasque propositiones, aut non fit syllogismus, aut fit quidem, sed non perfectus: ex conuersione namq; concluditur necessarium. Si autem hae quidem propositionũ vniuersaliter acceptæ fit, illa verò in parte, vniuersali posita ad maius extremum, syllogismus erit perfectus: nam, si A omni contingit B. B autem alicui C. A alicui C contingit: hoc autem manifestum ex definitione eius, quòd est de omni contingere. Rursus, si A contingit nulli B. B autem alicui C contingit inesse: necesse est, A contingere alicui C non inesse, demonstratio autem eadem. Si verò propositio in parte priuatiua sumatur, vniuersalis autẽ affirmatiua: positione verò consimiliter sese habeant, vt A quidem omni B contingit: B verò alicui C contingit non inesse: per assumptas quidem propositiones non fit manifestus syllogismus. Verum si eam, quæ in parte est, conuerterimus, & ponamus, B alicui C contingere inesse, eadem erit conclusio, quæ & prius, quemadmodum in his, quæ à principio. Quod si quæ ad maius extremum in parte sumatur, quæ verò ad minus vniuersaliter: sive vtraque affirmatiua sumantur, sive priuatiua, sive non consimilis figura, sive vtreque indefinite, aut secundũ partem, nullo modo erit syllogismus: nihil enim prohibet B transcendere A, & non prædicari de aquis: in quo autem B transcendit A, accipiatur C: huic enim neque omni, neque nulli, neque alicui, neque non alicui contingit A inesse. Siquidem conuertuntur propositiones, secundum contingere, & B pluribus contingit, quam A inesse. Amplius & ex terminis planum: ita namque se habentibus propositionibus primum vltimo, & nulli contingit: et omni ex necessitate inesse. Termini verò communes omnium, quod ex necessitate insit, animal, album, homo. Quod non contingit, animal, albũm. Manifestum igitur, quod hoc modo se habentibus terminis nullus fit syllogismus. Aut enim inexistendi, aut ex necessitate, aut contingendi omnis est syllogismus: quod quidem inexistendi, ac necessarij non fit planum: affirmatiuus enim priuatiuo tollitur: priuatiuus autem affirmatiuo: superest igitur, vt contingendi sit: hoc autem impossibile. Ostensum enim est, quod ita terminis se habentibus, & omni postremo necesse est primum, & nulli contingit inesse: quare esse non potest contingendi syllogismus: necessarium namque non erit contingens. Manifestum itaque, & quod si vniuersaliter termini extiterint in contingentibus propositionibus, semper fit syllogismus in prima figura, sive sint prædicatiui, sive priuatiui: verum ex prædicatiuis quidem perfectus, ex priuatiuis autem imperfectus. Oportet autem contingere sumere non in necessarijs: sed secundum dictam determinationem: plerumque autem latet, quod tale est.

Digitized by Google

1 In prima figura, ſi altera ſumptio ſit ex neceſſario, & altera abſoluta, colligitur concluſio ex neceſſario, non tamen, ſi vtrauis ſit ex neceſſario, ſed maior, vt, ſi neceſſe eſt, omne animal eſſe ſubſtantiam, & omnis homo eſt animal, neceſſe erit, omnem hominẽ eſſe ſubſtantiam; item, ſi neceſſe, eſt, nullum animal eſse lapidem, & omnis equus eſt animal, neceſse erit, nullum equum eſse lapidem, quod probatur cõmunib. illis principijs, dici de omni, & dici de nullo. Nam ſi omne animal neceſsariò eſt ſubſtantia, & homo continetur ſub animali, neceſsariò omnis homo erit ſubſtãtia. Item, ſi neceſsariò nullum animal eſt lapis, & equus eſt ſpecies animalis, neceſsariò nullus equus erit lapis.

2 *Si autem* A. B.] Si maior non ſit ex neceſsario, ſed abſoluta, & minor ex neceſsario, non colligi concluſionem ex neceſsario, patet ex incommodo, quod ſequitur, ſi .n. talis concluſio inferretur, vtique ex ipſa concluſione, & ex minori de neceſse colligeretur propoſitio particularis ex neceſsario in prima, & tertia figura; ſiquidem oſtẽſum iam eſt, ex duabus ſumptionibus de neceſse ſemper inferri concluſionem de neceſse, vt, ſi quis ita argumentetur: Omne B eſt A. omne C neceſsariò eſt B. ergo omne C neceſsariò eſt A. Ex hac concluſione & minore ita licet argumẽtari. Omne C neceſsariò eſt A. omne C neceſsariò eſt B, ergo aliquod B neceſsariò eſt A. Idem colligitur in prima figura, ſi minor conuertatur, at enim id, quod colligitur, verum non eſt: poteſt enim propoſitio, quamuis vera ſit, non tamen eſse neceſsaria, vt potè ſi ſumatur in rebus contingẽtibus, qualis eſt hęc; omne animal vigilat, vbi particularis ex neceſsariò nẽpe aliquod animal neceſsariò vigilat, falſa eſt. Patetque res apertior in hoc exemplo; omne animal mouetur, omnis homo neceſsariò eſt animal; igitur omnis homo neceſsariò mouetur; vbi concluſionis falſitas manifeſta eſt.

3 b *Similiter autem.*] Eadem ratio erit, ſi maior ſit negatiua; non enim ſemper concluſio rectè colligetur, vt, nullum animal currit, neceſse eſt, omnem hominem eſse animal, ergo neceſse eſt, nullum hominem currere; vbi concluſio neceſsariò falſa eſt, quamuis abſoluta vera eſset.

4 c *In ſyllogiſmis verò.*] Docet, ſi ſumptio vniuerſalis fuerit ex neceſsariò, colligi concluſionẽ ex neceſsariò, non tamen, ſi ſumptio particularis fuerit ex ne-

non ineſſe: B verò ipſi C ineſſe ſolum, ſic enim ſumptis propoſitionibus, ex neceſſitate A inerit ipſi C, aut non inerit. Quoniam enim omni B ex neceſſitate ineſt, aut non ineſt A: ipſum verò C aliquid eſt eorum, quæ ſunt B. manifeſtum, quod & C, ipſi ex neceſſitate erit horum alterum. a *Si autem A, B quidem non eſt neceſſarium B: C verò neceſſarium, non erit concluſio neceſſaria: nam ſi eſt contingens A, B, alicui ineſſe ex neceſſitate, & per primam, & per tertiam figuram, ſed hoc falſum. Contingit enim B tale eſſe, cui nulli accidit ineſſe A. Præterea & ex terminis palam quòd non erit concluſio neceſſaria: vt ſi A quidem ſit motus, B autem animal, in quo autem C, homo: namque homo animal ex neceſſitate eſt: verum mouetur animal non ex neceſſitate: neque homo.*

b *Similiter autem & ſi priuatiuum ſit A, B, eadem enim demonſtratio.*

c *In ſyllogiſmis verò, qui in parte ſi quod vniuerſaliter quidem eſt neceſſarium, & concluſio erit neceſſaria: ſi autem quod in parte non neceſſarium, neque priuatiua neque predicatiua exiſtẽte vniuerſaliter propoſitione. Si autem primò vniuerſaliter neceſſaria, & A quidem omni B inſit ex neceſſitate, B verò alicui C ſolum, inſit: neceſſe vtique A alicui C ineſſe ex neceſſitate, nam C ſub B eſt: B verò omni A inerat ex neceſſitate.* d *Similiter autem & ſi priuatiuus ſit ſyllogiſmus: eadem enim erit demonſtratio;* e *ſi autem, quod ſecundum partem eſt neceſſarium, non erit concluſio neceſſaria: nullum enim impoſſibile euenit, quemadmodum neque in vniuerſaliter ſyllogiſmis. Similiter autem, & in priuatiuis. Termini, motus, animal, album.*

Digitized by Google

ex necessario: rectè enim sequitur; necesse est, omne animal viuere, aliquod corpus est animal, ergo necesse est, aliquod corpus viuere; quod ostenditur communi illo principio, dici de omni; nam si omne animal necessariò viuit, & aliquod corpus sub animali continetur, necessariò consequitur, vt aliquod corpus ex necessitate viuat.

d *Similiter autem*] Eadem, inquit, ratio est in syllogismo negatiuo, nam si necesse est, nullum animal esse lapidem, & aliquod corpus est animal, necesse erit, aliquod corpus non esse lapidem, quod probatur per principium dici de nullo.

Respõsio. e *Si autem, quod secundum partem est*] Si minor, inquit, quæ est particularis, fuerit ex necessario, non colligetur conclusio ex necessario, sed absoluta; quia si hæc colligatur, nihil inde falsum, nec impossibile eueniet; quemadmodum nec, si ex minori vniuersali de necesse colligatur conclusio absoluta; si enim colligatur conclusio vniuersalis ex necessario, ostensum iam fuit, sequi falsam conclusionem, si ex minore colligatur particularis conclusio de necesse. Eadem autem ratio est in negatiuis. Termini idonei ad vtramque, affirmatiuam scilicet, & negatiuam sunt motus, animal, album.

Dubium. Theophr. Eudæm. Disceptatio est inter Aristotelis Interpretes hoc loco, quonam pacto verum sit, ex syllogismo in prima figura constante maiori ex necessario, & minori absoluta inferri conclusionem ex necessario. Theophrastus, & Eudæmus Aristotelis discipuli non dubitarunt, hac in re magistri sententiam deserere, eo potissimum argumento, quod in ea forma detur antecedens verum, & consequens falsum, vt in hoc exemplo patet. Necesse est, omne currens moueri, quidam homo currit: ergo necesse est, quendam hominem moueri. Hæc tamen obiectio facile dissolui poterit ab eo, qui dixerit, Aristotelem in priori parte tantum loqui de enunciationibus absolutis, in quibus positæ conclusionis prædicatum necessariò conuenit subiecto: In posteriori autem parte loqui de omnibus propositionibus absolutis. Patet autem, prædicatum illius minoris non necessariò conuenire subiecto.

EXPLANATIO CAPITIS X.

De mixtis ex vna necessaria, & altera absoluta in secunda figura.

COMMENTARIVS. CAPVT X.

De eodem syllogismo in 2. figura. 2. Concl.

IN 2 *secunda autem figura*] Dixerit, quonam pacto se habeat in secunda figura ratiocinatio ex altera sumptione de necesse, & altera absoluta, statuitq. duas cõclusiones, quarum prima est; si vniuersalis negatiua fuerit de necesse; & vniuersalis, aut particularis affirmatiua fuerit de inesse, colligitur conclusio de necesse in Cæsare, Camestres, & Festino. In Cesare, vt necesse est, nullum lapidem esse animal, & omnis homo est animal, ergo necesse est, nullũ hominẽ esse lapidem. Confirmatur autem hæc colligendi ratio, quia conuersa maiori in terminis, fit syllogismus in prima figura ex maiori de necesse, vt,

IN 2 *secunda autem figura si priuatiua quidem propositio est necessaria: & conclusio erit necessaria: si verò prædicatiua, non necessaria. Sit enim primum priuatiua necessaria, & A nulli contingat B, ipsi verò C solum insit: quoniam itaque conuertitur priuatiuum, & B nulli A contingit, A verò omni inest, quare nulli C contingit B, namque C sub A est.* b *Similiter autem & si ad C ponatur priuatiuum: nam si A nulli C contingit, & C nulli A continget; A verò omni inest B, quare nulli B contingit C, fit enim prima figura rursus, non igitur neque B ipsi C, conuertitur enim similiter. Si autem prædicatiua propositio est necessaria, non erit conclusio ne-*

Digitized by Google

tingenti, pertineretq. ad ſecundum ordinem, quia idem valet, ac non eſt neceſſe, vllum B eſſe A. quæ æquipollet illi, contingens eſt, nullum B eſſe A. Ariſtoteles autem in hoc capite non agit de enunciationibus contingentibus verbi negati, ſed de neceſſarijs.

ſalibus ſyllogiſmis, ſed neque ſi primatium neceſſarium accepeum ſit in parte, eſt concluſio neceſſaria, nam per eoſdem terminos, demonſtratio.

CAP.

b *Similiter autem aiſi ad* C.] Pari modo, inquit, in Cameſtres rectè fit ratiocinatio, vt, omnis homo eſt animal, neceſſe eſt, nullum lignum eſſe animal, ergo neceſſe eſt, nullum lignum eſſe hominem. Patet, quia minori ſimpliciter conuerſa, & tranſmutatis ſumptionibus, fiet ſyllogiſmus in prima figura, vbi ex maiori de neceſſe, ea nimirum, in quam hæc conuertitur, vt, neceſſe eſt, nullum animal eſſe lignum, omnis homo eſt animal; ergo neceſſe eſt, nullum hominem eſſe lignum. Vnde infertur, neceſſe eſt, nullum lignum eſſe hominem.

Secunda concluſio.

c *Similiter autem ſe habebit*] In ſyllogiſmis particularem concluſionem inferentibus, ita ſe rem habere, inquit: ſi ſit vniuerſalis negatiua de neceſſe, & affirmatiua particularis de ineſſe, rectè colligitur concluſio particularis de neceſſe in Feſtino, vt, neceſſe eſt, nullam arborem eſſe animal, aliquod viuens eſt animal; ergo neceſſe eſt, aliquod viuens non eſſe arborem. Probatur, quia conuerſa maiori, fiet ratiocinatio in quarto modo primæ figuræ, nempe in Ferio, ex maiori de neceſſe: vt, neceſſe eſt, animal eſſe arborem, aliquod viuens eſt animal; ergo neceſſe eſt, aliquod viuens non eſſe arborem: ſi autem minor fuerit affirmatiua de neceſſe, non colligitur concluſio de neceſſe, quia facta reuocatione ad primam figuram minor erit de neceſſe, ex qua non rectè colligitur concluſio de neceſſe, vt in ſuperioribus oſtenſum fuit.

d *Rurſus ſit prædicatiua*] Si maior vniuerſalis affirmatiua ſit de neceſſe, & minor particularis negatiua de ineſſe, poteſt quidem rectè colligi concluſio de ineſſe in Baroco, non tamen de neceſſe.

CAPITIS XI. EXPLANATIO.

De mixtis ex altera neceſſaria, & altera de neceſſe in tertia figura.

COMMENTARIVS. CAP. XI.

De eodem ſyllogiſmo in 3. figura. 1. Concl.

OStendit, in tertia figura in modo Darapti ex vna præmiſſa de neceſſe, & altera abſoluta inferri concluſionem de neceſſe, & in Felapton maiori de neceſſe, & minori abſoluta inferri cõcluſionem de neceſſe, in reliquis verò, præterquam in Bocardo, ſequi etiam concluſionẽ de neceſſe, dummodò præmiſſa vniuerſalis ſit de neceſſe; aliter enim tantum ſequitur concluſio abſoluta. In Bocardo verò quæcunq; præmiſſa ſit de neceſſe, ait, ſequi concluſionem abſolutam, & non de neceſſe.

IN poſtrema autem figura, vniuerſalibus quidem exiſtentibus terminis ad medium, & amba propoſitiones prædicatiua, ſi vterlibet neceſſarius exiſtat, & concluſio erit neceſſaria. Si autem hoc quidem prædicatiuum, illud verò primatium ſit, quando primatium quidem fuerit neceſſarium, & concluſio erit neceſſaria; quando autem prædicatiuum, non erit neceſſaria.

a *Sint enim primum amba prædicatiua propoſitiones, & A, B, omni C inſit, neceſſarium verò ſit A C. Quoniam igitur B omni C ineſt, & C alicui B in-*

Obij- Si 4 erit a

Obiectio. Obijciet tamen aliquis; rectè sequitur in Bocardo, necesse est, aliquod animal non esse hominem, & omne animal est viuens, ergo necesse est, aliquod viuens non esse hominem: si enim non sequitur, contradictoria consequentis erit vera cum antecedente, nempe, non necesse est, aliquod viuens non esse hominem: ac proinde hæc eius æquipollens in primo quadrato, possibile est, omne viuens esse hominem, & omne animal esse viuens: ergo possibile est, omne animal esse hominem, quæ repugnat maiori prioris syllogismi, scilicet, necesse est, aliquod animal non esse hominem. Huic obiectioni occurrendum est, cum minor est in materia necessaria, rectè colligi conclusionem de necesse, vt probat argumentum, quia tamẽ in qualibet materia non colligitur, ideò negasse Aristotelem, probè inferri, videlicet in qualibet materia.

Occurritur obiectioni.

a. Concl. a *Sint enim primum amba.*] In Darapti si maior sit de necesse, & minor de inesse, colligitur conclusio de necesse, vt, necesse est, omnem hominem esse animal, & omnis homo est substantia, ergo necesse est, aliquam substantiam esse animal. Probatur, quia conuersa minori in partem, fit syllogismus in prima figura ex maiori de necesse, vt, necesse est, omnẽ hominem esse animal, aliqua substantia est, homo, ergo necesse est, aliquam substãtiam esse animal; quam colligendi rationem bonam esse, demonstratur primò illo principio, quia omnis homo necessariò est animal, & aliqua substantia sumitur sub homine, ex quo fit, vt aliqua substãtia necessariò sit animal. Eadem ratione demonstrabitur, si minor fuerit de necesse, sequitur, conclusio de necesse, vt, omnis homo est animal, necesse est, omnem hominem esse substãtiam, ergo necesse est, aliquam substantiam esse animal.

Cõfirmatur similiter per primam figuram, non tamen est conuertenda minor, vt in priori, sed maior; & minor constituenda est loco maioris, vt maneat semper idem pronũciati de necesse,

erit: eò quod vniuersale secundum partem conuertitur: quare si omni C inest A ex necessitate, & C alicui B, necessariũ est A alicui B inesse: nã B sub C est. Fit igitur rursus prima figura. Consimiliter ostendetur, & si E C est necessarium, conuertitur enim C cum aliquo A, quare si omni C B, ex necessitate inest, & A alicui B inerit ex necessitate. Rursum sit A, C, quidem primatiuum B, C, verò affirmatiuum, primatiuum autem necessarium. Quoniam igitur conuertitur affirmatiuum, inerit C alicui B, A verò nulli C ex necessitate: neque B alicui inerit A ex necessitate; nam B sub C est.

b *Si autem sit predicatiuum necessarium, non erit conclusio necessaria. Sit enim B C predicatiuum & necessarium, A C verò primatiuum, & non necessarium, quoniam igitur conuertitur affirmatiuum, inerit & C alicui B ex necessitate. Quare si A nulli C, C verò alicui B, A alicui B non inerit, sed nõ ex necessitate: ostensum est enim in prima figura, quod primatiua propositione non necessaria existente, neque conclusio erit necessaria. Amplius per terminos planum fieri posset. Sit enim A bonum: B animal: C verò equus, contingit igitur bonum nulli equo inesse, animal autem necesse omni equo inesse, sed non necesse, aliquod animal non esse bonum, siquidem contingit omne bonum esse. Sin autem non hoc possibile, sed vigilare, aut dormire terminum ponendum; omne namque animal horum est susceptiuum. Si igitur terminis vniuersaliter ad medium sint, dictum est, quando erit conclusio necessaria.*

c *Si verò hic quidem vniuersaliter, illa autem in parte vtrisque predicatiuis existentibus, si vniuersale sit necessariũ, & conclusio erit necessaria. Demonstratio verò eadem qua & prius, conuertitur enim & predicatiuum in parte. Si itaq; necesse est, B omni C inesse, à vero sub C est, necesse est, B alicui A inesse, sed si B alicui A, & A alicui B inesse necessarium, conuertitur enim.*

d *Similiter & si A C sit necessarium vniuersaliter existens, nam B sub C, est.* e *Si verò, quod in parte necessarium est, non erit conclusio necessaria:*

neceſſe, & in prima figura maior ſit de neceſſe hunc in modum : neceſſe eſt, omnem hominem eſſe ſubſtantiam, aliquod animal eſt homo, igitur neceſſe eſt, aliquod animal eſſe ſubſtantiam ; vnde infertur, neceſſe eſt, aliquam ſubſtantiam eſſe animal, ſi autem ſit prædicatum neceſſarium in ſecundo modo, id eſt, Felapton, ſi maior negatiua ſit de neceſſe, ſequitur concluſio de neceſſe, vt, neceſſe eſt, nullum hominem eſſe lapidem, omnis homo eſt corpus; ergo neceſſe eſt, aliquod corpus non eſſe lapidem. Probatur, quia conuerſa minori fit ſyllogiſmus in quarto modo primæ figuræ de maiori de neceſſe, vt, neceſſe eſt, nullum hominem eſſe lapidem, aliquod corpus eſt homo, igitur neceſſe eſt, aliquod corpus non eſſe lapidem: quæ collectio vim habet ex cõmuni illo principio, dicẽ de nullo. Etenim, ſi neceſſe eſt, nullũ hominem eſſe lapidem, & aliquod corpus continetur ſub homine, neceſſe erit, aliquod corpus non eſſe lapidem.

3. Concl. b *Si autem ſit prædicatum*] Si minor affirmatiua ſit de neceſſe, & maior negatiua de ineſſe, non colligitur concluſio de neceſſe, vt, ſi termini ſumantur, bonum, animal, equus, & ſit vera hæc maior, nullus equus eſt bonus, quia, cum ſit contingens, vera eſſe poteſt, fiet hæc ratiocinatio; nullus equus eſt bonus: neceſſe eſt, omnem equum eſſe animal, ergo neceſſe eſt, aliquod animal non eſſe bonum; quę concluſio falſa eſt, quia fieri poteſt, vt omne animal ſit bonum.

Præcedentis concl. extenſio. c *Si verò hic quidem*] Perſequitur inſtitutũ in ſyllogiſmis, in quibus altera præmiſſa eſt particularis, docetq. in primis, ſi ex duabus affirmatiuis vniuerſalis ſit de neceſſe, & particularis de ineſſe, ſequi concluſionẽ de neceſſe; quod eodẽ pacto oſtenditur, atq; in modis vniuerſalibus; cõuerſa n. particulari, fit ſyllogiſmus in prima figura, ex maiori vniuerſali; in primis. n. cum maior eſt particularis, ita licebit ratiocinari in Diſamis, aliquod animal eſt equus, neceſſe eſt

ceſſaria : ſit enim B C, in parte & neceſſarium, A verò omni C inſit, non tamen ex neceſſitate, conuerſo igitur B C prima efficitur figura, & vniuerſalis quidem propoſitio non neceſſaria, quæ autem in parte neceſſaria, ſed cum ita ſe habeant propoſitiones, non erat concluſio neceſſaria, quare nec in his. Amplius & ex terminis in manifeſtum ; ſit enim A quidem vigilatio, B bipes, in quo autem C, animal: B igitur alicui C neceſſe eſt ineſſe, A verò omni C contingit, & A ipſi B non neceſſarium, non enim neceſſe eſt, aliquem bipedem dormire vel vigilare. Similiter autem & per eoſdem terminos oſtendetur, etſi A C ſit in parte & neceſſarium. Si verò hic quidem terminorum ſit prædicatiuus, ille autem priuatiuus, quando vniuerſale priuatiuum ſit & neceſſarium, & concluſio erit neceſſaria, ſi enim A nulli C ex neceſſitate cõtingit, C B verò alicui ineſt, neceſſe eſt A alicui B non ineſſe, quando aũt affirmatiuum neceſſarium poſitum ſit vniuerſaliter exiſtens, aut in parte, aut priuatiuum ſecundum partem, non erit concluſio neceſſaria, ſed alia quidem eadem, & quæ in prioribus, ſtcemus, termini verò quando ſit vniuerſale prædicatum neceſſarium, vigilatio, animal, homo : medium homo, quando autem in parte prædicatiuum ſit neceſſarium, vigilatio, animal, album; neceſſe namque eſt, animal alicui albo ineſſe; vigilatio autem contingat nulli, & non neceſſe alicui animali non ineſſe vigilationẽ, ſed quando priuatiuum in parte exiſtens neceſſarium ſit bipes motum, animal medium animal. Planum itaque, quod inexiſtendi ſyllogiſmus non eſt, niſi vtraque ſint propoſitiones inexiſtentes : ſed neceſſarij eſt, & cum altera ſolum ſit neceſſaria. In vtriſque verò, et cum prædicatiui & cum priuatiui ſyllogiſmi ſint, neceſſe, alteram propoſitionem ſimilem eſſe concluſioni : dico autem ſimilem ſi inexiſtens, inexiſtẽtem: ſi autem neceſſaria, neceſſariam: quare & hoc manifeſtum, quod non poterit concluſio aut neceſſaria, aut inexiſtens eſſe, niſi accipiatur neceſſaria, aut inexiſtens propoſitio. De neceſſario itaque quomodo ſit, & quam habet ad exiſtens differentiam, dictum eſt quaſi ſufficienter.

CAP.

omne animal esse substantiam, ergo necesse est, aliquam substantiam esse equum. Probatur, quia conuersa maiori, & transmutatis præmissis fit ratiocinatio in prima figura: necesse est, omne animal esse substantiam, aliquis equus est animal, igitur necesse est, aliquem equum esse substantiam, & per conuersionem, necesse est, aliquam substantiam esse equum, quę erat prior conclusio.

d *Similiter etsi*] Eadem est ratio colligendi, quando maior est vniuersalis de necesse, vt in Darisi, vt, necesse est, omne animal esse sensus particeps, aliquod animal est equus, igitur necesse est, aliquem equum esse participem sensus. Nam conuersa minori, aliquis equus est animal, infertur eadem conclusio in prima figura, vbi probatur per principium, dici de omni, quia necesse est, omne animal esse sensus particeps, & equus continetur sub animali, quod si enunciatio particularis sit de necesse, non infertur conclusio de necesse, vt in contextu probatur.

Concl. 4. e *Si verò quod in parte*] In Ferison colligitur conclusio de necesse, si maior sit de necesse, non autem si minor, quod ostendi potest eisdem rationibus, quibus alij modi comprobati sunt, nimirum reuocatione ad primam figuram; si minor sit particularis affirmatiua de necesse.

EXPLANATIO XII. CAPITIS

De contingenti non necessariò.

COMMENTARIVS.

CAPVT XII.

Quid sit contingẽs pressè sũptum.

PRiusquam tradat regulas syllogismorum constantium vtraque præmissa, aut altera de contingenti, definit cõtingens presse sumptum, de quo solo in præsenti agitur. Ait ergo, contingens esse id, quod cum non sit necesarium, si tamen ponatur inesse, nullum sequitur impossibile: probat autem, contingens nec esse necesarium, nec impossibile, ac proinde eo posito, nullum sequi impossibile, quia non contingens esse est impossibile esse, & necessarium non esse, vt patet in tertio quadrato, ergo contingens esse, quod est eius contradictorium, erit etiam non impossibile esse, & non necessarium non esse. Sed obijcies, in hac probatione sumitur contingens in communi, vt est idem, quod possibile; sic enim accipiebatur in modalibus, sed hic Aristotel. loquitur de contingenti presse sumpto, ergo inepta est hæc probatio.

Obiectio.

Dilutio. Occurrendum, propterea, quod ex contingenti presse sumpto sequitur

DE contingenti verò post hæc dicamus, quando, & quomodo, & per quæ erit syllogismus. Dico autem contingere, & contingens, quod cum non sit necessarium, si tamen ponatur inesse, nihil erit propter hoc impossibile: nunquam necessarium aquinoctè contingere dicimus. Quod autem hæc est contingens, manifestum, & ex negationibus, & affirmationibus oppositis, nam non contingit inesse, & impossibile inesse, & necesse non inesse, aut eadem sunt, aut consequentia se inuicem: quare & opposita his contingit esse, & non impossibile esse, & non necesse non esse, aut eadem sunt, aut consequentia se inuicem: de omni enim affirmatio aut negatio: erit igitur contingens non necessarium, & non necessarium contingens.

a *Accidit autem, omnes, quæ secundum contingens sunt, propositiones conuerti inter se: dico autem non affirmatiuas cum negatiuis, sed quæcunque affirmatiuam habent figuram, secundum oppositionem, vt contingere inesse: cum eo quod est contingere non inesse, & omni*

con-

Digitized by Google

iur contingens in commune: ideò, dum Aristoteles probat contingens in commune esse non impossibile, & non necessarium non esse, ex consequenti probare, contingens prosè acceptum esse non impossibile, & non necessarium.

Quo pacto cõuertãtur propositiones de contingẽti prosè sumpto. Diuisio cõtingentis supra definiti.

a *Accidit autem*] Asserit, propositiones de contingenti prosè sumpto conuerti ad oppositam qualitatem, quod probat, quia contingens ita sumptum non est necessarium; quare, quod ita contingit esse, contingit etiam non esse, & quod contingit non esse, potest quoque esse.

b *Determinatis verò*] Distribuit contingens supra definitum in contingens aptum natum, id est, quod frequentius fit; potest tamen non euenire, quia in re à necessario defecit: Si tamen impedimenta adimantur, dicetur quodammodò necessarium: & in contingens indefinitum, siue incertum, quod duo sub se membra continet, id nimirum, quod rarò contingit, & id, quod æquè potest cadere in vtramque partem.

Contingẽtis conuersio varia.

c *Conuertitur*] Ait, propositiones de contingenti apto nato, conuerti ad oppositam qualitatem in propositiones de contingenti indefinito. Enimverò, quod frequentius contingit esse, rarò contingit non esse; enunciationes autem de contingenti indefinito, quod æquè euenire, & non euenire potest, conuerti in propositiones de contingenti etiam indefinito; quod similiter potest æquè euenire, & non euenire.

De cõtingẽti ad vtrumlibet non est scientia.

d *Scientia verò*] Admonet, in contingentibus indefinitis nec versari scientiam, nec demonstrationem, quia, cum medium in ea materia non habeat certam aliquam rationem, non magis natum est conuenire, quam non conuenire; proindeque ex eo non magis hoc, quam contrarium colligere fas erit.

De cõtingenti vt plurimum est scientia.

e *De aptè verò natis*] De ijs contingentibus, quæ maiori ex parte ita eueniunt, dari potest scientia, & demonstratio. Namque bona pars naturalis Philosophiæ in ijs posita est, & in disputationibus, consultationibusque

contingere cum eo, quod est nulli contingere, & non omni, & alicui, cum eo, quod est alicui non. Eadem autem modo, & in alijs. Quoniam enim, quod est contingens, non est necessarium: non necessarium verò possibile est, non inesse, planum quod si contingit A ineſſe B, contingit, & non ineſſe, est omni contingit ineſſe, & omni contingit non ineſſe. Similiter autem, & in affirmationibus, in parte namque eadem demonstratio; verum tales propositiones affirmatiuæ sunt, & non priuatiuæ; contingit enim ad similitudinem ipsius esse ordinatas, quemadmodum dictum est prius.

b *Determinatis verò his, rursus dicamus, quod contingere secundum binos dicimus modos: vno quidem, quod vt plurimum fit, & deficit necessarium, vt canescere hominem, vel augeri, aut minui: vel omninò, quod aptum natum est esse: hoc enim non continuum quidem habet necessarium: eo quod non semper est homo: existente tamen homine, aut ex necessitate, aut vt in pluribus est. Aliud autem indefinitum: quod & sic et non sic possibile: vt ambulare animal, aut ambulante motum terra fieri, aut omninò quod à fortuna fit, nihil enim magis: sic aptum est natum, quam in contrarium.*

c *Conuertitur itaque & secundum oppositas propositiones vtrumque contingentium: non tamen eodem modo, sed quod natum est esse ei, quod est, non ex necessitate ineſſe: sic enim contingit, non canescere hominem: indefinitum autem ei, quod est, nihil magis sic, quam illo modo.*

d *Scientia verò nec syllogismus demonstrationis de ipsis quidem infinitis non est, eo quòd inordinatum est medium.*

e *De aptè verò natis est: & ferè rationes, & considerationes fiunt de sic contingentibus: de illis autem accidit quidem, fieri syllogismum, non tamen contigerit quæri. Hæc igitur magis determinabuntur in sequentibus. Sed nunc dicamus, quando, & quomodo, & quis erit syllogismus, ex contingentibus propositionibus.*

f *Quoniam autem contingere hoc huic ineſſe dupliciter est accipere: aut enim, cui ineſt hoc, non cui contingit ipsum*

busque ea fæpissimè spectantur. Sed & de contingentibus indefinitis fieri ratiocinatio potest, sed ea in quæstionem adduci non solent, qua de re in primo libro Posteriorum, vbi explicabitur, cur ea, quę casu, & fortuitò eueniunt, in verâ demonstrationem & scientiam non cadant.

Duo subijciuntur principia regulatiua in 1. figura.

f *Quoniam autem*] Subijcit duo principia regulatiua syllogismorum de contingenti in prima figura, quæ respondent illis de ineſſe, nimirum dici de omni, & dici de nullo. Ait ergo, hanc propositionem: Contingit, omne B esse A, duplicem habere sensum. Prior est, omne id, cui competit B, contingenter est A. Posterior est, omne id, cui contingenter competit B, contingenter est A. similiter hanc propositionem negatiuam contingit, nullum B esse A. geminum habere sensum. Alter est; contingit, vt nulla res, cui competit B sit A. alter est, contingit, vt nulla res, cui contingenter competit B, sit A. Istiusmodi principijs secundum priorem sensum spectatis regulantur syllogismi primæ figuræ, qui constant altera sumptione de contingenti, & altera de ineſſe: per eadem verò in posteriori sensu regulantur syllogismi compositi ex vtraque præmissâ de contingenti.

sum ineſſe, A, namque contingere de quo B, horũ alterum significat: aut de quo dicitur B, aut de quo contingit dici: de quo autem B, A, cõtingere, aut omni B, possibile ineſſe A, nihil differt. Manifestum igitur, quod bifariã dici posset, A contingere omni B ineſſe. Primũ igitur dicamus, si de quo C contingit B, & de quo B contingit A, quis erit, & qualis syllogismus: fiet enim & propositiones vtraq; sumẽtur se eundum contingere; quum verò de quo B ineſt A, contingat: illæ quidem inexistens, illa autem contingens. Quare ab iis, quæ consimilis sunt figura, incipiendum, quemadmodum & in alijs.

EXPLANATIO XIII. CAPITIS

De Syllogismis ex Ambabus contingentibus in prima figura.

COMMENTARIVS.

CAPVT XIII.

Octo esse modos vtiles in prima figura.

DOcet, in prima figura ex vtraque præmissa vniuersali, aut minori particulari, & maiori vniuersali, & de contingenti rectè colligi conclusionem, siue vtraque sumptio sit affirmatiua, siue negatiua, siue altera affirmatiua, altera negatiua. Vnde fiunt octo modi vtiles in prima figura, reliqui verò octo ex maiori particulari, & minori vniuersali, aut vtraque particulari inutiles sunt. Fit autem bonus syllogismus ex vtraque de contingenti negatiua, quia istiusmodi propositiones conuertuntur per oppositam qualitatem in affirmatiuas.

Singulorũ explicationem in-

a *Quando itaque A omni contingit B*] Incipit à syllogismo in Barbara, atque, ex vtraque sumptione affirma-

QVando a *itaque A omni contingat B, & B omni C, erit syllogismus perfectus: quod A omni C contingit ineſſe. Hoc autem manifestum ex definitione: contingere namque omni ineſſe sic dicebamus.*

b *Similiter autem & si A quidem contingit nulli B, B verò contingit omni C, quod A contingit nulli C. Nam de quo B contingit A, non contingere, hoc erat nullum omittere contingentium, quæ sub B. Quum verò A omni B contingat: B verò nulli contingat C: per sumptas quidem propositiones nullus sit syllogismus. Conuersa autem B C, secundum contingere idem erit, qui prius: nam quoniam contingit B nulli C ineſſe, contingit & omni ineſſe. Hoc autem dictum est prius, quare si B quidem om-*

choat à Barbara.

firmatiua, & vniuerſali de contingenti ſequi concluſionem vniuerſalem affirmatiuam de contingenti, vt, contingens eſt, omnem vigilantem moueri; contingens eſt, omnem hominem eſſe vigilantem, ergo contingens eſt, omnem hominem moueri. Probatur per commune illud principium, dici de omni. Nam ſi contingit, omnem vigilantem moueri, nihil contingit accipi ſub vigilante, cui non contingat ineſſe motum.

b *Similiter autem & ſi A.*] Simili ratione ſe habet ſyllogiſmus in Celarent, vt, contingit, nullum vigilans moueri, cõtingit, omnem hominem vigilare, ergo contingit, nullum hominem moueri. Oſtenditur per principium dici de nullo, ſi enim contingit, nullum vigilans moueri, quidquid contingit accipi ſub vigilante, contingit non moueri.

ni C, A verò omni B rurſus idem efficietur ſyllogiſmus. Conſimiliter & ſi ad vtraq. propoſitiones negatio ponatur cum eo, quod eſt contingere: dico autem, vt ſi A nulli contingit B, & B nulli C, per ſumptas enim propoſitiones, nullus ſit ſyllogiſmus: conuerſis verò rurſus idem erit, qui prius. Manifeſtum eſt igitur, quod negatione poſita ad minus extremum, vel ad vtraſque propoſitiones, aut non ſit ſyllogiſmus, aut ſit quidem, ſed non perfectus: ex conuerſione namq; concluditur neceſſarium. Si autem hac quidem propoſitionẽ vniuerſaliter accepta ſit, illa verò in parte, vniuerſali poſita ad maius extremum, ſyllogiſmus erit perfectus: nam, ſi A omni contingit B. B autem alicui C. A alicui C contingit: hoc autem manifeſtum ex definitione eius, quòd eſt de omni contingere. Rurſus, ſi A contingit nulli B. B autem alicui C contingit ineſſe: neceſſe eſt, A contingere alicui C non ineſſe, demonſtratio autem eadem. Si verò propoſitio in parte priuatiua ſumatur, vniuerſalis autẽ affirmatiua: poſitione verò conſimiliter ſeſe habent, vt A quidem omni B contingit: B verò alicui C contingit non ineſſe: per aſſumptas quidem propoſitiones non ſit manifeſtus ſyllogiſmus. Verum ſi eam, quæ in parte eſt, conuerterimus, & ponamus, B alicui C contingere ineſſe, eadem erit concluſio, quæ & prius, quemadmodum in his, quæ à principio. Quod ſi quæ ad maius extremum in parte ſumatur, quæ verò ad minus vniuerſaliter: ſiue vtraque affirmatiua ſumantur, ſiue priuatiua, ſiue non conſimilis figura, ſiue vtrcque indefinitæ, aut ſecundũ partem, nullo modo erit ſyllogiſmus: nihil enim prohibet B tranſcendere A, & non prædicari de aquis: in quo autem B tranſcendit A, accipiatur C: huic enim neque omni, neque nulli, neque alicui, neque non alicui contingit A ineſſe. Siquidem conuertuntur propoſitiones, ſecundum contingere, & B pluribus contingit, quam A ineſſe. Amplius & ex terminis planum: ita namque ſe habentibus propoſitionibus primum vltimo, & nulli contingit: et omni ex neceſſitate ineſſe. Termini verò communes omnium, quod ex neceſſitate inſit, animal, album, homo. Quod non contingit, animal, album. Manifeſtum igitur, quod hoc modo ſe habentibus terminis nullus ſit ſyllogiſmus. Aut enim inexiſtendi, aut ex neceſſitate, aut contingendi omnis eſt ſyllogiſmus: quod quidem inexiſtendi, ac neceſſarij non ſit plane: affirmatiuus enim priuatiuo tollitur: priuatiuus autem affirmatiuo: ſupereſt igitur, vt contingendi ſit: hoc autem impoſſibile. Oſtenſum enim eſt, quod ita terminis ſe habentibus, & omni poſtremo neceſſe eſt primum, & nulli contingit ineſſe: quare eſſe non poſſet contingendi ſyllogiſmus: neceſſarium namque non erit contingens. Manifeſtum itaque, & quod ſi vniuerſaliter termini exiſterint in contingentibus propoſitionibus, ſemper ſit ſyllogiſmus in prima figura, ſiue ſint prædicatiui, ſiue priuatiui: verum ex prædicatiuis quidem perfectus, ex priuatiuis autem imperfectus. Oportet autem contingere ſumere non in neceſſarijs: ſed ſecundum dictam determinationem: plerumque autem latet, quod tale eſt.

Digitized by Google

SVMMA EORVM QVÆ AB ARISTOTELE AB HOC capite vsque ad vigesimum primum tradita sunt.

Syllogismus de necesse fit vt absolutus.

AB hoc capite vsque ad vigesimum primum prolixa disputatione docet Aristoteles, quo pacto conficiantur syllogismi ex propositionibus de necesse, & contingenti, tum ex quolibet horum, tum ex iisdem mixtis inter se, & copulatis cum enunciationibus de inesse; ac primum statuit, ex vtrisque necessarijs fieri ratiocinationem eodem modo; atque ex vtrisque de inesse, vt, necesse est, omne animal esse substantiam, necesse est, omnem hominem esse animal, ergo necesse est, omnem hominem esse substantiam. Quam rationem concludendi vtilem esse ex eo patet, quia in prima figura probantur iltiusmodi syllogismi per illas communes regulas, dici de omni, & dici de nullo; in secunda verò, & tertia confirmantur eodem modo, per primam figuram conuersione enunciationum.

De syllogismis constantibus altera præmissa de necesse, altera de inesse in prima figura.

IN prima figura. Si maior sit de necesse, & minor de inesse, colligitur conclusio de necesse. Vt, necesse est, omne animal esse substantiam, omnis homo est animal, igitur necesse est, omnem hominẽ esse substantiam. Idemque fit in ceteris modis. Quod si maior sit de inesse, & minor de necesse, infertur conclusio de inesse, non tamen de necesse; dabitur enim antecedens verum, & consequens falsum, vt, omne animal currit, necesse est, omnem hominem esse animal, igitur necesse est, omnem hominem currere.

In secunda figura.

In tribus modis prioribus secundæ figuræ, nempe Cæsare, Camestres, Festino, si propositio negatiua fuerit de necesse, & affirmatiua de inesse, colligitur conclusio de necesse, quia facta reductione ad primam figuram maior erit de inesse, de qua supra. Si autem propositio affirmatiua sit de necesse, & negatiua de inesse, non infertur conclusio de necesse, sed de inesse duntaxat, quia facta ad primam figuram reuocatione manebit maior de inesse; vnde, vt dictum est, non colligitur conclusio de necesse. In quarto autem modo, videlicet Baroco, siue maior, siue minor sit de necesse, non colligitur conclusio de necesse.

In tertia figura.

In primo modo tertiæ figuræ, videlicet Darapti, siue maior sit de necesse, & minor de inesse, siue contra, colligitur conclusio de necesse, cum tamen minor fuerit de necesse, reuocanda erit ad primam figuram conuersa maiori, & conclusione, & transmutatis præmissis. At in Felapton, si sumptio negatiua est de inesse, sequitur conclusio de necesse, alioqui non sequitur. In Disamis verò, & Datisi, si sumptio vniuersalis est de necesse, & particularis de inesse, colligitur conclusio de necesse. In Ferison, si sumptio negatiua est de necesse, & affirmatiua de inesse, sequitur conclusio de necesse; in Bocardo nunquam colligitur conclusio de necesse.

De syllogismo ex vtraque contingenti in prima figura.

SI vtraque præmissa fuerit de contingenti in prima figura, rectè fit ratiocinatio inferens conclusionem de contingenti, vt, contingit, omne vigilans moueri, contingit, omnem hominem esse vigilantem, ergo contingit, omnem hominem moueri. Quod ita intelligit, vt maior semper sit vniuersalis, & minor affirmatiua: si enim minor negatiua fuerit, inutilis erit syllogismus, qui tamen vtilis effici poterit, si negatiua in affirmatiuam commutetur secundum naturam contingentium.

In

Digitized by Google

In ſecunda figura.

Ex vtraque de contingenti in ſecunda figura nulla concluſio rectè infertur, tum quia non poteſt reuocari ſyllogiſmus ad primam figuram, conuerſa propoſitione vniuerſali in negatiuam, tum, quia datur antecedens verum, & conſequens falſum, vt contingit, nullum hominem ambulare, contingit, omnem equum ambulare, ergo contingit, nullum equum eſse hominem. Eſt enim apertè falſa concluſio, cum neceſse ſit, nullum hominem eſſe equum.

In tertia figura.

Si vtraque præmiſſa fuerit contingens in tertia figura, in omnibus modis inferetur concluſio de contingenti, ſi præmiſſæ diſponantur, vt in ſyllogiſmis, qui conſtant vtraque de ineſſe. Exempli gratia. Contingit, omnem hominem ambulare, contingit, omnem hominem eſſe album, ergo contingit, aliquod album ambulare.

De ſyllogiſmis ex vna ſumptione contingenti, & altera de ineſſe in prima figura.

SI prima figura maior ſit de contingenti, & minor de ineſſe, colligitur concluſio de contingenti. Probaturque eiuſmodi illatio per principia, dici de omni, & dici de nullo, vt contingit, omne animal currere; omnis homo eſt animal, ergo contingit, omnem hominem currere. Si autem maior ſit de ineſſe, & minor de contingenti, ſequitur etiam concluſio de contingenti; eſt tamen ea ratiocinatio imperfecta, quia non poteſt confirmari per principia, dici de omni, & dici de nullo; ſed ratione ducente ad impoſſibile, ſi ſumatur enunciatio contradictoria concluſionis loco maioris, & minor ſiat contingens de ineſſe. Vnde ſequitur contradictoria maioris in tertia figura, vt, quicquid mouetur, eſt ſubſtantia, contingit, omnem hominem moueri, ergo contingit, omnem hominem eſſe ſubſtantiam; ſi enim non ſequitur, contradictoria erit vera, nempe non contingens eſt, omnem hominem eſſe ſubſtantiam, quæ æquipollet huic, neceſſe eſt; aliquem hominem non eſſe ſubſtantiam; ſit igitur hæc maior, & ſumatur minor de ineſſe, omnis homo mouetur, ſequitur, aliquid, quod mouetur, non eſt ſubſtantia; ſed hęc contradicit illi maiori veræ, quidquid mouetur, eſt ſubſtantia, ergo prima ratiocinatio rectè ſe habebat.

In ſecunda figura.

Si in ſecunda figura ſumptio vniuerſalis negatiua fuerit contingens, & affirmatiua de ineſſe, non rectè colligitur concluſio ob cauſam ante dictam, quia vniuerſalis negatiua contingens non poteſt conuerti, vt ad primam figuram reducatur: ſi tamen affirmatiua fuerit contingens, & negatiua de ineſſe, rectè inferetur concluſio contingens, vt, nullum ſanum eſt ęgrum, contingit, omnem hominem eſſe ægrum, ergo contingit, nullum hominem eſſe ſanum.

In tertia figura.

Si in tertia figura altera ſumptionum fuerit de ineſſe, altera de contingenti, ſemper concluſio de contingenti rectè infertur: ſi tamen ſit de cõtingenti ea, quæ eſt futura maior in prima figura facta reuocatione, ſequitur concluſio de contingenti proprie dicto, vt, contingit, omnem hominem moueri, omnis homo eſt animal, ergo contingit, aliquod animal moueri. Si autẽ ſit contingens, quæ futura eſt minor, ſequitur cõcluſio de contingenti in cõi.

De ſyllogiſmis conſtantibus altera ſumptione de neceſſe, & altera de contingenti in prima figura.

IStiuſmodi miſtio, quæ fit in prima figura, quatuor theorematis continetur, quorum duo pertinent ad modos affirmantes, duo ad negantes. Primum eſt: ſi maior fuerit de contingenti, & minor de neceſſe, colligitur concluſio de contingenti, vt, contingit, omne animal dormire, neceſſe eſt, omnem

Quatuor theoremata de miſtis in 1. figura. Primum.

Digitized by Google

nem hominem esse animal, ergo contingit, omnem hominem dormire. Se-
2. cundum est. Si maior fuerit de necesse, & minor de contingenti, sequitur conclusio de contingenti, estque syllogismus imperfectus, quia non potest conformari per principium dici de omni, sed ratione ducente ad incommo-
3. dum. Tertium est. Si maior, quæ est negatiua, fuerit contingens, & minor de necesse, sequitur conclusio de contingenti, vt, contingit, nullum animal dormire, necesse est, omnem hominem esse animal, ergo contingit, nullum
4. hominem dormire. Quartum est, si maior fuerit de necesse, & minor de contingenti, infertur duplex conclusio, vna de inesse, altera de contingenti.

In secunda figura.

In tribus modis prioribus, qui in secunda figura conficiuntur, si præmissa negatiua fuerit de necesse, & affirmatiua de contingenti, sequitur duplex conclusio negatiua, altera de inesse, altera de contingenti, vt, necesse est, nullum cygnum esse nigrum, contingit, omnem equum esse nigrum, ergo nullus equus est cygnus; & contingit, nullum equum esse cygnum; sed tunc contingens sumitur pro possibili. Si autem negatiua fuerit contingens, & affirmatiua de necesse, non rectè infertur conclusio, quia vniuersalis negatiua de contingenti non potest conuerti, vt fiat reductio ad primam figuram, deinde, quia daretur antecedens verum, & consequens falsum, vt, contingit, nullum equum esse album, necesse est, omnem cygnum esse album, ergo contingit, nullum cygnum esse equum, quod consequens falsum est, cum sit necesse, nullum cygnum esse equum. Denique in quarto modo nunquam rectè fit syllogismus.

In tertia figura.

In modis affirmantibus tertiæ figuræ, si altera sumptio sit de contingenti, altera de necesse, colligitur conclusio de contingenti, vt, contingit, omnem hominem esse album, necesse est, omnem hominem esse animal, ergo contingit, aliquod animal esse album. In modis verò negantibus, si negatiua fuerit de contingenti, & affirmatiua de necesse, infertur conclusio de contingenti, vt, contingit, nullum hominem ambulare, necesse est, omnem hominem esse animal, ergo contingit, aliquod animal non ambulare. Si verò negatiua fuerit de necesse, & affirmatiua de contingenti, rectè infertur duplex conclusio, nimirum de inesse, vel de contingenti.

Summa eorum quæ à capite 22. vsque ad 27. ab Aristotele traduntur.

QVod Aristoteles 1. cap. huius libri velut per se notum supposuerat, id per hæc capita prolixa disputatione edisserit. In 22. quidem, & 23. ostendit, tres tantum esse syllogismorum figuras ex triplici combinatione medij termini cum extremis, quod nos latè præstitimus in 1. q. 7. capitis. In cap. 24. & 25. duo statuit theoremata; alterum, ex duabus sumptionibus (quibus tantum constare omnem syllogismum docet in cap. 26.) vnam necessariò esse affirmatiuam. Cuius probatio petenda est ex superioribus, vbi ostensum est, omnem modum conflatum ex duabus negatiuis esse inutilem, eò quod inferat terminos, in quibus omni, & in quibus nulli.

Duo proponuntur theorema.

Primum de qualitate propositionũ.

Alterum theorema ex capite 25. omnem syllogismum tribus solum terminis coalescere, quod ita probat, aut inclusio fertur per vnum medium, aut per plura: si per vnum tantum, constabit syllogismus ex tribus, si autem per plura, vel ea sunt inter se disparata, vel vnum sub alio collocatur: si detur primum, quamuis eadem sit conclusio, plures fient syllogismi, vt, cum Mathematicus ostendit, terram esse in medio mundi per eclipsim Lunæ; Physicus verò per summam illius grauitatem, quod si media subordinata sunt, sit quidem vnus syllogismus, verùm non simpliciter, sed coniunctione aliqua, prius enim concluditur per vnum medium aliqua conclusio, quæ de-

2. De terminorum numero.

inde

indeassumitur, vt præmissa ad aliam conclusionem inferendam, vbi verò sunt plures conclusiones, non vnus, sed plures fiunt syllogismi.

Quæ propositiones facilius cõfirmẽtur, & quę nõ.

Caput 27. ferè præludium est sequentium. Enimverò, quia traditurus est præcepta inueniendi medium accommodatum ad quamcũque propositionem confirmandam, docet nunc, quæ propositiones facilius confirmentur, aut refutentur. Vniuersim ergo ita docet, illæ propositiones facilius confirmantur, quæ in pluribus figuris, ac modis probari possunt. Illæ verò difficilius, quæ in paucioribus. In refutatione contrario modo res sese habet; nam quę facilius confirmantur, difficilius confutantur, & vice versa, quę probantur difficilius, facilius improbantur. Hinc colligit. particularem negatiuam omnium facilimè comprobari, & difficilimè confutari, secundum locum habere particularem affirmatiuam, tertium vniuersalem negantem; quartum vniuersalem affirmantem.

Summa capitis XXVIII.

Pro medio inueniendo ob seruãda doctrina.

AB hoc capite vsque ad 32. tradit Aristoteles artem inueniendi medium, siue argumentum accommodatum ad inferendam quamcunque conclusionem nobis propositam. Ad hunc finem præscribit in hoc capite vniuersalia quædam documenta, quorum summa hæc est. Proposita qualibet propositione, & in suos terminos, prædicatum, scilicet & subiectum, resoluta, quærendæ sunt definitiones, & proprietates vtriusque, itemque antecedentia, consequentia, & repugnantia; ijs enim ritè perspectis, facile erit, opportunum medium ad confirmandam reprobandamvè propositionem inuenire. Quid definitio, quid proprietas sit; aliunde patet. Cõsequentia autem sunt ea, quæ de rebus, quarum consequentia dicuntur, vniuersim affirmantur, siue necessariò, vt virtus de iustitia, siue probabiliter, vt diligere natos de parentibus. Antecedentia sunt ea, de quibus vniuersim affirmatur res, quarum dicuntur antecedentia. cuiusmodi sunt iustitia comparatione virtutis, & parentes respectu dilectionis filiorum. Denique repugnantia dicuntur, quæ de rebus, quarum repugnantia sunt, aut nullo modo affirmari, aut non nisi rarò possunt; veluti malum respectu virtutis, & odisse natos comparatione parentum.

Quæ sint consequẽtia.

Quę antecedentia.

Quæ repugnantia.

EXPLANATIO CAPITIS XXIX.

De regulis medij Syllogismorum inueniendi.

COMMENTARIVS.

Statuũtur 6. Regulæ ad inueniendũ medium.

2. Reg.

CONstruere *igitur volentibus*] Summa huic capiti accommodatior præfigi non poterit; quam præfixa sit ab Aristotele. Ponit enim sex regulas ad inueniẽdum medium accommodatum cuiuis conclusioni nobis propositæ confirmandæ. Prima, vt confirmetur vniuersalis affirmatiua, quærẽdum est aliquid, quod sit antecedens prædicati, & consequens subiectis vt, si velis probare, omnem iustitiã esse laudãdã, assumes pro medio virtutem, quæ vniuersim dicitur de iustitia, & de qua vniuersim

CAPVT XXIX.

CONstruere a *igitur volentibus aliquid de aliquo toto, aspiciendum quidem in subiecta tius, quod construitur, de quibus ipsum dicitur, de quo autem oportet prædicari. Quacunque hoc sequuntur; si namque horum aliquid idem fuerit, necesse est, alterum alteri inesse:* b *Si verò non quod omni, sed quod alicui, quæ sequuntur vtrumque, si enim horum aliquid idem, necesse est alicui inesse.* c *Quando autem nulli oportet inesse, cui non est opus inesse, ad sequentia, quod autem oportet nõ inesse, in quæ non contingunt ipsi inesse.*

Digitized by Google

sim prædicatur laudanda; & sic conficies institutum in Barbari; Omnis virtus est laudanda, omnis iustitia est virtus, igitur omnis iustitia est laudanda. Eadem regula confirmabis particularem affirmantem in Darij, quod enim concluditur de omni iustitia, eodem medio de aliqua concludi potest.

2. Reg. b *Si verò non quod*] Secunda regula, vt confirmetur particularis affirmans, inuestigandus est terminus, qui simul sit antecedens prædicati, & subiecti; hæc præcipuè inseruit modo Darapti, in quo, vt concludas, aliquod viuens esse substantiam, accipies pro medio animal, & sic ratiocinaberis; omne animal est substantia, omne animal est viuens, ergo aliquod viuens est substantia. Inseruit hæc eadem regula ad cõfirmandam conclusionem particularem affirmatiuam in modis Disamis, & Datisi commutatis propositionibus.

3. Reg. c *Quando autem nulli*] Tertia regula. Ad probandam vniuersalem negatiuam in Celarent, aut in Cæsare, assumendum est medium, quod sit consequens subiecti, & repugnans prædicati. Vis probare, nullum hominem esse lapidem, assumes animal pro medio in hunc modum; nullum animal est lapis, omnis homo est animal, ergo nullus homo est lapis. Hoc eodem documento confirmabis particularem negantem in Ferio, & Festino, si minor propositio sit particularis.

4. Reg. d *Aut è conuerso*] Quarta regula. Vniuersalis negatiua in Celantes, aut Camestres confirmatur assumpto medio, quod sit repugnans subiecti, & consequens prædicati. Ita probabis, nullum hominem esse lapidem per sensus expers in hunc modum; nullum sensus expers est homo, omnis lapis est sensus expers, ergo nullus homo est lapis. Omnis lapis est sensus expers, nullus homo est sensus expers, ergo nullus homo est lapis. Hac eadem regula confirmabitur particularis negans in Baroco minoci singulari effecta.

e *Quod*

d *Aut è conuerso, cui quidem oportet non inesse, quæ non contingunt ipsi inesse, quod autem non inesse, in consequentia, quum enim hæc vtralibet eadè fuerint, nulli contingit alteri alterum inesse, fit enim quandoque quidem qui in prima figura syllogismus, quandoque autem in media.* e *Quod si alicui non inesse, cui quidem oportet non inesse, quæ sequitur, quod autem inesse, quæ non possunt ipsi inesse; si enim horum aliquid idem sit necesse alicui non inesse.* f *Sed magis forsasse sic erit vnumquodque dictorum manifestum. Sint enim consequentia A. in quibus B, quæ verò ipsum sequitur, in quibus C, quæ autem non contingunt ipsi inesse, in quibus D. Rursus ipsi E. insistentia, in quibus F. quæ verò ipsum sequitur, in quibus G. quæ autem non contingunt ipsi inesse, in quibus H. Si itaque aliquid eorum, quæ G, idem erit alicui eorum, quæ F. necesse est A. omni E. inesse, namque F. omni E, A. verò omni G. quare A. omni E. quod si C. & G. idem, necesse A. inesse alicui eorum, quæ E. namque A. ipsi C, E. autem sequitur omni G. Si verò F. & D. idem, nulli eorumque E. A. inerit ex prosyllogismo; quoniã enim conuertitur priuatiuum, & F. ipsi D. idem nulli eorum, quæ F. inerit A. F autem omni G. Rursus si B. & H. idem nulli eorum, quæ E. inerit A. nam B. omni A. nulli verò inerit eorum, in quib. E. idem namque erat ipsi H. H autem nulli E. inerat. Quod si D. & G. idem A. alicui E non inerit, ipsi namque G non inerit A, quoniam neque ipsi D. G. autem est sub E. Quare alicui E. non inerit A.*

g *Si verò ipsi G, B. idem, conuersus sit syllogismus* G. *namque inerit omni A, B. enim omni A, E verò ipsi B. nam idem erat ipsi G, A. autem omni quidem E nõ necesse ineße, alicui verò necesse, eò quod quæ secundum partem cum vniuersali prædicatione conuertitur. Planum itaque quod ad prædicta inspiciendum vtrumque secundum vnumquodque problema per hæc enim omnes syllogismi. Oportet autem & consequentium, & quæ consequitur vtrumque ad prima, & vniuersalia maxime inspicere, vt ipsius E. magis ad K. F. quam ad F solum, ipsius autem A. ad K. C. quam ad C. solum. Si enim A. inest K, F. & E, inerit, quod*

si non

5. Reg.

e *Quod si alicui non*] Quinta regula particularis negatiua probatur per medium, quod idem sit antecedens subiecti, & repugnans prędicati. Sic ostēdes, præterum in Felaptō, quandā substantiam non esse viuentem, accepto lapide pro medio termino, nullus lapis est viuens, omnis lapis est substantia, ergo quædā substantia non est viuens. Extenditur hoc documentum ad probādam eandem particularem negantem in Ferio, & duobus modis indirectis primæ figuræ Fapesmo, & Frisesomorum, in Festino, & Baroco secundæ, & in Ferison tertiæ.

6. Reg.

Sexta regula, quā Arist. paulò inferius subijcit, est, vt cōfirmetur particularis affirmās in Baralipton, quærendum est medium, quod simul sit consequens prędicati, & antecedens subiecti; ita concludens, aliquā substantiam esse viuentem, assumpto pro medio, corpore, omne corpus est substantia, omne viuens est corpus; ergo quædam substantia est viuens. Eodem documento probabis particularem affirmatiuam in Dabitis, mutata quantitate minoris.

Prędcedentes Regulę probātur.

f *Sed magis fortasse*] Probat deinceps Arist. singulas regulas à se traditas inductas syllogismorum exemplis in modis, quos proposuimus; vtitur autem breuitatis, & ostendendæ formalis cōsequentiæ gratia, terminis non significantibus; atq; per literam A. significat prędicatum, per B. consequens prædicati, per C. antecedens prædicati, per D. repugnans prædicati; per literam E. subiectum; per F. consequens subiecti, per G. antecedens subiecti, per H, repugnans subiecti, quas literas memoriæ causa his versibus comprehendit.

Prædicat A, B. sequitur, C. præit, D. manet extra,
E subit, F. sequitur, G. præit, H. manet extra.

g *Si vero ipsi G.*] Assignat hoc loco sextam regulam, & probat eodē modo, quo præcedentes. Illud tamen in probatione huius, & quartæ regulæ, quod attinet ad modum Celantes, aduertendum est, E. accipi ab Aristotele

si non sequitur ex hoc, accidit ipsum E. sequi, consimiliter autem & in quibus ipsum sequitur considerandum, si enim prima, & quæ sub illa sequitur, quod si non hoc, sed quæ sub hac accidit. Palam verò & quod per tres terminos, ac binas propositiones, consideratio, & per prædictas figuras syllogismi omnes: monstratur namq; A. ineſſe omni C, quando eorum, quæ C, & F. idem aliquid acceptum fuerit, hoc autem erit medium, extrema verò A, & E; fit itaque prima figura. Sed alicui quando, C. & G. sumptum sit, hæc autem vltima figura, medium enim fit G. Nulli verò quando D. & F. idem, sic autem & prima figura, & mediæ: prima quidem quod A. inest nulli E. siquidem conuertitur primatiuum, F. autem omni E. media verò quoniam D. nulli A, E autem omni ineſt. Verum alicui non inesse, quando D. & G. idem sit, hoc autem vltima figura, A. namque nulli G. inerit, E verò omni. Planum itaque quod per prædictas figuras syllogismi omnes, & quod non eligendi quæcunque omnia sequuntur, eo quod nullus ex ipsis fit syllogismus: construere namque penitus non erat ex sequentibus, priuare autem non contingit per id, quod omnia sequitur: oportet enim huic quidem ineſſe, illi verò non ineſſe. Manifestum autem quod & aliæ considerationes eorum, quæ sunt, secundum electiones, inutiles sunt ad faciendum syllogismum, quemadmodum si consequentia vtrumque eadem sint, aut si quæ sequitur A, & quæ non contingunt ipsi E, aut quæcunque rursus non accidit vtrique ineſſe, non enim efficitur syllogismus per hæc; namque si consequentia eadem, vt B, & E, sit media figura; prædicatiuas habens vtraſq. propositiones. Si autem quæ sequitur A, & quæ non contingunt ipsi E, vt C & B. prima figura priuatiuam habens propositionem, quæ ad minus extremum. Si verò quæcunque non contingunt vtrique vt D, & H priuatiua amba propositiones: aut in prima, aut in media figura: sic autem nullo modo syllogismus. Sed manifestum, & qualia eadem accipienda, quæ secundum inspectionem, et non qualia diuersa, aut contraria: primum quidem quoniam inspectio medij gratia: medium verò non diuersum, sed idem

tele pro maiori extremo, A. pro minori, & ita fieri oportebat, vt A. concluderetur de E. indirectè.

Vberior eiusdem capitis explicatio.

Medius terminus cũ extremis non è modis comparari potest.

ERunt magis dilucida, quę hactenus cum Aristotele disputauimus, si aduertamus, nouem modis comparari posse medium terminum cum extremis, cum prædicato inquam, & subiecto alicuius conclusionis: sic enim est antecedẽs vtriusque, aut vtriusque consequens, aut vtrique repugnans; aut antecedens prædicati, & cõsequens subiecti, aut consequens prędicati, & antecedens subiecti, aut repugnans prædicati, & antecedens subiecti, aut repugnans subiecti, & antecedens prædicati, aut consequens prædicati, & repugnans subiecti, aut repugnans prędicati, & consequens subiecti. Quæ combinationes his nouem dictionibus, à recentioribus ingeniosè confictis significantur.

Fecana, Cageti, Dafenes, Hebare, Gedaco.

Gebali stant: sed non stant Febas, Hedas, & Hecas.

oportet accipere: posset, & in quocunque accidit fieri syllogismum, è quod sucre accepta contraria, aut non contingentia eidem ineße, in prædictos omnia reducẽtur modos: veluti si B, & F, contraria, aut non contingunt eidẽ ineße: erit enim his acceptis syllogismus, quod A cõtingit ineße nulli: sed non ex ipsis, verum ex prædicto modo: nam B. A. quidem omnis E verò nulli inerit: quare necesse B. idem esse alicui H. Rursus si B. & G. non contingunt eidem ineße: quod A non inerit alicui E, sic etenim media erit figura: nam B. A. quidem omni: G. verò nulli inerit: quare necesse G. alicui eorum, quæ D. idem esse namque non contingere B. & G. idem ineße, nihil differt, aut G. idem esse alicui eorum, quæ D. omnia. n. accepta sunt in D. non contingentia ineße ipsi A. Manifestum igitur, quod ex his ipsis inspectionibus nullus fit syllogismus. Quod si H & F. contraria, necesse B idem esse alicui eorum, quæ H. & syllogismum per hæc fieri. Accidit itaq; in speculationibus inspicere aliam viam à necessaria, propterea quod latet identitas eorum, quæ B. & eorum quę H.

Singulæ cõbinationes singulis dictionibus indicantur.

Sex priores dictiones denotant totidem combinationes ad concludendum vtiles, & respondent sex regulis ab Arist. assignatis, eo ipso ordine, quo propositæ sunt, ita vt Fecana indicet comparationem in prima regula comprehensam. Cageti comparationem secundæ regulæ, & sic de cæteris. Tres posteriores dictiones, Febas, Hedas, & Hecas, significant reliquas tres combinationes inutiles. Artificium harum dictionum hoc est: In quauis dictione ex prioribus sex, reperiuntur tres vocales, quarum vltima designat conclusionem inferendam; priores verò duæ prædicatum & subiectum conclusionis; harum duarum vocalium singulas immediatè præcedunt consonantes significantes, vel antecedens, vel consequens, vel repugnans illius termini, qui per vocalem significabatur. Exempli causa, in Fecana, vltimum A. significat conclusionem vniuersalem affirmantem; E. significat subiectum: primum A. prædicatum, vt diximus. F. autem initio positum, & C. interiectum, inter E & A. designant medium, quod simul sit consequens subiecti, & antecedens prædicati. Idem videre est in ceteris dictionibus, applicando singulas literas iuxta ea, quæ significant.

Propositarum dictionum artificium explicatur.

Modi inutiles in vltimis dictionibus designant.

In tribus vltimis dictionibus idcirco non apponitur tertia vocalis, quia indicant modos inutiles, qui nullam inferunt conclusionem. Nam Febas denotat comparationem, in qua medium sit consequens prædicati, & subiecti, quod cum fieri non possit, nisi in secunda figura; (prædicatur enim consequens de illo, cuius cõsequens est) In ea autem ex duabus affirmantibus nihil colligatur, sit plane, vt talis cõparatio sit inutilis. Hedas significat medium repugnans vtrique extremo: ex quo solum conficitur syllogismus de vtraq. sumptione negatiua, qui nihil concludit. Hecas etiam est inutilis, quia medius terminus repugnat subiecto, & est antecedens prædicati: at medium

in

Digitized by Google

in ſola prima aut tertia figura eſſe poteſt antecedens prædicati, in quibus, ſi medium repugnet ſubiecto, erit minor negatiua, per quam nihil concluditur in prima, & tertia figura, ſaltem directè. Nam indirectè aliquid colligi poteſt in Fapeſmo, & Frieſomorum, itemque in Fapemo, & Friſemo, ac Baroco tertiæ figuræ indirectè concludentibus; diximus enim probabilius admitti modos indirectos in ſecunda, & tertia figura.

Summa eorum, quæ Ariſtoteles tradidit à capite 30. vſque ad 32.

TRia veluti corollaria ex dictis colligit Ariſt. oſtenderat enim hactenus eam ratiocinandi formam, qua natura præſcribit ex varijs proportionibus medij ad extrema: adhibueratque exempla in ſyllogiſmis ſimplicibus, & oſtenſiuis, hinc infert primò, eaſdem leges valere in ſyllogiſmis ducentibus ad impoſſibile, ſeu hypotheticis. Secũdò, hæc præcepta non ad ſyllogiſmos ſolius Dialecticæ, ſed ad omnium artium ſyllogiſmos pertinere. Tertiò, non eſſe vſquequaque probandam methodum diuidendi, qua Plato vtebatur ad medium inueſtigandum. Primum probat, quia per eoſdem terminos procedit vterque ſyllogiſmus. Namque ij numero termini in vtraq. funguntur munere medij, & extremitatum: nã in ſyllogiſmo ducente ad impoſſibile accipitur pro medio aliquod extremum, & terminus denuò accitus fit, extremum; atque vt plurimum in affirmantibus accipitur maius extremum, in negantibus minus; quæ vt magis pateant, ſimulque diſcrimen inter ſyllogiſmum oſtenſiuum, & deducentẽ ad impoſſibile percipiatur, ſciẽdum eſt, ſyllogiſmo ducente ad impoſſibile non probari directò eã concluſionem, quam intendimus, ſed ex contradicente alicuius enunciationis veræ ab aduerſario abſurdè data, & ex altera euidente cogitur aduerſarius ad fatendum aliquid impoſſibile, quod cum ille admittere recuſet, compellitur retractare, quod prius dixerat, atque adeò concedere enunciationem quam negauerat, exempli cauſa, neget aliquis hãc propoſitionem, aliquod viuens non ſentit; & det abſurdè illius contradictoriam, omne viuens ſentit, tunc ita formatur ſyllogiſmus ducens ad impoſſibile, Omne viuens ſentit, omnis planta eſt viuens, vt manifeſtum eſt, ergo omnis planta ſentit. Quo facto Aduerſarius, ne hanc abſurdam conſequentiam admittat, concedit illam propoſitionem, quam negauerat; aliquod viuens non ſentit. Quam propoſitionem, ſi ſupponamus fuiſſe concluſionem ſyllogiſmi oſtenſiui cum conſtet vtroque extremo illius ſyllogiſmi, fit manifeſtum, alterum extremũ ſyllogiſmi oſtenſiui eſſe medium, illius, qui ducit ad impoſſibile, & alterũ terminum aſſumptum, ſcilicet, plantam ſuffici in locum eiuſdem extremi. Tria corollaria ex dictis. Primũ corollarium probatur.

Hinc patet, tum id, quod dixit Ariſtoteles, per eoſdem terminos procedere ambos hos ſyllogiſmos, tum quid inter eoſdem ſit diſcriminis: oſtẽſiuus enim primò concludit propoſitionem, quam ſuadere conatur, deducens verò ad impoſſibile, non illam, ſed aliam adeò abſurdam ex data conditione, vt prior malè negata cõuincatur, vel aliqua ſimilis propoſitioni, negata, vt ea probata cenſeatur, quod Ariſtoteles ſignificauit per illa verba 30. c. [ſecundum qualitatem in ſubiectis] Ariſtoteles illud diſcrimen conſtituit inter hos ſyllogiſmos, quod oſtenſiuus conſtet vtraque prẽmiſſa re ipſa uera, deducens ad impoſſibile, altera abſolutè vera, altera ex pacto, ſeu hypotheſi. vnde hos ſyllogiſmos non immeritò appellat hypotheticos.

Secundum corollarium oſtendit, quia regulæ traditæ, etſi à Dialectico præſcriptæ ſint, nihilominus ſunt vniuerſales, nulla enim probatio ſit, niſi per conſequens, vel antecedens alicuius, quæ ſolum variantur in diuerſis artibus ratione materiæ. Tertium denique confirmat, quoniã diuiſio, qua Plato in indagatione medij vtebatur, aut non eſt diuerſa methodus ab ea, quæ tradita fuit, aut eſt inepta; nam diuiſio aut concludit ſub diſiun- Probat 2. Tertium ſtabilitur.

Digitized by Google

ctione,& ita pertinet ad præscriptum modum, vel infert aliquid determinatum, & tunc est inutilis, petitque principium, quod exemplo confirmat. Velit quis per diuisionem ostendere hominem esse mortalem,& progrediatur hoc modo; omne animal aut mortale est, aut immortale, homo est animal,ergo homo aut mortalis est, aut immortalis; si non immortalis, ergo mortalis,is manifestè petit principium non in 1. sed in 2. discursu:æqualiter enim est dubium,quod assumitur,scilicet,homo non est immortalis, atque id,quod concluditur, videlicet esse mortalem; quoties autem argumentum procedit ab æquè ignotis,genus quoddam est petendi principium.

Summa eorum,quæ traduntur ab Aristotele in reliqua huius libri parte.

Quæ sit proxima materia syllogismi,& quæ remota.

HOrum capitum doctrina eo tendit vniuersa, vt doceamur, syllogismum iam confectum ad sua vsque principia reuocare. In syllogismo autem duo sunt;forma,quæ coalescit ex figura,& modo;materia, quæ duplex est, proxima,& remota;proxima syllogismi materia sunt propositiones, remota earundem propositionum termini. Iubet igitur Aristoteles, inuentum syllogismum ab alio,scilicet confectum, primò resoluere in duas sumptiones; tot enim diximus in syllogismo esse,& attendere, quæ sit in toto, & quæ in parte hoc est,quæ sit maior, quæ minor, vt postea cognoscamus directène concludat syllogismus,an secus. Si enim in conclusione prædicabitur is terminus,qui erat in maiori,directa erit illatio;si verò prædicabitur ille,qui erat in minori;indirecta. Monet verò Aristoteles,(id quod autorũ scriptis cognoscendis inseruit) deesse nonnunquà vnã ex præmissis,quam proinde supplere oportet,priusquam syllogismus resoluatur. Addit, plerũq. necessariũ effecta,quæ,reddant, auferre,vt nec propositiones,nec termini plures,quã par est,existant. Erunt verò plures termini,quam opus sit,si aliquis reperiatur in conclusione,qui non fuerit in præmissis;erunt verò plures propositiones,si aliqua terminos cõtineat, quorum nullus ingrediatur conclusionẽ.

Quo pacto fiat resolut. syllogismi.

Resolutio syllogismi in terminos fiet attendendo, quis eorum sit maius extremum,quis minus;quis denique medius terminus, id verò, vt dignoscatur,aduertendum est,si quis terminus est in præmissis, & conclusionem non ingreditur:is enim in syllogismo erit medius,maius verò extremum,in prima figura illi,qui de medio prædicatur:minus,qui eidem medio in sumptionibus subijcitur. In secũda & tertia cognoscẽda sunt extrema, iuxta regulas superius positas de his figuris. Oportet etiam diligenter aduertere,ne termini aliud significent in vna propositione,aliud in alia, vel alio modo: fallacia enim,erit,si in vna in concreto,in alia in abstracto capiatur: licet necessarium sit aliquando vti oratione loco simplicis vocis,vel è cõtra,& huic secundùm multò est vtilius, vt totus terminus sit distributus.

Bifariam resoluitur syllogismus in figuram.

Resolutio in figuram bifariam spectari potest: primò, cum syllogismus confectus reuocatur ad eam figuram, secundum cuius normas fabricatus est: & eiusmodi resolutio facilis est peracta ea,quę definit in terminos:ijs enim ritè perspectis illico constat,in qua figura extructus sit; tametsi nonnunquã ad multas simul figuras resolui queat syllogismus, cum secundum omnium regulas concludens deprehenditur. Secundò,cum vna figura reducitur,ad aliam,vel certè syllogismi minus perfecti ad perfectiores eiusdem figuræ,& de hoc resolutionis genere,quantum sat est nostro instituto, supra disputatum est;atque de commentatione primi libri hæc sufficiant. cetera namque, aut alibi ex professo tractata sunt, vt,quæ tradit de propositionibus,de extremo finito,& infinito,aut Philosophiæ tyronibus,quorum vtilitati laboramus,necessaria non sunt.

Finis primi libri Priorum.

LIBER

LIBER SECVNDVS PRIORVM ARISTOTELIS.

SVMMA ILLIVS DOCTRINAE, QVAM HOC *Secundo Priorum libro Aristoteles complexus est.*

In quot partes hoc opus partiatur.

DIsseruit Aristoteles superiori libro de ijs, quæ syllogismi naturam, & essentiam quodammodò ingrediũtur, de eius forma, ac materiarũ tum proximæ, tum remota. Hoc libro eiusdẽ syllogismi affectiones latissimè prosequitur: librum verò in tres partes distinguit; in prima sex tradit syllogismorum potestates; In secunda quædam syllogismorum vitia exponit: In tertia tandem parte docet, quo pacto ceterę argumentationis species ad syllogismum simplicem reducantur.

DE SYLLOGISMORVM POTESTATIBVS.

Syllog. potestas. Prima.

PRima syllogismi vis, & potestas est, quod vnus syllogismus multas inferat conclusiones, quod dupliciter ostenditur primò, quoniam conclusiones affirmatiua, & negatiua vniuersales conuertuntur, at conuertens ex eodem antecedente colligitur quo conuersa. Secundò, quoniam ex eodem syllogismo, ex quo sequitur aliquod totum, sequitur etiã pars illius totius, v.c. si ex aliquibus sumptionibus colligas, mundum esse genitum, ex ijsdem videberis colligere, cœlum fuisse genitum. Diximus cum Aristotele, videberis ex ijsdem colligere, quia re vera aliæ supponendæ sunt, vt illa conclusio formaliter inferatur; sed videtur esse idem syllogismus. Hanc potestatem ostendit Philosophus in omnibus figuris.

Secunda potestas est, quod ex falsis præmissis, vera cõcludatur illatio non
2 per se, vt Magnus annotauit Albertus, cum verum per se ex fallo pendere non possit, sed per accidens, ratione formæ syllogisticæ, vt videre est in hoc exemplo; omne ens corruptibile est figura sphæricũ, cœlum est ens corruptibile, ergo est figura sphæricum. Hæc potestas æquè exercetur, existente falsa vtraq; præmissa, atque alterutra; in quacunq; figura syllogismus fabricetur.

3 Tertia potestas est ratiocinandi in circulum, quæ tunc exercetur, cum ex conclusione, & altera sumptione concludimus alteram, & est perfectus circulus, cum per conclusionem, & vnam præmissam probamus aliam, & rursum per hanc, & conclusionem priorem ostendimus ad quod necessarij sunt ad minimum tres syllogismi. Vbi duo aduertenda sunt; Alterum, hic non ateri syllogismi materiam, sed formam. Nam secundum materiam negat Aristot. 1. Poster. c. 3. dari posse in demonstratione circulum, quia ratiocinatio procedit ex notioribus ad ignota, impossibile verò est, vt eadem propositio sit notior, & ignotior alia, vt eam inferat, & ab eadem inferatur. At secundum formam rectè concludi possunt propositiones aliquæ. Alterum est, non fieri regressum syllogisticum per propositiones eodem pacto se habentes, sed alteram præmissarum necessariò conuertendam esse, vt altera concludatur. Quare, vt probetur minor, accipi debet conclusio, & maior conuersa;

Quid in hac potestate considerandũ.

vt verò maior oſtendatur, eſt accipienda eadem concluſio, & minor conuerſa. Sed illud inſuper adnotat Ariſtoteles, conuerſionem hoc loco non ſumi formaliter, ſed vti comprehendit mutuam reciprocationem, inter propoſitiones vniuerſales affirmatiuas, ratione materiæ; nam vniuerſalis affirmans non conuertitur ſimpliciter ex vi formæ. Hinc etiam eſt, vt perfectus circulus in Barbara tantum contingat.

4 Quarta poteſtas eſt concludendi per conuerſionem, vel vt Ariſtoteles loquitur, per tranſpoſitionem, hoc eſt, ex oppoſito concluſionis cum vna præmiſſa colligendi oppoſitum alterius, cum verò oppoſitum alicuius propoſitionis aut contrarium ſit, aut contradictorium, docet, ex contradictorio concluſionis potiſſimum ſequi contradictorium alterius præmiſſæ. Ex contrario verò aliquando contrarium inferri, aliquando contradictorium. Si verò accipiamus ſubcontrarium concluſionis, neutram ſumptionem euertemus.

5 Quinta eſt ratiocinandi per impoſſibile, quam explicuimus libro ſuperiori. Inter hanc, & quartam poteſtatem illud ſtatuit diſcrimen, quod quarta ſupponit confectum ſyllogiſmum: ad quintam verò ſatis eſt aſſumere propoſitionem aliquam vt veram. Adde in illa ſemper conuerti præmiſſam, in hac verò id non exigi.

Diſcrimẽ inter 5. & 4. poteſtatem.

6 Sexta denique poteſtas eſt eo pacto ratiocinandi ex oppoſitis, vt idem de ſe ipſo negetur: veluti ſi proteruus admittat hæc repugnantia, omnis Dialectica eſt ars, nulla Dialectica eſt ars, ſic inferes, ergo nulla Dialectica eſt Dialectica: illud hoc loco meritò aduertunt Interpretes, hanc poteſtatem non eſſe propriè ſyllogiſticam, ſed conſequentiæ neceſſariæ: & ratio eſt, quia duobus tantum terminis cõſtat, vt in propoſito exemplo conſpicuum eſt, tribui tamen ſolet ſyllogiſmo, tum ob triplicem propoſitionem, quam depoſcit, tum quia vnus terminus duorum inſtar geminatur, vt aliquo modo tres euadant: fit autem eiuſmodi ratiocinatio in ſola ſecunda, & tertia figura. Hæc vſque ad 17. cap. à 18. quæ ſequuntur.

De ſyllogiſmorum vitijs.

Petitio principij duplex.

SEx enumerat hoc loco Ariſtoteles: plura in libris Topic. & Elench. vbi de cæteris dicendum eſt. Primum, & potiſſimum, quod hic proponit, eſt petitio in principio, ſeu principij quod Ariſt. hoc loco ait eſſe propoſitionẽ demonſtrabilem per aliam priorem, velut per ſe euidentem accipere; & idcirco appellauit hoc vitium, vetere ex principio. Bifariam verò hæc petitio contingit. Primò, ſi petitur eadem propoſitio, quæ ſub alijs verbis probanda eſt, vt, cum ſynonymum ſumitur ad confirmandum ſynonymum: ſecundò, quando ſumitur propoſitio ad probandos alios, in quarum ſerie eſt aliqua ſecundum ſe magis apta ad probandum priorem aſſumptam, quam vt per eam confirmetur. Hoc vitium per omnes figuras ſerpit, & multis modis contingit, quos in libro Topic. 8. Ariſtoteles recenſet. Ariſt.

De reuocatione cæterarum argumentationum ad ſyllogiſmum.

Argumentationum ſpecies quatuor.

ETſi quæſtione tertia in primũ caput ſuperioris libri hanc reductionem, quantum eius loci doctrina poſtulabat, expoſuerimus, hic tamen cum Ariſt. & alijs Interpretibus ex profeſſo tradenda eſt. Igitur ex eo loco habetur, quattuor tantum eſſe argumentationum ſpecies, Inductionem, Exemplum, Enthymema, & Syllogiſmum; atque ex his vltimam duntaxat eſſe argumentationem formalẽ, hoc eſt, virtute ſuæ formæ, ac diſpoſitionis in quacunq. materia veram concluſionem ex veris ſumptionibus colligentem, reliquas verò, niſi ad ſyllogiſmum, à quo formalem colligendi vim accipiant, reducantur, minimè firmam concluſionem inferre. Nunc qua lege hęc reuocatio perficienda ſit, explicatius proponendum eſt, quod præſtabimus, cum harum ſpecierum vim, & naturam perſpectam habuerimus.

Indu-

Digitized by Google

Quid sit inductio.

Inductio, quæ græcè ἐπαγωγὴ dicitur, definiente Arist. 1. Topic. c. 10. est à singularibus ad vniuersalia progressio. Vbi nomine singularium, non modò intelliguntur verè singularia, sed etiam minus vniuersalia; imò & partes comparatione totius, vt caput, pedes, &c. quemadmodũ enim ab individuis ad speciem ascendimus; vt, hic, & ille ignis calidus est, ergo omnis ignis est calidus, ita de speciebus ad genus, veluti, omne animal crescit, omnis planta crescit, igitur omne viuens crescit; & à partibus ad totum, vt, caput ægrotat, pedes, & aliæ partes ægrotant, ergo totum animal ægrotat, quam ob causam Rudolphus in 2. suæ Introductionis libro, c. 78. inductionem, vel, vt ipse appellat, enumerationem, sic definit. Inductio est argumentatio, qua ex pluribus, vel partibus, vel speciebus, vnum, vel totum, vel genus vniuersaliter colligitur, vbi etiam nomine specierum individua complectitur.

Arist.

Inductio à Rudolph. definitur.

Rudolph.

Quoniam verò inductio ex partium attributis ad totius attributum, procedit, necessarium est, vt in antecedente nulla pars omittatur, quæ aut speciatim, aut confusè non enumeretur, quamuis in materia necessaria minori diligentia opus sit, cum prædicatum, quod aliquibus inferioribus per se conuenire deprehenditur, naturæ communi absque errore attribuatur, quod occasionem præbuit Auerroi supra inductionem partiendi in Dialecticam, & demonstratiuam, sed neutra vi propria scientiam gignit, vt eo loco probatum est; habet tamen eam in suadendo perspicuitatem, vt vel ad primorum principiorum examen adhibeatur; vnde Victorinus in primum librum de Inuentione existimat, hanc argumentationis speciem ideò appellatam fuisse inductionem, quia auditoris animum ad fidem conclusioni præstandam inducit.

Inductio propria vi scientiam nõ gignit.

Victorin.

Quod sit Inductionis mediũ.

Porrò cum medium, quo inductio ad suadendum vtitur, sit illa partiũ vel integrantium, vel subiectarum turba, quæ in antecedente continetur, (ex eo enim, quod prædicatum partibus conueniat, toti inesse concludimus) vt inductio syllogismi formam induat, opus est, vt eadem singularium multitudo pro medio accipiatur, & in antecedente cum vtroque extremo coniungatur. Exemplo res erit manifesta in hac inductione. Elementum ignis est simplex, & elementum aeris est simplex: similiter elementum aquæ, & terræ; ergo omne elementum est simplex: medius terminus est ignis, aer, aqua, & terra, siquidem & simplicitas ex eo tribuitur omni elemẽto, quia illis quatuor conuenit, & hæc tantum manent extra conclusionem, quod medij termini proprium est. Ceterum hæc in antecedente cum solo maiori extremo, videlicet, cùm Simplici coniunguntur. Si tamen illæ præmissæ, Ignis, Aer, Aqua, & Terra, sunt simplicia, (omnes namque inductionis partes, quæ in antecedente cõtinentur, siue sit vna, siue multæ, vnius præmissæ locum habent) addatur secunda in hunc modum; sed hæc sunt omnia elementa; coniungitur idem medium cum minori extremo, perficiturque forma syllogistica.

Exemplum quod Aristot. hic secundo loco nominat, græcè παράδειγμα vocatur, quod vocabulum primò vsurpatur pro aliqua re gesta, vel eius narratione, vnde tamen deriuatum est ad significandam eam argumentationẽ, qua ab exemplo rei gestæ quippiam simile constituatur, & in hunc modum definitur. Exemplum est ratiocinatio, qua aliquid singulare ex vno, aut paucis similibus confirmatur, veluti, Crœsus non inueniet felicitatem in diuitijs: ergo nec Crassus inueniet. Item Romulus non tulit consortem imperij Remum, nec Iulius Pompeium: ergo nec Augustus Antonium imperij consortem feret. Dicitur probari aliquid singulare, quia, licet nonnunquam hac ratiocinatione ad aliquid vniuersale probandum vtamur, vt, Romulus fratrem regni socium ferre non potuit: ergo omnis potestas impatiens consortis erit, nihilominus ad singulare frequentius, & efficacius adhibetur, & in hoc maximè differt Exemplum ab Enthymemate, & Inductione, quod Inductio procedat à partibus ad totum, Enthymema

Quid sit exemplũ.

à toto

à toto ad partes, quemadmodum Syllogiſmus, Exemplum ab vna parte ad aliam ſimilem, vt Ariſtoteles, cap. 24. annotauit, aduertit autem Quintilianus lib. 5. cap. 11. aliud exemplum vel rei geſtæ autoritate, vt quæ propoſita ſunt, confirmentur, aliud fictæ, quaſi geſtæ, narratione cuiuſmodi eſt illud, quo Reg. 2. c. 12. vſus eſt Nathan, cum Dauidem de commiſſo adulterij crimine obiurgaret. Ariſt. Quint.

Quid requiritur, vt exemplũ ſit ſyllogiſmus.

Vt exemplum ad ſyllogiſmum reducatur, neceſſe eſt, vt ex ea parte, vel partibus, quę in antecedente ſumuntur, rerum ipſum, ſub quo ea pars collocatur, prius concludamus. Deinde verò ex ipſo ad partem alteram comprobandam argumẽtationem accommodemus. Exempli cauſa hoc exemplum: Græcorum imperium ad infideles delatum eſt, ergo & Latinorũ imperium ad eoſdem tandem deferetur; hunc in modum reuocatur. Græci propter ſchiſma imperium amiſerunt, ergo omnes ſchiſmatici ab imperio excident; ſed Latini ſchiſmate infecti ſunt, ergo imperiũ amittent, quæ reductio mox enucleatius proponetur. Nec mirum eſſe debet, ſi exempli ad ſyllogiſmum reuocatio pluribus extrinſecus aſſumptis egeat, quam aliarum argumentationum, cum ſecundum ſe à formali probandi ratione longius abſit.

Quint.

Ἐνθύμημα, inquit Quintilianus lib. 5. cap. 10. (quod commentum ſane, aut commentationem interpretamur, quia aliter non poſſumus græco melius vti) vnum intellectum habet, quo omnia mente concepta ſignificat; alterum, quo ſententiam cum ratione; tertium, quo certam quandam argumenti concluſionem. Primo ſignificato vtitur Boetius in lib. 5. Topic. Ciceronis: hoc, & ſecundo idem Cicero ibid. qui ita loquitur: Ex hoc illa Rhetorum ſunt ex contrarijs concluſa, quæ ipſi Enthymemata appellant: nõ quod non omnis ſententia proprio nomine Enthymema dicatur, ſed, vt Homerus propter excellentiam commune Poetarũ nomen effecit apud Græcos ſuum. ſic, cum omnis ſententia Enthymema dicatur, quia videtur ea, quæ ex contrarijs conficitur, acutiſſima, ſola propriè nomen commune poſſidet. Tertiodemum ſignificato vtuntur Philoſophi, vt patet apud Rudolphum, lib. 2. de Inuent. cap. 18. & Ariſtotelem hic cap. 27. vbi Enthymema ſic definit. Enthymema eſt ſyllogiſmus imperfectus ex verſimilibus, aut ſignis.

Boet. Cicer. Rudolph. Ariſtot.

Quid ſit Enthymema iuxta Ariſtotelẽ

Qua deſcriptione complexus eſt Ariſtoteles non omne Enthymema, ſed illud, quo Rhetores frequentiùs vtuntur, alioqui idem Philoſophus in Problemat. ſect. 18. q. 5. vocat Enthymema demonſtrationem ex vniuerſalibus procedentem; quod verum non eſſet, niſi ex certis aliquando rationibus procederet, & niſi ex materia neceſſaria conficeretur, quale eſt illud, homo eſt animal, ergo homo eſt ſenſitiuus. Non appellat verò Enthymema ſyllogiſmum imperfectum, ea ſignificatione, qua omnes, qui per ſe euidentes non ſunt, imperfecti dicuntur, ſed quia altera ſumptione deficitur, quod ſic intellexit Boet. in ſecundo de differen. Topic. cum dixit, enthymema eſſe orationem, in qua non omnibus antea propoſitionibus conſtitutis infertur feliciter concluſio.

Ariſt.

Quo pacto definiatur Enthymema iuxta Rudolph.

Expeditius tamen idem definit Rudolphus lib. 2. cap. 18. in hunc modum: Enthymema eſt argumentatio, in qua ex vna ſumptione alteram concludimus. Intelligendum ſemper eſt, ex vna ſumptione, quæ rationem contineat, vt ab Exemplo, & Inductione ſeparetur; ſumptio autem, quæ in Enthymemate deſideratur, nunc eſt maior, nunc minor; v. c. in hoc; ſuperbia eſt vitiũ, ergo eſt fugienda, deſideratur maior; ſcilicet, omne vitium eſt fugiendum. In hoc verò: Omne vitium fugiendum eſt, ergo fugienda eſt ſuperbia, deſideratur minor, nempe ſuperbia eſt vitium.

Rudolph.

Enthymema ad ſyllogiſmum reducitur.

Vnde iam patet, Enthymema reduci ad ſyllogiſmum, cum ſuppletur ea ſumptio, quæ deerat; deeſt autem illa, in qua medius terminus iungitur cum ea extremitate, qua cum in antecedente coniunctus non erat. Cum autem Enthymema ex eo non ſit argumentatio formalis, quia in conſequente ſumitur

mitur vna extremitas, quæ non fuit in antecedente cum medio coniuncta, vt formalis efficiatur, debet hæc extremitas in eodem antecedente cum medio copulari, vt fit in propositis exemplis, in quibus maius extremum est [fugienda] minus [superbia] medium [vitium] quod in primo Enthymemate non iungebatur maiori extremo: in secundo verò non copulabatur cum minori, & iccircò in illo suppletur maior, in hoc minor propositio.

Ad quam figuram hæ argumentationes reducantur.

AD vberiorem explicationem eius doctrinę, quam Philosophus hoc in libro tradidit, non satis est, nosse modum, quo cęteræ argumentationes ad syllogismum reducantur, nisi ad quam figuram, & modum reduci queant, teneamus. Quare id in hac vltima huius nostræ commentationis parte, eo ordine, quo de singulis diximus, per aliquot pronunciata breuiter exponemus.

Primum sit. Inductio primò, & per se reuocatur ad tertiam figuram, sed quia constat ex tribus vniuersalibus, & minore aperta, vt simpliciter conuertatur, reducitur etiam ad primum modum primæ figuræ. Probatur prima pars: quando aliqua inductio reuocatur ad syllogismum, minor propositio, quæ additur, constat eodem subiecto, quo omnes antecedentes, quę sumuntur pro maiori, sed in illis omnibus subijcitur medium, ergo etiam in minori subijcietur; sed, quando medium in vtraque præmissa subijcitur, syllogismus est in tertia figura, ergo Inductio ad tertiam reuocatur, quod patet hoc exemplo: omnis homo sentit, omnis bestia sentit, sed hęc omnis homo, & bestia sunt omnia animalia, ergo omne animal sentit. Ex quo etiam aperta manet secunda pronunciati pars; nam illa minor, homo, & bestia sunt omnia animalia, si vera est, simpliciter conuertitur in hanc, omne animal est homo, & bestia, quæ si pro minori accipiatur, syllogismus erit in Barbara, & eodem modo res sese habet in ceteris. Statuitur pronunciata. i. de inductione.

Secundum pronunciatum. Cum in exempli reductione duo fatem syllogismi intercedant, in quorum primo concluditur maius extremum de medio, in secundo de minori extremo, vt Philoponus obiecit, non fit reuocatio ad vnam tantum figuram, sed primus syllogismus est in tertia, nunc in modo negatiuo, nunc in affirmatiuo pro qualitate exempli, quod reuocatur. Secundus in prima, siue in Barbara, siue in Celarent, iuxta exigentiam primi syllogismi. Ratio est illa, ob quam supra diximus, exemplum egere pluribus extrinsecus assumptis, quam ceteras demonstrationes, nimirum, quia non continet medium, quo exempli conclusio probanda est. Secundum de exẽplo.

Hæc enim de causa opus est, vt conficiatur vnus syllogismus, cuius maior sit antecedens Exempli: minor autem assumat pro prædicato id, quod in secundo syllogismo futurum est medium; & hoc in conclusione subijciatur maiori extremo; deinde alius, cuius maior sit conclusio antecedentis syllogismi, minor verò quædã propositiõ constans subiecto conclusionis Exempli, & medio, ita vt in præmissis medium coniungatur vtrique extremo; quo tandem in eius conclusione maius extremum de minori prædicetur. Ac prior syllogismus necessariò fit in tertia figura, secundus in prima. Quæ apertiora fient exemplis. Igitur illud Exemplum, cuius supra meminimus, ita est reuocandum: Græci imperium amiserunt; sed Græci erant schismatici; ergo omnes schismatici imperium amittunt. Rursus; Omnes schismatici ab imperio excidunt; sed Latini schismate diuiduntur; ergo imperio exuentur. Hoc in modis affirmantibus; in negantibus illud. Crœsus non inuenit felicitatem in diuitijs; ergo neque Crassus inueniet; Crœsus non inuenit felicitatem in diuitijs: sed Crœsus animo erat immortalis; ergo nullus animus immortalis inuenit felicitatem in diuitijs; rursum; nullus animus im-

mor-

mortalis in diuitijs felix eſt; ſed Craſſi animus eſt immortalis; ergo felicitatem in diuitijs inuenire non poterit.

Tertiũ de Enthymemate.

Tertium. Enthymema ad omnes tres figuras reuocatur; cum enim eius reductio fiat aſcita propoſitione, quæ deerat, in qua medium iungitur illi extremo, cui in Enthymemate non adiungebatur: hæc autem coniunctio quattuor modis variari poſſit, eadem in reuocando ſyllogiſmo varietas conſpicitur, quæ totidem propoſitionibus explicanda eſt; quas vt facilius percipere queas, aduertendum eſt, ex terminis, qui in Enthymemate reperiuntur, vnum bis accipi, ſemel in antecedente, & iterum in conſequente, vt patet in hoc exemplo. Homo eſt rationis particeps, ergo homo eſt riſibilis; vbi terminus, Homo, bis ponitur, animal, & particeps rationis, ſemel: cæterum is terminus, qui ſupponitur in antecedente, & in conſequente, quadrifariam diſponi poteſt; aut enim vtrobique ſubijcitur, aut vtrobique prædicatur, aut ſubijcitur in antecedente, & prædicatur in conſequente; aut è contrario in antecedente prædicatur, & in conſequente ſubijcitur.

Medij cõiũctio quadrifariam variatur.

Prima cõcluſio.

Sit igitur prima propoſitio. Quando ille terminus bis acceptus vtrobiq. ſubijcitur, reuocatur Enthymema, acceſſione maioris, nunc ad primam figuram, nunc ad ſecundam. Primum patet in propoſito exemplo: nam illi Enthymemati, homo eſt particeps rationis, ergo eſt riſibilis, deeſt hæc maior: Omne animal particeps rationis eſt riſibile. Qua adhibita fit ſyllogiſmus in Barbara: hoc verò: nullum animal eſt lapis, ergo nullum animal eſt marmor, reuocabitur ad Cameſtres, appoſita hac maiori, omne marmor eſt lapis.

Secunda concluſio.

Secunda propoſitio; ſi ille terminus vtrobique prædicetur, reuocatur Enthymema adiectione minoris modò ad primam figuram, modò ad tertiam; vnde hoc Enthymema; animal eſt ſenſitiuum, ergo homo eſt ſenſitiuus; reducitur ad Barbara, interiecta minori; ſed omnis homo eſt animal; interiecta verò hac; aliquod animal eſt homo, reuocatur ad tertiam in modo Datiſi.

Tertia cõcluſio.

Tertia propoſitio. Quando terminus bis acceptus in antecedente ſubijcitur, & in conſequente prædicatur, reuocatio fit ad ſecundam figuram appoſitione minoris, vt patet in hoc exemplo. Elementum eſt ſimplex; ergo aqua eſt elementum; additur enim hæc minor; ſed aqua eſt ſimplex, & fit ſyllogiſmus in Datiſi.

Quarta cõcluſio.

Quarta: ſi terminus prædicetur in antecedente, & ſubijciatur in conſequente, reuocatur etiam ad tertiam figuram adiectione maioris; vt, omne animal eſt viuens, ergo aliquod viuens eſt animal: adijcies namque maiorem; omne animal ſentit: efficieſque ſyllogiſmum in Darapti ad hunc modum: Omne animal ſentit, ſed omne animal eſt viuens, ergo aliquod viuens ſentit. Atque hæc pro doctrina librorum de Priori Reſolutione ſatis multa ſint.

FINIS.

Laus Deo Optimo Maximo.

COM-

Digitized by Google

COMMENTARII
IN LIBROS ARISTOTELIS STAGIRITAE.
DE POSTERIORI RESOLVTIONE.

HORVM LIBRORVM INSCRIPTIO, methodus, &c.

QVæ de inſcriptione, ac methodo horum librorum explicãda hoc loco erant; ex ijs quæ initio librorum de priori reſolutione pertractata à nobis ſunt, planè conſtant; ex quib. etiam promptum cuique erit intelligere, quæ ſit huic operi ſubiecta materia. Nam cum duplex ſit analyſis; altera ad formam, altera ad materiam pertinens; & prior tradita illic ſit; conſequens eſt, vt poſterior ad hunc locum fuerit reſeruata. Docet itaque in hiſce libris Ariſtoteles retexere, ac reſoluere ſyllogiſmum in materiam non quamlibet, ſed omnium præſtantiſſimam, qualis eſt neceſſaria, & demonſtratiua; quo patet, ſubiectum horum librorum eſſe ſyllogiſmum demonſtratiuum, cuius analyſis priuatim in eo traditur, vt eſt communis Græcorum, & Latinorum Interpretum ſententia; imò & Ariſtotelis lib. 1. Priorum, cap. 4. vbi ait, propoſitum ſibi eſſe agere in hoc opere de demonſtratione.

Analyſis duplex. Quæ ad hunc locũ ſpectet. Ariſt.

Materia huic operi ſubiecta é ſyllogiſmus demõſtrat.

Auerr. Lincon. Alexand. Theoph.

Auerroes tamen hoc loco, & Linconienſis, ſecuti Alexandrum, & Theophraſtum, putant, in his libris, non ſolum demonſtrationem, ſed definitionem etiam per ſe conſiderari, atque adeo eorum materiam non demonſtratione dumtaxat, ſed definitione etiam contineri. Quod ex eo confirmari poteſt, quia ſecundo huius operis libro agit Ariſtoteles de inuentione definitionis. Item quia, cum definitio ſit pars quædam modi differendi, vtique eius tractatio ad Logicum pertinebit; cum igitur Ariſtoteles de ea nullibi, præterquam loco citato, differuerit; conſequens eſt, vt ſubiectum huius operis non ſolam demonſtrationem, ſed definitionem etiam per ſe comprehendat. Nec ſatisfaciet, qui reſponderit, definitionem ad doctrinam Topicorum pertinere: nec enim Ariſtoteles in Topicis docet conſtruere definitionem; ſed conſtructam examinat, vt Alexander ibidem annotauit.

Eſſe etiam definitionem ſuadetur.

Nihil tamen hæc contra ſententiam, quam probamus, conficiunt. Ad primum enim dicendum eſt cum Euſtratio ad initium libri ſecundi huius operis, & Aegidio in proœmio libri primi Priorum, Ariſtotelem loco citato non ex inſtituto agere de definitione, ſed prout demonſtrationi obſeruit. Ad ſecundum

Vera ſnia defenditur & alterius fundamento reſpõd. Euſtrat. Aegid.

ſunt,

sunt, qui respondeant, noluisse Aristolem de definitione seperatim scribere, quod in ea minus negotij esse putarit: itaque totum se ad argumentationem, & eius partes illustrandas contulisse. Nobis tamen verisimilis videtur sententia Magni Alberti, tractatu primo suæ Logicæ, cap. 5. existimantis, hanc Dialecticæ partem non fuisse neglectam, prætermissamue ab Aristotele; sed temporum iniuria intercidisse, quæ de illa abeo scripta erant; certè in catalogo, quo libri Logicæ ab Aristotele editi recensentur, inter eos, qui non extant, numerantur quinque libri definitionum, & liber vnus diuisionum; quibus fortasse ea doctrina continebatur.

Alb. Mag. Vbi Arist. de definitione egerit.

Horũ lib. ad ceteros Dialecticos quis sit ordo. Philopon. Auicen.

De ordine horum librorum non nihil dissident Interpretes. Nam vt omittamus, quæ initio Priorum ea de re scripsimus; Philoponus & Auicenna, quorum meminit Auerroes, in hoc prologo, arbitrantur, inter libros de Priori, & hos de Posteriori resolutione interponenda esse Topica. Quod ex eo Philoponus suadet, quia sicuti mens ad demonstratiuam cognitionem, & scientiam probabilius argumentis disponitur, præparaturque: ita probabilium doctrina, quę in Topicis traditur, prius explicanda fuit, quam demonstratiua. Idem verò confirmat Auicenna hoc fundamento: à communioribus ad minus communia incedendum est; communiora verò sunt probabilia, de quibus agitur in Topicis, quam demonstratiua, quæ in hoc opere explicantur: nam omnia, inquit, demonstratiua probabilia sunt, non tamen è conuerso; ergo Topica his sunt anteponenda.

Hi lib. Topica præcedunt. Alexand. Alb. Mag. Algazel. Alfarab. D. Tho. Auerr.

Contraria tamen opinio defendenda est, quam sequitur Alexander primo Elenchor, capite quarto; Magnus Albert. hoc libro tractatu primo, capite primo, Algazellus, & Alfarabius teste eodem Alberto, capite secundo eiusdem tractatus. Diuus Thomas, & Auerroes in hoc proœmio, alijque Autores, asserentes, hos libros proximè cohærere cum ijs, qui de priori resolutione sũt. Quod doctrinæ consequentia satis demonstrat, colligiturque ex Aristotele libr. 1. de priori resolutione, cap. 4. vbi statutum sibi esse dixit, demonstrationem pertractare; sed oportet à syllogismo incipere, quia prius communiora, deinde minus communia explicanda sunt. Aristot.

Aliorum fundamentis respondetur.

Ad argumentum Philoponi respondendum est, licet, cum probandum aliquid suscipitur, prius rationes probabiles, si ex suppetant, postea verò demonstratiuæ adhiberi soleant: secus tamen rem se habere in tradenda disciplina syllogismi demonstratiui, & probabilis; cum ratio methodi atque ordo, ficuti iam ex dictis constat, effligitet, vt prius de illo, tum de hoc differamus. Ad argumentum Auicennæ concedendum est, quod assumit; sed negandum probabilia, quasi communiora, continere sub se demonstratiua; cum sint membra opposita inter se se, vt planè constat ex diuisione syllogismi in Demonstratiuum, & Dialecticum, Pseudographum, & Sophisticum; è quibus Dialecticus ex probabilibus, demonstratiuus ex necessarijs constituitur; itaque non probabilia, sed probatiua, id est, apta idoneaque ad probandum latius patent, quam demonstratiua: cum hæc certam, definitamque materiam, nempe necessariam sibi vendicet; illa ad omnem materiam, qua probari aliquid possit, indiscriminatim se habeant.

A cõmunioribus quãdo est incipiendum.

Quod si quis in re proposita communiora vocet ea, quæ quasi communis iuris, per plures, aut omnes propemodum scientias vagantur, quo modo se habent probabilia; tunc inficiandum erit, ab ijs, quę hoc sensu communiora dicuntur, auspicandum esse. Nam cum Hippocrates, Plato, & Aristoteles, Alijq. Philosophi aiunt, debere nos à communioribus incipere, ea appellant communiora, quæ in prædicando latius patent, non autem, quæ alio quouis modo pluribus disciplinis obseruiunt.

Porrò

Præſtantis huius tractationis inter Dialecticas maxima. Ariſt.

Porrò cum doctrinę nobilitas duplici potiſſimum ratione, videlicet ſubiectæ materiæ præſtantia, & certitudine æſtimetur, vt docet Ariſtoteles initio librorum de Anima: ſi priorem cauſam ſpectemus, conſtat, hanc Logicæ partem ceteris anteponendam, vt Magnus Albertus primo capite huius libri animaduertit: quādoquidem inter ceteros diſſerendi modos ſyllogiſmus principem locum habet: & inter ſyllogiſmos demonſtratio: cum neceſſaria, & demonſtratiua multò nobiliora ſint probabilibus. Vnde Ptolemæus in primo Almageſti monet, ne probabilia, ſed demonſtratiua, quæ fixa, perpetuaque ſunt, conſectemur. Ex parte etiam poſterioris cauſæ magnam hæc pars Dialecticæ dignitatem obtinet: eſt enim de re ſtabili, ac certa, vtpote de natura demonſtrationis.

Alb. Mag.

Ptolem.

Et verò Ariſtoteles ita ſubtiliter, & accuratè eam expoliuit, vt iure dixerit Aphrodiſæus, illum demonſtrando demonſtrare docuiſſe. Themiſtius tamen hoc loco in procœmio ſuæ paraphraſis conqueritur de huius operis obſcuritate, cū pleraque, inquit, omnia Ariſtotelis ſcripta, quaſi de compoſito, caligine quadam offuſa, oppletaque habeantur, illud potiſſimum opere hoc intelligitur, cùm ob ipſum genus elocutionis, quod (ſi alicubi) maximè preſſum hic, præciſumque eſt: tum ob capita, quæ nullo ordine viſuntur diſpoſita.

Aphroc. Themiſt.

IN

IN PRIMVM LIBRVM POSTERIORVM ARISTOTELIS

PROOEMIVM.

Disposition primi libri.

IN Demonstratione quattuor præcipuè spectari possunt; materia, forma, finis, & medium demonstrandi: ac de vltimo differis Philosophus lib. sequenti: priora tria eodem ordine, quo à nobis proposita sunt, in hoc primo libro pertractat. Itaque à primo cap. vsque ad decimum demonstrationis materiam explicat. Ab vndecimo vsque ad 22. quæ figura Demonstrationi sit aptior, edisserit. A cap. 23. Vsque ad finem libri de scientia, quæ Demonstrationis effectus, ac finis est, latè disputat: & nunc scientias inter se, nunc cum alijs animi habitibus componit. Ceterum, quia in arte facti is tàm materia, quàm forma in finem accommodantur, cuiusmodi sit ea scientia, quæ demonstrationis finis est, ad initium ferè libri breuiter explicat.

EXPLA-

Digitized by Google

EXPLANATIO CAPITIS PRIMI

DE PRAECOGNITIS.

SVMMA CAPITIS.

HOC caput triplici pronunciato continetur. Primum; aliqua esse à nobis præcognoscenda, antequam scientiam conclusionis comparemus, quod probat ex celebri pronunciato; Omnis doctrina, disciplinaque intellectiua ex antecedente fit cognitione; Scientia verò est notitia discursiua. Secundum pronunciatum est ea, quæ ante conclusionem præcognoscenda sunt, esse subiectum, passionem, & principia; & de subiecto cognoscendum esse quod sit, de passione, quid vocabulum significet, de principijs autem, quod vera sint. Tertium pronunciatum ad soluendam quandam Menonis dubitationem, est huiusmodi; Antequam demonstratio perficiatur, necesse est, conclusionem, partim cognosci, partim ignorari; cognosci quidem virtute, ignorari verò formaliter.

COMMENTARIVS.

Duo Philosophus ostendere conatur.

Omnis a doctrina] Exorditur à celebri quodam pronunciato, videlicet: Πᾶσα διδασκαλία καὶ πᾶσα μάθησις διανοητικὴ ἐκ προυπαρχούσης γίνεται γνώσεως, id est, omnis doctrina, omnisque disciplina intellectiua, seu, quæ ratione perficitur, fit ex præexistente cognitione. Idem inculcat lib. 6. Ethic. cap. 3. & lib. 1. Metaph. cap. 7. contendit autem hoc loco Aristot. duo ostendere; alterum est, dari veram scientiam in nostro intellectu. Alterum est, aliquam scientiam à nobis acquiri, & quatissimum ratione acquiratur. Quorum primum est contra Heraclitum Ephesium, & Cratylum eius discipulum, qui magna parte scientias dari negabant. Posterius verò est contra Platonem, qui asseruit, nullam nos in hac mortali vita denuò scientiam consequi, sed nostrum discere esse reminisci, ac retractare, quæ olim in alterius vitæ statu nouimus.

Docet ergo in primis Aristoteles, nonnulla esse prænoscenda, antequam in nobis scientia per demõstrationem efficiatur. Deinde, quænam

CAPVT I.

Omnis a doctrina, omnisque disciplina intellectiua, ex præexistente cognitione fit. Id, si omnes quo fiat pacto consideremus, manifestum profectò fiet. Mathematica namque scientia ille comparantur modo, ceterarumque artium vnaquaque.

b *Sanè circa orationes quoque, sine illa per ratiocinationes, sine per inductionem fiunt, seruari modus idem solet: in vtrisque namque per anteà nota, doctrinam nimirum fit: quippe cum in altera tanquam à cognoscentibus propositiones accipiantur: in altera per singularia iam notum ipsum vniuersale ostendatur. Simili profectò modo & oratoria rationes suadent: aut enim exemplis, quod est inductio: aut enthymematibus, quod quidem ratiocinatio est, facultas ipsa solet oratoria suadere.*

c *Dupliciter autem prænosse necesse est: quædam enim esse, quædam quid dictum significent, quædam vtroque modo, anteà percipiamus, oportet.*

d *Veluti, de quouis quidem affirmationem, aut negationem dici verum esse: triangulum autem hoc significare: vnitatem vtroque modo. & quid significet, & etiam esse: non enim vnum-*

Digitized by Google

nam illa sint, & quo ordine prænoſci debeant; argumentaturque in hunc ferè modum. Omnis doctrina, omniſque diſciplina intellectiua ex antecedente fit cognitione; ſed ſcientia, quæ de aliqua concluſione per demonſtrationem acquiritur, eſt doctrina, & diſciplina intellectiua; ergo fiet ex antecedente cognitione. Huius ſyllogiſmi ſolam maiorem exprimit, eamque probat, tam in ſcientijs, quàm in ceteris artibus: & tam in doctrinis, quæ neceſſarijs innituntur argumentis, vt Mathematicæ, quam quæ probabilibus, vt Dialectica concreta rebus, & oratoria; quarum illa ſyllogiſmo, & inductione potiſſimum vti cõſueuit, hæc verò loco eorum Enthymemate, & Exemplo. Porrò in his omnibus ex præeunte aliquorum notitia ad reliqua fit progreſſio. Nam Mathematici elemẽta quædam, principia, & hypotheſes præmittunt, ex quibus dein de propoſitum concludunt, quod alij quoque ſuo modo præſtant.

b *Sanè circa orationes.*] græcè περὶ τὰς λέξεις, his verbis ſignificat Dialecticam, id eſt, artem, quæ ignota per notiora oratione parefaciendo verſatur. Hanc ait ex quibuſdam notis procedere, quia, cum inductionem adhibet, ex ſingularibus prius nous colligit vniuerſale, vt traditur etiam primo libr. Topic. capit. 8. cum autem ſyllogiſmum conficit, ex quibuſdam conceſſis progreditur; fuit enim veteribus maximè familiare, cum ratiocinando differebant, vt primum ſumptiones, ex quibus inſtitutum conficeretur, Aduerſarium interrogando, proponerent: deinde, quod ab eo reſponſum eſſet, id tanquam notum, & confeſſum ad rem concludendam accommodarent.

Prænotio diuiditur.

c *Dupliciter autem.*] Exponit, quænam ante demonſtrationem ſcientiam prænoſcenda ſint; & qua prænotione. Porrò prænotio in communi accepta duo membra continet; prænotionem quid eſt, & prænotionem quod eſt. Deinde, vtrumque membrum in alia duo diſtribuitur; prænotio quid eſt, in prænotionem quid nominis; id eſt, quid vocabulo ſignificetur, & in prænotionem quid rei;

quodque iſtorũ ſimili nobis modo manifeſtum eſt. c *Fit autem, vt, quæ cognoſcimus, eorum quædã prius etiam cognouerimus. Quorundam verò cognitionem ſimul accipimus, veluti, quæcunq. ſunt ſub vniuerſali, quorum quidem habemur cognitio. Nam omnem triangulum tres duobus rectis æquos habere, ante ſcimus: at id, quod eſt in ſemicirculo, triangulum eſſe, ſimul vt eo inducti ſumus, agnouimus. Hoc enim pacto nonnullas diſcimus rerum, et non per medium extremum cognoſcimus, ſcilicet quæcunq; ſingulares rerum formæ ſunt, & de ſubiecto nullo dicuntur.* d *Antea verò quàm fiat inductio, vel ratiocinatio ſit, partim fortaſſe nos ſcire, partim neſcire dicendũ eſt. Quod enim non ſcimus, an eſſet ſimpliciter, id quomodo duobus rectis æquales habere, ſcire ſimpliciter licet: at paruo quod hoc quidem pacto ſcimus: ſcit enim vniuerſaliter, ſimpliciter verò non ſcit.* e *quod quidem ni ita ſit, ea profectò, quæ in Menone beſtiario eſt, vſu veniet: aut enim nihil quiſquam diſcet, aut ea, quæ ſcit, diſcet.* f *Non enim ita reſpondendum eſt, qualiter ſoluere quidam nituntur: ſemnemne dualitatẽ parem eſſe ſcis? annuenti verò, dualitatem ei quandam offert, quam quidem ne eſſe putabat, ita nec parem eſſe putabat: ſoluere enim, nõ omnem ſe ſcire dicentes, eſſe parem dualitatem, ſed eam, quam eſſe dualitatem ſciunt. Et tamen ſciunt quidem id, cuius demonſtrationem tenent, cuiuſmodi, at non eius omnis, quod ipſi aut triangulum, aut numerum eſſe ſciunt, ſed trianguli, & numeri ſimpliciter omnis demonſtrationem cæperunt. Nulla enim huiuſcemodi propoſitio ſumitur, quem in ſcire numerum, aut quem in ſcire recte lineam figuram, ſed abſolutè quadlibet ſumitur.* g *Sed nihil, vt arbitror, obſtat ſi id, quod diſcit quis, partim quidem norit, partim verò ignoret. Nõ enim abſurdum eſt hoc, ſcire, quod nouit, addiſcat aliquo modo; ſed ſi hoc pacto, eaque ratione, qua diſcit, eodem modo nouerit.*

CAP.

rei; id est, quæ sirrei natura. Prænotio quod est, in prænotionem existentiæ, siue quod res existat, possitve existere, & in prænotionem veritatis, seu quod veræ res sint, quod intellige secundum complexam veritatem, ex his prænotionibus duplicem attribuit Aristoteles subiecto; quid vocabulum significet, & quod existat, seu possit existere. Vnam passioni nimirum quid significet vocabulum. Vnam item principijs, nempe quod vera sint.

d *Veluti de quouis*] Eorum, quæ prænoscenda esse docuit, exempla adhibet, quæ tamen ad vnam, eandemque scientiam non pertinent, sed ad diuersas. Nam illud, de quouis vera est affirmatio, aut negatio; commune principium est, traditum libr. 4. Metaph. cap. 3. Triangulus verò est passio, quæ demonstratur in Geometria; demonstrat enim Euclides in prima propositione libri primi, super quamuis datam lineam rectam posse constitui triangulum. Vnitas autem est subiectum, de quo in Arithmetica multæ passiones demonstrantur.

e *Fit autem*] Declarat, quo ordine præmissæ in ipso demonstrationis progressu cognoscantur; atque maiorem prius cognosci, quam conclusionem; minorem verò simul cum illa, quod intellige, cum maior propositio suo loco ponitur, & cognoscitur. Videlicet ante minorem, vt ordo ratiocinationis postulat. Nam si minor ante maiorem constituatur, alius erit ordo cognitionis, quà de re in progressu plenius, ac planius. Quo ordine præmissæ cognoscantur.

f *Atqui vero*] Ad huius loci intelligentiam prænotandum est, dupliciter posse à nobis intelligi conclusionem, nimirum, vel formaliter, hoc est, in se, & conceptu proprio, de qua cognitione loquutus est proximè Aristoteles, cum dixit, conclusionem cognosci simul cum minori, vel virtute, implicitè, & in alio; dum videlicet cognoscuntur præmissæ, in quibus conclusio virtute, & confusè continetur. Igitur Aristoteles in reliqua parte huius capitis docet, quo pacto se habeat virtualis cognitio conclusionis ad notitiam præmissarum, antequam illa ex his colligatur: docetque, conclusionem cognosci pariter, sed tamen virtute in præmissis: videlicet, quatenus in illis, vt in sua causa, potestate continetur, sicque partim esse nobis notam, partim ignotam. Alioqui nequaquam postea in eius cognitionem venire possemus. Bifariã cognoscitur conclusio. Conclusio virtute in præmissis intelligitur.

g *Quod quidem ni ita sit*] Ostendit, non aliter dissolui posse dilemma Menonis apud Platonem, quam adhibita illa distinctione actualis, & virtualis notitiæ, de qua paulò ante. Quod vt intelligas, sic habeto. Disserens Socrates cum Menone de virtute, inuestigare conatur, quidnam virtus sit. At inuestiganti in hunc modum Menon occurrit: qua via id inuestigabis ò Socrates quod quidem omninò quid sit ignoras? Quale enim tibi proponens id, quod ignoras, inquiris? aut, esto, in illud incidas, quoniam signo id, quod ignorabas, esse illud cognosces? Tum Socrates; intelligo, quid velis, ò Menon. At eo animaduertisne quam pertinacem argumentationem in medium adduxisti? quod videlicet homo, neque quod nouit, neque quod ignorat, inquirit. Nam si nosci, nulla inuestigatione opus est; sed neque quod nescit, inuestigabit, &c. Ita verò Socrates eò deducit orationem, vt statuat, nihil nos denuo scire, sed olim scita recordari; secus tamen iudicat Aristoteles, ac Menonis cauillo aliter occurrendum censet, videlicet, ex illa distinctione formalis, & virtualis notitiæ, at ea, quæ inuestigamus, partim sciri à nobis, partim nesciri, &c. Dilemma Menonis adhibita distinctione soluitur.

h *Non enim ita respondendum est*] Proximè explicatam Platonis sententiam quidam improbantes Menonis dilemma soluere nesciebant; fatebanturque, nullo pacto nos ea scire, quæ inquirimus. Quos Platonis discipuli coarguebant interrogantes, an scirent, omnem dualitatem esse numerum parem. Quod cum ij tanquam natura notum concederent; mox illi dualitatem, quam manu absconditam seruabant, proferebant rogantes, vtrum ne Platonicorũ discipulorum argumentatio.

ilized by Google

etiam dualitatem illam parem esse cognoscerent: id verò cum se scire negarent, hunc in modum Platonici vrgebant: scitis, omnem dualitatem parem esse, hæc dualitas manu clausa dualitas est: ergo hanc etiam dualitatem parem esse non ignoratis. Negabant maiorem propositionem, aientes, neminem scire absolutè omnem dualitatem esse parem. sed omnem, quam scit, esse dualitatem. Responsum hoc confutat Aristoteles probans, vniuersalem illam propositionem simpliciter cognitam esse, sicut enim in demonstratione sumitur, ita cognoscitur; at in demonstratione non de omni dualitate, quam sciunt esse dualitatem: sed de omni simpliciter profertur, eam esse parem: videlicet ita; omnis numerus in duo æqua diuiduus, par est: omnis dualitas est numerus in duo æqua diuiduus; ergo omnis dualitas par est.

Quorundã responsio improbatur. Germana solutio.

i *sed nihil*] Germanam adhibet solutionem docens, nihil obstare, quo minus id, quod quis addiscit, quodammodò sciat, quodammodò ignoret; aliter tamen, atque aliter, vt iam ex dictis constat.

QVAESTIO I.

Vtrum omnis Doctrina sit reminiscentia, an denuò comparata.

ARTICVLVS I.

Sententia Platonis de reminiscentia.

POstulabat Peripatetica docendi methodus, vt, acturi in hoc opere cum Philosopho de scientia, primò inuestigaremus, an alicubi vera reperiatur. Hæc enim est prima quæstio de qualibet re proponenda, sed quoniam ea satis expedita est in proœmio Physicorum, quæstione secunda, accedimus statim ad inuestigandum modum, quo est, per reminiscentiamne, an per nouam inuentionem, cuius occasionem præbuit Aristoteles, cum argumentum protulit ex Menone Platonis ad euertendam scientiæ acquisitionem, & statuendam reminiscentiam.

Sententia Platonis: scientia est reminiscentia.

Plato igitur, vt ex ipsius Menone, Phœdro, & decimo de Republ. aliisque locis constat, existimauit, animis nostris, antequam hisce corporibus vnirentur, omnium scientiarum habitus fuisse concessos, neque in hac vita vllam à nobis scientiam comparari: sed cum discimus, id solum à nobis præstari, vt per phantasmata in sensibus efformata excitetur scientia in animo insidens, quæ materiæ caligine circumfusa erat, & ita nostrum discere non esse aliud, quam eorum, quæ nouimus, recordando reminisci. In eadem sententia fuit Pythagoras, vt refert D. Augustinus libro 12. de Trinitate, capit. 15. cuius Pythagoræ est illud testimonium à Platonicis eductum quædam se meminisse, quæ nunquam fuerat expertus. Sunt omnes Platonici Alcinous, Iamblichus, Porphyrius, Priscianus, Lydius, Simplicius quoque, & Tullius, Macrobius, & Academicæ disciplinæ insignis assertor Plotinus, qui libro de descensu animorum in corpora ait, humano animo naturale esse corporis commercium, quo quasi hausto obliuionis poculo inebriatur; & libro de substantijs cognoscentibus ait; corpus ad hoc animum iuuare, vt per imagines in phantasia expressas, intelligibilium recordetur, & in hoc sitam esse reminiscentiam arbitratur.

Alcinous. Iamblichus. Porphyrius. Priscian. Simplic. Tullius. Plotinus.

In eandem sententiam pertrahere conatur Aristotelem Bessario, & Iamblichus, eò, quod in secundo de generatione animaliũ, capite tertio dicat, animum humanũ extrinsecus aduenire, id est, ab alio statu extra corpus.

Bessario. Iamblichus. Arist.

Digitized by Google

corpus in ſtatum corporis demigrare, cenſuit igitur, habere alium ſtatũ ante corpus, &, quod par eſt credere, in eo poſſidere rerum ſcientiam, ne ſtolidum animum exiſtere fateatur. Quibus ſi obijcias, Ariſtotelem in lib 3. de anima, cap. 4. conferre intellectum noſtrum tabulę, in qua nihil depictum eſt, ergo exiſtimare ab ortu nullam habere ſcientiam. Occurrit Beſſario lib. tertio contra calumniatorem Platonis, eam tabulæ ſimilitudinem non referri à Philoſopho ad intellectum, ſed ad ſenſum, quem etiam Plato fatetur, à principio nullis rerum imaginibus eſſe inſignitum. Iamblichus verò negat, comparari intellectum tabulæ nudæ, ſed exaratæ ſemideletis characteribus, quos proinde neceſſe ſit nouis quaſi luminibus à phantaſmatis illuſtrari. Ad Platonicos accedere videtur Seuerinus Boetius 3. de conſolatione, metro vndecimo, & proſa 12. vbi ſic loquitur: Platoni vehementer aſſentior, nam me horum iam ſecundum commemores, primum, quod memoriam corporea contagione, de hinc mœroris mole preſſus amiſi.

Ariſtot.

Boet.

Intellectũ eſſe vt tabulam raſam, quomodo quidam exponant.

Huius dogmatis præcipuum fundamentum Platoni fuit, quod ex Ariſtotele ſecundo de generatione, alibi citato, ſtabilire conantur Platonici, nempe animos noſtros multò ante corpora fuiſſe à Deo creatos, in quo ſtatu non erat eorum dignitati congruum, vt omni ſcientia carerent. In qua ſententia, ſeu errore fuit etiam Origenes primo περὶ ἀρχῶν, capit. 7. vbi ex eo colligit, animos in eo ſtatu ſcientijs eſſe præditos, quia aliàs non poſſet Iacob in vtero materno ſupplantare Eſau, nec Ioannes ad Chriſti Domini acceſſum exultare. Probauit deinde Plato ſententiam ſuam ſub perſona Socratis in Menone, ſeu in dialogo de virtute illo argumento; quia, vel quis rem propoſitam iam nouit, vel ignorat; ſi nouit, non opus eſt eam inquirere; ſi ignoret, fruſtra inquiret, cum non norit, quid quærat; licet enim in id incurrat, ad huc ſe inſuę-

Ariſtot. Prædictæ ſententiæ fundamentũ primũ.

Origenes.

Luc. cap. 2.

niſſe ignorabit. Cui dilemmati cum aliter occurri non poſſit, quàm aſſerendo, nos quęrere notitiam rei ignoratæ actu, cognitæ verò habitu, concedendum erit, ineſſe animę à ſuo ortu ſcientiarum habitus. Quod vlterius confirmauit producto in medium puello, qui à Socrare de quibuſdam Geometricis, gradatim interrogatus, ita reſpondit, vt oſtenderet, ſe earum rerum notitiam quaſi anteà habitam ex ſe repetere.

Poteſt idem placitum hac ratione probari. Si vlla ſcientia à nobis de nouo compararetur, vel id fieret miniſterio ſenſus, vel ope magiſtri: ſed neutrum dici poteſt, non primum, quia multa ſenſus effugiunt, quorum ſcientiam habemus, vt Deus, intelligentiæ, occultæ quædam rerum virtutes, ac proprietates. Prætereà, quia ſenſus nimium ſunt fallaces, à quibus proinde non eſſe petendam ſynceram veritatem, monet Auguſtinus, lib. 83. quæſtionum, quæſtio. 9. & nos quotidie errantem ſenſum intellectu corrigimus. Non ſecundum, quia ad ſciendum præter lumen naturale intellectus requiruntur intelligibiles ſpecies, quas magiſter non poteſt in diſcipuli mentem transfundere, vt manifeſtum eſt; ergo nequit magiſter, vllam de nouo ſcientiam impertiri, ſed externa tantum ſigna proponit, quibus interuentu phantaſmatum habitus à primo ortu nobis ingeniti ſuſcitentur; quod expreſſit Auguſt. in libro de doctrina Chriſtiana. Quemadmodum, inquit, poteſt quiuis digitum mouere, vt aliquid oſtendat, non autem videndi facultatem conferre, ita poteſt homo exterius verba proferre, quæ veritatis ſigna ſunt, non autem veri intelligendi virtutem, quæ à ſolo Deo eſt, impertiri. Confirmatur, eadem ratio eſt de habitibus ſcientiæ, ac primorum principiorum; ſed hi ſunt à natura ingeniti, ergo & habitus ſcientiæ.

Secundũ

D. Aug.

D. Aug.

Cõfirmatio.

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

Exploditur dogma Platonis, & vera sententia statuitur.

Humanũ animum ante corpus creatũ esse fidei repugnat. Leo. Concil. Brachar. Arist. D. Thom.

REpudianda tamen est hæc Platonis sententia; tum quia falso prorsus nititur fundamento, scilicet, humanos animos ante corpora fuisse creatos, quod Orthodoxæ fidei repugnat, vt patet ex prima Epistola Leonis 1. ad Turibium Asturicensem Episcopum, & ex Concilio Bracharensi 1. capit. 6. vt latius explicatur in libris de anima; tum quia manifestis argumentis conuincitur, primò ab Aristotele 1. Metaph. cap. vlt. his duobus, præter alia, quibus etiam vtitur D. Thom. 1. part. quæst. 42. artic. 3. Si nostris animis essent congenitæ scientiæ, minimè nos laterent: fieri enim nequit, vt scientem lateat se scire, præsertim cum disciplinæ, quanto sunt euidentiores tantò manifestius se prodant. Deinde quia sequitur, eos, qui ab ortu sensu aliquo sunt priuati, posse habere scientiam rerum spectantium ad illum sensum, quod repugnat experientiæ; cum cæcus natus haud iudicet de coloribus. Nec scitè occurrent Platonici, ideo cæcum non exercere scientiam de coloribus, quia desunt phantasmata ad id omninò necessaria: constat namque, vt rectè vrget Caietan. loco primæ partis citato, posse nos per sensibilia vnius sensus venire in memoriam sensibilium alterius, si eius scientiam obtinemus, vt, cum ex visione sacchari dulcedinis recordamur.

Platonis sententia refellitur primò.

Caiet.

2. Secundò conuincitur à D. Thoma 2. contra Gent. capit. 83. hunc in modum. Nulla forma detrimentum percipit ex coniunctione cum propria materia, anima est propria forma corporis, vt in libris de anima ex fide, & ratione concluditur; ergo non poterit anima à corpore impediri, ne sciendi actus exerceat, si eos ante corpus exercebat. Maior ex eo est euidens, quia natura nulli procurat nocumentum, ergo forma à natura destinata ad informandum corpus nequit eiusmodi naturali informatione imperfectior reddi, ab actionibusque impediri. Præterea, si notitia conclusionum æquè, ac principiorum naturalis esset, hæc sequerentur; primò, non minus aptè respondere eum, qui citra ordinem interrogaretur, quam qui gradatim interrogatur; siquidem omnia æqualiter illi sunt manifesta; secundò, omnes eandem conclusionem, & opinionem approbaturos; naturalia enim vbique sunt eadem.

D. Thom.

3. Tertiò, nullam posse esse falsam opinionem: quandoquidem ab ideis nihil falsum deriuari potest; quod incommodum vt euitaret, satis, sed nequicquam laborat Plato in Theæteto, vt docuit Bion, referente Olympiodoro in Phædonem.

Bion. Olympiod.

4. Postremò, si discere esset media phantasmatum exercitatione recordari, nec tam operosa esset disciplina, quantum experimur: cum impressio phantasmatum haud tantam habeat difficultatem: nec, cum actu scimus, rem simpliciter cognoscemus, sed percipiemus simul, nos aliquando similem habuisse cognitionem; reminisci enim est rei cognitæ, vt antea cognitæ, recordari.

Quæstionis resolutio.

Conclusio ergo huius articuli sit; animum humanum simul à Deo creari, & in corpus infundi, esseque à prima origine quasi nudam tabulam, omni habitu, specieque destitutum: Deinde verò progressu temporis acquirere scientiarum habitus, ea potissimum via, quam tradidit Aristoteles in hoc opere, videlicet, percipiendo prius principia, quæ maiorem habent cum lumine intellectus cognationem, & ex illis deducendo conclusiones aut per se, & proprio experimento, aut opera, industriaque magistri, de quibus inter soluenda argumenta iam diccmus.

AR-

ARTICVLVS III.

Soluuntur argumenta pro Platone addicta.

IN primis, quod ad illius sententiæ Autores attinet, demus Platonicis, Pythagoram in ea fuisse, nego tamen cum D. Augustino loco citato, illius testimonium esse auscultandum; solet enim in vigilia accidere, vt quis incurrens primò in alicuius rei cognitionem ob aliquam eius similitudinem cum alia cognita, putet, se illam cognouisse; nisi forte id mali dęmonis suggestione contingat ad hominum mentes inani superstitione deludendas. Aristotelem iniuria pertrahunt ad se Platonici, cum in hoc loco Menonis eam sententiam astruentis dilemma soluat, & in primo Metaph. & quarto tam multis contra eum disputet; Nec rectè interpretantur locum 3. lib. de anima Bessario, & Iamblichus; non primus, quia Aristoteles ibi expresè agit de intellectu, docens, intellectum passiuum ex se esse in potentia ad intelligibilia, & quasi nudam tabulam: non secũdus, quoniam Aristoteles ait, intellectum esse quasi tabulam, in qua nihil est scriptum, vt liquet ex contextu Græco; non autem tabulam malè exaratam. Boetius quoque Seuerinus cum Aristotele sentire existimandus est; nec citato loco ad Platonem accedit, sed in crassam corporis molem, vrgente præsertim senectute, inuehitur, à qua tantum detrimentum se accepisse quæritur, vt per Hyperbolem dicat se Platoni credere.

D. Aug.

A sententia Platonis Arist. vindicatur.

Vindicatur Boet. Boetius.

Præcipuum fundamentum Platonis iam à nobis euersum est. Ad rationem Menonis dicendum cum Aristotele; qui aliquid scire cupit, partim scire, partim nescire: scire confusè & virtute, quatenus tenet principia, in quibus scientificæ conclusiones continentur: non scire formaliter, & in se; ad sciendum autem formaliter, & in se non oportet, vt eiusdem conclusionis habitum habuerit, sed vt principia teneat, & iudicio intellectus deprehendat, ex illis euidenter inferri conclusionem, quemadmodum, si quis seruum quæreret, quem non nouat, (vt in eorum exemplo persistamus) & haberet aliqua signa, quæ illum omninò proderent, si in seruum incurreret, certus procul dubio esset, se inuenisse seruum, quem antea minimè cognouisset. Puer verò, qui ordine interrogatus aptè respondet, apprehendit prius, & iudicat principia, quæ proponuntur, & ex illis deducit conclusiones, atque ad eò scientiam de nouo adipiscitur, & neutiquam reminiscitur.

Menonis dilemma soluitur.

Ad rationem pro Platone factam respondeo, nos comparare scientiam vtroque modo ibi posito: quorum prior dicitur propria inuentio, posterior disciplina. Ad prioris impugnationem dico, vt ministerio sensuum scientiam comparemus, non opus esse, vt, quæ scimus, per se cadant sub sensum; satis enim erit, fuisse in sensu, vel per se, vt qualitates sensibiles, vel per effecta, vt Deus, intelligentiæ, occultæ rerum virtutes, vel per fundamenta, vt relationes, vel per opposita, vt negationes per formas negatas, vel denique per suas partes, vt mons aureus.

Vltimũ argumẽtum diluitur.

Quod additur de sensuum fallacia in cognoscendo, in secundo libro de anima vberius declaratur. Interim respondeo, esse quidem sensus aliquando propter impedimentum occasionem formandi falsum iudicii, egereque intellectus correctione, vt, quando videtur in aqua remus semi demersus, nisi enim intellectus aliũdè sensum emendet, fractum esse iudicabit. Verum id non sufficit, vt negemus, sensus esse apta media comparandi scientiam, cum in plurimis, & sublatis impedimẽtis non errent. Quemadmodum grauitas lapidis nõ desinit esse aptum instrumẽtum acquirendi locum naturalem in cẽtro, eò quod aliquando propter obstaculum obliquo motu lapidem præter naturam detorqueat in latera. Neque D. Augustinus loco citato aliud si-

Quãdo sẽsus deceptionem gignat.

Digitized by Google

gnificat, vt exponit Diuus Thomas, quam à solis sensibus non esse expectandam sinceritatem veritatis, sed adhibendum lumen intellectus, vt vtriusque testimonio veritas sit irrefragabilis, quod nos minimè diffitemur.

Scientia quomodo à magistro datur.

Ad impugnationem posterioris modi adipiscendi scientiam, nimirum ope magistri, concedendum est, magistrum non infundere in mentem discipuli lumen intellectus, vel species intelligibiles saltem per se, & directo: dici tamen, eum docere, quatenus ei proponit pronunciata, quibus similia forma intellectus discipuli, & exhibet externa signa, sensibiliavè exempla, quibus addiscentis mens adiuuetur ad facilius effingendam cognitionem, quam vult inculcare; quibus nihil repugnant Augustini verba; solum enim voluit, naturale lumen, & intelligendi vim à solo Deo esse.

D. Augusti.

Vrgeas; vel signa externa, quę magister proponit, sunt nota discipulo, vel ignota: Si nota: ergo iam antea sciebat rem; nam signum tunc est notũ, quando tenemus illius significatum; nihil ergo de nouo addiscit: si ignota, ergo nihil magis per ea docere poterit, quam si homini latino proferat gręca verba, dicente Augustino in libro de vtilitate credendi, nõ posse signis aliquid cognosci, nisi prius sciatur, cuius illa signa sint. Respondetur, illa signa esse nota in vniuersali, & in confuso, à magistro verò particulariter, & explicitè declarari, verbi gratia, nouit discipulus, quod homo significat humanam naturam confusè, à magistro verò particulatim discit, quibus ea partibus cõstet. Item sunt nota, quatenus significãt simplices terminos, & magister vlterius declarat, quinã illorũ terminorum coniungi debeant inter se per affirmationẽ, qui separari per negationẽ. Hac de re Autor libri de cognitione veræ vitæ, tract 3. c. 36. D. Thom. 1. p. q. 117. art. 1. 2. contra Gent. c. 75. Opusc. 16. c. 5. Henricus Gand. in summa. artic. 1. q. 6. Confirmatio eget longiori discussione.

Auguſt.

Auctor li. veræ vitæ.

D. Thom.

Henric.

ARTICVLVS IV.

Virum habitus primorum principiorum insint nobis à natura.

QVamuis ijsdẽ argumentis, quibus art. 2. Platonis somnium refutauimus, hæc etiam dubitatio maiori ex parte profligata sit; libuit tamen ob aliquorum Theologorum hac in re cum Platone sentẽtium, aut ab Aristotele apertè recedentium, autoritatem eam separatim excutere. Sunt igitur in hac controuersia tres sententiæ penitus dissidẽtes, aliæ, quæ partim ad hanc, partim ad illam accedunt. Prima est Durandi in 3. dist. 33. quæst. 1. ad secundum afferentis, ad ea principia, quæ nullo modo sunt conclusiones, sed omni medio vacant, non egere intellectum nostrum habitu superaddito, sed naturali sua virtute illis assentiri, & post assensum nullum habitum reseruare. Idem sentit Dominicus Soto, lib. 1. de iust. & iur. quæst. 6. artic. 1. & in re non est alia sententia Medin. 1 a. quęst. 51. artic. 1. quamuis enim doceat, habitum principiorum esse naturale intellectus lumen, quod pertinet ad primam speciem qualitatis, nihilominus, cum inter hoc lumen, & ipsum intellectum actuale discrimen non constituat, concedit, re ipsa intellectum non indigere habitu superaddito; sed suo lumine sufficienter propensum esse ad hac principia; cuius sententiæ vult esse D. Thom. Cum his Autoribus magna ex parte consentiunt aliqui Recentiores, qui arbitrantur, etsi ad principia minus clara, minusque communia necessarij sint habitus, ad communissima tamen, & manifestissima nullum requiri.

Tres hac in re sententiæ.

Prima.

Durãdus.

Sotus.

Medina.

Hęc sententia tam absolutè, quàm cum adhibita moderatione probatur primò: habitus ideò potentijs adduntur, vt eas reddant in agendo promptiores, & faciliores; sed intellectus natura sua ita est facilis, propensusque ad assentiendum primis principijs, vt nõ possit facilior, pro-

1. Probatur.

pen-

pensiorque reddi; ergo non habet principiorum habitus. Maior, & consequentia notæ sunt: minor probatur. Intellectus est potentia naturalis, quæ proposito sufficienter obiecto absque vlla difficultate, & toto naturæ impetu in illud fertur: sed primum principium est obiectum naturale intellectus, & penetratis terminis sufficienter proponitur; ergo nulla potest cerni difficultas ex parte intellectus, quæ habitu superetur: nulla indifferentia, quæ ab eodem tollatur: siquidem potentia naturalis omninò determinata est ad proprium actum. Et confirmatur, quia sensus externi propterea nullos acquirunt habitus, quia cum obiecta proponuntur naturali necessitate in ea tendunt; imò idem intellectus idcircò non reseruat habitus ex simplici apprehensione, quia naturaliter, & absque vlla difficultate rem apprehendit: sed eodem modo se habet ad prima principia, vel omnia, vel saltem notissima; ergo nullis eget habitibus.

Secundò. Secũdò. In intellectu practico nõ datur vllus habitus ad prima principia practica, qualia sunt, malum esse fugiendum, bonum prosequendum: sed vis intellectiua per se satis est, vt illis assentiamur; ergo neq; in intellectu speculatiuo vllus habitus ad sua principia est admittendus. Cõsequẽtia patet ex paritate rationis; antecedẽs traditur à D. Hieronymo in D. Hiero. epist. ad Dimitriad. quæ est inter illius epistolas 8. vbi sic loquitur: Est in animis nostris quædã sanctitas naturalis à Deo impressa, quæ veluti in arce animi residens praui, & recti in diciũ exercet. Vbi nomine sanctitatis à Deo impressæ intelligit ipsum lumen rationis auersum à malo, & propensum ad bonum. Et Ezech. 1. vocat synderesin (quo nomine appellatur hic habitus practicus ab ijs, qui ab intellectu illum distinguunt) scintillam conscientiæ, quæ nunquam extinguitur; vtique quia à potentia non differt. Idem docent Epiphan. lib. 2. contra hæreses, D. Epiph. Augustin. lib. 2. de serm. Domini in D. Aug. monte. & in Psal. 57. colligitur etiã ex illo Paul. ad Rom. 2. Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt, & ostendunt opus legis scriptum in cordibus eorum: Idem significare videtur Aristoteles 6. Hic capit. 3. & 6. dum habitum intellectum vocat. Confirmatur, quia ex cõmuniori Theologorũ sententia in voluntate non est aliquis habitus ad bonum commune, & vltimum finem; sed ita se habent principia notissima in speculatiuis, vt finis, & bonum in practicis, vt postea ex Aristotele trademus; ergo nõ dantur in nostro intellectu habitus principiorum. Aristot.

Secunda sententia admittit, habitus principiorum esse qualitates intellectui superadditas; in quo repugnat primæ sententiæ, negat tamẽ, eos acquiri nostris actibus, sed in primo creationis instanti nostris animis infundi, vel ab ipsis resultare; sicut nos asserimus, ex veriori sententia inditas fuisse Angelis species, per quas cognoscunt: & ex ipsa similitudine primum ducunt argumentum; nam diuina Sapientia ita omnia digessit, vt supremum naturæ inferioris attingat infimum naturæ superioris; sed supremus habitus inter naturales, quos habemus, est habitus principiorum; ergo si Angelis congenita sunt omnia suæ cognitionis principia, indita erunt hominibus principia præstantissimæ saltem cognitionis. Confirmatur; quia Deus non condit naturam operandi principio destitutam, sed habitus principiorum sunt principia omnium scientiarum; ergo nõ est verisimile, intellectum nostrum absque illis genitum esse. Hanc sententiam tenuit expresse Viguerius de Theologic. Institut. capit. 3. §. 8. verf. 5. significat Capre. in 3. q. prol. in responsione ad 3. argum. contra primam conclusionem, & D. Thom. multis in locis speciatim 1. p. quæst. 83. artic. 2. vbi vocat habitus principiorum naturales, prout naturale distinguitur à libero, vel contingente; quod verum non esset, nisi prædicti habi- Secũda sententia suadetur a. Confirmatio. Viguer. Capreol. D. Thom.

habitus à natura essent, & 2. 2. q. 5. artic. 4. ad 3. ait, habitum principiorum sequi ipsam naturam. In tertio verò sent. dist. 23. quæst. 1. art. 2. ad 1. loquitur in hæc verba. Sicut naturalis habitus datur in creatione, ita infusus in reparatione; in exemplum autem habitus naturalis adducit habitum principiorum. Hæc sententia, quatenus à prima dissentit, cum tertia probanda est.

Tertia sententia vera.

Tertia sententia non solum agnoscit principiorum habitus ab intellectu re ipsa distinctos, sed etiam per proprios cuiusque actus eos paulatim comparari assueuerat. Quæ communissima, & verissima est, expressaque ab Aristotele, quo ad primam quidem partem, sexto Ethicorum, capite tertio, & sexto: quibus locis inter habitus intellectui superadditos eodem modo reponit habitus principiorum, ac sapientiæ, scientiæ, & artis; quo ad secundam verò capite vltimo secundi lib. Posterio. vbi eodem argumento probat, hos habitus non esse ingenitos, sed acquisitos, quo nos idem ostendimus de scientificis contra Platonem; nimirum, quia impossibile esset, nos latera certiorem notitiam, quam omnem scientificam, si illa affecti essemus. Eandem perspicuè tradit Diuus Thomas, secundo contra Gent. cap. 78. Ferrar. ibidem circa tertiam rationem, Caiet. prima secundæ, quæst. quinquagesimaprima, artic. primo, vbi id ex eo confirmat, quia si intellectus ijs habitibus præditus oriretur, immeritò diceretur pura potentia in genere intelligibilium. Reliqui Scholastici tam Philosophi, quàm Theologi non discrepant; nam de Thomistis erat maior dubitatio; vide Abulensem super caput 23. Exodi, quæst. 67.

Aristot. D. Thom. Ferrar. Caiet. Abulens.

Probat 1.

Probatur hæc sententia, quo ad priorem partem, quæ affert, habitus principiorum ab intellectu distingui. In habitibus aliarum rerum admittendis duplici ratione ducti sunt Philosophi; prima a posteriori: ex eo enim, quod viderent, eundem hominem, postquam is in aliqua materia virtutis, scientiæ, vel artis exercuit, multò facilius delectabiliusque circa illam operari, quam antea; aliquid ex illis operationibus in eo remanere concludunt, quo potentia promptior efficiatur, quod habitum vocant. Secunda à priori; quoniam potentiæ appetentes, & cognoscentes, quæ aliquam in agendo indifferentiam, difficultatemve habent, aliquo principio egent, quo determinentur, difficultatemque, aut in agendo molestiam vincant; quod non potest esse aliud, quam habitus potentiam informans, operationemque promouens.

Quo fundamento habitus à Philosophis inducti.

Sed vtraque hæc ratio suadet habitus primorum principiorum; Prima quidem, quoniam experientia compertum est, facilius nos assentiri principijs, postquam sæpe illa cognouimus, quam antea. Nec reuocari potest hæc facilitas ad solas species apprehensioni seruientes, vt aliqui faciunt Recentiores, quia non rarò accidit, vt remissius apprehendantur termini ab exercitato, quàm ab eo, qui incipit; & tamen ille expeditius assentitur; ergo non prouenit maior facilitas ex solis speciebus ad apprehensionem terminorum concurrentibus, sed etiam ex habitu ad assensum immediatè inclinante. Suadet etiam secunda ratio, quia intellectus in præbendo assensu aliquam habet indifferentiam, quatenus non tendit simpliciter in rem, vt, quando excitatur ab specie, sed mouetur à ratione assentiendi, a qua potest magis, & minus excitari, vel ob maiorem, & minorem aduertentiam, vel ob aliud impedimentum: ergo eget habitu, quo facilior, expeditiorque reddatur.

Quorūdā reiponsio. Excluditur.

Dices, hæc esse vera de principijs, in quibus ratio assentiendi, seu euidentia terminorum potest aliqua ratione occultari, non verò in manifestissimis, qualia sunt illa vniuersalissima. Impossibile est, idem simul esse, & non esse; De quolibet vera est affirmatio, aut negatio: & quædam mathematica. Respondetur, nullum esse adeò manifestum principium,

cuius

cuius veritas occasione aliqua latere non possit; siquidem illa communissima à quibusdam negata sunt, vt patet ex Aristotele, 4. Metaphysicorum. Deinde negari non potest, horum etiam principiorum terminos aliquando remissè, aut cum minori aduertentia cognosci; quo in euentu multum iuuat habitus ad facilè assentiendum. Denique, omnia principia, quo ad hoc, videntur esse eiusdem rationis; ergo vel nullius, vel omnium admittendi sunt habitus. Antecedēs probatur, quia, si qua ratio suadet, hos habitus auferendos esse, ea fundari debet in aliquo essentiali discrimine, quo principia à reliquis obiectis separantur, non verò in accidentali, quod secùdum magis, & minus diuersitatem inducit; nam dicere immediatum ordinem ad solam potentiam, vel ad potentiam cum habitu, ab essentia promanare videtur: sed inter principia, & reliqua obiecta hoc solum est essentiale discrimen, quod illa medio vacent; hæc minimè, habere verò terminos magis claros, vel minus claros discrimen est accidentale inter ipsa principia: & hoc fundamento negauit Durandus, ad principia indemonstrabilia esse habitum. Igitur, qui ad aliquas propositiones immediatas habitum admittit, ad omnes illum admittat, necesse est, si consequenter loqui velit.

Aristot.

Durand.

Posterior pars 3. opinionis oblēditur 1.

Secunda pars huius tertiæ sententiæ, quæ docet, hos habitus non esse ingenitos, sed acquisitos, euidenter sequitur ex prima: si enim tota vis agendi ex parte potentiæ, & quo ad substantiam actus, & quo ad promptitudinem, ac facilitatem à natura tribueretur, nulla esset ratio, cur ea vis distribueretur in potentiam, & habitum, sed tota potentiæ conferenda esset; nullum quoque esset indicium, quo eos habitus deprehendimus, nimirum maior facilitas ex actuum frequentatione relicta; si namque principiorum habitus ab ortu essent; æquè semper in assentiendo faciles extitissemus. Similis erat ratio Aristotelis proximè adducta ex vltimo cap. 2. libri Posterior.

Aristot.

Probatur deinde ratione D. Thomæ, secundo contra Gentes, cap. 83. Per sēsus acquirimus species ad principiorum assensus necessarias, ergo eorum habitus etiam acquiruntur. Antecedens experientia compertum est; consequentia probatur, quia natura non præbet principium agendi in vno ordine, & denegat media ad actionem in eodem ordine necessaria; alioqui minus ordinatè procederet. Diximus [in eodem ordine,] quia aliàs potentia quoque egeret speciebus, & tamen illa tribuitur à natura, non verò species, sed sunt in diuerso genere qualitatum, & principiorum.

Secundò. D. Thom.

Accedit, eandem esse rationem de habitibus principiorum, atq; virtutum; sed habitus virtutum non sunt nostris animis congeniti, vt nostro damno satis experimur, probatque Aristoteles secundo Ethicorum, c. 1. ex eo, quod alioqui nemo posset fieri vitiosus; nemo enim acquirit propensionem innatæ contrariam: nam lapis, etsi millies sursum proijciatur, nunquam per se ascendere consuescit; igitur nec habitus principiorum nobis insunt à natura.

Tertiò.

Aristot.

Superest, vt aliarum opinionum argumentis respondeamus. Ad primum pro prima sententia, concessa maiori, neganda est minor, nempe intellectum per hos habitus faciliorem reddi non posse. Ad probationem dicendum est, intellectum esse quidem potētiam naturalem; sed inter potentias naturales esse aliquam latitudinem, vt in probatione tertiæ opinionis indicauimus; nam quædā habēt actum quasi reflexum, hoc est, mouentur ob aliam rationem cognitam in obiecto; aliæ simpliciter ab obiecto excitantur; in primo ordine sunt potentiæ appetētes, & quæ iudicium ferunt; illæ enim trahuntur à bonitate repræsentata, hæ à veritate proposita: in posteriori sunt, quæ habent actum simplicem, id est, non elicitum ob aliquam rationem motiuam, sed simpliciter tendentem in obiectum materiale, cuiusmodi sunt præter potentias rerum inanimatarum,

Diluitur 1. prioris sententiæ argumēt.

Duplex potentiarū genus.

matarum, omnes ſenſitiuæ externæ, & aliquæ ſaltem internæ.

In quibus potentijs habitus ad mittendi.

Priores igitur potentiæ, quia diuerſis modis eis proponi poteſt illa ratio motiua, & pro varia etiam diſpoſitione ſubiecti eas trahere poteſt, etſi naturaliter, & neceſſariò operétur, aliquam indeterminationem participant, quæ per habitum auferri, vel minui poſſit. Quod verò potentia naturaliter operans non ſemper applicet totum conatũ, & ita per aliquod principium ei coniunctum magis applicari queat, (in quo rei difficultas poſita eſſe videtur) patet in equo, cuius appetitus cũ naturaliter aquã, verbi cauſa, deſideret, & potentiam motricem ad eam applicet, non ſemper eodem conatu appetit, & motum exercet, ſed nunc intenſius, nunc remiſſius, pro ratione apprehenſionis, & diſpoſitionis ſubiecti: quare potiori iure eadem, & maior indifferentia tribui debet intellectui circa principia, quæ per habitum limitari poteſt. Vnde patet ſolutio confirmationis, nam viſus & intellectus cũ ſimpliciter apprehendit, ſunt in ſecundo gradu potentiæ naturalis ſimpliciter ad obiectum determinatę; non verò, quando idem intellectus iudicat.

Potentiæ naturales nũc maiori, nũc minori conatu in idem tendunt obiectum.

Diluitur 2.

Ad ſecundum negandum eſt, ob eaſdem rationes in intellectu practico non dari habitum ad communiſſima principia practica, qui ſynderesis appellatur. Ad probationem in oppoſitum dicendum eſt, omnia illa Patrum, & Scripturę loca intelligenda quidem eſſe de ipſa intellectiua, quæ propria vi inter bonum, malũq. diſcernit: inde tamen non ſequi, nullum eſſe habitum principiorum practicum, quo hæc ipſa facilius expeditiusq. ab intellectu efficiãtur. Cur verò Ariſtoteles habitum principiorum appellet modò naturalem, modò ipſius potentiæ nomine, intellectum, varias cauſas reddunt Autores: nobis placet ea, quam primo ſent. diſp. 2. q. 2. tradit Bargius; appellari videlicet naturalem, quia ab ipſo lumine naturali abſque vllo medio propenſi ſumus, vt principijs aſſentiamur. Dici verò intellectum, vt plerique tradunt, quia gignitur à potentia intelligendi, prout intellectus denominatur; quamuis enim vis intellectiua vnica ſit, quia tamen aliqua percipit ſine diſcurſu, aliqua diſcurrendo; vt poſteriori modo agit, dicitur ratio; vt verò priori, intellectus nominatur: habitus autem principiorum per actus non diſcurſiuos generantur, vt poſtea dicendum eſt.

Principij habitus cur à Philoſopho modò naturalis, modò intellectus, nominetur. Bargius.

Confirmatio attingit difficultatem inter Theologos admodum cõtrouerſam, cuius definitio ad alium locum ſpectat. Nobis tamen probabilior videtur eorum ſententia, qui ad bonum etiam, & finem, habitum admittunt in voluntate; habet enim eam indifferentiam, quam in ſolutione primi ad habitum poſtulauimus, & eò maiorem, quam intellectus, quòd voluntas nec ad finem, & bonum commune quoad exercitium neceſſitatur, vt intellectus ad prima principia.

Comparatione boni in cõi, & finis vltimi habitus reperiri.

Ad argumentum pro ſecunda ſententia ex Angelorum ſpeciebus deductum, reſpondemus, non eſſe opus, vt ſupremum infimi quo ad omnia attingat infimum ſupremi, ſed ſatis eſſe ad illius ſententię veritatẽ, quod principiorum cognitio, & habitus non ſint diſcurſiui, qualis eſt vniuerſa Angelorum notitia, alioqui neceſſarium etiam fuiſſet, aliquas ſpecies nobis eſſe ingenitas, quia Angeli in ſua creatione omnes acceperunt. Cõfirmatio in 1. lib. de Interpr. in ſimili dubio ſoluta eſt; dicimus ergo, Deũ abundè hominibus quo ad hæc omnia prouidiſſe, cum eis potentias impertiuit, quibus hunc, & alios habitus ſibi poſſint comparare, quod in ſecundo de Generatione luculenter cum Galeno explicatum eſt. Quod attinet ad huius ſententiæ Autores, non credimus D. Tho. in ea fuiſſe, vt ex loco contra Gent. citato colligit Ferrar. cap. 88. in hęc verba: Apparet, habitus principiorum, qui dicuntur nobis naturales, non eſſe congenitos, nam ſi eſſent in nobis à generatione, non acquirerentur ex ſenſibus, vt inquit S. Thomas hic.

Soluitur ſecundæ ſententiæ argum.

Quæ mẽs D. Thomę circa principiorum habitus. Ferrar.

Cauenda

Opinio Ferrar. & Caiet. de horum habituũ productione.

Cauenda tamen est explicatio ipsius Ferrar. ibi, & Caietan. loco 1. 2. citato, qui arbitrentur, habitus primorum principiorum non generari per nostros actus, vt reliquos intellectiuos, sed ex repræsentatione terminorum in phantasmatis, & actione intellectus agentis immediatè resultare in intellectum possibilem, ad eum modum, quo species intelligibiles resultant, & hac de causa appellari naturales. Quæ commentatio & Diui Thomæ, & veritati aduersatur. Nam Diuus Thomas eo loco, cum probat, habitus principiorum generari ex eo, quod per sensus haurimus species, quibus eorum actus elicimus, non vult, habitus ex ipsis speciebus sensibilibus immediatè prodire, sed colligit, habitus comparari, quia comparantur species ad eorum vsum necessariæ. Veritati autem aduersatur hæc expositio, quoniam habitus non est simpliciter necessarius ad eliciendum actum, sed est facilitas actuum exercitio comparata, inclinatq. ad actus similes ijs, quibus genitus est, ergo principiorũ habitus non præcedunt, sed sequuntur actus circa principia, ad aliosque similes inclinant, ac proinde à phãtasmatis minimè producuntur. Ex quibus patet responsio ad confirmationem superiori articulo relictam.

Confutatur.

QVÆSTIO II.

Vtrum omnis doctrina, & disciplina intellectiua ex antecedente fiat cognitione.

ARTICVLVS I.

Explicatio quæstionis.

Disciplina. & doctrina idẽ sunt.

ABundè explicata erit hæc quæstio, si verum propositæ propositionis sensum iuxta mentem Aristotelis aperiamus; quod fiet, cum singulas illius partes singulatim percurremus. De prima ergo constat, eandem scientiam doctrinam, & disciplinam dici; doctrinam, vt est à magistro per vocem, aut scripturam; disciplinam verò, vt recipitur in discipulo. Ita Aristotelem exponunt Philoponus, D. Thom. alijque Interpretes hoc loco, edocti ab ipso Aristotele, qui lib. 3. Physicorum, c. 3. text. 19. ait, quemadmodum doctio & disciplina sunt eadem scientia, ita actio & passio idem motus; in qua similitudine hoc discrimen notandum est; quod actio, verbi gratia calefactio, ita est ab igne, vt nullo modo procedat ab aqua, sed tantum in ea recipiatur; doctrina verò ita est à magistro, vt principaliter producatur ab intellectu discipuli; quod inde prouenit, quia calor existens in igne, Physica actione, & directa producit calorem in aqua: non ita scientia existens in mente magistri: neque enim docens agit per modum causæ naturalis, sed vt principium dirigens, vt annotauit Diuus Thomas 1. parte, quæstione 117. articulo primo, ad secundũ, Henricus in summa, art. 1. quæst. 6. & probat ea ratio, quia scientia, si habitualis sit, non producit immediatè, nisi actum in eadem potentia; actus verò si est speculatiuus, nihil vlterius; si practicus, vel concurrit ad actum voluntatis, vel ad opus aliquod externum, si sit actus alicuius artis; cum scientia autem prædicta in mente discipuli nullum habet cõtactum physicum, vt reali effectione illam producat.

Philopon. D. Thom. Scientia discipuli quomodo à magistro causetur.

D. Thom. Henric.

De secunda parte, videlicet, intellectiua, non est tam facilis coniectura; dissentiunt enim graues Autores, quàm notitiam significauerit Aristoteles per doctrinam intellectiuam. Eorum placita ad tria reduci possunt. Primum est intellectiuam notitiam appellari omnem cognitionem intellectus, tam simplicem, quàm complexam; cum fiat omnis eiusmodi notitia ex alia antecedente saltem sensitiua, vt proxima quæstione explicatum est; ita sentiunt aliqui Recentiores, & tribui potest D. Tho. & Philopono, quatenus dicunt pac-

Quid notitiæ intellectiuæ nomine intelligatur.

1. Sententia.

Digitized by Google

particulam, [intellectiua] additam esse ad excludendam cognitionem sensitiuam. Secundum est Alpharabij, vt ei tribuit Auerroes comm. primo, & aliorum, vt ait Sot. q. 1. huius libri, existimantium, comprehendi solam notitiam iudicatiuam intellectus, siue sit discursiua, siue non, quã omnem constat fieri ex alia apprehensiua, præexistente in eodem intellectu. Et potest id confirmari ex Aristotele, qui eandem propositionem repetens lib. 1. Metaph. tex. 48. & 6. Ethicor. cap. 3. comprehendit priori loco cognitionem definitiuam; posteriori prima principia quę non sunt discursiuæ notitiæ.

Secunda. Alpharab. Auerr. Sotus.

Tertium denique placitum est, idem valere notitiam intellectiuam hoc loco, atq; discursiuam. Ita Auerroes, Themistius, Philoponus, Albertus Magnus, Apollinaris, Aegidius, Venetus; & quod attinet ad Themistium; quem Toletus & alij trahunt ad secundum placitum, illius verba in paraphrasi huius loci sunt hæc: Ad omnem scientiam, & disciplinam διανοητικὸν id est, rationalem; vbi verbum [rationalem] aperte significat discursiuam.

Tertia. Auerroes. Themist. Philop. Albert. Apollin. Aegid. Venetus.

Hæc tertia sententia omninò probanda est; primò, quia in textu Græco loco huius, intellectiua est, διανοητικὴ, quæ vox deriuatur à nomine διάνοια. & à verbo διέναι, quod significat viam conficere, seu discurrere, quare idem erit doctrina intellectiua, quod discursiua: Secundò, quia omnes cognitiones, quas Aristoteles attulit in exemplum notitię intellectiuæ, sunt discursiuæ, videlicet, syllogismus, inductio, & exemplum. Tertiò idem probatur ex instituto Philosophi; propositum quippe illi erat ostendere ante scientiam demonstratiuam, aliqua esse præcognoscenda; ad id verò probandum assumpsit eam propositionem; omnis doctrina disciplinaq. intellectiua ex antecedente fit cognitione, cuius sensus non est, ante scientiam intellectiuam solum præcedere aliquã notitiam, vel eiusdem rei, cuius habetur doctrina, vel diuersæ, sed rei diuersæ: alioquin subintellecta hac minori; sed scientia demonstratiua est doctrina intellectiua, non rectè inferretur; ergo ante illam aliqua prænoscenda sunt: plus enim inferretur in conclusione, quam contineretur in præmissis, quod ineptè fit. Quæ expositio est ipsius Aristotelis; Arist. dum enim peracta quadã inductione infert eandem propositionem, vt iam probatam ita scribit, [in vtrisq; namque per antea nota doctrina nimirum fit] & in 6. Ethicorum non dixit, doctrinam fieri ex antecedente cognitione, sed ex antea notis.

Idem est notitia intellectiua, ac discursiua.

Vnde speciatim iam refutari potest prima sententia, quoniam ante simplicem intellectus cognitionem non præcedit necessariò in sensu notitia alterius rei, ex qua illa colligatur, sed eiusdem; ergo cum Aristoteles ex ea propositione inferat, ante scientiam demonstratiuam cognoscendum esse subiectum, passionem, & principia, manifestè indicat, se nõ loqui de simplici cognitione. Eadem ratione (licet non adeò manifestè) confutari potest secunda sententia; notitia enim iudicatiua, quamuis fiat ex enũciatiua apprehensiua eiusdem intellectus, non est tamen hæc simpliciter re diuersa: de eadem nãque re est enunciatio, & iudicium. Ad illud fundamentum respondeo, Philosophum citatis locis non accepisse hanc propositionem tãto rigore, quanto hoc in loco, quod vel inde patet, quia hic tantum apposuit illud verbum (intellectiua) quod idẽ est, ac discursiua; & ideò in ceteris locis cognitionem etiam principiorum, & definitiuam, hoc verò solum discursiuam complexus est.

Refellitur prima sententia. Refellitur secunda.

Quod attinet ad cognitionem antecedentem, ex qua discursiua generatur, (quæ erat vltima pars illius propositionis) liquet in primis, non oportere esse discursiuam: alioquin illa pari ratione nascereturex alia discursiua, & illa ex alia: sicque daretur infinitus processus. Quò fieret, vt omnis scientia de medio tolleretur, vt annotauit Philoponus; siquidem nemo posset conclusionem

Cognitio, ex qua fit discursiua, qualis.

ad

ad vltima principia reuocare. Dicendum ergo est, nomine præcedentis notitiæ designari à Philosopho iudicatiuam formalem, aut virtualem, ex qua proximè fit discursiua, & particulam [ex] denotare causalitatem effectiuam, iuxta ea, quæ tradita sunt de discursu in primo Priorũ.

Causalitas notitiæ antecedentis quæ.

Non inficiamur, posse notitiam præcedentem ampliora significato sumi pro omni ea, quæ discursiuam præcedit, qualis est apprehensiua, non solum intellectus, sed etiam sensus, tunc verò particula, ex, indicabit quamlibet causalitatem, etiam materialem, & dispositiuam: nam simplices notitiæ præcedentes aut sunt materia, ex qua componitur discursiua notitia, iuxta eorum sententiam, qui iudicium ab enunciatione non distinguunt; aut remotè disponunt secundum nostram sententiam, quæ iudicium efficit simplicem qualitatẽ.

ARTICVLVS II.

Expeditur aliquot dubia circa traditam explicationem.

Prima obiectio.

PRimò non videtur congruè dixisse, omnem scientiam discursiuam appellari doctrinam, & disciplinam: quoniam scientia propria inuentione acquisita est verè discursiua, nec tamen est doctrina, cùm à magistro nõ progrediatur: nec item disciplina; nam discipulus nemo dicitur, nisi respectu alicuius magistri: imò repugnantia videtur esse disciplinam, & esse discursiuam, id est, fieri ex antecedente cognitione: aut enim fieret ex antecedente in magistro, aut in discipulo. Primum ex dictis patet esse falsum, cum dixerimus, scientiam præceptoris non causare per se scientiam discipuli; & inde improbatur, quia discursus est vnus motus, ab vnaquaque potentia peragi debet; quare vtramque notitiam in eadem potentia reperiri oportet: secundum est falsum in ijs saltem, qui omnium rerum ignari ad scholam accedunt. Quod si respondeas, hos primò accipere à magistro aliquam cognitionem antecedentem, & ex ea inferre discursiuam, vt suprà insinuauimus: iam cõcedes, illam antecedentem notitiam esse doctrinam, & disciplinam, atque adeò non solam discursiuam, vt anteà dicebatur.

Doctrina, & disciplina ab Aristot. quæ dicatur.

Hoc dubium penè totum est de vocabulo; in quo certum est ex mente Aristotelis, solam scientiam à magistro traditam appellari doctrinam, & disciplinam: in hanc enim tantum quadrant cum vocabula doctrinæ, & disciplinę, vt liquet ex eorum etymologia, tùm aliquæ præmotiones in commentario assignatæ, vt, quid sit passionis, id est, quid eius nomine significetur; neque enim in scientia, propria inuentione conquisita, nominum cognitio necessaria est, neque sufficit: qui enim inuenit, non minus cognoscit, inuentum esse passionem, quam id de quo dicitur esse subiectum, aliàs non haberent occasionem inuestigandi, quomodo ea subiecto conueniret. Hoc cum ita sit obtinuit tamen vsus, vt quælibet vera scientia quouis modo acquisita, vel infusa, doctrina, & disciplina nuncupetur, nominum derivatione minimè attenta, quo pacto Deum substantiam, atque adeò maximè substantiam vocamus, cum tamen hoc nomen inditum sit substantiæ à quodam accidente, quod in Deo non est, nimirum à substando alijs.

Scientia inuentione acquisita disciplina dicitur.

Sed proposita dubitatio, vt suspicor, vlterius inquirit, an scientia, per inuentionem adepta, doctrina, & disciplina dicatur, spectata etiam nominis etymologia? cui respondendum videtur affirmatiuè, iuxta doctrinam D. Thomæ 3. p. quæst. 12. artic. 3. vbi ait, ita creaturas sensibiles nobis manifestare Dei scientiam, vt voces scientiam magistri, secundum illud Ecclesiastici 1. Deus effudit sapientiam super omnia opera sua. Quare non incongruè dicemur à Deo doceri scientiam propria inuentione comparatam, atque adeò hanc & doctrinam, & disciplinam esse: tantoque digniorem, quanto excellentior magister est Deus, quã homo.

D. Thom.

Digitized by Google

homo. Vnde infert D. Thomas, etsi indecens fuit, Christum Dominum ab aliquo homine, vel Angelo scientiam accepisse, quia omnium est institutor, per propriam tamen inuentionem à Deo edoceri, non fuisse inconcinnum; sicque loquitur D. Paulus ad Hebræos 5. Didicit (Christus. s.) ex ijs, quæ passus est, obedientiam; vbi sicut ait, Christum didicisse experimentaliter obedientiam in illius exercitio, ita illam notitiam disciplinam appellabit. Aliter loquendum erit de scientia Christi Domini, per se, vel per accidens infusa, itemque de scientia infusa Adamo: hæ namque, cum per modum doctrinæ dirigendo, & proponendo obiecta non tradantur; sed more alterius qualitatis producantur à Deo, vt calor ab igne, aut lumen à Sole, nomen doctrinæ nisi priori modo supra posito, non merentur.

Quæ scientia Christi disciplina sit, quæ nō sit. D. Paulus.

De reliqua argumenti parte existimat Aphrodisæus apud Philoponum, hoc loco, nomine antecedentis notitiæ intelligi cognitionem proprio marte inuentam, & in magistro existentem. Verùm hæc sententia, licet quo ad primam partem eatenus vera sit, quatenus spectato lumine naturali, necessarium fuit aliquam scientiam primò ab aliquo homine inueniri, vt is postea eam alios doceret: non est tamen necessarium, vt in quocunque docente sit scientia per inuentionem, sed satis est, si eam ab alio didicerit; neque enim ab hac fit disciplina discursiua in discipulo, vt probant rationes ibi factæ, sed ab aliqua antecedente in ipso discipulo, vt docet Scotus, q. 2. huius libri, & D. Thomas loco primæ partis supra citato.

Alexand.

Scot. D. Thom. q. 111. a. 1.

Ad impugnationem placet respõsio data; ad cuius refutationem, quicquid alij respondeant, dices, posse quidem illam antecedentem notitiã quoquo modo appellari disciplinã, Philosophum autem eam non comprehendisse, quia sæpè non erit discursiua, de qua sola agit, vt constat ex supradictis. Dixi, necessarium esse, spectato lumine naturali, vt omnem doctrinam præcederet aliqua inuentio, quia ex fide habemus, non fuisse id absolutè necessarium, cum Adamus primus omnium magister fuerit per scientiam non inuentam, sed à Deo infusam.

Obiectionis solutio.

Alterum dubium est, non videri necessarium, vt disciplina discursiua causetur ex antecedente, quod probari posset rationibus, & exemplis; sed rationes partim expeditæ sunt inter explicandum discursum, partim explicabuntur postea, cum erit sermo de concursu præmissarum in conclusionem. Exempla sunt huius loci. Primum est; conclusio syllogismi sophistici, & pseudographi tam vera, quàm erronea, est notitia discursiua, siquidem omnis syllogismus discursus quidam est, nec tamen ex antecedente causatur; nam vera in primis non potest per se pendere ex falsa, cum ex falso non nisi falsum per se oriatur. Deinde, nec falsa conclusio per se ex antecedente causatur, cum intellectus non assentiatur conclusioni falsæ propter præmissas, vt falsas, sed vt veras. Non est autem minus incommodum, veritatem influere per se in falsitatem, quam è contra falsitatem in veritatem.

Secunda obiectio.

Secundum exemplum attulit Aristoteles hoc loco, dum inter notitias discursiuas enumerauit eam, quæ inductione acquiritur, quam tamen ex antecedente non gigni, duplici ratione ostendo. Prima; quia antecedens inductionis sunt multæ propositiones singulares, sensu cognitæ: etenim antecedens inductionis, & experimentum pro eodem ab Aristotele accipiuntur, & in plerisque idem sunt: experimentum autem definiri solet multiplex iudicium partis sensitiuæ; at conclusio vniuersalis in intellectu existens non potest per se causari ab ea, quæ est in sensu, vt supra monuimus; ergo conclusio inductionis non causatur per se ex antecedente. Secunda ratio est. Prima principia acquiruntur per inductionem, & tamen eorum notitia non dicitur causari ex

ante-

antecedente, alioquin iam non essent prima; ergo cognitio per inductionem comparata non fit ex antecedente.

Quorũdã solutio impugnatur.

Persistendum tamen est in tradita doctrina, & ad primum exemplum sunt, qui dicant, conclusionem veram syllogismi deceptorij non esse discursiuam propriè, & secundum causalitatem, sed tantum secundum successionem, ob rationem in argumento positam: erroneam verò esse propriè discursiuam, quia non est incommodum, falsum contineri, & causari à falso. Non placet hæc sententia, tum in eo, quod supponit, vt mox dicemus, tum in discrimine inter veram, & falsam conclusionem stabilito: vtriusque enim eadem videtur esse ratio: nam vt vera conclusio non potest natura sua ex falso antecedente pendere & produci, ita falsum antecedens nequit ex se vim habere falsam conclusionem producendi, quoniam non est minor inordinatio naturæ efficere vnam cognitionem per se inclinantem ad efficiendam falsam, quam efficere veram à falsa per se dependentem. Quod si ex applicatione extrinseca intellectus notitia falsa potest aliam falsam causare, veram quoque ex eadem applicatione causabit.

Vera solutio. Philop.

Aliter ergo Philoponus respondet, sub ea propositione Philosophi absolutè comprehendi conclusionẽ syllogismi sophistici; nec distinguit inter veram, & falsam; vbi duo significat; primum; omnem conclusionem dicti syllogismi, siue veram, siue erroneam, esse discursiuam; secundum, omnem illam hoc loco venire nomine doctrinæ, & disciplinæ. Hoc secundum quod attinet ad conclusionem erroneam, si mens Aristotelis attendatur, verisimile non est: ille enim de veris tantum cognitionibus, à quibus aliquis doctus nominari possit, instituit disputare, ab errore autem neminem doctum appellari clarum est. Si verò absolutè loquamur, & nominum tantum etymologiam consideremus, vt qui hæresim, & errores docent, magistri, ac doctores, ita illorum erronea dogmata, doctrina, & disciplina vocabuntur.

Secundum. de quo erat controuersia, omninò verum existimo, quoniam omnis conclusio, cui intellectus assentitur præcisè propter præmissas, quatenus ita cognoscitur, habet ad illas ordinem essentialem; sed cognitio habens essentialem ordinem ad antecedentem, ex qua procedit, est discursiua. Ergo, &c. Totus discursus est satis notus. Sed conclusioni syllogismi sophistici, tam veræ, quàm erroneæ assentitur intellectus ex vi præmissarum, ita vt talis assensus non minus cadat supra præmissas, quàm assensus conclusionis demonstratiuæ; nec iterari possit sine recordatione medij in præmissis contenti; est ergò simpliciter discursiuus. Deinde, si conclusio vera collecta ex præmissis falsis non esset discursiua, ex eo id proueniret, quod veritas obiectiua conclusionis à parte rei non penderet ex veritate præmissarum, cùm in eis nulla sit; sed hoc minimè necessarium est: alioqui demonstratio ab effectu non esset discursiua, cùm veritas conclusionis à parte rei non pendeat à veritate præmissarum; sed è contra, sufficit igitur ad verum discursum, vt in antecedente appareat aliqua veritas, ex qua intellectus puter, sequi veritatem in consequence, eamque actu inferat, quod reperitur in conclusione dicti syllogismi.

Conclusio sophistica est discursiua.

Cõclusio sophistica nũquã est formaliter vera.

Accedit in opposita sententia falsò supponi, quod nos etiam inter argumentandum videbamur admittere. s. in syllogismo sophistico colligi conclusionem veram formaliter; nã cum assensus illius conclusionis non solum tendat in conclusionem, sed etiam in præmissas, eas virtualiter approbando, secundum hanc extensionem falsus est, & cùm ad falsitatẽ alicuius notitiæ satis sit quælibet deformitas ab obiecto, ille assensus erit simpliciter falsus. Quare, qui semel admiserit, conclusionem falsam deductã ex falsis præmissis esse discursiuam,

siuam, necesse est concedat omnem, quæ ex illis deducitur, discursiuam esse, siquidem omnis falsa est, vt probauimus; & ita, quando Dialectici dicunt, ex falso sequi tàm verum, quàm falsum, loquuntur de vero materialiter, vnde patet, in prima parte argumenti falso supponi, quod verum colligitur ex falso.

Falso syllogismus peccet in forma, cõclusio est discursiua.

Ad secundam concedimus, intellectum per deceptionem applicare præmissas falsas, quasi veras ad confirmandam conclusionem existimatam veram. Ex quo non sequitur, veritatem per se influere in falsitatem, sed cognitionem existimatam verã, & à parte rei falsam causare aliam falsam, quod non est incommodum. At si syllogismus in forma peccet, quid dicendum de conclusione illata, eritne discursiua? Respondendum est affirmatiue; satis quippe est ad discursum, vt intellectus putet, vnum colligi ex alio, & actu colligat; alioquin enthymema non est discursus, quia vi formæ nihil concludit.

Ad secũdum exemplum dicimus, rectè numeratam esse inductionem (saltem aliquam, vt statim dicetur) inter notitias discursiuas, & ad priorem rationem in oppositum, quamuis Themistius lib. 2. sequenti, capite 36. suæ paraphrasis assumptum concedat, negandum tamen est, ob rationem sæpè tactam cum Ochamo, & Gabriele in quæst. 1. prologi, & Fonseca 2. Metaphysic. cap. 2. q. 3. sect. 2 conclusionem inductionis fieri proximè ex solis propositionibus singularibus, sẽsu efformatis (si quas tamen sensus efformat) sed ex similibus etiam singularibus fabricatis ab intellectu eodem tempore, quo sensus operatur. Dixi (proximè) quoniam remotè certum est pendere conclusionem ex cognitionibus sensitiuis, non quidem vt aliquis fingat, quod propositio iudicatiua sensitiua singularis immediatè efficiat singularem intellectiuam, sicut phantasma rei singularis efficit eiusdem rei conceptum in intellectu; id enim alibi improbandum est, & nunc inde falsum esse deprehenditur, quia quælibet potentia sufficienter determinatur ad iudicium alicuius propositionis per illius apprehensionẽ, vt in eodem sensu patet. Cum ergo intellectus apprehenderit propositionem singularem concurrente sensu ad formandos singulos conceptus: à se ipso deinde absque nouo sensus concursu iudicium formabit; & ratione prioris concursus dici poterit sensitiua cognitio remotè conducere ad conclusionem inductiuam.

Themist. Ocham. Gabriel. Fonseca. Conclusio inductionis à qua notitia causetur.

Quando autem dicitur, experimentum, & antecedens inductionis idem esse, intelligendum est, idem esse obiecto, hoc est, vtrumque versari circa singulare, non verò esse eadem omninò propositiones, si experimentum sumatur tantum pro iudicijs partis sensitiuæ, vt quidam volunt: aliàs experimentum etiam sumi potest pro iudicio intellectus de re singulari sensu cognita, qua acceptione patet, quid argumento respondendum sit. Dictum quoque est in argumento, in plerisque idem esse inductionem, & experimentum, non autem in omnibus, etiam iuxta posteriorem experientiæ cognitionem, quia inductiones fiunt aliquando in solis terminis vniuersalibus, in quos non cadit experimentum; nimirum, cum probamus, aliquid competere generi, eò quod conueniat omnibus speciebus illius generis. Secundæ rationi articulo sequenti respondebitur.

Experimẽtum, & inductio quo pacto idem sint.

ARTICVLVS III.

Vtrum principiorum cognitio ex antecedente fiat per discursum.

DE principijs multa disputat Aristoteles variis in locis, quę nos alibi excutiemus, & in præsent. supponamus oportet, vt ad positam dubitationem accedamus, quam ex professo discutit Aristoteles in vltimo capite sequentis libri, ex quo loco, & ex proxima quæstione supponimus, primò contra Durandum, in intellectu nostro dari habitus ab ipso

Durand.

Digitized by Google

so distinctos, inclinantes ad assentiendum propositionibus vniuersalibus & indemonstrabilibus, quæ principia vocantur. Deinde supponimus contra Caiet. 1.2. q.51. art.1. hos habitus, quemadmodum reliquos omnes scientificos, & opinatiuos nostris assensibus, seu actibus acquiri. Et inquirimus, an huiusmodi actus, & consequenter habitus per eos geniti sint discursiui, atque adeò comprehensiá Philosopho sub illo pronunciato; omnis doctrina, disciplinaq. intellectiua, &c. Cùm autem principium duobus modis cognosci possit: primò cognitione imperfecta, & à posteriori, non penetratis terminis: secundò perfecta eui deinteque notitia profecta ex perspicua terminorum penetratione, non est dubium, priorem discursiuam esse posse, vt quamuis aliam conclusionem vniuersalem alicuius inductionis. De posteriori, quæ sola est notitia principij, quà principium est, versatur quæstio.

Status quæstionis aperitur. Caietan.

Affirmatiua pars probatur.

Et ratio dubitandi est tacta in proximo articulo, quam sic deduces; cognitio per inductionem acquisita est discursiua; sed cognitio primorum principiorum acquiritur per inductionem; ergo est discursiua. Consequentia est optima: maior ab Aristotele, & à nobis concessa est: facileque probatur, quia inductio species quædam argumentationis est: argumentatio autem in communi est discursus, siquidem tertiam intellectus operationem constituit. Minor in primis traditur ab eodem Aristotele, capite vltimo citato, & in hoc libro, capite 14. & primo libro Priorum, capite 23. & 31. & lib. 6. Ethic. capite 3. deinde in Metaphysica vera supponitur, & hac interim ratione firmetur. Notter intellectus est admodum limitatus, & in hoc vitæ statu multum dependens à sensu, & ideò sine periculo errandi non potest alicui propositioni firmum assensum præbere, nisi illius veritatem expertus fit in singularibus per repetitam experientiam, atque inductionem, quod ipsum experientia docet; nemo enim, propria præsertim inuentione, audacter assentitur propositioni vniuersali, cuius veritatem in singularibus examine sensus non expenderit, quod (ne quæstiones misceamus) verum saltem est in principijs non communissimis, vt nemo Philosophus non fatetur, de quibus tamen quo ad rem præsentem eadem est controuersia.

Aristot.

In qua duo videntur esse apud Autores citra quæstionem. Primum est, quod minor propositæ rationis assumebat, & ex Aristotele ostensum est, principia non cognosci perfectè, nisi præcedente experimento, seu inductione, quod hic vlterius probare non oportet. Secundum est, præcipuam causam assentiendi principijs non esse inductionem, sed lumen intellectus, cum perspicua terminorum penetratione. Hoc docet Aristoteles, cap. 3. sequenti, vbi explicans principium, illud esse ait, quod scimus, cum terminos cognoscimus; & primo Topicorum cap. 1. Prima, inquit, sunt, quę non per alia, sed per se fidem habent; non dicerentur autem simpliciter per se fidem habere, id est, cognosci, si præcipua causa esset inductio. Idem docent D. Thomas, Scotus, & alij infra citandi, & communiter Philosophi ad locos Aristotelis citatos.

Principia sine experimẽto nõ cognosci. Arist.

Notitia principiorum præcipua habetur ex terminis.

D. Thom. Scotus.

Ratione probatur primò. Cognitio principiorum est omnium maximè necessaria, & infallibilis, experimentalis verò contingens, & plerũq. fallax, vt habetur ex primo aphorismorum Hippocratis; at fieri nequaquam potest, vt cognitio adeò perfecta à tam ignobili pendeat, vt à præcipua causa: haberet enim aliquid, qđ à causa non acciperet; non est igitur inductio princeps causa principij: Secundò, experientia solum attingit coniunctionẽ prædicati cũ subiecto, necessitatem autem, vel contingẽtiã coniunctionis nõ discerint. sed principium est cognitio primò & per se attingens necessitatem connexionis inter principij terminos; ergo nequit principaliter ab experiẽtia causari. Minor, & consequutio notæ

Hippocr. Experimẽtalis notitia contingens, principij verò necessaria-

Digitized by Google

sunt. Maior probatur; quia necessitas, vel contingentia connexionis, non colligitur ex actuali coniunctione extremorum, siquidem æquè coniuncta esse possunt actu, quæ contingenter, & quę necessariò connectuntur; experientia autem circa actualem tantum coniunctionem versatur.

Principij ab experimento dependentia quæ.

Rogabis, qualis sit ea minus præcipua dependentia, quam diximus, principium habere ab experimento? communis, & vera omnium responsio est, dependentiam esse tanquam à manuductione, & conditione non afferente rationem assentiendi, sed disponente, & iuuante intellectum, vt maiori promptitudine, & absque omni formidine assensum præbeat, dum videt sensum, quem veritatis indagandæ ministrum habet, vna secum in eandem rem conspirare: verum; quia in hac responsione exhibenda varijs nominibus vtuntur Autores: alij enim dicunt, prædictam manuductionem inseruire ad penetrationem terminorum; alij ad tollendum impedimentum; alij ad formandum iudicium; operæ pretium erit, enucleatius proponere tria, quæ ex parte intellectus ad assensum principij requiruntur, vt appareat, cuius gratia inductio præmittatur.

In principij assensu tria requiruntur.

Vt igitur omittamus simplicem terminorum apprehensionem, quæ necessaria est ad assensum cuiuslibet propositionis; primum, quod requiritur, est clara terminorum perceptio; seu penetratio; secundum, eorum coniunctio in formam propositionis; tertium, totius coniuncti approbatio seu iudicium, quod est ipsa principij notitia, de qua disputamus. Porro, si experimentum tantummodò est necessarium ad primum, vt indicare videtur Antonius Andreas 1. Metaphysicorum, quæst. 5. vel ad secundum, vt probat Caiet. in vltimo cap. sequentis libri, vel ad vtrumq. simul, vt alijs placet, (quod in primum Metaph. impugnandum remitto) non est dubium, notitiam principij non esse discursiuam, cum per se immediatè non causetur ab experimento, sed remotè, ratione scilicet cognitionis terminorum, & apprehensionis totius principij coniuncti; notitia enim discursiua pendet per se immediatè ex antecedente iudicatiua, vt sæpè dictũ est. Verum, si est necessarium immediatè propter tertium, hoc est, vt intellectus sine periculo errandi assensum ferat, tum demum verisimile videtur, principium fieri per discursum, cum ad verum discursum id solum exegerimus, vt notitia consequens per se pendeat ex antecedente iudicatiua, quod in præsenti cernitur.

Ant. And.

Caietan.

Principiorũ notitia discursiua non est.

Nihilominus nostra conclusio sit; notitia primorum principiorum, etiam per inductionem, experimentumvè comparata, non est discursiua. Hæc ita communis videtur, vt, si Durandum excipias, qui in 3. d. 33. quæst. 1. docet, principia minus communia fieri per discursum ex communissimis, non erit Autor vllius nominis, qui ab illa non stet. Stat in primis Aristoteles capite vltimo sequentis libri, vbi ait, principium ideò scientiam non esse, quia non fit cum ratione, id est, ratiocinatione; & in 6. Ethicor. capit. 3. repetit, principium inductione fieri, ratiocinatione autem minimè D. Thomas, quæst. 16. de veritate, artic. 1. vbi illam affert congruentiam, quam supra adduximus ex Dionysio capit. 7. de Diuinis Nominibus, videlicet, Diuina Sapientia sic vniuersa disposuit, vt supremum infimi attingeret infimum supremi; sed nostra suprema cognitio naturalis est principiorum; ergo, vt attingat modum cognoscendi angelicum, qui est sine discursu, non erit discursiua. Stat etiam Scotus in 1. d. 3. quæst. 4. & hoc loco, quæst. 1. De reliquorum mente vt constet, satis erit vti hac coniectura, quę simul erit prima ratio pro nostra conclusione. Omnes recipiunt, ita se habere finem in practicis, vt principium in speculatiuis; sed finis est, propter quem appetuntur reliqua, ipse gratia alterius non appetitur; ergo principium erit, à quo reliqua

Durand.

Arist.

D. Thom.

Scotus.

per

per discursum colliguntur, ipsum autem à nullo priori fiet: alioquin conclusio erit, & non principium.

Secunda ratio; verus discursus postulat, vt antecedens cognitio sit causa per se, & ratio assentiendi conclusioni, sed hoc non competit experimento, quantumuis in hoc vitæ statu ad notitiam principij requiratur; ergo hæc non est discursiua. Minor sola probanda est, primò, quia experimentum, vt diximus, solum est ad tollendam formidinem intellectus in ferendo iudicio: absoluta verò ratio assentiendi est lumen intellectus, & perspectio terminorum. Secundò, quando vna cognitio est ratio assentiendi alicui conclusioni, videt intellectus veritatem illius conclusionis vt dependentem à priori: at, quando assentitur principio perfectè cognito, intuetur eius veritatem, vt absolutam & independentem; id enim est cognoscere principium, vt principium; ergo experimentum non est ratio assentiendi. Tertiò, quia notitia principij esset eiusdem speciei, si fieret absque vllo experimento proponente Deo, ac declarãte terminos principij, ita vt tollatur omnis formido; atque est per experimentum genita; ergo non est discursiua. Antecedens negari non debet, cum sit idẽ obiectum vtriusq; cognitionis, materiale, & formale. Consequentia est optima: nam cognitio discursiua nõ potest à Deo produci independenter ab antecedente cognitione, vt à causa formaliter extrinseca, seu à conditione causam applicante: vt postea probabitur. Quartò denique, oporteret notitiam principij virtualiter cadere supra præmissas inductionis, vt super causas assentiendi, quod fit in reliquis notitijs discursiuis: sed hoc repugnat experientiæ: nemo enim in notitia huius principij; omne totum est maius sua parte, experitur reflexionem in præcedentia experimenta, quasi ita iudicet, omne totum est maius sua parte, quia hoc est maius sua parte, & illud est maius, &c.

Tertia ratio est. Assensus fidei in fideli adulto pendet minus principaliter à rationibus probabilibus, quibus manu ducitur ad credendum; & tamen, quia præcipua causa assentiendi est diuina authoritas, non est assensus discursiuus; ergo, licet principium aliquo modo inductionem prærequirat, cum principaliter, imò absolutè fiat ex penetratione terminorum cum lumine intellectus, non erit discursiuum.

In defendenda hac sententia, & refellenda ratione initio propõsita duobus modis procedere possumus: primo, concedendo antecedens inductionis, dum intellectum determinat ad eliciendam notitiam principij, effectiuè notitiam attingere, vt attingit alias conclusiones vniuersales; cum hoc tamen discrimine, quod in alijs inductio est præcipua causa conclusionis: in principio autem minus præcipua: ex quo fit, vt principium discursiuum non fit, quemadmodum sunt reliquæ conclusiones; ad discursum enim non tàm attenditur efficientia, (de qua multi dubitant) quàm vt cognitio antecedens sit ratio approbandi cõclusionem, quod ostendimus, in inductione respectu principij non reperiri. Quod verò dicta efficientia inductionis in principium detur, inde probari solet, quia medium probabile iunctum cum scientifico, vel reuelato attingit effectiuè assensum scientiæ, vel, fidei, cuius causa præcipua esse non potest: ergo, licet inductio non sit princeps causa principij, effectiuè tamen illud producet: consequutio bona est; antecedẽs à plerisque huius temporis Philosophis, ac Theologis supponitur; & inde confirmatur; quia ratio probabilis in illis euentis aliquid efficit, (sentimus enim intellectum adhibito medio probabili facilius assentiri) sed non concurrit formaliter, vt ratio motiua; ergo effectiuè saltem concurret. Iuxta hunc modum patet, ad rationem initio factam respondendum esse, inductionem esse verũ discursum, quando illius antecedens

Duplex modus respondendi argumento.

est præcipua causa, & continet rationem motiuam approbandi consequens, vt in plerisque contingit, quas proinde Aristoteles attulit in exemplum: non autem, quando est tantùm conditio, vt in principio dictum est.

Secundus verior eam negat.

Secundus modus est, negando etiã prædictam efficientiam; quod si sermo sit de experientia, vel inductione facta in sensu, de qua Aristoteles in vltimo capite sequentis libri expressè loqui videtur, certissimum est iuxta traditam doctrinam, in qua diximus, vtramq; notitiam discursus, antecedentem, scilicet, & consequentem, in eadem potentia esse debere. Sin loquamur, vt hactenus, de inductione præcedente in eodem intellectu, adhuc est probabilior hic modus, quam præcedens, tùm, quia conditio remouens impedimentum non influit in effectum, vt per se patet in eo, qui tollit obstaculum, vt grauia descendat: inductio autem ab Autoribus conditio, & non causa dicitur; tum, quia intellectus non vtitur vna cognitione ad efficiendam aliam, nisi quando à veritate illius ad cognoscendam veritatem alterius determinatur, vt consideranti erit manifestum, id verò in præsenti non intercenit: cum intellectus à suo lumine, & terminorum penetratione sufficienter determinetur; tum denique, quia hac ratione facilius defenditur, non interuenire discursum iuxta communem Authorum mentẽ, apud quos nulla mentio sit efficientiæ.

Ad rationem verò, qua in priori modo efficientia astruebatur, negandum est, rationem probabilem influere effectiuè in actum scientificum, vel assensum fidei: ad probationem dicimus, ad hoc, vt intellectus visis rationibus probabilibus expeditior ad assentiendum reddatur, satis esse, quod dispositiuè excitetur, quatenus, dum videt rationes probabiles cum demonstratiuis consentire, facilius demonstratiuis acquiescit, minus solicitus, an aliquid eis aduersetur; vt in cap. 26. latius est explicandum.

QVÆSTIO III.

An Aristoteles recte assignauerit præcognita, & prænotiones.

ARTICVLVS I.

Explicantur aliqua ante solutionem quæstionis.

Prænotio quid sit.

IN primis prænotio non est aliud, quam notio ante aliam habita, hoc est, cognitio cum relatione prioritatis ad posteriorem aliam cognitionem: quam relationem importat particula [præ] ab hac forma derivatur nomen concretum [præcognitum] significans formaliter prænotionem, & denotatiuè id, quod prænoscitur. Refertur autem dictum præcognitum relatione prioritatis ad conclusionem, quæ rursum relatione posterius cogniti ad illud reciprocatur. Prænotio in communi bipartitò diuiditur, in prænotionem, scilicet, quid est, & quod est, vtrumque membrum deinde in alia duo: etenim prænotio quid est, alia est, quid orationis, id est, quid vocabulum significet: alia quid rei, nimirũ, quæ sit rei quidditas, & essentia. Similiter prænotio quod est, alia dicitur, quòd sit rei, id est, quod res existat, vel existere possit: alia, quod sit principiorum, hoc est, quod sint vera. Præcognita tria numerauit Philosophus, subiectum, passionem, & principia; & quidem subiecto duas attribuit prænotiones, quid, & quod sit; passioni solum quid sit; principijs, quod sint vera.

Quid præcognitum.

Prænotionis, & præcogniti partitio.

Venetus.

At non placet Veneto hoc loco hæc imparitas prænotionum, & præcognitorum: contendit enim, vel tres tantum esse debere prænotiones, vel quatuor præcognita: quod inde probat, quia à qualibet forma abstracta deduci potest vnum concretum: ergo à qualibet prænotione fiet vnum præcognitum: atque ita vel præcognita plura, vel pauciores

Nũ oporteat tot esse præcognita, quot prænotiones.

præ-

prænotiones esse oportebit. Occurrendum tamen est, à qualibet forma posse fieri vnum concretum formaliter: non esse autem necessarium, vt, quot sunt formæ, tot sint materialia concreta: neque è conuerso, quot sunt concreta materialia, tot sint formæ: cuius rei mille suppetunt exempla. Nam materia prima sublunaris est vnum informatum in specie, corpus item quàtitatiuum vnum figuratum, formæ autem, & figuræ sunt innumeræ; è contrario verò corpora alba, vel frigida permulta sunt, cum interim albedo, & frigus sint infimæ species.

An præcognita scientiam totalẽ, an partialẽ præcedant.

Aliunde igitur petendum est, an hic præcognitorum numerus rectè constituatur: quod vt fiat, expendendum prius est, an velit Aristoteles hæc tria prænoscenda esse ante scientiam totalem, vt, cum quis Dialecticam, aut Physiologiam addiscere studet, an ante scientiam partialem, verbi gratia, huius conclusionis: homo est risibilis. Nam quod ante scientiã totalem illa prænosci soleant, inde patet, quia omnes, qui aliquam disciplinam tradunt, consueuerunt illius subiectum, & præcipuam passionem in vestibulo proponere, vt in Logica differendi modum, & illi inhærentem vim ad aperiendum ignotum per notius. Proponuntur item in quibusdam scientijs, vt in Mathematicis, principia: & vniuersim necessarium est, ante quamlibet scientiam tenere illa communissima principia, quę Aristoteles 2. Metaph. cap. 2. appellat ollia demonstrationum. De quolibet vera est affirmatio, vel negatio: & impossibile est, idem simul esse, & non esse. Quod verò Aristoteles de his loquatur, colligitur ex cap. 6. text. 25. vbi repetens hæc tria præcognita, loquitur manifestè de totalibus scientijs, ait enim, ea posse aliquando prætermitti, si nimirum clara sint: quod verum non est in particulari scientia; quis enim temere possit aliquam determinatam conclusionem, si notitiam subiecti eiusdem conclusionis, & principiorum, ex quibus colligitur, prius non habeat.

1. Sentẽtia docet, hæc 3. præcognita præcedere totalem scientiam.

Aristot.

Verum, licet hæc tria præcognita totalem scientiam antecedere oporteat, Aristotelis tamen de ijs solum, quæ particularem scientiam præcũt, expresse loquitur, quod apparet primò ex probatione, qua probant, in omni doctrina intellectiua esse aliquid prænoscendum, idenim ostendit in singulis argumentationum generibus, quæ ad particulares notitias pertinent. Secundò ex scopo illius doctrinæ, qui erat, ostendere contra Menonem, conclusionem scientificam posse de nouo cognosci, esto, antea ignoraretur: ad hoc verò monstrandum longè accommodatius erat tradere ea, ex quibus proximè conclusio elicitur: cuiusmodi sunt subiectum, principia, & passio particularis scientiæ, & non totalis. In octauo capite videtur quidem Aristoteles loqui de præcognitis ante scientiam totalem, quæ nos non negamus habenda etiam esse: at de illis tantum loqui, non benè probatur: quoniam etiam in partiali scientia prætermitti possunt aliqua ex illis præcognitis, si manifestissima sint, si non ante illationem conclusionis, certè ante constructionis, quod ad Philosophi institutum sat est.

Secunda docet præcedere partialem.

Ratio 1. sententiæ exponitur.

An præcognita ante demõstrationis ingressum tenẽda sint.

Quod vt planius fiat, expedienda est alia controuersia, an supposito, quod Aristoteles agat de prænotis ante specialem conclusionem, disputetur de ijs, quæ prænoscuntur in ipso progressu demonstrandi, priusquam ad conclusionem veniatur, an de ijs, quæ ante ingressum demonstrationis cognoscuntur? cuius dubij posterior pars est expressa mens Aristotelis; quod primò colligitur ex citato cap. 8. cum enim certum sit, ante illationem conclusionis prænosci debere illa tria, & Aristoteles eo loco dicat, aliquando eorum aliquod omitti posse, procul dubio de ijs loquitur ante constructionem demonstrationis. Deinde, quia tradit, tria tantum præcognita: in progressu autem demonstrationis necessaria sunt alia duo, medium, scilicet, & consequentia, vt statim probabimus:

Aristot. Affirmatiua pars est Aristot.

mus: ne igitur diminutus fit, intelligendus eſt eo modo, quo diximus. Poſtremò, quia in text. 2. huius capitis loquens de præcognitis ait, dupliciter prænoſſe neceſſe eſt: in textu vero tertio, vbi agit de ijs, quæ ſimul cũ demonſtratione cognoſcuntur, prænoſcendi verbo abſtinet, & ita inquit; fit autem, vt, quæ cognoſcimus, prius etiam cognouerimus. Placet hęc interpretatio Aegidio Romano, Veneto, & alijs Recentioribus hoc loco.

Negatiua pars etiam probatur.

Et verò licet Ariſtoteles doctrinã accommodans ad veterem vſum Philoſophorum, qui addiſcẽtibus prius proponebant ſubiectum, paſſionem, & principia concluſionis demonſtrandæ, vt partim ſeruant hodie Mathematici, egerit ſolum de prænoſcendis, antequam fiat demonſtratio; non immeritòtamen Recentiores præcognita appellant, quæ noſſe oportet, cum iam fit demonſtratio; etſi nonnulla ex illis ſimul tempore cum concluſione ſciantur, quod Ariſt. Ariſtoteles de minore dixit, & nos etiã dicemus de conſequentia; ſatis quippe erit prius natura cognoſci, vt ſimpliciter præcognita dicantur: cum Ariſtoteles in cap. 8. hac ſola prioritate contentus ſit etiam in tribus primis; ſic enim ait: ſed nihilominus hęc tria natura priora ſunt. Igitur, vt plenior ſit doctrina, de his quoque pręcognitis diſputabimus.

In demonſtrationis progreſſu eſſe quinque præcognita.

Eſſe autem in progreſſu demonſtrationis addenda illa duo, medium, ſcilicet, & conſequentiam, ita oſtenditur: vt quis aſſentiatur concluſioni, oportet cognoſcat cauſam, cur ei aſſentitur, & hanc eſſe aptè applicatam ad inferendam concluſionem; alioquin temerè aſſentietur, & cum errandi periculo; ſed medium eſt cauſa, bonitas conſequentiæ eſt accommodata illius diſpoſitio; ergo vtrũque eſt prænoſcendum ante concluſionem: quod inferius explicatius tradetur, cum de ſingulis pręcognitis dicemus. Interim illud vnuerſim animaduertatur, cum demonſtratio, vel ſit, quia, vel, propter quid; item aut vocalis à magiſtro propoſita, aut mentalis, & ſola inuentione conquiſita, Ariſtotelem tradere pręcognita demonſtrationis propter quid, & vocalis; ſignum prioris eſt, quod in ſequenti capite ſolum hãc definit: poſterioris, quod inter prænotiones notitiam vocabuli, quę ad mentalem demonſtrationem inepta eſt, numerauit.

ARTICVLVS II.

Defenditur ab impugnationibus præfinitus numerus præcognitorum.

Contra ſuperiorem doctrinam obijcitur 1.

Eſſe plura pręcognita ante ingreſſum demonſtrationis, quam tria à Philoſopho numerata, probabit quiſpiam hoc modo. Ante demonſtrationem cognoſcenda ſunt principia; ſed ignorato medio non poſſunt principia cognoſci, cum ex eo neceſſariò componantur, vt in cuiuslibet demonſtrationis principijs patet: ergo medium eſt notium præcognitum.

Obijcitur 2.

Eſſe autem paucio-ra, inde oſtenditur, quia præcognita antecedunt ſcientiam, vt illius cauſæ; ſed vt principia hoc habeant, certè cognitio ſubiecti, & paſſionis, cùm ſimplices ſint, non videntur vllam habere cauſalitatem in concluſionem iudicatiuam, & complexam, vt ex doctrina diſcurſus patere poteſt; igitur ſunt pauciora.

Soluitur 1.

Conſtat tamen Peripatetica doctrina, & obiecta facilè refelluntur. Primum quidem concedendo, medium prænoſci debere, ſi principia ſint propria illius demonſtrationis, vt eſſe debent, non tamen per ſe ſeparatim à principijs, quo modo prę cognoſcuntur ſubiectum, & paſſio: cum ante ſtructuram demonſtrationis proponi conſueuerint, vt diximus, & id quod, & id, de quo aliquid concludere volumus: at Ariſtoteles ea ſolum numerauit, quæ per ſe ſeorſum cognoſcenda ſunt.

Soluitur 2.

Secundum, dicendo, non omnes præcognitiones eandem habere cauſalitatem, ſed quaſdam eſſe agentes, vt loquitur

Auer-

Auerroes. Auerroes ad hunc locum, id est, effectiuè concurrere ad scientiam, vt sunt principiorum notitiæ: alias dirigentes, seu dispositiuas, & materialiter iuuantes; quo modo se habent cognitiones subiecti, & passionis, sine quibus scientia obtineri nequit, licet ab ijs non producatur.

Suadetur, præcognita in demonstrationis progressu esse plura. Confirmatur 1. Arist. Iam verò præcognita, in progressu demonstrationis habenda, plura esse, quam quinque numerata, sic ostendes. Arist. in cap 8. ait de conclusione, quemadmodum de præmissis, cognoscendum esse, quid vocabula significent; ergo censet esse præcognitum. Et confirmatur ex eodem Aristotel. dicente in hoc capite, conclusionem virtute cognosci in præmissis: quod si dicas, non esse præcognita, nisi quæ formaliter, & in se cognoscuntur, in oppositum est, consequentiam aliquando virtute solum cognosci, vt postea dicemus, & nihilominus præcognitum esse. Nec. si hoc minus placeat, deerit alia probatio; nam conclusio actu percipi debet cognitione apprehensiua prius, quam iudicetur; si ergo ad præcognitum apprehensiua cognitio sufficit, vt proximè concluſimus, meritò conclusio inter præcognita numerabitur. Deinde, nisi quis teneat significationem omnium partium demonstrationis, nequibit ex illa scientiam comparare; at in demonstratione, præter subiectum medium, & passionem, sunt copulæ verbales, & rationales, aliaque partium vincula; cur igitur hæc præcognita negligantur?

Confirmatur 2. Hæc ita dilues, primum interpretando dictum Aristotelis de conclusione ratione subiecti, & passionis, ex quibus coalescit, hoc est, conclusionem præcognosci notitia quid nominis, non vt præcognitum per se disiunctum, sed ratione subiecti, & passionis, quæ illa prænotione cognoscenda esse iam docuerat idem Philosophus: vt enim tota significatio conclusionis habeatur, non oportet nouum vocabulum, quod antea positum non sit, cognoscere.

Soluitur 2. Ad primam confirmationem. Ad confirmationem rectè ibidem occurritur, ad instantiam dices, aliud esse cognosci virtute in altero; aliud cognosci notitia, solum virtute distincta à notitia alterius; illud enim non cognoscitur in se, sed eatenus percipi dicitur, quatenus in alio, quod sub cognitionem cadit, continetur: hoc autem in se immediatè cognoscitur, sed eadem notitia, qua percipitur aliud, virtute tantum distincta, vt tendit in vnum, & aliud obiectum: priori modo cognoscitur cõclusio in præmissis, in quibus est, vt in sua causa: posteriori, consequentia, vt infra dicetur, qui solus modus præcognitum efficit.

Ad secundã, cur cõclusio præcognitum non sit. Ad aliam probationem eiusdem confirmationis respondendum est, conclusionem sumi posse obiectiuè, vel formaliter; primo modo, esto, varijs cognitionibus percipiatur, cum sit ipsum cognitum, aut scitum, cuius gratia cetera præcognita appellantur: non potest ipsa dici præcognitum, quia non est aliud à se. Secundo modo verum est, prænotionem apprehensiuam cõclusionis antecedere eiusdem iudicium, in quo consistit formalis actus scientiæ: sed hoc in primis non est, esse plura præcognita, sed eandem conclusionem pluribus modis cognosci: deinde conceptus, ex quibus ea apprehensio componitur, non sunt distincti à conceptibus prædicati, subiecti, & copulæ contentis in principijs, quare nec conclusionis apprehensio debet existimari distincta prænotio.

Soluitur 2. Secundum argumentum solues reuocando prædictas copulas ad cetera præcognita, vt enim non sunt partes per se integrantes demonstrationem, aut propositionem, sed partium vincula, ita non merentur per se specialem rationem præcognitorum: præsertim cum in prænotione principiorum sufficienter comprehendantur. At vrgeas, subiectum, passionem, & medium cognosci in principijs, siquidem nemo hæc vera potest existimare, quin partes, ex quibus illa constant, vt vera entia cognoscat: ergo si copulæ præcognita non sunt, quia in prin-

Digitized by Google

principijs cõtinentur, idem de passione, medio, & subiecto pronunciemus: & quod hinc sequitur, vnum præcognitum statuamus. Respondetur, diuersam esse in his rationem, atq; in copulis: nam subiectum, & passio sunt partes, de quibus per se dubitatur, an inter se cohæreant, & idcirco seorsim à principijs cognoscenda sunt, medium verò est ratio coniungendi extrema, quæ nõ reperiuntur in copulis. Sed iam singulas prænotiones articulatim excutiamus.

ARTICVLVS III.

Quæ, & quot sint subiecti prænotiones.

Subiecti prænotio duplex.

SVbiecti prænotio duplex numeratur; altera quid est, altera quod est: prima, si de vocabulo intelligatur, non habet controuersiam, certum enim est, neminem posse demonstrationem intelligere, qui vocabuli, quo subiectum significatur, notionem ignorauerit. Si verò intelligatur de quid est rei, hoc est, de cognitione quidditatiua, & distincta subiecti, non leuis est disceptatio, an necessaria sit; Ea vt dirimatur, distinguẽdum est illud duplex subiectum, de quo antea diximus, alterum totalis, alterum partialis scientiæ: & de primo.

De subiecto scientię totalis prænoscẽdum quid rei.
D. Thom.
Caiet.
Alb. Mag.
Hippocr.
Aristot.

Sit prima conclusio. De subiecto totalis scientiæ habẽda est prænotio quid sit, id est, quæ sit eius natura, & essentia. Est Diui Thomæ 1. par. q 1. artic. 7. & hoc loco Caiet. item ad 3. Albert. Mag. tract 2. cap. 3. Hippocratis in lib. de anima humana, vt refert Plato in Phædro, expressius Aristotele, tum 6. Metaph. capit. 1. tum 1. de anima capit. 1. text. 11. vbi ait, definitionem subiecti esse caput totius scientiæ. Ex quo loco deducitur hæc probatio, in quauis scientia, vbi sunt principia, ab his incipiendum est, vt ex se liquet, & docuit Aristoteles initio Physicorum: sed nullum principium est in scientia potius, quam definitio subiecti: ergo semper est præmittenda, quod perpetuò seruatur ab Arist. alijsque scientificis, vt videre est in tractationum initijs; In libris enim de Interpretatione definita est enũciatio: in Prioribus syllogismus; in Posterioribus demonstratio. Apud Euclidem verò in ipso vestibulo Geometriæ quodammodò definitur linea, angulus, triangulus, &c. Cum igitur definitiua cognitio sit maximè quidditatiua, dicendum est, hanc præsupponi oportere de subiecto totalis scientiæ.

An scientia sui subiecti essentiam demonstret.

Dubitabis tamẽ, qua ratione scientia supponat essentiã, seu definitionem essentialem sui subiecti, cum ad quamlibet scientiam spectet, proprij subiecti definitionem tradere, & explicare: num quod scientia tradit, explicat, non supponit? In hac dubitatione, an scientia demonstret, vel demõstrare possit essentialem subiecti definitionem, videtur negatiua pars expressa ab Aristot. 6. Metaph. cap. 1. vbi ita ait, ipsius quid est nulla est demonstratio, & 1. Top. capit. 2. adiuncto primo de anima, text. 11. & 2. Post. ca. 4. nam priori loco ait, nullam scientiam demonstrare sua principia, in posterioribus verò, vnum è primis principijs esse definitionem. Idem tenet D. Tho. & Scotus in loco Metaph. citato. Caiet. & Sot. hic.

Aristot. Negatiua pars suadetur.
D. Thom. Scotus. Caiet. Sotus.

Ratio sumi potest ex limitatione singularum scientiarum, quarum cognitio, cum intra certum genus cõtineatur, non potest ipsas radices & summos gradus definitionis attẽdere: vt n. definitio exacta intelligatur, resolui debet vsq; ad summa genera, quorũ cognitio solius Metaph. propria est. Item, quia ostendere definitionem de aliquo, est monstrare in quo gradu entis sit, & quo ab alijs differat, quod munus vni Metaphysicæ demandatum est; quare vel nulla, vel sola Metaphysica definitionẽ alicuius demonstrare poterit. Verum hæc ratio nec procedit in omnibus, cum non cõcludat in Metaphysica; nec in reliquis est satis efficax, quoniam vt quælibet particularis scientia dicatur subiecti definitionem tenere, sa-

Digitized by Google

tis est, si illam calleat, quo ad eos gradus, qui ad se pertinent; non enim ab ea efflagitatur exactior cognitio, quam in suo genere, licet alia perfectior esse possit, si Metaphysica opem ferat.

Sumenda igitur est ratio ex parte definitionis in hunc modum. Quidditativa rei definitio est primum illius prædicatum, maximeque intrinsecum; ergo nullum potest esse medium, quo demonstretur. Consequētia est optima, quoniam medium demonstrationis propter quid est causa, & prius eo, quod demonstrat; ergo, si nihil est prius definitione, aut causa illius, nihil poterit esse eius demonstrandæ medium. Antecedens patet, cum definitio contineat primas partes essentiæ, quas nihil antecedit, & in quibus cetera omnia fundantur.

Resoluitur quæstio.

Sit nihilominus secunda conclusio. Etsi tota subiecti quidditas non possit absolutè demōstrari ab aliqua humana scientia; si tamen plures habeat essentiales definitiones, rectè vna per aliam demonstrabitur. Secundam cōclusionis partem probat ratio proximè facta; appello autem totam quidditatem naturam subiecti, acceptam secundum omnes partes, tam physicas, quàm metaphysicas; licet enim sola metaphysica definitio, vel sola physica, totam entitatem rei explicent, non tamen totaliter, seu adæquatè, cum non explicent omnem illius compositionem. Dixi in eadē parte [ab humana scientia,] quoniam, si rerum essentiæ habent essentialem dependentiam à prima causa effectiua, finali, & exemplari, non est negandum, per eiusmodi extrinsecas causas posse illas demonstrari absolutè loquendo; verum à sola Metaphysica supernaturali. Nam humanæ scientiæ aut eas non considerant, vt sunt omnes infra Metaphysicam: aut si considerant, vt Metaphysica, cuius est primarū causarum contemplatio, non attingunt clarius, & euidentius quam essentias demonstrandas, quod necessarium est ad demonstrationem propter quid; nam diuinum exemplar diuinaque potentia, nisi videantur in se, quo pacto viribus naturæ videri nequeunt, obscurius cognoscuntur, quàm rerum essentiæ, vt manifestum est.

Diuina potentia nisi cognoscatur in se, obscurius cognoscitur, quam rerum essentiæ.

2. conclusionis pars ab omnibus conceditur.

Secunda pars conclusionis à nemine negari potest, quoniam, vt vna causa in suo genere verè, & à priori dat esse causæ alterius generis, à qua rursum esse recipit, ita vna definitio poterit alteram demonstrare, vt physica metaphysicam: aut è contrario, quod Aristoteles & docet, & præstat. Nam 7. capit. sequenti reddens rationem, cur definitio sit de perpetuis, ita loquitur: Definitio, aut principium demonstrationis est, aut demonstratio positione differens, aut quædam demonstrationis conclusio. Quem locum explicat, præter alios, Caietan. ibi de euentu, in quo vna definitio per alias demonstratur; licet in hoc capite nobis repugnet. Idem docuit Aristoteles 2. de anima, cap. 2. Definitionum, inquit, complures, vt conclusiones esse videntur, & eodem capite vnam definitionem animæ per aliam demonstrat, quod etiam efficiet proximo capite secundo.

Aristot. Ex varijs locis Philosophiæ ostenditur, vnam definitionē per aliam demonstrari. Caiet. Aristot.

Locus Aristotel. primus in cōtrariū adductus rectè explicatus nil efficit.

Ad primum verò locum in contrarium adductum per Metaph. dicendum est, loqui Aristotelem secūdum priorem partem nostræ conclusionis de tota rei quidditate, prout explicatur vna definitione, vel simplici, vel complexa, ex pluribus eiusdē rei definitionibus; tunc enim certum est, demonstrari quidditatē non posse, cum nihil superfit, quod medium esse possit: verbi gratia, si hominem ita definias; homo est animal rationale, constans corpore, & animo, factum à Deo, ad imitationem suæ essentiæ, propter æternam felicitatem. At si sola metaphysica definitio sumatur, non negat, per physicam demonstrari. Ad posteriores locos respondeo, definitionem non demonstrari in eo genere, in quo est principium. idque voluisse Aristotelem. Ad rationem, quæ sumitur ex limitatione scientiæ, rectè ibi occurritur.

Aristot. Posteriores loci enodantur facilè.

Rationes oppositæ eneruantur.

tur. Ad alia ex dictis patet; quemadmodum causa in suo genere prima, & independés causari potest ab alia diuersi generis, vt materia à forma; ita prædicatum primum, & immediatum in genere Metaphysico demonstrari posse per aliud physicum, aut vice versa.

Opinio D. Thom. & aliorũ de prænotione particularis subiecti.

De subiecto particularis demonstrationis propter quid existimant D. Tho. Caiet. & Sotus hoc loco, Albert. Mag. tract. 1. huius operis cap. esse prænoscendum quid sit: quod probabunt ex ipsa notione demonstrationis: hoc enim differre videtur demonstratio, Quia, à Propter quid; quod hæc contineat quidditatem subiecti, illa minimè. Sit nihilominus secunda conclusio: non modò in demonstratione, quia, sed etiam, propter quid, nisi sit absolutissima, non est necessarium prænoscere de subiecto, quid sit.

D. Thom.
Caiet.
Sotus.
Alb. Mag.

Secunda conclusio probatur.

Prima pars conclusionis omnibus probatur, cum demonstratio; Quia, procedat, vel per effectum, vel per causam passionis remotam, quæ essentiam subiecti non explicat. Secundum asserunt hoc loco Themistius, Aegidius, & Venetus; probaturque ex eo, quia multæ demonstrationes propter quid fiunt per partem essentiæ subiecti, vt, cum per materiam demonstramus, hominem esse quantum, per animam esse discursiuum; aliæ verò fiunt per causas externas finalem, & effectiuam primam, si rerum essentiæ ad eas dicant essentialem ordinem, vt probabile est, vel quod certum est, per formalem externam, quo genere demonstrationis non solum ostenduntur multa de creatis per diuina exemplaria, sed etiam de potentijs per actus, & obiecta. Mitto physicas demonstrationes, quibus sufficiunt causæ effectiuæ, & finales naturales, inter quas, & effecta non est ordo essentialis, sed necessarius physicè, id est, inimpedibilis secundum communem cursum vniuersi. Additum est in hac parte conclusionis [nisi demonstratio sit absolutissima,] quoniam hæc, authore Philoso-

Themist.
Aegid.
Venet.
Probatur.

pho, tradtur per essentialem subiecti definitionem, cognitio verò definitiua est in primis quidditatiua, vt constat.

Sed ex hac doctrina suborietur fortasse scrupulus in exemplis adductis; in prioribus quidem, quoniam pars essentialis est de quidditate rei: ergo illius cognitio erit quidditatiua: perperam igitur diximus, in demonstratione tradita per vnam essentiæ partem, non præsupponi quidditatiuam subiecti notitiam. In posterioribus autem exemplis, quoniam demonstratio per causam externam essentialem non fit sine cognitione illius dependentiæ essentialis subiecti à causa; ergo cum dependentia sit essentialis, eius cognitio erit quidditatiua; vbique igitur præhabetur notitia quidditatiua. Occurrendum tamen est, cognitionem quidditatiuam non esse eam, qua percipitur vnum tantum prædicatum, aut vnus respectus essentialis rei, sed qua tota rei essentia adæquatè seu distinctè cognoscitur, vt docet D. Thomas 1. parte, quæstione 88. artic. 2. & 3. contra Gent. cap. 45. Caietan. & Ferrar. eisdem locis. Ac quidquid sit de vsu illius vocabuli, (ab Scoto enim in 1. dist. 3. quæstione 1. & ab Scotistis vsurpatur, vt sumebat obiectio) hoc loco certum est, priori modo accipi, vt colligitur ex communi Interpretum sensu.

Præoccupatio.

D. Thom.
Caiet.
Ferrar.
Scot.

Ad argumentum pro sententia Caietani respondendum est, germanum discrimen inter demonstrationem, Quia, & Propter quid, esse, quod illa non procedat per medium, quod sit causa passionis, seu connexionis demonstrandæ, hæc verò maximè: ad hoc autem necessarium non est, vt demonstratio propter quid procedat per totam quidditatem subiecti, sed per partem, vel causam, aliamue rationem à priori.

Ratio Caietani ad finem primæ cõclusionis refutatur.

SE-

Digitized by Google

SECTIO ARTICVLI.

De secunda subiecti prænotione.

ALtera subiecti prænotio est, quod sit, quæ, siue intelligatur de totali, siue de partiali subiecto, ita explicatur à Caietano hoc loco, & Ferrarien. 1. contra gent. capit. 66. vt necesse sit, supponere actualem subiecti existentiam; pro sententia etiam adducitur D. Thomas, opusc. 48. tract. vltimo, cap. 12. sed non rectè, solùm enim requirit existentiam subiecti, vel in se, vel in causa, quod idem est, ac existentia possibilis: sed proposita sententia probatur primò; omnis nostra scientia pendet ab experientia, vel conclusionum, vel saltem principiorum, vt initio Metaphysicę cum Aristotele demonstrabitur: experientia verò, cum habeatur per sensus, semper supponit existentiam rei actualem; ergo hæc supponenda est. Secundò, posse existere; cum sit passio entis creati, potest de eo demonstrari: existentia verò actualis, cum sit prædicatum contingens, minimè venit in demonstrationem; ergo hæc, & non illa præsupponenda est. Tertiò, in diuina Theologia supponitur, esse actuale de Deo, quod est illius obiectum; ergo idem erit in reliquis scientijs.

Caiet. Ferrar.

Probatur 1.

Secundò.

Tertiò.

Sit nihilominus tertia conclusio. De subiecto necessariò prænoscendum est, quod possit existere, non verò, quod actu existat. Est communis inter Dialecticos; & quo ad secundam partem, quæ præcedenti opinioni repugnat, ita probatur. Scientia est cognitio de rebus perpetuis, & necessarijs; existentia verò respectu cuiuscunque entis creati est contingens; ergo non potest per se ad scientiam præsupponi: cur dixerim [per se,] patebit in solutione primi. Prima pars conclusionis sic ostenditur. De re impossibili nemo conatur, veram passionem ostendere, sed omnis scientia in hoc laborat, vt veram aliquam passionem de subiecto concludat: ergo nisi supponat, illud esse ens talis passionis capax, frustra laborabit. Procedit hæc probatio, vti & conclusio, de ijs demonstrationibus, in quibus veræ passiones de entibus realibus ostenduntur; de quibus tantum loquitur Aristoteles; potest tamen extendi ad alia entia rationis, & negatiua, de quibus sua quæcunque possibilitas prænoscenda est; de ente quidem rationis quod positiuè, obiectiuè tamen existere queat in intellectu; de negatiuo, quod negatiuè esse queat, per remotionem scilicet formæ; nisi demonstratio eius sit naturæ, cui talis suppositio repugnet, qualis est ea, qua Aristoteles ostendit, vacuum esse impossibile.

Tertia conclusio.

Probatio 1. partis.

De ente rationis, & negationis dari possunt demõstrationes.

Aristot.

Ad primum argumentum alterius sententiæ respondetur, in scientia propria inuentione parta supponi subiectum actu existere, in acquisita per disciplinam, aliquando saltem extitisse, cum illa à magistro addiscebatur, sed hoc esse per accidens, ratione nostri modi imperfecti comparandi scientiam; nam illa secundum se haberi potest absque vlla subiecti existentia, vel experientia, vt patet in scientia Dei, & Angelorum, quæ à nulla rerum existentia dependet: & in scientia primi hominis, quæ, cum esset eiusdem rationis cum nostra, immediatè fuit à Deo concessa absque illa experientia præsupponente existentiam rei. Ad sensum huius responsionis interpretandus est Aristoteles in c. 7. de relatione, cum ait, scibile posse esse sine scientia, scientiam autem, non existente scibili, existere non posse; loquitur enim de scientia per inuentionem acquisita, quam necesse est præcedat subiecti existentia.

Solutio primi arg.

Aristo.

Ad secũdum, admissa primo vtraque parte antecedentis, non colligit consequentia; nam quod possibilitas ad existendum possit aliquando demonstrari, existentia verò actualis nunquã, solum probat, in ea demonstratione non præsupponi; doctrina enim tradita, vt in probatione conclusionis diximus, est intelligenda

Solutio secundi.

Digitized by Google

Rationes oppositæ eneruantur.

tur. Ad alia ex dictis patet; quemadmodum causa in suo genere prima, & independès causari potest ab alia diuersi generis, vt materia à forma; ita prædicatum primum, & immediatum in genere Metaphysico demonstrari posse per aliud physicum, aut vice versa.

Opinio D. Thom. & aliorũ de prænotione particularis subiecti.

De subiecto particularis demonstrationis propter quid existimant D.Tho.Caiet.& Sotus hoc loco, Albert.Mag.tract.1. huius operis cap. esse prænoscendum quid sit: quod probabunt ex ipsa notione demonstrationis: hoc enim differre videtur demonstratio, Quia, à Propter quid; quod hæc contineat quidditatem subiecti, illa minimè. Sit nihilominus secunda conclusio: non modò in demonstratione, quia, sed etiam, propter quid, nisi sit absolutissima, non est necessarium prænoscere de subiecto, quid sit.

D. Thom. Caiet. Sotus. Alb. Mag.

Secunda conclusio probatur. Themist. Aegid. Venet.

Prima pars conclusionis omnibus probatur, cum demonstratio; Quia, procedat, vel per effectum, vel per causam passionis remotam, quæ essentiam subiecti non explicat. Secundum asserunt hoc loco Themistius, Aegidius, & Venetus; probaturque ex eo, quia multæ demonstrationes propter quid fiunt per partem essentiæ subiecti, vt, cum per materiam demonstramus, hominem esse quantum, per animam esse discursiuum; aliæ verò fiunt per causas externas finalem, & effectiuam primam, si rerum essentiæ ad eas dicant essentialem ordinem, vt probabile est, vel quod certum est, per formalem externam, quo genere demonstrationis non solum ostenduntur multa de creatis per diuina exemplaria, sed etiam de potentijs per actus, & obiecta. Mitto physicas demonstrationes, quibus sufficiunt causæ effectiuæ, & finales naturales, inter quas, & effecta non est ordo essentialis, sed necessarius physicè, id est, inimpedibilis secundum communem cursum vniuersi. Additum est in hac parte conclusionis [nisi demonstratio sit absolutissima,] quoniam hæc, authore Philosopho, tradtur per essentialem subiecti definitionem, cognitio verò definitiua est in primis quidditatiua, vt constat.

Probatur.

Sed ex hac doctrina suborietur fortasse scrupulus in exemplis adductis; in prioribus quidem, quoniam pars essentialis est de quidditate rei: ergo illius cognitio erit quidditatiua: perperam igitur diximus, in demonstratione tradita per vnam essentiæ partem, non præsupponi quidditatiuam subiecti notitiam. In posterioribus autem exemplis, quoniam demonstratio per causam externam essentialem non fit sine cognitione illius dependentiæ essentialis subiecti à causa; ergo cum dependentia sit essentialis, eius cognitio erit quidditatiua; vbique igitur præhabetur notitia quidditatiua. Occurrendum tamen est, cognitionem quidditatiuam non esse eam, qua percipitur vnum tantum prædicatum, aut vnus respectus essentialis rei, sed qua tota rei essentia adæquatè seu distinctè cognoscitur, vt docet D. Thomas 1. parte, quæstione 88. artic.1.& 3.contra Gent.cap.45. Caietan.& Ferrar.eisdem locis. Ac quidquid sit de vsu illius vocabuli, (ab Scoto enim in 1. dist.3. quæstione 1. & ab Scotistis vsurpatur, vt sumebat obiectio) hoc loco certum est, priori modo accipi, vt colligitur ex communi Interpretum sensu.

Præoccupatio.

D. Thom. Caiet. Ferrar. Scot.

Ratio Caietani ad finem primæ cõclusionis refutatur.

Ad argumentum pro sententia Caietani respondendum est, germanum discrimen inter demonstrationem, Quia, & Propter quid, esse, quod illa non procedat per medium, quod sit causa passionis, seu connexionis demonstrandæ, hæc verò maximè: ad hoc autem necessarium non est, vt demonstratio propter quid procedat per totam quidditatem subiecti, sed per partem, vel causam, aliamuè rationem à priori.

SE-

Digitized by Google

SECTIO ARTICVLI.

De secunda subiecti prænotione.

ALtera subiecti prænotio est, quod sit, quæ, siue intelligatur de totali, siue de partiali subiecto, ita explicatur à Caietano hoc loco, & Ferrarien. 1. contra gent. capit. 66. vt necesse sit, supponere actualem subiecti existentiam; pro sententia etiam adducitur D. Thomas, opusc. 48. tract. vltimo, cap. 12. sed non rectè, solùm enim requirit existentiam subiecti, vel in se, vel in causa, quod idem est, ac existentia possibilis: sed proposita sententia probatur primò; omnis nostra scientia pendet ab experientia, vel conclusionum, vel saltem principiorum, vt initio Metaphysicę cum Aristotele demonstrabitur: experientia verò, cum habeatur per sensus, semper supponit existentiam rei actualem; ergo hæc supponenda est. Secundò, posse existere; cum sit passio entis creati, potest de eo demonstrari: existentia verò actualis, cum sit prædicatum contingens, minimè venit in demonstrationem; ergo hæc, & non illa præsupponenda est. Tertiò, in diuina Theologia supponitur, esse actuale de Deo, quod est illius obiectum; ergo idem erit in reliquis scientijs.

Caiet. Ferrar.

Probatur 1.

Secundò.

Tertiò.

Tertia conclusio.

Sit nihilominus tertia conclusio. De subiecto necessariò prænoscendum est, quod possit existere, non verò, quod actu existat. Est communis inter Dialecticos; & quo ad secundam partem, quæ præcedenti opinioni repugnat, ita probatur. Scientia est cognitio de rebus perpetuis, & necessarijs; existentia verò respectu cuiuscunque entis creati est contingens; ergo non potest per se ad scientiam præsupponi: cur dixerim [per se,] patebit in solutione primi. Prima pars conclusionis sic ostenditur. De re impossibili nemo conatur, veram passionem ostendere, sed omnis scientia in hoc laborat, vt veram aliquam passionem de subiecto concludat: ergo nisi supponat, illud esse ens talis passionis capax, frustra laborabit. Procedit hæc probatio, vti & conclusio, de ijs demonstrationibus, in quibus veræ passiones de entibus realibus ostenduntur; de quibus tantum loquitur Aristoteles; potest tamen extendi ad alia entia rationis, & negatiua, de quibus sua quæcunque possibilitas prænoscenda est; de ente quidem rationis quod positiuè, obiectiuè tamen existere queat in intellectu; de negatiuo, quod negatiuè esse queat, per remotionem scilicet formæ; nisi demonstratio eius sit naturæ, cui talis suppositio repugnet, qualis est ea, qua Aristoteles ostendit, vacuum esse impossibile.

Probatio 2. partis.

De ente rationis, & negationis dari possunt demõstrationes.

Aristot.

Ad primum argumentum alterius sententiæ respondetur, in scientia propria inuentione parta supponi subiectum actu existere, in acquisita per disciplinam, aliquando saltem extitisse, cum illa à magistro addiscebatur, sed hoc esse per accidens, ratione nostri modi imperfecti comparandi scientiam; nam illa secundum se haberi potest absque vlla subiecti existentia, vel experientia, vt patet in scientia Dei, & Angelorum, quæ à nulla rerum existentia dependet: & in scientia primi hominis, quæ, cum esset eiusdem rationis cum nostra, immediatè fuit à Deo concessa absque illa experientia præsupponente existentiam rei. Ad sensum huius responsionis interpretandus est Aristoteles in c. 7. de relatione, cum ait, scibile posse esse sine scientia, scientiam autem, non existente scibili, existere non posse; loquitur enim de scientia per inuentionem acquisita, quam necesse est præcedat subiecti existentia.

Solutio primi arg.

Aristot.

Ad secũdum, admissa primo vtraque parte antecedentis, non colligit consequentia; nam quod possibilitas ad existendum possit aliquando demonstrari, existentia verò actualis nunquâ, solum probat, in ea demonstratione non præsupponi; doctrina enim tradita, vt in probatione conclusionis diximus, est intelligenda,

Solutio secundi.

Digitized by Google

da, quando naturæ demonstrationis illa prænotio non repugnat; repugnat verò idem in eadem demonstratione supponi, & probari: minimè verò probat, actualem existentiam esse præsupponendam, eò quod demonstrari nequeat, vel de re creata, quia est illi contingens, vel de increata, quia medio vacat; multa etiã sunt, quæ nec demonstrantur, nec supponuntur ob sui contingentiam.

Expẽditur oppositũ argument.

Deinde examinanda est vtraque pars antecedentis; & quidem de actuali existentia rectè dictum est, eã de nullo ente demonstrari posse Logica seu propria demonstratione; de primo quidem, eo quod medio careat à priori, vt 3. capit. dicemus, de reliquis verò, quia, vt ex libera Dei voluntate existentiam acceperunt, ita illam possunt amittere; sed, quoniam aliqua sunt natura sua incorruptibilia, & postquam inceperunt, per solam Dei potentiam desinere queunt, vt Angeli, cæli, &c. de his physicè, & ex hypothesi demonstrari potest existentia. vt clarum est; quæ de causa dixi, demonstrari non posse existẽtiam Logica demonstratione. An verò possibilitas ad existendum (quæ erat prima pars illius antecedentis) sub demonstrationem cadat, celebris est controuersia, quæ proponi potest, vel generatim de qualibet re, vel speciatim, vt solet de subiecto totalis scientiæ: & de priori sensu sit.

Quarta conclusio. De ente reali demonstrari potest à posteriori possibilitas ad existendum; hanc supponunt omnes Authores infra citandi in secundo sensu dubitationis; sumitur ex Aristotele primo capite sequentis libri, cum docet, primam quæstionem de re esse, an sit, id verò, de quo est quæstio, in demonstrationem venit. Probatur conclusio. Sunt aliqua signa, & effecta, quæ supponunt veram & realem entitatem; ergo si per ea probemus, aliquid esse verum ens, & consequẽter possibile, constituemus demonstrationem à posteriori. Cetera patent; maior declaratur; nam operatio realis, & sustentatio alicuius formæ sensibilis, non possunt prouenire, nisi ab aliquo vero ente; sunt igitur aliqua indicia, quæ probent, aliquid esse ens possibile.

An verò idem à priori demonstrari queat, facilè quidam respondent, si possibilitas sit passio consequens essentiam entis, vt iudicare videtur D. Thomas 1. parte, quæstione 25. articulo 3. affirmando. Si autem sit ipsa ratio entis, negando. Ratio prioris partis est, quia passio demonstrari potest de subiecto per ipsius essentialem definitionem; posterioris, quia entitas est prius cuiusque rei prædicatum; ergo, si possibilitas & entitas in creatis idem sunt, non poterit à priori demonstrari, siquidem nullum prædicatum est prius entitate. Verum hæc resolutio secundum vtramque partem est vitiosa. Etenim in prima falso supponitur, dari aliquam definitionem essentialem entis in communi, cum omnibus careat partibus tam formalibus, quam virtualibus, ad demonstrationem verò principia intrinseca necessaria est talis definitio, aut certè partium disiunctio; cur dixerim, per principia intrinseca, statim patebit. In secunda etiam parte, licet rectè ostendatur, non esse medium intrinsecum, quo entitas de aliquo demonstretur: non idcirco nulla supperit ratio demonstrandi à priori, nisi probetur, nullam esse causam externam essentialem entitatis.

Aliquorũ distinctio & resolutio. D. Thom.

Respõsio secundum vtramque partem refutatur.

Sit igitur quinta conclusio. Siue possibilitas sit passio entis, siue eius quidditas, secundum se demonstrari potest à priori per primam causam exemplarem, finalem, & efficientem, licet à nostris scientijs pro statu huius vitæ fieri non possit. Supponit hæc conclusio, quod in capite sequenti docebimus, essentias rerum habere essentialem dependentiam à Deo in illo triplici genere causæ; quo supposito facilè probatur vtraque pars. Nam penetrata perfectè causa cognoscuntur omnia, quæ in illa continentur, ergo rectè demonstrari potest, aliquid esse

5. Conclusio.

Probatur conclusio.

De ente reali demonstrari potest à posteriori possibilitas ad existendum. Arist.

Digitized by Google

esse possibile, ex eo, quod exemplar Dei, aut eius potentia actiua illud contineat; at, quoniam exacta cognitio exemplaris, & potentię diuinæ, quales ad demonstrandum exigitur, haberi non potest in hac vita, ideo in secunda parte conclusionis dictum est, non posse illam demonstrationem confici à nostris scientijs, licet secundum se possibilis sit, & à Metaphysica diuina, vel beatorum perfici queat.

Ex hac resolutione magna ex parte constat, quid dicendum sit de subiecto totalis scientiæ. Si enim nullius rei possibilitas ab aliqua nostra scientia simpliciter, & à priori demonstratur, vtique nec totalis subiecti demonstrabitur. Quare solùm remanet dubitatio de demonstratione à posteriori. Negatiuam partem tenet Commen. 1. Physic. vlt. & lib. 2 comm. 26. Caietan. cap. 1. sequentis libri ad octauum dubium; 1. p. q. 2. art. 3. & ad initium tertiæ partis; ratio non videtur esse alia, quam quę initio tacta est, & insinuatur ab Auerr. loco citato, quia idem non potest esse præcognitum, & demonstratum, sed subiectum ex Aristotele est vnum de præcognitis, ergo nequit in demonstrationem venire: Sit nihilominus.

Comm. Caiet. Auerr. 6. Concl.

Sexta conclusio. Licet totali scientiæ demonstrare à posteriori suum subiectum esse, idque præstare debet, quando illud non est aut sensu, aut ex terminis notum: quamuis ea demonstratio, aut à sola Metaphysica, aut sine eius beneficio construi non possit. Prima pars est tribuenda Aristoteli, tum primo de Cœlo, capit. 2. vbi demonstrat, esse cœlum, quod illius operis subiectum est; tum 2. Elenchorum, vbi probat, esse syllogismum sophisticum; item D. Thom. 1. p. quæst. 2. artic. 3. quo loco multis ostendit, Deum Theologiæ subiectum esse; exprimitur ab Scoto 1. Metaph. q. 1. Anton. Andr. ibidem, Gregor. in 1. dist. 2. quæst. 1. Ferrar. 1. contra Gent. capit. 11. Probatur eadem pars, quia absolutè loquendo non repugnat, possibilitatem demonstrari de re aliqua à posteriori, vt ex proxima conclusione patet; deinde est satis vtile ad scientiam, vt omninò constet de eius subiecto; ergo quando notum non fuerit opus erit hac ratione demonstrari.

Probatur conclusio. Aristot. D. Thom. Scot. Anton. Andr. Gregor. Ferrar.

Secunda pars conclusionis etiam est communis, & manifesta; nam auctore Philosopho, 6. Metaph. c. 1. eiusdem mentis est, quid est, & si est, quidpiam declarare. Cum igitur cognoscere naturam entis sit proprium Metaph. eiusdem erit eius existentiam cognoscere. Præterea possibilitas ad essendum, cum minimũ, est prima passio entis, at considerationis eiusdem scientiæ est, cuius est consideratio subiecti constat vero, solam Metaphysicam per se agere de ente, ergo ea sola poterit demõstrare suum subiectum esse; quod si aliqua scientia idem in suo præstiterit, à Metaphys. principia mutuabitur.

2. pars. Aristot.

Ad rationem in oppositum iam supra responsum est, prænotionem quod est subiecti, esse intelligendam cum proportione, quando, scilicet, hoc ipsum non proponitur demonstrandum. Sed vrgeas, esse peculiarem difficultatem in totali subiecto respectu suæ scientiæ, quoniam quęlibet propositio alicuius scientiæ versatur aliquo modo circa eius subiectum, alias non erit propositio talis scientię: ergo nulla sumi potest ad illud demonstrandum, siquidem ab omnibus præsupponitur. Qua de causa dixit Auerr. loco citato, subiectum vnius scientiæ, si quando demonstratur à posteriori, id fieri ab alia scientia, ita vt subiectum Metaphysicę à physica demonstrari velit. Respondetur, id non habere difficultatem in ceteris scientijs, præter Metaphys. cum nos dixerimus, nullam sibi sufficere ad hoc munus præstandum sine opere Metaphysicæ, sed quoniam in Metaphysica manet integra difficultas, respõdetur, ab initio omnes propositiones scientiæ supponere subiectũ in se, & à priori esse, & aliquo modo circa illud ita præsuppositum versari: his tamen non repugnare, aliquos effectus sensibiles

Augetur oppositũ argum. & omninò infirmatur.

Auerr.

ed by Google

sibiles eiusdem subiecti esse nobis eodem notiores, ex quibus confectæ propositiones eiusdem scientiæ erunt; & à posteriori subiectum demonstrabitur.

Soluitur tertium argument.

Ad tertium argumentum initio sectionis positum respondetur, in Deo non distingui esse à possibilitate; imò in rigore sermonis nullam in eo esse possibilitatem ad essendum, cum actualis existentia sit de illius essentia: secus accidit in alijs rebus: in quibus proinde supponi potest, & debet existentia possibilis, non actualis.

ARTICVLVS IV.

Quæ sint prænotiones passionis, & principiorum.

LIcet in demonstratione propter quid semper concludatur vera passio de subiecto, vt cum vna pars essentialis, aut vna definitio per aliam probatur; vocauit tamen Aristoteles omne eiusmodi prædicatum passionem, & quia, dum ita concluditur, passionis modum habet, & quia plerumque demonstratio in veris passionibus conficitur. Porrò vnicam tradidit huius prænotionem, videlicet, quid sit, quam de prænotione quid nominis interpretantur omnes; & verò, si loquamur de solis præcognitis ante demonstrationem, clarum est, nihil aliud oportere de passione cognoscere, quam significatum vocabuli, vt postea in demonstratione ostendatur, an tale significatum subiecto insit. At si sermo sit de præcognitis in progressu demõstrandi, videbitur primò passio cognoscenda, quid rei. Etenim præstantissima demonstratio sibi vendicat pro medio vel definitionem passionis, vel aggregatum ex definitione passionis, & subiecti; cognitio verò definitiua est quidditatiua; igitur passio quidditatiuè est præcognoscenda.

1. obiectio de cognitione qd sit passionis.

Deinde videtur passio cognoscenda, quod sit, quemadmodum subiectum, tum, quia non minus absurdũ est, velle passionem impossibilem demonstrare de subiecto possibili, quàm passionem possibilẽ de subiecto impossibili; sed huius euitandi causa diximus, de subiecto prænosci, quod est, ergo idem dicendum est de passione; tùm etiam, quia passio cognoscitur existere in medio termino, cum in altera præmissarum de illo prædicetur, & non possit præmissa vera iudicari, quin prædicatum cognoscatur inesse subiecto; cognoscendum igitur est de passione in progressu demonstrationis quod sit.

2. obiectio.

Philosophi sententia.

Perstitendum nihilominus est in vnica prænotione passionis iuxta Philosophum, & communem interpretum vocem; & ad rationem, quà probatur, cognoscendam esse quidditatiuè, respondetur. Philosophum explicare simplicem demonstrationem, quæ præcipua est; huius autem medium non est illud aggregatum, sed simplex subiecti definitio, vt in secundo libro ostendendum est; Attendemus in aliqua demonstratione ita rem sese habere posse, vt argumentum sumit, non proinde errat Aristoteles, qui tradidit prœcognita in omni demonstratione necessaria; constat verò, nonnullas esse, in quibus non ponitur definitio passionis.

Solutio 1. obiectionis.

Ad primum; quo probatur prænotio, quod sit, competere passioni, dicendum est, satis esse, non cognoscere quod sit impossibilis, vt de illa quæratur, an insit subiecto, de quo alia est ratio; cum enim ad veritatem conclusionis demonstratæ necesse sit, tàm subiectum, quàm passionem esse, & de subiecto hoc non quæratur, debet præsupponi; de passione autem, cum id ipsum inquiratur, supponendum non est; vt enim annotauit D. Thom. hoc loco, idem est de passione quærere, an sit in subiecto, atque an sit, quia eius esse, est in subiecto.

D. Thom. S. Thomæ aduertentiæ.

Obiectio.

Oppones Aristotelem primo cap. sequentis libri dicentem, cum scimus, hoc illud esse, id est, passionem esse in subiecto, tunc propter quid sit, quærimus; supponitur igitur in demonstratione propter quid passio esse, quod ex Auerroe, & alijs dicẽ-

Auerr.

Digitized by Google

Arist. dicemus, in c. 10. Respondetur, Aristotelem eo loco non docere, in omni demõstratione, propter quid, necessariò præcognosci, prædicatum inesse subiecto: cum semel vtrumque simul demonstretur, sed plerumque ita contingere. Hic verò tradit necessarias tantum prænotiones.

Explicatio Philosophi.

Solutio 2. Caiet. D. Thom.

Ad secundum respondetur cum Caietano, cuius doctrina desumpta est ex D. Thoma hoc loco, passionem bifariam sumi, primò naturaliter, vt res quædam est. Secundò, formaliter, vt passio: atque, vt existat quatenus res quædam, satis est esse in quolibet; vt verò existat tanquam passio, debet inesse proprio subiecto. Igitur, cùm ante conclusionẽ non cognoscatur esse in proprio subiecto, sed in medio, non censetur prænosci, vt passio est; Philosophus autem loquitur de passione, vt passio, qua de causa fortassis loco prædicati vsus est vocabulo passionis, quo indicatur hæc particularis propẽsio ad subiectum.

Solutio.

Dices, vt subiectum cognoscatur, non oportet cognosci, vt subiectum est passionis, sed absolutè; ergo, vt passio cognoscatur esse, satis erit, si absolutè sit, licet non in proprio subiecto. Respondetur, esse diuersam rationem, quia esse subiecti non est ita dependens à passione, vt esse passionis à subiecto, vt per se patet; quare cum notitia sequatur esse rei, meritò dicitur subiectum sine ordine ad passionem, non autem passio sine ordine ad subiectum.

Soluitur difficultas

Arist.

De principijs quoque vnam tradidit Philosophus prænotionem in hoc capite, nimirum, quod sint vera: aliam c. 8. quid vocabula significarent; quæ cum sit communis omnibus præcognitis, præter consequentiam, subintellecta videtur hoc loco in prima, quam sic interpretamur; vt cognoscere principia esse vera idẽ sit, atque cognoscere perpetuò, & inuariabiliter, seu necessariò esse vera: alioquin cõclusiones illatæ non erũt necessariæ: siquidẽ non posset maior necessitas reperiri in cõclusionibus, quam in principijs, à quibus deducuntur, vt proximo capite dicetur.

Rogabis tamen, de quibus principijs hæc intelligantur? iuxta eorum sententiam, qui præcognita applicãt totali scientiæ, intelliguntur hic principia communissima, vt, quodlibet est, aut non est, impossibile est, idem simul esse, & non esse, quæ Arist. 2. capite perspicuè dixit antecedere omnem demonstrationem. Iuxta nostrã sententiam significantur principia propria eius cõclusionis, quę inferẽda est, quod nulla eget maiori explicatione. Solũ dubitari potest, an sufficiat nosse peculiaria principia cuiusque demonstrationis ad sciendam eius conclusionem, an verò in omnibus exigatur notitia communissimorum principiorum, vt significasse videtur Aristoteles eo c. 2. & expressit Auerroes secund. Metaph cap. 1. asserendo, absque vno ex illis principijs neminem posse ratiocinari.

De quibus principijs hic sermo fiat.

Arist. Auerr.

Luculenter hoc dubium explicat Fonsec. 1. Metaph. c. 2. q. 2. sect. 8. ad tertium, cuius doctrinæ summa est, communissima principia antecedere omnem demonstrationem, non in se formaliter, &, vt constant terminis communibus sed implicitè, &, vt includuntur in terminis particularium principiorum alicuius demonstrationis, verbi gratia, vt ostendas, hominem esse capacem disciplinę, assumes hoc principium; homo est animal rationale, quod sic teneas necesse est, vt scias, hominem non posse simul esse animal rationale, & non esse, item, vel esse animal rationale, vel non esse, quæ est vis illorum principiorum, applicata tamen ad particularem materiam illius principij. Est hæc explicatio ipsius Aristotelis c. 8. vbi ait, principium communissimum, impossibile est, idẽ simul esse, & non esse, non assumi in demõstratione ducente ad impossibile sub his generalibus verbis, sed quatenus ad id genus, in quo demonstratio facienda est, traducitur. Ad hæc potuit Aristoteles asserere, principia præcedere omnem demonstrationem, quia eorum veritati tanquam notissimæ, maximeque conspicuæ ceterorum veritas innititur.

Arist. Arist. Arist. Explicatio.

ARTICVLVS V.

De prænotionibus medij, & consequentiæ.

EXplicatis ijs, quę ex decreto Philosophi prænoscenda sunt, & ingressum demonstrationis antecessit, superest, vt de medio, & consequentia, quæ inter pręcognita in progressu admisimus, differamus. Et quidem medio eædem, quæ subiecto prænotiones obueniunt, videlicet, quid est nominis, & quod possit esse. Si enim quis ignoret significationem medij, qui poterit enunciationem vnquam veram iudicare: item nisi scias, medium posse esse, nequaquam scies, in eo esse passionem: ante conclusionē verò illatam debet passio cognosci inexistens medio, cuius gratia in cōclusione inferatur, inesse subiecto; non inficior, in quibus demonstrationibus medium est subiecti definitio, vendicare sibi etiam prænotionē quidditatiuam rei, vt de subiecto dictum est, verum id, cum nec vniuersale, nec necessarium sit, non est, cur tertia prænotio constituatur?

Aliquādo cognoscitur mediū quidditatiuè.

Cōsequentia est vnū ex præcognitis.

Veniamus igitur ad consequentiā, de cuius prænotione vt ambigi non potest, an exigatur ad scientiam, cum in proœmio Logicæ ostensum sit, nulli propositioni per discursum comparatæ præberi posse firmum assensum, nisi euidenter appareat bonitas ipsius discursus, seu consequentiæ, quod in primo articulo indicatum est; ita minimè constat, quænam sit illius cognitio; ipsine assensus præmissarum, an conclusionis, an alia distincta cognitio?

Primū aduertendū.

Nō desunt, quibus hęc omnia placeant: nobis tamen duo videntur certa; primum, notitiā consequentię requisitam nō esse præmissarum alienus: hi enim præcedere possunt conclusionem etiam apprehensuam; sed, antequam proponatur conclusio, non potest apparere bonitas cōsequentiæ, quoniam hæc non est aliud, quam recta illatio huius conclusionis ab his sumptionibus. Secundum est, plerumque esse necessariam peculiarem notitiam, terminatam ad ipsam consequentiam, quando nimirum demonstrandi forma non fuerit ita perspicua, & addiscentis ingenium parum fuerit exercitatum; tunc enim intellectus, & de conclusione, & de illatione dubitabit: nec poterit facilè vtramque difficultatem eo conatu superare, erit autem hæc cognitio vel iudicatiua, vel solum apprehensiua, qua intellectus simpliciter intueatur bonam consequentiam.

Secundū.

Dubium tamen est pro re non exiguum, an etiam in manifestissimis demonstrationibus, & ingenio perpolito, exercitatoque necessaria sit hæc notitia formalis consequentiæ distincta à reliquis, an sufficiat ipsū iudicium conclusionis, quod virtualiter est quædam approbatio consequentiæ? equidem non dubito, in his etiam vt plurimum pręuolare dictam notitiā, nec prę celeritate mentis aduerti: sed non iudicio esse ita necessariam, quin sufficiat solus assensus conclusionis; dum enim assentimur conclusioni propter præmissas, non solum iudicamus, materiam conclusionis esse veram propter materiam præmissarum, sed rectè sequi conclusionem ex præmissis, adeò, vt non soleat concedi consequens, sed consequentia, quasi assensus conclusionis formalius sit approbatio consequentiæ, quàm consequentis. Imò vix apparet, qua ratione in actu exercito approbetur consequentia, nisi approbando in concreto rectè inferri conclusionē, dixi, in actu exercito, id est, simul inferēdo aliquā conclusionem, non considerando consequentiam abstractam à materia; possumus namque formare actum ad illam terminatū.

Dicimus igitur, consequentiam esse præcognitum aliquando per formalem notitiam, aliquando per virtualiter tantum distinctam à iudicio conclusionis. Nec idcirco cogimur admittere, vt superius apponebatur, conclusionem etiam virtualiter cognitam in præmissis esse præcogni-

Satisfit tacitæ obiectioni.

cognitum si etenim, vt aliquid præcognitum appelletur, debet in se cognosci, licet eius cognitio virtute tantum distinguatur à cognitione alterius; at conclusio in præmissis cognoscitur tantum in alio; ideò enim cognosci dicitur, quia eius causa, id est, principia, penetratur.

1. Obiectio cõtra superius dicta.

Oppones, si hæc ita sint, non poterit consequentia dici præcognitum; nam eadem notitia non potest esse, & non esse prænotio; iudicium verò conclusionis non est prænotio, vt patet ergo nec notitia consequentiæ, si est eadem.

2. Obiectio.

Secundò, quod necessariò distinguenda sit, probatur. Bonitas consequentiæ est causa assentiendi cõclusioni; ergo si vtriusque cognitio eadem sit, idem erit causa sui.

3. Obiect.

Tertiò, probatio consequentiæ est actus elicitus ex habitu Dialecticæ; assensus conclusionis pertinet ad aliam scientiam; igitur sunt diuersi actus: quæ enim clarior distinctionis ratio in actibus, quam diuersitas habituum.

4. Obiect.

Quartò, si actus scientiæ est etiam approbatio consequentiæ, non poterit repeti, quin actualis demonstratio in mente existat, vt vult Scotus: alioqui erit approbatio falsa, cum sit eius, quod non est; sequela tamen inferius est negãda.

5. Obiect.

Quintò; eadem cognitio non potest esse approbatio, & reprobatio; quando autem conclusio demonstrationis est negatiua, & forma argumentandi bona, negatur conclusio, & approbatur consequentia, & confirmatur; forma syllogistica potest esse optima, & propositiones falsæ; non cadunt igitur sub eundem actum.

Persuaderent hæc argumenta, quod suadent, nisi nobis ex aduerso videretur esse experientia, quæ nullius argumenti vi deferenda est.

Solutio 1. obiect.

Primò igitur respondemus, vt in præcognitis inter demonstrandum non est incommodum, ea cognoscere in eodem instanti cum conclusione, seruata aliqua prioritate naturæ; ita licere in eodẽ actu distinguere prænotionem ab ipsa scientia, si comparetur ad diuersa obiecta, nec deest aliqua prioritas, si non ex natura rei, saltem virtualis, quæ non minus sufficit ad distinguendum præcognitum à cognito, quam in actu, quo Angelus percipit hominem, & eius proprietates, rationem signi, à ratione significati; non est enim minus subordinata cognitioni signi, quàm scientia præcognitioni. Vnde secundò argumento respondetur, probè intelligi, in vno actu consequentiam rationem esse assentiendi conclusioni, vt signum est ratio percipiendi significatum; ex quo non sequitur, idem esse causa sui; non enim dicimus, prænotionem consequentiæ esse causam scientiæ, cum eodem actu continentur.

Solutio 2.

Solutio 3.

Tertiò, negabis, quamcunque notitiam consequentiæ sufficientem inferendæ conclusioni elici ex habitu, cum dixerimus, satis esse apprehensionem, quæ ex habitu iudicatiuo non prouenit. Sed ad nostrum institutum dicimus, habitum Dialecticæ simul cum habitu alterius scientiæ, vel cum lumine intellectus, & principijs demonstrationis elicere vnum actum pertinentem per se primò ad aliam scientiam, cuius est materia demonstrationis, quia, vt supra diximus, non solum habitus, & actus, sed etiam syllogismi de materia necessaria, quantumuis à Dialectica formam habeant, pertinent ad alias scientias, quarum administra est Dialectica, & ita actus, de quo loquimur, distinguitur essentialiter ab omni alio, qui non procedet à Dialectica, vel artificiali, vel naturali, tanquam discursiuus à non discursiuo, videtur enim ratio discursus sumi aliquo modo exeo, quod tendat in consequentiam.

Solutio 4.

Quartò, negabis illationem; nihil enim incommodi est, approbari actu consequentiam non existentem, nisi obiectiuè; de qua re postea copiosè.

Solutio 5.

Quintò, similiter negandum est, eũdem actum nõ posse esse formaliter dissensum, & virtualiter assensum; est enim id necessariò concedendum ab omnibus in eodem actu. Nam assensus conclusionis negatiuæ cadit etiam virtute supra præmissas, quarũ altera est affirmatiua.

Soluitur vlterius.

Respondeti

rursum ab initio potest, negando, illum actum esse reprobatiuum, vel negatiuum; vt enim postea constabit, nullus circa propositionem veram, etsi negatiuam, est negatiuus, nullus circa falsam, etiam affirmatiuam, est affirmatiuus. Quare, cum supponatur illa conclusio esse vera, eius assensus erit approbatio consequentis, & consequentiæ.

Totius quæstionis Epilogus.

Summa huius quæstionis est, præcognita ab Aristotele tradita, id est, quæ prænoscenda sunt ante ingressum demonstrationis, esse tria, subiectum, passionem, & principia illius demonstrationis. Si verò omnia complecti velimus, etiam in progressu tenenda, quinque numerari: nimirum, præter illa tria, medium, & consequentiam: quorum prænotiones sic se habent. De subiecto, & medio prænoscendum est, quid vocabulum significet, & quod possint esse. De passione, quid vocabulum significet. De principijs, quod vera sint. De consequentia, quod sit bona.

QVÆSTIO IV.

An alterum principium cognoscatur simul, alterum prius conclusione.

ARTICVLVS I.

Maiorem cognosci prius tempore conclusione quomodo verum sit.

Arist. Duplicitèr alsẽtius maioris antecedit cõclusionis assensum.

QVod Aristoteles dixit, maiorem cognosci prius tẽpore, quàm conclusionem, bifariam intelligi potest. Primò assensum maioris ita præcedere conclusionem, vt, quando hæc datur, iam ille non existat, quomodo Salomon dicitur tempore antecedere Diuum Petrum. Secundò, vt prius tempore inceperit, licèt, cum elicitur conclusio, adhuc existat, qua ratione Plato Aristoteli præsit, quamuis aliquando simul extiterint.

Vt verior modus explicetur, proponendi sunt tres vulgares ordines, qui in constituenda demonstratione seruari possunt. Primus est, apprehẽdendo, & iudicando prius maiorem, deinde apprehendendo, & iudicando minorem, postremò conclusionẽ: omitto cognitionem consequentiæ, & quia non est necessariò diuersa à conclusione, & quia eius ratio non est habita à Philosopho, qui sola principia ordinauit. Secundus ordo est, apprehendendo prius singulas propositiones, & deinde ferendo sigillatim de ijsdem iudicium, eo, quẽ postulant, ordine. Tertius est, formãdo prius apprehensionem cõclusionis. Secundò apprehensionem, & iudicium de maiori. Tertiò de minori. Quartò iudicium de conclusione. Primus ordo cõstituẽdi demonstrationẽ. 2. Ordo. 3. Ordo.

In quolibet processu ex tribus apparet, iudicium vtriusque præmissæ, prius incipere, quam iudicium conclusionis, estque id necessarium, quia causa suum effectum antecedat, necesse est; & iudicia præmissarum sunt causa conclusionis, vt in progressu patebit. Verum ex hoc principio non colligitur prioritas temporis, quam statuit Aristoteles inter maiorem, & conclusionem: tum, quia idem dicendum foret de minore, quandoquidem est causa: tum, quia ad causam satis est prioritas naturæ, vt videre est in Sole respectu lucis; aliunde ergo petenda est. Arist.

Thomistis ea causa probatur, quod plures actus simul circa res diuersas, vt diuersæ sunt, in intellectu esse nequeant, assensus autem maioris longè diuersus est ab assensu conclusionis, circa obiectum satis diuersum, quare necesse est extingui, antequã conclusio eliciatur. Verum hęc causa & veritati, & Aristoteli repugnat; veritati, quoniã, vt copiosè docetur in Tertio de anima, cum Scoto Gregorio. Marsilio, & alijs, nõ repugnat, intellectum nostrũ intelligere plura per modum plurium, vt cum format hanc propositionem; homo non est lapis, in qua cognoscuntur homo, & lapis non per modum vnius, vt Thomistæ fingunt, sed plurium, siquidem lapis formaliter seiungi- Thomistarũ opinio. Reijcitur. Arist. Scot. Gregor. Marsil.

tur

tur ab homine; quę verò ſeparantur, vt plura cognoſcuntur. Repugnat etiam Ariſtoteli, quoniam illa cauſa non minus impedit ſimultatem minoris, quam maioris cum concluſione, vtrobique enim cognoſcuntur plura, vt plura ſunt, Ariſtoteles verò ait, minorem cognoſci ſimul cum concluſione.

Venetus. Veneti sẽtentia exponitur.

Veneto placet, minorem dici cognoſci ſimul cum concluſione, maiorem verò prius tempore, quia illa eſt cauſa proxima, hæc remota concluſionis, & quemadmodum auus, exempli cauſa, eſt remota cauſa nepotis, ita illum antecedere poteſt, vt iam non exiſtat, quando nepos gignitur; patrem verò, quia cauſa proxima, neceſſe eſt, tunc eſſe, cum filius generatur; ſic minorem neceſſariò eſſe ſimul cum concluſione, maioré poſſe tempore præcedere. Porrò maiorem eſſe cauſam remotam, & quaſi per accidens concluſionis, ſic oſtenditur. Eadem maior determinata per diuerſas minores inſeruire poteſt variis concluſionibus. vt hæc; omne corpus mouetur; inferre poteſt; cælum mouetur, elementum mouetur, & alias ſub ſumptis diuerſis minoribus, quod non contingit minori propoſitioni. Nam poſita illa minori; cęlum eſt corpus, ſola hæc concluſio ſequitur, ergo cælum mouetur.

Propoſitæ ſententiæ fundamẽtum euertitur.

Ex vi huius rationis non ſequitur, maiorem eſſe priorem tempore primo modo ex dictis, hoc eſt, ita vt iam præceſſerit, cum infertur concluſio, ſed ei non repugnare, eo modo præcedere; quod verum eſt, vt ſtatim dicemus; ſed ratio falſum aſſumit fundamentum; nam, eſto, minor in ordine ſyllogiſtico ponatur inter maiorem, & concluſionem, nihilominus in cauſalitate vtraque eſt æquè immediata; nec ſe habent, vt cauſa proxima, & remota, ſed vt duæ concauſæ partiales, quæ ſimul attingunt effectum, vt mox probabo. Ad probationem verò in oppoſitum negandum eſt, minorem eſſe minus indeterminatam, quam maiorem; nam vtraque per ſe ſumpta apta eſt, colligere multas concluſiones, vtraque coniuncta cum alia eſt determinata ad vnam. Nam ſi illi minori, cælum eſt corpus, adiungeretur hæc maior, omne corpus eſt quantum, iam non inferretur, cælum mouetur, ſed cælum eſt quantum.

1. Concluſio.

Sit hac in re prima concluſio. Maior non poteſt eſſe prior tempore, quam concluſio, primo modo regulariter loquendo. Probatur primò; concluſio cauſatur effectiuè ab vtraque præmiſſa; ergo vtraque exiſtere debet, quando concluſio infertur: conſequentia eſt bona, quoniam efficiens nihil actu agit, niſi quando eſt, tum propter illud Philoſophi; effectus in actu depoſcit cauſam in actu, tum, quia eſſe eſt conditio eſſentialis ad actionem, nec intelligi poteſt, aliquid habere vim conferendi alteri, quo ipſum caret. Antecedens duas habet partes, prima eſt, notitiam antecedentem cauſare effectiuè conſequentem; hæc ſupponitur ex doctrina diſcurſus ſupra poſita. Secunda eſt, non ſolum minorem, ſed etiam maiorem, eſſe propriam, & immediatam cauſam concluſionis; quæ probatur. Tota cauſa in diſcurſu eſt ea, ex qua vi formæ concluſio ſequitur, ſed ex ſola minori nihil ſequitur vi formæ; ergo ea ſola non eſt adæquata cauſa, ſed ſimul cum maiori.

Roboratur probatio concluſionis.

Cõfirmatur amplio concluſio.

Secundò; tota cauſa aſſentiendi concluſioni eſt medium ſufficienter applicatum, ſed in ſola minore non applicatur perfectè; ergo ſola minor non eſt cauſa: maior, & conſequentia patent. Probatur minor, vt medium coniungat extrema, debet ipſum cum vtroque coniungi, vt patet in vnionibus copulantibus diuerſas partes, at medium in minori iungitur vni tantum extremo; non applicatur igitur ſufficienter, vt in concluſione nectantur prædicatum, & ſubiectum, quæ ſunt demonſtrationis extrema. Quò alluſit Durandus in 4. diſt. 49. quæſt. 3. nume. 14. cum dixit, per vnum principium ſyllogiſticum vniuerſale nõ repræſentari aliquam determinatam concluſionem, niſi fiat aliqua illius determinatio per

Duran.

aliam propositionem. Cur in conclusione addiderim, [regulariter loquendo] statim patebit.

2. Concl. Secunda conclusio. Dicitur maior cognosci prius tempore, quam conclusio, quia illius assensus iuxta tres ordines supra positos, praesertim iuxta primum, & tertium, solet prius incipere, quamuis non necesse sit ita esse. Prima pars conclusionis est communis, & suadetur ex limitata virtute nostri intellectus, quae non potest facile ad plures simul propositiones aduertere, eas que iudicare, maximè, quando non sunt inter se necessariò connexae, vt non sunt maior, & conclusio; quare communiter loquendo prius iudicabit intellectus maiorem, in alio instanti minorem, & conclusionem; dabiturque haec mora, praesertim in primo, & tertio modo, quia difficilius est, simul apprehendere, & iudicare plures enunciationes, quam iam apprehensas iudicare, vt fit in secundo ordine, in quo proinde fieri potest, vt maior, minor, & conclusio simul iudicentur, quae erat secunda pars conclusionis, nimirum, non esse necessarium, vt semper maior prius iudicetur; sufficit enim ad veritatem propositionis Philosophi, quod ita fieri soleat, iuxta rectum naturae ordinem. Imò secundum interpretationem Toleti, quam verissimam puto, neque illud est necessarium; exponit enim propositionem negatiuè, quasi dictum sit, minor necessariò cognoscitur simul cum conclusione, maior verò minimè, sed prius tempore cognosci potest, quod satis verificatur, si vel aliquando ita contingat.

Obiectio. Sed oppones, maiorem aliquando etiam cognosci simul cum conclusione, minorem verò prius, si haec ponatur primo, illa secundo loco, ergo pari iure dici posset, minorem cognosci prius, & maiorem simul cũ conclusione; si, vt hoc verè dicatur, satis est, aliquando contingere. Resolutio Respõdetur, Philosophum docuisse id, quod contingit secundum rectam, & naturalem dispositionem demõstrationis, secundum quam maior ponitur primo loco, minor secũdo, & consequẽter illa prius, haec posterius iudicatur, vt hactenus explicatum est.

Oppõditur 2. pars cõclusionis.

Aristot.

Toler.

Cardinalis Toleti interpretatio.

ARTICVLVS II.

Non esse simpliciter necessarium, praemissarum assensus existere, quando assentimur conclusioni.

EX praecedenti articulo constat, non esse necessarium, vt aliqua praemissa praeterierit, antequam inferatur conclusio, an verò opus sit, aliquam, vel vtramque simul existere, cum infertur, non est satis deciũ; quãuis, si rectè expẽdantur rationes adductae pro prima conclusione, affirmatiuam partem videantur conuincere. Nec satisfaciunt, qui respondent, satis esse praemissas extitisse toto tempore immediatè praecedente instans, in quo elicitur assensus conclusionis, perinde ac multi Peripatetici docẽt, in instanti, quo datur generatio substãtialis, non existere dispositiones à quibus ea causatur, sed immediatè ante fuisse, nec ad veritatem illius pronunciati [causa & effectus sunt simul] requiri maiorem simultatem, quam negatiuam, id est, vt inter esse effectus, & causae nulla mediet duratio, vt re vera non mediat inter tempus praecedens, & instans immediatè subsequens.

Non, inquam, satisfaciunt hi Autores, quia semper manet arduum, rẽ non existentem operari, nã quod dicunt, inter duas illas durationes non mediare aliam, puerile est; nam existentia causae nõ requiritur, vt attingat existentiam effectus, sed vt detur virtus actiua, à qua pendeat effectus, alioqui dicam, rem existentem in tota hora praecedente operari posse in tota consequente, quoniam inter illas horas non interfluxit alia duratio; exemplum verò, quo se protegunt, aequè durum est, & fortasse Authores, qui in ea sententia fuerunt, existimabant, generationem substantialem non esse actionem distinctam à praeuia alteratione, vt tenet

Eadem sẽtentia vt improbabilis explo ditur.

Digitized by Google

D. Fonſ. net D. Fonſe. Conſequenter ad illam ſententiam in 5. Metaph. cap. 2. q. 18. ſect. 4. licet hoc quoque modo vix intelligatur res actu cognita ſine cauſa actu.

Aliquorũ reſponſio probabilior.

Probabilior videbitur eorum reſponſio, qui dicunt, ſufficere habitus relictos ex aſſenſibus præmiſſarum, vt per eos producatur concluſio, nec ſatis confutatur reſponſio à Gabriele in 1. q. prologi, dum ait, nullũ habitum inclinare immediatè, niſi ad actus eiuſdem ſpeciei cum ijs, à quibus genitus eſt, cum habitus non detur vt principium noui operis, ſed vt ſemè præteriti ad illud perpetuandũ. Igitur, cum aſſenſus concluſionis ſit diuerſæ ſpeciei, non poteſt per habitus principiorum immediatè gigni.

Gabrielis ratio infirmatur.

Sed contra Gabrielem eſt manifeſta inſtantia. Nam idem habitus, quo voluntas inclinatur ad amandum finem, inclinatur etiam ad illius intentionem, & electionem mediorũ, qui actus ſpecie differunt ab amore finis.

Ariſt.

Idem igitur euenire poterit in habitu principiorum, reſpectu aſſenſus cõcluſionis, dicente Philoſopho, ita ſe habere principia in ſpeculabilibus, vt finem in practicis; quę ſimilitudo in re, de qua loquimur, ſpecialiter eminet, & confirmatur ratione

Confirmatur eadem doctrina.

hæc doctrina: eſt namq. in Philoſophia certum, id, quod poteſt aliquod agens, poſſe etiam illius virtutem actuam, ſi loco eius relinquatur, vt patet in calore producto ab igni, & in ſemine deciſo à viuente, ſed habitus ſunt virtutes actiuæ aſſenſuum præmiſſarum: ergo ſi illi poterant concluſionem efficere, idem quoque hi poterunt.

Sententia Gabrielis. Gabriel.

Falſa nihilominus eſt hęc reſponſio: & doctrina, & cõfutatio Gabrielis veriſſima, ſi intelligatur de actibus, qui non habent eandem rationem formalem obiecti: eſt enim habitus quoddam genus potentiæ, quę ferri non poteſt extra ſuum obiectum, vt nec reliquæ potentiæ: ferretur autem, ſi eliceret actus tendentes in obiectum formale diuerſum ab obiecto eorum, quibus genitus eſt: (loquimur enim de habitu acquiſito) inſtantia verò de habitu voluntatis, & ſi vera eſt, nihil tamen efficit contra id, quod diximus, quia ratio formalis amoris finis, & intentionis eiuſdem, electionumq. mediorum, eſt eadem bonitas finis, & ideò omnes illi actus cadunt ſub vno habitu; at ratio aſſentiendi principijs eſt veritas ipſorum intrinſeca, & independens: ratio autem aſſentiendi concluſioni partim quidem eſt eadem veritas, ſed partim alia intrinſeca ipſi concluſioni, vt in capit. 3. oſtendemus; quocirca idem habitus non ſufficit ad eliciendos vtroſque aſſenſus; & comparatio Ariſtotelis eſt intelligenda, quo ad eam partialem rationem aſſentiendi concluſioni, quæ manat ex principijs, non verò quo ad totam, quaſi velit, vt, quemadmodum ſi bonitas finis eſt tota cauſa amandi media, ita veritas principiorum ſit tota ratio aſſentiendi concluſioni.

Confirmatio infirmatur.

Ad confirmationem reſpondeo, non quamcunque virtutem efficere poſſe id, quod eius cauſa, niſi quando eſt ſuapte natura inſtrumentum illius, vt ſe res habet in exemplis caloris, & ſeminis; habitus verò non eſt inſtrumentum aſſenſus, ſed cumplurimum potentiæ. Confutari poteſt eadem reſponſio, quia ſequeretur, concluſionem in eo caſu non eſſe diſcurſiuam, vtpote quæ non penderet per ſe actu à præcedente cognitione. Vnde Ariſtot. 2. cap. dixit, nos ſcire demonſtrationem, id eſt, concluſionem demonſtrationis, eam ipſam habendo hoc eſt, demonſtrationem. Aſſerit igitur hæc ſententia non improbabilis, quo in inſtanti primò fertur iudicium de concluſione, debere perſeuerare, aut denuò repeti aſſenſus præmiſſarum; dixi, quando primò infertur, quia acquiſito iam concluſionis habitu, an repeti poſſit eius aſſenſus ſine præmiſſis, eſt alia quæſtio poſtea ventilanda.

1. Sentent. Ariſt.

2. Sent.

Secunda ſententia aliquantò mitior, & idcircò amplectenda, aſſerit, non eſſe omnimò neceſſarium, aſſenſus præmiſſarum continuari, aut

denuò repeti, quando infertur conclusio, licet plerumque ita fiat, sed sufficere eorundem assensuum recordationem, id est, actum, quo intellectus memoretur, se habuisse eos assensus, per eosdemque iudicasse, eorum obiecta esse vera. Autores huius sententiæ non inuenies nisi recentiores; nam antiqui hac in re minus expresse loquuntur. Illius fundamenta præcipua sunt experientia, & congruentia; videmur enim aliquando experiri, nos assentiri alicui conclusioni per iudicia præmissarum multò ante formata; & cum noster intellectus sit virtutis adeò limitatæ, & ad præbendum assensum quibusdam conclusionibus, necessaria sit nimia aduertentia, quę dari semper non potest distractio intellectu ad plures assensus; congruum sanè erit, sufficere simplicem horum memoriam ad inferendam conclusionem. Præsertim, cum ea posita cessent rationes in præcedente articulo tactæ; nam datur causa simul cum effectu, & totum medium perfectè applicatum in ea memoria relucet.

Autoritas sola Recentiorum.

1. Argum. Vrgeri tamen potest confirmatio proximè adducta pro prima sententia; nam ex doctrina discursus habetur, notitiam antecedentem esse debere iudicatiuam, qualis non est ea memoria. Item influxus effectiuus præmissarum non potest suppleri ab illo simplici actu, quia causa supplēs alterius defectum, vel est connaturale instrumentum illius, vel certè est æquè, aut magis nobilis, vt illius virtutem continere valeat; quorum neutrum quadrat in illam memoriā; & quidem primum patet; secundum verò ex eo confirmatur, quia notitia complexa supponit simplicem, vt mixtum supponit elementum, ex quo coalescat; ergo est illa nobilior, id enim, quod à natura ipsa ad aliud

Solutio 1. supponitur, est eo imperfectius. Hęc obiectio multa assumit, quæ negari possent; nunc tamen ad priorem partem dices, in discursu, licet omninò necessarium sit præcessisse aliquam notitiam iudicatiuam, quæ vt plurimum existat, quando infertur consequens; si tamen aliquando non existat, sufficere illius memoriam, per hanc enim determinatur intellectus, quantum satis est, ad illationem.

Solutio 2. Ad secundam partem respondeo, præmissas habere duplicem concursum; alterum formalē intrinsecum, alterum effectiuum; & priorem esse essentialem cōclusioni, posteriorem verò physicè tātum requiri, sine quo proinde intellectus producere potest assensum cōclusionis, dummodò recordetur præmissarum, propter quas assentitur. Quod magis patebit postea, cum ostenderimus, actum sciendi produci posse ex solo habitu, & recordatione medij. Quidquid verò potest efficere potentia cum habitu, potest sine illo, vt certum est.

ARTICVLVS III.

Minorem cognosci simul cum conclusione, explicatur in quodam sensu.

Arist. ARistoteles solum docuit, minorem cognosci simul cum conclusione, non expressit, de qua simultate loqueretur, quę tamen potest esse triplex; prima negatiua, qua dicuntur simul esse, aut decurrere ea, inter quæ nihil mediat. Secunda positiua, ratione temporis, quam habent: quæ in eodem tempore, vel momento fiunt, aut durant. Tertia ratione actus, quæ tunc datur, cum duo aliqua eodem actu comprehenduntur. De qua simultate ex enumeratis loquatur Philosophus, non ita constat. Sit nostra.

1. Concl. Prima conclusio. Minor non cognoscitur semper simul cum conclusione primo modo, hoc est, non sunt semper immediatæ, si sermo sit de quocunque assensu, secus verò, si loquamur de assentibus per se componētibus demonstratiōnē. Prima pars ex eo probatur, quia plerumq; iudicata maiori, & minori, antequam intellectus inferat conclusionē, formatiudicium, vel aliam notitiam de bonitate consequentiæ, vt supra dictum est. Secunda est manifesta, cum in demonstratione tres tantum sint pro-

Digitized by Google

propositiones, & minor sit inter maiorem, & conclusionem; inter ipsam verò, & conclusionem nulla alia propositio sit. Verum hac ratione maiori iure dici potest maior esse simul cum minore, quoniam inter ipsas nunquam mediat alius assensus.

2. Concl. Secunda conclusio: Præhabito assensu maioris, & positis omnibus requisitis, sublatisque impedimentis, in quo instanti datur assensus minoris, simul etiam datur assensus conclusionis. Declaratur conclusio; vt intellectus assentiatur conclusioni, oportet eam prius apprehendat, & consequentiæ bonitatem intueatur. Vtrumuis enim horum desit, assensum præbere nequibit. Deinde, cum ad iudicandam conclusionem requiratur virtus, & aduertentia intellectus, & contingere possit, vt iudicata minori, nulla suppetat vis intellectui ad producendum assensus conclusionis, eò quod se nimis intensè applicuit ad præmissas, vel alia de causa: fieri item possit, vt ab aliqua vehementi cogitatione distrahatur, idcircò diximus, in conclusione adesse oportere omnia necessaria, & abesse omnia impedimenta: quod si fiat, tum demum necesse erit, posito assensu minoris, in eodem momento dari assensum conclusionis: quæ est nostra conclusio.

Probatur conclus. 1.

Probatur ratione. Et probatur. Posita causa naturali integra, & non impedita, confestim sequitur effectus; sed intellectus cum assensu maioris, & minoris additis ijs, quæ diximus, est huiusmodi causa respectu conclusionis; ergo ijs positis necessariò prodibit in eius assensum. Maior, & consequentia ex terminis patent. Minor probatur; quia intellectus ante actū voluntatis non habet maiorem libertatem, vbi est omninò determinata, & euidens veritas, quam oculus, vel auditus, vbi sunt illorum obiecta; libertas enim in sola voluntate reperitur; ergo, sicut hi sensus necessariò operantur, ita intellectus citra conclusionem operabitur. Imò & si aliquam haberet libertatem, positis assensibus illicò assentiret. Nam voluntas

Probatur amplius exemplo.

(& est secunda probatio conclusionis) posita efficaci volitione finis, & præsentato medio omninò necessario ad illum finem, non potest illud non velle: sed finis in practicis respondet principijs in speculatiuis, & conclusio respondet medijs; igitur habitis principiorum assensibus, non poterit intellectus actum suspendere circa conclusionem.

Dixi (vbi est omninò determinata, & euidens veritas) vt è vestigio diluerem obiectionem, quæ proponi posset contra secundam conclusionem in hunc modum. In conclusione probabili, deducta ex præmissis vi formæ apparet veritas sufficienter proposita intellectui, & tamen intellectus non fertur necessariò in illam, sed nonnunquam suspendit actum: non igitur verum est, intellectum esse ita determinatum ante actum voluntatis ad verum, vt est visus ad colorem, & auditus ad sonū. Vnde corruit tota probatio secundæ cōclusionis. Hæc obiectio soluta manet, si prædicta verba intelligantur: nā in propositione probabili est aliqua formido, quæ suspectum reddit intellectū num re vera in tali propositione reperiatur illius obiectū, qd est veritas, quocirca intellectus non manet omninò determinatus, quia sibi non cōstat euidenter de veritate obiecti, quod secus se habet in cōclusione demonstratiua, vt ex se patet.

Notandū discrimen intellect⁹, & sensus.

Vbi est notādum discrimen inter intellectum & sensus, saltem exteros, quod hi cum vno tantum modo ferantur in obiectum, videlicet apprehendendo simpliciter, circa omnia obiecta, & in omnibus actibus parem habent necessitatem; at intellectus triplicem habet operationē, simplicem, complexam, & discursiuam; inter quarum obiecta est hoc discrimen, quod obiectum primæ est veritas simplex, cum qua non potest non conformari eius cognitio, reliquarum verò est complexa, inter quam & cognitiones potest esse difformitas, si res non ita componantur ab intellectu, vtà parte rei sunt. Vnde fit, vt in prima operatione

ne æquè determinatus sit intellectus, ac sensus, in reliquis verò non ita, nisi vbi nullum est periculum errandi, vt in primis principijs, & conclusionibus demonstratiuis; in ceteris est quædam indifferentia in 9. Metaphys. explicanda.

1. Arg. aduersus propositã conclusionẽ.

Contra hanc conclusionem sic explicatam, nulla se offert ratio à priori: ab incommodis tamen, vel ex aliqua suppositione plures opponi solent. Prima: intellectus, vt in sua entitate, & virtute limitatus est, ita in numero notitiarum; non potest enim quotcunque producere, vt patebit ex primo de Cœlo; ponamus ergo, non posse plus, quam septem; rursum ponamus, hunc numerum expleri per assensum minoris, hoc facto, non poterit elicere assensum conclusionis; ageret enim supra suam virtutem, quam ponimus, septem actibus definiri; ergo non cognoscitur semper minor pariter cum conclusione.

2. Argum.

Secunda: fieri potest, vt in instanti, quo intellectus assentitur maiori, & minori, habeat iudicium erroneum contrarium assensui conclusionis; ergo non cognoscitur conclusio simul cum minori. Consequentia valet, quia duo iudicia contraria non se compatiuntur, in eodem intellectu. Antecedens patet experientia in eo, qui iudicat, corpus non esse quantum; dum ei ab aliquo Philosopho proponitur demonstratio, qua oppositum concluditur; prius enim videt, maiorem, & minorem esse veras, quam errorem deponat. Patet etiam ratione, quia non minus repugnat habitus scientiæ cum actu erroris contrarij, quam dicti assensus, sed illi possunt esse simul; ergo & hi.

3. Argum.

Tertia: sequitur ex dicta conclusione, dari simul in eodem intellectu duo accidentia eiusdem speciei, & cognitionem confusam, & distinctã eiusdem rei; consequens autem, quo ad primam partem, repugnat doctrinæ Metaphysicæ tradendæ lib 5. quo ad secundam doctrinæ Physicorum ad caput primum; vtraque verò pars illationis patet in hac demõstratione; omne animal rationale est capax disciplinæ, homo est animal rationale; ergo est capax disciplinæ, in qua homo semel concipitur in minori, & iterum in conclusione; præterea in minori sumitur homo confusè à parte subiecti, distinctè verò à parte prædicati.

Soluuntur argum.

Primæ obiectioni respondent viri graues, nihil obstantibus ijs suppositionibus, adhuc intellectum assensurum conclusioni, quia ad illum actum non exigitur noua aduertentia, neque virtus, eò quod virtute continetur in præmissis, nec simpliciter esse octauum actum, sed complementum septem præcedentium. Non video tamen, qua ratione hæc stare possint cum dictis suppositionibus: Nam assensus conclusionis habet propriam entitatem realiter, & essentialiter distinctam à præcedentibus, ad quam producendam requiritur aliqua virtus in causa: quare, si hæc tota impensa sit alijs actibus, vt supponitur, non poterit se ad illum extendere.

Toletus. 2. Responsio, & verior ad primum.

Melius Franciscus Toletus credit, cum ventum fuerit ad minorem cessaturum ab aliqua præcedentium notitiarum non pertinente per se ad illam demonstrationem, vt nouam admittat, in quam à præmissis maximè inclinatur; sed adhibendæ sunt duæ moderationes; prima, ne voluntas ita affixum teneat intellectum præcedentibus notitijs, vt nollam deponere permittat: secunda; vt reliquæ notitiæ non sint omnes æquè necessariæ, atque conclusio. Quod si aliqua ex his limitationibus desit, dices, non subsequi assentium conclusionis, quia non remouentur omnia impedimenta.

Solutio 2. argum.

Secundę negandũ est antecedens; si cum assensibus maioris & minoris detur aduertentia conclusionis; nec est vlla experientia de contrario posita aduertentia; ratio item solum assumit verũ in casu, quo intellectus, in quo est habitus scientiæ, non recordetur actu medij scientifici; quia tunc temporis perinde se habet, ac si ha-

Digitized by Google

habitum non haberet; alioquin, si medium sciendi actu perciptat, implicat, habere errorem contrarium, quoniam eadem causa, quæ vnũ contrarium naturaliter introducit, eodẽ modo aliud expellit: medium autem sciendi cum euidentia, & adhærentia cognitum, naturaliter intellectui ostendit veritatem conclusionis; ergo & falsitatem contrarij erroris. Absolutè igitur dicẽdum est, in quo instanti intellectus assentitur minori, posita aduertentia, & notitia de bonitate consequentiæ, assenturi etiã conclusioni, & deponere actum erroris, ita vt primum esse assensus conclusionis sit primum non esse contrarij erroris. Nec dicas, contraria non expellere se simul, sed paulatim subeunte vno locum alterius, vt cõtingit in frigore, & calore, ceteriſq; similibus. Hoc enim intercedit, quãdo contraria se compatiuntur in gradibus remissis; at iudicia contraria in nullo gradu esse possunt, quia inferunt contradictionem in intellectu, vt suo loco dicemus.

Soluitur 3. argum. Tertiæ respondetur, neutrum eorum, quæ inferuntur, incommodum esse, dummodò primum intelligatur de accidentibus habentibus ordinem ad extrinsecũ cuiusmodi sunt conceptus, qui essentialiter respiciũt obiectum, secundum verò de diuersis notitijs; quando enim Philosophi negant, idem cognosci simul cõfusè, & distinctè, intelligunt simultate cognitionis, quia duæ species diuidentes cognitionem sub aliqua ratione essentiali, non possunt esse simul in eodem individuo: quod, qua ratione verum sit, in cap. 26. q. 2. ostẽdemus; at si cognitiones sint diuersæ, non modò non est inconueniens, eandẽ rẽ cognosci confusè, & distinctè, sed necessariũ ita fieri, quoties effertur propositio, in qua definitio prædicetur de definito. Nec verò ex eo sequitur, intellectum cognoscere, & nõ cognoscere distinctè: sed cognoscere distinctè, & confusè; qm̃, vt de intellectu neget distincta cognitio, oportet, vt nullo modo eam habeat.

Responderi rursum potest, negando, vtrumq; incommodum sequi, nõ primum, quia idem conceptus inseruire potest, pro subiecto, minori, & conclusioni; non secundum, quia cognitio animalis rationalis in minore non est proprie cognitio distincta hominis: tendit enim in partes hominis, pro vt partes sunt priores, atque distinctæ ab homine; cognitio verò distincta videtur dirigenda immediatè in rem ipsam. Tota prima solutio, & prima pars secundæ vniuersalem, & veram doctrinam continet: hæc posterior multis est dubia. Soluitur aliter arg.

ARTICVLVS IIII.

Positis assensibus præmissarum non posse voluntatem impedire assensum conclusionis.

COnstat ex superiori articulo, intellectum sibi relictum necessariò post iudicium præmissarum elicere assensum conclusionis. Num verò hæc necessitas tanta sit, vt nec ex imperio, & motione voluntatis impediri queat, hoc loco est explicandum. Erit verò quæstioni locus, si, vt ante monuimus, intellectus sit omninò expeditus, & præditus sufficiente virtute ad eliciendum conclusionis assensum; aliàs non modò post imperium voluntatis, sed etiam antea, non sequitur necessariò assensus conclusionis. Status quæstionis.

Vt ergo statuatur veritas, prænotandum est ex vulgari, & recepta doctrina, potentiam duobus modis necessitari ad actum, primo, quo ad speciem; secundo quo ad exercitium; quo ad speciem necessitatur potẽtia, quãdo ita se habet circa aliquod obiectum, vt, si eliciatur sit actum, possit elicere huius speciei, non verò contrarium, verbi gratia, assensum, & non dissensum; volitionem, & non nolitionem; quo ad exercitium necessitatur, quando necessariò elicit actum, qua ratione visus elicit cognitionem coloris præsentis, & voluntas Beatorum Dei clarè visi amorem. Duplex necessitas quo ad speciẽ, & quo ad exercitium.

His positis sit prima conclusio. Intellectus prædicto modo sũptus, 1. Concl.

ita

ita necessitatur circa conclusionem, quo ad speciem, vt in oppositum trahi nequeat à voluntate. Hæc vt communis supponitur ab omnibus; indicatur verò à D. Thom. 1.p.q.82. art.2.in corpore. Probatur; intellectus non potest dissentiri manifestæ veritati, sed cognitis euidenter præmissis; conclusio apparet manifestè vera; ergo si intellectus circa illam est operaturus, assensum eliciet, & non dissensum. Nec verò ad hoc cogi poterit à voluntate; nam vt se habet bonum ad nolitionem, ita verum ad dissensum; sed voluntas non potest nolle bonum.qua bonum est; ergo neque poterit efficere, vt intellectus dissentiatur vero: non enim est potentior in alijs, quam in seipsa. Atque hoc non modò est verum in conclusione demonstrationis, sed etiam syllogismi probabilis, dummodò in ea non appareat vlla ratio falsitatis. Ratio est eadem; nam verũ, quà verum, est extra obiectum dissensus, sed illa conclusio probabilis ex vi illius syllogismi solum apparet vera; ergo quantumcumque voluntas obnitatur, non potest esse obiectum dissensus; est tamen hoc discrimen, quod conclusio demonstrationis, cum sit necessaria, nunquam potest reddi obiectum dissensus, probabilis verò ob rationem oppositam, potest in alio syllogismo ostendi certò, aut probabiliter falsa, & sic dissensum terminare.

Probatur. D. Thom.

2. Concl. Secunda cõclusio: positis præmissarum assensibus ita necessitatur intellectus ad assensum conclusionis, quo ad exercitium, vt directò impediri non possit à voluntate: Dixi, directò, quoniam indirectè diuertendo intellectum, vel nimium affigendo alteri cogitationi, non est dubium, quin impedire possit voluntas assensum conclusionis. Conclusio hoc modo asserta videtur esse omnium grauium Autorum, cum absolutè dicunt, intellectum necessariò ferri in conclusionem iudicatis principijs; ita loquitur Arist.7.Ethic.c.3. D.Th. 1.p.quæst.82.art.2. & 1.2.q.13.art.6. Caiet. priori loco in primo aduertendo, Sonc.9. Metaph.q.18. Fonsec. lib.6.c.1.q.4.sect.4. Scot.in 1.dist.1. q.4.§.ad argumenta, Henric.Quodlib.3.q.17. Dur. in 2.d.25.q.4.nu.7. licèt verò solus Durandus expressè doceat, repugnante voluntate trahi intellectum ad conclusionem; eundem tamen sensum reliqui Autores citati complectuntur; comparant enim necessitatem, qua intellectus visis principijs in conclusionem fertur, cum illa, qua voluntas posit efficacem finis amorem tendit in medium, quod simpliciter necessarium iudicatur: hanc autem voluntatis necessitatem posito finis amore dicunt esse tantam, vt non possit voluntas actum cohibere, sentiunt igitur, eam, qua intellectus post iudicium præmissarum in conclusionem tendit, non posse à voluntate impediri.

Probatur concl. autoritate. Arist. D. Thom. Caiet. Soncin. Fonsec. Scot. Henric. Durand.

Confirmatur rõne. Argent.in 2.d.25.q.1.art.4. Sax. hoc li.q.7.cõ.5.vide Medinam, 1.2.q.13.ar.6.

Prima, & præcipua ratio huius partis est illa supra posita: quod intellectus, quocunq; modo sumptus, nunquam est potentia formaliter libera; ergo posito obiecto determinato, sublatoq. omni impedimento necessariò operabitur, vt reliquæ potentiæ non liberæ. Sed respondent, voluntatem habere, imperium in omnes potentias, concurrereq. cum illis, vt earum causam vniuersalem, ac proinde posse eis imperare, aut concursum subtrahere, vt cessent.

Confirmationis solutio. Confutatur.

Mirum est, quæ in hac solutione inuoluantur, vel dubia, vel absurda? Io primis, si tantum est voluntatis imperium, efficiat, vt apertus oculus non videat obiectum colorem: & vt appetitus præsenti vehemẽter delectabili cohibeat actum, vel proposito obiecto nociuo non formidet. Quod si aduersari in se experiuntur, Deo acceptũ referant; verùm, si suos etiam patiuntur manes, nobiscum consentiant, vt sentiunt. Deinde, quid, quæso, est, voluntatem subtrahere concursum reliquis potentijs? potest enim esse sermo de concursu Physico, vel de morali; de primo longè probabilius est, nullum esse voluntatis in actus reliquarum potentiarum; sed demus, aliquem esse; certè non est ita necessarius, quod ipsi fatentur,

tentur, vt sine eo non possint reliquæ potentiæ suos actus exercere: quod in sensibus est euidens: nam actiones harum potentiarum non requirunt maiorem concursum Physicum in nobis, quàm in brutis, cum vtrobique sint eiusdem speciei; ergo si in brutis non egent concursu alterius potentiæ; neque in homine egebunt: & in intellectu idem concedunt Aduersarij confitentes, intellectum non præuentum à voluntate elicere assensum conclusionis merè necessarium absque eius concursu; qua ergo ratione ex subtractione concursus cessabit actio intellectus. Et explicatur magis hæc ratio exemplo causæ primæ, cui ipsi comparant voluntatem respectu aliarum potentiarum.

Causa prima duob. tantũ modis potest impedire secundã.

Causa enim prima duobus tãtum modis impedire potest secundam constitutam in potentia ad operandum; primò subtrahendo concursum; secundò apponendo ex parte passi impedimentum, aut per illius subtractionem, aut per repugnantiam aliquam in eo positam; alius modus, quo Deus extrinsecè tantum causam impediat, fingi potest, explicari, vel defendi non potest; igitur neque voluntati tribui potest alius modus impediendi intellectum, sed ex his duobus primus ei non conuenit, vt dictum est; secundus, esto conueniat, non est ad rem; nos enim agimus de impediendo actu directè; at impedire remouendo obiectum, vel nimis detinendo in alio, est indirectè impedire. Ex quo exemplo colligitur, nec ratione motãlis concursus (quæ erat altera pars disiunctionis propositæ) posse intellectum à voluntate inhiberi: qui enim tantus consensus fingi potest inter has potentias, vt ex eo solum, quod voluntas nolit, intellectus cesset, cum id ne Deo quidem concedatur? Si enim per impossibile omninò nollet me nunc scribere, nec concursum subtraheret, impedimentumve apponeret, nihilominus scriberem.

Occurrunt rursus ad priorem partem huius instantiæ, diuersam esse rationem in ceteris potentijs, atque in intellectu, quoniam hic est radicatus immediatè in eadem anima cũ voluntate, & aptior ad eius liberos motus recipiendos, vt qui est potentia rationalis, authore Philosopho 9. Metaph. hoc est indifferens ad opposita circa idem obiectum: quæ reliquis potentijs nõ competunt, quibus satis fauet Caietan. 1. p. q. 82. artic. 4. vbi ait, quò potentia est magis rationalis, eò magis obedire voluntati. Ad posteriorem verò partem quidam physici concursus nimium tenaces respondent, huiusmodi concursum esse necessarium ad actus liberos; reliquos autem, qui voluntatem præueniunt, humanos non esse. Sed hi planè nugantur; idem enim est actus esse liberos, ac pendere à libero concursu voluntatis, & de hoc est tota quæstio, an assensus conclusionis subiaceat libero concursui voluntatis? Aliter igitur ad hanc partem responderi potest, concursum esse moralem, & per modum imperij, esse verò tantum consensum, & sympathiam inter eas potentias, vt ea, quæ subdita est, statim pareat imperio superioris, vt videre est in potẽtia motiua respectu appetitus; nec ab huiusmodi imperio eximendus est intellectus, vt patet ex D. Anselmo, lib. de Similitudinibus, vt docet D. Tho. 1. p. q. 82. art. 4.

Respõsio quo ad priorem partem.

Caiet.

Quo ad posteriorem.

D. Ansel.
D. Thom.

Molesta sanè respõsio, & quę verbis conuinci nequit, esto, sensu, & omnium Veterum autoritate redarguatur; premamus tamen singula. Si esse radicatum in eadẽ anima sufficit ad parendum voluntati, cur intellectus agens in abstrahendis speciebus non paret? non, quia est potentia nõ cognoscens; hac enim ratione potentia motrix eiusdem animę non pareret ad nutum. Iam verò intellectum esse potentiam rationalem, & versari circa opposita, non arguit in ipso aliquam indifferentiam in exercitio actus, vt notat Caiet. q. 83. art. 1. sed hoc solum, quod de eadem re probabili possit habere diuersa iudicia per media opposita, quod non prouenit ex parte potẽtiæ, sed ex imperfectione,

Caiet.

fectione, qua obiectum contingens proponitur; si enim sit necessarium, & euidenter appareat, nulla manet in intellectu indifferentia. Non potest igitur voluntas ratione huius indifferentiæ mouere intellectum in conclusionibus necessarijs, cum ibi nulla sit, quod in diuino intellectu perspicuum est, non potest enim à Dei voluntate circa aliquod obiectum impediri, quia omnia manifestè proponuntur.

Probatur 2. concl.

Venianus ad aliam partem de cõsensu, qui, si tantus est, vt possit retrahere intellectum ab obiecto, cui necessariò adhæret, cur non retrahit à cognitione eius, cuius vehemens apprehensio est in sensu, & passio in appetitu? an efficacitas passionis vincit resistentiam voluntatis? & proprium obiectum intellectus euidenter propositum id non præstabit? nõ

D. Thom. consentiunt hæc planè. Nec D. Tho.
D. Ansel. aut D. Ansel. volunt, intellectũ subdi voluntati, nisi circa probabilia, ad quæ est indifferens. Probatur secundò conclusio; voluntas non est potentior in actus aliarum potentiarũ, quam in proprios, sed proprios non potest suspendere, quando proponitur obiectum omni ex parte bonum, vt omninò appetendum; ergo minus poterit inhibere intellectum ab obiecto omni ex parte verò. Maior est euidens, cum voluntas ideò liberè moueat alias potentias, quia se liberè mouet. Minor patet in Beatis, qui hac de causa necessariò Deum

Scot. amant, vt contra Scot. in 1. distin. 1. quæst. 4. suppono ex communi sen-

D. Thom. tentia Theologorum ibi, & D. Tho.
Caiet. 1. parte quæst. 82. artic. 2. Caietan.
Ferrar. ibidem. Ferrar. 3. cõtra Gent. cap. 62. Consequentia fortè negabitur, quasi ineptè supponat, dari aliquid æquè verum, ac Deus est bonus; sed in primis hoc non est necessarium, quia, licet veritas conclusionis minor sit, quam Dei bonitas, etiam intellectus voluntati parens est minus liber ipsa voluntate; quare minor efficacia obiecti satis erit, vt necessitetur, quod sentire videtur Argent. supra,

Deinde, quid absurdi est, concedere tàm verum, id est, tàm expers omnis falsitatis esse principium euidentissimum, quàm Deum sit expers malitiæ, licet in modo habendi sit diuersitas impertinens planè ad præsens institutum. Quod enim Deus sit veritas prima, & reliquarũ fons: veritas autẽ creata ab illa prima deriuetur, non efficit, quo minus creata omni careat falsitate, & summa dici possit, vt dicitur summus calor, qui in octauo gradu consistit, & nulla frigiditate miscetur: vt verò obiectum necessariò potentiam moueat, satis est, quod nihil de contrario vllo modo admittat. Tertiò probatur communi ratione; voluntas posita efficaci volitione finis necessariò amat medium, quod illi offertur, vt omninò necessarium ad finem comparandum; ergo intellectus iudicatis principijs necessariò feretur in conclusionem, clamante Philosopho 2. Physicor. text. 89. & 7. Ethic. cap. 18. ita se habere principium in Theo

Probatur à simili. rica, vt finem in praxi. Scio, hanc rationem non videri multum efficacem, sed minus attentè eam trutinantibus.

Hactenus confirmata est nostra sẽtentia, nunc oppositam audiamus, ne indicta causa damnetur. Eius momenta sunt. Primum, vt se habet 1. Fund. intellectus ad verum, ita voluntas ad bonum: sed in hac vita nullum est bonum, quod necessitet voluntatem quo ad exercitium: ergo nec erit verum necessitans intellectum. Minor, de qua sola dubitari potest, est communis sententia Theologorum,

D. Thom. quam tradit D. Thom. 1. part. illa quæst. 82. art. 2. Secundum, assensus 2. Fund. primi principij impediri potest à voluntate; ergo & assensus conclusionis. Consequentia est bona, quia certitudo, & euidentia conclusionis semper est minor euidentia, & certitudine principij, vt sequenti capite docet Aristoteles. Antecedens pro-

Arist. bat experientia; nemo quippe sentit, de necessario præbere assensum principio sibi proposito. Tertium, 3. Fund. ex nostra sententia sequitur, nõ posse voluntatem efficere, vt intellectus

cesset

esset à cognitione vllius conclusionis: est enim eadem ratio de continuatione assensus, atque de prima eius productione.

4. Fund. Quartum ponamus, conclusionem deductam esse practicam, tunc si necessariò ab intellectu iudicatur: ergo id, quod efficere præcipit, necessariò amatur à voluntate, & consequenter erit in hac vita aliquod bonum necessitans voluntatem, quo ad exercitium, quod supra cum communi sententia negauimus. Sequela verò probatur, quia non alia de causa appetitus brutorum est omninò determinatus, nisi quia ita se habet sensus, quem sequitur; & in nobis eadē est causa necessitatis in motibus primò primis, necessitas, scilicet, potentiæ cognoscentis. Denique, ne Autoribus omninò deficiatur, hæc pars tribui potest D. Tho. 1. p. q. 82. art. 2. ubi quærens causam, cur voluntas ad nullum bonum necessitetur, quo ad exercitium, hanc reddit; quia voluntas potest auertere omnem cogitationem boni, quod non diceret, si existimaret, non posse à voluntate impediri iudicium de practica conclusione. Et 1. 2. q. 17. artic. 6. ait, actus rationis semper quo ad exercitium imperari posse à voluntate, vbi, cum nullum excipiat actum, hos etiam, de quibus agimus, complecti videtur.

D. Thom.

Fundamēta iacta diluuntur: ad primum.

Ad hæc tamen facilè respondetur. Ad primum admittēdo maiorem in hoc sensu, quod, sicut verum est obiectum intellectus, ita bonum voluntatis, aliàs enim multum differunt; vt notat Caiet. 1. par. q. 16. artic. 4. ex quo tamen admissa maiore nihil colligit consequentia, quoniam voluntas est formaliter libera, & idcircò magis domina sui actus, quam intellectus, qui est potentia intrinsecè naturalis. Alioquin fieret eadem comparatio cum visu; nam vt bonum est obiectum voluntatis, ita coloratum visus, &c.

Caiet.

Ad secundum.

Ad secundum negò antecedens, & adductam experientiam, imò deceptionem: si enim aliquando nobis videmur principio non assentiri, id est, quia terminos non penetramus, vel planè nō aduertimus; ita D. Thom. 1. par. q. 82. art. 2. & 1. 2. q. 17. ar. 6. q. 6. de malo. Henric. Quodlib. 3. q. 17. in solutione argumentorum. Almainus in 2. d. 23. q. 3. Cordub. lib. 2. q. 15. & lib. 3. q. 11. Ad tertium similiter concedo, perfectè eandem causis iisdem non posse intellectum cessare, nisi indirectè diuertendo ad aliud obiectum.

D. Thom. Henric. Almain⁹. Cordub. Ad tertiū.

In quartò quantum negotij ponunt Aduersarij? Non vident primò, nos non negare, voluntatem absolutè posse impedire illum assensum indirectè, & eo sic inhibito, non minus liberam illi esse optionem, quam si directò impediuisset. Secundò, non legunt apud Aristotelem 1. Ethic. cap. 3. nullum esse incommodum, posito dictamine practico voluntatem necessitari, quod eruditè explicat, & sequitur Robertus Bellarminus li. 2. de gratia, & libero arbitrio, cap. 8. fauet Valent. 1. 2. disp. 6. q. 5. puncto 1. Tertiò non sentiunt, quam leuiter probent, voluntatem necessariò sequi iudicium necessarium intellectus: nam exemplum appetitus nullum est, quia hic ex se intrinsecè est determinatus, eò quòd nullam supponit potentiam indifferentiam circa aliquid, vt voluntas supponit. In motibus verò primò primis causa necessitatis est indeliberatio, & inaduertentia rationis, non autem cognitionis necessitas: plerumque enim actiones intellectus præcurrentes eiusmodi motus non erunt necessariæ, sed contingentes, cum sint circa res probabiles: quouis modo ex his tribus solui potest argumentum, licet secundum minus probemus.

Ad quartum. Bellar. Valent.

De mente D. Thom. dubitare non licet, cum locis à nobis allegatis manifestè doceat, assensum conclusionis æquè necessarium esse, ac electionem vnici medij post efficacem finis amorem. Ad primum verò locum pro contraria parte adductum respōdemus, vt voluntas dicatur omnem boni cognitionem aduertere posse, sat esse, quod saltem indirectè omnē cognitionem valeat inhibere, quod illi concessimus. In secundo loco expressè

D. Tho. loca exponūtur.

preſsè loquitur D. Thom. de aſſenſibus circa obiecta indifferentia, nam de illis, qui circa principia verſantur, ſtatim docet, non ſub imperio voluntatis, ſed naturæ contineri: vt mirum ſit, oppoſitæ ſententiæ Autores ad hoc ſe præſidium recepiſſe, quod noſtras etiam partes adeò palam defendit.

ARTICVLVS V.

Expenditur tertius ſenſus, quo minor, & conclusio poſſunt eſſe ſimul.

Tripliciter concluſionis actus præmiſſas poteſt attingere.

REſtat tertius ſenſus quæſtionis, an eodem actu poſſimus aſſentiri minori, & concluſioni: & quod rem vberiori filo tractemus, quærimus; num vtrique præmiſſæ eodem actu ſimul cum concluſione aſſentiri valeamus? quod pluribus modis intelligi poteſt; primò, ſi actus formaliter cadat ſuper principia virtualiter ſuper concluſionem, vt in illis contentam; ſecundò formaliter ſuper concluſionem, virtute tamen, & vt quo ſuper præmiſſas, vt cauſas concluſionis. Tertiò, ita vt primò & formaliter ſuper vtraſque, id eſt, actu expreſſo attingendo immediatè præmiſsas, & concluſionem.

Primus modus aſſeritur à Philoſopho & approbatur. Ariſt.

Ac de primo, & ſecundo ſenſu nulla eſt dubitatio; nam primus aſſertus eſt ab Ariſtotele in hoc capite, dum ait; concluſionem partim ſciri in præmiſſis, quod vocabulum [partim] omnes idem valere docent, ac virtute, & implicitè; meritoq. dicitur concluſio eodem aſſenſu præmiſsarum, à quibus cauſatur, virtute cognoſci, quoniam cognitio cauſæ, quando eſt perfecta, attingit ea, quæ ſunt in cauſa eo modo, quo sũt: ſed effectus ſunt in cauſa virtute; hoc igitur modo cognoſcuntur ab eo, qui cauſam cognoſcit, quod totum applicãdum eſt concluſioni reſpectu præmiſsarum.

Secundus modus explicatur. D. Thom. Caietan. Capreol.

Secundus autem ſenſus aſſeritur à D. Thom. q. 22. de veritate, art. 14. ad 3. 1. 2. q. 8. artic. 2. & 3. à Caiet. ibidem, Capreol. in 1. d. 1. q. 1. in ſolutione ad Argum. contra 4. concluſ. Soncin. 6. Metaph. q. 10. concluſ. 3. & ab omnibus communiter: probatur q. primò ex natura ipſius cognitionis diſcurſiuæ, quæ non ſolum tendit in concluſionem, vt veram, (hoc enim competit cuilibet aſſenſui) ſed vt veram propter aliud; ergo neceſsariò attingit illud aliud: non enim aſſentitur propter aliud in cõfuſo, ſed propter aliquid certum, ex quo videt concluſionis veritatem pẽdere. Secundò, aſſenſus concluſionis cadit ſuper eius veritatem eo modo, quo veritas eſt in concluſione; alioquin non erit verus; ſed veritas non eſt in concluſione abſolutè, & ratione ſui, ſed dependenter à præmiſſis, vt ſuppono ex capite ſequenti; ergo aſſenſus, non ſiſtit in ſola concluſione, ſed funditur vſque ad præmiſſas: hac enim ratione demonſtramus, vnum relatum tranſcendens non cognoſci, quin eius correlatiuũ cognoſcatur, quia ab eo in ſuo eſſe dependet. Soncin. Argẽ in 4. d. 38. q. 1. art. 2. Dur. q. 3. Fonſ. lib. 6. c. 1. q. 4. ſect. 2.

Quo pacto verum ſit, principia virtute cognoſci in aſſẽſus concluſionis.

In vtroque ſenſu explicato dantur plures actus in demonſtratione, alter circa concluſionem, qui eſt actus ſcientificus, & diſcurſiuus; alter, vel plures circa præmiſſas, quæ ſunt notitiæ principiorum non diſcurſiuæ, & hac de cauſa, ratione harum cognitionum, non dicuntur abſolutè minor & concluſio eſſe ſimul ſimultate cognitionis, quia hæc ſimultas abſoluta excludit plures actus. Quando aſſerimus, iuxta hunc modum ſimultatis, principia virtute iudicari in aſſenſu concluſionis, non eſt ſenſus, ipſum concluſionis aſſenſum non attingere veritatem principiorum in ſe, etenim cum hæc ſit ratio formalis aſſentiendi concluſioni, fieri non poteſt, vt ab eius aſſenſu non attingatur, ſed non iudicari ipſas præmiſſas, vt obiectum quod, ita, vt niſi eorum veritas iudicata iam eſſet, per illum actum diſtinctè iudicaretur.

Tertius modus explicatur.

Tota porrò dubitatio eſt, an ſit poſſibilis tertius modus, quo intellectus vnico ſimplici actu formaliter, & adæquatè attingat totam demonſtrationem, vt obiectum quod, iu-

inadæquatè attingat verò singulas eius partes iudicando simul, principia esse vera propter se, conclusionem verò propter principia? Partem

Geruas. affirmantem tenet Geruasius de notitijs, par. 2. quæst. 2. dub. fin. quem

Probat. 1. sequuntur aliqui Recentiores. Primò, quia intellectus potest vnico actu approbare totam aliquam propositionem hypotheticam, v.c. hanc, si homo haberet alas, volaret: sed tota demonstratio est vna propositio hypothetica: poterit ergo ab intellectu vnico actu approbari; maior ex se patet, cum neutra pars illius disiunctionis sit iudicij capax: declaratur hoc in dissensu huius negatiuæ, nisi cælum esset lucidum, & rotundum, illuminare, & moueri non posset. Est enim verus dissensus, quod non haberet, si plures essent assensus singuli super singulas partes; nam singulæ postularent as-

Probat. 2. sensum, & non dissensum. Secundò, voluntas eodem actu potest appetere finem, & media propter finem; sed eadem ratio est de principijs, & conclusione, vt indicat comparatio sæpe facta inter finẽ, & principia, media, & cõclusionẽ; ergo, &c. Maior communiter recipitur; exprimitur verò à Dur. in 2. d. 38. q. 3.

Durand.

Probat. 3. Tertiò, si non posset esse ille actus complectens totam demonstrationem, vel id proueniret ex repugnantia talis actu, vel ex defectu potẽtiæ: non ex 1. quia in angulo est similis actus, quo intuendo principia nouit etiam conclusionem; præterea non repugnat, rationes inter se pugnãtes in diuersis cognitionibus vniri in aliqua eminentiori: nam practicum, & speculatiuum in scientijs naturalibus sunt oppositæ differentiæ, & in visione Dei, in fide supernaturali, imò etiam in Theologia vniuntur in vnica notitia, vel habitu; ergo, licet cognitio principiorum, & conclusionis in se formaliter pugnent, tanquam discursiuum, & non discursiuum, poterunt tamen in vno actu nobiliori vniri. Quod si actus possibilis est, non facile assignabitur ratio, cur ab intellectu nostro fieri non possit, qui per simplicem apprehensionem percipit integrum arte factum, domum, vel exercitum.

Hæc opinio etsi falsitatis argui manifestè non possit, temeritatis tamẽ, & insolentiæ, vel ipsa propositione conuincitur: nullum enim habet ex Veteribus patronum, nullum exemplum in similibus, nullũ efficax fundamentum; & parum hoc esset, nisi multa dogmata in Philosophia recepta demoliretur. Enimverò si daretur ille actus, simul esset discursiuus, & non discursiuus; pendens, & non dependens à se ipso; discursiuus, & dependens; vt fertur in conclusionẽ; independẽs verò, & nõ discursiuus, vt tendit in principia. Nec verum est, has rationes vniri in aliqua superiori, vt in solutione tertij argumenti dicemus. Item, cum eadem ratio sit de demonstratione, atque de quouis alio syllogismo, constituatur aliquis ex vna de fide, altera necessaria, vel opinatiua, tunc idem assensu simul erit euidens, & ineuidens, certus, & formidolosus; necessarius, & contingens, quem qui admittunt, nescio, cur negent Chymeram, aut formident Cerberum. Dicamus igitur, possibilem esse vnum assensum, quo tota demonstratio approbetur, quo ad consequentiam, non autem quo ad materiales propositiones, & hunc produci, quando nobis videmur totã simul demonstrationem approbare.

Ad primum argumentum in oppositum respondetur, propositionem hypotheticam vnico assensu approbari, vel reprobari, quia habet vnicã tantum copulam principalem, sub qua, dum est tota propositio, vnicum efficit sensum; demõstratio verò simpliciter habet plures copulas aptas per se terminare distinctos assensus, & efficit sensus longè diuersos, etiã dum omnes copulę sub copula rationali sunt; apprehensa enim tota demonstratione potest intellectus approbare vnam partem, & reprobare aliam, quod non fit in hypotheticis adductis in argumento. Si verò afferantur aliæ coniunctæ per copulam, &, vel similem, ad hunc modum;

Proposita sententia vtpote ratione, & autoritate destituta, destruit.

Prima probatio probatur.

Pompeius est dux strenuus, & Cæsar fortunatus; dicam, dari duos assensus, quia copula, est, repetitur etiam in secunda parte.

1. Solutio 2. probationis. Ad secundum duobus modis respondeti potest, primò negando antecedens, si actus voluntatis eodem modo sumatur, quo nunc intellectus actum sumimus, hoc est, vt primò, & formaliter in finem, & medium tendat; videtur enim eadem difficultatis ratio: quod autem Durand. Durandus in 2. dist. 38. quæst. 3. alijque Autores docent, voluntatem eodem actu finem, & medium propter finem complecti, intelligendum est de actu, quo medium propter finem, tanquam propter rationem motiuam amatur; cui simulis est assensus, quo illationem propter præmissas approbamus. Secundò, Secunda solutio. admisso antecedente negando consequens; vt enim in articulo quinto præcedentis quæstionis annotauimus, inter conclusionem, & medium hoc est discrimen, quod medium non habet aliam bonitatem, quam finis; & iccirco eodem amore cum illo appeti valet, conclusio autem vendicat sibi specialem veritatem, à præmissarum veritate distinctam, cuius merito peculiarem actum requirit, & in vnum assensum cum præmissis venire non potest.

Tertia denique probatio soluitur. Ad tertium dicendum est, repugnare ex parte actus, & potentiæ; ad primam probationem respondetur, actum Angeli non esse iudicium complexum, sed per modum simplicis intuitus, quo videt, principia esse vera, & conclusionem non ex principijs sed in principijs: at ille, de quo disputamus, formaliter essent iudicatiuus, & ferretur æquè primò in principia propter se, & in conclusionem propter principia, seu ex principijs, vnde ab vtrisque debet sumere speciem. Ad secundam concedimus, in scientia supernaturali, quæ non sumitur ex obiecto, posse vniri conditiones repugnantes in humanis scientijs, sed non in eo actu, qui & naturalis est, & totus sumitur ex obiecto. Dicent, talis esse, habere eminentiorem naturam, vt in se vniat oppositas conditiones. Præoccupatio.

Demus ita esse, sed vnde fortitus est illam maiorem naturæ nobilitatem? nam ratio formalis assentiendi non est nobilior, quam ratio assentiendi ipsis principijs; est enim ipsamet veritas principiorum. Deinde, non quæcunque conditiones oppositæ æquè facilè vniuntur in vno actu nobiliori, sed quæ exuere possunt repugnantiam, quam probabile, & necessarium, euidens, & ineuidens, quæ dantur in præmissis eiusdem syllogismi, exuere nequeunt. Denique, licet actus implicationem forte non inuoluat, &, Deo iuuante, elici possit, falsum est, statim esse possibilem virtute naturali intellectus nostri, vt in plerisque alijs actibus conspicuum est.

EXPLA-

Digitized by Google

EXPLANATIO CAPITIS SECVNDI.

De modis sciendi, & demonstratione.

SVMMA CAPITIS.

HOc caput tres continet definitiones: primam scientiæ, quæ sic se habet. Scire est cognoscere causam, ob quam res est, illius causam esse, & fieri non posse, vt aliter sese res habeat, id est, cognoscere effectum necessarium per causam item necessariam, & perceptam, vt causam talis effectus. Secunda definitio est demonstrationis. Demonstratio est syllogismus efficiens scire, hoc est, aptus, vt scientiam generet. Tertia definitio est itidem demonstrationis, ad hunc modum; Demonstratio est syllogismus constans ex veris, primis, & immediatis; prioribus, notioribus, causisque conclusionis: Alia deinde subijcit de principijs, quæ ad octauum caput spectant: illud huius loci proprium est, quod ait, principia debere esse notiora conclusione.

COMMENTARIVS. CAP. II.

COnstitutis superiori capite ijs, quæ præcognoscenda sunt ei, qui scientiam per demonstrationem acquirere vult, traditurus Aristoteles duplicem definitionem demonstrationis, vnam per finem, alteram per materiam; definitionem ipsius scire, qui finis demonstrationis est, primò subijcit. Cum autem scire variè sumatur, ait, propositum sibi esse definire non id, quo quispiam rem per accidens scire dicitur, vt Sophistæ; sed quo rem simpliciter, & perfectè scimus. Qui autem propriè Sophistæ nuncupentur, docet Aristoteles initio Elenchorum: ij nempè sunt, qui fallacibus, & deceptorijs argumentationibus sapientium nomen aucupantur, cùm à vera sapientia longè absint. Hoc autem loco fuso vocabulo dicuntur, qui veri similitudinè in differendo prosequuntur; quòd etiam in Dialecticos, id est, eos, qui Dialectica concreta rebus vtuntur, & in Rhetores conuenit. Aitergo Aristoteles explicaturum se, non Sophistarum cognitionem, qui accidentia duntaxat, & verisi-

Vocabuli scire multiplex acceptio.

SCire autem vnamquamque rem simpliciter, sed non, vt Sophista, per accidens arbitramur: a cum causam, ob quam res est, illius causam esse, & fieri non posse, vt res aliter sese habeat, cognoscere arbitramur. Patet igitur, ipsum scire tale quid esse: nam & hi, qui nescimus, & ij, qui scimus, illi ita se rem habere putant, hi ita sese etiam habent. Quare cuiusque simpliciter est scientia, id vt aliter sese habeat fieri omninò non potest. b An verò & alius sciendi modus sit, posteriùs dicemus. Dicimus autem & per demonstrationem nos scire: c demonstrationem autem dico ratiocinationem eam, quæ scientiam efficit: eam verò scientiam efficere dico, qua scimus eam ipsam habendo. d Si igitur ipsam scire tale est, quale posuimus, necesse est, & demonstrationis scientiam ex veris & primis, mediosque carentibus, & ex notioribus, & prioribus ipsa conclusione, causisque eiusdem esse. e Sic enim erunt & ipsa principia propria eius, quod demonstratur: nam ratiocinatio quidem esse sine ijs potest, demonstratio verò non potest: scientiam enim non facit.

Digitized by Google

risimilia cõsectãtur, sed pfectã, atq; omnib. numeris absolutã scientiam.

Quid sit scire.

a *Cum causam, ob quam*] Definit scire simpliciter, docens, nihil esse aliud, quam cognoscere causam, ob quam res est, illius causam esse, & fieri non posse, vt res aliter se habeat. Quod autem hæc definitio bona sit, cõfirmat communi omnium persuasione, ac modo loquendi; omnes enim tàm sapientes, quàm ignari, tũc se scire arbitrantur, cùm cognoscunt causam, ob quam res est, &c. Licet hoc sit discrimẽ, quod alteri credũt, se assecutos verã causam, quam sunt assecuti; alteri id ipsum de se putant, sed fallũtur. Quæ ad hanc definitionem particulatim enodandum ab Interpretibus afferri solent, in quæstionibus separatim exponemus.

b *An vero & alius*] Vtrum præter sciendi modum nunc definitum, qui ad demonstrationem propter quid pertinet, alius præterea inueniatur, dicturum se postea inquit. Quod & præstat: nam de scientia primorum principiorum differit cap. 3. huius libri, & extremo cap. lib. 2. Itẽ de modo sciendi per causam remotam, aut per effectũ qui est per demonstrationem, Quia, agit cap. 10. huius libri.

Quid sit demõstratio.

c *Demonstrationem autem*] Demõstrationem per proprium eius finẽ ita describit. Demonstratio est ratiocinatio scientiam efficiens, vt autem pateat, quonam modo demonstratio efficiat scientiam, ait, nos eam habendo scire, hoc est, demonstrationem esse, vt instrumentum, atque adeò causam actuam minus principalẽ, cuius opera scientiam comparamus.

Quid ex natura ipsius scire colligit.

d *Si igitur ipsum scire*] Ex natura & conditione ipsius scire colligit, cuiusmodi sit scientia, quæ demonstratione acquiritur; ac subinde, quid sit ipsa demonstratio; si tale est, inquit, ipsum scire, quale definimus; vtique demonstratiua scientia erit ex veris, primis, &c. vnde & demonstratio, quæ ad eiusmodi scientiam comparandam ordinatur, talis erit, nempe syllogismus constans ex veris primis, & immediatis, prioribus, notioribus, causisque conclusionis.

e *Sic*

f *Vera igitur esse oportet, quia fieri nequit, vt id, quod non est, sciamus: veluti diametrum commensurabilem esse. Oportet autem* g *& ex primis, & indemonstrabilibus esse: quia non scit, qui demonstrationem horum non habet: scire enim non per accidens ea, quorum est demonstratio, nihil aliud est sanè, quàm demonstrationem habere.* h *Causa etiam, notiora q;, ac priora sint, oportet: causa quidem, quia tum scimus, cùm causam cognoscimus: priora verò, siquidem & causa sunt, & anteà cognita, non illo solum modo quo quid significant, sed altero etiam, quo, quod sint, scimus.* i *Dupliciter autem priora, notioraue dicuntur. Non enim idem prius natura, & nostra ex parte prius: neque notius simpliciter, & nobis etiam notius est. Atque ea quidem ad nos priora notioraue dico, quæ propinquiora sensui sunt: ea verò simpliciter priora notioraue, quæ à sensu longius distant. Sunt autem remotissima quidem ea, quæ sunt vniuersalia maximè: propinquissima verò singularia ipsa. Atque hæc inter se opponuntur.* k *Ex primis autem esse nihil aliud est, quàm propriis è principijs: idem erit primum atque principium, dico.*

l *Est autem demonstrationis principium propositio medio vacans. Ea verò medio vacat, quæ nulla est alia prior. Propositio verò altera enunciationis pars est, vnum de vno complectens: differendi quidem, quæ vtramuis accipit, demonstrandi verò, quæ definitè alterum, quod est verum. Enunciatio contradictionis vtranis est pars. Contradictio est oppositio, cuius per se medium nullum est. Contradictionis partium ea quidem, quæ quippiam cuipiam adiungitur, affirmatio: ea verò, quæ quippiam à quopiam se mouetur, negatio nuncupatur.*

m *Principiorum autem ratiocinandi, vacantium medio, id quidem positio dicitur, quod fieri nequit, vt demonstretur, quodque non necesse est eum habere, qui discere quid instituit: id verò, quod omnes habere, qui modo discere aliquid parant, necesse est, dignitas appellatur: sunt enim talia quædam. Atque talibus hoc potissimum nomen tribuere solemus.*

n *Rur-*

Explicatur locus Aristotelicus.

e *Sic enim erunt*] Omissa alia quorundam Græcorum, & Latinorum huius loci interpretatione, placet expositio Auerroes, quæ est huiusmodi. Si præmissæ (inquit) Aristoteles ita se habuerint, vt dictum est, tunc erunt propriæ, siue accommodatæ ad demonstrandum: alioqui poterit quidem ex illis confici syllogismus, non tamen demonstratio, quæ scientiam gignat.

Singulas definitionis particulas explicat, & probat.

f *Vera igitur*] Incipit traditæ definitionis particulas sigillatim comprobare. Ad primum quod oporteat præmissas veras esse, ex eo ostendit: quia quod non est, non scitur, id est, vt exponit Philoponus, falsi non est scientia, vt quod diameter sit commensurabilis costæ.

g *Et ex primis*] Probat, demonstrationem debere constare ex primis, & indemonstrabilibus, quia, qui per hæc non demonstrat, non dicetur perfectè, & absolutè scire, sed per accidens tantum.

h *Causa etiam*] Similiter ostendit, demonstrationem procedere ex causis, quia tunc scire dicimur, cum rerum causas penetramus; ex qua conditione alias duas infert, nimirum, debere demonstrationem progredi ex prioribus, & notioribus, siquidem causæ priores, notioresque existunt. Subdit quoque, debere præmissas esse notiores, non solum quo ad vocabulorum significationẽ, sed etiam, vt exponit Philoponus, & Themistius, quo ad veritatem significatam.

Philop. Themist.

i *Dupliciter autem*] Vt planius euadat, qua ratione demonstratio debeat constare ex prioribus, & notioribus, monet, bifariam aliqua priora, & notiora appellari, vno modo simpliciter, siue secundum naturam: altero quo ad nos. Nec enim (inquit) notiora simpliciter, & notiora nobis, eadem sunt. Tum docet, ea esse notiora, & priora quo ad nos, quæ sensui viciniora sunt, id est, obijciuntur sensibus: ea simpliciter priora, ac notiora, quæ à sensu magis recedunt; vt vniuersalia. Addit, remotissima à sensibus esse maximè vniuersalia; quod item asserit lib. 1. Metaphys. cap. 2. Propinquissima verò esse singularia. Denique vniuersalia, & singularia inter se opponi, intellige quo ad habitudinem prioris, & posterioris; propinqui, & remoti; hæc iccircò ab Aristotele animaduersa hoc loco sunt, vt compertum fiat, demonstrationem constare ex ijs, quæ natura priora, notioraque existunt, quod in quæstione enucleatius expendemus.

Bifariã aliqd prius, & notius dicitur.

k *Rursus ea quidem positionum, quæ vtramuis enunciationis accipit partem, esse inquam quippiam, aut non esse statuens, suppositio: ea verò, quæ est sine hoc ipso, definitio dicitur: definitio namq; positio quidem est (ponit enim Arithmeticus vnitatem quantitatẽ indiuisibilem esse) suppositio sanè non est: nam quid sit vnitas, & vnitatem esse eadem non sunt. Cũ autem credere, scireq; rem talem per ratiocinationem oporteat, quam demonstrationem vocamus: hæc vero est, quia sunt, quibus extremus ratiocinatio, necesse est, nõ solum prima illa, vel omnia, vel aliqua prius noscantur, sed etiam magis vt noscantur: semper.n. illud est tale magis, ob quod vnumquodq; tale est: veluti magis id est dilectum, atq; amatum, ob quod amamus, atq; diligimus. Quare, si ob prima scimus, ac credimus, & illa sanè scimus, ac credimus, magis, quoniam ob illa, & ipsa scimus posteriora.* p *Fieri autem non potest, vt ea magis quisquam, quę nescit, & circa quę non melius dispositus est, quàm si scieris, quàm ea, quę cognoscit, credat atque assentiatur. At euenit id profectò, si non prius cognouerit principia quispiam, quàm ea, quę per demonstrationem creduntur. Magis.n. principijs, aut omnibus, aut quibusdam credere, quàm cõclusioni, necesse est.* q *Atq; & qui per demonstrationem scientiã habituris est, non solum ipsa principia magis nota, magisq; credita sint, quam id, quod ex ipsis ostenditur, oportet: sed etiã nihil prorsus eorum, quæ principijs ijs opponuntur, vndiq; ratiocinatio falsa, verèque contraria existat, aut credibilius, aut notius principijs ipsis sit oportet: quippe cum enim, qui simpliciter est scientiam consequutus, nunquam ab ea persuasione vlla dimoueri oporteat.*

Digitized by Google

K *Ex primis autem*] Redit ad explicandam particulam ex primis, atque, demonstrationem esse ex primis, idem valere, atq; ex principijs, non tamen quibuslibet, sed proprijs, & accommodatis ad rem demonstrandam.

Quid sit principiũ demõstratiuum.

l *Est autem*] Docet, quod sit principium demonstrationis. Principium (inquit) demonstrationis est propositio vacans medio; siue, vt planius dicamus, est propositio ad demonstrandum idonea, qua non est alia prior, per quam à priori ostendi possit. Deinde, quia principium per propositionem definierat, ob maiorem doctrinę perspicuitatem subnectit quędam ad propositionem spectantia, tradita iam ab eo, partim in libris de Interpretatione, partim in prioribus Analyticis.

Propositionis demõstratiuæ distributio.

m *Principiorum autem*] Diuidit propositionem demonstratiuam in positionem græcè θέσιν, & dignitatem græcè ἀξίωμα. Positio est propositio indemonstrabilis, quam non necesse est tenere eum, qui addiscere aliquid parat, vt, quod omnes anguli recti sint æquales; quod duæ lineæ rectæ non claudant superficiem, quod omnes lineæ ductæ à centro ad circumferentiã pares sint, quæ pronunciata non necesse est, antea nouisse, quia in vestibulo scientię, ad quam pertinent, poni solent, vnde & nomen videntur accepisse.

Quid sit positio.

Quid dignitas.

Dignitas est propositio indemonstrabilis, quam necesse est tenere eum, qui addiscere aliquid instituit, vt, de quolibet vera est affirmatio, &c. omne totum est maius sua parte. Cicero dignitates effata appellat. M. Varro, teste Gellio lib. 18. ca. 8. profata, & proloquia nominat. Dicuntur autem illiusmodi propositiones dignitates, quod tantam perspicuitatem obtineant, vt dignæ sint, quibus fides adhibeatur, siue, vt ait Themistius, quæ inter ea, in quibus posita sunt, principem locum obtineant. Item, communes animi conceptiones, quia sunt communes viæ, & ianuæ ad omne scientiarum genus. Vnde Aristoteles lib. 2. Metaphys. cap. 1. text. 1. eis accommodat illud veteri prouerbio tritum: *Ecquis ab ostio aberret?* quod D. Thomas, & Auerroes desumptum esse volunt ex notitia domus, cuius, etsi interiora non omnibus pateant; ianua tamen cunctis nota est. Alexander autem sumptum ait à Sagittarijs, qui signum aliquod magnum, ac valde conspicuum, quale ostium est, facilè attingunt.

Cicero. Varro. Themist. Arist. D. Thom. Auerr. Alex.

Varia positionis acceptio.

n *Rursus ea quidem*] Docet, positionem variè in scientijs vsurpari. Interdum, vt paulò ante accepta fuit, videlicet, pro demonstratiua propositione, quam non necesse est, tenere eum, qui doceri aliquid vult; quæque peculiari nomine suppositio vocatur: nonnunquam accipitur pro definitione; solent enim ad prima scientiarum initia aliquot definitiones poni, quibus in doctrinæ progressu vtendum est. Ideoque positiones appellantur, vt in Arithmetica definitio vnitatis. Aduerte, cum positio ab Aristotele superius definita sit propositio, vt ipse palam exposuit, & idem hoc loco asserat, definitionem nullam contradictionis partem accipere: id est, neque rem esse, neque non esse significare, atque adeò non esse propositionem: perspicuum videri non accipi in præsentia positionem eodem modo, quo ante, nec eam diuidi in suppositionem, & definitionem: sed duntaxat explicari ab Aristotele, vti diximus, varium vsum huius nominis, positio, quanquam non desinit, qui hunc locum secus interpretentur. Quã de re lege, si placet, Albertum, & D. Thomam, Themistium, Philoponum, & Auerroem.

Prima principia conclusione notiora sunt.

o *Cum autem credere*] Planius ostendit, prima principia non solum prius, sed magis etiam conspicua, ac nota esse debere, quam conclusiones, quæ ex ipsis colliguntur, idque confirmat in hunc modum. Semper id est magis tale, quod causa est, vt aliud tale sit: atqui prima principia causæ sunt, cur conclusionis notitiam assequamur: igitur prima principia nõ solum prius, sed magis cognita esse debent, quam conclusionis. Maiorem illustrat exẽplo: si quis enim diligat quempiam propter alterum, oportet eum, cuius gratia alterum diligit, chariorem illi esse.

p *Fieri autem non potest.*] Prima principia cognosci nobiliori habitu, quàm sit scientia, ita probat. Fieri nequit, vt id, quod nescitur, aut de quo nobilior cognitio, quam scientia, non habetur, cognoscatur magis, quam id, de quo scientia est, at si prima principia non cognoscantur nobiliori habitu, quàm sit scientia, eueniet, vt id, de quo non habetur scientia, nec nobilior cognitio, quam scientia, cognoscatur magis, quàm id, de quo scientia habetur: ergo prima principia cognoscuntur nobiliori quoddam habitu, quam scientia. Minorem ostendit; quia prima principia, vt ex superioribus constat, magis cognoscuntur, quàm conclusiones, de quibus est scientia. Cum ergo de primis principijs non acquiratur scientia, quia sunt indemonstrabilia, fit vt, si non percipiantur nobiliori quoddam habitu, quàm scientia, id, de quo nec scientiam, nec nobiliorem habitum acquirimus, notius existat, quam id, de quo est scientia. In huiusce rationis discursu moderationem quandam adhibet Aristoteles, aiens, oportere nos, aut omnibus, aut quibusdam principijs magis assentiri, quam conclusioni, id autem cur fecerit, in progressu exponemus. Aristot.

q *Atque & qui.*] Non satis esse, inquit, vt is, qui demonstratione scientiam comparat, principijs firmius, quam conclusioni assentiatur: sed oportet, vt nihil certius habeat, quam principiorum opposita falsa esse. Nam qui perfectam alicuius rei scientiam obtinuit, ita firmiter veritati adhæret, vt nulla ratione in contrariam partem adduci possit.

QVAESTIO I.

Vtrum scientia bene definita sit in hoc capite.

ARTICVLVS I.

Membratim exponitur definitio: & cui scientia competat, explicatur.

Linconiens. Alb. Mag. Multiplices scientiæ acceptiones.

CVm scientiæ vocabulum latissimè fundatur, vt hoc loco notauit Linconiensis, & Magnus Albertus, tract. 2. cap. 1. & modò quamcunque cognitionem, modò solam veram; aliquando verò neque omnem veram, sed firmam tantum, & immobilem: denique solàm veram, firmam, & discursiuam complectatur: in præsenti hæc sola definitur, & non in tota sua amplitudine, sed quę dicitur, propter quid: Diuiditur enim scientia discursiua comparata in eam, quæ habetur per effectum, vel causam remotam, & appellatur scientia, Quia, & in eam, quæ acquiritur per causam proximam, quam dicunt, propter quid; & hoc loco definitam esse ab Aristote- Arist.

les. Ad quam requirit Scotus in 4. q. prologi quattuor conditiones; primam, vt sit certa; secundam, euidens; tertiam, discursiua comparata; quartã, ex necessarijs propositionibus, & causam continentibus. Scotus.

Prima excludit cognitiones dubias, vt suspicionem, fidem humanã, errorem. Secunda fidem diuinam, & sacram Theologiam, quæ certitudinem habent, sed non euidentiã. Tertia diuinam, angelicamque scientiã, & notitiam principiorum. Quarta denique excludit scientiam, Quia, & quod sine causa proxima comparetur. Illa pars quartę cõditionis, quod fit ex propositionibus necessarijs ponitur claritatis causa, & vt pars sequens habeat cohærentiam, alioquin ex præcedentibus sufficienter intelligitur; non posset enim esse cognitio certa euidens, & discursiua, nisi ex propositionibus necessarijs.

Alia diuisio scientiæ in actualẽ & habitualem.

Porrò autem hæc scientia, vel est actualis, vel habitualis; actualis est cognitio, quam sciens non habet, nisi quando actu operatur: habitualis est quędam facilitas inclinans intellectum ad actualem scientiam, quę etiam est in feriato. Vtriq; perfacile

accommodari potest definitio, vt ex illius declaratione patebit; at, cui præcipuè competat ex mente Philosophi, non vacat quæstione; quibusdam pugnantibus pro habituali, quæ absolutè scientia dicitur, alijs pro actuali, quam magis sonant verba Philosophi; scire enim & cognoscere, significant actionem. Aequior est horum pars, & propter rationem assignatam, & quia actualis perfectior, consummatiorque scientia est, & ad eam ordinatur habitualis, vt ad vltimam perfectionem in eo genere: vnumquodq. enim perfectius est in actu, quam in habitu, quod docuit Aristoteles 7. Physic. cap. 3. text. 17. definiès virtutem dispositionem perfecti ad optimum, hoc est. Interprete D. Thom. qualitas, qua subiectum perficitur ad exercendum actũ. Ex quibus etiam soluta manet ratio pro altera parte.

Aristot. D. Thom.

Expenditur scientiæ definitio.

Sed iam definitionem expendamus. Ea continet quinque partes: Prima vicem habens generis est [cognoscere] quæ, licet omnẽ cohibeat cognitionem, sumitur hoc loco pro iudicatiua tantum, vt per eam reijciatur cognitio experimentalis, euidens, & apprehensiua, qua aliquis perciperet effectum necessarium pendentem ex causa necessaria proxima, & immediata; cognitio Dei, & Angelorum, quę iudicatiuæ nõ sunt, & à Philosopho non definiuntur, quamuis alias verissimæ scientiæ sint. Secunda est, [causam] quæ indicat, scientiam esse dicitur suam; idẽ enim valet, ac cognoscere effectum per causam, seu ex causa, cuiusmodi non est notitia principiorum, nescientia, Quia, habita per effectum. Tertia (ob quam res est) hoc est, causam proximam; & meritò, quia, vt dependentia effectus vltimò completur in causa proxima, ita perfecta illius scientia, nisi causa proxima teneatur, haberi non potest. Quarta [illius causam esse] per quam significat, non satis esse tenere effectum per illius causam proximam, sed necessarium esse, vt sciamus, esse causam talis effectus; quare si quis iuxta lunam positus eam deficere videret, simulque terram inter ipsam, & solem interponi, dum ignoraret, huiusmodi interpositionem esse causam defectus, nesciret, propter quid Luna deficeret. Quinta est [& fieri non posse, vt res aliter se habeat,] quæ verba referuntur à D. Thom. ad effectum, ab Auerr. ad causam, per quam scimus, à Philosopho videntur relata ad vtrumque, vtrumque enim est necessarium, & neutrum sine alio esse potest: nam scientia, cum sit firma, stabilisque cognitio, non potest esse, nisi de re necessaria: at res nequit esse necessaria, nisi causa à qua est, necessaria sit, tam in esse, quam in causando, quoniam si aut esse, aut causari desinat; iam effectus ab ea non pendebit, atque adeò nec per eam cognoscetur, imò ex vi talis causæ non erit, quod necessitati repugnet; cauenda tamen est, dum Auerroi consentimus, eius reduplicatio; ita enim intelligit, non posse aliter se habere, ac si dicatur, effectum non posse esse ab alia causa.

D. Thom. Auerr. Arist.

Sententia Auerr. ex parte cauenda.

Scientiæ definitio ex Interpretũ sententia ordinata.

Sic proposita est à Philosopho definitio, verum Interpretes ad ordinem mentis aspicientes, hanc vltimam particulam statim post genus ponunt, totamque definitionem hoc modo efferunt. Scire est cognoscere rem necessariam per causam illius proximam, & immediatam, atque illius causam. Vltimo loco illud est notandum, D. Tho. Aegidium Rom. & alios aflerere, traditam definitionem esse explicationem vocabuli, quod fatemur, dummodò ipsi nobis non inficientur, etiam explicare quidditatem rei, vt ex illius declaratione manifestum relinquitur, relinqueturque manifestius, cum rursus singulas partes longius expenderimus.

D. Thom. Aegidius Rom.

AR-

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

Non esse scientiam simpliciter, nisi quæ habetur per causam.

Quæ in scientia cõsideranda sunt. Scotus. Arist.

QVatuor conditiones scientię ab Scoto assignatæ, & quinque in definitione Philosophi commodè reduci possunt ad tria, quæ in scientia interueniunt, & si explicentur, omnia sunt peruia; hæc sunt ipse sciendi actus; non enim disputamus hoc loco de habitu; obiectum materiale illius: & ratio formalis, per quam in obiectum tendit. De 1. dixit Arist. le definire scientiam veram, & firmam non Sophisticam, & contingentem. De 2. obiectum scientię esse rem necessariam. De tertio, rationem sciendi esse causam rei proximam, & immediatam; quoniam verò obiectum est prius scientia, & formale præstantius, quam materiale, ab eo narrationem suscipimus.

Causa, per quam res cognoscitur, duplex. Caiet.

Causa igitur, per quam res cognoscitur, duplex est, vt hoc loco notauit Caiet. altera in essendo simul, & cognoscendo, id est, quæ est causa cur effectus sit, & cur à nobis cognoscatur; altera tantum in cognoscendo, quę in re potest esse effectus; nam scientia, Quia, habetur per effectum; qui tamen est ratio, cur sua causa cognoscatur; alioquin non esset scientia discursiua. Rursum causa in essendo duplex est, altera secundum se, vel ex natura rei, quæ, scilicet, actu à parte rei differt ab effectu, quem causat, vt, Sol à lumine, homo ab intellectu; altera quo ad nos, seu virtualis; inter quàm, & id, quod dicitur effectus à parte rei non est distinctio, nec causalitas, sed à nobis ita concipitur, ac si esset causa; & in re, si id, quod concipitur vt effectus, verè esset effectus, non haberet aliam causam; sita se habet æternitas diuina comparatione immutabilitatis eiusdem Dei; si enim æternitas esset capax causæ, non haberet aliam, quam immutabilitatem. Hæc vtraque causa subdiuidi potest in illa quatuor genera vulgata, in effectiuam, finalem, formalem, & materialem.

Causa in cognoscendo trifariã diuiditur.

Causa verò in cognoscendo tribus modis dici potest causare alterius cognitionem: primò, quando per sui cognitionem causat aliam diuersam, ex priori illatam; secundò quando est ratio, vt per eandem cognitionem, qua percipitur ipsa causa, percipiatur effectus, quasi in posteriori naturæ, quo modo Sol ab Angelo cognitus est causa, vt eodem actu percipiat lumen, vt sui passionem. Tertiò similiter per vnum actũ, cum ex eo, quod causam cognoscamus, dicimur virtute cognoscere effectum, & quia scimus principium, scire etiam conclusionem: inter quos duos modos hoc est discrimen, quod in secundo effectus attingitur formaliter, & expressa cognitione, licet secundariò, in tertio verò virtute tantum, & implicitè.

Prima cõclusio.

His positis per has conclusiones satisfaciendum est quæstioni. Prima perfecta rei scientia non habetur, nisi per causam. Hanc vt Peripateticam, & in definitione expressam tribus rationibus probat hoc loco Aegidius; nobis sufficiat ea, quam sumimus ex Aristotele primo Metaphys. cap. 2. vt se res habet in esse, ita in sui perfecta cognitione, sed esse rei pendet ex causa, ergo ab ea pendebit illius perfecta cognitio; quod Philosophi pronunciatum (vt semel explicetur) in eo fundatur, quod perfecta cognitio non solum attingit prędicatũ inesse subiecto, sed quo modo insit, mutabiliterne, an immutabiliter? cum autem id percipi non possit, nisi cognoscendo radicem huius inhęsionis, quę vel est in ipsis extremis, quæ iunguntur, vel extra: quãdo est in extremis, caret res causa, & per se ipsam cognoscitur, vt primum principiũ: quando verò est extra, tũc res, seu cõiunctio illa dicitur habere causam, quę si ignoretur, non poterit radicitus attingi cõiunctio. Vnde simul intelliges, qđ annotauit Aphrodiseus in primo cap. illius 1. Metaph. propositã conclusionẽ habere locum

Aegidius. Vera, & Aristotelica probatio.

Aphrod.

in

in ijs tantum, quæ habent causam.

2. Concl. Caiet. Secunda: hæc causa debet esse in cognoscendo, sed non sufficit. Tota asseritur à Caietano hoc loco, & recipitur ab omnibus: prima pars probatur, quia scientia, vt patet ex illius genere, est cognitio, ergo nisi causa sit cognitionis causa, nullo modo erit causa scientia: secunda est manifesta, quoniam scientia, Quia, præcedit per causam in cognoscendo, vt paulò ante diximus, & tamen non est scientia simpliciter, vt Aristoteles indicauit hoc capite, cum dixit, fortassis esse alium sciendi modum ab eo, quem dixerat, esse simpliciter scire: non sufficit igitur ad veram scientiam sola causa in cognoscendo.

3. Concl. Tertia conclusio, quæ manifestè sequitur ex præcedentibus, est: Ad perfectam scientiam requiritur causa simul in essendo, & cognoscendo. Hanc improbat nemo, probant verò rationes factę pro duabus præcedentibus. Sunt tamen non leues dubitationes circa modum, quo vtraque pars est intelligenda: nimirum causa in cognoscēdo, an debeat esse primo modo per diuersam cognitionē, an sufficiāt alij duo? causa item in essendo, an necessariò sit secundum se, vel satis sit, quo ad nos? In prima dubitatione constat apud omnes, non sufficere causam in cognoscēdo tertio modo, quoniam per illam notitiam non dicitur effectus simpliciter cognosci, & multò minus sciri.

Scotus. Scotus hic quæst. 2. ad 4. principale existimat, sufficere causam secundo modo, sed cum existimet, à Philosopho non esse definitam scientiam discursiuam tantum, non est, cur in referendis eius probationibus, vel in re ipsa immoremur. Etenim ex declaratione huius partis definitionis tradita præcedenti sectione res definita manet. Diximus nempe, cognoscere ex causa inuoluere verum discursum; ad discursum autem necessariæ tuot plures cognitiones. Quare illa vnica Scoti cognitio Aristotelica scientia non est: imò absolutè loquendo non potest appellari scientia, nisi vt scientia dicitur de cognitione principiorum, siquidem illa non magis terminatur ad obiectū ratione causæ, quam ad causam ratione sui, imò ad hāc prius, & immediatius fertur: ergo non est scientia.

Quę causę ad demōstrandū requirantur.

In secundo est grauis contentio quorundam Recentiorum aduersus Caiet. Hi obnixè contendunt, causam debere esse à parte rei veram, & ab effectu distinctam, primò, quia Aristoteles, quem omnes interpretes sequuntur, in definitione vocat causam, ob quam res est: at ob virtualem causam res non est. Secundò, in scientia ideo exigitur cognitio causæ, vt perfectè teneatur esse effectus, vt proximè dictum erit; sed vbi non est causa à parte rei, à nullo potest esse effectus; ergo per nihil verè cognosci potest. Cui maximè fauet expositio D. Thom. in hunc locum, vbi ait, idcirco exigi notitiam causæ, quia dependentia effectus pertinet ad esse illius: dependentia verò pertinens ad esse, est in re ipsa secundum se, non per ordinem ad nos. Exp. posito Caiet. quem nullus hac in re præcessisse videtur, sequuti omnes, existimat, vtramuis causam sufficere, vel secundum se, vel tantum quoad nos: & eam scientiam, quæ habetur per priorem causam, appellat secundum se: reliquam quo ad nos: probat primò, quia Metaphysica est vera scientia, & tamen, cum agit de Deo, nihil potest demonstrare per causam secundum se, sed quo ad nos, ergo hæc sufficit.

Ad demōstrandum causę sufficiūt in essendo, vel secundum se, vel quo ad nos.

Caiet. 1. probat.

Secundò, quia Aristoteles vsus est in demonstrando huiusmodi causis, exemplum affert ex secundo de Cælo, text. 13. satis innotescatum; sed est ad manum definitio Metaphysica, quam idem Philosophus vocat præstantissimum medium, quæ solum virtualiter differt à subiecto. Vnde vrgeri potest argumentum; si namque hæc causa non sufficit, nulla dabitur vera scientia, quod sic ostenditur: vt secunda passio demonstretur de subiecto per primam, necesse est primam demōstrari per subiecti definitionem, ita vt principium secundæ demonstrationis sit cōclusio primæ.

Secunda.

nexergo si hęc non est vera scientia, nec conclusio secundæ erit, cum non possit esse perfectior sua causa. Idem à fortiori sequitur in reliquis passionibus, atque hæc sententia, vt vera, defendenda est.

Soluitur 1. arg. cõtra sententiã Caiet. D. Thom.

Ad primum argumentum respondet Caiet. Philosophos sumpsisse nomen causæ latè, vt cum principio recurrit, quod in vsu esse apud Græcos docet D. Thom. q. 10. de potentia, artic. 1. ad octauum, & patet ex multorum Patrũ loquutionibus, qui vsurpant hoc vocabulũ in mysterio Trinitatis, vbi causa stricte sumpta non datur, sed principium. Verùm hoc parum iuuat Caiet. quia tam causa, quàm principium sonat aliquid distinctum à causato, vel principiato; dicendum igitur est, sumpsisse nomen causæ prout postulabat res, de qua erat sermo, nimirum pro causa in re ipsa, aut in ordine ad animam, de cuius actibus loquebamur, quod minus durum videbitur, si aduertas, nostram scientiam non esse discursiuam, præcipuè, quia tendit in rem habentem causam, per quam cognosci potest: sed ex defectu nostri intellectus non valentis vno gradu peruingere à causa ad effectum, sed more corporis, cui innexus est, pluribus quasi passibus progredientis ab vno ad aliud: alioquin si ex re ipsa proueniret, & Deus, & Angeli cognoscendo rem discurrerent.

Eadem solutio amplius illustratur.

Hinc fit, vt, quemadmodum vbi sunt duæ res secundum se cognoscibiles, simul à meliori intellectu, deterior non potest vtramque simul attingere: ita nonnunquam, vbi est vnica tantum, non possit illam nisi diuisam, & quasi comminutam percipere, atque adeò fingendo duas partes, à quarum vna procedat ad aliam cum fundamento in re, & quoniam vbi est rerum distinctio, à causa procedit ad effectum, vbi nulla est, concipit tanquam causam id, à quo procedit: id autem, quò tendit, tanquam effectum. Quare non est accusandus Aristoteles, quod nominibus vsus sit in hac metaphorica significatione, cũ sit iuxta rei naturã.

Ad secundum respondeo, rationem illam esse accipiẽdam cum proportione: in re enim, quæ habet veram causam, requiritur eius notitia, vt connexio ipsa in re percipiatur: in ea, quæ solum habet causam quo ad nos, hæc cognoscenda est, vt connexio, etiam quo ad nos percipiatur, quæ, nisi talis causa fingeretur, ignota esset.

Solutio 2. argumẽti.

Quarta conclusio; scientia perfecta in vno genere perfectè habetur per causam illius generis: at absolutissima scientia haberi debet per omnes causas, à quibus connexio prædicati cum subiecto dependet. Vtraque explicabitur latius primo Physicor. Interim declaratur prima hoc modo causa formalis, verbi gratia; non sufficit ad dandum totum esse rei, sine concursu materialis in rebus, in quibus vtraque reperitur, & tamen dicitur absolutè, & perfectè dare esse in suo genere: pari igitur modo scientia attingens rem, cum dependentia ab hac sola causa, dicetur in hoc genere perfecta. Secunda pars ex hac colligi potest; nam, vt se habet causa, ita cognitio: sed omnes causæ simul perfectissimè conferunt esse rei; ergo scientia per easdem comparata perfectissima erit: quæ verò causæ sint, à quibus demonstrabilis connexio dependet, paulò post dicemus.

Quarta conclusio.

Probatur conclusio quo ad vtramque partem.

ARTICVLVS III.

Causam debere esse proximam, & immediatam, atque vt talem cognosci.

HAs conditiones causæ exprimit Aristoteles in definitione scientię, si adiungas definitionem demonstrationis, nam in definitione scientiæ solum expressit causam proximam, tamen cum definiendo demonstrationem dixerit, oportere principium esse immediatum, indicauit, hoc loco etiam sumpsisse causam pro immediata, vnde Authores communiter dicunt, causam sciendi esse proximam, & immediatam, non accipiendo

Aristot.

Philosophi explicatur.

Pompeius est dux strenuus, & Cæsar fortunatus; dicam, dari duos assensus, quia copula, est, repetitur etiam in secunda parte.

1. Solutio 2. probationis. Ad secundum duobus modis respondeti potest, primò negando antecedens, si actus voluntatis eodem modo sumatur, quo aliquis intellectus actum sumimus, hoc est, vt primò, & formaliter in finem, & medium tendat; videtur enim eadem difficultatis ratio: quod autem Durand. Durandus in 2. dist. 3. § quæst. 3. alijque Autores docent, voluntatem eodem actu finem, & medium propter finem complecti, intelligendum est de actu, quo medium propter finem, tanquam propter rationem motiuam amatur; cui simulis est assensus, quo illationem propter Secunda solutio. præmissas approbamus. Secundò, admisso antecedente negando consequens; vt enim in articulo quinto præcedentis quæstionis annotauimus, inter conclusionem, & medium hoc est discrimen, quod medium non habet aliam bonitatem, quam finis; & iccircò eodem amore cum illo appeti valet, conclusio autem vendicat sibi specialem veritatem, à præmissarum veritate distinctam, cuius merito peculiarem actum requirit, & in vnum assensum cum præmissis venire non potest.

Tertia denique probatio soluitur. Ad tertium dicendum est, repugnare ex parte actus, & potentiæ; ad primam probationem respondetur, actum Angeli non esse iudicium complexum, sed per modum simplicis intuitus, quo videt, principia esse vera, & conclusionem non ex principijs sed in principijs: at ille, de quo disputamus, formaliter esset iudicatiuus, & ferretur æquè primò in principia propter se, & in conclusionem propter principia, seu ex principijs, vnde ab vtrisque debet sumere speciem. Ad secundum concedimus, in scientia supernaturali, quæ non sumitur ex obiecto, posse vniri conditiones repugnantes in humanis scientijs, sed non in eo actu, qui & naturalis est, & totus sumitur ex obiecto. Dicent, latis esse, habere eminentiorem naturam, vt in se Præoccupatio. vniat oppositas conditiones.

Demus ita esse, sed vnde fortitus est illam maiorem naturæ nobilitatem? nam ratio formalis assentiendi non est nobilior, quam ratio assentiendi ipsis principijs; est enim ipsamet veritas principiorum. Deinde, non quæcunque conditiones oppositæ æquè facilè vniuntur in vno actu nobiliori, sed quæ exuere possunt repugnantiam, quam probabile, & necessarium, euidens, & ineuidens, quæ dantur in præmissis eiusdem syllogismi, exuere nequeunt. Denique, licet actus implicationem forte non inuoluat, &, Deo iuuante, elici possit, falsum est, statim esse possibilem virtute naturali intellectus nostri, vt in plerisque alijs actibus conspicuum est.

EXPLA-

Digitized by Google

EXPLANATIO CAPITIS SECVNDI.

De modis sciendi, & demonstratione.

SVMMA CAPITIS.

HOc caput tres continet definitiones: primam scientiæ, quæ sic se habet. Scire est cognoscere causam, ob quam res est, illius causam esse, & fieri non posse, vt aliter sese res habeat, id est, cognoscere effectum necessarium per causam item necessariam, & perceptam, vt causam talis effectus. Secunda definitio est demonstrationis. Demonstratio est syllogismus efficiens scire, hoc est, aptus, vt scientiam generet. Tertia definitio est itidem demonstrationis, ad hunc modum; Demonstratio est syllogismus constans ex veris, primis, & immediatis; prioribus, notioribus, causisque conclusionis: Alia deinde subijcit de principijs, quæ ad octauum caput spectant: illud huius loci proprium est, quod ait, principia debere esse notiora conclusione.

COMMENTARIVS. CAP. II.

COnstitutis superiori capite ijs, quæ præcognoscenda sunt ei, qui scientiam per demonstrationem acquirere vult, traditurus Aristoteles duplicem definitionem demonstrationis, vnam per finem, alteram per materiam; definitionem ipsius scire, qui finis demonstrationis est, primò subijcit. Cum autem scire variè sumatur, ait, propositum sibi esse definire non id, quo quispiam rem per accidens scire dicitur, vt Sophistæ; sed quo rem simpliciter, & perfectè scimus. Qui autem propriè Sophistæ nuncupentur, docet Aristoteles in fine Elenchorum: ij nempè sunt, qui fallacibus, & deceptorijs argumentationibus sapientium nomen aucupantur, cùm à vera sapientia longè absint. Hoc autem loco fuso vocabulo dicuntur, qui veri similitudinē in differendo prosequuntur; quòd eiam in Dialecticos, id est, eos, qui Dialectica concreta rebus vtuntur, & in Rhetores conuenit. Ait ergo Aristoteles explicaturum se, non Sophistarum cognitionem, qui accidentia duntaxat, & verisi-

Vocabuli scire multiplex acceptio.

SCire autem vnamquamque rem simpliciter, sed non, vt Sophista, per accidens arbitramur: a cum causam, ob quam res est, illius causam esse, & fieri non posse, vt res aliter sese habeat, cognoscere arbitramur. Patet igitur, ipsum scire tale quid esse: nam & hi, qui nesciunt, & ij, qui sciunt, illi ita se rem habere putant, hi ita sese etiam habent. Quare cuiusque simpliciter est scientia, id vt aliter sese habeat fieri omninò non potest. b An verò & alius sciendi modus sit, posteriùs dicemus. Dicimus autem & per demonstrationem nos scire: c demonstrationem autem dico ratiocinationem eam, quæ scientiam efficit: eam verò scientiam efficere dico, qua scimus eam ipsam habendo. d Si igitur ipsum scire tale est, quale posuimus, necesse est, & demonstrationem scientiam ex veris & primis, mediisque vacantibus, & ex notioribus, & prioribus ipsa conclusione, causisque eiusdem esse. e Sic enim erunt & ipsa principia propria eius, quod demonstratur: nam ratiocinatio quidem esse sine ijs potest, demonstratio verò non potest: scientiam enim non facit.

risimilia cõsectãtur, sed pfectã, atq; omnib. numeris absolutã scientiam.

Quid sit scire.

a *Cum causam, ob quam*] Definit scire simpliciter, docens, nihil esse aliud, quam cognoscere causam, ob quam res est, illius causam esse. & fieri non posse, vt res aliter se habeat. Quod autem hæc definitio bona sit, cõfirmat communi omnium persuasione. ac modo loquendi; omnes enim tàm sapientes, quàm ignari, tũc se scire arbitrantur, cùm cognoscunt causam, ob quam res est, &c. Licet hoc sit discrimẽ, quod alteri credũt, se assecutos verã causam, quam sunt assecuti; alteri id ipsum de se putant, sed fallũtur. Quæ ad hanc definitionem particulatim enodandum ab Interpretibus afferri solent, in quæstionibus separatim exponemus.

b *An uero & alias*] Vtrum præter sciendi modum nunc definitum, qui ad demonstrationem propter quid pertinet, alius præterea inueniatur, dicturum se postea inquit. Quod & præstat: nam de scientia primorum principiorum disserit cap. 3. huius libri, & extremo cap. lib. 2. Itẽ de modo sciendi per causam remotam, aut per effectũ qui est per demonstrationem, Quia, agit cap. 10. huius libri.

Quid sit demõstratio.

c *Demonstrationem autem*] Demõstrationem per proprium eius finẽ ita describit. Demonstratio est ratiocinatio scientiam efficiens, vt autem pateat, quonam modo demonstratio efficiat scientiam, ait, nos eam habendo scire, hoc est, demonstrationem esse, vt instrumentum, atque adeò causam actuam minus principalẽ, cuius opera scientiam comparamus.

Quid ex natura ipsius scire colligit.

d *Si igitur ipsum scire*] Ex natura & conditione ipsius scire colligit, cuiusmodi sit scientia, quæ demonstratione acquiritur; ac subinde, quid sit ipsa demonstratio; si tale est, inquit, ipsum scire, quale definimus; vtique demonstratiua scientia erit ex veris, primis, &c. vnde & demonstratio, quæ ad eiusmodi scientiam comparandam ordinatur, talis erit, nempe syllogismus constans ex veris primis, & immediatis, prioribus, notioribus, causisque conclusionis.

f *Vera igitur esse oportet, quia fieri nequit, vt id, quod non est, sciatur: vt etiam diametrum commensurabilem esse. Oportet autem* g *& ex primis, & indemonstrabilibus esse: quia non scit, qui demonstrationem horum non habet: scire enim non per accidens ea, quorum est demonstratio, nihil aliud est sanè, quàm demonstrationem habere.* h *Causa etiam, notiora q;, ac priora sint, oportet: causa quidem, quia tum scimus, cùm causam cognoscimus: priora verò, siquidem & causa sunt, & antea cognita, non illo solum modo quo quid significant, sed altero etiam, quo quod sint, scimus.* i *Dupliciter autem priora, notioraue dicuntur. Non enim idem prius natura, & nostra ex parte prius: neque notius simpliciter, & nobis etiam notius est. Atque ea quidem ad nos priora notioraue dico, quæ propinquiora sensui sunt: ea verò simpliciter priora notioraue, quæ à sensu longius distant. Sunt autem remotissima quidem ea, quæ sunt vniuersalia maximè: propinquissima verò singularia ipsa. Atque hæc inter se opponuntur.* k *Ex primis autem esse nihil aliud est, quàm propriis è principijs: idem erit primum atque principium, dico.*

l *Est autem demonstrationis principium propositio medio vacans. Ea verò medio vacat, quæ nulla est alia prior. Propositio verò altera enunciationis pars est, vnum de vno complectens: differendi quidem, quæ vtramuis accipit, demonstrandi verò, quæ definitè alterum, quod est verum. Enunciatio contradictionis vtrauis est pars. Contradictio est oppositio, cuius per se medium nullum est. Contradictionis partium ea quidem, quæ quippiam cuipiam adiungitur, affirmatio: ea verò, quæ quippiam à quopiam se mouetur, negatio nuncupatur.*

m *Principiorum autem ratiocinandi, vacantium medio, id quidem positio dicitur, quod fieri nequit, vt demonstretur, quodque non necesse est eum habere, qui discere quid instituit: id verò, quod omnes habere, qui modo discere aliquid parant, necesse est, dignitas appellatur: sunt enim talia quædam. Atque talibus hoc potissimum nomen tribuere solemus.*

Digitized by Google

Explicatur locus Aristotelicus.

e *Sic enim erunt*] Omissa alia quorundam Græcorum, & Latinorum huius loci interpretatione, placet expositio Auerroes, quæ est huiusmodi. Si præmissæ (inquit) Aristoteles ita se habuerint, vt dictum est, tunc erunt propriæ, siue accommodatæ ad demonstrandum: alioqui poterit quidem ex illis confici syllogismus, non tamen demonstratio, quæ scientiam gignat.

Singulas definitionis particulas explicat, & probat.

f *Vera igitur*] Incipit traditæ definitionis particulas sigillatim comprobare. Ad primum quod oporteat præmissas veras esse, ex eo ostendit: quia quod non est, non scitur, id est, vt exponit Philoponus, falsi non est scientia, vt quod diameter sit commensurabilis costæ.

g *Et ex primis*] Probat, demonstrationem debere constare ex primis, & indemonstrabilibus, quia, qui per hæc non demonstrat, non dicetur perfectè, & absolutè scire, sed per accidens tantum.

h *Causa etiam*] Similiter ostendit, demonstrationem procedere ex causis, quia tunc scire dicimur, cum rerum causas penetramus; ex qua conditione alias duas infert, nimirum, debere demonstrationem progredi ex prioribus, & notioribus, siquidem causæ priores, notioresque existunt. Subdit quoque, debere præmissas esse notiores, non solum quo ad vocabulorum significationē, sed

Philop. Themist.

etiam, vt exponit Philoponus, & Themistius, quo ad veritatem significatam.

i *Dupliciter autem*] Vt planius euadat, qua ratione demonstratio debeat constare ex prioribus, & notioribus, monet, bifariam aliqua priora, & notiora appellari, vno modo simpliciter, siue secundum naturam: altero quo ad nos. Nec enim (inquit) notiora simpliciter, & notiora nobis, eadem sunt. Tum docet, ea esse notiora, & priora quo ad nos, quæ sensui viciniora sunt, id est, obijciuntur sensibus: ea simpliciter priora, ac notiora, quæ à sensu magis recedunt: vt vniuersalia. Addit, remotissima à sensibus esse maximè vniuersalia; quod item asserit lib. 1. Metaphys. cap. 2. Propinquissima verò esse singularia. Denique vniuersalia, & singularia inter se opponi, intellige quo ad habitudinem prioris, & posterioris: propinqui, & remoti; hæc iccircò ab Aristotele animaduersa hoc loco sunt, vt compertum fit, demonstrationem constare ex ijs, quæ natura priora, notioraque existunt, quod in quæstione enucleatius expendemus.

Bifariã aliqd prius, & notius dicitur.

n *Rursus ea quidem positionum, quæ vtramuis enunciationis accipit partem, esse inquam quippiam, aut non esse statuens, suppositio: ea verò, quæ est sine hoc ipso, definitio dicitur: definitio nanq; positio quidem est (ponit enim Arithmeticus vnitatem quantitate indiuisibilem esse) suppositio sanè non est: nam quid sit vnitas, & vnitatem esse eadem non sunt. Cū autem credere, scireq; rem talem per ratiocinationem oporteat, quam demonstrationem vocamus: hæc verò est, quia sunt, quibus extruitur ratiocinatio, necesse est, nō solum prima illa, vel omnia, vel aliqua prius noscantur, sed etiam magis vt noscantur: semper.n. illud est tale magis, ob quod vnumquodq; tale est: veluti magis id est dilectum, atq; amatum, ob quod amamus, atq; diligimus. Quare, si ob prima scimus, ac credimus, & illa sanè scimus, ac credimus, magis, quoniam ob illa, & ipsa scimus posteriora.* p *Fieri autem non potest, vt ea magis quisquam, quę nescit, & circa quę non melius dispositus est, quàm si scieris, quàm ea, quę cognouit, credas atque assentiatur. At euenit id profectò, si non prius cognouerit principia quispiam, quàm ea, quę per demonstrationem creduntur. Magis.n. principijs, aut omnibus, aut quibusdam credere, quàm cōclusioni, necesse est.* q *Atq; & qui per demonstrationem scientiā habiturus est, non solum ipsa principia magis nota, magisq; credita sint, quam id, quod ex ipsis ostenditur, oportet: sed esiā nihil prorsus eorum, quæ principijs ijs opponuntur, vndiq; ratiocinatio falsa, vtreque contraria existat, aut credibilius, aut notius principijs ipsis sit oportet: quippe cum enim, qui simpliciter est scientiam consequutus, nunquam ab ea persuasione vlla dimoueri oporteat.*

Digitized by Google

K *Ex primis autem*] Redit ad explicandam particulam ex primis, atque, demonstrationem esse ex primis, idem valere, atq; ex principijs, non tamen quibuslibet, sed proprijs, & accommodatis ad rem demonstrandam.

Quid sit principiũ demõstratiuum.

l *Est autem*] Docet, quod sit principium demonstrationis. Principium (inquit) demonstrationis est propositio vacans medio; siue, vt planius dicamus, est propositio ad demonstrandum idonea, qua non est alia prior, per quam à priori ostendi possit. Deinde, quia principium per propositionem definierat, ob maiorem doctrinę perspicuitatem subnectit quędam ad propositionem spectantia, tradita iam ab eo, partim in libris de Interpretatione, partim in prioribus Analyticis.

Propositionis demõstratiuæ distributio.

m *Principiorum autem*] Diuidit propositionem demonstratiuam in positionem græcè θέσιν, & dignitatem græcè ἀξίωμα. Positio est propositio indemonstrabilis, quam non necesse est tenere eum, qui addiscere aliquid parat; vt, quod omnes anguli recti sint æquales; quod duæ lineæ rectæ non claudant superficiem, quod omnes lineæ ductæ à centro ad circumferentiã pares sint, quæ pronuncIata non necesse est, antea nouisse, quia in vestibulo scientię, ad quam pertinent, poni solent, vnde & nomen videntur accepisse.

Quid sit positio.

Quid dignitas.

Dignitas est propositio indemonstrabilis, quam necesse est tenere eum, qui addiscere aliquid instituit, vt, de quolibet vera est affirmatio, &c. omne totum est maius sua parte. Cicero dignitates effata appellat. M. Varro, teste Gellio lib. 18. ca. 8. profata, & proloquia nominat. Dicuntur autem istiusmodi propositiones dignitates, quod tantam perspicuitatem obtineant, vt dignæ sint, quibus fides adhibeatur, siue, vt ait Themistius, quæ inter ea, in quibus posita sunt, principem locum obtineant. Item, communes animi conceptiones, quia sunt communes viæ, & ianuæ ad omne scientiarum genus. Vnde Aristoteles lib. 2. Metaphys. cap. 1. text. 1. eis accommodat illud veteri prouerbio tritum: ecquis ab ostio aberret? quod D. Thomas, & Auerroes desumptum esse volunt ex notitia domus, cuius, etsi interiora non omnibus pateant; ianua tamen cunctis nota est. Alexander autem sumptum ait à Sagittarijs, qui signum aliquod magnum, ac valde conspicuum, quale ostium est, facilè attingunt.

Cicero. Varro. Cur dignitas dicat. Them. Arist. D. Thom. Auerr. Alex.

Varia positionis acceptio.

n *Rursus ea quidem*] Docet, positionem variè in scientijs vsurpari. Interdum, vt paulò ante accepta fuit, videlicet, pro demonstratiua propositione, quam non necesse est, tenere eum, qui doceri aliquid vult; quæque peculiari nomine suppositio vocatur: nonnunquam accipitur pro definitione; solent enim ad prima scientiarum initia aliquot definitiones poni, quibus in doctrinæ progressu vtendum est. Ideoque positiones appellantur, vt in Arithmetica definitio vnitatis. Aduerte, cum positio ab Aristotele superius definita sit propositio, vt ipse palam exposuit, & idem hoc loco asserat, definitionem nullam contradictionis partem accipere: id est, neque rem esse, neque non esse significare, atque adeò non esse propositionem: perspicuum videri non accipi in præsentia positionem eodem modo, quo ante, nec eam diuidi in suppositionem, & definitionem: sed duntaxat explicari ab Aristotele, vti diximus, varium vsum huius nominis, positio, quanquam non definit, qui hunc locum secus interpretentur. Quà de re lege, si placet, Albertum, & D. Thomam, Themistium, Philoponum, & Auerroem.

Prima principia conclusione notiora sunt.

o *Cum autem credere*] Planius ostendit, prima principia non solum prius, sed magis etiam conspicua, ac nota esse debere, quam conclusiones, quæ ex ipsis colliguntur, idque confirmat in hunc modum. Semper id est magis tale, quod causa est, vt aliud tale sit: atqui prima principia causæ sunt, cur conclusionis notitiam assequamur: igitur prima principia nõ solum prius, sed magis cognita esse debent, quam conclusionis. Maiorem illustrat exẽplo; si quis enim diligat quempiam propter alterum, oportet eum, cuius gratia alterum diligit, chariorem illi esse.

p *Fieri autem non potest*] Prima principia cognosci nobiliori habitu, quã sit scientia, ita probat. Fieri nequit, vt id, quod nescitur, aut de quo nobilior cognitio, quam scientia, non habetur, cognoscatur magis, quam id, de quo scientia est, at si prima principia non cognoscantur nobiliori habitu, quàm sit scientia, eueniet, vt id, de quo non habetur scientia, nec nobilior cognitio, quam scientia, cognoscatur magis, quàm id, de quo scientia habetur: ergo prima principia cognoscuntur nobiliori quoddam habitu, quam scientia. Minorem ostendit, quia prima principia, vt ex superioribus constat, magis cognoscuntur, quàm conclusiones, de quibus est scientia. Cum ergo de primis principijs non acquiratur scientia, quia sunt indemonstrabilia, fit vt, si non percipiantur nobiliori quoddam habitu, quàm scientia, id, de quo nec scientiam, nec nobiliorem habitum acquirimus, notius existat, quam id, de quo est scientia. In huiusce rationis discursu moderationem quandam adhibet Aristoteles, aiens, oportere nos, aut omnibus, aut quibusdam principijs magis assentiri, quam conclusioni, id autem cur fecerit, in progressu exponemus. Aristot.

q *Atque & qui*] Non satesse, inquit, vt is, qui demonstratione scientiam comparat, principijs firmius, quam conclusioni assentiatur: sed oportet, vt nihil certius habeat, quam principiorum opposita falsa esse. Nam qui perfectam alicuius rei scientiam obtinuit, ita firmiter veritati adhæret, vt nulla ratione in contrariam partem adduci possit.

QVAESTIO I.

Vtrum scientia bene definita sit in hoc capite.

ARTICVLVS I.

Membratim exponitur definitio: & cui scientia competat, explicatur.

Linconiē. Alb. Mag. Multiphices scientię acceptiones.

CVm scientiæ vocabulum latissimè fundatur, vt hoc loco notauit Linconiensis, & Magnus Albertus, tract. 2. cap. 1. & modò quamcunque cognitionem, modò solam veram; aliquando verò neque omnem veram, sed firmam tantum, & immobilem: denique solam veram, firmam, & discursiuam complectatur: in præsenti hæc sola definitur, & non in tota sua amplitudine, sed quę dicitur, propter quid: Diuiditur enim scientia discursu comparata in eam, quæ habetur per effectum, vel causam remotam, & appellatur scientia, Quia, & in eam, quæ acquiritur per causam proximam, quam dicunt, propter quid; & hoc loco definitam esse ab Aristote- Arist. les. Ad quam requirit Scotus in 4. q. prologi quatuor conditiones; primam, vt sit certa; secundam, euidens; tertiam, discursiua comparata; quartã, ex necessarijs propositionibus, & causam continentibus. Scotus.

Prima excludit cognitiones dubias, vt suspicionem, fidem humanã, errorem. Secunda fidem diuinam, & sacram Theologiam, quæ certitudinem habent, sed non euidentiã. Tertia diuinam, angelicamque scientiã, & notitiam principiorum. Quarta denique excludit scientiam, Quia, eò quod sine causa proxima comparetur. Illa pars quartę cõditionis, quod fit ex propositionibus necessarijs ponitur claritatis causa, & vt pars sequens hàbeat cohærentiam, alioqui ex præcedentibus sufficienter intelligitur; non potest enim esse cognitio certa euidens, & discursiua, nisi ex propositionibus necessarijs.

Porrò autem hæc scientia, vel est actualis, vel habitualis; actualis est cognitio, quam sciens non habet, nisi quando actu operatur: habitualis est quędam facilitas inclinans intellectum ad actualem scientiam, quę etiam est in feriato. Veriq. perfacile Alia diuisio scientiæ in actualē & habitualem.

Digitized by Google

accommodari potest definitio, vt ex illius declaratione patebit; at, cui præcipuè competat ex mente Philosophi, nõ vacat quæstione; quibusdam pugnantibus pro habituali, quæ absolutè scientia dicitur, alijs pro actuali, quam magis sonant verba Philosophi; scire enim & cognoscere, significant actionem. Aequior est horum pars, & propter rationem assignatam, & quia actualis perfectior, consummatiorque scientia est, & ad eam ordinatur habitualis, vt ad vltimam perfectionem in eo genere: vnumquodq. enim perfectius est in actu, quam in habitu, quod docuit Aristoteles 7. Physic. cap. 3. text. 17. definiens virtutem dispositionem perfecti ad optimum, hoc est. Interprete D. Thom. qualitas, qua subiectum perficitur ad exercẽdum actũ. Ex quibus etiam soluta manet ratio pro altera parte.

Aristot.

D. Thom.

Expenditur scientiæ definitio.

Sed iam definitionem expendamus. Ea continet quinque partes: Prima vicem habens generis est [cognoscere] quæ, licet omnẽ cohibeat cognitionem, sumitur hoc loco pro iudicatiua tantum, vt per eam reijciatur cognitio experimentalis, euidens, & apprehensiua, qua aliquis perciperet effectum necessarium pendentem ex causa necessaria proxima, & immediata; cognitio Dei, & Angelorum, quę iudicatiuæ nõ sunt, & à Philosopho non definiuntur, quamuis alias verissimæ scientiæ sint. Secunda est, [causam] quæ indicat, scientiam esse discursiuam; idẽ enim valet, ac cognoscere effectum per causam, seu ex causa, cuiusmodi non est notitia principiorum, nec scientia, Quia, habita per effectum. Tertia (ob quam res est) hoc est, causam proximam; & meritò, quia, vt dependentia effectus vltimò completur in causa proxima, ita perfecta illius scientia, nisi causa proxima teneatur, haberi non potest. Quarta [illius causam esse] per quam significat, non satis esse tenere effectum per illius causam proximam, sed necessarium esse, vt sciamus, esse causam talis effectus; quare si quis iuxta lunam positus eam deficere videret, simulque terram inter ipsam, & solem interponi, dum ignoraret, huiusmodi interpositionem esse causam defectus, nesciret, propter quid Luna deficeret. Quinta est [& fieri non posse, vt res aliter se habeat,] quæ verba referuntur à D. Thom. ad effectum, ab Auerr. ad causam, per quam scimus, à Philosopho videntur relata ad vtrumque, vtrumque enim est necessarium, & neutrum sine alio esse potest: nam scientia, cum sit firma, stabilisque cognitio, non potest esse, nisi de re necessaria: at res nequit esse necessaria, nisi causa à qua est, necessaria sit, tam in esse, quam in causando, quoniam si aut esse, aut causari desinat; iam effectus ab ea non pendebit, atque adeò nec per eam cognoscetur, imò ex vi talis causæ non erit, quod necessitati repugnet; cauenda tamen est, dum Auerroi consentimus, eius reduplicatio; ita enim intelligit, non posse aliter se habere, ac si dicatur, effectum non posse esse ab alia causa.

D. Thom. Auerr. Arist.

Sententia Auerr. ex parte cauenda.

Sic proposita est à Philosopho definitio, verum Interpretes ad ordinem mentis aspicientes, hanc vltimam particulam statim post genus ponunt, totamque definitionem hoc modo efferunt. Scire est cognoscere rem necessariam per causam illius proximam, & immediatam, atque illius causam. Vltimo loco illud est notandum, D. Tho. Aegidium Rom. & alios asserere, traditam definitionem esse explicationem vocabuli, quod fatemur, dummodò ipsi nobis non inficientur, etiam explicare quidditatem rei, vt ex illius declaratione manifestum relinquitur, relinquenturque manifestius, cum rursus singulas partes longius expenderimus.

Scientiæ definitio ex Interpretũ sententia ordinata.

D. Thom. Aegidius Rom.

AR-

ARTICVLVS II.

Non esse scientiam simpliciter, nisi quæ habetur per causam.

Quæ in scientia cõsideranda sunt. Scotus. Arist.

QVatuor conditiones scitæ ab Scoto assignatæ, & quinque in definitione Philosophi commodè reduci possunt ad tria, quæ in scientia interueniunt, & si explicentur, omnia sunt peruia; hæc sunt ipse sciendi actus; non enim disputamus hoc loco de habitu; obiectum materiale illius: & ratio formalis, per quam in obiectum tendit. De 1. dixit Arist. se definire scientiam veram, & firmam non Sophisticam, & contingentem. De 2. obiectum scientiæ esse rem necessariam. De tertio, rationem sciendi esse causam rei proximam, & immediatam; quoniam verò obiectum est prius scientia, & formale præstantius, quam materiale, ab eo enarrationem suscipimus.

Causa, per quam res cognoscitur, duplex. Caiet.

Causa igitur, per quam res cognoscitur, duplex est, vt hoc loco notauit Caiet. altera in essendo simul, & cognoscendo, id est, quæ est causa cur effectus sit, & cur à nobis cognoscatur; altera tantum in cognoscendo, quę in re potest esse effectus; nam scientia, Quia, habetur per effectum; qui tamen est ratio, cur sua causa cognoscatur; alioquin non esset scientia discursiua. Rursum causa in essendo duplex est, altera secundum se, vel ex natura rei, quæ, scilicet, actu à parte rei differt ab effectu, quem causat, vt, Sol à lumine, homo ab intellectu; altera quo ad nos, seu virtualis; inter quàm, & id, quod dicitur effectus à parte rei non est distinctio, nec causalitas, sed à nobis ita concipitur, ac si esset causa; & in re, si id, quod concipitur vt effectus, vere esset effectus, non haberet aliam causam; sita se habet æternitas diuina comparatione immutabilitatis eiusdem Dei; si enim æternitas esset capax causæ, non haberet aliam, quam immutabilitatem. Hæc veraque causa subdiuidi potest in illa quatuor genera vulgata, in effectiuam, finalem, formalem, & materialem.

Causa in cognoscendo trifariã diuiditur.

Causa verò in cognoscendo tribus modis dici potest causare alterius cognitionem: primò, quando per sui cognitionem causat aliam diuersam, ex priori illatam; secundò quando est ratio, vt per eandem cognitionem, qua percipitur ipsa causa, percipiatur effectus, quasi in posteriori naturæ, quo modo Sol ab Angelo cognitus est causa, vt eodem actu percipiat lumen, vt sui passionem. Tertiò similiter per vnum actũ, cum ex eo, quod causam cognoscamus, dicimur virtute cognoscere effectum, & quia scimus principium, scire etiam conclusionem: inter quos duos modos hoc est discrimen, quod in secundo effectus attingitur formaliter, & expressa cognitione, licet secundariò, in tertio verò virtute tantum, & implicitè.

Prima cõclusio.

His positis per has conclusiones satisfaciendum est quæstioni. Prima perfecta rei scientia non habetur, nisi per causam. Hanc vt Peripateticam, & in definitione expressam tribus rationibus probat hoc loco Aegidius: nobis sufficiat ea, quam sumimus ex Aristotele primo Metaphys. cap. 2. vt se res habet in esse, ita in sui perfecta cognitione, sed esse rei pendet ex causa, ergo ab ea pendebit illius perfecta cognitio; quod Philosophi pronunciatum (vt semel explicetur) in eo fundatur, quod perfecta cognitio non solum attingit prędicatũ inesse subiecto, sed quo modo insit, mutabiliterne, an immutabiliter? cum autem id percipi non possit, nisi cognoscendo radicem huius inhęsionis, quę vel est in ipsis extremis, quæ iungũtur, vel extra: quãdo est in extremis, caret res causa, & per se ipsam cognoscitur, vt primum principiũ: quando verò est extra, tũc res, seu cõiunctio illa dicitur habere causam, quę si ignoretur, non poterit radicitus attingi cõiunctio. Vnde simul intelliges, qđ annotauit Aphrodiscus in primo cap. illius 1. Metaph. propositã conclusionẽ habere locum

Aegidius. Vera, & Aristotelica probatio.

Aphrod.

in

in ijs tantum, quæ habent causam.

2. Concl. Caiet. Secunda: hæc causa debet esse in cognoscendo, sed non sufficit. Tota asseritur à Caietano hoc loco, & recipitur ab omnibus: prima pars probatur, quia scientia, vt patet ex illius genere, est cognitio, ergo nisi causa sit cognitionis causa, nullo modo erit causa scientiæ: secunda est manifesta, quoniam scientia, Quia, procedit per causam in cognoscendo, vt paulò ante diximus, & tamen non est scientia simpliciter, vt Aristoteles indicauit hoc capite, cum dixit, fortassis esse alium sciendi modum ab eo, quem dixerat, esse simpliciter scire: non sufficit igitur ad veram scientiam sola causa in cognoscendo.

3. Concl. Tertia conclusio, quæ manifestè sequitur ex præcedentibus, est: Ad perfectam scientiam requiritur causa simul in essendo, & cognoscendo. Hanc improbat nemo, probant verò rationes factę pro duabus præcedentibus. Sunt tamen non leues dubitationes circa modum, quo vtraque pars est intelligenda: nimirum causa in cognoscẽdo, an debeat esse primo modo per diuersam cognitionẽ, an sufficiãt alij duo? causa item in essendo, an necessariò sit secundum se, vel satis sit, quo ad nos? In prima dubitatione constat apud omnes, non sufficere causam in cognoscẽdo tertio modo, quoniam per illam notitiam non dicitur effectus simpliciter cognosci, & multò minus sciri.

Scotus. Scotus hic quæst. 2. ad 4. principale existimat, sufficere causam secundo modo, sed cum existimet, à Philosopho non esse definitam scientiam discursiuam tantum, non est, cur in referendis eius probationibus, vel in re ipsa immoremur. Etenim ex declaratione huius partis definitionis tradita præcedenti sectione res definita manet. Diximus nempe, cognoscere ex causa inuoluere verum discursum; ad discursum autem necessariæ sunt plures cognitiones. Quare illa vnica Scoti cognitio Aristotelica scientia non est: imò absolutè loquendo non potest appellari scientia, nisi vt scientia dicitur de cognitione principiorum, siquidem illa non magis terminatur ad effectũ ratione causæ, quam ad causam ratione sui, imò ad hãc prius, & immediatius fertur: ergo non est scientia.

Quę causę ad demõstrandũ requirantur.

In secundo est grauis contentio quorundam Recentiorum aduersus Caiet. Hi omnes conuenunt, causam debere esse à parte rei veram, & ab effectu distinctam, primò, quia Aristoteles, quem omnes Interpretes sequuntur, in definitione vocat causam, ob quam res est: at ob virtualem causam res non est. Secundò, in scientia ideo exigitur cognitio causæ, vt perfectè tendatur esse effectus, vt proximè dictum est; sed vti non est causa à parte rei, à nullo pẽdet esse effectus; ergo per nihil verè cognosci potest. Cui maximè fauet expositio D. Thom. in hunc locum, vbi ait, idcirco exigi notitiam causæ, quia dependentia effectus pertinet ad esse illius: dependentia verò pertinens ad esse, est in re ipsa secũdum se, non per ordinem ad nos. Ex opposito Caiet. quem nullus hac in re præcessisse videtur, sequuti omnes, existimat, vtramuis causam sufficere, vel secundum se, vel tantum quoad nos: & eam scientiam, quæ habetur per priorem causam, appellat secundum se; reliquam quo ad nos: probat primò, quia Metaphysica est vera scientia, & tamen, cum agit de Deo, nihil potest demonstrare per causam secundum se, sed quo ad nos, ergo hæc sufficit.

Ad demõstrandum causę sufficiũt in essendo, vel secundum se, vel quo ad nos. Caiet. 1. probat.

Secundò, quia Aristoteles vsus est in demonstrando huiusmodi causis, exemplum affert ex secundo de Cælo, text. 13. satis inticatum; sed est ad manum definitio Metaphysica, quam idem Philosophus vocat præstantissimum medium, quæ solum virtualiter differt à subiecto. Vnde vrgeri potest argumentum; si namque hæc causa non sufficit, nulla dabitur vera scientia, quod sic ostenditur: vt secunda passio demonstretur de subiecto per primam, necesse est primam demõstrari per subiecti definitionem, ita vt principium secundæ demonstrationis sit cõclusio primæ.

Secunda.

nexorgo si hęc non est vera scientia, nec conclusio secundæ erit, cum non possit esse perfectior sua causa. Idem à fortiori sequitur in reliquis passionibus, atque hæc sententia, vt vera, defendenda est.

Solvitur 1. arg. cõtra sententiã Caiet. D. Thom.

Ad primum argumentum respondet Caiet. Philosophos sumpsisse nomen causæ latè, vt cum principio recurrit, quod in vsu esse apud Græcos docet D. Thom. q. 10. de potentia, artic. 1. ad octauum, & patet ex multorum Patrũ loquutionibus, qui vsurpant hoc vocabulũ in mysterio Trinitatis, vbi causa stricte sumpta non datur, sed principium. Verùm hoc parum iuuat Caiet. quia tam causa, quàm principium sonat aliquid distinctum à causato, vel principiato: dicendum igitur est, sumpsisse nomen causæ prout postulabat res, de qua erat sermo, nimirum pro causa in re ipsa, aut in ordine ad animam, de cuius actibus loquebamur, quod minus durum videbitur, si aduertas, nostram scientiam non esse discursiuam, præcipuè, quia tendit in rem habentem causam, per quam cognosci potest: sed ex defectu nostri intellectus non valentis vno gradu pertingere à causa ad effectum, sed more corporis, cui innexus est, pluribus quasi passibus progredientis ab vno ad aliud: alioquin si ex re ipsa proueniret, & Deus, & Angeli cognoscendo rem discurrerent.

Eadem solutio amplius illustratur.

Hinc fit, vt, quemadmodum vbi sunt duæ res secundum se cognoscibiles, simul à meliori intellectu, deterior non potest vtramque simul attingere: ita nonnunquam, vbi est vnica tantum, non possit illam nisi diuisam, & quasi comminutam percipere, atque adeò fingendo duas partes, à quarum vna procedat ad aliam cum fundamento in re, & quoniam vbi est rerum distinctio, à causa procedit ad effectum, vbi nulla est, concipit tanquam causam id, à quo procedit: id autem, quò tendit, tanquam effectum. Quare non est accusandus Aristoteles, quod nominibus vsus sit in hac metaphorica significatione, cũ sit iuxta rei naturã.

Solutio 2. argumẽti.

Ad secundum respondeo, rationem illam esse accipiẽdam cum proportione: in re enim, quæ habet veram causam, requiritur eius notitia, vt connexio apta in re percipiatur: in ea, quæ solum habet causam quo ad nos, hæc cognoscenda est, vt connexio, etiam quo ad nos percipiatur, quæ, nisi talis causa fingeretur, ignota esset.

Quarta conclusio; scientia perfecta in vno genere perfectè habetur per causam illius generis: at absolutissima scientia haberi debet per omnes causas, à quibus connexio prædicati cum subiecto dependet. Vtraque explicabitur latius primo Physicor. Interim declaratur prima hoc modo causa formalis, verbi gratia; non sufficit ad dandum totum esse rei, sine concursu materialis in rebus, in quibus vtraque reperitur, & tamen dicitur absolutè, & perfectè dare esse in suo genere: pari igitur modo scientia attingens rem, cum dependentia ab hac sola causa, dicetur in hoc genere perfecta. Secunda pars ex hoc colligi potest: nam, vt se habet causa, ita cognitio: sed omnes causæ simul perfectissimè conferunt esse rei: ergo scientia per eadem comparata perfectissima erit: quæ verò causæ sint, à quibus demonstrabilis connexio dependet, paulò post dicemus.

Quarta conclusio.

Probatur conclusio quo ad vtramque partem.

ARTICVLVS III.

Causam debere esse proximam, & immediatam, atque vt talem cognosci.

HAs conditiones causæ exprimit Aristoteles in definitione scientiæ, si adiungas definitionem demonstrationis, nam in definitione scientiæ solum expressit causam proximam, tamen cum definiendo demonstrationem dixerit, oportere principium esse immediatum, indicauit, hoc loco etiam sumpsisse causam pro immediata, vnde Authores communiter dicunt, causam sciendi esse proximam, & immediatam, non accipiendo

Aristot.

Philosophi explicatur.

niam, si sit complexa ex duobus mediis, poterit esse vnica, verbi causa, admisso in passionibus ordine initio indicato: vt de homine demõstretur admirativum, oportet vnam cõstrui demonstrationem, cuius medium sit discursiuum, deinde aliam, in qua discursiuum probetur, per animal rationale: vt verò de eodem homine probetur discursiuum, hæc secunda sufficit.

Satisfit primæ obiectioni.

Ex quibus patet, ad scientiam necessariam esse causam proximam, & immediatam, sed minimè requiri, vt eademmet causa vtramque conditionem habeat, licet hoc aliquando cõtingat; sufficit enim, si altera sit proxima, altera immediata, ex quibus causetur vna adequata, quam Philosophus appellauit proximam, & immediatam ratione diuersarum partium, ita satisfactum est primę obiectioni. Sed instabis; animal est causa connexionis hominis cum viuente, & verum medium huius conclusionis; homo est viuẽs: ergo fallum est, medium semper esse causam extremorum, cum animal non sit causa viuentis. Secundæ dices, in causis per accidens subordinatis nihil pertinere ad effectum, à quonam producta sit sua causa, perinde enim se haberet Socrates, si Sophroniscus eius pater productus esset à Deo, vt Adamus, ac si abalio homine.

Solutio 2. obiectionis.

Verum, in quibus est essentialis subordinatio, non potest effectus esse idem, nisi seriatim deueniatur ad vltimam causam; in passionibus autem est huiusmodi subordinatio, non solùm, quia secunda, dum causat tertiã pendet à prima, & abessentia subiecti, quæ simul cum primis duabus passionibus influit in tertiam, hæc enim subordinatio est in productione, sed præcipuè, quia tertia passio non est immediata passio secundæ, sed hominis affecti secunda, & prima passione, vnde sine cognitione eius causæ, quæ ostendit, has omnes esse passiones hominis, nequit tertia passio scientificè cognosci. Ratio igitur, cur debeat fieri illa resolutio vsque ad primam causam immediatã, non est tam propter causalitatem in actu, quàm propter euidentiam cognitionis; nam res habens causam, non cognoscitur euidenter, nisi per suam causam, quæ, si sit effectus alterius, necessariò subit eandem rationem, quare non potest sistere euidens cognitio, nisi in aliqua causa immediata.

Solutio 3. obiectionis.

Ad tertiam difficultatem circa tertiam conclusionem respondent aliqui, necessariam esse specialem notitiam reflexam, qua percipiatur causa, vt causa conclusionis, & hanc haberi ante ingressum demonstrationis. Hi liberè assumũt, quod repugnat experientiæ, & rationi; quis enim vnquã expertus est, se habuisse hanc notitiã ante demonstrationem? Deinde quis illam habere potest, cum is sit finis demonstrationis, cognoscere ex tali causa sequi hũc effectum. Tartaretus hic, q. 1. putat, requiri quidem propriam huius rei notitiam coniunctã notitijs præmissarũ, & conclusionis, & ita iubet in hac præmissa, omne animal rationale est discursiuum, adhiberi hunc terminum, propter animam rationalem: similiter in conclusione; ergo homo est discursiuus propter animam rationalem. Id quoque esse falsũ, quatenus addit nouas notitias reflexas, deprehenditur eadem experientia, & hac ratione, vt quis asserat, aerẽ esse illuminatũ à sole satis est, si videat lumẽ à sole exire in aerem absque vlla reduplicatione, quod sol sit causa luminis, nam cognoscere, vnum causari abalio, est in actu exercito cognoscere, vnum esse effectum, & alterum causam.

Tartar.

Vera solutio eiusdẽ obiectionis.

Dicendum igitur est, quemadmodum is, qui appetit medium propter finem, non elicit peculiarem notitiã, qua videt, finem esse caulam appetẽdi medium, sed satis est, quod finẽ appetat efficaciter & ab eo impellatur ad appetendum medium, ita qui assentitur conclusioni propter principia, non debet elicere specialem cognitionem, qua in actu signato percipiat, præmissas esse causam conclusionis, sed ipsum iudiciũ præmissarum sufficere, per illud enim

Digitized by Google

enim non ſolum cognoſcitur, paſſionem eſſe in medio, ſed quomodo inſit, nimirum, tanquam in cauſa immediata, vel mediata, ſed iam demonſtrata, quod eſt, cognoſcere medium eſſe cauſam paſſionis in actu exercito. Idem dicendum eſt de iudicio cõcluſionis; tendit enim in concluſionem, non in ſe tantum, ſed propter præmiſſas. Quando igitur Ariſtoteles dixit, cauſam debere cognoſci vt cauſam, intellexit in actu exercito; nam alia cognitio in actu ſignato eſt impertinens ad demonſtrationem, præſupponitque demonſtrationem, qua oſtenſum ſit, illum effectum ſequi ex tali cauſa.

ARTICVLVS IIII.

Num Mathematica diſciplina vera ſcientiæ rationem induant.

Pars affirmatiua autoritate ſuadetur. Plato.

PArs affirmatiua adeò vera eſſe videtur Mathematicis, vt nobis, quod eam in controuerſiam adducamus, non leuiter inuidentur; producunt igitur pro ſe primò autoritatem. Nam Plato lib. 7. de Repub. ait, oculum animæ, qui ab aliis ſtudijs propter rerum incertitudinem, & opinionum varietatem excæcatur, à Mathematicis diſciplinis recreari, excitarique rurſus ad veritatis contemplationem. Quibus verbis apertè ſignificat, Mathematicam non modò ſcientiam eſſe, ſed perfectiſſimam; imò non credebat, aliarum cauſarum, quam formalis, & materialis, quas Mathematici tractant, ſpeculationem Philoſopho magni faciendam eſſe: hac enim de cauſa, vt Ariſtoteles in 1. lib. Metaph. ca. 7. docet, efficientem, & finalem cauſam nunquam explicuit, quia à Mathematicis non tractantur; & ipſe Ariſtoteles 2. Metaphyſ. textu 15. & primo Ethic. cap. 3. pro exactiſſimo demonſtrandi genere Mathematicum vſurpat; & 1. Poſt. cap. 11. vt oſtendat primam figuram eſſe ad demonſtrandum aptiſſimam, ait, ea vti Mathematicos, & ferè omnes, qui propter quid demonſtrant.

Ariſt.

Conſentiunt grauiſſimi quique Ariſtotelis Interpretes; Alexander in fine 2. lib. Metaph. aſſerit, robuſtiſſimum demonſtrationis genus eſſe Mathematicum. Auerroes in 1. Phyſicorum com. 2. affirmat, demonſtrationem ſimpliciter nuſquam perfectiorem, frequentioremque reperiri quam in Mathematica. Quid plura? Nullus eſt alicuius nominis Philoſophus qui non fateatur, Mathematicas primum locum certitudinis, & euidentiæ inter omnes ſcientias ſibi vendicare, quod in his commentarijs ad initium Phyſicorũ ex profeſſo confirmatur: id autem verum eſſe non poſſet, niſi veram ſcientiæ rationem participarent; nam cognitio ſcientifica euidentior eſt, & certior omni alia diſcurſu comparata, ſi fidem diuinam, vel quæ ex illa ducitur, excipias; ergo ſi Mathematicæ reliquas ſcientias hac duplici profeſſione ſuperant, citra ſcientiæ dignitatem manere non poſſunt. Adde, ipſum earum nomen in parti non mediocrem fidem facere; ſumptum namque eſt ex Græco vocabulo μάθησις, quod diſciplinam ſignificat, quam Mathematicæ per antonomaſiam diſciplinæ ſint, vt adnotauit Cœlius Rodiginus lib. 7. lect. antiquar. cap. 30.

Alexand.

Auerr.

Mathematicæ vndè dictæ.

Cœlius Rodig.

Deinde, producunt Mathematici rationem. Ea cognitio, quæ per diſcurſum ex vera, & proxima cauſa comparatur, eſt verè, proprièque ſcientia; ſed eiuſmodi ſunt Mathematicæ; ergo in ſcientijs numerandæ ſunt. De maiori, & conſequentia nemo dubitat. Minorem probant primò, autoritate Ariſtotelis, qui in 6. Metaphyſ. cap. 1. docet, in Mathematicis eſſe principia, cauſas, & elementa. Deinde ratione; nam demonſtrationi duplex cauſa præcipuè inſeruit; nempe formalis, & materialis; ſed per has demonſtrat Mathematicus, & quidem demonſtrare per cauſam formalem ita ſuadetur. Ariſtoteles 2. phyſic. c. 7. ait, in Mathematicis ipſum propter quid reduci ad formalem, quia reuocatur ad definitionem, in quam vltimò terminãtur

Probatur eadẽ pars ratione.

Ariſt.

Digitized by Google

ne quæstiones Mathematicæ: sentit ergo Aristoteles, Mathematicas procedere per definitionem, & hanc esse causam formalem. Nec videtur negari posse, entia Mathematica habere suas definitiones essentiales, quę in demonstratione adhibeantur.

De causa materiali idem expressè docet Aristoteles 2. Post. c. 11. vbi, vt probet aliquam demonstrationem procedere per causam materialem, adducit exemplum ex Mathematicis, quod est in lib. 3. elementorum in propositione 31. quod vnp è duobus modis concluditur. Primò, quia passiones, quæ in Mathematica probantur, habent subiectum, de quo affirmentur, sed subiectū est vera causa materialis; ergo, si adhibeatur in demonstratione, comparabitur cognitio per propriam causam materialem. Secundò, quia partes integrantes alicuius totius illius comparatione ad materiam reuocantur, vt docet Arist. 2. Physic. cap. 3. text. 31. sed Mathema. in suis demonstrationibus assumunt, loco medij, eiusmodi partes; ergo eorum scientia per causam materialem comparatur. Minor est adeò certa, vt Aristoteles in 1. Phys. cap. 2. text. 11. velit, eam tantum probandi rationem pertinere ad Geometram, quæ per segmenta, sectionesve procedit. Maior, præter autoritatē Philosophi, hac ratione probatur. Partes integrantes sunt veræ causæ totius; habet enim totum esse à partibus; sed non possunt pertinere ad aliud genus causæ, ergo sunt causæ materiales, ac proinde non est negandum, Mathematicas acquiri per causas internas, esseque veras scientias.

Aristot.

Quo sēsu Mathematicæ scientiæ appellandæ.

Ad solutionem quæstionis, supponendum est primò, non esse controuersiam, an Mathematicæ communi vocabulo scientiæ dici possint, ac debeant, sed vtrum participēt eam scientiæ rationem, quam Aristoteles sua definitione descripsit: nam de primo certum est, Mathematicas absolutè scientias appellari posse, cum notissimas, & præstantissimas scientiæ conditiones ante alias disciplinas participent, euidentiam nimirū, & certitudinem, vnde in scientiæ cōtemplatricis diuisione, quam Aristoteles in 6. Metaphysicę cap. 1. pertractat, absq; vlla additione Mathematicæ collocantur, imò quasi per antonomasiam (vt diximus) disciplinæ appellantur, etsi ipsi Mathematici hoc solum titulo contenti sint, minimè cum illis contendemus; de secundo tamen non ita constat.

Entia Mathematica dupliciter sumi possunt.

Supponendum est secundò, entia Mathematica duobus modis sumi posse. Primò, vt sunt in rerum natura. Secundò, vt à Mathematicis considerantur: ac priori modo sumptā habent veras causas, vt reliqua entia naturalia: nam quantitas secundum se est accidens physicum, quod accipit esse per veram actionem causę efficientis ob aliquem finem operantis, idque in corpore tanquam in vera causa materiali: cum autem omne ens reale verā habeat essentiam, quæ vel in communi sumpta, vel saltem in aliqua specie determinata definiri potest; per definitionem verò scientia propter quid acquiratur, certum est, de quantitate, quæ subiectum est Mathematicæ, aliquas affectiones per definitionem essentialem demonstrari posse, & per scientiam strictissimè sumptam, ab Aristoteleque definitam cognosci. Eadem tamen entia, posteriori modo sumpta, nullam habent causam efficientem, aut finalem, vt docet Aristotel. 5. Metaph. c. 2. nā Mathematicus considerat quantitatem abstractam à materia, & accidentibus sensibilibus; sed quantitas ita sumpta à nulla causa effectiua naturaliter produci potest, id verò, quod ab agente non fit, sine etiam caret; quoniam finis nusquam est, nisi vbi datur agens, quod propter ipsum operetur.

Ex quibus etiam sequitur, hæc entia, vt à Mathematico tractantur, nō habere propriam causam materialē, aut formalem, hoc est, materiam proximam, & formam Physicam; nam quod abstrahit à materia sensibili prout sic, nec recipiunt in materia proxima, nec informatur à forma Phy-

Physica, quæ semper cum sensibilibus coniunctæ sunt. Dictum est, (propria causa materiali, & formali) quia subiectum respectu passionum dicitur materia, & essentialis definitio comparatione sui definiri appellatur forma, licet minus propriè; & de his controuersum est, an in demonstrationibus Mathematicis adhibeantur, adhiberi vè possint?

Pro resolutione quæstio. 1. conclusio.

In qua controuersia sit prima conclusio. Disciplinæ Mathematicæ non vtuntur in demonstrando veris causis à priori, & consequenter eo modo, quo nunc traduntur, veræ scientiæ ab Aristotele definitæ non sunt. Hæc est communis inter Philosophos, & quo ad secundam partem non eget probatione, si prima rectè ostendatur; siquidem Aristoteles eâ tantum cognitionem scientiam appellat, quæ ex causa in demonstratione comprehensa procedit. Prima igitur pars habetur ex Aristotele secundo Ethic. ad Eudemum, capite septimo, vbi ait; in Mathematicis non esse re ipsa principia, sed quadam similitudine; & ex Platone 7. de Republica, qui asserit; Mathematicos somniare circa quãtitatem, nimirum, quia eius naturam non cõsiderant. Vnde sumitur prima assertionis confirmatio, vt scientia, præsertim speculatiua, per veras causas demonstret passiones de subiecto, debet illius essentiam principiaque cognoscere: sed Mathematici nihil minus cognoscunt, quam naturam, & essentiam quantitatis; ergo non possunt vti vera causa. Maior patet, cum precipua demonstrationis causa sit essentialis rei definitio. Minor conspicua erit omnia Mathematicorum volumina euoluenti, nusquam enim essentiam quantitatis, eiusque principia explicata inueniet.

Probatur 1. Arist. Plato.

Probatur a.

Secundò, principia, quibus Mathematici suas cõclusiones demõstrant, eiusmodi sunt, vt, quamuis non essent, nihilominus passiones darentur; ergo non sunt causæ per se. Consequentia valet; quia causa per se est illa, sine qua effectus esse non potest. Antecedens patet, vel in prima demonstratione Euclidis; ostenditenim latera trianguli esse æqualia, quia sunt lineæ ductę à centro ad circumferentiam æqualium circulorum: sed quamuis impossibile esset, circulos ducere: triangulus haberet latera æqualia, id enim conuenit triangulo per se, non ex circulo: quo pater. satis inutilem esse quorundam responsionem, qui vt defendant, hanc demonstrationem procedere ex causa per se, affirmant; æqualitatem laterum trianguli causari per se ab eo, quod latera sint lineæ saltem ducibiles à centro ad circumferentiam æqualiũ circulorum; non aduertunt enim, facta suppositione, quod figura circularis esset impossibilis, adhuc latera trianguli fore æqualia, si aliquod eorum longius non produceretur.

Quorũdã responsio excludit.

Idem ostendi potest in illa demonstratione, qua probatur, triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis, quæ est 32. libri primi. Mediũ namque illius demonstrationis est, quod si producatur vnum latus triãguli, angulus extrinsecus est æqualis duobus internis sibi oppositis; vbi vel ipsum nomen Mathematicos cõuincit, si enim angulus ille extrinsecus est triangulo, qui fieri potest, vt sit causa passionis triangulo interne. Deinde, si, vt superius argumentabamur, non esset angulus externus, non propterea triangulus desineret suam habere passionem. Quod si respondeant, fieri non posse, vt triangulus habeat tres angulos æquales duobus rectis; quin ille angulus externus internis respondeat, non continuò sequitur, hoc esse causam illius; imò ex eo, quod triangulus habeat tres angulos æquales duobus rectis, sequitur, vt externus angulus ita respondeat; quapropter argumentatio erit à posteriori. Probatur tertiò conclusio, quia Mathematici sæpè vtuntur circulo in demonstrando, sæpissimè deductione ad impossibile, in neutro autem modo procedunt ex causis, vt apertum est. Primum patet in prima, & sexta, & in quarta, & in octaua primi libri. Secundum in maiori parte earum demonstrationum, quas in pro-

Recentiorũ solutio cõfutatur.

Probatur 3.

progressu adduci Euclides.

2. Cõclus. Secunda conclusio. Mathematicæ disciplinæ non possunt suas passiones per veras causas à priori demonstrare. Hęc euidenter sequitur ex prima. Nam scientia nihil præter mittit eorum, quæ sub illius abstractionem cadunt, & ad absolutam sui obiecti cognitionem conducere possunt: ergo si Mathematica suarum demonstrationum causas, & subiecti naturam, ac principia non considerat, ex eo sanè est, quia hæc ipsius abstractionem, limitesque transcendunt. Quod ita probatur. Mathematica prescindit quãtitatem ab omni subiecto, principioque efficienti; ergo non potest de illa cognoscere, quod sit ens reale, quod sit accidens, quod hac, vel illa ratione substantiam afficit: sed propriæ quantitatis affectiones non sequuntur per se, & tanquã ex causa à quantitate, nisi sub aliquo ex his modis consideratæ; ergo si Mathematica ex propria abstractione nihil horum attingit, per veram causam demonstrare non potest.

Confirmatur 1. Confirmatur: quantitas per se, & quatenus ens quoddam naturale est, pertinet ad Physiologum; ergo consideratio realium passionum, quæ illam per se consequuntur, ad eundem spectabit, quare ea, quæ à Mathematicis considerantur, non possunt per se dependere à quantitate secundum suum esse reale, sed per accidens cum illa coniunguntur, & consequenter per se demonstrari non possunt. Vnde alia sumitur confirmatio. Passiones, quæ in Mathematica demonstrantur, omnes ferè consurgunt ex fortuito punctorum, linearum, & figurarum concursu; ergo non sunt demonstrabiles à priori. Cõsequentia est bona, & Aristotelica, vt cõstat ex dictis. Antecedens patebit singulas affectiones percurrenti; nã triangulum esse æquilaterum, super data recta linea triangulum construi, angulum esse rectum, vel nõ, & similia, vel casu, vel ad libitum contingunt.

Confirmatur 2.

Obiectio. Sed oppones, esto, verum sit, quasdam figuras per accidẽs esse, aut fingi in quantitate; hoc tamen supposito, poterit Mathematicus per essentiales earum definitiones ostendere passiones inde cõsequentes; nam visuale per accidens contingit Lineæ, & tamen eo supposito perspectiuus suas conclusiones à priori deducit.

Dissolutio. Respondetur, negando assumptum; nam consideratio figurarum secundum esse reale pertinet etiam ad Physicum; sunt enim figuræ, iuxta communem sententiam, qualitates; quare ad eundem Physicum spectabit, essentiales earum definitiones indagare, & reales proprietates ostendere; Mathematicus verò solùm considerat figuram, vt subest imaginationi, nec attendit, an sit qualitas, vel quantitas; vnde non potest eam per se, & ex proprio munere definire; ac proinde nec veras passiones à priori ostendere. De perspectiuo (siue à priori demonstret, siue non, de hoc enim in capite decimo differemus) est diuersa ratio, quia non abstrahit ab omni materia sensibili, & ex ea parte fortasse poterit veras definitiones construere. Vnde has duas conclusiones intelligendas esse volumus de scientijs purè Mathematicis, quales sunt Geometria, & Arithmetica; nam mixtæ, vt Astrologia, Musica, & Perspectiua, quæ ex parte naturales sunt, veras causas afferre possunt.

De quibus Mathematicis hæc doctrina procedat.

1. arg. solutio, & Aristot. Platonisq. expositio.

Ad argumenta initiò posita respõdendum est, primum ex autoritate desumptum nihil nobis aduersari: concedimus namque, Mathematicas demonstrationes, suppositis quibusdam principijs per se notis, esse maximè euidentes, idq. voluisse Autores ibi citatos; negamus verò, ob adductas rationes illa principia conclusionum causas continere: nec Plato voluit Mathematicis animum ad sciendum excitari, quia ipsæ veræ scientiæ existant: cum eodem loco eas appellet somnia quantitatum: sed quia perspicuæ, facilesq. sunt. Aristoteles verò satis mẽtem explicuit suam in locis pro nostra opinione citatis; neq; in ijs, quæ in argumẽto afferũtur, aliud significat, quam Mathematicos demonstrandi perspicuitate

tate excellere; locus verò ex primo Posteriorum, capite vndecimo, parum fauet Mathematicis; videtur enim Aristoteles ibi inter Mathematicum, & eum, qui demonstrat propter quid, discrimen constituere. Eadem est reliquorum Autorum mens, quando Mathematicas euidentiores, & certiores, quàm ceteras vocant: nimirum, comparatione nostri, quia vruntur medijs in cognoscendo manifestissimis, non autem in essendo; vnde reliquæ scientiæ secundum se certiores habent conclusiones; nam in principijs euidentiores sunt Mathematicę, etiam secundum se, quàm Physica, & Moralis. Ob eandem in docendo perspicuitatem sortitæ sunt hæ scientiæ nomen disciplinæ; quoniam in addiscendo plurimum faciunt principiorum euidentiam, & discursus perspicuitatem, illo, causam non includat.

Dilutio rationisquo ad primã partem. D. Thom.

Ad rationem neganda est minor, quæ asserit, cognitionem Mathematicam per causam comparari. Ad primam illius probationem respondemus cum D. Thoma, primo Physicorum, cap. 1. Aristotelem in 6. Metaphysicorum per elementa, principia, & causas non intelligere veras causas in essendo, sed communia, & manifesta cognoscendi principia, quibus cetera innituntur, siue causam contineant, siue non. Ad secundam probationem negandum est, Mathematicos demonstrare per causam formalem, & materialem, etiam minus proprias; ostendimus enim, in Mathematicis nullas tradi essentiales definitiones, nec Aristoteles oppositum docuit, sed asserit, Mathematicos recurrere ad definitionem, tanquam ad causam formalem, nomine autem definitionis, intelligit etiam descriptiones, & explicationes accidentarias.

Mathematicos demõstratiõẽ à priori posse cõstituere.

Secũda eiusdem probationis pars, de causa materiali, ita quosdam nostræ sententiæ Authores in concordiam cum Mathematicis adducit, vt fateantur, Mathematicam, etsi de facto in nulla conclusione ostendendi demonstratione à priori vtatur, vti tamen posse aliquibus ex materiali causa desumptis; & quo ad eas conclusiones veram, & Aristotelicam scientiam esse. Sed non aduertunt hi Autores, dum Mathematicis ex parte consentiunt, secum ipsis discordare. Vt enim in secunda conclusione diximus, quæ sub alicuius scientiæ abstractionem veniunt, omnia abilla considerantur: ergo, si Mathematica nullis hactenus conclusionum principijs à priori vsa est, signum est manifestum, quod nulla habeat.

Confutatur.

Igitur ad primum modum probandi, in Mathematicis esse causam materialem, concedimus, aliquod esse subiectum earum passionum, quas Mathematici tractant. Negamus verò, illud ab ijsdem Mathematicis in demonstrationem adduci posse, quia nullius entis realis naturam, & essentiam considerant, vt in se est, sed vt imaginationi subest, sub qua consideratione suarum passionum verum, & reale principium non est; proindeque in demonstratione propter quid assumi non potest.

Rationis dilutio quo ad posteriorem partem.

Ad secundum modum etiam fatemur in entibus, de quibus Mathematici disserunt, partes integrantes reperiri; sed negamus, eas, vt vera, & realia entia sunt, à Mathematicis cognosci: si enim totum ens, quod vertant, sub hac consideratione non attingunt, vt proximè dictum est, nec eius partes integrantes attingent. Quando igitur Mathematici segmentis, partibusque ab probandum vtuntur, non accipiunt hæc, vt principia totius sunt, illudque integrant: sed vt quandam habent commensurationem, & proportionem, quæ partibus quantitatis, vel qualitatis omninò accidunt: vt deinde hanc, vel illam commensurationem, vel proportionem in toto esse colligant. Nec Aristoteles aliud affirmat, quam Mathematicos in probando segmentis vti, quod verò demonstratiue probet, non docet.

Partes integrantes, vt entia realia Mathematici non considerant.

QVÆ

QVÆSTIO II.

Virum bene definita fuerit demonstratio à Philosopho.

ARTICVLVS I.

Expenditur prima definitio.

Definitio 1. demonstrationis expenditur.

DVplicem demonstrationis definitionem tradidit Aristoteles hoc capite: Primam in hunc modum: Demonstratio est syllogismus efficiens scire. Genus huius definitionis, scilicet syllogismus, satis explicatum est in Prioribus Analyticis. Differentiam autem explicuit idem Aristoteles, cum subdidit, eam ratiocinationem dico efficere scientiam, qua scimus, eam ipsam habendo, id est, qua intellectus iuuatur, vt scientiam acquirat. Ceterum dubium est, num hæ differentiæ in omni solaque demonstratione reperiantur? nam

1. arg. cõtra definitionem. Arist.

demonstratio. Quia, est vera demonstratio, & hoc loco definita: cum Aristoteles vsque ad cap. 10. de demonstratione in communi loquatur, quam ibi primò diuidit in Quia, & propter quid; at demonstratio, Quia, non causat scientiam initio capitis definitam. Ex alia verò parte, etiam Enthymema si fiat in materia necessaria, & in antecedente contineat causam, in consequente effectum, cuiusmodi est hoc; omnis homo est animal rationale, ergo est discursiuus; nulla fuppetit ratio, cur

2. Argum.

3. Argum.

veram scientiam non causet. Rursus speculatiuę scientiæ finis dicitur esse veritatis contemplatio, id est, actualis scientia; non est igitur peculiare demonstrationi habere pro fine scientiam. Deinde, non est verum, demonstrationem causare scientiam; nulla enim causa fit à suo effectu; at scientiam esse finalem causam demonstrationis, inde probatur, quod omne instrumentum artis alicuius finis gratia comparatur; demonstratio verò est quoddam instrumentum præparatum ab arte Dialectica, & intellectu, non gratia alterius, quam scientiæ, vt patet.

Quid sit scire quia, & propter quid.

Vt hæc explicentur, notandum est primò, quemadmodum scire, Quia, est imperfectum, & secundum quid, ita demonstrationem, Quia, quæ est illius instrumentum, abiectum esse, & vix eo nomine dignam ad quam intelligendam non sit opus propriam instituere definitionem, cùm intelligi possit per analogiam ad demõstrationem propter quid, vt significauit Aristot. 1. Arist. Topic. capit. 1. explicans aliam definitionem demonstrationis, de qua est eadem quæstio. Dicimus igitur cum Themist. & communi Interpretum sententia, hanc definitionem

Solutio 1. partis 1. argum. Themist.

quadrare solum in demonstrationem propter quid, vnde soluta manet prima pars primi dubij. Porrò hæc demonstratio propter quid triplex est; mentalis, vocalis, & scripta: mentalis rursum duplex, apprehensiua, & iudicatiua: apprehensiua est inchoata tantum; iudicatiua perfecta, & absoluta demonstratio; & hanc primò, & per se complexus est Aristotel. sua definitione, Arist. vt ex eo patet, quia demonstratio est perfectus discursus mentis, discursus autem non fit nisi in notitijs iudicatiuis. Dixi, primò, & per se, quia scripta, & vocalis, esto, per se ineptæ sint ad efficiendam scientiam spiritualem in anima insidentem, comprehenduntur tamen vt mentalis signa, quæ à Logico minimè negliguntur; apprehensiua verò, vt inchoatio & materia iudicatiuæ, itemque, vt remota causa, eo modo, quem statim proponemus.

Demõstratio propter quid variè diuiditur.

Quod attinet ad secundam partem eiusdem dubij, dicendum est, solam demonstrationem gignere scientiam hic definitam: quoniam hæc scientia non habetur, nisi per discursum, quo vi formę ex antecedente continente causam colligitur effectus; sed præter syllogismum, nulla alia est argumentatio, quæ vi formæ inferat cõclusionem, vt in Prioribus ostensum est, igitur à nulla alia causari scientia potest. Quod obijcitur de Enthymemate, dilues hac

Solutio 1. argu. quo ad secũdã partem.

Digitized by Google

distinctione; vel enim Enthymema sumitur per se tantum, nihil, scilicet, in eo subintelligendo, vel supplendo alteram præmissam; si hoc secundo modo; vel præmissa suppletur formaliter, vel virtute tantum; si formaliter, iam Enthymema euadet syllogismus, nihilque mirum, si causa scientiam, sin autem virtute suppleatur, non potest reddi vnica responsio, quoniam tribus modis contingere illud potest; primò apprehendendo præmissam, antequam iudicetur: secundò formando actum memoratiuum illius antea iudicatæ; tertiò nihil circa illam operando, sed ita se habendo, vt, si efferatur, & intellectus attendat, statim illam iudicet. Primus modus, & tertius pendent ex duabus difficultatibus postea discutiendis, altera, an ex præmissis apprehensis, nec iudicatis inferri possit cõclusio, altera, an per habitum scientiæ, sine recordatione medij actualis produci possit sciendi actus. Secundo modo, si suppleatur præmissa, sufficiet ad actum sciendi; si enim illud satis est in vtraque præmissa, à fortiori, in vna tantum; sed hac quoque ratione Enthymema redditur syllogismus demonstratiuus.

Præmissa quę subticet in enthymemate quibus modis supplcatur.

Actus memoratiuus præmissæ satis est ad assensum scientificũ.

An purum Enthymema scientiã gignat. Maior.

Dubitatio tota est de puro Enthymemate, de quo Maior in 1. dist. 2. q. vnica existimat, parere posse assensum certum, & euidentem: & consequenter veram scientiam; non enim intelligo subtilitatem quorundam scientium, gigni posse assensum certum, & euidentem, non tamen scientificum; talis namque assensus vel est discursiuus, vel non: si nõ est discursiuus, perperam dicitur colligi per Enthymema; habetur enim ex terminis; si verò est discursiuus, certus, & euidens, habituique per causam contentam in antecedente, nihil ei deest ad perfectam scientiam. At inquiunt; non colligitur vi formæ; vnde ergo habet certitudinem? sin minus, dicant, formam argumentationis non esse necessariam ad firmandum intellectum; fallitur ergo Maior, tum ob discursum factum, tum quia, quod supra diximus, nullum medium sufficienter applicari ad inferendam conclusionem in vna tantum præmissa. Vnde rectè dixit Boetius, Enthymema non omnibus propositionibus constitutis festinatam inferre conclusionem. Alij ex opposito crediderunt, per solum Enthymema non posse intellectum præbere aliquem assensum defectu formæ. Verum non rectè, si enim possumus assentiri simplici rei narrationi, cur non poterimus adhibita aliqua suasione ex Enthymemate. Concludamus igitur, per Enthymema posse gigni aliquem assensum probabilem, scientiam non posse.

Boetius. 2. Sentẽt.

3. Sentẽt. vera.

Quod de Enthymemate dictum est, eodem prorsus modo accommodari potest inductioni; quãdiu enim perseuerat pura inductio, formalis argumentatio non est, redacta verò in formam syllogismi, & formalis, erit, & demonstratiua, si in materia idonea construatur. Aliter dicendum de formalibus cõuersionibus; in his enim posito antecedẽte certo, & euidente, consequens quoq; erit certa, euidẽsque cognitio, atque adeò scientia alterius tamen rationis, & minus perfecta, quam Aristotelica. Cum enim in conuersione non inferatur vnum ex alio, sed idem ex se ipso, mutatis terminis, non potest esse notitia habita per causam; nã inter effectum, & causam necesse est distinctionem intercedere, non solum inter notitias, sed etiam ex parte terminorum, saltem in esse obiectiuo.

Eadem doctrina Enthymematis Inductioni accommodatur.

Obiectum de scientia speculatiua dilues distinguendo in scientia duplicem habitudinem, alteram finis, alterã effectus; vtramq; exercet comparatione habitus speculatiui, & demonstrationis; nam habitus, & demonstratio nõ sunt, nisi propter actũ sciendi, qui simul ab vtroque effectiuè causatur: & quidẽ rationem finis per se exercet comparatione vtriusque, rationẽ verò effectus per se tantum habet respectu demõstrationis, non habitus: quoniam etsi ab habitu effectiuè causetur, id non est per se necessarium, cum actus simpliciter antecedat habitum; à demonstra-

Solutio 2. argum.

Nullũ medium sufficiẽter applicatur in vna præmissa.

tione

Scientiæ definitio est accidẽtaria, & à posteriori.

tione tamen per se causatur, quia eã semper præsupponit. Sensus igitur definitionis esto. Demonstratio est syllogismus efficiens per se scientiã. Vnde habes, definitionem esse accidentariam, siquidem definitur causa per suum effectum, à quo neque essentialiter, neque necessariò dependet; & idcirco cum per illum definitur, à posteriori declaratur.

Alia rõne esse potest essẽcialis, & à priori. Arist.

Non inficiamur, scientiam in proposita definitione habere etiam posse locum finis, & ipsam definitionẽ esse à priori, qui definiendi modus in rebus arte factis optimus est; cum iuxta exigentiam finis instrumenti forma comparetur: & Aristoteli consentaneus, qui, cum alibi sæpe, tum hoc capite ex natura scientiæ, qualem oporteat esse demonstrationem, Solutio argum. coniectatur. Est tamen inter hos sensus illud discrimen obseruandum, quod in primo scientia ita est demonstrationis effectus, vt non solum à demonstratione, vt arte factum est, sed etiam ab assensibus præmissarum secundum realem eorum naturam efficiatur: at in secundo non dicitur scientia finis, eò quod assensus antecedentes secundum suam naturam ad illam ordinentur, sed quatenus formam demonstrationis accipiunt, quod consideranti erit manifestum.

ARTICVLVS II.

In quo genere causa demonstratio scientiam generet.

EST sermo de solamentali, demõstratione, tàm apprehensiua, quã iudicatiua, in quam triplex tantum genus causæ cadere potest; formalis, materialis, & effectiuæ; si verum est, quod proximè diximus, scientiã esse finalem causam demonstrationis; idem enim respectu eiusdem nõ potest esse simul causa, & effectus in eodem genere. Igitur prima conclusio esto: Demonstratio iudicatiua sumpta quo ad præmissas est efficiẽs per se, & proxima causa scientiæ. Hæc affertur ab omnibus, qui tribuunt effectiuam causalitatem notitiæ antecedenti in discursu; nam in demonstratione non apparet alia notitia antecedens, à qua per se causetur conclusio; nisi iudicia præmissarum; ab his igitur per se causatur. Dixi in conclusione, demonstrationem solum quo ad præmissas esse causam scientiæ, quia conclusio est ipsa scientia, nihil verò potest esse causa sui; cur dixerim, esse causam per se, & proximam, patebit ex tertia conclusione.

1. Assertio.

Probatur.

Secunda conclusio. Demonstratio eodẽ modo sumpta est causa formalis externa cõclusionis. Est communis Interpretum ad cap. 11. huius libri. Probatur; præmissæ demonstrationis sunt obiectum formale assensus conclusionis; sed obiectum formale est causa formalis externa actus in ipsum tendentis; ergo ita se habebunt præmissæ respectu conclusionis; Maior supra indicata est, cum diximus, scibilitatem conclusionis resultare ex præmissis, vt inferiùs magis patebit. Minor probatur ex eo, quod ratio, per quam actus fertur in obiectum, est formale obiectum illius; sed assensus conclusionis non tendit in illam, nisi per præmissas; ergo sunt formale obiectum. Minor ita demonstratur: Actus cognoscendi distinguuntur essentialiter inter se per obiecta formalia, sed distinctio essentialis, cum sumitur ab aliquo extrinseco, illud extrinsecum ita se habet, vt causa formalis externa; igitur obiectum formale est huiusmodi causa. Minor & consequentia huius syllogismi sunt notæ. Maior declaratur exemplo huius conclusionis. Prima causa est vna, quę, vt cognoscitur per demonstrationem Metaphysicam, adeò est diuersa à se, cognita demonstratione Physica, vt pertineat ad diuersas scientias, Physicam, & Metaphysicam, ratione diuersorum assensuum. E contrario verò omnes actus fidei infusę, etiam circa obiecta materialia prorsus diuersa, sunt eiusdem speciei, quia ratio assentiendi est vna Dei autoritas. Huc vsque communiter Autores.

Probatur assertio.

Exemplo assertio stabilitur.

Digitized by Google

Præmissæ formales effectiuè causãt assensum cõclusionis.

Dubitabis tamen, nec immeritò, de quibus præmissis hæ conclusiones intelligendæ sint, de formalibusne, an de obiectiuis? hoc est, de ipsisne assensibus existentibus in mente, an de illorum obiectis; & quidem prima perspicuè accipitur pro assensibus, nàm, quia his solum realiter sunt coniuncti intellectui, in quo scientia producitur; tum quia obiecta, cum sint vniuersalia, saltem vt plurimũ, quæ, vt docet Gregorius in secundo, distinctione vigesima quinta, quæstione vnica, in probatione veritæ conclusionis, non habent per se entitatem à parte rei vllomodo distinctam à singularibus, nequeunt habere propriam actiuitatem. De secunda conclusione est grauis contentio; quidam eam intelligunt etiam de assensibus, quorum ratio esse potest, quia, vt se habet obiectum præmissarum ad obiectum conclusionis, ita se habent præmissæ ad conclusionem; ergo, si præmissæ obiectiuè sumptæ sunt causa formalis cõclusionis obiectiuè etiam spectatæ, idem dicendum erit, si tum præmissæ, quàm conclusio formaliter accipiantur. Antecedens patet; nam obiecta suas rationes in notitias transfundunt.

Greg. Ari.

1. Sententia, præmissas formales esse causas formales conclusionis.

Vera sent. negatiua. Probatur 1.

Dicendum tamen est, non ipsas præmissas formaliter, sed illarum obiecta esse causam formalem externam conclusionis; primò, quoniam causa formalis est causa, à qua pendet veritas obiectiua conclusionis; nam Aristoteles cum dixit, scientiam esse cognitionẽ effectum per causam, non significauit causam cognitionis, sed ipsius effectus cogniti, vt exponunt omnes Interpretes; sed hæc veritas obiectiua solum pendet ex obiectis præmissarum; quamuis enim ea obiecta à nullo actu iudicentur, semper veritas conclusionis est ab illis dependens. Secundò, ex præmissis sunt causa formalis, super quas reflectitur notitia cõclusionis; ideò enim super illas reflectitur, quia sunt ratio assentiendi; sed notitia conclusionis non reflectitur super cognitionem præmissarum, sed super ipsa obiecta; qui enim concludit, homi-

Probatur 2.

nem esse discursiuum, quia est animal rationale, non attendit ad hanc propositionem; homo est animal rationale: sed ad rem ipsam, vt manifestum est; ergo causa formalis est obiectum præmissarum: quod non tantum est causa veritatis obiectiuæ conclusionis, sed etiam veritatis formalis, imò huius principaliter, quia respectu huius tantum se habet, vt obiectum. Nec alterius partis ratio momentum habet, quia non possunt cognitiones quo ad omnia obiectis adæquari.

Oppositæ sententiæ ratio soluitur.

Tertio conclusio. Demonstratio apprehensiua, quo ad præmissas est causa effectiua remota assensus conclusionis; quo ad conclusionem effectiua proxima, sed minus principalis. Non exprimitur hæc conclusio ab Autoribus, ex eorum tamen doctrina probatur quo ad primam partem. Apprehensiones præmissarum producunt effectiuè earundem assensus, sed hi per primam cõclusionem proximè efficiunt conclusionem, ergo illæ efficient remotè, quatenus id, quod dat esse causæ, dicitur illud dare remotè effectibus talis causæ. Maior probatur; apprehensio complexa iudeterminat intellectum ad iudicium, vt species simplex ad conceptum, sed hæc determinat efficiendo conceptum, vt cum communi sententia docet D. Thomas 1. part. quæst. 56. artic. 1. Caietan. ibi quæst. 14. artic. 1. Ferrar. 2. contra Gent. capit. 44. Henric. Quodlib. 11. quæst 3 Scot. in 1. dist. 3. quæst. 7. ergo etiam apprehensio efficiet iudicium. Totus discursus patet, nec facile erit assignare diuersam rationem in vno, atque in alio.

3. Assertio.

Probatur quo ad primã partẽ.

D. Thom. Caiet. Ferrar. Henric. Scotus.

Secunda pars ex hac probatione confirmata relinquitur: si enim apprehensiones præmissarum sunt causæ proximè effectiuæ illarum assensus, cur apprehensio conclusionis id nõ habebit respectu sui assensus? Addidi tamen, illas esse minùs principales, quia principales actores sunt ipsi præmissarũ assensus. Non aduertatur primæ partis huius conclusionis

Probatur assertio quo ad secundam partem. Apprehensio conclusionis quã causalitatẽ habeat.

Ari-

Aristot. Aristoteles 2. Physic. c. 3. cum docet, sumptiones, seu, vt vocat, hypotheses esse causam materialem scientiæ idcirco dixit ratione terminorũ, ex quibus cõstant præmissæ apprehensæ, vt docet, nam ex ijsdem tanquam ex materia componitur apprehensio scientifica conclusionis. Deinde non est incommodũ, eas præmissas, & esse materiam, prout supra illas cadit assensus, & efficiens, vt assensum producunt, vtramque enim hanc rationem tribuimus obiecto sensituq; cognitionis.

An præmissæ apprehensæ causare scientiã possint.

Maior dubitatio est circa eandem partem, an possint apprehensiones præmissarũ sine vllo iudicij esse proxima causa conclusionis, quæ sit verus actus scientificus, & discursiuus. Affirmant aliqui Recentiores. Primò, quia præmissæ apprehensæ apparent intellectui vere, & necessariæ, ergo sũt motiuum sufficiens assentiendi conclusioni; cõsequentia est bona; quia vbi primum apparent veræ præmissæ, relucet in conclusione scibilitas apta terminare assensum scientifici. Antecedens probatur, prius est præmissas apparere veras, quam iudicari ab intellectu, idcirco enim iudicantur, quia veræ videntur, ergo in sola apprehensione offeruntur iam vt veræ.

1. Semẽtia affirmans probatur: 1.

2. Secundò non minus relucet veritas præmissarum in earum apprehensione, quã in simplici recordatione assensuum; est n. apprehensio expressior, & distinctior cognitio; sed recordatio sufficit, vt supra concessimus, ergo & apprehensio. Tertiò ex sola finis apprehensione moueri potest voluntas ad appetenda media fini congruentia, nulla quippe in eo apparet repugnantia, ergo intellectus eliciet iudicium cõclusionis ex præmissarum apprehensione.

2.

3

Opposita sẽt. est omninò vera.

Opposita sententia est omninò vera, & consentanea ijs, quæ diximus in doctrina discursus, vbi ostensum est, notitiam antecedentẽ in discursu debere esse iudicatiuam. Præterea, vel apprehensio est solius enunciabilis, ea. s. quæ ad iudicium præsupponitur, vel est apprehensio, quod enunciabile sit verum. Prima non

Probat efficaciter.

a.

sufficit, quoniam intellectus nõ redditur certus de veritate cõclusionis, nisi iam certus sit de veritate præmissarum; sed de earum veritate non est certus per puram apprehensionem, quoniam hæc de se est indifferens ad verum, vel falsum iudicium, nec intellectus per illam dicitur cognoscere veritatem obiecti, vt clarum est; deinde, vt intellectus sciat cõclusionem, debet magis scire præmissas, vt docuit Aristoteles in hoc capite, sed per solam apprehẽsionem minus cognoscit præmissas, quam conclusionem per iudicium; ergo, &c. Secunda apprehensio minus est ad rem, nec de illa disputant Autores, nam eius obiectum non est illud enunciabile, ex quo infertur conclusio, sed aliud. Verbi gratia hęc conclusio, homo est discursiuus, infertur ex hac, animal rationale est discursiuum. Obiectum verò illius apprehensionis est; animal rationale est discursiuum est verum. At neque hanc sufficere ita probatur. Nother intellectus idcirco format iudicia, quia per simplicem repræsentationem ob suam imperfectionem de obiecti veritate non certificatur, in quo maximè deficit ab intellectu angelico: sed hac secundi obiecti cognitio adhuc est apprehensiua, vt supponimus, ergo, quemadmodum per priorem intellectus nõ reddebatur certus, quod res esset, ita certus non fiet per posteriorem, quod verum sit, eam esse.

Ad primam probationem alterius partis negandum est, in pura apprehensione, de qua obiecto procedit, apparere præmissas veras. Ad probationem similiter negandum est, prius esse præmissas apparere veras, id est, cognosci vt veras ab intellectu, quam iudicari nam per ipsum actum iudicandi primò cognoscuntur, nec intellectus eas iudicat, quia percipit, esse veras, sed quia proponunt obiectum verum, quemadmodum oculus non cognoscit album, quia per speciem prius cognoscit esse suum obiectum, sed quia species obiectum proponit. Si verò eadem ratio procedat de secunda appre-

Confirmatio. Arist.

Amplius confirmatur.

Prima aduersæ partis probatio soluitur.

henſione, vbi formaliter cognoſcuntur præmiſſæ veræ, tunc negandum eſt ſufficere eam veritatem, vt patet ex poſtrema ratione noſtræ ſententiæ. Ad ſecundum, negandum eſt antecedens; nam memoria repreſentat iudicia præmiſſarum, per quæ intellectus determinatus fuit à veritate complexa ad iudicandam concluſionem, apprehenſio autem nihil tale refert. Ad tertium negandum eſt cum Caietano 1.2.q.8.artic.3. voluntatem excitari ad electionem mediorum, niſi ex amore finis, ex quo ſolo reſultat appetibilitas in medijs.

2. Probatio.

3. Probatio.

Caiet.

ARTICVLVS III.

Expenditur ſecunda Demonſtrationis definitio.

2. Demonſtrationis definitio. Ariſt.

QVoniam inſtrumenta tunc accommodata ſunt, cum ad finem, propter quem inſtituuntur, inſeruiunt, ſolet eorum materia authore Philoſopho 2. Phyſic. c. 9. ex fine colligi; hinc ſerram, quia ad ſcindendum comparatur, ex ferro conficimus. Hanc methodum ſequutus Ariſtoteles hoc loco ex priori definitione demonſtrationis continente finalem cauſam; hanc colligit ex materia: Demonſtratio eſt ſyllogiſmus conſtans ex veris, primis, & immediatis, prioribus, notioribus, cauſiſque concluſionis: in ea tamen duo vitia committi videntur. Primùm, inutilis aliquarum partium idem continentium geminatio. Secundum, aliarum falſa additio. Probatur primum; nam prima, & immediata idem prorſus ſunt: ſimiliter priora, & notiora, imò prima, & priora non videntur diſtingui; omnis enim propoſitio, quæ eſt prima, eſt cauſa alicuius concluſionis, atq; adeo prior illa; deinde nihil eſt prius, & notius reſpectu alterius, quin illius cauſa ſit; ſuperflua igitur eſt illa pars [cauſiſque cõcluſionis.]

Aduerſus definitionẽ obie. 1.

2. Secundum ita probatur: demonſtratio, in qua ſecunda paſſio per primam demonſtratur, eſt propter quid, & tamen præmiſſe probãtur à priori per definitionem ſubiecti; ergo non eſt neceſſarium demonſtrationem conſtare ex immediatis. Tertium: nec ex notioribus natura; etenim, vt demonſtratio nobis ſcientiã pariat, debet procedere ex notioribus nobis, alioqui non poterunt nobis viam munire ad ignota, quæ nobis notiora nõ ſunt, ſed nõ ſunt eadẽ nobis, & natura notiora, vt hoc cap. & 1. Phyſic. c. 1. docuit Ariſtot. ergo ſi demonſtratio ex notioribus nobis procedit non poteſt ſimul eſſe ex notioribus natura, quod Philoſophus vult, vt in fine capitis ſe explicat. Quartum; non eſt neceſſarium, præmiſſas continere cauſam, quoniam demonſtratio eſt de connexionibus ſempiternis; ſed hæ antecedunt omnem cauſam; nequeunt igitur per cauſam oſtendi.

3.

Ariſt.

4.

Cõſtat nihilominus definitio omnium Interpretum iudicio, licet non ab omnib. eodem modo explicetur. Nobis videtur, ferè omnes illius partes ſignificare formalitates diuerſas; tres tamen eſſe omninò neceſſarias, ſub quibus reliquæ intelligi poſſent, quæ maioris claritatis gratia expreſſæ ſunt. Primum oſtenditur percurrendo ſingulas partes. Demonſtratio eſt ſyllogiſmus conſtans ex veris, id eſt, immutabiliter veris; primis, & immediatis, id eſt, vacantibus medio à priori formaliter, aut virtualiter, vt poſtea dicemus; ſumimus verò has duas loco vnius, quia non probamus eorum interpretationem, qui fingunt [prima] ſignificare negationem prioris propoſitionis; [immediata] negationẽ medij, quaſi propoſitio nõ dicatur habere priorem, niſi quando illa prior eſt medium; voluit ergo Philoſophus apponere verbũ [immediatis] vt oſtẽderet illud [primis] tumi negatiuè, & diſtingui à prioribus, quod ſignificat relationẽ antecedentiæ in eſſendo, & cognoſcendo reſpectu cõcluſionis. Notioribus, id eſt, magis notis concluſione; cauſis, id eſt, habẽtibus vim, ſeu relationem cauſæ reſpectu eiuſdem concluſionis. Sed quoniam multæ ex his formalitatibus ſunt neceſſariò connexæ inter ſe ideò diximus, poſſe vni-

Definitio approbatur.

Ita D. Th. Opuſc. 48. tract. de ſyl log. demõſtr. cap. 3.

Definitio per omnes ſui partes explicatur

se tribus tãtum particularis cõmodè explicari; eæ sunt, veris, immediatis, causisque conclusionis: nam propositio, quæ est vera, & immediata, est prima, & quæ continet causam conclusionis, est prior, & notior, quam illa quod eò magis placet, quia Aristoteles easdem particulas eodẽ ordine explicauit, & quamuis explicatè declarauerit illas duas [prioribus, & notioribus], eas tamen dixit sequi per se ex tertia, hoc est, causis: nam propositio, quæ continet causam conclusionis, necessariò est illa prior, & notior; non fecit tamen inutiliter Aristoteles, dum earum speciatim meminit, quia solemnis, & controuersa est hæc conditio præmissarum, quod sint notiores conclusione.

Primũ obiectum soluitur.

Quibus explicatis, nullum est in definitione vitium, non primum; quia, etsi aliquæ particulæ necessariò sunt connexæ, ponuntur tamen gratia explicationis. Ad singula igitur dicimus: Prima, & immediata nõ esse duas partes, sed vnam. Prima verò, & priora, licet semper coniungerentur, differunt formaliter, vt dictum est; **Scotus.** negamus tamen cum Scoto hoc loco, q. 11. omnem propositionẽ primam esse simul priorem respectu alicuius conclusionis, nam si demonstrare velis, animam esse immortalem, & assumas hoc principium, omne totum est maius sua parte, erit quidem illud primum, cum medio careat; nõ autem prius, quia nõ habet ordinem **Præoccupatio.** ad dictam conclusionem. Nec opponas, propositionem debere comparari respectu eiusdem conclusionis, & vt primam, & vt priorem; at illud principium respectu dictæ conclusionis, vt non est prius, ita neque esse primum; falsò quippè assumes, principium dici primum respectu cõclusionis; nam prius, quia dicit relationem, sumitur comparatione alicuius conclusionis; primum autem dicit negationem, quare ad nullam propositionem comparari debet. Ad id, quod opponitur, semper priora, & & notiora esse causas, totum cõcedimus; satis enim erat in rigore partitionis tãtum particularis cõmodè explicari; eæ sunt, veris, immediatis, causisque conclusionis: nam propositio, quæ est vera, & immediata, est prima, & quæ continet causam conclusionis, est prior, & notior, quam illa quod eò magis placet, quia Aristoteles easdem particulas eodẽ ordine explicauit, & quamuis explicatè declarauerit illas duas [prioribus, & notioribus], eas tamen dixit sequi per se ex tertia, hoc est, causis: nam propositio, quæ continet causam conclusionis, necessariò est illa prior, & notior; non fecit tamen inutiliter Aristoteles, dum earum speciatim meminit, quia solemnis, & controuersa est hæc conditio præmissarum, quod sint notiores conclusione.

Secundo vitio minus laborat definitio, & quod attinet ad primã partem, constat ex textu, præmissas esse debere indemonstrabiles, aut formaliter, cuiusmodi sunt prima principia, aut virtute, vt propositiones per principia demonstratæ, cuiusmodi est, quæ adducitur in instantiam; sumenda enim est iam demõstrata per illud principium, vt causet scientiam propter quid. Docuit hoc Aristot. 1. Top. c. 1. definiens demonstrationẽ; sic enim ait; Demonstratio est syllogismus constans ex primis, velis, vẽl ex ijs, quæ per prima, & vera suæ cognitionis initium accipiunt. Ad secundam respondemus, demõstrationem procedere ex notioribus natura, quatenus illa dicuntur notiora natura, à quibus alia pendent, quo ad exactam sui cognitionẽ, vt pendet conclusio à præmissis. Item ex notioribus nobis, non ordine inuentionis, sed accuratæ doctrinæ, secundum quam ea sunt nobis notiora, sine quibus alterius exacta cognitio haberi non potest. Secundum obiectum soluitur. Aristot.

Nec Aristoteles inficiatur, eadem esse natura, & nobis notiora ordine doctrinæ, quæ à causis progreditur ad effecta, sed ordine inuentionis, in quo notiora nobis sunt effecta, quã causæ, conclusiones, quam præmissæ. Illud etiam adnotandum; Aristotelẽ non idcircò dixisse, præmissas esse notiores conclusione, vt vniuersalia notiora sunt singularibus, quia crediderit, præmissas constare terminis vniuersalioribus, quam conclusionem, sunt enim in vtrisque; ijdem termini; sed hoc attulit loco exẽpli, quasi dicat; quemadmodum cognitio minus vniuersaliũ pendet à notitia magis vniuersalium, ita assensus conclusionis pendet ab assensu præmissarum. Verùm non satis expensa est hæc pars definitionis: quare, antequam ad tertiam probationẽ quæstione sequente soluendam accedamus, vberius explicanda est. Philosophi locus explanatur.

ARTI-

Digitized by Google

ARTICVLVS III.

Non videri præmissas esse notiores conclusione.

Aristot. Impugnat pronũciatũ Philosophi multipliciter.

ARistoteles probauit, præmissas esse notiores illo axiomate; propter quod vnumquodque tale, & illud magis; sed hoc mille patitur instantias; nam homo dicitur candidus propter candorem; intellectiuus propter animam; risibilis propter animal rationale, nec tamen candor est magis candidus, anima magis intellectiua, vel animal rationale magis risibile. Si occurras, ad veritatem pronunciati requiri, vt illud, in quo fit comparatio, vtrique competat extremo, quod deficit in primo exemplo; candor enim non est candidus; item vt suscipiat magis, & minus, quod deest secundo; nam intellectiuum non est capax intensionis,

Respõsio pro Philosopho oppugnatur.

& remissionis. Denique, vt non sit eademmet forma in vtroque, in quo omnium peccat, siquidem idem risibile est in animali rationali, & in homine. Si, inquam, ita occurras, non satisfacies primo, & secundo exemplo; non primo, quia notitia conclusionis non conuenit principijs, cum horum notitia non sit discursiua, vt notitia conclusionis: non secundo, quoniam certitudo non suscipit magis, & minus. Denique demus, recte assignari eas moderationes, nonne ferrum calidum, vt dicitur calidum propter ignem, quia ignis magis sit calidus? & Alexander est breuis staturæ, quia eius pater Philippus est breuis staturæ, quin opus sit breuioris staturæ esse Philippum, quam Alexandrum? minimè igitur constat Philosophi ratio.

Impugnatur 2. arg.

Secũdo; si principia essent notiora conclusione, ex eo proueniret, quia sunt eius causa æquiuoca; sed hoc neque est vniuersale, nec, si esset, sufficeret. Primum patet in principijs virtute solum indemonstrabilibus; sunt enim eorum notitiæ discursiuæ non minus, quam notitia conclusionis, & consequenter eiusdem rationis, quod repugnat rationi causæ æquiuocæ. Secundum probatur. Calor est causa æquiuoca ignis, habitus sui actus, phantasma, species intelligibilis, semen plantæ, vel animalis, quæ omnes causæ multò inferiores sunt suis effectus. Dices, eas inesse tantùm in causis æquiuocis instrumentalibus; præmissas autem esse causas principales, etsi partiales, quæ semper sunt nobiliores effectibus. Verùm, fallam esse hanc solutionem probare possumus; imò ex D. Thoma 1. p. q. 56. art. 1. Caiet. ibid. q. 14. art. 1. Ferrar. 1. contra Gent. cap. 44. quatenus docent, species impressas esse instrumenta potentiarum in productione cognitionis, vt calor est ignis; videtur autem esse potior ratio de assensibus; nam species dicuntur instrumenta, quia pendent à potentia, quo ad suum esse, & quo ad productionem cognitionis, sed assensus præmissarum non solum his modis dependent, verum etiam sunt operationes requirentes actualem influxum intellectus, sunt igitur illius instrumenta. Secundò, instrumenti proprium est, causam principalem ad plures actus indifferentem ad vnum certum determinare, sic calor determinat ignem ad producendum calorem, siccitas ad siccitatem; sed assensus præmissarum determinant ad certam conclusionem intellectũ pluribus inferendis idoneum; sunt igitur instrumenta. Tertiò, communis Autorum vox, quam nos etiam vsurpauimus, est, modos differendi, & specialiter demonstrationem, esse instrumenta intellectus arte Dialectica fabricata.

Quædam arg. solutio improbatur.

D. Thom. Caiet. Ferrar.

Augetur 2. vis propositi arg.

Augetur 3. auctoritate.

Tertiò, præmissæ sunt causæ naturales necessariò influentes in conclusionem; ergo possunt illi imperiri totam suam nobilitatem, & certitudinem: potest igitur conclusio esse æque nota, atque præmissæ, imò & notior, si hæc ratio quicquam valet; nam quò effectus habet plures causas æquè perfectas, eò est perfectior; sed ad conclusionem concurrunt plures causæ æquè perfectæ, quam ad præmissas, ergo est notior. Minor.

3. Arg.

& con-

Digitized by Google

& consequentia patent. Minor probatur: ad præmissas concurrit solum intellectus lumen, in conclusionem verò præter hoc influunt etiam assensus antecedentes; & confirmatur; nam perfectior notitia oritur ex applicatione potentiæ: at potentia magis se applicare potest ad notitiam conclusionis, quam ad præcedentes, vel liberè, iuxta aliquorum sententiam, vel iuxta veram, eò quod non sit impedita, distractavè alijs operationibus.

4. Argum. Quartò, si conclusio semper sit minus nota, siue certa, quam præmissæ, si multæ conclusiones seriatim deducantur ex ijsdem principijs, deuenietur tandem ad aliquam, in qua nulla sit certitudo; consequens autē est omninò falsum, cum certitudo sit de ratione scientiæ. Illatio probatur in hunc modum; certitudo præmissarum est finita; ergo si quò plures conclusiones inferuntur, eò certitudo est minor, tot possunt inferri, vt nulla sit, nam finitum per detractionem tandem exhauritur, & patet hoc exemplo; detur corpus album vt 8. infra, quod producantur alia semper minus alba, dandum erit necessariò aliquod, in quo nulla insit albedo.

ARTICVLVS V.

Esse re vera præmissas conclusione notiores.

Quot modis præmissæ notiores sint conclusione.

HAec comparatio præmissarum ad conclusionem intelligi potest, vel secundum essentialem rationem notitiæ præcisè sumptæ, vel secundum illas quattuor conditiones, quas in superiori quæstione in scientia esse diximus. Primo modo erit sensus, magis participare de notitia præmissas, quam conclusionem. Secundo, præmissas cognosci notitia intensiori, veriore, certiore, atque euidentiore; & vterque sensus in idē recidit, si à secundo tollas primam conditionem, quæ omninò est accidentaria scientiæ, & non potest esse maior in imperfectiore notitia; potest enim aliquis maiorem adhibere conatum ad producendam opinionem, quam scientiam; quo in euentu opinio natura sua deterior, erit intēsior. Hac igitur omissa idem est comparare notitias, secundū ceteras conditiones, atque secundum proprias essentias; nam prædictæ conditiones earum essentias ingrediuntur, dummodò veritatem non accipias formaliter pro relatione secundum esse conformitatis cū obiecto (hæc enim est affectio scientiæ) sed pro adequatione fundamentali, & transcendentali ad idem obiectum. Ad tollendam tamen hanc æquiuocationem Autores solam hāc collationem exponere solent in certitudine, & euidentia. Quare idem est, præmissas esse notiores conclusione, atque esse certiores, & euidentiores. Hæc de sensu quæstionis.

Intēsio duplex, vna in gradu, altera in specie.

Ad illius solutionem videndum est, vtrum notitia penes has conditiones suscipiat magis, & minus. Dupliciter autem dici potest forma magis, & minus suscipere. Primò propriè secundum plures gradus eiusdē formę, sic dicitur magis album, quod plures habet gradus albedinis, quàm aliud. Secundò impropriè penes perfectionem specificam, quo modo dicimus, Angelū esse magis spiritualem, quam animam nostram; & voluntatem magis liberam, quam intellectum: hac acceptione vtitur Arist. 4. Metaph. cap. 4. & in Prædicamentis, cap. 7. vt declarat Fonseca, & Toletus; ille primo, hic secundo loco. Ad intensionem primo modo requiruntur in forma plures partes graduales, & in ea nunquam fit comparatio, nisi inter eandem speciem formæ, id est inter duo alba, aut frigida: Ad intensionem secundo modo sufficit maior perfectio naturæ, vnde in ea nunquam comparantur, nisi diuersæ species, quia, vt est probabilior sententia, omnia individua eiusdem speciei in essentiali perfectione sūt æqualia. Quando Aristoteles dixit, præmissas esse magis notas, conclusionem minus, non accepit hæc primo, sed secundo modo; & quia certitudo,

Arist.

Arist. Doct. Fōs. Toletus.

Arist.

gitized by Google

titudo, atque euidentia non habent per se gradus: & quia differunt specie in principijs, & in conclusione; secundo autem modo suscipere magis, & minus, sic declarari potest.

Euidentia, quæ, vt diximus, certitudinem antecedit, est veritatis manifestatio, quæ fit in intellectu ad esi fere modum, quo in visu obiectum manifestatur à lumine. Quemadmodum enim secundum proportionem luminis, & obiecti melius illustratur vnum, quam aliud, vel quia est propinquus lumini, vel quia capacius maioris illuminationis: ita lumen intellectuale, cum perfectius illustrat obiectum, & illius veritatem manifestius aperit, maiori cum euidentia efficit, illud percipi ab intellectu; & quoniam principia lumini intellectuali viciniora sunt, quam conclusiones, illa enim immediatè illustrantur, hæc mediante scientifico discursu, & medio, fit necessariò, vt principiorum euidentia maior sit, quam conclusionum; & rursum cõclusiones eò minus de hoc lumine, & euidentia participent, quò longius á principijs remouentur: quomodo res eò minus lucis accipiunt, quò magis à Sole recedunt. Ex hoc facilè colligitur, certitudinem etiam suscipere magis, & minus. Nam causa, quò perfectior est, eò perfectiorẽ edit effectum; euidentia est causa certitudinis. ergo quando accrescit, augebit pariter certitudinem. Præterea certitudo est firma adhæsio ad obiectum sine periculo errandi; sed hæc adhæsio, tantò firmior est, quantò manifestius intellectus videt, rem ita esse; igitur certitudo suscipit etiam magis, & minus.

Principiorũ euidentia maior est, quam conclusionis.

Certitudinem suscipere magis & minus probatur.

Rogabis vberioris doctrinæ causa, num idem dicendum sit de veritate? negat D. Thom. q. 1. de Veritate, art. 9. Ferrariens. primo contra Gentes, cap. 13. in fine, & ratio est manifesta: nam veritas est adæquatio cognitionis cum obiecto; adæquatio autem cõsistit in indiuisibili; si enim cognitio omninò conformatur rei, vera est; si modo aliquo difformatur, simpliciter falsa; igitur veritas incapax est intensionis. Dicendum tamen, in eodem sensu veritatem suscipere magis, & minus, vt expressè docet Aristoteles in 4. Metaphys. cap. 4. & sequuntur omnes Peripatetici; quamuis enim conformitas in indiuisibili posita sit, & nullum admittat consortium falsitatis, tamen ratione obiecti ea propositio dicitur verior, cuius obiectum est immutabilius, & magis necessarium; cum enim veritas fundetur in eo, quod res sit, quò esse rei fuerit firmius, eò veritas propositionis erit præstantior, exempli causa, hæc; Deus est; dicitur verior, quam illa; Petrus sedet, quia verius, & firmius est esse Dei, quam Petri sedentis. Eadem consideratione dixit Aristoteles loco citato, magis falsum esse, mille esse æqualia vni, quam duo, quia impossibilius est mille, quam duo esse vni æqualia, licet in neutro reperiatur aliquid veritatis. Ita satisfactum est rationi, quæ solum probat, veritatem non suscipere magis, & minus primo modo, quod etiam intendit Diuus Thomas, & Ferrariens.

Quo sensu veritas suscipiat magis & minus.

Arist.

D. Thom. Ferrar.

His ita explicatis prima quorundam sententia fuit, Aristotelem voluisse præmissas esse notiores conclusione, antequam inferatur, post illationem verò nihil esse incommodi, si omnia æquè nota sint. Hi si de omnibus præmissis loquantur, à veritate prorsus aberrant: ostendimus enim, prima principia ex se maiori euidentia, certitudineq. cognosci, quam conclusiones; quare non modò ante, sed etiam post illatam conclusionem sunt notiora. Vnde secunda aliorum sententia est, principia formaliter indemõstrabilia esse perpetuò notiora; at indemonstrabilia virtute, solum ante illationem id habere, posteà, non esse incommodum, æqualia esse conclusioni. Ratio est, quia certitudo, & euidentia principiorum formaliter indemonstrabilium est diuersæ rationis à certitudine, & euidentia conclusionum, & natura sua præstantior. Quare quantumcunque hæ accrescant, nunquam poterunt æquare prin-

1. Sententia docet, præmissas ante illationem tantum esse notiores.

Probatur ratione.

D. Tho. sẽtentia, veritatẽ non suscipere magis, & minus.

Digitized by Google

principia. Certitudo autem, & euidentia propositionis iam demonstratæ sunt eiusdem rationis cum qualibet alia conclusione, cum omnes sint mediatæ, & habitæ per discursum; poterunt igitur aliquando præmissæ esse æquales conclusioni, quod Aristot. significauit, cum in fine huius capitis dixit; principia, vel omnia, vel aliqua esse notiora, conclusione.

Prima cõcl. pro de cis. quæst.

Sit nihilominus hæc conclusio. Omnes præmissæ tam formaliter, quàm virtute indemonstrabiles perpetuò sunt magis notæ, quã conclusio; sumẽdo (magis) impropriè, vt dicit maiorem perfectionem. Hæc videtur ẽsse mens omnium interpretũ Aristot. dum absolutè pronunciant, præmissas esse notiores. At 1. pars concl. sæpè probata est: nam lumen, quo percipiuntur principia est multò excellẽtius, & similius Angelico, quod omnia sine discursu percipit. Secunda verò probatur primò, notitia præmissarum semper est diuersa specie à notitia conclusionis, quãuis vtraque sit discursiua; habentur enim per media specie diuersa; deinde notitia præmissarum est causa cõclusionis; ergo est ea nobilior; nam duæ species nunquam sunt æqualis perfectionis, vt colligunt omnes ex Aristot. 7. Metaph. si verò aliqua excedere debet, iustius est, notitiam præmissarum id habere, cum sit per se causa conclusionis. Secundò quotiescunque duo ita se habent, vt vnum pendeat ab alio in fieri, & conseruari, illud, à quo aliud pendet, est nobilius, sed ita pendet omnis conclusio a præmissis etiam demonstratis; ergo semper hæ sunt nobiliores. Maiorem

Aristot.

D. Tho.

suppono ex Physica, & D. Thom. 1. p. q. 105. art. 1. Minorem probauimus in 6. c. vbi ostendetur actum scientificum neque in prima productione, neque in reproductione, quæ ratione illius se habet, vt conseruatio, dari posse sine medio demonstratiuo, contento in præmissis.

Fundamẽtum secundę opin. diluitur.

Opposita ratio solũ probat, præmissas demonstratas minus excedere conclusionẽm, quam principia indemonstrabilia, eò quod conueniunt in eadem ratione generica discursus, quod nos minimè inficiamur, sufficit enim nostro instituto, præmissas esse natura nobiliores, certiores, atque euidentiores. Quidam profundius speculantes inueniunt in intellectu duo tantum lumina, quo ad præsens institutum; alioqui tria ponere non recusabunt; vnum simplicius, & clarius, inseruiens secundæ operationi; alterum inseruiens tertiæ; per primũ cognoscuntur omnia principia formaliter indemonstrabilia, per secundum omnes conclusiones; hæc lumina volunt esse duas species infimas, & ita maiorem claritatẽ principiorum, respectu conclusionum, esse secundum excessum essentialem; excessum verò vnius conclusionis super aliam esse secundum magis, & minus intra eãdem speciẽ.

Confutat.

Verum in hac speculatione, præter verba, nihil esse videtur; nam lumẽ intellectus nihil est ab ipso diuersum; cum autem ipse vnius tantũ speciei sit non poterit lumẽ esse diuersarum specierum. Quod si appellent diuersa lumina diuersas rationes tendendi in obiecta, tunc, etsi verum est lumen, per quod intellectus principijs assentitur esse magis diuersum à luminibus, seu rationibus, per quas assentitur conclusionibus; quam ipsæ sint inter se: nihilominus falsum est, hęc omnia conclusionum lumina esse eiusdem speciei, cum tot sint rationes assentiendi specie diuersæ, quot sunt propositiones, vt postea demonstrandum est.

Aristotelis locus explicatur.

Aristoteles loco citato solũ significat, vt exponunt D. Tho. ibi, & Albertus Magnus tract. 2. cap. 6. alia principia tam clara esse, vt nulla egeant probatione; alia verò indigere aliqua ostẽsione, in quo similia sunt aliquo modo conclusioni; vt enim hæc non scitur, nisi demonstretur; ita illa non penetrantur, nisi probentur, quamuis alioqui in eo differant: quod principia a posteriori confirmantur, conclusiones verò demonstrantur à priori. Sanè, quicunque sit illius loci sensus, non fauet au-

Arist. D. Tho. Alb. Mag.

tor-

Digitized by Google

toribus secundæ sententiæ; loquitur enim ibi Aristoteles de principijs formaliter indemonstrabilibus.

ARTICVLVS VI.

Diluuntur argumenta proposita in quarto articulo.

Axioma Philosophi triplici conditione limitatur. Arist. D. Thom. Capreol. Barg. Caiet.

DE axiomate Aristotelis, quod primo argumẽto oppugnatur, multa docet D. Thomas 1. par. q. 87. art. 2. ad 3. in 1. d. 12. q. 1. art. 2. de veritate, q. 10. artic. 9. ad 3. Capreol. in 1. d. 2. q. 1. Barg. q. 3. Caiet. hoc loco. Nobis videtur verissimum, & ex eo probè colligi institutum, si adhibeãtur illæ tres conditiones, quæ inter occurrendum assignatæ sunt, quasq. Philosophus indicat lib. 2. Metaph. cap. 2. vbi eandem repetit Maximam aliquantulum locupletatam; prima verò sic est intelligenda, vt id, in quo fit comparatio, competat vtriq; extremo eodem nomine, eademq. ratione saltem analogica, & verbum, est, indicet dependentiam per se à causa. Ex qua declaratione veritas Maximæ conspicua redditur; nam cum vnum secundum aliquam formam ita pendet ab alio, vt absque illo eam habere non possit, & illud ab hoc non dependet, certum est, nobiliori modo formam esse in vno, quã in alio, verbi causa, quia Sol, & aer ita sunt lucidi, vt aer per se dependeat à Sole, sine quo lucem habere nequit; Sol verò ab aere minimè; fit necessariò, vt nobiliori modo sit lumen in Sole, quam in aere.

Primi argumẽti soluitur.

Ad oppugnationem igitur primæ conditionis respondetur, satis esse, si principijs, & conclusioni competat esse nota, esto, notitia sit diuersarum specierum. Ad oppugnationem secundæ negandum est, certitudinem non suscipere magis, & minus, modo antea explicato, qui in pronunciato est intelligendus. Ad exemplũ ferri candentis dic, ignem dici magis calidum, quia nobiliori modo continet calorem, ab intrinseco, scilicet, & independenter à ferro. Ad vltimum, statuã progenitoris esse causam per accidens staturæ filiorum; causam verò per se esse 1. potentiam augmentatiuam concessam à parente. 2. potentiam generatiuam ipsius parentis. Contingit tamen frequenter, ob rationes in libris de Genere propositas, vt malus pusillusque malos procreet atque pusillos.

Quid sit causa vniuoca, quid æquiuoca.

Propter secundum argumentum præmittendum est ex Physica, causam aliam esse vniuocam, aliam æquiuocam; illa est, quæ producit effectum eiusdem speciei secum, vt ignis ignẽ; hæc est, quæ producit effectum alterius speciei, vt Sol murem: vniuoca semper est par effectui in nobilitate; æquiuoca sæpe nobilior; ratio prioris est, quia omnia sub eadem specie contenta æqualem continent perfectionem; ratio posterioris, quia causa omnis in se habet effectum, vt illud edere possit; sed cum non est eiusdem speciei, non habet illud formaliter; habet ergo eminenter, id est, perfectiori modo: atque adeò perfectius est esse causæ, quam effectus producti.

D. Thom. Non omnis causa æquiuoca instrumẽtalis ignobilior suo effectu.

Hæc propositæ diuisionis explicatio intelligenda est de causa principali, & totali, vt indicat D. Thomas in 4. d. 1. q. 1. art. 4. quæstiunc. 1. ad quartum; nam si extendatur ad causam instrumentalem, falsa est, vt conuincunt exempla in argumento proposita, & docet D. Thomas loco citato ad 3. non quod omnis causa æquiuoca instrumentalis ignobilior sit suo effectu. Est enim intellectus instrumentum animæ in producẽdo actu vitali, quem nobilitate superat; sed quia non oportet esse nobiliorẽ, vnde ex eo, quod præmissæ sint instrumenta respectu conclusionis, in neutram partem licet aliquid colligere; nisi præscribatur aliqua regula vniuersalis, qua deprehendatur, quæ instrumenta sint nobiliora, quæ ignobiliora: & simul appareat, in quo genere illorum sint præmissæ. Hanc tradunt Recentiores. Quando instrumentum, & effectus sũt eiusdem ordinis, id est, vtrumque est substantia, vel vtrumque accidens, spirituale, vel corporale, viuens, aut non viuens.

D. Thom.

nens, & effectus per se pendet ab instrumento, non è contra, semper instrumentum æquiuocum esse nobilius effectu. Prima conditio excludit calorem respectu ignis, & semè, respectu plantæ, vel animalis: secunda phantasmæ comparatione speciei intelligibilis; tertia habitum in ordine ad actum. Verum hæc regula nullo nititur principio Philosophico, & eæ moderationes additæ sunt sine causa ad vitanda exempla, quæ oppositum demonstrant.

Quodnã instrumentum æquiuocum nobilius sit effectu.

D. Thom.

Aptius ergò hæc alia tradi potest: illud instrumentum, à quo effectus pendet per se in fieri, & conseruari, est semper effectu nobilius; cuius ratio Philosophica est ea, quam supra attigimus ex D. Thom. quia effectus per se pendens in fieri, & in esse ab instrumento est illi per se subordinatus, at naturaliter non subordinatur, nisi ignobilius nobiliori. Iuxta quam doctrinam ad secundum argumentum concedendum est, præmissas esse causas instrumentales, æquiuocas; & ex hoc esse nobiliores, quia conclusio ab ijs pendet in fieri, & conseruari, vt proxima sectione explicatum est: vel iuxta regulas Recentiorum, quia in præmissis sunt illæ tres conditiones necessariæ, vt instrumentum nobilitate præstet.

Soluitur secundum argum.

Præmissas videri potius cõcausas, quam instrumenta conclusionis.

Scot. Henric.

Nobis tamen minus placet, præmissas esse instrumenta intellectus in producenda conclusione, quod tribuat potest Scoto in 3. d. 3. q. 3. §. quãdoque. Henric. Quodlib. 11. q. 5. quatenus docent, speciem non esse instrumentum potentiæ in productione conceptus, sed concausam partialem. Scoti ratio est, quando duo sic influunt in effectum, vt neutrum accipiat vim influẽdi ab alio, neutrum est instrumentum alterius; sed species, & potẽtia ita se habẽt: ergo, &c. Maior certa videtur ex ipsa ratione instrumenti, quæ in hoc consistit, quod res, quę instrumentum dicitur, subministret in sua actione causæ principali, atque adeò ab ea regatur, & iuuetur. Minor probatur, quia vis repræsentandi, secundum quam species concurrit, non est communicata à potentia, sed ab obiecto. Idem concludit hęc ratio applicata ad prȩmissas. Hæ namque influunt in conclusionem, vt sunt obiectorum notitiæ certæ, atque euidentes, quas conditiones non habent ab intellectu, sed ab obiecto; quare solum pendent ab intellectu, vt à concausa, sicut duo trahentes nauim pendent à se mutuò. Est alius sensus, in quo vocari potest instrumentum omnis causa, quæ est inferior alia, qua cum simul agit, in quo præmissæ dici queunt intellectus instrumenta. In eodem vocauit D. Thom. & citati Autores species instrumenta intellectus. Illa verò comparatio [sicut calor est ignis] qua vtitur Diuus Thomas illa quæst. 56. adducitur loco exempli, quod verò additur, assensus pendere magis ab intellectu, quam species, solum probat, pendere magis in esse, quia egent continuo influxu, non autem in operari. Ad secundam probationem dicendum est, etiam causas principales determinare alias ad certam actionis speciem, nam homo determinat solem ad producendum hominem, equus ad equum. Ad tertium respondetur, in eiusmodi loquutionibus sumi instrumentum in illa impropria significatione.

Autoritas D. Thom. & aliorũ nihil efficit.

D. Thom.

Ex his patet, secundo argumento rectè ibi occurri, & improbationem nihil concludere, siquidem præmissæ sunt causæ principales. Vrgebit tamen aliquis; esto, sint principales, non sunt totales; concurrit enim necessariò intellectus cum præmissis, at causa æquiuoca partialis non est semper nobilior effectu. Quod in eadem materia, in qua versamur, probari potest; species intelligibilis est causa æquiuoca principalis partialis conceptus, & est eo ignobilior; item, cõclusio causata à duobus medijs, altero scientifico, altero de fide diuina, est nobilior vtroque seorsim sumpto; est enim euidentior medio fidei, certior scientificò, vt concludant omnes ij, qui talem mixtionem agnoscunt. Dicendum nihilominus videtur, omnem causam æquiuocam principalem, quamuis partialem es-

An causa æquiuoca partialis sit effectu nobilior.

Pars negatiua probatur.

Affirmatiua pars verior.

le

se nobiliorem effectu, secundum id, quod illi impertitur, quod patet in eodem exemplo hac in re difficilimo. Etenim medium de fide semper est nobilius dicto effectu, penes certitudinem, quam illi communicat, & medium scientificum secundum euidentiam, quam tribuit. Nec sine causa hãc comparationem efficimus inter causam, & effectum secundum id, quod à causa accepit; nam effectus non est ignobilior causa, nisi quia illi subijcitur, & ab ea pendet; comparari igitur debet cum causa secundum quod pendet. At prædictus assensus ab vna pendet secundum certitudinem, ab alia secundum euidentiam. Similiter dicendum est, conceptum esse inferiorem specie in vi repræsentandi, quam ab ea sola accipit; est enim hęc vis in specie purior, & diuturnior; quamuis hæc instãtia aliter, & melius solui possit, dicẽdo, causam debere esse per se, vt sit nobilior, speciem autem non esse eiusmodi, quia conceptus aliquando sequitur, aliquãdo antecedit speciem, vt patet, cum ex conceptu vnius rei elicimus conceptum alterius, ex quo relinquitur species, at causa per se semper antecedit effectum, eumque causat.

Solvitur argum.

Ad tertium dicendum est, causas vniuocas posse impertiri effectis totam suam nobilitatem, æquiuocas; quales sunt præmissæ, non posse. Ad primam confirmationem negandum est, plures causas æquè perfectas efficere nobiliorem effectum, quam pauciores, si subiectum, in quod agunt, fit incapax illius maioris nobilitatis, in præsenti verò obiectum conclusionis, quod vicè habet subiecti, esse incapax tantæ illuminationis, quantam recipit principium, vt supra explicatum est, & ideò quamuis intellectus sit idem, & addantur assensus præmissarum, non posse cõclusionem euadere nobiliorem. Ad secundam confirmationem respondetur, ex applicatione posse prouenire perfectionem accidentariam notitiæ, hoc est, intensionem, a nos agimus de essentiali.

Ad quartum, in eorum sententia qui dicebant, lumen præmissarum iam demonstratarum, & conclusionum esse eiusdem speciei; difficile esset respondere; in nostra tamen sententia, quæ ponit, certitudinem conclusionum nõ minui per detractionem alicuius gradus, vt minueretur albedo corporum, sed per defectum in natura specifica, non est timendũ, ne forma deficiat, esto, in infinitum procedatur; est enim hæc diminutio similis diuisioni in partes proportionales, qua licet in infinitum extur, nunquam diuisum exhauritur. Hac de causa concedi solet, inter hominem, & infimam animalis speciẽ posse Deum producere infinitas, semper minus, ac minus perfectas: quæ omnes simul cum infima participent naturam animalis. 4. Arg. fit.

QVÆSTIO III.

Vtrum demonstrare liceat per omnia causarum genera.

ARTICVLVS I.

Proponitur dubitandi ratio, & resolutur quæstio, quo ad causam in communi.

ETsi Aristoteles tàm in definitione scientiæ, quàm demonstrationis docuerit, scientiam propter quid non comparari, nisi per causam, neutro tamen in loco satis explicuit, de quo genere causæ loqueretur, num de omni, an de aliquo tantum? quod cum æquè difficile sit explicatu, ac huius tractationis cõplemento necessarium, in præsenti suscipimus explanandum. Igitur, quod omnis causa in demonstratione sumi possit, ex eo probabis, quia notitia causæ idcircò est necessaria ad perfectam scientiam de effectu comparandam, quoniam, vt res perfectè sciatur, debet cognosci, quemadmodum in se est, effectus autem, cum Aristo. Probatur omnẽ causam posse assumi in demõstratione.

Digitized by Google

cùm ex se ipso non sit, sed ex causa, tunc perfectè cognoscitur, quando per causam innotescit, atqui hoc verum est de omni causarum genere, siquidem effectus à quacunque causa per se pendet; ergo quælibet in demõstratione adhiberi potest, quæ doctrina, & confirmatio traditur ab Aristotele sequenti libro, cap. 11. & 2. Physicorum cap. 7. affirmat, Physiologum per omnia causarum genera demonstrare.

Aristot.

Probatur 1. in efficiẽte, & finali.

Ex alia parte nulla causa videtur ad demonstrandum idonea; nam id, quod demonstratur, est necessaria connexio prædicati cum subiecto conclusionis; sed hæc nullam potest habere causam ex quatuor vulgatis; ergo nequit per vllam demonstrari. Minor suadetur discurrendo per omnes causas; nam effectiua, & finalis cum primò & per se respiciant existentiam effectus, non possunt in eo causare id, quod est simpliciter necessarium, existentiamq. præcedit, sed connexio, de qua habetur scientia, est hoc modo necessaria, vt supra ostensum est; ergo nequit à causa efficiente, & finali dependere, vel per eas demonstrari.

Probatur 2. in formali.

Deinde, cum eadem connexio sit quidam respectus, vel negatio, non potest habere aliquam formam; vel enim hæc erit interna connexioni, vel externa. Primum est impossibile, quia relatio, & negatio, cum sint adeò tenuis, vel nullius entitatis, non possunt componi, aut actuari à forma reali. Secundum non est necessarium, quia præcisa quacunque ratione extrinseca concipi potest interna connexio terminorum. Denique causa materialis aut est ipsa materia prima, aut subiectum & prædicatum, in quibus connexio inest, at neutra inseruire potest ad connexionem demonstrandam; non prima, quia hæc materia est eiusdem rationis in omnibus entibus, ergo non potest esse causa, cur potius cum homine coniungatur risibile, quàm hinnibile cum equo, & sic de ceteris; non secunda, quoniam causa, quæ in demonstratione assumitur, est ratio, cur prædicatum conueniat subiecto, sed idem non potest esse ratio à priori, cur sibi aliquid conueniat; ergo prædicatum, & subiectum conclusionis pro causa materiali in demonstratione adhiberi non possunt.

Probatur 3. in materiali.

Sit nihilominus prima assertio, 1. Assert.

Nulla causa, ex qua effectus per accidens dependet, est apta, vt in demonstratione, de qua nunc agimus, pro medio assumatur. Hæc manifestè sequitur ex huius, & superioris capitis doctrina; nam propositio, de qua vera scientia comparatur, est simpliciter necessaria & immutabilis, sed causa per accidens est mutabilis, & inepta ad necessitatem inducendam; ergo non potest propositio demonstranda ab illa pendere, & consequenter nequit per eam demonstrari. Dictum est [in demonstratione, de qua hic agimus] quia in demonstratione Physica assumi poterit causa non ita necessaria, vt statim patebit; nos verò loquimur de illa demonstratione, quæ est instrumentum ad scientiam propter quid, & Logica appellatur.

Probatur.

Secunda assertio. In demonstratione connexionis simpliciter necessariæ non licet vti causa, quæ non sit causa essentiæ vtriusque, vel alterius extremi. Hæc tradita est cum D. Thoma, quæst. 1. huius cap. art. 3. ibidemque probata; sed maioris confirmationis causa aduertendum est, connexionem inter aliqua extrema duplicem esse posse, vna est vinculum reale, quo extrema vinciũtur, cuiusmodi est vnio accidentis cum subiecto, vel materiæ cũ forma, altera est identitas, seu indiuisio, qua duo ob naturæ similitudinem, vel proportionem se mutuò vendicant, vnumq. alteri conuenit, quæ non potest esse quippiam reale ab extremis diuersum, sed vel negatio diuersitatis, vel, vt arbitratur Soncinnas in 6. Metaphysic. quæst. 19. relatio identitatis fundata in diuisione extremorum; cum enim hæc vnio sit indissolubilis, nec ab extremis, etiã cum esse desinunt, separetur, sed eodem mode

2. Assert.

Duplex connexio inter extrema.

semper consistat, extremaque denominet, planum est, non esse aliquid reale eorum naturis contingenter superadditum. Hinc oritur aliud discrimen inter has cõnexiones, quod

Discrimẽ inter connexiones.

ad præsens institutum maximè conducit, videlicet, quod prima connexio habere possit causam immediatam, id est, quæ per se primò sit causa connexionis, & non extremorũ, vt in generatione humana contingit, poisetque in alijs accidere, si formæ per se consisterent, & à materia minimè dependerent. Secunda verò, cum non habeat entitatem, quæ immediatè causalitatem terminet, nequit habere per se aliam causam, nisi eam, quæ causat naturam, & essentiam extremorum; nam ex eo se mutuò vendicant extrema, quia sunt tales naturæ; igitur quod est in causa, vt tales sint, est etiam causa, vt

Cõfirmatur assertio.

connectantur. Hoc posito, manifesta est assertionis confirmatio; nam connexio simpliciter necessaria sequitur ex natura extremorum; aliæ verò dissolubiles immediatè fiunt à suis causis; ergo, licet hæ demonstrari possint per id, quod non est causa extremorum, illa tamen non po-

Quo pacto p omnem causã demõstrari possit.

test. Ex quibus patet responsio ad rationem dubitandi quo ad primam partem, quæ contendebat, omnem causam esse aptam ad demonstrandum, nec Aristoteles aliud contendit, vt sequentibus articulis exponemus.

Obiectio.

Opponet tamen aliquis aduersus hanc assertionem; quando secunda passio demonstratur per primam datur vera demonstratio, in qua concluditur connexio simpliciter necessaria, & tamen medium non est causa naturæ alicuius extremi, nam discursiuum, verbi causa, nec est causa essentiæ hominis, nec admiratiui, cum respectu vtriusque sit quidpiam extrinsecum, & re ipsa distinctum,

Dilutio.

vt patet. Respondetur negando minorem, quo ad vtrumque extremum; quia prima passio non est medium per se completum, sed virtute essentialis definitionis, vel eius causæ, per quam demonstrata est de subiecto, quæ est causa essentiæ eiusdem subiecti, verbi causa, discursiuum non demonstrat per se admiratiuum de homine, sed virtute animalis rationalis, quæ est causa essentialis hominis, quod superius explicatum est: deinde, respectu secundæ passionis, est causa materialis extrinseca, quæ est vera causa essentiæ, vt articulo sequenti dicemus.

Tertia assertio quæ ex præcedentibus sequitur, est, connexionem simpliciter necessariam demonstrari posse à priori per omnem, & solam causam essentiæ vtriusque, vel alterius extremi; sed quæ causæ ex quatuor vulgatis essentiam causare dicantur, & proinde aptæ sint ad demonstrandum propter quid, quæ solam existentiam efficiant, indeque à rigorosa demonstratione excludantur, est vna è difficilimis totius Philosophiæ quæstionibus: quæ licet in Metaphysica proprium locum habeat, & perfectam omnium causarum tractationem, totiusque entis cognitionem præsupponat, aliqua tamen ex parte à nobis hoc loco perstringenda videtur, vt nihil ad absolutam demonstrationis doctrinam desideretur. 3. Assert.

ARTICVLVS II.

Respondetur quæstioni quo ad causam formalem, & materialem.

CAusa formalis, & materialis duplex est, altera interna, altera externa: forma interna est, quæ essentialem rei compositionem ingreditur, cuiusmodi sunt omnes formæ Physicæ, respectu entis naturalis, vt, anima humana, & equina respectu hominis, & equi: & differentiæ Metaphysicæ comparatione speciei, velut rationale, & irrationale, comparatione eiusdem hominis, & bruti. Forma externa est ea, quæ, licet rem non componat, in eam tamen includatur illius tamen essentiam determinat, eique certam speciem tribuit hoc enim est proprium munus formæ; ita se habet idea respectu sui effectus, actus

Causa formalis duplex, interna, & externa.

Digitized by Google

actus comparatione potentiæ, & obiectum respectu scientiæ; habent namque potentia, & scientia eam speciem, quam talis actus, & tale obiectum deposcunt; quamuis aliqui hanc causalitatem ad finem reuocent, sed immeritò, cum finis causalitas semper respondeat causalitati agentis, quæ saltem in creatis ad essentiam non pertingit. Pari modo materia interna est illa, quæ rei essentiam, tanquam pars, componit, vt materia prima constituit omne ens naturale: externa est, quæ, cum alicui formæ subsit, vt potentia suo actui, ab eadem forma transcendentaliter respiciitur, quo pacto se habet materia prima ad formam Physicã, substantia ad accidens, & omne subiectum ad suam realem proprietatem, quæ doctrina in Physiologia certa, & communis est.

Materia duplex est, interna & externa.

4. Assert. Sit in ordine quarta assertio. Causa formalis, & materialis tàm interna, quàm externa est causa essentiæ, potestque in demonstratione propter quid pro medio vsurpari. Vtraque pars assertionis est communis, & sequitur euidenter ex ijs, quæ dicta sunt: nam omne id, quod est causa essentiæ alicuius, est medium accommodatum ad passionem de illa demonstrandam, vt articulo superiori diximus, & ex eo probauimus, quia causa essentiæ extremorum est etiam causa connexionis, quæ inter illa cernitur; sed omnis causa formalis, & materialis est causa essentiæ interna quidem, quia est pars essentiæ, totum autem essentialiter pendet ex suis partibus, externa verò, quia tribuit rationem specificam, quæ primò, & per se in essentia includitur, vel per modum actus, vel per modum subiecti; igitur omnis eiusmodi causa assumi potest, vt medium in demonstratione propter quid.

2. Arg. initio propositum dissoluitur. Ad rationem verò, qua hæ causæ à demonstratione excludebantur, respondendum est, causam materialẽ, & formalem nõ dicere causas connexionis, quia ipsam immediatè constituant, aut componant; sed quia illius extremis, ex quibus ipsa necessariò resultat, essentiam conferant modo proximè explicato. Nec verum est, cõnexionem necessariam posse concipi absque omni causa extrinseca; pendet enim connexio ab essentia extremorum, quæ sine illa causa externa esse, vel perfectè concipi non potest, si perfecta rei scientia est, quæ ex causa habetur, & ita satisfactum est propositæ rationi, quatenus pugnat contra causam formalem; quatenus verò oppugnat materialem, dissoluenda erit, concedendo, vtramque causam materialem commemoratam esse idoneam ad demonstrandum, & improbationi primæ respondendum, vt materia prima sit medium à priori, satis esse, vt sit causa alicuius passionis omnibus entibus communis; est autem materia prima in communi causa magnitudinis, materia verò sublunaris causa corruptionis: Adde, materiam primam considerari posse nõ solum absolutè, quo pacto demonstrat prædictas passiones, sed etiam prout habet diuersas capacitates ad formas specie distinctas; alia namque est capacitas materiæ ad formam humanam, alia adequatam, & hoc modo posse esse medium demonstrãdi speciales passiones, quia sub vna capacitate ita est principium vnius passionis, vt sub eadem non sit principium alterius. Improbationi secundæ causæ materialis concedendum est, nec subiectum, nec prædicatum conclusionis à nobis constitui pro medio demonstrationis, sed causam materialem subiecti, vel prædicati, esto, sit illis externa, & hanc differre à subiecto, & prædicato.

3. Arg. dissoluitur quo ad causam internam.

Soluitur idem arg. quo ad causam materialẽ externam.

ARTICVLVS III.

Satisfit quæstioni quo ad causam formalem effectiuam, & finalem.

QVo pacto eiusmodi causæ, quemadmodum & superiores duæ, in demonstratione propter quid adhibeantur, exponit Aristoteles in libro sequenti, cap. 11. vbi

Ex Arist. finis, & efficiens sibi mutuò causæ sunt.

etiam aduertit, eandem esse doctrinam quo ad præfens inſtitutum, cauſa finalis, & efficientis, quia, vt idem in 2. Phyſicor. cap. 3. aſſeruit, hæ cauſæ perpetuò ſe comitantur, & ſibi mutuò cauſæ ſunt, quapropter rem explicat Ariſtoteles in cauſa effectiua, & poſtea eoſdem terminos ad finalem traducit, quod nos etiam efficiemus.

5. Aſſert. Sit igitur quinta aſſertio. Efficiens creatum eſt cauſa connexionis Phyſicæ, poteſtque ad illam demonſtrandam pro medio adhiberi: hæc eſt expreſſa Ariſtotelis illo cap. 11. ſequentis libri, & 2. Phyſicorum: & vbicunque ex cauſis effectiuis naturalibus demonſtrationem conſtruit, conſtruiue docet, eandem communi cõſenſu Philoſophi omnes recipiũt.

Probatur 1. hæc aſſertio. Probaturque hac ratione. Connexiones Phyſicæ non ſequuntur naturas, & eſſentias extremorum abſolutè, ſed tunc dantur, cum cauſa naturalis extrema coniuncta producit; ergo cauſa, quę extrema coniungit, efficit eorum connexionem; ſed huiuſmodi eſt efficiẽs creatum: nam albedo in niue, nigredo in coruo, calores in menſe Iulio, & cetera eiuſmodi à cauſa ſecunda effectiua producuntur; ergo eadem eſt cauſa huius connexionis: & illius demonſtrandæ medium eſſe poteſt. Confirmatur. Confirmatur; hæ connexiones ſequuntur, vel ſaltem ſupponunt rei exiſtentiam; igitur ea cauſa, quæ exiſtentiam efficit, vel ea ſuppoſita extrema coniungit, eſt cauſa effectiua talium connexionum; ſed hæc eſt cauſa ſecunda; ergo, &c. Eadem probationes applicandæ ſunt cauſæ finali, nam qua neceſſitate effectus pendet ab efficiente, eadem ordinatur in finem. Ceterum, quemadmodum hæc obiecta non ſunt ſimpliciter neceſſaria, ſed neceſſitate quadam naturali, quam vis alterius cauſæ ſecundæ, vel primæ auferre poteſt; ita demonſtratio, quæ his cauſis conſtat, & ſcientia, quæ per eaſdem comparatur, non ſunt abſolutæ, & perfectæ, ſed ſecundum quid.

6. Aſſert. Sexta aſſertio. Nulla cauſa ſecũda efficiens eſt cauſa eſſentiæ rerum cõnexionis ve ſimpliciter neceſſariæ: eſt communis ſaltem, quo ad actus non vitales, aſſeritur nuncupatim à D. Anſelmo in dialogo de veritate, cap. 14. D. Thom. 1. p. q. 10. art. 3. & 2. contra Gentes, cap. 52. à Ferrarienſi ibidem, Alberto Magno tract. 2. de cauſis, cap 8., Capreolo in 1. diſt. 8. q. 1. ar. 1. concl. 1. Soncinate lib. 5. Metaph. q. 10. aliqui ex eo concluſionem probant, quia rerum eſſentiæ ſunt æternæ, & præcedunt omnem creatam exiſtentiam, effectio verò omnis cauſæ ſecundæ agentis ſit temporaria, ad exiſtentiamq. terminetur, ſed huius rationis aſſumptum, quod attinet ad eſſentias, nec recipitur ab omnibus, nec, ſi recipiatur, inſtitutum cõficit: nam primi etiam agentis effectio tẽporaria eſt, & in exiſtentiam tendit, & tamen eſt admodum probabile rerum eſſentias à primo efficiente pendere, de quo alibi dicemus. Diximus, [quod attinet ad eſſentias] quia de connexionibus, ſi Heruæum paucosque antiquiores ſupra commemoratos excipias, nemo dubitat, quin æternæ dicendæ ſint.

D. Anſel. D. Thom. Ferrar. Alb. Mag. Capreol. Soncin. Heruæus.

Vera, & efficax aſſertionis probatio. Vera igitur aſſertionis confirmatio eſt, eſſentias rerum non habere neceſſariam connexionem cum cauſa ſecunda efficiente, ſed cum ſola prima: quare, ſi ab aliqua per ſe pendent, ea non eſt ſecunda, ſed prima; antecedens probatur, quia licet aliqui effectus nunc producantur à cauſa ſecunda; id tamen neceſſarium non eſt, ſed omnes effici poſſunt à ſola prima; ergo eorum dependentia à ſecunda cauſa non eſt abſolutè neceſſaria. Quod verò hinc ſequatur, eſſentias non pendere à ſecundo efficiente, ſic oſtenditur, vt aliquid dicatur vera eſſentia ſiue in actu, ſiue in potẽtia, ſatis eſt, quod realiter eſſe poſſint in rerum natura, quod vocãt eſſe poſſibile. ſed quælibet res dicitur primò, & per ſe poſſibilis in ordine ad eam cauſam, à qua neceſſariò producẽda eſt. igitur ſi res omnes ſolius primi efficientis virtutem neceſſariò depoſcunt, vt ſint, ab eo tantum dependere poſſunt.

sunt. Maior huius rationis inde constat, quia possibilitas ad essendum aut est ipsa creaturarum essentia, aut inseparabilis eius proprietas; igitur si aliquid est possibile, veram essentiam habeat, necesse est. Minor probatur, possibilitas est prædicatum essentiæ necessarium; ergo per ordinem ad eam causam, quæ productioni simpliciter necessaria est, ei conueniet.

Ex hac cõfirmatione sequitur primò id, quod in assertione etiam statuimus, videlicet, connexiones necessarias non habere causam secundam efficientem; nam prædictæ connexiones non causantur, vt suprà diximus, nisi ab eo, quod est causa essentiæ extremorum; igitur si essentia causam secundam effectricem non habet, nec connexio eam obtinebit; sequitur secundò, apud eos, qui opinantur, actus vitales à solo Deo fieri non posse, sed necessarium esse cõcursum causæ secundæ, potentiæ nimirum vitalis, eodem modo loquendum esse de essentia illorum actuũ, respectu causæ secundæ, ac respectu primæ, siquidem ij actus non sunt possibiles in ordine ad solam primã causam, quamobrem diximus, hanc sextam conclusionem esse communem, quo ad actus non vitales.

Actus vitales non posse fieri à solo Deo aliqui autumant.

1. arg. in 1. art. posito respondetur.

Ad rationem in primo articulo propositam, quatenus his conclusionibus aduersatur, respondendum est, causam secundam effectiuam, & finalem assumi posse in demonstratione propter quid Physica, & hoc tantum voluisse Aristotelem omnibus locis ibidem commemoratis; non autem in demonstratione Logica, & perfectissima, quæ per actum essentiæ procedit. Quod si opponas, efficiens creatum producere re ipsa naturam, & essentiam hominis, eamque cum animali, & risibili coniungere, ergo esse causam essentiæ, & connexionis. Respondet optimè Petrus Fonseca, lib. 4. Metaphysic. cap. 2. quæst. 4. sect. 6. ad quintum, non esse negandum, causam effectiuam producere rei essentiam coniunctam cum prædicatis simpliciter necessarijs, sed hoc non esse efficere, vt essentia sit talis, seu, vt connexio sit necessaria, sed efficere essentiam existentem, & connexionem existentem, quod nos minimè diffitemur. Quid de primo efficiente existimandum sit, non potest hoc loco definiri, quin prius ea quæstio pertractetur, in qua, num rerum essentiæ, necessariæque illarum connexiones à Deo, vt a causa effectiua pendeant, disceptatur: qui enim affirmatiuam partem tenuerit, eandem in præsenti quæstione tuebitur; qui negatiuam, hic etiam necesse est, neget, connexiones rerum simpliciter necessarias per efficiens primum à priori demõstrare posse. Verùm ea quæstio in secundo Physicorum libro discutietur.

Aristot.

Petr. Fõs.

EXPLANATIO CAPITIS TERTII:

De quibus fit demonstratio.

SVMMA CAPITIS.

PRoponit initio duos errores Philosophorum; deinde, sua interposita sententia, vtrumque confutat. Primus error erat negantium, aliquid per demonstrationem cognosci. Secundus affirmantium, ex opposito per demonstrationem omnium haberi scientiam, tàm conclusionum, quàm principiorum. Sententia Aristotelis est inter hos errores media, videlicet, quarundam rerum dari scientiam demonstratiuam, aliarum verò minimè, quoniam de propositionibus, inquit, mediatis sciẽtiam habemus.

Digitized by Google

per earum media; de immediatis verò hoc ipso, quod medio vacant, scientiam habere nequimus. Prima huius distinctionis parte reijcit primum errorem. Secunda verò secundum, vt in commentario explicabitur.

COMMENTARIVS.

Duo errores refelluntur.

EXposita demonstrationis natura refellit Aristotelis hoc capite duos veterum Philosophorum errores, quorum alterum sequuti sunt Pyrrhonici, qui etiam Ephectici, Aporetici, & Sceptici dicebantur, de quibus Gellius lib. 11. Noct. Attic. c. 5. & Laert. lib. 9. in vita Pyrrhonis Heliens. Alterum inuexere Empedoclei, vt plerique volunt. Priores omnem scientiam è medio tollebãt. Posteriores omnium rerum demonstratiuam scientiam obtineri posse affirmabant.

Laertius.

Errãdi occasio declaratur.

a *Sunt autem, quibus*] Quænam his Philosophis errandi occasio fuerit, declarat: nimirum quod non probè intellexerint tritum illud pronunciatũ, quo proximo capite vsus fuit; Principia scienda esse, si per ea conclusiones scindæ sunt. Nam cum nullam scientiam præter demõstratiuam dari arbitrarentur, putabant, id sic esse intelligendum, vt oporteret ipsa quoque principia per scientiam demonstratiuam tenere, si per ea conclusiones essent demonstrãdę.

Veterum fundamenta proponuntur.

b *Quorum neutrum*] Superiores Philosophos à verò deflexisse inqt, ac ne iudicta causa damnasse eos videatur, ipsorum argumenta in mediũ adducit. Priores ita disputabant: Si esset aliqua scientia demonstratiua, Principia scirentur per demonstrationem (siquidem præter hanc scientiam alia non datur) sed principia nequeunt eo modo sciri: ergo scientia demonstratiua nulla est. Minorem suadebant, quia aut principia quædam demonstrantur per alia, & illa per alia; atque ita in infinitũ, aut datur status, ita vt deueniatur ad aliqua principia, quæ iam per alia ostẽdi nequeant; si detur in infinitũ progressus, cum infinitũ à nullo intellectu creato percipi queat, nulla obtineri

Prius contendit, nullam dari scientiam.

CAPVT III.

SVnt autem, quibus propterea, quod ipsa quoque principia scientia tenere oportet, non videtur esse scientia: sunt etiam, quibus esse quidem videtur, demonstrationes tamen omnium esse: b quorum neutrum sanè verum, aut necessarium est. Qui namque scientiam omninò non esse ponunt, ij ascendendum esse in infinitum censent, propterea quod posteriora non sciuntur ob ea prima, quorum prima non sunt, rectè quidem dicentes. Fieri enim non potest, vt infinita quisquam pertranseat. Quod si datur, ac principia sint, hæc incognita dicuntur esse, cùm ipsorum non sit demonstratio, quod quidem solum inquiunt esse scire. Quod si fieri non potest, vt prima sciantur, neque fieri posse dicunt, vt ea, quæ proficiscuntur ex illis, sciantur simpliciter, proprieve: sed ex suppositione duntaxat, nempe si illa sint. c At secundi de modo quidem sciendi consentiunt: per demonstrationem enim solum esse scientiam dicunt, verum omnium demonstrationem esse nihil inquiũt prohibere. Fieri enim potest, vt demonstratio circuli modò versetur, omniaque mutuò demonstrentur. d Nos autem dicimus, nec omnem scientiam esse demonstratiuam: sed eorum, quæ mediis vacant, indemonstrabilem esse, quod quidem necessarium esse patet. Nam si necessarium est, vt priora sciantur, & ex eaquibus conficitur demonstratio: datur autem tandem in hisce, quæ vacant mediis, hæc indemonstrabilia necesse est esse. Hoc igitur ita sese habere dicimus, & non solum scientiam, sed principium scientia quoddam esse asserimus, quo terminos ipsos cognoscimus. e Et etiam patere dicimus, fieri non posse, vt circuli modo demonstratio simpliciter conuertatur, si demonstrationem ex prioribus oportet, ac notioribus esse. Fieri enim nequit, vt eisdem eadem simul priora sint, atque posteriora, nisi alitro modo: veluti

Digitized by Google

tineri poterit demonſtratiua ſcientia de principijs, atque adeò nec de cõcluſionibus. Si verò datur in principijs ſtatus, ea, in quibus conſiſtimus, ignota erunt, cum per alia ſciri nequeant, & ſcire aliter non poſſint, niſi fortè ex hypotheſi: nimirum ſi principia, quæ ſumuntur, vera, & neceſſaria eſſe ſupponãtur, quod non eſt ſimpliciter, & abſolutè ſcire.

Poſterius probat omnium dari ſcientiam.

c At ſecundi] Poſteriores hunc in modum argumentabantur fieri poteſt, vt, ſicut concluſio per præmiſſas demonſtratur, ſic præmiſſæ demonſtrentur per concluſionem, & ita reciproca, ſeu circulari demonſtratione omnia oſtendantur: ergo omnium, tam principiorum quàm concluſionũ, eſt ſcientia demonſtratiua.

Statuitur propria Ariſt. ſententiam.

d Nos autem] Subijcit propriam ſententiam inter duos illos errores mediam, videlicet, quarũdam rerum eſſe ſcientiam demonſtratiuam, aliarum non eſſe. Etenim licet de propoſitionibus medium habentibus poſſit eſſe demonſtratio, de ijs tamen, quæ medio vacant, eſſe non poteſt. Fatetur autem Ariſtoteles, ſi nomen ſcientiæ latiori ſignificatu vſurpetur, nimirum pro neceſſaria, certa, & euidenti cognitione, poſſe nos tam concluſionis, quàm principiorum, quæ hic priora appellat, ſcientiam aſſequi. Si tamẽ proprie ſumatur, videlicet, pro ſcientia acquiſita per demonſtrationem, tũc aliter rem ſe habere: quia deueniendum tandem eſt ad pronunciata indemonſtrabilia, in quibus ſtatus ſit. Nec enim, inquit, ſcientia tantum demonſtratiua datur, ſed principiorum eius ſcientiæ, cui propter euidentiam terminorum aſſenſum exhibemus; hanc autem diſtinctionem, quia prædicti Philoſophi alicuũ non ſunt, à veritate aberrarunt.

Oſtendit, in demonſtrationib. pp quid non poſſe dari circulũ, primò.

e Et iam patet] Poſterius erratũ triplici ratione confutat, oſtendens, non poſſe dari circulum in demonſtrationibus propter quid: nã ſi daretur, idem eſſet prius, ac poſterius natura, idem notius, & ignotius reſpectu eiuſdem, quod fieri nequit. Conſecutio probatur, quia ſi ſũptiones

veluti ſi alia noſtra ex parte, alia ſimpliciter dicantur, quo quidem modo facit inductionatium. Quod ſi ita ſit, non bene eſt, ipſum ſimpliciter ſcire definitum, ſed eſt ſanè duplex. An altera demonſtratio ex hiſce, quæ nobis ſunt notiora, quæ ſit ſimpliciter, demonſtratio non eſt. f *Euenit autem hiſce, qui dicunt, demonſtrationem circulo verſari, non ſolum id, quod nunc eſt dictum: ſed etiam nihil aliud, vt dicant, quàm ſi hoc eſt, hoc eſt: hoc verò pacto facile eſt omnia demonſtrare. Atque patet, id ipſum accidere tribus poſitis terminis. Sine enim per multos, ſiue per paucos redire dicatur, nihil profectò refert: per pauciores autem, quam duos. Nam quando eum A ſit, eſt neceſſarium B, & cum ſit B eſt neceſſarium C: tunc cum A ſit, neceſſario C ipſum erit, ſi igitur cum A ſit, neceſſe eſt B, & cum B ſit, neceſſe A: hoc enim erat circuli modo verſari. Ponatur A, in loco, quo ipſum eſt C. Dicere igitur, cũ B, ſit A, ipſum eſſe, nihil aliud eſt, quam dicere cum A ſit E, ipſum eſſe. At idem eſt C, & A. Quare ſi, vt hi, qui cenſent orbis modo demonſtrationem verſari, nihil aliud dicant, quam cum A, ſit A ipſum eſſe. Hoc verò pacto facile demonſtrare eſt omnia.* g *At verò nec id ipſum fieri poteſt, niſi in hiſce, quæ mutuò ſe ſequuntur, qualia ſunt ipſa propria. Demonſtratum eſt igitur prius, vno quidem poſito, nunquam neceſſario aliquid aliud eſſe: vno inquam, aut termino, aut poſitione vna: è duobus autem poſitionibus primis, ac minimis fieri poſſe, ſiquidem & ratiocinari contingit. Si igitur A, & B, & C, mutuò ſe ſequantur; ſic tantum fieri poteſt, vt oſtendantur ex ſeſe mutuo cuncta, quæ in prima ratiocinationis figura poſtulata ſunt, vt in libro de ſyllogiſmo oſtendimus: quo loco etiam patuit, ceteris in figuris aut ratiocinationem hanc non fieri, aut ex hiſce, quæ ſunt ſumpta, non fieri. Ea verò, quæ prædicationem non ſuſcipiunt mutuam, fieri non poteſt, vt mutuò demonſtrentur. Quare cum in demonſtrationibus pauca talia ſint, conſtat, vanum eſſe ac impoſſibile, demonſtrationem ipſam mutuam eſſe confore, atque ob id ipſum poſſe demonſtrationem omnium eſſe.*

nes oſtendunt concluſionem demonſtratione propter quid, oportebit eas priores, ac notiores illa eſſe, vt conſtat ex definitione demonſtrationis, ſuperius tradita. Rurſus, ſi vtraque ſumptio demonſtratione propter quid, per concluſionem oſtenditur: neceſſe erit, illam vtraq; præmiſſa priorem, & notiorem eſſe. Quare eadem concluſio erit natura prior, & poſterior, notior, & ignotior præmiſſis; quod eſſe non poteſt, eſto, fieri queat, vt idem ſit notius quo ad nos, & natura minus notum; ſicuti patet in inductione, vbi ſingularia ſunt nobis ſenſu notiora prioraque, & natura minus nota, quam vniuerſale, quod per illa probatur, & ipſum vniuerſale eſt notius, ac prius natura, quam ſingularia.

Dubium. Quod ſi quis dicat, poſſe dari reciprocam demonſtrationem commutata prioritate, ita vt concluſio, quæ per præmiſſas natura priores, ac notiores demonſtrata fuit, poſtea eadem, vt nobis prior, ac notior eaſdem in orbem

Dilutio. oſtendat. Occurrit Ariſtoteles, eiuſmodi demonſtrationem, cum iam non procedat ex natura prioribus, ac notioribus, non eſſe demonſtrationem (intellige de qua in præſenti agimus) neque poſſe gignere ſcientiam ſimpliciter, ſi definitio ſcientiæ ſuperius rectè tradita eſt, niſi quis dicat, aliud dari genus ſcientiæ ſimpliciter, quod tamen amittendum non eſt.

Secundò. f *Euenit autem*] Hæc eſt ſecunda ratio, qua oſtendit, non licere in orbem demonſtrare, ſi enim liceret, ſequeretur, nihil eſſe aliud demonſtrare, quam aſſerere; ſi hoc eſt, hoc eſt, id eſt, concluſionem eſſe veram, & neceſſariam, ſi ipſa neceſſaria, & vera ſit: Quod patet, quam ſit ridiculum: ſequi verò id, hunc in modum oſtenditur; concluſio eſt vera, & neceſſaria, ſi ſumptiones veræ, & neceſſariæ ſunt: atqui, vt conceditur, ſumptiones veræ ſunt, & neceſſariæ, ſi concluſio vera, & neceſſaria eſt: (quandoquidem oportet has per illam cognoſci) ergo nihil aliud eſt demonſtrare, quam oſtendere, concluſionem eſſe veram, & neceſsariam, ſi ipſa eſt vera, & neceſsaria. Hoc probat Ariſtoteles ſumptis tribus literis ſignificantibus tres propoſitiones, ex quibus conſtet demonſtratio; quarum ſecunda ponatur re vera ſequi ex prima, & tertia ex ſecunda. Deinde hunc in modum argumentatur. Si A eſt, B eſt, ſi B eſt, C eſt, ergo ſi A eſt, C eſt; quidquid enim ſequitur ad conſequens, ſequitur ad antecedens. Deinde ponatur A loco C, id eſt, ponatur A ſequi, vti vultis, ex B, quemadmodum C ex eodem B ſequebatur. Tunc ſic vlterius argumentatio procedit, ſi A eſt, B eſt, ſi B eſt, A eſt, ergo ſi A eſt, A eſt. Patet igitur, nihil aliud effici demonſtrando quam oſtendere, ſi hoc eſt, hoc eſt.

Tertiò. g *At verò nec*] Sequitur tertia ratio, ad quam præſumit Ariſtoteles ex ijs, quæ tradidit libro primo Priorum, capite 21. ex vno termino, aut propoſitione vna nihil colligi neceſsariò, ſed opus eſſe tribus terminis, & duabus propoſitionibus minimis, hoc eſt, non paucioribus: ex his enim rectè poteſt ſequi aliud, quia poteſt ex his componi ſyllogiſmus, qui vi formæ colligat. Si verò circulus in demonſtratione detur, cum demonſtratio ſit ſyllogiſmus, opus erit tribus terminis, & duabus præmiſſis: ſed aduertendum præterea eſt, in omnibus modis, præterquam in Barbara reperiri concluſionem aut negatiuam, aut particularem. Vnde fit, vt ſolummodo in Barbara dari poſſit circulus perfectus: quandoquidem, ex concluſione negatiua non poteſt probari altera præmiſsarum, quæ neceſsariò debet eſſe affirmatiua, cum ex duabus negatiuis nihil rectè inferatur. Nec item ex concluſione particulari poteſt oſtendi altera præmiſsarum, quam oportet vniuerſalem eſſe: cum ſimiliter ex vtraque particulari nihil aptè colligi poſſit. Præterea, non poteſt fieri circulus, niſi in terminis reciprocantibus; quia circulus fit, cum ex concluſione, & conuertente minoris infertur maior. Vniuerſales verò propoſitiones affirmatiuæ non conuertuntur in vniuerſales, niſi termini ſint reciproci. Quare non, niſi poſita tali ſtructura, fas erit in orbem

demon-

demonſtrare. His ſta conſtitutis, hunc in modum argumentatur Ariſtoteles: ſi daretur circulus in demonſtrando, is non daretur niſi in ſolo primo modo primæ figuræ; nec verò ſumptis quibuslibet terminis, ſed reciprocantibus duntaxat, ſed in alijs etiam figuris, ac modis, & ſumptis terminis, qui non reciprocantur, ſolent demonſtrationes fieri: ergo non in omnibus demonſtrationibus dari poteſt circulus, ſaltem perfectus.

QVÆSTIO I.

Vtrum admittenda ſit propoſitio per ſe nota.

ARTICVLVS I.

Eorum ſententia, qui negant propoſitiones per ſe notas. & ideò circulum in demonſtratione admittunt.

Duæ Philoſophorum ſectæ negãtium propoſitiones per ſe notas.

DIximus in commentario, Philoſophos vtriuſque ſectæ ibi commemoratæ negare propoſitiones per ſe notas, id eſt, quæ non per alias, ſed per ſe ipſas ſcirentur. Ex qua poſitione cum vnum è duobus ſequi viderent, ſcilicet, aut nullius, aut omnium rerum eſſe ſcientiam, priores negarunt omnem ſcientiam; poſteriores omnium rerum ſcientiã conceſſerunt, ad quod placitum ſuſtinendum admiſerunt circulum in demonſtratione. Priorum ſententia,

2. Quæ circulum admittebat probatur 1. & per ſe abſurda eſt, & initio Phyſicorum abundè confutata, cum poſterioribus hic habenda res eſt: quorum ſententia probari ad hunc modum poteſt. In cauſis datur perfectus circulus; ergo in demonſtrationibus: conſequentia eſt bona, quia demonſtratio fit per cauſas. Antece-

Ariſt. dens conceditur ab Ariſtotele ſecundo Phyſicorum, c. 3. text. 30. 1. Metaphyſ. capit. 2. text. 2. cum in his locis dicat, cauſas mutuò ſe cauſare: nam efficiens cauſat finem, & finis efficiens, materia formam, & forma materiam.

2. ex Ariſt. Deinde Ariſtoteles libro ſequenti, cap. 7. ait, vnam definitionem poſſe demonſtrari per aliam, & rurſum eandem demonſtrare, quod hoc loco inchoauit, materialem demonſtrationis definitionem demonſtrando per finalem, poſſeque circulum perficere regrediẽdo ad finalem ex materiali: & libro ſequenti, cap. 13. ait, demonſtrari poſſe pluuiam ex abundantia vaporum, & rurſum abundantiam vaporum ex pluuia: ſecundo verò de Cælo, text. 34. oſtendit, partem Orientalem eſſe in Cælo dextram, quia ab ea incipit motus, deinde, motum eſſe ab Oriente, quia ea pars eſt dextra, & text. 50. demonſtrauit, ſtellas eſſe immobiles, quia ſunt ſphæricæ, & poſtea eſſe ſphæricas, quia ſunt immobiles.

Tertiò. Tertiò; Philoſophi in inueſtiganda rerum præſertim Phyſicarum cognitione circulo vſi ſunt; nam cum effecta primò cognouiſſent, deinde ex effectis ad cauſarum cognitionem progreſſi ſunt, rurſum cognitis cauſis per eas demonſtrarunt effecta; ergo non modò licet Philoſophis circulari probatione vti, ſed etiam eſt vtile, vt concedit Alb. Mag. primo Poſteriorum tract. 2. & D. Thomas hic. Alb. Mag. D. Thom.

Quartò. Denique, in ſyllogiſmis probabilibus dari poteſt circulus; ergo etiam in demonſtratiuis. Conſequentia valet ex paritate rationis; antecedens admiſſum videtur ab Ariſtotele lib. 2. c. 7. vbi reddens cauſam, cur vna definitio demonſtretur per aliam, à qua rurſum demonſtratur, ait, illas probationes eſſe Dialecticas, non demonſtratiuas. Ratio idem probat, quia in probabilibus non proceditur ex cauſa ad effectum, quare non ſequentur ea incommoda, quæ Ariſt. inferebat.

AR-

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

Admittendas necessario propositiones per se notas, & excludendum circulum.

Ad circulũ absolutissimum tres debẽt fieri syllogismi.

VTrumque docuit, & probauit Aristoteles hoc capite, quod vt amplius explicetur, notandum est, circularem demonstrationem esse, in qua regredimur à conclusione ad probandam præmissam; per quam conclusio probatur, vt si probetur, terram esse rotundam, quia est grauis, & esse grauem, quia est rotunda. At vt circulus absolutissimus fit tres debent fieri syllogismi, in quorum primo per duas præmissas probetur conclusio, in secundo probetur maior per minorem, & conclusionem, in tertio minor per conclusionem, & maiorem. Erit tamen simpliciter circulus ex duobus, quorum secundus per conclusionem primi, & vnam præmissam probat alteram: in eo enim sequuntur priora duo incommoda, quæ Philosophus intulit. Diuiditur porrò circularis demonstratio dupliciter; primò in materialem, & formalem; materialis sunt propositiones apprehensiuè, vel obiectiuè sumptæ; formalis sunt assensus propositionum. Secundò diuiditur in circularem simpliciter, & secundum quid: illa est, in qua præmissæ probantur ex conclusione cognita præcisè ex præmissis; hæc, in qua probantur præmissæ per conclusionem aliunde magis cognitam, quam ex præmissis.

Diuisio circularis demonstrationis.

3. Concl. His positis sit prima conclusio. In demõstratione materiali dari potest perfectus circulus, exempli causa, in hac demonstratione; omne animal rationale est discursiuum, omnis homo est animal rationale, ergo omnis homo est discursiuus; licet enim ita regrediaris: omnis homo est discursiuus, sed omne animal rationale est homo; ergo omne animal rationale est discursiuũ, & rursum omne discursiuũ est animal rationale: sed omnis homo est discursiuus; ergo omnis homo est animal rationale. Probatur in materiali demonstratione tam apprehensiua, quàm obiectiua, non datur verus discursus, ergo non oportet præmissas esse priores, & notiores conclusione; quare non magis refert has, quam illas propositiones poni pro præmissis, non sequuntur enim illa incommoda, quæ Aristot. inferebat.

Probatur.

Aristot.

Secunda conclusio. In demonstratione formali nullus potest dari circulus, neque simpliciter, neque secundum quid. Primam partem huius conclusionis de circulo simpliciter tradunt omnes Interpretes: secundam videntur negare: sed meo iudicio, tunc non loquuntur de solis iudicijs, vt ex probationibus patebit. Prima igitur non potest melius probari, quam ratione Philosophi hoc modo exposita. Id, per quod aliud demonstratur, est eo euidentius, & notius, vt proximo capite confirmatum est, sed conclusio, vt fuit præcisè demonstrata ex solis præmissis, est ineuidentior, & ignotior; ergo si ex illa regrediamur ad probandas præmissas, procedemus ab ignotiori ad notũ contra formam discurrẽdi. Hæc ratio concludit in omni demonstratione, tã Quia, quàm propter quid, in omnibus enim verũ est, præmissas esse notiores, & certiores conclusione, & in rebus fidei, vbi obscuritas videtur esse par in conclusione, & principijs, certitudo æqualis non est.

2. Conclusio probatur quo ad primam partem.

Secunda pars ita probatur; vt detur imperfectus circulus, debet sumi conclusio vt magis nota, quã ex præcedentibus præmissis, sed impossibile est, aliud formale iudicium, quod illatum fuit, fieri clarius, aut euidẽtius; ergo non potest aliunde ad imperfectum circulum; Maior, & cõsequentia patent, Minor probatur: illud iudicium non potest euidentius reddi, nisi ex nouo medio per discursum, vel ex maiori claritate, & penetratione terminorum; sed neutro horum modorũ euidentius reddi potest: namque dum alterum medũ accedat, constituit aliud obiectũ formale, atque adeò aliud iudicium essentialiter,

Probatur quo ad 2.

Digitized by Google

ualiter,& realiter à priori distinctũ: eadem ratio est de penetratione terminorum; constituit enim obiectum actus non discursiui, & ita non efficiet, vt illud idem iudicium accrescat; sed quoniam posset aliquis molestè contendere, simul cum medio demõstrativo stare aliquã penetrationem terminorum ipsius cõclusionis, quæ, si fiat maior, reddet iudicium clarius.

Probatur 2. Probatur secundò eadem pars euidenter ex repugnantia præmissarũ: vel enim harum notitia prius habita fuit ex terminis, vel per medium, si primum; implicat, eandem notitiam esse conclusionem discursus; migraret enim notitia nõ discursiua in discursiuam, si erat habita per mediũ, cum illud necessariò sit prius, & diuersum ab eo, quod modò per conclusionem sumitur, non potest idem

Confirmatur. iudicium efficere. Et confirmatur in exemplo circuli imperfecti, quod afferri solet, cum per effectum demonstratur causa, & rursum per causam effectus; nam prima notitia effectus, & causæ erat Quia: secunda verò effectus est propter quid, causæ autem est notitia principiorum; quę omnes specie differunt. Nulla igitur fieri potest circularis demonstratio, in qua procedatur à notitia aliquo modo eadem ad præmissas etiam aliqua ratione easdem. Et quando Autores admittunt circulum imperfectum ex conclusione aliqua ratione immutata, loquuntur de materiali conclusione, prout subit diuersa iudicia, quod nos minimè inficiamur.

3. Concl. Tertia conclusio, vt detur alicuius rei certa, euidensq; scientia, necessariò concedendæ sunt propositiones aliquæ per se notæ. Hic fuit scopus Aristoteli propositus in toto capite, & huius conclusionis ignoratione ait, Philosophos in extremos errores

Probatur 1. incidisse. Probatur euidenter secũda ratione in textu posita. Si non darentur aliquæ propositiones per se notæ, quę sumerentur pro antecedente, sed hæ cognoscerẽtur per conclusionem; sequeretur, conclusionẽ cognosci per se ipsam; nam certitudo conclusionis est à principijs immediatè; remotè verò à ijs, à quibus principia certitudinem habent; sed principia, vt ponitur, accipiunt certitudinem à conclusione; ergo tandem hæc à se ipsa certitudinem accipit.

Probatur 2. Deinde, vt inferatur conclusio scientifica, debet antecedere aliqua notitia certa, & euidens; igitur ante omnem conclusionem, atque adeò ante omnem discursum datur notitia certa alicuius propositionis: hæc ergo erit per se nota.

ARTICVLVS III.

Respondetur argumentis primi articuli.

Ad 1. arg. respondetur. Præoccupatio. AD primum negatur, in causis esse perfectum circulum: nam mutua illa dependentia est in diuerso genere causæ, in quo nullum est incommodũ, vnum esse prius, & posterius, notius, & ignotius alio. Dices: ergo saltem admittimus imperfectum circulum; respondetur, ita esse in demonstratione materiali, non autem in formali; nam cognitio causæ formalis, verbi gratia, cum sumitur ad probandum materialem, non est discursiua, sed ex terminis; cum verò eadem formalis demonstratur per materialem; eius notitia est discursiua. Notãdum. Est tamen aduertendum, cum diximus, in demonstratione materiali obiectiuè sumpta dari perfectum circulum, nos loqui de obiecto materialiter sumpto: nam de obiecto formali assensum est eadem ratio, atque de assensibus, vt consideranti erit manifestum.

Satisfit 2. argum. Arist. Ad secundum cum omnibus locis in eo adductis respondetur, loqui Philosophum de materiali demonstratione; nam definitio, cum sumitur pro principio, cognoscitur ex terminis: cum est conclusio, per discursum: quare non fit regressio ab eadem notitia ad eandem. Caiet. Adde, ex Caietano in secundo loco, nec materialiter dari regressum ab eodem. nam diuersi vapores sunt, ex quibus colligitur futura pluuia ab ijs, qui futuri probantur ex pluuia. Io 2. lib. de

de Cœlo, quando à conclusionibus regreditur ad probanda principia, solum materialiter sunt conclusiones eædem, nam formaliter sunt iudicia diuersa, vt posteriori loco excitatis annotauit D. Thomas.

D. Thom.

Ad tertium patet ex probatione secundæ conclusionis, diuersam esse cognitionem, qua scitur causa per effectus, & qua assumitur ad demonstrandos effectus, nimirum prima est Quia, & discursiua; secunda extremis, vt notitia principij; & hæc est mens Autorum, qui ibi citantur. Tertium argumẽtũ diluitur.

Grauior dubitatio videtur quibusdam inesse in quarto argumento, nam Aegidius Romanus, & Apollinaris hoc loco credunt in Topicis syllogismis reperiri posse perfectum circulum, quia probabilia sunt, quæ talia videntur, cum igitur alicui videri possint probabiliores præmissæ, & alia conclusio, probabitur ab illo conclusio per præmissas, ab hoc ex oppositio per conclusionem probabuntur præmissæ. Dicendum tamen est, eandem rationem esse quo ad hoc in Topico, atque in demonstratiuo circulo. Enimuerò ad rationem discursus exigitur, vt ex notioribus procedatur ad minus nota (alioquin, si omnia æquè nota sint, vt hi Autores volunt, nulla erit discurrendi causa, vt non est in Angelo, qui idcirco non discurrit, quia intuendo rem æquè bene percipit principia, atque conclusionem: causam, atque effectum) ergo conclusio probabilis minus nota est, quam præmissæ; quare assumi non poterit ad eas per circulum confirmandas. Aegidius. Apoll. 4. Arg. solutio.

Deinde est ea ratio: qua imperfectus circulus oppugnabatur: quando media sunt diuersa, assensus quoque diuersi sunt: sed præmissæ per conclusionem probatæ cognoscuntur diuerso medio, atque antea; ergo non datur regressio ad eandem notitiam. Denique est illa secunda ratio Philosophi: quod scilicet æquatur, conclusionem esse veram, quia est vera, quæ ibi habet suum robur. Et per hoc soluta est probatio in quarto argumento adducta: licet enim non sequantur omnia incommoda, quę in demonstratiua, sequuntur tamen præcipua. Ad locum Aristotelis respondemus, non dixisse, esse rationes probabiles ad euitandum circulum, de quo ibi mentio non erat: sed quia quidditas rei semper præsupponitur per se nota, & perinde se habet probatio vnius definitionis per aliam, ac si addatur ratio probabilis. Ad rationem verò, quam proximè posuimus, respondetur, illas notitias eorum Autorum confessione esse diuersas: & notitiam conclusionis probabiliorem, per quam dicunt demonstrari posse præmissas, non fuisse collectam ex illis, quod erat requisitum ad aliqualem circulum. Locus Aristot. explicatur.

QVÆSTIO II.

Vtrum propositio per se nota probè definiri, ac diuidi possit.

ARTICVLVS I.

Expeditur definitio propositionis per se notæ.

EXplicans Aristoteles conclusionem præcedentis quæstionis, esse nimirum aliquas propositiones indemonstrabiles, à quibus scientia inchoatur; ita ait: Principium scientiæ quoddam esse asserimus, quo terminos ipsos cognoscimus. Ex quibus verbis posteriores Philosophi, ac Theologi hanc eliciunt propositionis per se notæ definitionem. Propositio per se nota est ex suis tantum terminis cognoscibilis; in qua est diligenter notandum, esse illam particulam exclusiuam tantum, quam etsi non omnes formaliter adhibeant, in explicatione tamen definitionis subintelligunt. Vbi autem est huiusmodi particula, requiruntur duæ propositiones veræ; altera affirmatiua, altera negatiua, quæ Aristot. Definitio propositionis per se notæ. Expeditur definitio tradita.

hoc

hoc loco erunt. Propositio per se nota est cognoscibilis ex suis terminis, & non est cognoscibilis per aliud. Vnde effectum est, vt in explicanda hac definitione quidam solum exprimant propositionem affirmatiuam, supponendo negatiuam; alij negatiuam, subintelligendo affirmatiuam. Priori modo loquutus est Boetius de Hebdomadibus libro: An omne quod est, sit bonum; vbi ait, propositionem per se notam esse ita manifestam, vt quilibet statim iudicet, eam esse veram, si intelligat, quid significet: quem explicãdi modum vehementer probant Scotistæ. Posteriori viuntur frequẽtius Interpretes Aristotelis hoc libro, ipsum sequuti ducem: nam indiscriminatim appellat hanc propositionem cognoscibilem ex terminis, & immediatam, seu medio vacantem, & indemonstrabilem: imò hoc ipso capite, cum proposuit hanc definitionem, dixit, se loqui de principio; principium autem definit cap. 2. propositionem medio vacantem, & 8. quæ fieri nequit, vt esse demonstretur, quæ explicationes omnes sunt negatiuæ.

Variè à diuersis exponitur.

Boetius.

Aristot.

1. Resolutio ex dictis.

Philopon. Themist.

2. Resolut.

Ex hac animaduersione duæ sequũtur resolutiones admodum vtiles. Prima: non esse propositionem per se notam, qua iudico, hanc papyrum esse albam, quamuis hoc iudicẽ ex terminis absque vllo medio, quia demonstrari potest. Cuius oppositũ existimauit Philoponus ad hunc locum, indicauitque Themistius initio 5. c. Secunda non satis esse propositionem nullum habere medium à priori, neque in essendo, neque in cognoscẽdo, vt dicatur per se nota omnibus modis, si ex terminis non cognoscatur; cuiusmodi est hæc; Deus est trinus, & vnus: & hæc; Deus est; quæ carent omni medio à priori, nec sunt nobis notæ, vt de prima est manifestum; & de secunda postea ostẽdetur. Esse igitur propositionem cognoscibilem ex terminis est, tam esse manifestam veritatem, vt ijs cognitis statim assentiatur intellectus. Nõ cognosci autem per aliud, est nõ habere medium à priori, per quod demonstretur. Dixi à priori; quoniam non tollit, propositionem esse per se notam, demõstrari posse à posteriori; vt notauit Albertus Magnus 1. p. summæ, q. 17. quemadmodum non euenit ratione primi principij per inductionem, & experientiam cognosci, licet hoc sit discrimen; quod notitia per inductionem habita est notitia principij, qua principium est: at quæ habetur per verum discursum à posteriori; non est propositionis per se notæ, qua talis; sed est notitia Quia imperfectissima.

Propositio per se nota à posteriori demonstrari potest.

Vt verò pateat, quod medium à priori excludat propositio per se nota, resoluendum est, quod supra admonuimus ex Caietano in commentarijs 2. capitis, duplex nimirum esse medium à priori, quod ibi appellauimus causam; in idem enim recidit, alterum in essendo, alterum in cognoscendo, quæ ibi explicata sunt. Primum appellant Thomistæ medium propositionis secundum se; secundum medium quo ad nos. Est ergo controuersia; an, vt propositio dicatur per se nota ex parte medij, seu immediata, necesse sit carere vtroque medio, an sufficiat non habere medium in essendo? Primum asserunt Scotus in 1. dist. 2. q. 2 Bargius, & Lychetus ibi; & Scotistæ omnes, quibus accedunt Nominales. Greg. ibidem q. vnic. Gabr. q. 4. Probatur; propositio dicitur per se nota, quando ex suis terminis cognoscitur, sed quæ habet medium in cognoscendo, cognoscitur ex terminis alterius propositionis; ergo non est per se nota; Maior est ipsa definitio; Minor probatur; quoniam distincti termini sunt, in quibus continetur medium in cognoscendo, ab ijs, in quibus est subiectum propositionis; alioquin, si nihil differrent, non conducerent ad demonstrationem. Confirmatur ex Aristotele, qui definiens in secundo capite propositionem immediatam, ait, esse illam, qua non est alia prior, sed propositio continens medium cognoscendi est prior illa, cuius est medium; ergo

Propositio per se nota excludit medium.

Caiet.

Opinion. Scotistarũ & Nominal.

Scotus.

Bargius.

Lychet.

Gregor.

Gabriel.

Arist.

ergo non est immediata, & multò minus per se nota.

Opin. Thomista sum. D. Thom. Ferrar. Capreol. Durand. Richard.

D. Thomas 1.p. q.2. art.1. & in 1. d.3.q.1. & 1. contra Gent. c.15. Ferrar. ibi cap.11. & alij eius discipuli. Capreolus in 1.d.2.q.2. Durand.d.3. q.3. Richard.q.2. existimant, propositionem aliquam esse per se notam, si careat medio in essẽdo, quantumuis illud habeat in cognoscendo. Ratio huius rei est, quia veritas illarum propositionum secundum se est independens à priori, & si termini penetrentur, absque vllo medio est cognoscibilis, esto, à nobis, qui terminos imperfectè cognoscimus, non percipiatur, nisi fingendo aliquod medium; sunt igitur eæ propositiones simpliciter indemonstrabiles, & secundum se notæ. Hæc sententia vera est. & supponit, in definitione propositionis per se notæ nomine terminorum intelligi obiectiuos, non formales, vt credunt Scotistæ: quod sequenti articulo declarabitur. Vnde nota hæc doctrina manifestior euadet. Ad rationem Scoti respondetur, explicando maiorem, quasi velit, propositionem per se notam posse cognosci ex terminis obiectiuis, concedenda est, & neganda minor: nam termini obiectiui non sunt diuersi, vt seq. artic. magis patebit: si autem significet, posse cognosci ex terminis formalibus, est neganda, nam vt formalis propositio non dicitur cognosci, ita nec per se cognosci. Ad confirmationem similiter respondendum, Aristotelem negare, propositione per se nota esse aliquam priorem in eo genere, in quo est per se nota: nimirum si est secundum se, nullam dari priorem à parte rei: si quo ad nos, nullam esse quo ad nos priorem: non inficiari autem, propositione per se nota secundum se, esse aliquam priorem quo ad nos.

Probatur. Locus Aristot. explanatur. Aristot.

Quæ propositiones in definitione comprehendãtur.

Hæc non ita intelligas, quasi Philosophus in hac definitione non fit complexus propositiones etiam vacantes vtroque medio, has enim præcipuè comprehendit: sed eò tendunt, quæ dicta sunt, vt appareat, ad rationem propositionis per se notæ, simpliciter loquendo, sufficere, non habere medium in essendo, licet multò perfectior sit ea, quæ præter hoc, medio caret in cognoscendo. Simili modo idem Aristoteles, cum in secundo capite principia definiuisset, subiunxit, eorum quædam esse præstantissima, quas dignitates appellauit, alia minus præstantia, quas dixit positiones, quæ diuisio fortassis non differt ab ea, quam subijciemus. Aristot.

ARTICVLVS II.

Propositionem per se notam diuidendam esse in per se notam secundum se, & in per se notam secundum se, & quo ad nos.

EX doctrina D. Thomæ proximo articulo approbata hęc sequitur conclusio. Propositio per se nota alia est per se nota secundum se tantum, alia secundum se, & quo ad nos. Est D. Thomæ, & Autorum, qui simul citati sunt in eisdem locis. Declaratur. Propositio per se nota secundum se dicitur ea, quæ à parte rei nullum habet medium, à quo eius veritas dependeat: à nobis tamen demonstrari potest, dum in eadem re concipimus aliquid per modum causæ, & medij talis propositionis cum fundamento in re: huiusmodi est hæc; homo est discursiuus, (ponamus, hanc esse primam hominis passionem) in qua etsi nihil est à parte rei distinctum ab homine, per quod eius partes coniungantur, concipitur tamen à nobis animal rationale, quæ est definitio hominis, vt aliquid distinctum, & sumitur pro medio illius propositionis. Propositio per se nota secundum se, & quo ad nos est, quæ medio vacat in essendo, & cognoscendo. Adde, & terminos habet perfectè cognoscibiles à nostro intellectu: quod addo propter illas propositiones superius commemoratas: Deus est trinus, & vnus; Deus est: in quibus nec medium est à priori, nec à nobis fingitur, & nihilominus non sunt

Prima cõclusio. D. Thom. Explicatur concl.

Digitized by Google

sunt per se notæ quo ad nos.

Probatur concluſ. 1. Sic explicata concluſio probatur primò. Quando propoſitio per ſe nota dicitur cognoſcibilis ex terminis, non intelliguntur nomine terminorum formales conceptus, aut voces, ſed res ſignificatæ: at res carent medio à parte rei, ſiue his conceptibus, aut vocibus ſignificentur, ſiue illis; ergo ſi ſignificatum dicitur per ſe notum ſub conceptibus clarioribus; etiam dicetur ſub obſcurioribus; ſiquidem ſecundum ſe nullam patitur variationem. Major, ex qua tota probatio dependet, ſic oſtenditur. De eo dicitur per ſe notum, cui competit per ſe cognoſci; ſed cognoſci primò, & per ſe conuenit rebus, propoſitionibus autem formalibus ſecundario, & ratione rerum: vt enim cognoſcas, propoſitionem formalem eſſe veram, vel falſam, prius debes tenere, rem ſignificatam ita ſe habere, aut non habere: nam propoſitio eſt vera, aut falſa, quia res eſt, aut non eſt; ergo notitia prius ſimpliciter conuenit rei ſignificatæ: quare cum Ariſtoteles ait, propoſitionem per ſe notam eſſe, quam ſcimus, cùm terminos cognoſcimus, loquitur de terminis obiectiuè ſumptis. Vnde, ſi inter hos nihil à parte rei mediet, propoſitio eſt immediata, & per ſe nota ſecundum ſe. Secundò, vt propoſitio dicatur mediata, & non per ſe nota; ſatis eſt, ſi habeat medium in eſſendo, eſto, in cognoſcendo illud non requirat, vt ſupra diximus de hac propoſitione; hæc papyrus eſt alba, ergo, vt dicatur per ſe nota, ſatis erit carere medio in eſſendo, etſi quo ad cognitionem illud exigat. Videtur enim par ratio. Et confirmatur, quia ab eo res denominatur, quod in ea eſt præſtantiſſimum; ſed medium à parte rei eſt præcipuum: ergo ab illo dicetur, aut non dicetur per ſe nota propoſitio.

Probatur 2.

Reſpõſio Scoti 1. Scotus. Henric.

Reſpondent Scotus, & qui præcedenti articulo pro illius opinione citati ſunt, & mordicus defendunt, hanc diuiſionem eſſe improbandam, quibus adde Henricum in Summa art. 22. q. 2. Reſpondent, inquam, primò, propoſitionem proprie, & in rigore ſignificare formalem, ſed formalis, quæ per aliam probatur, non eſt nota ſuis terminis, id eſt, ſuis conceptibus; ſed conceptibus alterius propoſitiones, ergo non poteſt dici per ſe nota etiam ſecundum ſe, ſiquidem per eos formales conceptus, quibus conſtat, non eſt euidens. Secundò, etſi termini, & propoſitio ſumantur pro obiectiuis; non poſſe tamen pro illis accipi, vt res ſunt; hoc enim modo neque termini appellari poſſunt, nec propoſitionem conficere, ſed prout reſpondent his, vel illis terminis formalibus: at ſi hoc modo ſumantur, non erunt termini per ſe cognoſcibiles; quamdiu ſumuntur confusè, v. g. termini huius propoſitionis; homo eſt diſcurſiuus; vt ſubiacent confuſis conceptibus, non ſunt clarè cognoſcibiles; id namque eſt ſumi, vt ſubiacent confuſis conceptibus; ergo neque propoſitio ex illis confiata eſt cognoſcibilis per ſe, & conſequenter, neque per ſe nota ſecundum ſe. Vnde tertiò ſic argumentantur. In rebus ſecundum ſe nulla eſt propoſitio, ſed ſolum, vt ſignificantur cõceptibus, aut vocibus; ſed res, vt ſignificantur confuſis conceptibus, non ſunt per ſe notæ vel nobis, vel ſecundum ſe: nã res confusè cognita, prout ita intellectui obijcitur, non eſt apta per ſe cauſare euidentem notitiam; ergo neque poteſt dici per ſe nota. Nulla igiuur eſt propoſitio per ſe nota ſecundum ſe, & non quo ad nos.

2. Ratio eiuſdem.

3. Ratio.

Quæſtio pẽnè eſt de nomine.

Hęc Scoti cõtentio magna ex parte eſt de nomine, vt plerique Docto. res aduertunt: quatenus verò extenditur ad rem ipſam, non bonum habet fundamentum. Vtrumque facilè patebit, ſi aduertas, tribus modis poſſe ſumi propoſitionem: primò formaliter, vt componitur ex conceptibus: ſecundò materialiter, pro rebus ſecundum ſe ſumptis: tertiò, medio quodammodo, id eſt, pro rebus, quatenus repræſentantur in conceptibus. Plerique Scotiſtæ, & Thomiſtæ hanc controuerſiam tractant in primis

Quomodo expedienda.

ed by Google

mis duobus ſenſibus; & tunc planè eſt controuerſia de vocabulo: neque
D. Thom. enim D. Thom. negare poteſt, propoſitionem confuſam non habere per ſe euidentiam, & eſſe diuerſam ab alia, per quam poteſt euidentiam accipere, & conſequenter per ſe notam non eſſe. Nec Scotus negabit,
Scotus. res carentes medio ſecundum ſe eſſe aptas, vt ſine medio cognoſcantur; atque adeò eſſe per ſe notas. Meritò ergo in hoc ſenſu quæſtio dicitur eſſe de vocabulo, & vterque Autor
Vtraque ſchola cõciliatur. minus propriè loqui. Nam Scotus, etſi propriè appellet propoſitionem eam, quæ eſt formalis, impropriè tamen illi tribuit, quod ſit cognoſcibilis, indemonſtrabilis, &c. vt demõſtrat argumentum factum pro D. Thom. qui etiam propriè loquitur, dum rebus tribuit, eſſe, aut non eſſe per ſe notas. Impropriè tamen, dum appellat propoſitionem rem ſecundum ſe, vt oſtendunt probationes proximè adductæ.

Circa propoſitionem tertio modo ſumptam eſt contentio de re, & in ea probamus ſententiã D. Thom. ad cuius defenſionem eſt aduertendum, terminos obiectiuos efficere poſſe propoſitionem, vel actu, quando ſcilicet de facto reſpondent formalibus conceptibus, vel potentia, quatenus cognoſcibiles ſunt, & aliquibus conceptibus reſpondere poſſunt; & primo modo; ſi confuſè cognoſcantur, non efficere propoſitionem per ſe notam ſecundum ſe, quia, vt ita præcisè reſpondent, non ſunt cognoſcibiles per ſe. Verùm quia ijdem abſq; vlla variatione, aut diſtinctione in ſe apti ſunt terminare conceptus clariores, dici iure optimo debent per ſe cognoſcibiles, & propoſitio ex ijs facta, per ſe nota ſecundum ſe tantum non quo ad nos.

Sententia D. Thom. prefertur.

Vnde in prima reſponſione Scoti patet, ineptè ſumi propoſitionem pro ſola formali, quando de illa dicitur, quod ſit cognoſcibilis &c. vt dictum eſt. Ad ſecundam concedimus, propoſitionem, & terminos ſumi pro rebus tantum ſecundum ſe. Negamus tamen, accipi debere pro rebus ſolum, vt reſpondent his conceptibus, ſed vt aptæ ſunt reſpondere his, vel clarioribus, & quoniam eadem omninò res, quæ terminat actu conceptus confuſos, eſt apta per ſe terminare clariores, facta ſola variatione in conceptibus, ſi noſtra potentia non deficiat, dicimus, eſſe notam ſecundum ſe, non quo ad nos. Ad tertiam negandum eſt, rem confuſè cognitam non eſſe aptam clarè cognoſci, etiam dum ita cognita eſt; non quod ſub illa ratione confuſa obiecta intellectui poſſit clarè obijci, id enim repugnat; ſed quia ita ſumpta eſt de ſe apta obijci conceptibus euidentibus, & per eos per ſe cognoſci. Tota igitur vis opinionis, quam ſequimur, in eo eſt, quod res non habens à parte rei medium diſtinctum, non accipit ab intellectu, vt hoc, vel illo modo cognoſcatur; ſed à ſe habet, vt à potentia perfecta clarè percipiatur, abſque vllo medio termino; ſitque cognoſcibilis, quantum ad rationem per ſe notæ propoſitionis exigitur.

Reſpõſiones Scoti confutantur.

Caiet. Caiet. 3. propoſitionis p ſe notæ mẽbrum inuehit.

Non exiſtimat Caietanus, hoc loco ſatisfactum diuiſioni aſſignatis membris; ſed tertium addere conatur propoſitionis per ſe notæ nobis, non autem ſecundum ſe, cuiuſmodi ſunt eę, de quibus ſuprà diximus, demonſtrari quidem poſſe per medium à parte rei, ſed abſque illo euidenter cognoſci, verbi cauſa hæc; papyrus eſt alba; coruus eſt niger. Nec deeſt huic placito auctoritas Ariſtotelis, ſępè enim ait, eſſe multa nota nobis, & ignota natura. Ex his ergo fieri poſſunt ſimiles propoſitiones. Id confutatum eſt in primo articulo declarando definitionem propoſitionis per ſe notæ, & amplius euinci poteſt ex eo, quod Ariſtoteles in ſecundo capite docuit, principia per ſe nota eſſe neceſſaria, ſi concluſiones neceſſariæ ſunt. Nulla autẽ propoſitio neceſſaria habens medium cognoſci poteſt euidẽter ſine medio; cognoſceretur enim aliter, atque in ſe eſt, quod repugnat propoſitioni per ſe notæ; vnde illæ, quæ aſſignantur contingentes ſunt, quo

Ariſt. Improbatur.

ſolo

solo titulo præter id, quod eo loco diximus, expelluntur. Quod Aristoteles ijs locis ait, est, qualiter res magis esse notas nobis, quam secundum se, quia cum habeat medium, ob realem præsentiã, sine illo à nobis intuitiuè cognoscuntur: non autem quod aliqua sint nobis nota, & non secundum se; impossibile enim est, aliquid de se incognoscibile à nobis percipi.

ARTICVLVS III.

Aliquot assertionibus declaratur, quæ propositiones sint per se notæ, & quæ non.

1. Concl. SIngulas propositiones in individuo explicare nec possibile, nec Philosophicũ est; assignabimus cõmunes regulas, sub quibus omnes, quoad fieri poterit, declarentur. Prima igitur conclusio sit. Propositio, in qua prædicatum est de essentia subiecti, est per se nota secũdum se, licet nõ omnis quo ad nos. Est D. Tho. & discipulorum communis, & quo ad primam partem est manifesta in ea sententia, qua diximus, prædicata Metaphysica nõ distingui ex natura rei inter se; vbi enim nõ datur distinctio à parte rei, nulla potest esse causalitas; quare si prædicatum non distinguitur à parte rei à subiecto, nullam potest habere causam, cur illi competat. Secũda pars hoc exemplo declaratur. Angelus est spiritualis; quæ etsi à parte rei non sit minus nota, quam hæc; homo est corporeus; à nobis tamen per se non cognoscitur. Rogabis, an hoc sit tãtum verum in prædicatis Metaphysicis, vt in probationibus indicauimus: nam Physica differunt realiter inter se. Respondetur, etiam in Physicis verum esse: primò, quia, esto, differant inter se, non differunt tamen à toto, vt probabilius est. Deinde esto, differant, cum sint duæ tantum partes; & neutra competat ratione alterius: nihil supereſt, per quod à parte rei toti cõueniant, & de illo demonstrentur.

D. Thom.

Probatur 1. pars.

Probatur 2. pars.

2. Concl. Secunda conclusio. Propositio, in qua prima passio prædicatur de subiecto, Metaphysicè est per se nota secundum se, & non quo ad nos, in ordine Physico, nullo modo; hæc etiam est communis apud Thomistas quo ad priores duas partes, secundum quas ita probatur. Primò, passio non posset demonstrari de subiecto, loquendo metaphysicè, nisi per definitionem subiecti, vel per vltimam eius differentiam; sed definitio, & vltima differentia distinguuntur à subiecto solum quo ad nos; ergo non possunt esse medium demonstrationis secundum rem; erunt tamen secundum nos, quia à nobis accipiuntur, vt causa passionis; iuxta ea, quæ dicta sunt. Tertia pars mihi videtur vera in sententia distinguente realiter totum Physicum à suis partibus; nam si detur passio conueniens toti ratione formæ, per eam demonstrari poterit, tanquam per causam à parte rei distinctam à subiecto, & passione.

Probatur quo ad 1. & 2. partem.

3. Pars eiusdem 2. cõclusionis ostenditur.

Obijcies contra primam partem. Definitio dicitur à Philosopho in li. sequenti præcipuũ medium demonstrationis à se definitæ; sed ipse definijt demonstrationem procedentem per veram causam in essendo; ergo definitio est causa in essendo, & prima passio per illam demonstrata nõ modò quo ad nos, sed etiam secundum se demonstratur. Confirmatur. Res denominatur simpliciter ab eo, quod illi conuenit secundum se; ergo, si propositio, in qua prima passio prædicatur de subiecto, secundum se est indemonstrabilis, absolutè talis dicetur; at Philosophi omnes eam demonstrabilem appellant, & afferunt in primum exemplum demonstrabilium. Respondetur cum Caietano, esse demonstrabile competere rei per ordinem ad intellectum nostrum, vt esse prædicabile, & definibile: & ideò ea propositio, quamuis secundum se indemonstrabilis sit, vt absolutè demonstrabilis dicatur, satis est, si id habeat per ordinem ad intellectum, tunc enim verum est, illud simpliciter dici de aliquo, quod ei conuenit secundum se, quando denominatio non respicit

Obiectio aduersus primã partem cõclusionis.

Confirmatur.

Obiectio dissoluit. Caiet.

Arist. aliud. Hinc ad Philosophum negamus, solam veram causam rei comprehendisse, vt ibi explicatum est. Deinde, idcircò ipsum, ceterosque Philosophos vocare definitionem præstantissimum medium, quia est manifestissimum, & primum ostium, quo ad ceteras passiones demonstrandas ingredimur.

3. Concl. Tertio conclusio. Propositio negatiua, cuius vel vtrumque, vel alterũ extremum continetur sub diuerso prędicamento, est per se nota secundum se, non quo ad nos. Exempla

1. Pars ostenditur. sunt; homo non est linea: substantia non scientia. Prima pars ex dictis patet; nihil enim Metaph. est in homine, vel linea substantia, vel scientia ab illis distinctum à parte retro; ergo nihil poterit esse vera causa, cur vnum non sit aliud. Secunda pars af-

Probatur 2. pars. Arist. feritur ab Aristotele, c. 11. sequent. & probatur; quia illud genus, sub quo vnum extremum continetur, prius differt quo ad nos ab alio genere, vel specie sub eo contenta, quam id, quod sub eo continetur; ergo per illud probari potest, quo ad eius inferiora differre à toto genere opposito, & ab inferioribus illius; verbi gratia, per substantiam hominem non esse lineam; nulla substantia est linea; homo est substantia, ergo homo non est linea; similiter per qualitatem, scientiam non esse substantiã; nulla substantia est qualitas; scientia est qualitas, ergo substantia non est

Cõclusio extenditur etiam ad species eiusdem generis. scientia. Eadem conclusio statuenda est, quando negantur de se duæ species proximè cõtentę sub eodem genere; sed ratio est diuersa; nam medium quo ad nos est, vel sola differentia, qua constituuntur; ab illa enim primò dimanat omnis diuersitas; & cum accipiatur per modum partis componentis, secundũ nos est prior specie; vel tota definitio, quæ etiam respectu nostri est causa specieũ, & ratio cur differant; nam in ea prioritate, qua à nobis concipitur vt causa, cõcipiuntur iam diuersa. His tribus assertionibus continentur propositiones per se notæ secundũ se, non quo ad nos: quatuor sequentibus vtroq; modo per se notæ explicabuntur.

Quarta. Omnis propositio identica est per se nota vtroque modo. 4. Concl. Nulla eget probatione, æquè enim notum est, idem competere sibi, atque posse esse, & non esse idem, quod est notissimum principium.

Quinta conclusio. Propositio, in 5. Concl. qua prædicatur definitio essentialis de subiecto, vel aliqua pars, aut prima passio de tota definitione, est vtroque modo per se nota in suo genere; quam moderationem addimus, quia supra concessimus, vnam definitionem posse in diuerso genere demonstrari per aliam. Ceterum singulæ partes ita declarantur. Definitio non posset, quo ad nos, demonstrari de definito, nisi per definitionem partium, ex quibus constat, v.g. animal rationale, per definitiones animalis, & rationalis; sed nos, cum dicimus, definitionem non habere vllum medium, cur subiecto conueniat, eam sumimus resolutam vsque ad vltimas partes, non supereſt ergo vllum medium. Item, ex terminis, patet, vnam partem includi in aggregato explicitè sumpto; sed definito est aggregatum partium expressè sumptarum; ergo quando aliqua pars de illa tota prædicatur, est propositio ex terminis nota. Probatur cõclusio.

Sexta conclusio. Propositio negatiua, cuius extrema sunt ambo primò diuersa, est etiam vtroque modo per se nota: vt, substantia non est quantitas: rationalitas non est brutalitas: Deus non est materia prima. Probatur: quia in primò diuersis nihil datur, quod vel in se, vel quo ad nos sit prius, & ratio diuersitatis est: sunt enim omninò incomposita. 6. Concl.

Septima conclusio. Propositiones 7. Concl. disiunctiuę conflatę ex partibus contradictorijs sunt vtroquemodo per se notæ: & si neutra pars per se nota sit, exemp. c. homo, vel est albus, vel non est albus. Probatur, quia omnium concessione illa maxima impossibile est idem simul esse, & non esse, est per se notissima. Sed in propositione assignata visum satis expressè in actu exercito illius veritas, ergo, Probatur.

go,&c. Quod ſi ex eo inferas,dictam propoſitionem per illam Maximam demonſtrari poſſe, ſiquidem continet illius vim contractam: Reſpondetur, aliquo modo probari poſſe, demonſtrari verò tanquam per cauſam non poſſe,quoniam habere vim illius Maximæ in actu exercito, non eſt eſſe inferius ſub ea contentum, ſed ponere in terminis particularibus, & expreſſis, quod illa docet in vniuerſalibus,& confuſis.

EXPLANATIO CAPITIS QVARTI.

DE PRAEDICATIS.

SVMMA CAPITIS.

QVia facilè conſtare non poteſt, quo pacto demonſtratio ex neceſſarijs coaleſcat: quod Ariſt. deinceps oſtenſurus eſt, niſi prædicata cognoſcantur, explicat in hoc capite tria prædicata,ſcilicet,prædicatum de omni,per ſe, & vniuerſale:ait ergo, prædicatum de omni eſſe, quod non cuidam ineſt, & cuidam non ineſt,nec aliquando competit,aliquando non competit: ſed quod omni atque omni tempore competit: quale eſt album reſpectu cygni. Prædicatum per ſe duobus modis dicitur: prædicatum per ſe primo modo dicitur, quod eſt in ratione dicente, quid eſt ſubiecti,id eſt, in definitione eſſentiali ſubiecti, vt, animal reſpectu hominis. Prædicatum per ſe ſecundo modo eſt,in cuius eſſentiali definitione ponitur ſubiectum, vt, homo reſpectu riſibilis. Prædicatum vniuerſale eſt prædicatum de omni per ſe, & hoc, quo ipſum eſt, id eſt,quod cum ſubiecto reciprocatur,vt ſenſitiuum cum animali.

COMMENTARIVS. CAPVT IIII.

COnfutatis ſuperiori cap. Veterum Philoſophorum erroribus circa vſum demonſtrandi,vt planius euadat, qualem eſſe demonſtrationẽ oporteat, accedit Ariſt. ad explicandas quaſdam demonſtrationis proprietates,affectionesve. Quarũ prima eſt, vt conſtet ex neceſſarijs: & quia percipi ſatis non poteſt, cuiuſmodi eſſe debeat hæc neceſſitas, niſi intelligatur, quid ſit prædicatum de omni,per ſe,& vniuerſale. De hiſce tribus differit in hoc cap.

Omnis demonſtratio ex ſumptionibus neceſſarijs conſtituit.

a *Cum autem*] Latius probaturus c. 6. omnem demonſtrationem confici ex ſumptionibus neceſſarijs, id nunc breuiter concludit in hunc ferè modum. Scientia demonſtratiua, ſeu cognitio acquiſita per demonſtrationem, quæ propriè ſcientia dicitur,

Cvm autem ſcire nequeat, vtiã, cuius eſt abſolutè ſcientia, aliter ſe habeat, id neceſſarium eſt profectò, quandoquidẽ ſcire demonſtratiua ſcientia poteſt: ea verò demonſtratiua ſcientia eſt,quam demonſtrationem habendo habemus: ergo demonſtratio ex neceſſarijs propoſitionibus eſt.

b *Sumendum eſt igitur, ex quibus, qualibuſque demonſtrationes conficiuntur. Atque primo, quod de omni, quid per ſe, quid vniuerſaliter dicimus, determinemus. Id itaq; de omni dicimus, quod non cuidam ineſt, cuidam non ineſt, neque quod interdum competit,interdum non competit: vt, ſi animal omni de homine dicitur, ſi verum eſt,hunc dicere hominem, verum eſt, cum & animal dicere, ac ſi nunc verum eſt alterum dicere, verum eſt & alterum dicere,*

citur, est de re simpliciter necessaria: ergo demonstratio, per quam illa comparatur, conflat ex necessarijs sumptionibus. Consecutio patet, quia, licet necessarium ex non necessario vi formæ colligi possit; demonstrari tamen non potest, vt liquet ex ijs, quæ tradita sunt lib. 2. Priorum cap. 2.

Quid sit prædicatũ de omni.

b *Sumendum est igitur.*] Expõendum sibi inquit, quo pacto omnis demõstratio constet ex necessarijs sumptionibus, & cuiusmodi esse oporteat eam necessitatẽ; ad cuius rei notitiam pertractandæ erunt tria illa genera prædicatorum. Docet, ergo, prædicatum de omni esse id, quod non cuidam inest, cuidam non inest; & aliquando competit, aliquando non; sed quod omni, atque omni tempore conuenit. Esse verò hanc idoneam definitionem, confirmat ex communi consuetudine refellendi, seu coarguendi eas propositiones, quę proponi solent, tanquam de omni, cum nõ sint. Nam, si quis contendat, hanc propositionem; omne animal respirat; esse de omni, quæ tamen non est; solemus id ex eo confutare, quia aliqua sunt animantia, quæ non respirant, vt pleraque aquatilium. Si quis item asserat, hanc esse de omni omne animal vigilat; consueuimus id refellere, quia non omni tempore animantes vigilant. Quæ ab vberiorem explicationem huiusce definitionis requiruntur, in quæstione explicabimus. Non definit autem hoc loco Aristoteles prædicatum de nullo; quia id tantum inuenitur in propositionibus negatiuis, quæ in demonstratione, de qua in præsenti agitur, locum non habent.

Cur non definiatur prædicatũ de nullo.

Prædicatũ per se trifariam vsurpari.

c *Per se autem.*] Accedit ad explicanda prædicata per se. Pro quo aduertendum: per se trifariam dici: nimirum in prædicando, in essendo, in causando. Deinde per se in prædicando dupliciter sumi. Priori modo per se dicuntur ea, quæ sunt in ratione dicente quid est, siue in essentia subiectorum, seu per quæ subiecta essentialiter definiuntur; quo pacto se habet linea ad triangulum, punc-

re, & si in omni linea punctum inest, similiter. Atque huius signum est id, quod facimus. Hoc enim pacto interrogamus, cum de omni interrogamus, solemus, si aut de aliquo non dicatur, aut si interdum non insit. c *Per se autem in ratione quid est dicente, ea, quæ sunt dicentis: vt, triangulo linea, & lineæ punctum inest: ex his enim ipsorum substantia constat, & hæc in ratione quid est dicente, insunt.* d *Et item ea, quorum in ratione, quæ, quid est patefacit, ea ipsa sunt, quibus insunt, quo pacto linea quidem rectum, & curuum inest, numero verò par atque impar, primum atque compositum: figura denique laterum æqualium, ac diuersa parte longius. Atque in horum quidem definitione numerus, in illorum autem linea est.* e *Quæ igitur aut illo aut hoc insunt modo, per se cuique competere dico: quæ verò reliquo modo competunt, accidentia, qualiter animali musicum, aut album competit.*

f *Præterea, iã per se dicimus, quod nõ de subiecto alio dicitur vllo: ambulare enim aliquid aliud est, quam quod ambulans est: & item album:* g *ac substantia, & quæcunque hoc aliquid significant, cum non sint aliud quicquam, id sunt. Ea igitur, quæ de subiecto non dicuntur, per se, ea verò, quæ de subiecto dicuntur, accidentia voco.*

h *Insuper alio modo, id quidem quod vnicuique ob ipsum competit, per se dicimus: id autem, quod hanc conditionem egreditur, accidens velut, si ambulanti quopiam coruscauerit, id accidens dicimus: non enim ob id ipsum coruscauit, quia ambulauerit, sed id dicimus accidisse: ac si cum ingularetur quispiam, mortem obierit, ingulationem ne, id per se diximus: ob id ipsum enim, quia ingulabatur, mortuus est, sed non accidit, cum, cum ingularetur, mortem oppetisse.*

i *Quæ igitur in hisce, quæ suo scientiam simpliciter cadunt, per se dicuntur, vel eo pacto, vt sint in prædicatis subiecta, vel eo rursus, vt ipsa sint in subiectis, & per se, & necessario sunt. Nam fieri non potest, vt non competant, aut simpliciter hæc, aut eorũ opposita: velut lineæ rectum, aut obliquum, & numero par, aut impar. Est enim contrarium, aut priuatio, aut contradictio genere in eodem,*

Digitized by Google

ctum ad lineam. Nam triangulus definitur ab Euclide initio elementorum figura tribus lineis rectis contenta; linea verò, cuius partes copulantur ad punctum.

Quid sit prædicatũ per se 2. modo. Arist.

d *Et item ea*] Per se secundo modo vocantur ea, in quorum essentiali definitione ponuntur subiecta, de quibus prædicantur. Sic docente Aristotele lib. 7. Metaph. c. 5. text. 17. ita affirmantur passiones de suis subiectis: siue eæ simplices sint; vt homo est risibilis, siue accipiantur cum disiunctione, vt, linea est recta, vel curua: numerus est par, vel impar; primus, aut compositus, æquilaterus, vel altera parte longior: nam risibile definitur homo aptus ad ridendũ. Rectum verò linea, cuius mediũ non exit ab extremis: curuum item linea, cuius mediũ ab extremis exit. Similiter par definitur numerus in duo æqua partibilis, impar numerus, qui in duo æqua diuidi nequit: primus

Quid sit primus numerus.

numerus, vt Alexander, & D. Thom. explicant, est, quẽ sola vnitas metitur, vt, binarius. ternarius, quinarius.

Quid compositus.

Cõpositus verò definitur numerus, quẽ alius numerus metitur, vt quaternarius, & senarius; illũ. n. mẽsurat binarius; hũc binarius, & ternarius.

Philopon. Albertus.

Philoponus tamẽ, & Albertus per numerũ primum intelligunt eũ, qui ex alio numero non conflat, qui est solus binarius: per compositũ verò quemcunq; alium numerũ: sed prior

Quid Aequilaterũ.

interpretatio magis placet. Aequilaterus (intellige quattuor laterum æqualiũ) est numerus, qui efficitur ex ductu alicuius numeri in se ipsum, vt, quaternarius, & nouenarius. Nã si in plano describãtur, ex ductu binarij, & ternarij in se ipsos, obtinebunt quattuor latera æqualia. Altera parte longior est numerus, qui efficitur ex ductu

Quid altera parte longior.

alicuius numeri in aliũ. vt Senarius, & Octonarius; nã Senarius fit ex ductu binarij in ternarium: octonarius autem ex ductu binarij in quaternarium. Quare si hoc modo describãtur. habebunt duo latera longiora. Aduertendũ tamen est, æquilaterum, & altera parte longius nõ proprie dici de numeris, sed per metaphoram à magnitudinibus acceptam. Item æquilaterũ, & altera parte longius non propriè omnibus numeris cõuenire, sed ijs dunta xat, qui fiunt ex ductu. vel vnius in se ipsũ. vel vnius in aliũ. Quo pacto sum. ẽdus est numerus in vltimo exemplo eorum, quæ ab Aristotele proposita sunt.

Prædicata quæ non sunt 1. nec 2. modo per accidẽs conueniunt.

e *Quæ igitur aut illo*] Aduertit, cetera prædicata, quæ nec primo, nec secundo modo superius traditis dicuntur, accidentia esse, vt Philoponus. Diuus Thomas, alijque Interpretes explicant, id est, per accidens conuenire, vt, musicum, & album animali. Philop. D. Thom.

dem, cui par est id, quod est non impar in numeris, vbi sequitur. Quare, si necesse est, affirmare, aut negari, necesse est, & ea, quæ per se insunt, competere, id igitur, quod de omni, & id, quod per se dicimus, hoc sit modo determinatum.

K *Vniuersaliter autem id competere dico, quod de omni dicitur, & per se, atque hoc planè, quo ipsum est. Patet igitur, ea necessario rebus inesse, quæ ipsis vniuersaliter competunt. Atque per se, & hoc, quo ipsum est, eadem esse dico, vt cuiuis lineæ per se punctum inest, rectum ne: ea namque ratione, qua linea est, & triangulo, quo triangulus est, recti duo: per se enim triangulus tres duobus rectis æquos habet. Tunc autem quippiam vniuersaliter inest, cum de quouis & primò ostenditur: velut æquales duobus rectis habere, non vniuersaliter figuræ inest, de figura licet duobus rectis angulos æquos habere licere ostendere. At non de quauis figura: nec ostendens figura quauis vtitur: quadratum enim est quidem figura, non tamen tres duobus rectis æquos habet. Is etiam triangulus, qui duorum æqualium laterum est, omnis quidem duobus rectis tres æquos habet, at non primus: triangulus enim prior. Qui igitur primus hic duobus rectis æquos habere vel quouis aliud demonstratur, ei primò vniuersaliter id competit, & demonstratio per se eius vniuersaliter est: ceterorum verò quodammodo, non per se, nec eius vniuersaliter, est, qui duorum est æqualium laterum, sed superat, & ad plura sese extendit.*

Digitized by Google

Quid sit modus per se existendi. Discrimẽ inter ambulare, & ambulãs.

f *Praterea id per se*] Tradit modum per se existendi, quo per se vocamur id, quod de nullo subiecto inhæsionis dicitur, qui modus competit solis substantijs: cum omnia accidentia dicantur de aliquo subiecto inhæsionis, saltem concretè significata, vt ambulans de animali. Monet autem Aristoteles ambulare esse aliquid aliud, quàm quod ambulans est; quia ambulare connotat quidpiam diuersum ab ambulatione, nempè subiectum, cui ambulatio inhæret, quo fit, vt ambulatio non sit ens per se existens. Themistius, & Philoponus volunt, Aristotelem presse sumere per se existere, its vt excludat etiam existere in alia substantia, quo pacto per se esse, solis primis substantijs conuenit. Non est tamen probanda hæc expositio; quia Aristoteles duo membra tradidit: nempe ea, quæ sunt, & ea, quæ dicuntur, atque in secundo constituit omnia, & sola accidentia: reliquum est igitur, vt in primo collocet omnes substantias, non autem solas primas. Themist. Philop.

g *At substanti-*] Id est substantiæ, & maximè illæ, quæ significant hoc aliquid, cuiusmodi sunt primæ substantiæ, vt, Socrates, Plato, cum non connotent aliud, in quo insint, tanquam in subiecto inhęsionis, id sunt, quod sunt, id est, sunt entia per se.

Quid sit modus per se causandi.

h *Insuper alio*] Assignat modum per se causandi, docens, id conuenire per se alicui hoc modo: quod ei ob ipsum competit, id est, tanquam proprię causæ, vt ædificare ędificatori; pulsare citharœdo, mori iugulato. Quæ verò secus se habent, dicuntur per accidens se habere, vt, quòd citharœdus ædificet, quod ædificator citharam pulset, quod Socrate deambulante fulgur excitetur. In his enim nihil suæ propriæ causæ tribuitur, vt planum est.

Quid per accidens.

i *Quæ igitur*] Relictis hoc loco dissidijs, inter Philoponum, Themistium, & Auerroem, nobis placet interpretatio, vt doceat Aristoteles, quæ per se dicuntur in ijs, quæ sub scientiam simpliciter cadunt, hoc est, ea prædicata, quæ subiectis conclusionum demonstrabilium per se attribuuntur, siue sint eiusmodi, vt prædicata ponantur in definitione essentiali subiectorum; siue è conuerso) ea, inquam, omnia non solum esse per se, sed etiam necessaria: licet quæ dicuntur per se in causando, non semper necessaria existant, vt exemplis superius adductis patet.

Quid sit prædicatũ vniuersale.

K *Vniuersaliter autem*] Exponit, quidnam sit dici vniuersaliter, seu quod sit prædicatum vniuersale (prout in præsenti sumitur; non enim hic de Porphyriano vniuersali sermo est) atque, id esse, quod dicitur de omni, per se, & hoc quo ipsum est, seu, vt vertit Boetius, secundum quod ipsum. Quo pacto risibile dicitur vniuersaliter de homine; quia omni homini per se, &, quatenus homo est, conuenit. Sic etiam triangulo competit habere tres angulos duobus rectis æquales; non tamen figuræ, cum id non omni figuræ insit: nec triangulo duorum laterum æqualium, cum prius conueniat triangulo absolutè spectato, qui latus sunditur. Quoniam verò omne prædicatum vniuersale est per se ex ijs, quæ dicuntur per se in prædicando: quia rursus ea, quæ ita se habent, necessaria sunt, addidit Aristoteles, omnia, quæ vniuersaliter dicuntur, competere necessariò. Quod autem subtexuit, per se, & hoc quo ipsum est, eadem esse, in quæstione seorsim enodabimus, vbi etiam totam definitionem prædicati vniuersalis expendemus. Boetius.

QVAE-

Digitized by Google

QVÆSTIO I.

Vtrum recte censuerit Aristoteles de prædicatis.

ARTICVLVS I.

Explicatur Prædicatum de omni.

D. Thom. Alb. Mag. Themist. Quo differat prædicatum de omni hic, atque in libris Priorum.

AIuerunt D. Tho. Mag. Albert. & Themistius, dici de omni, aliter in libris Priorum, aliter hic vsurpari; illic enim, cum de syllogismo in communi formo fit, nec propositionum veritas spectetur; prædicatum de omni dicitur, quando propositio significat, nihil sumi posse infra subiectũ, de quo prædicatum siue verè, siue falso non affirmetur. At hoc loco, quia de ratione demonstrandi agitur, non censetur prædicatum de omni, nisi ad vniuersalitatem suppositorum, quæ in prioribus exigitur, accedat veritas, imò & temporis vniuersalitas, quas conditiones expressit Aristoteles in sua definitione: primam illis verbis, [non cuidã inest; cuidam non inest] secundam illis, [non aliquando competit: aliquãdo nõ competit.] Quibus explicatis perspicua erit tota definitio.

Aristot.

Suppositorũ vniuersalitas quæ.

Porrò suppositorum vniuersalitas tunc datur, quando prædicatum dicitur de aliquo subiecto communi, & omnibus sub eo contentis, siue illud commune sit vniuocum, siue analogum, quod etiam intellige de prædicato: neque enim minus dicitur de omni bonum respectu entis, quã risibile respectu hominis. Temporis vniuersalitas datur, quando prædicatum in omni differentia temporis subiecto competit, nisi fortè natura sua aliquam certam differentiam sibi vendicet. Triplex temporis vniuersalitas distinguitur à Caietano, & Soto hoc loco. Prima absoluta, cum prædicatum perpetuò conuenit subiecto, vt, risibile homini. Secunda angustior, quando scilicet conuenit rei existenti, vt, album Cygnum niui. Tertia adhuc prestior, quando conuenit soli existenti, non tamen semper, sed certo tempore, & statu, nisi obstent impedimenta, vt florescere arboribus, canescere hominibus; si hæc prædicata sumantur pro actu, non pro aptitudine, vt apud Porphyrium explicatum est. Prædicata, quæ primam vniuersalitatem habent, sunt perfecta, quę secundam, & tertiam, minus, ac minus perfecta.

Temporis vniuersalitas quæ, & quotuplex.

Porphyr.

Est tamen contentio circa vtramque vniuersalitatem, an debeat esse positiua, an satis sit negatiua. Positiua suppositorum vniuersalitas est, quando subiectum prædicatur de omni habente sub se plura inferiora, de quibus prædicatum affirmetur, vt homo habet plures homines, de quibus dicitur intellectiuum. Negatiua est, cum nihil sumi potest sub subiecto, de quo non affirmetur prædicatum. Hac ratione æternitas dicitur prædicatum de omni, respectu Dei, quia, licet sub Deo non sint plura, si essent, de omnibus diceretur. Vocat enim Caietanus hanc vniuersalitatem virtualem. Positiua temporis vniuersalitas est, quando subiectum mensuratur temporum differentijs, in quibus ei conuenit prædicatum, ita conuenit intellectiuum homini tempore præterito, præsenti, & futuro. Negatiua est, cum nulla datur temporis differentia, in qua prædicatum subiecto non conueniat, esto, nullo tempore mensuretur, vt hoc prædicatum; Deus est sapiens, vel in rebus creatis, quando nulla est differentia temporis, in qua prædicatum natum sit conuenire subiecto, & non conueniat, vt eclipsari comparatione lunæ, canescere respectu hominis.

Positiua suppositorum vniuersalitas quæ.

Negatiua quæ.

Caietanus existimat, quamlibet vniuersalitatem ex his sufficere, probatque primò ex Aristotele, qui, vt indicaret, satis esse negatiuam, vius est verbis negatiuis, non cuidam inest, cuidam non inest. Secundò, quia, vt notauit Albertus Magnus, vniuersalitas suppositorum requiritur propter formam syllogisticam; vni-

Caietanus.

Caiet. sententia probatur primò.

Secundò.

Digitized by Google

Arist. Alb. Mag. uersalitas verò temporis propter necessitatem propositionis, sed ad hanc satis est negativa, vt patet in diuinis attributis, in quibus veritas est maximè necessaria, & forma syllogistica in terminis singularibus in primis efficax. Tertiò, quia æternum, & sapiens sunt prædicata per se de Deo: cum de eo demonstrentur vera, & Aristotelica demonstratione; sed omnia prædicata per se sunt de omni. Quartò, scientia de vniuerso est vera, & propria, nec tamen ex mente Aristotelis possunt esse plura, aut elementa, aut corpora cœlestia ergo, &c.

Tertiò. Quartò.

Vera sententia, & tenenda probatur.

Dicendum nihilominus est iuxta mentem Philosophi, necessariam esse positiuâ vniuersalitatem suppositorum, quoniam Philosophus tradit prædicata, quæ reperiuntur in humanis scientijs; hæc verò sunt positiuè communia, cum de re singulari humana scientia non sit. Deinde, si satis est negativa vniuersalitas in Deo, satis quoque esset in Socrate; si illi soli; ac semper conueniat aliquod prædicatum, minimè namque ei ea deest conditio, quam tanti facit Caietanus, nimirum, si sub illo concipi possent plura eiusdem nominis, & rationis, omnibus cõueniret tale prædicatum; cur enim hoc non reperiatur in prædicato Socratis proprio, si illud detur. Ad primam ergo probationem ex Philosopho respondetur, hunc esse illius morem, vt positiuas cõditiones per negationes explicet, quod vel in hoc capite præstitit, vbi, per se existere, qui est modus positiuus, explicuit per negationem essendi in alio. Ad secundum est, vniuersalitatem solum requiri propter formam, & necessitatẽ; requiritur enim ratione sui, quia singularia, & ob sui angustiam, & ob indeterminationẽ, sunt indigna scientia, vt postea dicemus. Ad tertiam, ea prædicata non esse per se ob eandem causam, esto, cadant sub propriam, & perfectam scientiam de Deo, non enim opus est, scientiam, quæ de Deo acquiritur, subire omnes conditiones, ac leges, quas seruant scientiæ de rebus creatis. Ad quartum dicendum est, Philosophum ea in re hallucinatum fuisse; ideircò nihil mirum, si aliquo modo sibi repugnarit; nisi forte voluit, actu non potuisse esse plura elementa simul, vel plures mundos, diuisim tamen potuisse, quod satis est ad suppositorum vniuersalitatem.

Ad primũ. Ad secundum. Ad tertiũ. Ad quartum.

Si quis tamen multum non curet Philosophi mentem, poterit facilè defendere sententiam Caietani eo modo, quo explicata est, & ad argumentum pro nostra sententia de prædicato conueniente Socrati, dicet primò, nullum tale prædicatum esse possibile, vt diximus apud Porphyrium. Secundò, esse diuersam rationem, quia Deus est subiectum simpliciter necessarium, & continens præstantissimam scientiam, quam Socrates cum non habeat, nec eam conditionem participabit, vt sit subiectum prædicati de omni. Quod attinet ad vniuersalitatem temporis, rectè se habent, quæ à Caietano dicuntur, si intelligantur de prædicatis de omni, tàm Physicis, quam Logicis. Si autem intelligantur de Logicis, (quæ videtur esse mens Philosophi) necessaria est illa prima vniuersalitas pro omni differentia temporis. De vniuersalitate temporis negatiua idem existimandum est, atque de vniuersalitate negatiua suppositorum.

Sententia Caiet. quã habeat probabilitatẽ.

Vltimo loco, vt ex dictis accommodatius definitio proponatur, addendum est, propositiones de omni nec idẽticas esse, nec indirectas, quia partim sunt præpositeræ, partim expertes artificij, quas omnes scientia respuit. Item, non oportere expresse notari signo vniuersali, dummodò vniuersalitatem habeant, & temporis, & suppositorum, vnde hæc enunciatio; homo est risibilis, non minus est de omni, quam hæc; omnis homo est risibilis. Iam definitio prædicati de omni sic proponi potest; prædicatum de omni est prædicatum verum, directum, & non identicum, quod omni contento sub subiecto, semperque conuenit.

Notãdum.

Definitio prædicati de omni.

AR-

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

Declaratur prædicatum per se primo modo.

1. Notãdũ. TAm modi per se in communi, quàm modi per se prædicandi plures sunt, quam hoc loco expositi ab Aristotele: vt colligitur ex 5. Metaphys. c. 18. & communi vsu loquẽdi; nec enim propositum illi fuit hic omnes complecti; sed qui præsentis negotij sunt, vel ad horum intelligentiam conducunt: sciendum præterea est; licet modus per se cauſandi differat à modo prædicandi; posse tamen vtrumque in eadem re materiali inueniri, risibile namque per se prædicatur de homine, ab eodemque cauſatur. Diximus, reperiri posse, non debere, quoniam nec ex eo, quod sit effectus per se, sequitur esse prædicatum per se, neque è conuerso. Nam ædificare est effectus per se ædificatoris, & vnum prædicatum per se entis: at nec primum est prædicatum, cum non dicatur necessariò: nec secundum effectus, cum sit negatio.

Notãdũ 2. Definitio prædicati per se 1. modo.

Demum est notandum, omne prædicatum per se, vel primo vel secundo modo esse de omni. Vnde huius prædicati definitio est. Prædicatum per se primo modo est prædicatum de omni, quod ponitur in essentiali definitione subiecti. Id verò intelligitur poni in definitione, qđ vel est ipsa definitio, vel in ea collocatur formaliter; vt, animal in definitione hominis, aut saltem virtute, vt, ens in definitione omnium entium, accidens in definitione omnium accidentium. Denique omnia genera, remotaque differentiæ comparatione inferiorum, in quorum definitionibus formaliter non exprimuntur, exprimi tamen possunt, ac debent, vt definitiones absolutissimæ euadant.

Tradita definitio impugnatur.

At non videtur hæc differentia adæquate constituere prædicatum per se primo modo: in plerisque enim inuenitur, quæ talia non sunt. In primis subiecta ponuntur in essentiali definitione suarum passionum; vt, homo in definitione risibilis; linea in definitione curui; genera in definitione differentiarum, quibus contrahuntur; vt, animal in definitione sui correlatiui: vna pars in definitione sui complexi; vt, homo in definitione hominis albi: at nullum horũ est prædicatum per se, subiectum, genus, & pars, quia prædicantur indirecte; relatiuum, quia nullo modo prædicatur.

Ad hęc variè respondent Autores: Vera differentia inter prædicatum per se primo, & secũdo modo.

vniuersim illud nobis verisimile est, Philosophum, vt ex contextu patet, distinguere prædicatum per se, à prædicato per accidens, vt necessarium a contingente, idcirco enim explicuit prædicata per se, quia dixerat initio capitis, propositiones demonstratiuas constare ex necessarijs, deinde necessarium prædicatum diuisit in illud, quod habet connexionẽ essentialem cum subiecto, & quod habet accidentariam, primumque appellauit per se primo, id est, perfectissimo modo; secundum per se secundo, hoc est, inferiori modo. Quæ doctrina, si vera est, ostendit, nullum ex prædicatis in argumento positis, præter vltimum, de quo fiatum dicetur, esse per se primo modo, quia nõ pertinent ad essentiam subiectorum, vt manifestum est.

Impugnatio soluitur.

Ad obiectionem ergo respondemus, primò vniuersaliter; quando Aristoteles dixit, prædicata per se primo modo esse, quæ ponuntur in definitione essentiali subiectorum; intellexit vt partes per se definientes, non vt additamenta, vel terminos; prius enim dixit in tex. 9 [substantiam namq. ipsorum ex his est,] & postea subiecit, [& in ratione dicente, quid est, insunt.] Quare meritò ab omnibus reprehenditur Paulus Venetus, qui ait, hanc; rationale est animal; esse per se primo modo.

Paulus Venetus.

Secundò ad singula exempla descendendo dicimus, subiecta respectu passionum, & genera respectu differen-

Digitized by Google

ferentiarum, præter rationem assignatam, idcirco non esse per se, quia non sunt de omni, cum indirectè prædicentur, si seorsim à definitione accipiantur; nam in definitione inclusa directo, & per se primo modo prædicantur, non merito sui, sed causa totius definitionis; quod idē est, ac definitionem ipsam per se primo modo prædicari, vt diximus: nec repugnat, totam definitionem prædicari directò, & per se, cuius aliqua pars per se sumpta indirectè dicitur; quemadmodum Dialecticorum cōfessione non impedit, eandem definitionem prædicari in quid, etiam si constet aliquo prædicato, quod secundum se dicatur in quale. Ratio est, quia definitio dicit quidditatē; quidditas autem est rei forma, quæ semper directò prædicatur, quod non quadrat in singula prædicata seorsim sumpta.

Cur definitio in quid prædicetur.

In relatiuo videbitur alicui maior difficultas, cum etiam positum in definitione non prędicetur in recto, sed in obliquo; nam extra definitionem nullo modo prędicatur, quæ est ratio, cur per se sumptum prædicatum non sit. Nihilominus eadem est in eo ratio, quæ in ceteris; nec prædicari in aliquo est idem, ac prædicari indirectè; ex mente enim Aristotelis linea prædicatur directè de triangulo in hac definitione; triangulus constat tribus lineis, & tamen dicitur in obliquo, scilicet, prædicari indirectè est dici tanquam materiam de forma; prædicari verò in obliquo est dici per modum syncategorematis.

Quid prædicari indirectè qd obliquè.

4. Exēplū explicat.

Ad quartum exemplum; qui existimant cum Scoto, eam prædicationem: homo albus est homo; esse per accidens, negant in præsenti, homo, esse prædicatum per se; sed non parum laborant in inuenienda aliqua parte in definitione, per quam expellatur. Verius tamen D. Thom. in 3. d. 20. quæst. 1. art. 2. ait, esse per se primo modo, quia esto ad propositionem per se requiratur, vt, quicquid est in prædicato, per se conueniat subiecto; non est tamen necessarium, vt prædicatum per se insit in qualibet parte subiecti, quod etiam docet Caietanus, cap. 10. dub. 10. & ex disputatis in lib. Priorum est manifestum.

ARTICVLVS III.

Enodatur prædicatum per se secundo modo.

Prædicatū per se 2. modo qd sit.

PRædicatum per se secundo modo definitur ex Philosopho prædicatum de omni, in cuius essentiali definitione ponitur subiectum: huiusmodi est risibile, quod definitur; homo aptus ad ridendum: ex quo exemplo colliges, non esse intelligendam differentiam huius definitionis, vt differentiam primæ, de eo, quod ponitur vt pars definiens. & non, vt additamentum; nam homo est extra essentiam risibilis formaliter sumpti: & solum additur in definitione ad explicandum respectum transcendentalem risibilis. Neque id vitio vertendum est Aristoteli; loquitur enim in singulis accommodatè ad rei naturam; quia enim prædicatum indirecta prædicatione potest esse de essentia subiecti; & subiectum nunquam de essentia prędicati, ex re ipsa nascitur, vt prædicatum dicatur poni tanquam pars essentialis, subiectum verò vt additamentum. Quod si animaduertisset Caietanus, non dixisset, hanc definitionem non esse secundum naturam.

Propria differētia prædicati per se 1. & 2. modo.

Sunt nihilominus adhibendæ eidem differentiæ tres aliæ moderationes, imò ampliationes, vt comprehendat omnia, quæ re vera sunt prædicata per se secundò modo; prima est ex parte subiecti; videlicet, vt subiectum censeatur poni in definitione prædicari, sufficit, si vel ipsum, vel aliquid in eo essentialiter inclusum, cuius comparatione prædicatum fit de omni, ponatur. Vnde hæc prædicata, sentitiuum pro potentia ad sentiendum, augmentabile, & quantum, sunt prædicata, per se secundo modo, respectu hominis:

Quando subiectum in definitione prędicati poni censeatur.

quia

ipsa in definitione primi collocatur animal, in definitione secundi viuēs, in definitione tertij corpus, quæ sunt genera essentialiter inclusa in homine; quorum respectu illa tria sunt prædicata de omni.

Percontaberis; cur dixerimus, prædicatum debere esse de omni, respectu illius, quod in subiecto includitur; nam absque ea moderatione videtur, par, per se secundo modo, prædicari de numero; non potest enim nisi per numerum definiri, cuius comparatione non est de omni. Respondetur, ab ipsa definitione postulari, vt prædicatum per se sit de omni, & priuilegium est, quod hoc amplietur ad subiectum inclusum in alio, de quo prædicatum dicitur.

Aegid. Aegidius asserit, illas & similes propositiones non esse de omni. quia

Porphyr. sunt indirectè, vt enim dixit Porphyrius in capite de *Specie*, in prædicatione naturali oportet maiora de minoribus, aut æqualia de æqualibus prædicari. Cum igitur par minus latè pateat, quam numerus, indirectè de illo prædicabitur. Idem docet

Sotus. Sotus q. 5. vniuersalium de prædicatione, in qua vna differentia diuisiua de genere affirmatur: vt, animal est rationale. Neuter tamen magistrum D. Thomam legit in 2. contra Gent. cap. 58. vbi aperte docet, hanc esse directam: numerus est par: & ratio est in promptu; quia tam proprietas, quàm differentia inferior comparantur ad genus, vt ad subiectum: & si præter hoc opus esset æquè latè patere; indirectæ essent hæ; animal est bipes, corpus est quadratum; quod absurdum est: & illud Por-

Caiet. phyrij rectè exponitur à Caietano eodem loco de prædicatis per se, non per accidens.

Cur hæc, Numerus est par, nō fit per se. Non est igitur dicta propositio per se, nec de omni, quia non est necessaria, nec competit omni numero: & quamuis numerus ponatur in eius definitione, non ponitur vt subiectum illius determinatum, cum possit habere oppositum; quod tamen erat necessarium, vt esset per se. Quare huiusmodi prædicata, vt sint per se secundo modo, debent accipi sub disiunctione, vt respectu numeri par, vel impar, respectu lineæ curuum, vel rectum; ægrum, vel sanum, respectu animalis, falsum, aut verum respectu enunciationis: conueniunt enim huiusmodi disiuncta necessariò generibus, & per eadem essentialiter definiuntur: quod etiã intellige de differentijs diuisiuis eiusdem generis, vt, rationale à comparatione animalis; sed iam ad reliquas conditiones accedamus.

Secunda est ex parte prædicati, nimirum, vt prædicatum sit per se secundo modo, satis est, si subiectum ponatur in definitione alicuius essentialiter contenti sub prædicato, vnde, quale, intellectiuum, volitiuũ dicuntur de homine per se secundo modo, quamuis in nullius eorum definitione ponatur homo: quia sub primo est risibile, sub secundo, & tertio, intellectiuum, & volitiuum humanum, in quorum definitione est homo.

Quid requiratur, vt prædicatum sit per se 2. modo.

Tertia ex parte vtriusque, satis nimirum esse, vt tam prædicatum, quàm subiectum, conueniant per se alicui tertio, quod in eorum definitionibus collocatur, hac de causa dicendæ sunt per se secundo modo hæ propositiones; tractiuum est visiuum; intellectiuũ est admiratiuũ: nam priora duo essentialiter definiũtur per animal, posteriora per hominem. Est supponendum in hac tertia regula, huiusmodi prædicata conuenientia vni tertio, quę alioquin sunt præter naturam, esse directa: quod verisimilius erit, si admittatur ordo per se in subiecti passionibus.

Prædicatũ per se 2. modo fluit ex essentia subiecti.

Si, quæ dicta sunt, perpendantur, facilè ostendent, omne prædicatum per se secundo modo, mediatè, vel immediatè fluere ex essentia subiecti, aut alicuius in subiecto inclusi, vel eam comitari. Quæ sunt reales affectiones, & simplices, à subiectis distinctę, dicuntur fluere, vt risibile, intellectiuum, &c. Aliæ, vt par, & impar, ægrum, vel sanum, verum, vel falsum, ac differentiæ diuidentes genus, etsi improprie dici solent fluere, pro-

pr.ę

priè tamen dicuntur comitari per se essentiam, quod satis est ad prædicatum per se: vt in Porphyrio diximus, hoc sufficere, vt aliquid sit proprium quarto modo. Quod à fortiori sufficiet ad prædicatum per se secundo modo physicum: quale est eclipsis respectu lunæ, prouenit enim ex natura lunæ, vt interpositione terræ obscuretur. Ostendent secundò falsò dici à quibusdam Recentioribus, eandem rem comparatione eiusdem posse esse prædicatum per se primo, & secundo modo. Nam impossibile est, eandem rem habere cum eodem subiecto connexionem essentialem, qualem sibi vendicat prædicatum per se primo modo, & accidentalem, quam postulat prædicatum per se secundo modo, vt in præcedenti articulo diximus: esset enim, & non esset de essentia subiecti. Vnde aliqui ita proponunt definitionem prædicati per se secundo modo. Est prædicatum de omni non per se primo modo, in cuius, &c.

Nihil respectu eiusdem potest esse prædicatū per se 1. & 2. modo.

Sed probant Recentiores suam sententiam: quia rationale ponitur in definitione essentiali hominis, vt prædicatum primo modo, rursum animal inclusum in homine collocatur in definitione rationalis, quod nobis visum est sufficere, vt prædicatum sit per se secundo modo. Respondetur, illam regulam esse intelligendam, quando de subiecto dicitur totum prædicatum, in cuius definitione collocatur aliquid in subiecto inclusum, v. g. sensitiuum, in cuius definitione ponitur animal, est per se secundo modo respectu hominis quia totum prædicatur de homine. Aliter se res habet in rationali; nam prædicatum per se secundo modo respectu animalis, & in cuius definitione ipsum animal ponitur, non est solum rationale, sed hoc disiunctum rationale, vel irrationale, vt supra diximus; & causa huius rei est; quia huiusmodi prædicata disiuncta conueniunt superioribus, prout reperiuntur in inferioribus; vnde maiorem connexionem habet cum inferioribus, quàm cum superioribus, & ita superiorum respectu sunt per se 2. modo; comparatione verò inferiorum per se 1.

Contra resolutionē obijcitur.

Solutio.

Superest bimembris difficultas circa huius prædicati definitionem; altera est; omnia accidentia etiam contingentia esse prædicata per se, si ad hoc sufficit, vt subiectum ponatur in definitione prædicati; nam accidens contingens definitur per subiectum; quod docuit D. Thom. de ente, & essentia c. vlt. & 1. Periherm. & ratione probatur. esse accidentis est inesse subiecto; non potest ergo commodè definiri, nisi per ordinem ad subiectum. Dices, hoc esse verum de subiecto in communi; accidēs enim communiter sumptum definitur per ordinem ad substantiam, in definitione autem intelligi peculiaria subiecta, à quibus prædicata determinatè dependent. Verum hoc satisfacies, quia, vt esse accidentis in communi est in ordine ad subiectum commune, ita esse, siue natura specialium accidentium consistit in ordine ad particularia subiecta, alioquin non magis differrent inter se diuersa accidētiū genera, quam differat à se accidēs in cōi, & hinc fit, vt cōiter specialia accidentia definiri etiam soleant per accidentiam. Altera difficultas est, ex opposito elementorum proprietates maximè videri illorum prædicata per se secundo modo, cum ab eorum essentijs inseparabiliter fluant; & nihilominus per elementa non definiuntur: nam calidum, v.g. definiri solet corpus affectum calore, &c.

Cōtra definitionē opponitur 1.

Secundò.

Primæ difficultati; etsi Sotus in hoc capite neget, accidentia contingētia definiri per propria subiecta; probabilius tamen est, quod D. Tho. dixit, si illud ita interpretemur, vt nolit accidentia sibi vendicare propria subiecta, in quibus necessariò sint; hoc enim modo essent propria; sed ex se habere aptitudinem, vt insint in certa aliqua natura, & nō in alia; & hāc rursus ita esse capacē illius accidentis, vt eodem modo non sit alterius; quod licet nobis occultū sit, & hac de causa non soleamus cōia accidentia per determinata subiecta definire;

Accidētia etiam cōmunia certum subiectum poscere. Sotus. D. Thom.

Digitized by Google

mire; est tamen satis rationi consentaneum, & in aliquibus accidentium generibus facilè deprehenditur: nam accidens commune corporale ita habet ordinem ad corpus, vt extra illud esse nequeat; & rursum corpus ita est illius capax, vt aliud non corporale recipere nequeat. Hac
D. Thom. de causa Diuus Thomas indicare videtur, hæc accidentia etiam efficere prædicata per se; docet enim in prima parte, quæst. 76. art. 3. hanc esse per se; corpus superficiatum est coloratum. Sanè, quidquid sit de re ipsa, exemplum non est verum, quia coloratum non dicitur de omni corpore; cum non solum elementa coloris sint expertia; sed etiam intermixta, quorum respectu aliqui contendunt esse de omni, vitrum, & pupilla colore vacent.

Solutio primi. Difficultati igitur occurrendum est, accidentia communia non esse de omni; cum enim sint contingentia, non possunt semper conuenire toti subiecto, & saltem, dum non existit, ei non conueniunt: quod tamen est necessarium ad prædicatum per se logicum, de quo Philosophus loquitur. Item, quando dicitur, subiectum poni in definitione, intelligitur, vt aliquid omninò connexum cum prædicato.

Solutio 2. Secundæ difficultati dicēdum est, elemẽtorum proprietates acceptas, vt proprietates sunt, id est, in summo, & vt naturaliter debitas per elementa definiri; neque enim intelligi potest summus calor naturaliter debitus, nisi per ordinem ad ignem, cui debetur, & a quo perpetuò nascitur.

ARTICVLVS IIII.

De prædicato vniuersali.

Prædicati vniuersalis definitio exponitur. PRædicatum vniuersale ita definitum est in contextu. Est prædicatum de omni per se, & hoc, quo ipsum est. Circa priores partes, quæ ex superioribus manent explicatæ, hæc aduerte. Primum [per se] sumi in hac definitione, vt continet vtrumque modum; nam quædam prædicata vniuersalia sunt per se primo modo, vt, animal respectu hominis; quædam per se secundo, vt, risibile respectu eiusdem hominis. Secundum; particulas, per se, & de omni, bifariam accipi posse; primò, vt significant integra prædicata; secundò, vt dicunt solas differentias prædicati per se, & de omni. Quemadmodum enim viuens diuiditur per sentiuum, & sensus expers, vt, per duas differentias; ita prædicatum in commune in prædicatum de omni, & non de omni; iterumque prædicatum de omni in per se, & non per se, vt, per duas alias differentias. Vnde, sicut viuens sentiuum includitur essentialiter in rationali; & tamen sentiuum, quæ est differentia vltimò constituens animal, non includitur essentialiter in rationali; ita prædicatum in commune includitur essentialiter in prædicato de omni, & per se, & tamen differentia de omni non includitur in differentia per se.

In præsenti igitur particulæ de omni, & per se non accipiuntur primo modo, vt significant integra prædicata: esset enim inutilis repetitio prædicati de omni, cum iam intelligeretur in prædicato per se, perindè, ac si quis definiens hominem, diceret; est viuens animal rationale; qui enim dicit animal, iam includit viuens. Sumitur ergò secundo modo, vt de omni, & per se dicunt differentias constituentes eiusmodi prædicata, quę se non includunt; & idcò exprimi possunt omnes, quo pacto in definitione hominis expresse ponuntur differentiæ superiorum, cum sic definitur; Homo est substantia corporea, corruptibilis, viuens, &c.

An differãt per se, & hoc, quo ipsũ est. Themist. Auerr. Ferrar.

Circa vltimam partem definitionis (& hoc, quo ipsum est) duæ sunt controuersiæ; prima, num ea sit diuersa à secunda. Nam Themistius, & Auerr. ac Ferrar. 2. contra Gent. ca. 5. existimant, per se, & hoc, quo ipsum est, nihil differre, nec tradi hoc loco ab Aristotele integram definitionem, sed inchoatam, absolutique paulò

paulò inferius, adiecta particula, primò. Cui expositioni fauet, quod mox subdidit Aristoteles, per se, & hoc, quo ipsum est, eadem esse dico, & illud capitis septimi; omnia, quæ per se insunt, competere necessariò, atque vt tale est quodque. Verior tamen est interpretatio Boetij, Theophrasti, Philoponi, & Alberti Magni dicentium, vltimam partem differre à secunda, vt inferius à superiori, & idem valere, ac primò, seu ratione sui, vt se statim exponit Philosophus; ait enim ad finem capitis: neque Isosceli, neque alteri speciei trianguli conuenire, habere tres angulos æquales duobus rectis, hoc ipso, quod tales sunt, sed triangulo, vt triangulus est; quod minimè verum esset, si, hoc, quo ipsum est, idem valeret ac per se; certum quippè est Isosceli, ceteríque trianguli speciebus per se conuenire, habere tres angulos. Deinde, si illæ duæ partes idē essent, definitio Philosophi partim deficeret, partim redundaret; deficeret, quia non explicaret vltimam differentiam prædicati vniuersalis; vt ipsi fatentur, redundaret; quia bis idem repeteret.

Affirmatiuæ respondetur. Boet. Theophr. Philop. Alb. Mag.

Oppositæ partis fundamētum soluitur. Albert. D. Thom.

Ad primum locum pro alia parte respondet Magnus Albertus, Aristotelem dixisse per se, & hoc, quo ipsum est, esse idem, non omninò, seu conuertibiliter; sed vt superius, & inferius. vt etiam notauit D. Thomas: cum enim vellet ostendere, prædicata vniuersalia dici necessario, sic ferè argumentatus est. Per se, & hoc, quo ipsum est, idem sunt, id est; quicquid dicitur de aliquo, hoc quo ipsum est, dicitur per se; sed omne prædicatum per se est necessariùs ergo omne, quod dicitur hoc, quo ipsum est, seu vniuersaliter, dicitur necessariò: ex qua ratione solum sequitur, omne quod dicitur hoc, quo ipsum est, dici per se, non verò è contra. Ad secundum, non recitari fideliter verba Philosophi; non enim efficiunt illum sensum, quasi hoc, quo ipsum est, prædicetur de per se: sed omnia, quæ sunt per se, & hoc quo ipsum est, esse necessaria; nimirum, institutum Philosophi eo loco est ostendere, demonstrationem constare debere ex proprijs principijs, & non communibus: & quia suprà dixerat, constare etiam ex necessarijs, ait, ea, quę sunt per se, & hoc, quo ipsum est, hoc est, propria, & peculiaria, esse necessaria.

Quid significet hoc quo ipsum est.

Secunda controuersia est; supposito, quod ea pars definitionis explicet vltimam differentiam prædicati vniuersalis, quomodo intelligenda sit? Arist. namque idem esse ait, conuenire hoc, quo ipsum est, atque cōuenire primò. Conuenire autem primò, non est aliud, quam immediatè, & non ratione alterius conuenire. Quod tamen falsum videtur, nā multa sunt prædicata vniuersalia, quæ non conueniunt immediatè, v.g. intellectiuum vniuersaliter dicitur de homine; sed prius conuenit animali rationali, mediante quo de homine demonstratur; & si respondeas, id esse verum in eorum sententia, qui distinguunt à parte rei definitionem à definito, non verò in ea, quæ nullam inter hæc ponit distinctionem in re ipsa: non deerunt alia exempla; admiratiuum enim est prædicatū vniuersale hominis, & conuenit mediante intellectiuo, si hoc est prima passio, & illud secunda, quod potiori iure dicetur de passionibus consequentibus. Ex alia parte prædicata non vniuersalia conueniunt immediatè; ita dicitur animal de homine, cum inter ea nihil mediet. Propter hæc argumēta Sotus in hoc capite ait, omnia, & sola prædicata immediata esse vniuersalia: & huiusmodi esse genus proximum, comparatione speciei, non autem passiones secundariæ, & mediatæ.

Vera sententia. Boet. Caietan.

Boetius loco illorum verborum, hoc quo ipsum est, trāstulit adæquatè, seu conuertibiliter, quem sequitur Caietanus hoc loco, secundū quos, & communem sententiam, conuenire secundum quod ipsum est conuenire soli subiecto, tanquam primæ radici, ratione suæ specialis essentię: & hoc ipsum significat vocabulum, primò; supposito .n. quod prædicatum

tum vniuersale sit necessarium, si conuenit alicui primo, id est, quatenus tale est, necessariò est conuertibile. Vnde rectè D. Thomas 2. contra Gent. c. 15. ratione prima dixit, impossibile esse, idem prædicatum conuenire duobus, vtriq; secundum quod ipsum.

Soluitur dubitatio initio posita.

Ad dubitationem igitur dicimus, primò significare immediatè, tanquam primæ radici conuenientiæ; & ad primum exemplum in oppositum rectè ibi occurritur; quamuis in illa sententia dici possit, definitionem non conferi aliud subiectum diuersum cum ijsdem paribus componatur, ex quibus definitum. Ad instantiam respondetur, posteriores passiones non conuenire primis, vt primæ, & principali radici sui esse; hæc enim est subiectum, præsertim, quia passiones per se non efficiunt aliud subiectum, sed complent primum. Ad aliam partem negandum est: vt aliquod prædicatum sit vniuersale, sufficere, conuenire immediatè subiecto, nisi conueniat ratione illius propriæ essentiæ: animal autem, exemp. c. non conuenit homini, quatenus homo, seu quatenus rationalis est, sed quatenus animal; aliàs competeret etiam equo, quatenus equus est, contra id, quod supra diximus ex Diuo Thoma, nullum prædicatũ conuenire posse pluribus, vnicuique secundum quod ipsum, & in simili idem D. Thomas Opusc. 48. cap. 5. ait, speciem non prædicari de indiuiduo, quatenus ita est; est verò eadem omninò ratio de genere proximo collato cum specie; idem docet Soncin. 12. Metaph. quæst. 17. Dominicus de Flandria, quæst. 16. artic. 1.

D. Thom.

Soncin.

EXPLANATIO CAPITIS QVINTI:

DE PRÆDICATO VNIVERSALI.

SVMMA CAPITIS.

DVo præstat Aristoteles in hoc capite: primò affert tres causas, ob quas errare contingit in assignando prædicato vniuersali. Secundò proponit quoddam documentum, quo vniuersale prædicatum facilè internoscatur: quo ad primum, inter causas errandi in assignando prædicato vniuersali prima est; quando cognito vno indiuiduo alicuius speciei, vel vna specie alicuius generis, illi primò tribuimus prædicatum, quod speciei, vel generi tribuendum fuit. Secunda est, si cognitis omnibus speciebus alicuius generis, ipso genere ignorato, vel innominato tribuimus primò speciebus, quod fuit generi concedendum. Tertia, si assignemus quidem prædicatum cum subiecto conuertibile, sed cum aliqua restrictione, veluti, si esse sensitiuum, quod recurrit cum animali in communi, animali tantum viuo tribuamus. Documentum ad vniuersale prædicatum sine errore cognoscendum est. Si prædicatum conueniat subiecto, sublatis omnibus, quæ ad illius essentiam pertinent, & sublato tali subiectò prædicatum primò auferatur, conuenit ei vniuersaliter.

COM-

Digitized by Google

COMMENTARIVS.

Triplex assignatur causa deceptionis.

O *Portet autem non latere*] Quia in demonstratione perfectissima, qualem hoc loco efformat Aristoteles, solet ostendi passio de primo subiecto, & in hoc sæpè fallimur, existimantes, prædicatum esse vniuersale, cum non sit; docet Aristoteles hoc capite, ob tres potissimum causas hanc deceptionem accidere.

b *Cum autem prater*] Prima causa deceptionis est, quod cum vnum, aut alterum tantum existit individuum alicuius speciei; vel saltem id duntaxat nobis cognitum est, existimamus, passionem, quæ speciei primò, & adæquatè conuenit, competere tantum vni, aut alteri singulari; vt, si quis putet, huic Soli, quem cernimus, conuenire primò, & adæquatè esse lucidissimum omnium Planetarum, aut esse astrum efficiens diem: cum tamen hoc prædicatum ei non ita competat; sed Soli in commune.

c *Aut est quidem*] Secunda erroris causa est; quod cognitis interdum omnibus speciebus alicuius generis; ipso tamen genere, vel aliquo, quod veluti genus sit, incognito, & innominato, tribuimus primò speciebus aliquod prædicatũ, quod illi communi naturæ primò tribuendum erat. Exẽpli gratia, moueri motu progressiuo conuenit Homini, Equo, & Leoni, alijsque nonnullis animantium speciebus, non ob specificas rationes, nec qua animalia sunt; cum non omne animal eum motum subeat. Inest tamen ob aliquid commune carens nomine. Id ergo, si quis de speciebus, vt vniuersale earum prædicatum demonstrare velit, in errorem incidet.

d *Aut est in parte*] Tertia hallucinationis causa est, quia aliquando incidentes in verum subiectum, cui prædicatum vniuersaliter conuenit, illud cum limitatione aliqua accipimus, vt, si quis sensitiuum, quod animali in communi vniuersaliter competit, accommodet animali visum habẽti, existimãs omne animal visu

CAPVT V.

O *Portet* a *autem non latere, errorem persæpe fieri, & non esse id, quod ostenditur, primum vniuersale, quemadmodum esse videatur. Decipimur autem hac deceptione.* b *Cum autem praeter singulare, vel singularia nihil est, quod accipiatur superius:* c *Aut est quidem, sed nomine caret in diuersis specie rebus:* d *Aut est in parte totum id, de quo demonstratur. Parti namque accommodabitur quidem demonstratio. Et de qualibet erit: attamen non erit huius primi vniuersaliter demonstratio: ac huiusce primi, quatenus primum est, demonstrationem dico, cum est primi vniuersaliter.* e *Si igitur quispiam ostenderit, rectas duas lineas non concurrere: inter quas eadem in parte sunt anguli recti ex recta linea secante illas oborti: huius ex eo demonstratio propriè videbitur esse, quia sic in omnibus angulis rectis est: verum non est, quippe cum id fiat non ex eo, quia sic sint illi anguli duobus rectis aqui, sed ex eo, quia quouis modo duobus aqui sint rectis.* f *Etsi nullus alius esset triangulus, quam hicce, qui duorum aqualium laterum est: huic, vt duorum est aqualium laterum, angulos aquos rectis habere competere videatur.* g *Et similitudo rationum mutato ordine, numeris, vt numeri, lineis, vt linea, solidis, vt solida, temporibus denique, vt tempora sunt, competere videtur, quemadmodum seorsum olim ostendebatur: quod tamen vna demonstratione de omnibus demonstrari potest: sed quia non sunt quippiam vnum hac omnia nomine certo vocatum, numeri, inquam, longitudines, tempora, solidaque, atque differunt inter se specie, ideò seorsum sumebantur: nunc autem vniuersaliter hoc demonstratur. Non enim hisce, vel vt lineæ sunt, vel vt numeri, sed vt hoc, quod quidem vniuersaliter his ineste cuilibet supponitur.* h *Quocirca si quis vnumquemque triangulum, cuiuscunque, inquam, qui ex aqualibus omnibus, & eum, qui ex omnibus inaqualibus: & item eum qui è duobus aqualibus lateribus constat, aut vna, aut alia seorsum demonstratione*

Digitized by Google

prædítum esse: sic enim fit, vt prædicatum non attribuatur subiecto, cui vniuersaliter competit.

Errorum exempla ponuntur. Tertij erroris exemplum.

e *Si igitur quispiam*] Explicatis errorum causis, singulorum exempla subijcit à tertio incipiens. Si quis, inquit, demonstrare vellet, lineas rectas, æquè distantes non concurrere, existimans, se vniuersale prædicatum demonstrare, deciperetur. Licet enim id omnibus lineis rectis, quæ inter se æquè distant, conueniat; non tamen id eis conuenit, quia rectæ sunt, sed quia pari interuallo ab se dissident, siue rectæ, siue obliquæ, aut alio modo sint affectæ. Itaque non concurrere non est prædicatum vniuersale, nisi respectu linearum æquè distantium, quas vocant Parallelas. Lege Euclidem lib. 1.

Primi erroris exemplum.

f *Et si nullus*] Primi erroris exemplum est; si nullus alius triangulus esset præter Isoscelem, qui habet duo tantum latera æqualia; & de eo vellet quis ostendere affectionem trianguli in commune, videlicet, habere tres angulos duobus rectis pares.

Secundi erroris exemplum.

g *Et similitudo*] Secundi erroris exemplum subijcit. Quod vt intelligas, aduerte, habitudinem seu cõparationem, inter duas quantitates vocari proportionem rationemvè: quo pacto dicimus, binarij ad quaternarium esse proportionem, rationemvè duplam. Item. habitudinem, quæ est inter duas proportiones, nũcupari proportionalitatem, seu similitudinem rationum; qualis cernitur in habitudine binarij ad senarium; Dicimus enim, ita se habere binarium ad quaternarium, vt se habet ternarius ad senarium, quia vtrobique est proportio dupla. Aduerte etiam, comparationem hanc proportionum nonnunquam fieri inter quattuor quantitates, vt videre est in proposito exemplo: nonnunquam inter tres, vna earum subeunte vicem duarum: semper enim requiruntur quattuor extrema, saltem ratione inter se distincta, vt, cum dicimus; sicut se habent duo ad quattuor, ita quattuor ad duo.

ne, tres æquis duobus rectis habere ostenderit, nondum is profectò triangulum scit duobus rectis æquales habere, nisi eo sciendi modo, quem ipsi more suo Sophistæ profitentur; neque de triangulo vniuersaliter id percipit, & si nullus aliut præter istos triangulus est: non enim id istis, vt trianguli sunt, nec omni triangulo ratione formæ, sed numeri, ineße cognouit. Tametsi nullus triangulus est, quem ipse non æquos duobus rectis tres habere sciat. i *Quando igitur non scit vniuersaliter, & quando simpliciter scit, manifestum est. Enimverò si eadem esset trianguli ratio, & duorum æqualium laterum trianguli, ceterorumque triangulorum demonstratio, aut cuique, aut omnibus æquè sine vllo discrimine accommodaretur, vt patet. Cum verò non sit eadem, sed diuersa, tresque anguli duobus rectis æquales, hoc cuique competunt, quo quisque triangulus est, non scit hisce simpliciter, qui dicto modo demonstrat.* K *Patet autem, vtrum illi competat, vt triangulus est, aut vt duorum æqualium laterum: & quando per hunc competit primum, & cuius est vniuersaliter demonstratio. Nam si competit, vt tale est, cui ceteris sublatis competit primò: veluti laterum duorum æqualium æneo triangulo, competent anguli duobus rectis æquales: at are sublato, vt non sit æneus, etiam competent. Et item laterum æqualitate duorum sublata, vt non sit duorum æqualium laterum: at non competent sublata figura, vel termino: sed non primis ipsis sublatis. Quo igitur primo sublato, non competent triangulo: quare per hunc & ceteris competent, & huius est vniuersaliter demonstratio.*

Argumentari à commutata proportione quid sit.

His positis, sciendum, tunc fieri argumentationem à commutata proportione, quando ex eo, quod vt se habet prima quantitas ad secundam, ita tertia ad quartam; colligimus commutatim, ita se habere primam ad tertiam, vt se habet secunda ad quartam. Vnde fiet argumentatio à commutata proportione hunc in modum; sicut se habet binarius ad quaternarium, ita ternarius ad senarium: ergo sicut se habet binarius ad ternarium,

by Google

ita quaternarius ad ſenarium: eſt enim vtrobique proportio ſeſquialtera, quæ tunc datur, cum aliquid continet tantundem, & dimidium, ſicut ternarius continet binarium, & binarij medietatem. Itemque ſenarius quaternarium, & dimidium quaternarij.

Ex his non difficile erit, percipere exemplum ab Ariſtotele propoſitum; ait enim, ſimilitudinem proportionum commutato ordine, ſeu eſſe commutatim proportionabilia, eadem ratione videri conuenire numeris, vt numeri ſunt, ſimiliterq. lineis, corporibus, & temporibus, ſecundum peculiares ſuas naturas, & non meritò alicuius communis in his repertæ; propterea quod tale commune nomine careat, & hac ratione fuiſſe id ab Antiquis de vnoquoque demonſtratum, non tamen vniuerſaliter, cum non eis primò conueniat. Nunc verò demonſtratione vnica vniuerſaliter iam demonſtrari de eo, quod his omnibus commune habetur: eſt verò id nihil aliud, quam quantitates habentes proportionem ad alias duas quantitates: ijs enim ita in commune ſpectatis conuenit primò habere prædictam ſimilitudinem rationum.

h *Quæritur ſi quis*] Ex ijs, quę hactenus docuit, compertum eſſe vult, eum, qui ſiue vna, ſiue pluribus demonſtrationibus paſſionem trianguli in commune, videlicet, habere tres angulos æquales duobus rectis, oſtenderit de triangulis in ſpecie acceptis, vt, de iſopleuro, qui tribus lineis paribus, de iſoſcele, qui duabus paribus, de ſcaleno, qui omnibus imparibus conſtat, haud recte procedere. Non enim is demonſtrabit paſſionem de eo, cui primò, & reciprocè conuenit: nec habebit ſcientiam de triangulo proprie, ſed more Sophiſtarum, ac non per ſe, ſed per accidens, quatenus natura trianguli ineſt in natura ſpecierum, quæ ſub eo continentur.

Interpretatio Philop.

i *Quando igitur*] Philoponus ita hunc locum interpretatur, vt docere velit Ariſtoteles, quando ij, qui demonſtrant de inferioribus, vniuerſaliter demonſtrent, videlicèt, cum ſuperius nihil prorſus eſt aliud ab inferioribus, vt in æquiuocis accidit; non autem cum eſt ab ijs diſtinctum, vt ſunt naturæ vniuocæ reſpectu ſuorum inferiorum: non videntur tamen id ſpectare verba contextus, ſed inculcare duntaxat id, quod proximè dictum fuit, videlicet, non demonſtrare vniuerſaliter eum, qui naturæ communis affectionem de particularibus oſtendit, cum natura communis ab inferioribus, ſi non re, ratione tamen diſtinguatur.

Statuitur regula.

K *Patet autem*] Tradit vtile documentum, ſeu regulam, qua quiſlibet citra erroris periculum deprehendat, quodnam prędicatum vniuerſaliter conueniat ſubiecto, aut non conueniat, nempe illi ſubiecto conuenire prædicatum vniuerſaliter, cui competit ſublatis ceteris omnibus, quæ non pertinent ad eius eſſentiam, & quo ſublato tale prædicatum primò auferetur; hoc eſt, non ratione alterius, quod cum eo ſubiecto ſimul adimatur. Exempli gratia, triangulo æneo duorum laterum æqualium competunt hæc omnia; eſſe æneum, eſſe duorum laterum æqualium, eſſe triangulum, eſſe figuram, & eſſe termino, ſeu terminis clauſum; figura enim eſt, quæ termino, aut terminis concluditur. Quia tamen ſi ei detrahatur eſſe æneum, & eſſe duorum laterum æqualium, adhuc ipſi, quatenus triangulus eſt, conueniet habere tres angulos duobus rectis pares; quod tamen ei non conueniet, ſi ipſi adimatur ratio trianguli, manifeſtum eſt ſignum, talem proprietatem ſoli triangulo in communi vniuerſaliter competere. Neque obſtat, quod ſublata figura alijsq. prædicatis ſuperioribus proprietas illa aboleatur; id enim, inquit Ariſtoteles, accidit non primò ob ſuperiora, ſed, quia ijs extinctis neceſſe eſt extingui ea, quæ ſub illis continentur, atque adeo deperire triangulum ipſum, cui primò affectio illa competit.

Quid ſit figura.

EXPLA-

EXPLANATIO CAPITIS SEXTI.

De materia Demonſtrationis.

S V M M A C A P I T I S.

INitio capitis probat Ariſtoteles, demonſtrationem conſtare ex propoſitionibus per ſe, hac ratione: ſola per ſe ſunt neceſſaria, ſed demonſtratio conſtat ex neceſſarijs; ergo & ex ijs, quæ ſunt per ſe. Deinde quattuor argumentis concludit, demonſtrationem propter quid ex neceſſarijs conſtare. Primò, quod demonſtratur, aliter ſe habere non poteſt: ergo demonſtratio conſtat ex neceſſarijs. Secundò, qui non vult accipere aliquem ſyllogiſmum vt demonſtrationem, ſtatim obijcit, illum non conſtare ex neceſſarijs. Tertiò, qui procedit ex medio non continente cauſam, non acquirit ſcientiam, qui autem procedit ex medio non neceſſario, ſic ſe habet: ergo non acquirit ſcientiam, ac proinde non demonſtrauit. Quartò, qui non cognoſcit per medium neceſſarium, amittere poteſt ſcientiam, quam ſe habere credebat medio corrupto; qui autem ſcientiam habet, eam amittere non poteſt, niſi vel per obliuionem medij, aut cõcluſionis, vel per corruptionem ſui, aut mutationem rei, quã ſciebat.

COMMENTARIVS.

SI a *igitur*] Probaturus ex inſtituto, quod iampridem in animo habet, demonſtrationem propter quid conſtare ex ſumptionibus neceſſarijs, non quibuslibet, ſed quæ ſint propoſitiones per ſe; obiter oſtendit initio huius capitis, oportere demonſtrationem propter quid conſtitui ex propoſitionibus per ſe, quæ eſt Græcorum, & Arabum Interpretum expoſitio: licet D. Thom. Aegidius, Caiet. & alij ſecus intelligant hunc locum, aientes, velle Ariſtotelem oſtendere, demonſtrationẽ progredi ex neceſſarijs & accipere pro medio, eam procedere ex ijs, quę ſunt per ſe. Argumentatur ergo in hunc fere modum; ſola per ſe ſunt neceſſaria: demõſtratio propter quid conſtat ex neceſſarijs: ergo conſtat ex ijs, quæ ſunt per ſe.

Expoſitur locus Ariſtot. D. Thom. Aegid. Caiet.

Huiuſce argumentationis minorem

CAPVT VI.

SI a *igitur demonſtratiua ſcientia ex principijs eſt neceſſarijs: quod enim quiſpiam ſcit, id fieri nequit, vt aliter ſeſe habeat. Ea verò, quæ per ſe rebus inſunt: neceſſariò competunt. Nam quædam inſunt in eorum, quibus competunt, ratione, quædam in ſua res eas habent, de quibus dicuntur: quorum alterum oppoſitorum inſit, neceſſe eſt, patet, ex talibus quibuſdam ratiocinationem conſtare: omne namque, quod ineſt, aut hoc pacto, aut per accidens, competit: accidentia verò non ſunt neceſſaria.*

b *Aut igitur ita dicatur, aut hoc principium ſupponatur, demonſtrationem neceſſariam eſſe: & ſi demonſtratum ſit quippiam, fieri non poſſe, vt illud ſeſe habeat ſecus. Ex neceſſarijs ergò conſtare demonſtratiuam ratiocinationem oportet. Etenim fit, vt & non demonſtrans ratiocinetur ex veris: at vt ex*

Digitized by Google

rem primo loco ſtatuit, eamq. probat, quia demonſtratiua ſcientia nõ poteſt aliter ſe habere; ergo demonſtratio, per quã illa acquiritur, procedet ex neceſſarijs: maiorẽ, quæ eſt excluſiua, & æquipollet his duabus; omnia per ſe ſunt neceſſaria, & nihil aliud, præter ea, quæ ſunt per ſe, neceſſarium eſt: ſuadet quo ad vtramq; partem. Quo ad priorem, quia bifariam aliquid per ſe prædicatur, aut quia continetur in definitione eſſentiali ſubiecti, aut quia eſſentialiter definitur per ſubiectũ. Quæ verò ita ſe habent, neceſſariò cõpetũt. Deinde, quo ad poſteriorem partem; quia omnia, quæ prædicantur, vel inſunt per ſe, vel per accidens, vt diſtinguitur à prædicato per ſe primo, vel ſecũdo modo; quæ autẽ per accidẽs inſũt, non ſunt neceſſaria: nihil igitur præter ea, quæ ſunt per ſe, eſt neceſſariũ.

Bifariam per ſe aliquid prædicatur.

Demõſtrationem ex neceſſarijs cõfici, probatur primò.

b *Ani igitur*] Vt oſtendat, demonſtrationem confici ex neceſſarijs, ait, vel id abſq; probatione admittendũ eſſe, vel faciendum, tanquam firmiſſimum fundamentum longioris diſputationis, demonſtrationem eſſe ſyllogiſmum cõcludentem neceſſariam concluſionem. Hinc enim multis inſtitutum confirmabitur, atq; in primis ita. Concluſio demonſtrationis eſt neceſſaria, & quod demonſtratur, aliter ſe habere nequit: ergo demonſtratio conſtat ex neceſſarijs. Corroboratq. vim huiuſce rationis ex diſcrimine eius, qui demonſtrat; & eius, qui non demonſtrat. Nam hic colligere poteſt ex veris, non tamen ex neceſſarijs, ille verò non niſi ex veris, & neceſſarijs concludit.

c *Signo etiam illo*] Secunda ratio, qua inſtitutum confirmat, ſumitur à ſigno indicioue quodam. Nam ſi quis nobis offerat ſyllogiſmum, tanquam veram demonſtrationem, quã nos vel demonſtrationem eſſe non arbitramur, vel diſputationis gratia, vt talem non admittimus, apponere conſueuimus, eam non eſſe ex neceſſarijs conflatam.

Principia demõſtrationis ſũt prima ac certiſſima.

d *Ex quibus etiam*] Colligit, ſtultos eſſe eos, qui arbitrantur ſe demõſtrare, ſi ex veris, & probabilibus quãnecęſſarijs quiſquam niſi demonſtrans ratiocinationem conficiat, non fit. Id enim ipſum iam demonſtrationis proprium eſt.

c *Signo etiam illo patet, demonſtrationem è neceſſarijs eſſe: nam inficiationes aduerſus eos, qui demonſtrare putant, negationem neceſſitatis inferre nos conſueuimus: aut putantes omninò fieri poſſe, quòd res aliter ſeſe habeat, aut diſputationis cauſa contendentes.*

d *Ex quibus etiam patet, ſtultos eos eſſe profectò, qui principia benè ſumere putant, ſi probabilis ſit propoſitio, atque vera, vti Sophiſta: ſcire enim ſcientiam habere eſt: non enim ideò propoſitio principium eſt, quia probabilis, aut non probabilis eſt: ſed quia prima eſt ipſius generis, circa quòd ſit demonſtratio. Et verum non omne proprium eſt.*

e *Atque demonſtratiuam ratiocinationem ex neceſſarijs eſſe oportere, ex hiſce patet: nam ſi non eſt iſte ſciens, qui non habet eius rationem propter quid eſt, cuius eſt demonſtratio: atque fieri poteſt, vt A quidem ipſi C neceſſariò competat: medium autem B, per quod illud demonſtratur, non ſit neceſſariò: is planè, qui talem ratiocinationem extruxit, non ſcit propter quid eſt: quippe cum illud ob ipſum medium non ſit: nam ipſum quidem fieri poteſt, vt non ſit: concluſio autem eſt neceſſaria.* f *Praterea, ſi quum nunc neſcit, rationem habens, & ſaluus reſaluus eſt, neque oblitus eſt: is neque prius ſciebat: corrumpi autem poſſet medium, ſi non eſt neceſſarium: quare habebit quidem rationem ſaluus, ſaluare non autem ſciet. Neque igitur prius ſciebat.* g *Quod ſi medium non eſt corruptum, fieri verò poteſt, vt corrumpatur, id quod accidit, erit poſſibile, atque contingens: ſed vt in ſciat, qui ſic ſe habet, fieri minimè poteſt.* h *Cum igitur concluſio neceſſaria eſt, nihil prohibet, medium non neceſſarium eſſe, per quod fuit probata. Fieri namque poteſt, vt neceſſarium ex non neceſſarijs etiam concludatur: perinde atque fit, vt verum ex falſis concludatur. At cum medium eſt neceſſarium, concluſio quoque neceſſaria eſt: quemadmodum* g *ex veris infertur ſemper concluſio vera,*

duntaxat procedant; cum probabilia non sint principia demonstrationis; sed ea, quæ in materia, de qua agitur, prima, ac certissima sunt. Aduerte circa verba illa, scire enim scientiam est habere, dissentire Expositores. Nam D. Thomas, Aegidius, & alij putant, in ijs reddi ab Aristotele causam stultitiæ eorum, qui credunt, se ex probabilibus demonstrare, cum scire sit habere scientiam, id est, certam cognitionem firmissimis rationibus comparatam: Philoponus autem, Auerroes, & Linchonensis censent, ea continere propositionem vulgatæ cuiusdã demonstrationis, quam se Protagoras facere aiebat; nimirum, scire est scientiam habere: qui habet aliquid, scit quid illud sit: ergo qui scit, scit, quid scientia sit. Non erat tamen ea vera demonstratio, quia pronunciatum illud, qui habet aliquid, scit, quid illud sit, non necessarium est, sed probabile duntaxat.

Exponit locus Aristotelicus. D. Thom. Aegid. Philop. Auerr. Linchon.

Vera expositio. Tertiò.

e *Atque demonstrationem.*] Tertia ratio ita concluditur, qui in demonstranda necessaria conclusione vtitur ratione non continente causam; is non comparat scientiam simpliciter: atqui vtitur medio contingenti, seu non necessario, vtitur ratione non continente causam; non ergo scientiam simpliciter comparat. Maior constat ex definitione scientiæ tradita capite secundo huius libri. Minorem probat, quia id, quod contingit, cum non sit necessarium, potest non esse: id autem, cuius scientiam simpliciter habemus, cum necessarium sit, vt supposuimus, non potest non esse. Hinc ergò fit, vt, qui habet medium cõtingens, vtatur ratione non continente causam necessariæ conclusionis, nisi quis dicat, quod maxime est absurdum, id quod non est, esse causam eius, quod est.

Ob quattuor rõnes amittitur scientia.

f *Præterea si cùm*] Quartam rationem subijcit, quæ, vt intelligatur, aduertendum est, quattuor ob causas accidere posse, vt quis absque persuasione scientiam amittat. Prima est, cum eius mente excidit causa, ratione, qua conclusionem sciebat. Secunda, si obliuiscatur ipsius conclusionis.. Tertia si
1 res ipsa, quam sciebat, mutetur. Quarta si ipse, qui sciebat, intereat, aut
2 Organum phantasiæ lædatur. Quod si nulla harum causarum interueniat,
3 & nescias, vtique nec antea sciebas. Argumentatur ergo Aristoteles hunc
4 in modum, si quis dicat, se scientiam amisisse, adhuc retinens animo causam, & rationem, ob quam se scire dicebat, neque oblitus conclusionis, item incolumis ipse, & salua re, is profecto nec ante scientiam habebat,

vera, nam tam A, ipsi B, quàm B, ipsi C, necessariò competat: igitur & A necesse est ipsi competere C. Verum fieri nequit, vt rum conclusio non sit necessaria, medium necessarij subeat rationem. Insit enim A, non necessariò ipsi C: si igitur A, ipsi B, & B, ipsi C, competere necessariò dicetis, & A, profectò ipsi C, competere necessariò concedas oportet. At ipsi competere non eo pacto supponebatur.

i *Cum igitur id, quod demonstratiuè quispiam scit, necessarium oporteat esse, constat, per medium quoque necessarium demonstrationem eius illum habere oportere. Vel nescit illud profectò, aut propter quid necessariò sit, aut quòd sit: sed aut se scire arbitratur, quod nescit, si scilicet, necessarium, quod necessarium non est, esse putet: aut nec scire arbitratur eque discrimine sanè, siue quòd sit aliquid per medium: siue cur sit aliquid, per medij varantia sciuerit.*

k *Rerum autem, quæ non per se, eo, que determinata sunt, ea quæ per se competunt modo, accidunt, demonstratiua scientia non est: non enim fit, vt necessaria conclusio demonstretur. Fit enim, vt accidens ipsum non insit: de tali namque accidente loquor.*

l *Quanquam fortasse quispiam dubitauit, cuiusnam gratia de his hæc interrogare oporteat, si conclusionem esse necesse non est. Nihil enim refert, si quispiam quauis interrogans, deinde conclusionem dicat. At enim interrogare oportet, nõ vt per interrogata necessariò quicquam sequatur: sed quia dicere necesse est ei, qui illa dicit, & verè dicit, si competant verè.*

Digitized by Google

at qui per medium contingens se scire affirmat, corrupto medio fatetur, se nescire; ergo nec antea, cum se scire profitebatur, verè sciebat.

Dubium. g *Quod si medium*] Diceret quispiam, non sequi incommodum, quod proximè inferebatur, si medium contingens re ipsa corruptionem non subeat, Solutio. esto, ex se corruptibile sit. Occurrit Aristoteles, cum perducatur ad actum id, quod fieri potest, nullum existere absurdum, & tamen id, vt ostensum fuit, in re subiecta existere, si medium, quod corrumpi potest, actu corrumpatur. Quare fieri non posse, vt demonstratio constet medio corruptibili.

Tria pronunt pronunciata. h *Cum igitur conclusio*] Ne quis fortè arbitretur, conclusionem necessariam nulla ratione ex medio non necessario posse colligi, tria pronunciata subijcit, quibus rem declaret. Primum est. Conclusio necessaria potest
1 colligi ex medio non necessario, quemadmodum verum ex falsis, intellige
2 vi formæ. Secundum est, ex necessario, non nisi necessarium colligitur.
3 Tertium est, si conclusio non est necessaria, fieri nequit, vt medium, seu præmissæ necessariæ sint. Quod probat, quia si præmissæ sint necessariæ, conclusio erit necessaria, vt in secundo pronunciato assertum fuit. Quare si talis conclusio necessaria non sit, erit simul necessaria, & non necessaria, quod repugnat.

Demõstrationem debere fieri ex necessarijs probatur. i *Cum igitur id*] Rursus inculcat, probatque, demonstrationem debere procedere per medium necessarium, quia id, quod scitur, necessarium est, alioqui nec per medium habentia, nec per medijs vacantia, nec demonstratione. Quia, aut propter quid, dicetur aliquis scientiam adipisci: Sed si existimat, sumptiones esse necessarias, & non sunt, opinabitur, se scire, & demonstrare, cum re vera nesciat, quod si neque necessariæ sint, nec eas necessarias esse arbitretur, tunc neque sciet, neque se scire opinabitur. Ac si dicat Aristoteles, adeo verum est, demonstrationem progredi ex necessarijs, vt nullus in animum indicat se demonstrare, & scire, nisi credat, ex necessarijs procedere.

Demõstratio non sit ex ijs, quæ per accidens sunt. K *Eorum autem*] Probaturus, demonstrationem esse ab ijs, & ex ijs, quæ sunt per se, ostendit demonstratiuam scientiam non esse de ijs, aut ex ijs, quæ sunt per accidens; nam quæ ita sunt affecta, possunt non inesse, atque adeò non necessariò insunt, quare nec conclusio necessariò demonstrabitur. Monet autem, dum reijcit à demonstratione ea, quæ per accidens sunt, loqui, se de ijs, quæ sunt per se, non per accidens, modo ante explicato. Etenim

Quid sit prædicari per se. secundum aliam vsurpationem prædicari dicuntur per se, & non per accidens, quæcunque directè, & secundum naturam competunt, quo pacto album dicitur per se, & non per accidens de ligno: non sufficit autem, conuenire quidpiam hoc modo per se, vt in demonstratione locum habeat.

Dubium. l *Quanquam fortasse*] Ambigeret fortè aliquis, si ex contingentibus nihil necessariò colligitur, cur ex ijs interdum argumentare, & interrogationes adhibere consueuerimus, cum nihil magis ex illis quidquam sequatur, quam si quaslibet alias propositiones sumeremus. Occurrit Aristoteles.

Resolutio. Esto, ex talibus sumptionibus non inferatur conclusio necessaria, colligi tamen necessariò: solemus autem interrogare aduersarium de ijs, quæ contingentia, & probabilia sunt, vt non solum vi formæ colligamus, quod in qualibet materia fieri potest: sed vt ex ijs datis, & concessis concludere valeamus.

EXPLA-

Digitized by Google

EXPLANATIO CAPITIS SEPTIMI.

De materia Demonstrationis.

SVMMA CAPITIS.

VT ostendat in hoc capite, demonstrationem constare debere ex principijs proprijs, assumit iterum, eam constare ex ijs, quæ sunt per se, quod eadem ratione suadet, qua proximo capite vsus fuit. Dupliciter ergo institutum probat. Primò, asserendo, demonstrationis principia non debere esse extranea, quia subiectum, passio, & medium demonstrationis ad vnum pertinere debent; non possunt verò hæc ad vnum spectare, si principia sint extranea. Secundò, statuendo, non sat esse principia esse communia, sed requiri propria: cum enim passio connexionem habeat immediatam cum subiecto, nõ poterit à nobis plenè cognosci ex aliquibus principijs, nisi hæc constent medio proprio, & subiecto immediato; per communia enim non scimus, an passio insit immediatè.

COMMENTARIVS.

CAPVT VII.

De quo pronũciato per se locutus est Philos.

Cvm a igitur.] Traditurus in hoc capite quędam præcepta in demonstratione obseruanda; repetit, quod iam superius ostenderat, nimirum, demõstrationem esse ex ijs, quę sũt per se, quia, vt notat Philoponus, docere instituit, non sat esse quęlibet pronunciata per se, sed quę subiecto, de quo fit demonstratio, peculiaria sint; suadet ergo, omnem demõstrationem ex necessarijs constare, quia sola per se sunt necessaria, & omnis demonstratio est ex necessarijs proprijs rei, de qua quidpiam demonstratur, ergo omnis demonstratio est ex ijs, quę sunt per se. Hæc probatio ex dictis conspicua est, quod verò additur, oportere eiusmodi necessaria esse rei insita, & non aliunde petita, mox declarabitur. Admonet autem, non sufficere propositiones esse veras, si prędicata non per se, sed per accidens insint, vt patet in demonstrationibus, quę procedunt per signa,

Notãdum est.

Cvm a igitur ea, quæ per se ipsum, necessario circa vnumquodque cõpetant genus, & vt sic est, quodque patet, demonstrationes ipsas scientiarum effectrices de his esse, quæ per se competunt, & ex talibus exirui, atque constare; accidentia namque non sunt necessaria: quare non fit, vt necessariò conclusio propter quid est, sciatur, neque si semper sit, non autem per se sit. Quod ita esse, declarant ea ratiocinationum, quæ per signa conficiuntur: id vnum, quod est per se, non per ise quisquam sciet, neque propter quid est. Scire autem propter quid est, nihil aliud est, quã per causam scire per se ergo tertio mediũ, & medio primum ineſſe oportet.

b *Non igitur fieri potest, vt ex alio genere quisquam in aliud transiens quidquam demonstret: veluti conclusionem Geometricam, Arithmeticam demonstratione: c tria namque sunt, quæ in demonstrationibus insunt: vnum id quod demonstratur ineſſe, hoc autem est*

Digitized by Google

gna, veluti, ſi quis canitiem tã quam ſignum interius accipiat,& ita argumentetur; quod canescit, ad interitum properat; ſed homo in ſenectute canescit; ergo homo in ſenectute ad interitum properat.

Quæ ſint principia propria demõſtrationis.

b *Non igitur*] Statuit, omnem demõſtrationem debere proprijs principijs conſtare, & quia principia propria dicuntur ea, quæ neque ſunt extranea, nec communia; docet in primis non debere eſſe extranea, quod ſignificat, cum ait, nõ eſſe tranſeundum de genere in genus, id eſt, de ſubiecto vnius ſcientiæ in ſubiectum alterius, vt, ſi quis vellet concluſionem propriam Geometriæ ex principijs Arithmeticæ demonſtrare.

Subiecta ſciẽtiarum trifariã affecta eſſe poſſunt.

Hic aduerte, ſubiecta ſcientiarum trifariam inter ſe affecta eſſe poſſe. Aut enim vnum eſt ſuperius altero, ita, vt inferius addat ſuperiori aliquam differentiam per ſe, vti ſe habent triangulus & Iſoſceles, animal, & homo: Nam Iſoſceles adijcit triangulo differentiam per ſe, & eſſentialem, qua conſtituitur, ſimiliterq. homo animali; aut ita, vt inferius addat differentiam per accidens, vt linea viſualis lineæ in communi, quarum hæc conſideratur à Geometra, illa à Perſpectiuo, & numerus ſonorus numero in commune, quorum ille ad Muſici, hic ad Arithmetici contemplationem pertinet, aut denique ſunt inter ſe omnino diſtincta, &, vt vocant, diſparata, veluti numerus, quem conſiderat Arithmeticus, & quantitas continua, quam Geometra. Cum igitur Ariſt. hoc loco admonet, tranſeundum non eſſe à ſubiecto vnius ſcientiæ ad ſubiectum alterius, loquitur, vt ipſe paulo poſt ſignificat, de ijs, quę non primo, aut ſecundo, ſed tertio duntaxat modo affecta ſunt.

c *Tria namque*] Vt traditam doctrinam illuſtret, tria in qualibet demonſtratione ſpectari, inquit, nimirum, paſſionem, ſiue affectionẽ, quæ demonſtratur; dignitates, ſeu principia, quę ſunt fundamenta ſciẽtiæ, & ſubiectum, de quo paſſio oſtenditur.

id, quod alicui per ſe generi competit, ea lind dignitates: dignitates autem ea ſunt, ex quibus fit demonſtratio: tertium eſt genus ipſum ſubiectum, cuius affectus per ſe demonſtratio accidentiaque patefacit. Fieri igitur poteſt, vt ea quidem ſint eadem, è quibus fit demonſtratio: at quartum genus diuerſum eſt, vt Arithmetica Geometriaque, in hiſce fieri nequit, vt ad ea, quæ magnitudinibus accidunt Arithmetica demonſtratio accommodetur, niſi ſint ipſa magnitudines numeri, hoc autem, vt in quibuſdam fieri poteſt, poſterius explicabitur. Arithmetica verò demonſtratio, ſemper in ſe genus id habet, circa quod ipſa verſatur: cetereq. ſimiliter. d *Quare ſi tranſire migrareque debeat demonſtratio, aut idem genus ſimpliciter, aut aliqua ex parte idem neceſſe eſt eſſe: ſecus verò patet fieri non poſſe. Ex eodẽ enim genere ipſa extrema & media, neceſſe eſt eſſe: nam ſi nõ ſint, per ſe accidentia erunt profectò. Quocirca fieri non poteſt, quo Geometria contrariorum vnam ſcientiam eſſe, vel duos cubos cubum eſſe demonſtret: aut alia quauis ſcientia, id quod ad aliam pertinet, niſi in hiſce, qua ſic inter ſeſe habẽt, vt altera ſub altera colloceatur: quo pacto tam ad Arithmeticam Muſica, quã ad Geometriam Perſpectiua ſe habet.*

e *Neque ſiquid lineis ineſt: non vt linea ſunt, propriorumque ratione principiorum Geometria demonſtrat: veluti ſi pulcherrima linearum ſit linea recta: aut ſi ſe habeat ad circũferentiã contrario modo, non enim hac ratione propry generis ipſarum, ſed cuiuſdam communis cõprimunt.* f *Patet autem, ſi propoſitiones, ex quibus fit ratiocinatio, vniuerſales ſint, neceſſariò concluſionem quoque perpetuam eſſe demonſtrationis talis, & demonſtrationis omninò, non eſt igitur eorum, qua intereunt, demonſtratio, neque ſcientia ſimpliciter: ſed tanquam per accidens: quia non eſt ipſius vniuerſaliter, ſed aliquo in tempore & quodam etiam modo:* g *atque cum eſt concluſio corruptibilis, neceſſe eſt alteram propoſitionem & nõ vniuerſalem & caducam eſſe: caducam, quoniam eſt & ipſa cõclusio talis: non vniuerſalem, quoniã quoddam non erit eorum, qua ſubiecti ſubeũt rationem: quare fieri nequit vniuerſali-*

Tum

Tum ita ferè disputat: subiectum demonstrationis propter quid, mediũ, & passio debent ad vnum, idemque genus pertinere, quandoquidem, vt superius ostensum fuit, & medium subiecto, & passio medio per se competere debent: alioqui per accidens conuenirent, atque adeò non caderent sub demonstrationem, aut scientiam: atqui medium, & passio non possunt per se inesse subiectis diuersarum scientiarum, nisi ea aliquo modo sint vnum (vt sunt ea, quæ primo, aut secundo modo affecta esse diximus) non igitur fas erit, quæ vnius scientiæ sunt, alteri accommodare, nisi subiecta vtriusque aliquo modo idem sint. Itaque non licebit vti principijs Arithmeticæ in Geometria, nec passiones numerorum de magnitudinibus demonstrare, nisi magnitudines numeri sint, id est, nisi sumantur, vt numeratæ: sic enim numerorum passiones, quas Arithmeticus considerat, de magnitudinibus, quæ ad Geometram spectant, demonstrari poterunt.

Ab vno genere subiecto ad aliud transgredi licet.

d *Quare si transire*] Planius declarat, quo in euentu liceat, non liceat: vè ab vno genere subiecto transgredi ad aliud: licere inquit, cum aut vtrumque subiectum est idem simpliciter, hoc est, cũ alterũ est genus, alterum species sub illo cõtenta aut cũ ex parte sunt idẽ, id est, cũ vnũ cõtrahitur ab alio per accidentariã differentiam, vt ante expositum. Non licere autem, cum subiecto sunt omninò diuersa: siquidem oportet mediũ, & extrema per se cohærere, proindeque ad idem genus spectare.

Quid ad Geometrã non pertineat.

Vnde colligit, non esse Geometræ ostendere contrariorum esse eãdem scientiam, quia differere de cõtrarijs, vt contraria sunt, & de scientia, quæ scientia, est ad primũ Philosophũ pertinet. Itẽ nõ esse Geometræ ostẽdere, ex duobus cubis vnũ cubũ effici, accepto cubo, nõ vt cernitur in magnitudinibus, sed in numeris: ea enim demonstratio Arithmetici negotij est. Dicitur aũt numerus cubus, qui fit ex ductu alicuius numeri in se ipsũ bis, vt Octonarius, qui fit ex ductu alicuius

ter ratiocinatio: sed hoc in tẽpore tãtum.

h *Similiter res sese habet, & in definitionibus ipsis: quippe cum definitio, aut principium demonstrationis sit, aut demonstratio positione differens, aut quædam demonstrationis conclusio.*

i *Patet etiam, demonstrationes atque scientias eorum, quæ sæpe fiunt, vt lunæ defectiones, & huiusmodi rerum, quo quidem sunt tales, hoc esse semper, quo verò non sunt semper, hoc esse particulares.*

k *Cum autem pateat, fieri non posse: vt quidquam demonstretur, nisi ex cuiusque principijs, si id, quod demonstratur rei competit, vt est illa, non sanè quippiam sciatur, etiamsi ex veris, & indemonstrabilibus, medioque vacantibus ostendatur. Fit enim, vt quippiam perinde ostendatur, atque Brisæ quadrationem ostendit. Huiusmodi namque rationes per commune quoddam ostendunt, quod & alij competit: quapropter & ad alias res non propinquas ipsæ rationes accommodantur. Igitur res, non vt illa est, sed per accidens scitur: non enim & ad aliud genus demonstratio accommodaretur.*

l *Tunc autem vnumquodq; non per accidens scimus, cum per id cognitionem consequimur, per quod competit ex principijs illius, quæ ratione est illud: veluti, cum duobus rectis æquales habere ei scimus competere, cui per se competit id ipsum ex principijs.*

m *Quare si illud competit ei per se, cui competit, medium necesse est in eadẽ esse propinquitate. Quòd si non sit ita, at perinde erit, atq; cum Musica per Arithmeticam demonstratur. Atque talia demonstrantur quidem similiter, differentia tamen est. Nam ipsum quidem esse ad aliam scientiam attinet: Subiectum enim genus diuersum est: ipsum autem propter quid superioris nimirum est, cuius per se sunt ipsi affectus.*

n *Quare patet ex hisce, fieri non posse, vt demonstretur quicquam, nisi ex suis quidq; principijs: sed horum principia habent commune. Quòd si id constat, patet, fieri non posse quicquam propriorum principiorum vt demonstratio non exhibeat. Erunt enim illa omnium principia, & ipsorum scientia domino*

ius numeri binarij bis in ſe ipſum, ſiquidem bis duo bis ſunt octo. & numerus 27. qui procreatur ex ductu ternarij in ſe ipſum bis. Nam ter tria ter ſunt 27. Item, ſi vnus cubus alterum multiplicet, reſultat cubus, vt, exempli gratia, viginti ſeptem efficient ducenta ſedecim, qui eſt etiam cubus.

Vna ſciẽtia alteri⁹ cõcluſionẽ probare non poteſt.

e *Neque ſi quid*] Colligit, ſcientiã vnam non ſolum probare non poſſe concluſiones alterius, ſed neque demonſtrare omnes paſſiones, quę cõueniunt proprio ſubiecto, niſi ei cõperant ſecundum principia propria illius ſcientię. Quare Geometra non demonſtrabit, lineam rectã eſſe omnium pulcherrimam, aut eſſe contrariam circulari, quia neque pulchritudo, neque contrarietas conueniũt lineæ rectæ, qua recta eſt, ſeu ſecundum principia peculiaria Geometriæ; ſed ſecundum alias communes rationes, in quibus pulchritudo, & contrarietas conſiſtunt, quod ad Geometricam diſquiſitionem non pertinet; quę eſt etiam doctrina eiuſdem Ariſtotelis lib. 4. Metaph. cap. 1. & lib. 11. cap. 6.

omnium erit. Etenim is ſcit magis, qui ſuperioribus ex cauſis ſcit: ſcit enim cum ex prioribus, cum ijs è cauſis ſcit, quæ non effectus ſubeunt rationem: quare ſi magis ſcit, & maximè: & ſi eſt illa ſcientia, magis profectò maximeque ſcientia eſt.

Demonſtratio verò ad aliud genus non accommodatur, niſi eo modo, quo tam ad demonſtrationem facultatis machinarum extruendarum, vel ad perſpectiuas Geometrica, quàm ad Muſicam Arithmetica demonſtrationes accommodantur, vt diximus. At verò difficile admodum eſſe percipere eſt quempiam, ſciat nec ne. Eſt enim difficile cognoſcere, ſi ex principijs vnuſcuiuſque ſciamus, nec ne: quod quidem eſt ſcire. Putamus autem, ſæpenumero ſcire, ſi ex veris quibuſdam primisve ratiocinationem habemus. Id verò nõ eſt ita, ſed oportet ipſis primis eſſe propinqua.

De perpetuis, & vniuerſalibus eſt demonſtratio.

f *Patet autem*] Interrumpit diſputationem de principijs proprijs, vt oſtendat, demonſtrationem eſſe de perpetuis, hoc eſt, non ſolum de concluſionibus ſempiternæ veritatis, cuiuſmodi ſunt omnes, quæ ad primum, & ſecundum modum dicendi per ſe ſpectant; ſed etiam de rebus vniuerſalibus, ſeu communibus. Sic igitur argumentatur; ſumptiones demonſtrationis ſunt de omni, conſtantque terminis communibus; igitur concluſio ex iiſdem terminis coaleſcet, atque adeò demonſtratio, & ſcientia eiuſmodi non de rebus ſingularibus, ſed communibus; quales ſunt omnia ſubiecta propoſitionum de omni. Vnde colligit, non eſſe ſcientiam per ſe de contingentibus, & corruptibilibus, atque adeò nec de ſingularibus caducis; cum non ſit per ſe, niſi de perpetuis.

Ex p̃miſſis de re incorruptibili, & immutabili recte infertur concluſ.

g *Atque cum eſt*] Probat ex eo, quod præmiſſæ ſint de re incorruptibili, & immutabili, rectè colligi concluſionem eodem pacto ſe habere. Nam ſi concluſio talis non eſſet, ſed de re contingenti, & diſſolubili, altera quoque præmiſſarum eſſet caduca, & non vniuerſalis. Quod fieri non poteſt in abſoluta, & perfecta demonſtratione, de qua in præſenti agitur. Non commiſit autem Ariſtoteles vitioſum circulum, dum cap. 6. probauit, ſumptiones demonſtrationis eſſe neceſſarias, quia concluſio eſt neceſſaria, & hic rurſum ex vniuerſalitate, & neceſſitate præmiſſarum infert vniuerſalitatem, neceſſitatemque concluſionis. Non enim ex eo ſolum oſtendit, ſumptiones eſſe neceſſarias, quia concluſio neceſſaria eſt; ſed alijs quoque rationibus, vt in contextu patuit. Vtitatum verò, & approbatum in ſcientijs eſt, ex concluſione, iam alitunde magis corroborata regredi ad demonſtrandas præmiſſas, vt cap. 3. huius lib. 9 t. expoſuimus.

Definitiones de rebus vniuerſalibus ac perpetuis eſſe debẽt.

h *Sim inter res*] Docet, quemadmodum demonſtrationes, ita & definitiones de rebus vniuerſalibus, ac perpetuis eſſe debere. Sumit autem definitionem pro enunciatione, in qua definitio de definito affirmatur. Tum ita differit: Omne principium demonſtrationis, omnis concluſio, omnis denique

que demonſtratio eſt, de rebus perpetuis, & vniuerſalibus; atqui definitio, vel eſt principium, vel concluſio demonſtrationis, vel ipſa demonſtratio, ſola poſitione differens, hoc eſt, diſtincta à demonſtratione ſitu duntaxat, & collatione partium, ex quibus conſtat; igitur definitio eſt de rebus perpetuis, & vniuerſalibus. Vt huiuſce rationis vim percipias, aduerte, nonnunquam plures dari eiuſdem rei definitiones, quarum vna per aliam à priori demonſtrari queat; vti ſe habet definitio hominis, quæ per cauſam formalem, & ea, quæ per cauſam materialem traditur. Quarum hæc per illam, & illa per hanc à priori oſtendi poteſt. Igitur illa definitio, quæ alteram demonſtrat, quatenus eam demonſtrat, principium eſt, & vt ab illa rurſum demonſtratur, eſt concluſio. Quod ſi ex vtraque definitione coagmentetur vna; quæ ſcilicet materialem, & formalem cauſam ſimul complectatur, ea ſitu duntaxat, & collatione dicetur à demonſtratione diſtingui; quia continet tres terminos, ex quibus aptè diſpoſitis confici poteſt demonſtratio.

Obiectio. i *Patet etiam*] Occurrit obiectioni, vt Philoponus, & Themiſtius ait: videlicet, opponet aliquis; ſi demonſtratio de perpetuis tantum ſit, non poſſe demonſtrari de Luna eclipſim, neque de alijs ſubiectis ſimilia prædicata, quæ non ſemper inſunt. Occurrit Ariſtoteles, propriam demonſtrationem non fieri de hac Luna; nec de hac eclipſi, alijſvè eiuſmodi ſingularibus, quæ per ſe interitum ſubeunt; ſed de communibus, & vniuerſalibus, quæ, quatalia, non definiuntur ad certum tempus, nec eſſe deſinunt, niſi ex accidente, atque adeò ex ſe perpetua ſunt, & immortalia. Philop. Themiſt.

Satisfit obiectioni.

Ad perfectam demõſtrationem principia propria eſſe debent.

k *Cæterum patet*] Redit ad tractationem principiorum, &, quia iam ſupra oſtendit, non debere illa eſſe extranea, probat nunc, oportere eſſe propria, nec ſufficere ad perfectam demonſtrationem, ſi conſtet ex veris, & immediatis, ſeu quæ per alia demonſtrari non poſſint, niſi, & rei, quę demonſtratur, & ſubiecto, de quo paſſio oſtenditur, propria ſint ac reciproca. Vnde colligit demonſtrationem, qua Briſo nitebatur oſtendere, quadraturam circuli, vel hac ratione non eſſe exactam, quia vtebatur in ea principio quodam alijs ſubiectis commuui. Sic enim argumentabatur, vt annotauit hoc loco D. Thomas; in quocunque genere datur maius, & minus, datur æquale: ſed poſito quocunque circulo licet aſſignare quadratum minus, ſi intra circulum deſcribatur quadratum, & quadratum maius, ſi fiat quadratum cõtinens circulum; ergo licebit aſſignare quadratum æquale. Eſt autem Maior huius ſyllogiſmi communis; imò ſi vniuerſim, & vt ſonat, accipiatur, falſa eſt. Nam angulo ſemicirculi datur rectilineus maior, nempe rectus, & obtuſus; & datur minor, videlicet acutus, non tamen datur æqualis: ſimiliter ternario datur numerus alius maior, alius minor, non tamen æqualis. D. Thom.

Ex principijs, proprijs, & proximis ſcientia perſe habetur.

l *Tunc autem vnumquodque*] Tunc nos ſcire non per accidens inquit, cum ſcimus, paſſionem ex principijs proprijs, ac proximis, per quæ illa ſubiecto, de quo demonſtratur, inſit, & tunc ſcimus, non per accidens hominem eſſe diſcurſiuum, cum id cognoſcimus per animal particeps rationis: quod eſt propria, & reciproca cauſa diſcurſiui. Per accidens verò ſcire quis perhibetur, cum per aliquid extraneum, & aduentitium ſcit.

Paſſio & medium per ſe, & adæquatè ſubiecto conuenire debent.

m *Quare ſi illud*] Cum (inquit) paſſio, quæ demonſtratur per ſe, conuenit ſubiecto, oportet etiam medium per ſe, & adæquatè eidem competere, alioqui perindè res ſe habebit, atque v. g. cum Muſica, quæ Arithmeticæ ſubdita, atque ſubalternata eſt, per principia Arithmeticæ aliquid demonſtrat. Hinc arrepta occaſione tradidit conuenientiam, & diſcrimen inter ſcientiam ſubalternatam, & ſubalternantem, quo ad vſum medij, atque adeò, & principiorum. Conuenientia eſt, quod vtraque ſimiliter, id eſt, per eadem media, ac principia demonſtrare poſſit: vt Geometria paſſionem trianguli per trianguli definitionem: perſpectiua autem illam ipſam paſſionem per definitionem eandem de triangulo viſuali. Diſcrimen verò, quod ſubalternans

Conuenientia inter ſcientiam

demon-

subalternatam, & subalternantem.

demonstret propter quid, seu per causam passionis. Perspectiua autem non ita; nam illa scientia dicitur propter quid demonstrare, ad quam ex officio spectat considerare causam passionis. Vnde cum definitio trianguli, quæ talis passionis causa est, ad Geometram ex instituto pertineat, fit, vt Geometra dicatur demonstrare propter quid; non autem Perspectiuus; sed de hac re in progressu plura, & certiora.

Traditur discrimen inter vtrãque scientiam.

n *Quare patet*] Concludit, neminem posse simpliciter demonstrare, nisi ex principijs proprijs, & ad eandem scientiam pertinentibus. Verba autem illa; sed horum principia habent commune; ita interpretatur D. Thomas, Philoponus, & Auerroes, vt docere velit Aristoteles, vltra principia propria cuiusque scientiæ dari alia communia, per quæ scientiæ particulares non demonstrant, sed scientiarum regina, id est, Metaphysica. Vnde colligit, nullam scientiam principia propria demonstrare, cum illa ostendi non possint, nisi per alia communiora, quorum contemplatio non est, nisi eius scientiæ, quæ maximè vniuersales, & supremas causas, & quæ aliarum effecta non sunt, contemplatur, ceteris que disciplinis, vt omnium nobilissima, & quasi domina præsidet, id est, primæ Philosophiæ, seu Metaphysicæ. Lege Aristotelem lib. 4. Metaph. c. 3. & lib. 11. c. 3.

D. Thom. Philop. Auerr.

Explicat locus Aristotelis à D. Thom. & alijs.

Principiũ vnius scientiæ alteri accommodari non valet, nisi subalternentur.

o *Demonstratio ver:*] Iterum docet, non esse de genere in genus transeundum, nec principium vnius scientiæ posse alteri accommodari, nisi cum inuicem subalternantur. Denique monet, difficile esse cognoscere; num scientiam perfectam, & omnibus numeris absolutam assequamur, qualis est illa, quæ per propria principia habetur. Sæpè enim putamus, perfectè nos scire, si per aliqua principia conclusionem teneamus. Cum autem id non sufficiat, sed oporteat principia propria esse rei, quæ demonstratur.

QVÆSTIO I.

Vtrum obiectum materiale scientiæ debeat esse necessarium, perpetuum, & vniuersale.

ARTICVLVS I.

Oportere obiectum scientiæ esse necessarium.

1. Arg. obiectũ scientiæ non esse necessarium. Arist.

INter alias scientiæ conditiones, quas Aristoteles in his capitibus assignauit, prima est, obiectum scientiæ ita necessarium esse, vt aliter se habere non possit, quod de materiali obiecto intelligendum est. Hęc tamen assertio primò oppugnari potest ex ipso Aristotele capit. 6. vbi docet, mutata re, de qua est scientia, vel euanescente medio, amitti scientiam, est igitur scientia de re

2. Argum. mutabili. Secundò, in Philosophia est vera scientia de elementis, & mixtis, quę aut secundum se tota, aut secundum partes esse desinunt.

Dices, scientiam non esse de rebus simplicibus, sed de connexionibus, quæ siue res existant, siue non, necessariò sunt veræ: sed contra est, Philosophiam demonstrare hanc connexionem; in hyeme sunt pluuiæ, in æstate calores, quæ non sunt ita necessariæ, vt aliquando non contingat oppositum. Tertiò, si scientia deberet esse de necessarijs, esset, quia est certa, & infallibilis; sed de re contingenti potest esse certa cognitio: igitur, &c. Maior est Aristotelis in 6. cap. Minor est manifesta in fide, qua credimus futurum diem iudicij, & immutandos esse orbes cœlestes; est enim cognitio certissima, & obiectum de se indifferens, vt sit, vel non sit.

Ita semper certa visa est assertio Aristotelis, vt, qui secundo argumento in oppositum satisfacere non potuerunt,

Digitized by Google

tuerunt, fuſtulerint potius de medio omnem ſcientiam, quam ſine præfata conditione admiſerint. In his fuerũt primò Academici, præſertim nouæ Academiæ profeſſores, qui nullius rei ſcientiam eſſe credebant, vt referunt Laertius lib 9. Sextus Pompeius Phrironicorum primo. Tullius lib. 2. de Finibus, & ſecũdo Academicarum quæſtionum. Oppugnãt hunc errorem D. Epiphan. li. 1. tom. 1. & li. 3. tom. 2. Damaſc. in ſua Dialectica cap. 3. Tertullianus in li. 3. de memoria. Auguſt. lib. 3. contra Academicos, & de Ciuitate Dei, lib. 19. c. 18. eius confutationem habes initio Phyſic. Deinde Heraclit. Epheſius, & Cratylus eius auditor, argumento preſſi de rebus tantum ſupercęleſtibus, vtpote neceſſarijs, & immutabilibus, ſcientiam eſſe crediderunt, non de ſublunaribus, vt de homine, Leone, &c. ob eorum mutabilitatem. Huius ſententię meminit D. Thom. 1 p. q. 84. art. 1. poſt Ariſt. lib. 4. Metaph. c. 5. text 22.

Hic error Patrũ autoritate refellitur. Laert. Sext. Põp. Tullius. D. Epiph. Damaſc. Tertull. Auguſt. Heraclit. Epheſ. Cratyl. D. Thom. Ariſt.

Ex poſterioribus Philoſophis Heruæus Quodlib. primo, quæſt. 10. exiſtimat quidem, de rebus etiam caducis eſſe ſcientiam, verum earum connexiones, vt veræ ſint realem extremorum exiſtentiam requirere, etſi, quando dicuntur veræ ab æterno propoſitiones, quibus illæ ſignificantur, id non eſſe intelligendum abſolutè, ſed conditionatè vno è tribus modis, primò, vt ſenſus huius propoſitionis, homo eſt animal, ſit: ſi quid eſt homo, eſt animal, ſecundò, quaſi dicatur, homo, quamdiu eſt, animal eſt, denique homo poteſt eſſe animal.

Heruæus. Quomodo Heruę' de rebus caducis ſcientiam admiſerit.

Vt reſpondeamus quæſtioni, notandum eſt, obiectum ſcientiæ ſumi poſſe vel pro rebus, circa quas verſatur ſcientia, vel pro homine, cælo, &c. vel pro rerum connexionibus, in quas ſcientia tendit immediatè; vt proximè dictum eſt, item obiectum vtroque modo acceptum bifariam dici poſſe neceſſarium, vel quia ſemper neceſſariò exiſtit, vel quia ſemper eſt verum, quale à ſcientia ſemel iudicatur, idque ſiue exiſtat, ſiue non: & quidem Ariſtoteles cum exiſtimarit, Deum in adminiſtratione ſaltem rerum communium Vniuerſi agere ex neceſſitate naturæ: conſequenter credidit, res, circa quas verſatur ſcientia ſumptas in ſpecie neceſſariò exiſtere; verum hoc dogma, vt à fide, ita à veritate alienum eſt, conſtatque, res omnes infra Deum contingenter exiſtere; neque hoc multum refert ad noſtram dubitationem; qui ſupra ſtatuimus, obiectum immediatum ſcientiæ eſſe ſolas connexiones, quę ſi poſſint eſſe neceſſaria, quamuis extrema contingenter exiſtant, habebimus huius articuli inſtitutum.

Duplex acceptio obiecti ſcientifici.

Alia ſubdiuiſio eiuſdem obiecti. Ariſtotelis dogma à fide alienum.

Sit igitur hac de re prima concluſio; connexiones rerum etiam corruptibilium, inter earum prædicata eſſentialia, vel propria ſunt ſimpliciter neceſſariæ, ſiue res exiſtant ſiue non. Eſt Diui Auguſtini ſecundo de libero arbitrio, cap. 8. D. Anſelm. capite decimo quarto dialogi de veritate, & recipitur ab omnibus Theologis, nuncupatim à D. Thom. prima part. quæſtion. 10. artic. 2. & 2. contra Gent. capit. 52. Probatur primò; ſi connexio inter hominem, & animal non eſt perpetuò neceſſaria. Poterit aliquando eſſe falſa hæc propoſitio, homo eſt animal, nimirum, antequam exiſterent extrema, vt admittit Heruæus; tunc ergo eius contradictoria erat vera, ſcilicet, homo non eſt animal; at ex negatione ſuperioris ſequitur negatio inferioris, per regulas Dialecticorum; ergo, ſi vera eſt hæc, homo non eſt animal, vera quoque erit illa, homo non eſt homo, quo quid abſurdius?

1. Concluſio: cõnexiones rerum corruptibilium ſunt neceſſariæ ſimpliciter, quãuis res nõ exiſtat. Probatur autoritate Patrum. Probatur ratione 1. D. Aug. D. Anſel. D. Thom. Heruæus.

Secundò connexiones neceſſariæ non conſiſtunt in reali coniunctione extremorum, ſed in conuenientia, ſeu proportione vnius extremi ad alterum, vt in præcedente articulo dictum eſt; licet hæc conuenientia, cum ſit intrinſeca rei conuenienti, ſimul ſit cum re ipſa.

2. Ratio.

Rurſus res quælibet in eſſe eſſentiæ eſt neceſſaria, etiam ante omnem exiſtentiam, vt cap. ſequente quæſt. 3. expli-

3. Ratio.

by Google

explicabimus; ergo & connexentia omnem existentiam præcedet, eritque simpliciter necessaria; quod si aduersę sententię Authores non possunt percipere, aliquid esse, nisi in existentia, damus illis. hanc connexientiam necessariò, & ab æterno existere, non fundamentaliter, vt est idem cum extremis, sed formaliter, vt est negatio quædam diuersitatis; non est enim aliud formaliter, hominem esse idem cum animali, vel cum risibili, quam non esse ab ijs diuersum. Negatio autem diuersitatis, cum sit pura negatio, existere potest sua negatiua existentia, antequam sit vllum subiectum, extititque ab æterno, & consequenter propositiones ex, in quibus significatur hæc identitas, necessariæ & æternæ fuerunt.

Explicatur amplius hæc ratio.

Secunda conclusio. Obiectum scientiæ ab Aristotele simpliciter est necessarium. Probatur autoritate, & ratione.

Secunda conclusio. Obiectum scientiæ ab Aristotele definitæ simpliciter est necessarium. Est omnium Interpretum communis ad c. 7. patetque ex parte argumẽtis factis pro præcedente conclusione; nam rerum connexiones sunt absolutè necessariæ; sed hæ sunt obiectum scientiæ; est igitur obiectum scientiæ necessarium. Superest tamen probandum, has solas esse obiectum scientiæ: quod manifestè conuincitur ratione Philosophi in capite sexto, nempe scientia est cognitio necessaria, hoc est, ita vera, vt ei falsum subesse non possit; sed si res scita non sit omninò necessaria, poterit in scientia esse falsitas, ergo. &c. Minor probatur; nam res contingens potest aliter se habere, demus igitur, de facto aliter habere, ac scientia præfiniat, nonne falsa erit scientiæ præfinitio? Dices, liberè assumi ab Aristotele in maiori, scientiam esse cognitionem necessariam; id enim probandum erat. Respondeo primò, id esse partem definitionis scientiæ; quæ supponenda est, non probanda.

Deinde, scientia est cognitio perfecta, essentialiter distincta ab opinione; neutrum verò haberet, si certa, & infallibilis non esset, hac enim de causa opinio à virtutibus intellectus tanquam imperfecta reijcitur.

Ad locos Arist. respondendum, ipsum non loqui ibi absolutè, sed ostendere modos, quibus amitti posset scientia ex suppositione, & ait. si vel medium desineret coniungere extrema, vel conclusio ipsa obiectiua dissolueretur, corruptum iri scientiam; quod verissimum est, & facit ad nostram conclusionem: nam si illo supposito scientia maneret, esset errori exposita.

Aristotelis loca explicantur pro vera sententia Arist.

ARTICVLVS II.

Soluuntur secundum, & tertium argumentum præcedentis articuli, & explicatur amplius dicta necessitas.

SEcundo argumento probè occurrebatur, scientiam esse tantum de connexionibus, quamuis Aristoteles ob errorem supra commemoratum negarit, extrema simplicia esse corruptibilia. Ad primum facilè dici potest, eas conclusiones, non esse in toto rigore scientificas, si absolutæ sint, secus verò, si formaliter includant aliquam moderationem: licet enim hæc conclusio, in hyeme sunt pluuię, sit de re mutabili, & possit esse falsa; hæc tamen, in hyeme, iuxta cursum naturę debitum, sunt pluuię, oppositum habet, & rigorosa scientia est, sed in Philosophia priori modo se habere videtur propositiones. Supponit hæc doctrina, connexionem naturaliter impedibilem non esse aptam ad scientiam: num verò idem dicendum sit de ijs, quas solus Deus impedire potest, controuersia est.

2. Arg. dissoluitur.

In qua Nominales negantem partem tenere compelluntur; docent enim cum ceteris Philosophis connexiones proprietatum cum subiectis esse obiecta scientiarum. Deinde verò tenent, Deum posse illam impedire, efficiendo non modò, vt realis proprietas non existat in subiecto, sed etiam vt nõ sit illius proprietas, id est, illi debita, & connaturalis. Fundamentum est, Deus potuit condere res eo modo, quo illas con-

Opinio Nominaliũ existimantium. posse Deũ proprietates á subiectis auferre.

conseruare potest; at potest conseruare ignem sine calore, & aquam sine frigore: quod statim probabitur; ergo potuit ab initio eas res ita producere; imò cum nihil implicet, calorem esse in aqua, & frigus in igni, potuit Deus efficere, vt ille esset proprietas aquæ, hoc verò ignis. Defendit hanc sententiam Ocham. Quodlib. 4. q. 37. Gabriel in 4. dist. 1. q. 1. Cordub. lib. 3. quæstionarij q. 11. ab initio, citari etiam potest D. Thom. 3. contra Gent. cap. 100. dum sic ait; Hoc erit naturale vnicuiq; rei, quod à Deo ei inditum est; pendet igitur ex voluntate diuina iuxta mentem D. Thom. quod aliquid sit, vel non sit proprietas alicuius, nec oppositum existimare videtur consentaneum Christiano Philosopho; nihil enim videtur esse in rerum natura præter ordinem causæ primæ.

Ocham. Gabr. Corduba. D. Thom.

Vera sententia, connexiones esse indissolubiles etiam per absolutam Dei potentiam.

Dicendum nihilominus est, connexiones aptas ad terminãdam verã scientiam esse indissolubiles, etiam per ordinem ad Dei potentiam. Id conuincit ratio facta; nam quod per aliquam potentiam esse potest, non implicat, poni in actu; si autem connexio de facto soluatur; iam in scientia erit falsitas. Quare si ratio Nominalium quicquam probat de mutabilitate connexionũ, conuincit quoque, ipsos malè concedere, de illis esse scientiam; & hoc quidem sufficiebat ad præsens institutum. Verum, quia, sublatis his connexionibus, nihil ferè manet, de quo scientia habeatur, ne tantus labor scientiæ explicandæ fortasse fit casus, ostendẽda est Nominalium insciitia. Porrò

Caiet.

Caietanus 1. part. q. 54. artic. 3. non solum reputat, impossibile fieri à Deo, vt proprietas non competat proprio subiecto: verum nec separari ab eo posse, dum existit, etiã, ab illo realiter distinguatur: nam quæ sunt idem à parte rei cum subiecto, omnes fatentur esse inseparabiles, ob indistinctionem, quæ ad separationem supponitur: vt aptitudinem ad recipienda contraria in subiectia.

Probat Caiet. suã

Eius ratio est, proprietates fluere necessariò ex essentia: quare sicut essentia separari non potest à re, cuius est essentia, ita nec proprietas, cũ ille fluxus inimpedibilis videatur: alioqui licebit proprietatem negare de proprio subiecto, quod nemo dabit. Additipulatur Caietan. Capreol. in primo d. 3. q. 3. art. 2. ad 9. contra primam conclusionem, Soncinas 8. Metaphysic. q. 1. ad quartum; citari etiam potest D. Thom. in quæst. de anima, artic. 4. ad septimum, vbi ait, animam nullo modo esse posse sine suis passionibus.

sententiam ratione, & autoritate.
Caiet.
Capreol.
Soncin.
D. Thom.

Communis tamen sententia est, proprietatem realiter distinctam à subiecto posse separari per Dei potentiam quo ad existentiam, nõ quo ad conuenientiam. Primam partem sufficiẽter probat illa communis ratio, quæcumque sunt distincta realiter, & se mutuò non includunt, possunt separari: hoc enim est præcipuũ indicium realis distinctionis; quare implicatio est, realiter inter se distingui, & non posse mutuò separari: quod si Caietanus fingat, influxum subiecti in proprietatem esse similem influxui potentiæ vitalis in actum, sine quo multi negant, actum conseruari posse, etiam à Deo: in primis falsum assumet, nam terminus actionis vitalis procul dubio producibilis est à Deo, quidquid sit de ipsa actione, nos verò in præsenti solum contendimus, proprietatem ipsam poni separatam, licet per aliã actionẽ diuersã ab influxu subiecti.

Proprietates quo ad existentiã à subiectis posse separari, quo ad conuenientiam nõ posse. Caiet.

Deinde, hoc non est ad rem, quoniam, vt proprietas separetur à subiecto, opus non est, vt maneat, sed sufficit, si in eo non existat, quod fiet subtrahente Deo concursum, quo cũ subiecto ad dandum esse passioni concurrit; quæ potest esse secunda ratio contra Caietanum. & solutio argumenti; nam influxum illum nasci ex essentia necessariò, non excludit concursum Dei, sine quo talis influxus non dabitur. Ad aliam confirmationem dicendum, veritati propositionum sufficere conuenientiam proprietatis, quę vt datur, antequam subiectum existat, ita dabitur, si ipsa proprietas in subiecto actu non sit,

Caietanĩ fundamẽtum euertitur.

semper

by Google

semper enim debebitur. D. Thom. loquitur secundum cursum naturæ, vt patet considerãti locum.

Probatur resolutio quo ad 2. partem.

Probatur 1. eadem pars.

Secundam partem probat Victoria in relatione de homicidio his rationibus. Prima; aqua, postquam calefit ab igne, solo generali Dei concursu reducit se ad pristinum frigus, vel ergo idem faceret, si Deus illi tribuisset calorem, vt proprietatem. vel non si primum; ergo non esset naturaliter calida, sed frigida, vt modò est; si detur secundum; quæro, quid fecisset Deus, vt ille concursus, qui antea sufficiebat ad producendũ frigus, modò non sufficiat, & cum nihil ostenderint, dicemus, aquam suapte natura esse propensam ad frigus, nec ex libera Dei voluntate posse inclinari ad calorem. Secunda, vel res naturales sunt ex se indifferentes ad quaslibet proprietates, aut hæ habẽt naturalem propensionem ad has, illæ ad illas si detur hoc secundum, habemus institutum: si primum, malè ergo dicunt, ex libera applicatione Dei has manere naturales proprietates, alias nõ, siquidem eodem modo se habent quo ad naturam, atque antea.

Probatur 2.

Cõfirmatur eadem ratio.

Confirmari potest hæc ratio ex supra dictis, de connexione proprietatum cum subiectis, quam diximus non consistere in actuali vnione, sed in proportione intrinseca ipsis proprietatibus, cum autem intrinseca proportio nequeat variari remanẽte eadem natura, fieri nequit, vt Deus ad libitum proprietates rerum commutet. Ex dictis patet, Nominalium argumentum solum probare, Deum posse producere, & conseruare res sine suis proprietatibus, aut cum oppositis, non verò hoc esse illis naturale.

Soluitur 3. argum.

Ad tertium argumentum concedendum est, propter certitudinem, infallibilitatemque nostræ scientiæ requiri obiectum necessarium, quoniam nostra scientia tota sumitur ex rebus, & quo ad essentiam, & quo ad certitudinem, cuius oppositum accidit in fide diuina, quæ solum pendet ex medio credendi, vt ex obiecto formali, quod cum sit infallibilis Dei autoritas, reddit illam certam, non obstante contingentia materialis obiecti, quod etiam reperitur in scientia Dei: nam earum rerum contingentium, quarum nos habemus fidem, Deus habet certissimam scientiam, quia non sumit certitudinem ex ipsis rebus, sed ex essentia sua quasi ex primario, & formali obiecto, & ex intuitione ipsius rei.

ARTICVLVS III.

Obiectum scientia esse perpetuum, & vniuersale.

Perpetua quæ sint.

PErpetua hoc loco bifariam capi possunt; vel pro perpetuis in veritate, siue existant, siue non; vel pro perpetuò existentibus. Ac priori modo constat, scientiam esse de perpetuis, siquidem est de necessarijs, & inuariabilibus connexionibus, vt in primo capite ostensum est: in posteriori sensu loquimur in præsenti: & potest esse sermo, vel de connexionibus, vel de illarum extremis; vtrorumque enim est eadem ratio; loquemur vt plurimum de extremis, vt facilior fit doctrina.

1. Concl.

Prima conclusio; scientia, absolutè loquendo, non est de rebus perpetuis quo ad existentiam, at secundum sententiam Aristotelis, vel supposita rerum creatione, dici potest esse de perpetuis.

Probatur 1. pars.

Prima pars conclusionis est manifesta ex fide, quæ docet, res omnes creatas suæ durationis initium habuisse, atque adeò nullam fuisse perpetuam à parte ante, licet à parte post aliquæ non sint finem habituræ.

Probatur 2. pars.

Secunda etiam colligitur ex ea sententia Aristotelis, qua existimauit, Deum necessariò producere, & conseruare rerum species, de quibus est scientia. Cum autem Philosophus non ignorauerit, Deum perpetuò esse, consequens est, vt asseruerit, eas res necessariò obtinere perpetuam existentiam.

Probatur 3.

Tertia pars conclusionis supponit, scientiam per se esse de solis vniuersalibus: quæ erat secunda tituli pars illatim probanda, ea verò supposita facile

Digitized by Google

esse ostenditur; nam vniuersalia non terminant per se aliquam actionem, Arist. vt docet Aristoteles in primo Metaphysic. & recipiunt ceteri Philosophi; ergo neque terminabunt per se generationem, vel corruptionem, sed eatenus generari, corrumpiue dicentur, quatenus in singularibus includuntur; qua de causa dixit Diuus D. Thom. Thomas 1. parte quæstione 16. art. 7. vniuersalia abstrahere à loco, & tempore; quia nimirum per se non patiuntur, nec incipiunt, vel desinunt, sed secundariò, & per accidens ratione suorum inferiorum. Meritò ergo scientia, quæ circa has res versatur, dicitur de perpetuis saltem negatiuè, id est, de ijs, quæ per se nec incipiunt, nec corrumpuntur.

An de singularibus sit scientia. Verùm de eo, quod ratio præsupponit, grauis est controuersia; nam singularia nullo modo videntur à scientijs excludenda, vel enim excluderentur, quia per se primò quo ad existentiam corrumpuntur, vel quia secúdum suas connexiones essentiales, & necessarias non sunt æterna.

Affirmatiua pars probatur 1. Primum non est vniuersim verum, multa enim individua sunt, quę non per accidens corrumpuntur, vt Angeli, animæ humanæ, orbes cœlestes, &c. Ergo hæc non essent excludenda. Deinde, esto, in corruptibilibus verum sit, est tamen per accidés; nam vniuersalia simpliciter amittunt existentiam, & aliquando quo ad omnia individua; ergo siue fit primariò, siue secundariò, parui interest. Denique, quia præcipuum obiectum scientiæ non sunt extrema, sed earum connexiones.

Secundò. Secúdum est omninò falsum, quoniam prædicata essentialia, & passiones ab ijs pullulantes non minus indissolubili nexu vinciuntur cum singularibus, quam cum vniuersalibus, & rationes superius factæ contra Heruæum æquè concludunt hanc. Plato est risibilis; esse perpetuam, atque illam; homo est risibilis. Secundò, Deus, & Christus Dominus sunt maximè singularia; at nulla datur perfectior scientia, quam quæ circa Deum sub ratione Deitatis, aç circa Christum Dominum occupatur; nõ sunt igitur singularia ad scientiam inepta. Nec Scotus in q. 3. prologi, Scot. q. 4. laterali probabiliter dicit, in definitione scientiæ capite secundo proposite includi hanc conditionem obiecti; nec enim ibi exprimitur; & aliàs Aristoteles in 6. Ethic. capit. 5. ait, scientiam esse existimationem de vniuersalibus, & de ijs, quæ necessariò sunt, vbi cum præter vniuersalia numeret alia in obiectis scientiæ, videtur includere singularia.

Est nihilominus adeò cõcors Philosophorum opinio, scientiam esse tantum de rebus vniuersalibus, vt vel hac maximè de causa Plato constituerit communes rerum ideas abiunctas à singularibus, & omnis mutationis expertes, in quas primò scientia incumberet; sed in assignanda huius rei causa pauci conuenerũt. Themistius, & Philoponus putant, Themist. non esse scientiam de singularibus Philopon. corruptibilibus, eò quòd inter illa, & eorum prædicata non detur perpetua connexio. Eandem causam reddunt Aureolus apud Capreol. in Aureol. 1. quæst. prologi, articul. 2. in 4. argumento 2. classis contra secundam cõclusionem. Greg. quæst. 1. artic. 4. in Greg. 1. conclusione. Basso. quæst. 5. artic 3. Basso. post initium. Hæc ratio satis confutari videtur primo argumento; nam si procedit de connexionibus, quo ad conuenientiam, & veritatem, falsum est, has esse mutabiles, si quo ad existentiam, huius poscimus rationem, cum existentia se habeat per accidens ad scientiam, vt in primo capite dictum est, quo pacto impediat, ne singularia sciantur? Aliorum ratio erit, singularium scientiam aut ideo in nobis non esse, quia res singulares intellectu, in quo solo est vera scientia, non percipimus, aut licet percipiamus, quia talis cognitio non est perfectio intellectus. Hæc quo ad primam partem abundè confutatur in 3. de Anima q. 5. in capit. 8. Quo ad secundam non eget confutatione, cum longè perfectiora sint singularia vniuersalibus, & cognitio præstantiam sumat ex obiecto.

Pars negatiua statuitur.

Quorundã fundamentũ improbatur.

2. aliorum ratio improbatur.

Digitized by Google

Item, cum diuinæ scientiæ non parua fiat nobilitatis accessio ex notitia singularium, præsertim quia non disputamus, an scientia singularium sit perfectior, sed an esse queat.

Verũ fundamẽtum.

Vt ergo omittamus communem vsum Philosophorum, esse nihil disputare de singularibus, vt Plato cõsulebat, & eorum notitiam esse admodum restrictam. Præcipua causa huius communis sententiæ desumi potest ex ijs, quæ Aristoteles docuit initio capitis, vbi dixit, scientificas conclusiones esse de his, quæ competunt hoc, quo ipsum est; id est reciproce: sed singularia nulla habent prædicata reciproca; ergo non possunt terminare scientiam. Minor probata est apud Porphyrium, cum ostendimus, singularia nullas habere proprietates distinctas à proprietatibus naturæ communis.

Obijcitur 1.

Dices primò, singularia, esto, non habeant reciprocas proprietates, habere saltem differentias individuantes, quæ demonstrari poterunt.

Obijcitur 2.

Secundò, in sententia Caietani asserente, vnum individuum essentialiter excedere aliud, concedendum est, habere aliquam affectionem ab alijs diuersam.

Occurritur obiectis.

Hæc tamen nihil obstant: ad primum enim respondetur, differẽtiam essentialem nõ posse cognosci scientia demonstratiua, de qua disputamus, cum nulla detur causa à priori, ob quam subiecto conueniat: scientia autem definitiua secundum se cognoscibilis est; quo ad nos verò minimè, vtpotè qui differentias nõ cognoscimus, nisi ex affectionibus, vel operationibus sensibilibus: nulla autem est affectio, vel operatio in individuo alicuius speciei, quæ secũdum eandem speciem non sit, vel esse possit in alio, vt docet experientia; quare non potest indicare differentiam individuantem diuersam, saltem tãta euidentia, quanta ad scientiam flagitatur. Quod si Deus alicui communicaret euidentem notitiam singularitatis alicuius individui, haberet quidem propriam illius scientiã definitiuam: numquam tamen demonstratiuam; siquidem singularitas vllius passionis principium non est. Ex quo patet ad secundum, admissa Caietani sententia, non fore scientiam demonstratiuam de individuo, tum, quia illa singularis excellentia esset ignota, tum, quia ex ea non proueniret operatio diuersa ab operationibus aliorum individuorum, nisi secundum magis, & minus, vt docet experientia; hæc autem diuersitas non est per se, nec tollit, quo minus principium proprium omnium passionum sit natura specifica.

Respõdetur ad 1. argument.

Ad primum argumentum aduersæ partis respondetur; neutram ex assignatis esse præcipuã causam, cur de singularibus nõ sit scientia, sed eam, quam attulimus; primam tamen reddi ab Aristotele in rebus corruptibilibus, quia inutile est, laborem impendere in cognitione eius rei, quæ statim ac scita fuerit, esse definet. Quo ad secundam, concedimus, tàm prædicata essentialia, quàm propria, necessariò, & immutabiliter esse cõnexa cum singularibus, & saltẽ propria de ijsdem ostendi posse notitia demõstratiua. Verum, cum illa connexio non sit immediatè cum singularibus, quatenus talia sunt, sed cum natura communi, cuius gratia communicatur singularibus, non est dicendum, de singularibus esse scientiam, quia non habetur de illis, quatenus singularia sunt. Dices, hac ratione, quando demonstratur passio generica de natura specifica, non erit propriè scientia demonstratiua, quia passio generica non conuenit speciei, qua talis. Respondetur concedendo totum; nam conclusio propriè scientifica est conuertibilis cum subiecto.

Ad secũd.

Ad secundum respondetur; Deum & Christum Dominum esse singularia, quorum proprietates non proueniunt ex aliqua natura communi, de qua primò demonstrentur, sed ab ipsis immediatè proueniunt, & quæ hoc modo se habent, per se cadunt sub scientiam. Vnde colliges, singularitatem non esse ineptam ad scientiam formaliter, qua singularitas est, sed quia secundum se est infœcunda,

De Deo & Christo cur sit scientia.

Digitized by Google

da, & nobis occulta. Quare non fuit necesſarium, vt Scotus exiſtimauit, in definitione ſcientiæ exprimi illam conditionem, vt obiectum ſit vniuerſale. Adquem ſenſum interpretari poſsumus Ariſtotelē 6. Ethic. quaſi dixerit, ſcientiam eſse de vniuerſalibus, & de neceſsarijs, ſi quæ ſunt alia habentia propriam connexionem cum ſuis affectionibus, quāuis germanus loci intellectus ſit, ſcientiam eſſe de vniuerſalibus, quæ ſint neceſſaria, vt exponit D. Thom. in eundem locum.

Scot.

Ariſtot.

QVÆSTIO II.

Vtrum amittatur ſcientia propter cauſas ab Ariſtotele enumeratas.

ARTICVLVS I.

Diſputatio quæſtionis in partem negatiuam.

Oppugnatur 1. cauſa. Ariſt.

ARiſtoteles in cap. 6. vt vidimus, ſuppoſuit potius, quàm docuit, quatuor eſſe cauſas, ob quas ſcientia amittitur. Prima ſi pereat res ſcita; ſecunda ſi ipſe, qui ſciebat, intereat; tertia, ſi ſciens obliuiſcatur concluſionis; quarta, ſi obliuiſcatur medij. Sed nullam cauſam, ex enumeratis ſufficientem eſſe ita oſtenditur. Res, de qua habetur ſcientia & medium, quo innititur, ſunt neceſſaria, ac perpetuæ, vt oſtenſum eſt; ergo impoſſibile eſt, vt, quatenus ſunt obiecta ſcientiæ, pereant, aut mutentur. Dixi, quatenus ſunt obiecta ſciētiæ, hoc eſt, ſecundum neceſſarias connexiones extremorum inter ſe; nam ſecundum exiſtentiam, quam minus curat ſcientia, perire poſſunt, nulla igitur eſt prima cauſa.

Oppugnatur ſecūda. Ariſt.

Secunda cauſa, ſcilicet, corruptio ſubiecti, apud Ariſtotelem eſt dubia, ſecundum ſe omninò falſa. Etenim ſcientia eſt in anima noſtra, quam fides docet, incorruptibilem eſſe; & Ariſtoteles non omninò negat; falſum igitur eſt, ſcientiam perire ad corruptionem ſubiecti. Quare alia inueſtiganda eſt cauſa, ob quam ſciētia corrumpi poſſit, quæ videtur eſſe contrarius error: deſtruitur enim vnumquodque à ſuo contrario, quod maximè verū eſt in qualitatibus, vbi propria contrarietas inuenitur.

Ariſt.

Tertia quoque eſt inſufficiēs; nam ſcientia, vel ſumitur pro actu, vel pro habitu: ſi pro actu, fruſtra quærunnur externæ cauſæ, cum ex libero arbitrio ſcientis definere queat, etſi nulla occurrat cauſa ex dictis, imò intelligi nequit, quo pacto pereat actus per obliuionem; nam dum actus eſt, nulla poteſt cōtingere obliuio, ſi verò ante actum contingat, non producetur; non corrumpitur ergo actualis ſcientia per obliuionem. Et multò minus habitualis, quoniam habitus non corrumpitur, vt nunc ſuppono contra Gabrielem in 3. d. 23. q. 1. art. 3. ex ſola actuum ceſſatione. Quare, etſi quis non recordetur actu concluſionis, imò eius ſpecies amittat; perſeuerabit ſcientiæ habitus in anima, niſi accedat contrarium, de quo ſtatim dicemus.

Oppugnatur tertia.

Gabr.

Iam verò quartam cauſam non ſufficeret demonſtrat hæc ratio; vt quis repetat ſciendi actum ex habitu antea acquiſito, non oportet actu recordetur medij demonſtratiui; ergo licet omninò illius obliuiſcatur, actum producet. Conſequentia videtur bona; nam medium, cuius obliuiſcimur, ideò non iuuat ad eliciendum actum ſcientię, quia actu eſt incognitum, ſed dum ab intellectu nō percipitur, abſolutè eſt incognitum, ſiue omninò exciderit, ſiue nō: alioqui dicas, voluntatem poſſe appetere rem, quam, etſi intellectus actu non cognoſcat, cognoſcere tamen poteſt, cum voluerit: eſt enim par. & fortaſſe maior ratio in medio reſpectu concluſionis, atque in cognitione reſpectu volitionis. Antecedens probatur primò, vt aliquis vtatur actu fidei, non eſt neceſſarium, vt recordetur diuinæ reuelationis, quę eſt

Oppugnatur quarta.

Digitized by Google

medium credendi, quis enim de populo, vt credat, Christum esse Deum, meminit vnquam reuelationis. Secundò; Hæreticus, qui ante hæresim Theologiam didicit, multis conclusionibus Theologicis per habitus acquisitos absque vllo medio assentitur; erat enim medium credendi fides diuina, quam ipse prorsus amisit. Tertiò: in Geometria sunt multæ conclusiones ordinatæ, quarum vna infertur ex alia; ergo si semper oportet recordari medij, cum secunda conclusio demonstratur, oportebit mente tenere omnes demonstrationes vsq; ad primam, quod est impossibile. Dicēdū igitur erit, ex sola oblitione medij scientiam non amitti.

ARTICVLVS II.

Quatenus priores dua causa scientiam destruant.

Ex numeratis causis sola 4. per se traditur. Arist.

PRæmittendum est, Aristotelem solum docuisse ex professo, variato medio amitti scientiam. Erat enim illius institutum, ostēdere, demōstrationē cōtinere medium necessarium, quod probauit quattuor rationibus, quarum vltima fuit. Quattuor sunt, quibus perseuerantibus scientiam de re aliqua obtinemus & quando eam non habemus, signum est, aliquid horum deesse. Hæc iam numerata sunt; sed si medium sit contingens, esto, reliqua durent, amittere scientiam possumus; ergo signum est, quod eam antea non habebamus. Probat minorem; quia contingens mutari potest, sed mutato medio perit scientia; ergo si medium sciendi sit contingens, perseuerantibus illis quattuor, scientia perit, atque adeò signum est, per medium contingens nullam scientiam obtineri. Ad veritatem huius rationis non exigitur, vt de facto periri possit scientia, destructa re, sed vt, si res destruatur, scientia pereat, quæ est interpretatio Caietani, & verissima doctrina. Enimverò dissoluta connexione prædicati, & subiecti huius conclusionis: homo est intellectiuus; falsò afferet scientia, hominem esse intellectiuum; cum autem scientiæ non possit subesse falsum, nec destructa re poterit eius actus exerceri, atque, vt impossibile est, connexionem necessariam dissolui, ita implicat ex hoc capite, scientiam interire. Loquitur ergo Aristoteles in hac causa ex hypothesi.

Caiet.

1. causę explicatio.

De secunda est maior dubitatio, an homine, qui scientiæ subiectum est, moriente, scientia corrumpatur; si duo præsupponantur, alterum, scientiam non esse in aliquo organo corporis, vt quidam veteres, non distinguentes phantasiam ab intellectu, perperam existimarunt, sed immediatè in potentijs animæ spiritualibus; alterum, animam nostram esse immortalem, discedentemque à corpore superstitem remanere. Quibus admissis Magister sententiarum in 3. d. 31. cap. 3. & communis Theologorum schola docet, intereunte homine conseruari in anima separata omnes habitus, & species scientiarum, vt latè ostenditur in tractatu de anima separata, disput. 3. art. 3. Interim hac ratione probatur. Accidentia, quando non corrumpuntur à contrario, non desinunt esse nisi defectu causæ materialis, vel effectiuæ conseruantis, sed in discessu animæ à corpore, in primis non est necessarium, interuenire errorem, qui solus esset scientiæ contrarius; deinde subiectum non deest, cum sit incorruptibile, & secundum totum, & secundum partem; causa conseruatiua, à qua habitus in fieri, & conseruari dependerent, in corpore nulla erat, vt per se patet; & citato loco fusius probatur; ergo non corrumpitur scientia ad corruptionem subiecti, vt Aristoteles docuit.

2. Explicatio. Cur scientia in anima separata psistat. Magister sentent.

Hæc pars cum vera sit, difficile est exponere, quo sensu Philosophus affirmatiuam docuerit. Albertus Magn. illa distinct. 31. artic. 10. Gabriel quæstione vnica ad tertium, dubio tertio, dicunt, Aristotelem existimasse, morte hominis corrumpi totaliter scientiam. Sunt enim

Alb. Mag. Gabr.

in

In separatione animæ perit scientiaquo ad modũ. Theophr. Themist. Amnion. D. Thom.

in ea sententia, vt contra ceteros Theologos credant, animam à corpore separatam omni scientię supellectili spoliari. Theophrastus, Themistius Ammonius, & communiter Interpretes volunt, significatam à Philosopho amissionem scientiæ, non quo ad habitum, qui demonstratus est in anima remanere; nec fortassis quo ad actum, vt docet D. Thomas prima part. quæst. 89. artic. 6. sed quo ad modum tantum, quem scientia sortitur in corpore, ex vsu phantasmatum, vt ibidem docet D. Thomas. & loco de Anima citato luculentius explicatur.

D. Thom.

ARTICVLVS III.

Quid faciant ad corruptionem scientia duæ posteriores causæ.

Obliuio conclusionis quando detur. Arist.

QVod attinet ad obliuionem conclusionis, quæ erat tertia causa amittendi scientiam, dicẽdum est, tam in ea, quàm in ceteris Aristotelem præsertim loqui de scientia actuali, quam tunc amitti perhibet, quando exerceri non potest, esto, habitus, in anima perseueret; vt enim absolutè scire non dicimur, nisi cum actu cognoscimus (quæ ratio Aristotelẽ mouit, vt actualem scientiam definiret,) ita scientiam simpliciter amittimus, cum actum exercere non possumus. Quare ad propositam dubitationem dicẽdum est obliuionem conclusionis tunc dari, cum illius recordari non possumus, etsi velimus; non autem cum liberè actum deponimus: fieri autem potest, vt perstitente habitu, defectu specierum sensibilium non possit vnquam venire in mentem conclusio.

Arist.

An actus scientię sine actuali demõstratione repetatur. Arist. Tolet.

In quarta causa est primò notandum, Aristotelem videri exigere non modò recordationem medij, sed actualem demonstrationem in mente; dixit enim, eum non amittere scientiam, qui habet rationem, hoc est, demonstrationem, vt interpretatur Toletus iuxta mentem Philosophi, cuius est illa sententia in secundo capite. Demonstratio est, qua scimus, eam ipsam habendo: existimat ergo, repetendam esse demonstrationem, vt actus scientiæ etiam ex habitu eliciatur; quod Scotus quęstione tertia prologi in secunda quæst. later. sequitur, & probat primò Actus scientiæ non fertur in conclusionem immediatè sumptam, sed etiam in prę missas; ergo debent actu existere præmissæ, vt assensus conclusionis detur, alioquin ferretur in obiectum, quod non est. Secundò; scibilitas conclusionis resultat ex veritate præmissarum cognita, vt sæpè dictum est; ergo necesse est, præmissas actu cognosci veras, vt scibilitas in conclusionem dimanet, & consequenter, vt actus scientificus producatur. Tertiò; non est minus discursiuus secundus assensus elicitus ex habitu, quam primus, à quo habitus genitus est: sunt enim eiusdem speciei; sed primus, quia discursiuus, necessariò fit præcedente cognitione præmissarum actuali; ergo secundus absque illa nequaquam fiet: & confirmatur; quia supra diximus, conclusionem pendere in fieri, & conseruari à præmissis; conseruatio autem conclusionis illius reproductioni æquiparatur; igitur, vt scientiæ actus reproducatur, totius demonstrationis repetitio exigitur. Eandem sententiam defendit ibidem Lychetus, & probabilem putat Gregorius in tertia quæstione prologi, artic. primo, ad primam rationem initio positam.

Pars negans probatur 1. Scotus. 2. 3. Lychetus. Greg.

Hæc Scoti sententia maximum habet in ratione præsidium; si enim hæc sola consulatur, difficilimè oppugnabitur. Verùm, quia vbique magna vis est autoritatis, & experientiæ, quæ in oppositam conspirare videntur; additis præsertim illis rationibus, quibus in primo articulo suadebatur, nec medij recordationẽ esse necessariã, nedum totius demonstrationis repetitionem; id enim, cum minimum probant; præferenda est communis interpretatio, quæ nomine rationis intelligit medium de-

Scot.

Præfertur pars affirmatiua.

Digitized by Google

monſtratiuum. In quam pertrahere conantur Scotum aliqui eius diſcipuli, ſed loquitur adeò expreſsè, vt interpretationem non patiatur; ait enim, impoſſibile eſse vti habitu ſcientiæ, niſi vtamur ſimul principiorum habitu, hoc eſt, quin aſſenſus principiorum elicianus.

Scot.

Soluitur primũ Scoti argum.

Ad illius verò argumenta, quatenus contendunt, non ſolum mediũ, ſed totam demõſtrationem actu exiſtere debere, ita reſpondetur. Ad primum, non eſſe incommodum, actum intellectus ferri in obiectum non exiſtens: vt nemo inficiatur. Deinde, aſſenſum concluſionis non cadere ſuper præmiſſas formaliter sũptas, ſed obiectiuè, & in has non tendere, vt habent formam propoſitionum; ſed vt continent cauſam, ſeu medium aſſentiendi; ſatis ergo erit, medium actu cognoſcere, vt aſſenſus concluſionis dicatur ferri in præmiſſas: ſiquidem tota cauſa tendendi in præmiſſas, etiam quando formaliter dantur, eſt ſolum medium.

Soluitur 2

Ad ſecundum reſpondetur, eatenus veritatem concluſionis reſultare ex veritate præmiſſarum, quatenus in his eſt cauſa, cur concluſio ſit verâ; cognita igitur hac cauſa, dabitur tota radix illius veritatis abſque actuali, & formali præmiſſarum cognitione.

Soluitur 3

Ad tertium reſpondetur, vt ille actus ſit diſcurſiuus, ſatis eſſe, quod tendat in concluſionem veram propter aliud, idque habere, ſi ſolum medium cognoſcatur, ſuppoſito, quod intellectus iam applicueri: illud medium in demonſtratione, & poſſideat habitum eiuſdem concluſionis: plus enim aliquid efficiet intellectus cum habitu, quam ſe ſolo: Hinc patet, ad confirmationem dicendum eſſe, quod refertur de dependentia cõcluſionis in fieri, & in cõſeruari, intelligi reſpectu medij cogniti, vt cauſæ cõcluſionis præſertim quando iuuatur ab habitu. Quod ex Ariſtotele adducitur, intelligunt communiter omnes de prima ſcientiæ acquiſitione, vbi etiã adhibẽda eſt ea moderatio, quam prædicto loco poſuimus.

Ariſt.

Non deſunt tamen, quibus hæc etiam interpretatio rigoroſa, imò falſa videatur; exiſtimant nimirum, nullam fieri oportere medij mentionem, vt reperatur actus ſcientiæ ex habitu. Quod præter tria argumenta, in primo articulo poſita, hęc etiã confirmant. Primò; habitus concluſionis cum ſpeciebus intelligibilibus eiuſdem eſt cauſa ſufficiens ſui actus; ergo poterit in illum exire abſque vllo alio actu, quo medium teneat. Secundò: Si quæ cauſa eſſet, cur medij repræſentatio exigeretur, eſſet, quia aſſenſus concluſionis in illud etiam fertur; ſed ad hoc per accidens eſt, illud medium in alio actu repræſentari; nam obiectum repræſentatum in vno actu omninò per accidens ſe habet ad alium actum. Tertiò; ſi medium eſſet ita neceſſarium, vt non poſſet intellectus tendere in concluſionem, niſi illud haberet expreſſum in aliqua cognitione, nec Deus ſupplere eiuſmodi medium poſſet: quod ſatis abſurdũ videtur: ſequela probatur; quia Deus nequit efficere, vt aliquid ſit actu obiectum intellectus, & ab eo non cognoſcatur. Videtur hæc ſententia probari à Gregorio loco citato. Almain. in Moral. tract. 1. cap. 20. & d. 23. quæſt. 3.

Nũ medij recordatio neceſſaria ſit ad actũ ſcientiæ. Pars negãs probatur 1.

Secundò.

Tertiò.

Greg. Almain. Angelt.

Verum, cum hæc ſentẽtia manifeſtè repugnet Ariſtoteli, tum hoc loco, tũ in libro de longitudine, & breuitate vitæ, c. 2. dicẽti; obliuione medij perire ſcientiã: Recentiores quidam mitius agentes, & Ariſtotelis autoritatẽ & rationes pro Scoto adductas ſe componere opinãtur, ſi dicant, ſatis eſſe habitualem recordationem medij, quæ tunc datur, quando aliquis, etſi de facto illud non cognoſcat, cum aſſenſum præbet concluſioni, eſt tamen ita affectus, vt ſi tatim poſſit illud cognoſcere; qui enim ita affectus eſt, nec oblitus medij dicitur, nec concluſioni aſſentiri ſine reſpectu ad cauſam; ſi enim rogetur, cur aſſenſum præbeat, reſpondebit propter talem cauſam.

Media Recentiorum ſententia.

Ariſt.

Huius doctrinę impugnatio in illo primo articulo inchoata ad hunc modum

Affirmitiua pars simpliciter defenditur.

modum poteſt abſolui. Impoſſibile eſt, actum ſciendi tendere in obiectum materiale, abſque ratione formali tendendi; ſed formalis ratio eſt medium apparens, ergo neceſſariò debet in intellectu apparere, quando elicitur aſſenſus concluſionis. Minor probatur, quia nihil attingitur à iudicio, quod non reluceat in apprehenſione; ſubordinatur enim iudicium eſſentialiter apprehenſioni; ſed ratio formalis ſciendi attingitur ab actu iudicij, eſt enim ratio; Quia, vt poſtea declarabitur; ergo debet apprehendi; ſin minus, dicamus lumen, quod dici ſolet ratio formalis percipiendi colores. nô debere eſſe actu cõiunctum colori, ſed in præparatione. Secundo, eſto, quis habeat habitũ primi principij, niſi terminos actu penetret, non eliciet aſſenſum principij; carebit enim intellectus euidentia: at penetratio terminorum eodem omninò modo ſe habet ad principium, quo notitia medij ad concluſionem. Docuit hanc ſententiã D. Tho. q. 25. de virtutibus, art. 13. ad ſextum, vbi ſic ait; memoriter tenens concluſiones Geometriæ, ſi non propter media Geometrica eis aſſentitur, non habebit Geometriæ ſcientiam. Non dixit, ſi mediorum obliuiſcitur, ſed ſi per media non aſſentitur, quia perinde ſe omninò habet, ac ſi obliuiſcatur; quod attinet ad interpretationem Ariſtotelis, rectè quidem dicunt, obliuionem eſſe inuitam medij obliterationem, ſed ineptè id applicãt ad ſuam mentem; nam Ariſtot. idcircò dixit, omnimodam obliuionem penitus ſcientiam deſtruere: quia is, qui non poteſt recordari medij nequit actum ſcientiæ elicere, non alia de cauſa, niſi quia ad actum ſcientiæ requiritur medij recordatio.

D. Tho.

Ariſtot.

Sed iam docere oportet, quænam debeat eſſe hæc medij cognitio, diſtinctane ab apprehenſione, & iudicio concluſionis, an ſufficiat ipſa apprehenſio? Scotus in quæſt. citata requirit propriam cognitionem, diſtinctam a notitia concluſionis, ait enim, ſpecies alicuius propoſitionis, intellige, & apprehenſiones ex ſpeciebus ortas, tunc ſufficere, vt illius iudicium producatur ex habitu, quando illius veritas non dependet ex alio, ſi autem dependeat, neceſſaria eſt propria cognitio eius, à quo dependet, & confirmatur, quia illa notitia medij habet locum præmiſſarum; ergo debet antecedere concluſionem, quare non erit eadem notitia concluſionis.

Nobis hoc vnum videtur ſufficere, vt medium in alia notitia ab actu ſciendi diſtincta reluceat; hanc verò aliquando eſſe diſtinctam à notitia apprehenſiua concluſionis, vt vult Scotus, aliquando non, videlicet, quando apprehenſio concluſionis ipſam concluſionem repræſentat, vt dependentem à præmiſſis: nam cum in termino iudicij nihil repræſentetur, niſi quod in eius apprehenſione relucebat, & in termino iudicij ſcientifici repræſentetur veritas concluſionis, vt dependens à medio, ſignum eſt, eandem veritatẽ cum ſimili dependẽtia in apprehenſione relucere poſſe, & conſequenter apparere ipſum medium, vt illius dependentiæ terminum. Neque hoc tantum contingit in prima apprehenſione, & productione ſcientię ſed etiam in illius repetitione, quoniam ſpecies relictæ ex conceptibus apprehenſiuis repræſentant terminos eodem modo, quo conceptus repræſentabant, hoc eſt, cum eadem dependentia à medio: poterunt ergo ſimiles conceptus iterum generare, in quibus medium elucelcat. Si quando verò concluſio non repræſentauit aliquo modo medium, vt videtur contingere in ſecundo, & tertio ordine cõſtruendi demonſtrationem, ſupra commemoratis, dabitur propria medij cognitio, quæ ſuppleat præmiſſas.

Scientia Sco. de notitia medij neceſſaria.

Ad confirmationem pro Scoto reſpondetur, illam notitiam non poni loco antecedentis, quaſi ex illa formaliter, ſeu propria virtute inferatur concluſio, ſed vt appareat cauſa, propter quam intellectus aſſentitur concluſioni, & ad hoc ſatis eſt, vt ea

Vera ſent. exponitur

Digitized by Google

notitia præcedat iudicium conclusionis, quamuis simul sit cum apprehensione, quod ex sequenti articulo magis patebit.

ARTICVLVS IV.

Respondetur argumentis in primo, & proximo articulo propositis.

Solutio 1. arg. proximi artic.

AD primum argumentum eorũ, quibus in proximo articulo probatur, non esse necessariam vllã medij recordationem. concedo. sufficere species, & habitum, quando ex illis elicitur apprehensio repræsentatiua medij, vt hactenus explicatũ est: alias nego cum Scoto, sufficere species eius propositionis, cuius veritas pendet ex alio.

Solutio 2.

Ad secundum respondetur, medij repræsentationem ob rationem ibi assignatam requiri. Ad impugnationem dices, obiectum repræsentatum in vno actu per accidens se habere ad alium actum purè repræsentatiuum; nam repræsentatio vnius non pendet per se ex repræsentatione alterius, non autem ad actum iudicatiuum, & multò minus ad discursiuum; quoniam ille necessariò supponit obiectum, in quod fertur in alio actu repræsentatum; hic verò vlterius medij repræsentationem requirit.

Solutio 3. An de potẽtia absoluta possit esse actus scientię sine medio. Affirmatiua pars sustinetur 1. 2

Tertium argumentum tangit grauissimam difficultatem; an de potentia Dei absoluta possit intellectus non ferre elicere actus scientificos sine vllo concursu medij demonstratiui, siue habitu informetur, siue non? Affirmabit aliquis hoc argumẽto. Medium, vel est causa formalis, vel effectiua conclusionis; si effectiua, has omnes Deus supplere potest: si formalis, non requirit actualem existentiã; nam obiectum non existens specificat cognitionem, vt forma extrinseca. Deinde, nõ minus pendet species intuitiua ex præsentia obiecti, quam conclusio ex medio; sed Deus, & se solo, & mediãte quouis agẽte potest eam speciẽ efficere; ergò mediãte intellectu scientificum actũ producet.

Oppositum sentit Lichetus super Scotum loco citato, & alij recentiores; nec immeritò, si loquamur de actu verè scientifico, & formaliter discursiuo, à quo intellectus cognoscẽs denominetur. Probatur 1. quia per talem actum sciret intellectus, & nesciret, propter quid conclusioni assentiretur: sciret, quia assensus scientificus, & formaliter discursiuus essẽtialiter includit, vt propter medium præbeatur, nesciret; quia nullatenus medium cognosceret. Secundò, vt se habet cognitio principij ad penetrationem terminorum, ita scientia conclusionis ad medium, sed repugnat quacunque potentia assentiri principio, vt principium est, non penetratis terminis, ergo repugnabit assentiri cõclusioni medio non percepto; tota argumentatio videtur euidens. Tertiò, perindè est assentiri conclusioni per mediũ non visum, atque apperere obiectum non cognitum; vel iudicare propositionem; cuius veritas non apparet, quæ tamen à nullo penè Philosopho, Theologovè cõcedantur ob repugnantiam manifestã. Lichetus. Negatiua pars est omninò vera. Probatur 1.

Ad primum argumentum alterius partis dicendum, medium requiri propter concursum formalem; ad impugnationem respondetur, nos non poscere existentiã medij, quod est causa formalis, fieri .n. potest, vt nusquam existat; sed illius notitiam, qua ad causandũ applicetur; neq; enim omnes causę formales eodẽ modo causant; nam quę cognitiones causant, nõ possunt applicari ad effectũ, nisi mediante repræsentatione, & est simile exemplum in actibus voluntatis: qui iuxta probabilem sententiam solum specificantur à bono cognito, non verò à cognitione: & nihilominus præcisa cognitione dari non possunt, vt Theologi cõmuniter docent 1. 2. q. 9. art. 1. Adde, falsò ab illis Autoribus sumi, nullã causam formalẽ egere existẽtia, vt causet, nã idea artificis est forma externa, & per nullã potentiã dare potest esse operi artificiolo, nisi existat in mente artificis. Nec effugiet, qui dixerit, ideã nõ esse cõceptum formalem, sed obiectiuũ, qui Satisfit 1. alterius partis argumento. Fonsec.

Digitized by Google

qui potest non existere ; fatebitur enim, absq; formali non posse obiectiuum quidquam efficere; quod nobis satis est ad doctrinam de medio, cuius existentiam non in re, sed in cognitione flagitamus. Ad secundum, quidquid sit de maiori, & minori, ad cõsequentiam dicimus, nos non negare, posse Deum producere per intellectum actum scientificum, sed posse illum ita producere, vt intellectus intelligat, quod ostendimus, fieri non posse : quæ conditio non visitur in specie intuitiua, quouis enim modo producatur, semper eadem ratione potentiã denominat.

Satisfit 2.

An propositio mediata euidenter nosci queat notitia nõ discursiua.

Dixi in conclusione, [si actus sit formaliter discursiuus, &c.] quia potest esse contẽtio, an propositio mediata possit cognosci, vt certò, & euidenter vera absque medio, v. g. hæc; homo est risibilis; non cognoscendo intellectiuũ esse illius causam. Qua in re vnum est certum, scilicet, non modò diuinitus, sed naturaliter haberi posse notitiam certam, & euidẽtem, Quia; de illa propositione, vt in capite 10. patebit ; & hac ratione declaratur. De primo principio haberi potest cognitio, Quia, certa, & euidens, non penetratis terminis; ergo & de propositione mediata, non viso medio ; valet consequentia ex similitudine sæpè adducta inter medium demonstratiuum, & penetrationem terminorum principij. Ex quo manifestè colligitur, nullam esse repugnantiam, communicari à Deo euidentem notitiam necessariæ connexionis illius propositionis sine medio : nam illa est aliquo modo cognoscibilis sine medio ; ergo, si à Deo euidenter ostendatur, poterit cognosci nobiliori notitia, quam sit Quia. Posse autem euidenter à Deo proponi sine medio; probatur, quia, veritas medij, etsi est causa, est tamen extrinseca veritati conclusionis; non implicabit ergo, hanc sine illa euidenter proponi.

Respondetur affirmatiuè.

Obiectio.

Oppones; connexio secundæ passionis cum subiecto non est immediata, sed interpositu primæ passionis : at si cognoscatur propositio, in qua secunda passio de subiecto affirmatur, ignota prima passione, apparebit secunda immediatè cum subiecto copulata ; ergo erit falsa cognitio : & quod hinc sequitur, à Deo communicari non poterit. Respondetur concessa Maiori distinguendo minorem, de immediatione negatiua, & præcisiua ; nec enim opus est, vt secunda passio appareat ita immediatè coniuncta, vt omne medium excludat; sed ita, vt ex vi talis cognitionis medium non appareat, quod est præcisiuè immediata videri ; cognitio autem, qua sic perciperetur. non esset falsa, quia ostenderet coniunctionem, quæ re ipsa datur. esto, principium, à quo proximè illa oritur, non monstraret.

Dissolutio.

Instes; præciso medio nullam dari vnionem secundæ passionis cum subiecto; ergo neque vlla verè ostendi potest. Antecedens explicatur, & probatur: ita se habet secunda passio respectu subiecti, vt albedo, v.c. respectu corporis ; sed quia albedo non inhæret in corpore, nisi mediatè quantitate, nõ habet aliam vnionem cum corpore, quam cum quantitate: ergo, si prima passio cum subiecto mediante prima copulatur, non vendicat sibi aliam vnionem cũ subiecto, nisi quam habet cum prima passione ; & consequenter ; nisi hæc cognoscatur, vnio cum subiecto percipi non potest. Respondetur, esse diuersam rationem in reali vnione, atque in conuenientia, seu habitudine inter duo extrema, de qua nos in præsenti differimus, nam illa fit medio intrinsecè interiecto, & ideò, nisi vnio cum medio videatur, nulla videri potest: hæc verò nascitur ex natura extremorum ; & cum natura secũdæ proprietatis habitudinem internam ad subiectum habeat, poterit hæc cognosci, etsi proxima causa, vnde talis natura orta est, non percipiatur.

Instantia;

Respõsio; & distinctio inter vnionem realem, & habitudinem.

Ad primum argumentum in 1. art. contra quartam causam propositum negandum est antecedens ; ad cuius probationem pariter negamus, ad repetendum veræ fidei actũ necessarium

Respõdetur argu. in primo artic. propositis,

rium non esse medium credendi recolere: idque ob easdem causas, propter quas hoc de scientia tradimus: Quod si vulgares homines, vel etiã sapientes absque huiusmodi notitiã se credere experiuntur, non eliciunt actum veræ fidei, sed opinionis, aut suasionis humanæ circa obiectum fidei materiale, quos actus non infrequenter elicimus. Secundum, in quauis sententia est æquè difficile, quoniam si ille assensus discursiuus est, super medium credendi, siue expressè cognitum, siue non, cadere debet; constat autem, hæreticum non assentiri propter diuinam reuelationem vera fide creditam; quare argumentum nostræ sententiæ specialiter non aduersatur. Respondendum igitur est, illum hæretici assensum, si discursiuus est, absque expressa medij cognitione non præberi: quodcunque tandem illud medium sit; nam Maior in 4. q. 9. prologi credit, mediũ assensus Theologici tam in fideli, quàm in hæretico non esse fidem, nec reuelationem diuinam: Molina verò in 1. p. quæst. 1. artic. 3. disputat. 2. quem aliqui Recentiores sequuntur, affirmat, esse ipsas fidei propositiones non diuina fide, sed humana virtute creditas: nobis in præsenti non licet hæc vltimò definire.

Fonsec. Aliorum responsio.

Ad tertium respondet Fonseca lib. 6. Metaphys. cap. 1. q. 1. sect. 4. vt quis habeat scientiam septimæ conclusionis, satis esse, quod septimam formet demonstrationem; quia in ea continetur vltimum medium talis conclusionis, à quo illa propter quid dependet; & in quo omnia præcedentia virtute continentur. Quæ sententia non videtur esse diuersa ab opinione Scoti præcedenti articulo commemorata: & propterea eadem patitur difficultates: nam in repetitione actus scientifici nemo experitur, se totam demonstrationẽ conficere. Deinde, hoc in ea minus probatur, quod vltimam demonstrationem omninò requirat, præcedentes verò non exigat. Si enim septimæ conclusionis actus non potest esse scientificus, & formaliter discursiuus, nisi vltima demonstratio fabricetur, nec præmissæ illius vltimæ demonstrationis actus scientifici esse poterunt, nisi ex propr:js demonstrationibus actu ex stentibus efformentur, & cùm eadem ratio sit de omnibus præcedentibus præmissis, necesse erit, omnes demõstrationes repetere, si vltima necessariò est fabricanda. Quare ad argumentum vno verbo respondendum est, vt Geometra, vel quilibet artifex vltimæ conclusionis actum verè scientificum efformet, sat esse vltimi medij, per quod eam aliquando demonstrauit, memorari; si verò non memoretur, sciendi actum non elicere, vt D. Thom. supra docuit.

Confutatur.

Vera sol.

Obiectio.

Sed cõtra hanc medij recordationem sic tandem oppones; si ad actus scientifici repetitionem satis est illius demonstrandi medium apprehendere; non opus erit, initio demõstrationem texere, sed licebit, apprehensio eodem medio conclusionem iudicare: par. n. ratio in vtroque esse videtur. Negãda tamen est paritas rationis: quoniam, vt intellectus cõclusioni assentiatur, debet prius certus esse; quod medium, cuius gratia assentitur, sit vera illius causa; id verò primò consequi non potest, nisi iudicando; hic enim est connaturalis modus intelligendi nostri intellectus. Postquam autem semel certior factus est de medio, ex illoq. conclusionẽ intulit; sufficere videtur, quod eiusdem medij, tãquam eius, de quo certus iam fuit, & per quod demonstrauit, recordetur, vt sciendi actum repetat, habitu præsertim iuuante.

Solut

ARTICVLVS V.

An scientia corrumpatur à contrario.

Negatiua pars suadetur.

OCcurrit examinãda quinta causa amittendæ scientiæ, quam enumeratis ab Aristotele adhibuimus in primo articulo. Igitur scientiam non habere contrariam, à quo per se corrumpatur, indicauit Arist. Aristot

in

in hoc capite, illud omittens; & cùm dixit, eum, qui semel alicuius rei scientiam adeptus est, impossibile esse, ab ea dimoueri, si nimirũ superstes sit ipse, & medium, conclusioq. non excidant; existimat ergo, scientiam non habere contrarium, à quo destruatur. Et probatur hæc sententia primò; error non est contrarius scientiæ, ergo nihil ei contrariatur; consequentia omnibus placet: antecedens probatur: error & scientia non sunt sub eodem genere, quæ est prima contrariorum conditio; natq; error est sub dispositione; scientia sub habitu, quæ sunt diuersa genera, collocata sub dispositione communis vel, si quibus placeat, omnes habitus etiam errorũ, & opinantium collocare sub habitu; adhuc error erit sub genere opinionis; scientia verò in alio genere, vt patet; quòd autem error sit quædam opinio falsa, probatur; nam de ratione opinionis est incertitudo, & inuidentia; at hæc insigniter sunt in errore; est ergo opinio. Deinde Arist. 6. Ethic. præter quinque virtutes intellectuales, solum numerauit habitum opinionis, & fidei; error non est vllum è quinque, vt patet; ergo est fides, vel opinio, quæ in idem recidunt.

Errorem scientię cõtrariũ non esse probatur 1.

Confirmatio.

Secundò. Ex hac ratione arguimentor secundò: error est opinio falsa; ergo est contrarius opinioni veræ; sed nihil est duobus contrarium; ergo error non est contrarius scientiæ. Prima illatio patet, quia omnes conditiones veræ contrarietatis sunt in falsa, & vera opinione. Tertiò. Assensus falsus existimatus euidens, qualis est erroneus, habet pro contrario assensũ verum putatum euidentem, qui tamen euidens non sit, cuiusmodi non est scientificus, illi enim sunt immediatè sub eodem genere, & habent oppositas conditiones. Quartò; Primis principijs nulla est contraria cognitio, ergo neque scientiæ: antecedens est commune, vt expressit D. Tho. 1. 2. q. 53. art. 1. Consequentia optima; nam principijs ideò nihil contrariatur, quia habent euidentem claritatem, quæ oppositam obscuritatem non permittit; sed eadem est in scientia.

Tertiò.

Quartò.

D. Thom.

Nihilominus errorem esse contrarium scientiæ, eamque destruere, est communis sententia omnium grauium Autorum, desumpta ex Arist. cap. 2. lib. de longitudine, & breuitate vitæ, & 1. Topic. cap. 1. vbi ait, syllogismum pseudographum esse contrarium demonstratiuo; asserta à D. Tho. 1. 2. q. 53. art. 1. & Caiet. ibidem, probariq; potest hac ratione. Contrarietas cognitionum spectanda est penes ea, quæ sunt ipsis intrinseca, non verò secundùm proprietates; sed error, & scientia repugnant quo ad intrinseca: error, & opinio falsa quo ad proprietates; ergo maiori iure dicendus est error contrarius scientiæ, quam opinioni. Maior est euidens; quia contrarietas attenditur penes differentias specificas; ideircò enim dicuntur contraria sub vno genere pugnare. Minor probatur; error, & scientia pugnant quo ad certitudinem, & incertitudinem, euidentiam, & inuidentiam, quæ sunt illis essentiales, vt diximus in 2. cap. Opinio autem falsa, & vera solum quo ad veritatẽ, quæ est proprietas, & persistentibus eisdem propositionib. mutari potest; ergo, &c. Nec ad rem erit, si respondeas errorem etiam pugnare cum opinione penes certitudinem: in primis, quia iam non pugnat quo ad euidentiam, vt cum scientia: Deinde, quia error in se non est certus, quamuis talis existimetur. Nam mea existimatio non mutat rei naturam, vt in simili docet Caiet. in cap. vlt. huius libri.

Errorem esse cõtrarium scientiæ.

Arist.

D Thom. Caiet.

Dicendum igitur est, vt docuimus in post prædicamentis, contrariorum duo esse genera; quædam contenta sub eodem proximo genere; & hæc esse proprijssime contraria: alia sub remoto, vt, temperantiam, & intemperantiam: alia enim est sub virtute, alia sub vitio; vtraq; tamen se expellere à subiecto. Vt autem soluantur, quæ obiecta sunt ex Aristotele, sciendum est, errorem, & scientiam posse conferri in actu, vel in habitu. & vtrouis modo pugnare, sed inæqualiter: nam

Duplex contrariorũ genus.

Actualis error, & ſcientia, nec in gradibus remiſſis ſimul eſſe queunt.

in actu non poſſunt eſſe ſimul, nec in gradu intenſo, neque in remiſſo, vt infra oſtendendum eſt: quoniam verò ſcientia ob euidentiam magis pertrahit intellectũ, quã error propter ineuidentiã, ſemper actus ſcientiæ vincit actum erroris, eumq. expellit: quod verum eſt, non ſolum, quando intellectus elicit ſcientiæ actum, ſed quoties intuetur medium ſcientificum: repugnat enim habere euidenter cauſam aſſentiẽdi per ſciẽtiam, & actu per errorem negare. Hac de cauſa dictum eſt ab Ariſtotele. ſcientiam nõ deleri ab eo, in quo ſemel fuit, ſi nimirum fuerit in actu, vel medium non exciderit.

Habitualis error, & ſciẽtia mutuò ſe expellũt.

At ſi conferantur in habitu, & ſcientia expellit errorem, & error ſcientiam. Probatur. Si quis affectus habitu erroneo eliciat frequenter actus ſcientiæ ob medium de nouo occurreos, experitur poſtea ſe prõptum ad ſcientiam, difficilem verò ad exercendos actus erroris; ergo ſignum eſt, amiſiſſe erroneum habitũ, vel omninò; ſi habitus ſcientiæ fuerit intenſus, vel ex parte, ſi fuerit remiſſus. Eadem ratio valet ad oppoſitum; nam quotieſcunque vna forma expellit aliam formaliter a ſubiecto, ab eadem expellitur, ſi detur modus, quo illam ſuperet; qui in præſenti erit oblitio medij ſcientifici; & frequens repetitio actus erronei; quando enim intellectus omninò amittit memoriam medij, & aliunde illi offertur oppoſitum ſcientiæ, tanquam certum, non eſt, à quo impediatur actus erroris; ex actu verò ſequitur habitus erroneus, qui paulatim expellit ſcientificum: quod indicat D. Thom. D. Thomas 1.2. illa q. 53. art. 3. Vnde colliges, etiam in corruptione habitus ſcientiam eſſe ſuperiorem: nam habitus ſcientiæ expellit contrariũ, eſto, intellectus videat cauſam erranti; non expellitur verò abillo, niſi per obliuionem medij. vel omnimodam, vel certè in eo tempore, quo inducitur error.

Diluitur 1. arg.

Ad primum argumentum reſpondetur, vt error ſit contrarius ſciẽtiæ, non oportere eſſe ſub eodem genere proximo. Ad reliqua patet ex dictis, errorem, quo ad intrinſeca magis conuenire cum opinione, quam cum ſcientia; ſed non magis contrariari; & ita liberè admittimus totam probationem ex Ariſtotele, quamuis non credamus, errorem numeratum eſſe inter habitus opinatiuos; loquebatur enim Philoſophus eo loco de habitibus veris, aut omninò, aut ita veris, vt eis poſſit ſubeſſe falſum. Cuiuſmodi non eſt error, cùm apertè ſit falſus. Ad ſecundum patet, errorem ſoli ſcientiæ eſſe contrarium. Ad tertium dicendum eſt, aſſenſum falſum, & ineuidentem, creditum tamen euidentem potius contrariari cum eo, qui in ſe eſt verus, & euidens, quàm cum eo, qui putatur euidens, & non eſt: nam exiſtimatio noſtra non immutat rei naturam, & alioquin ſecundum ſuas naturas magis pugnant, quos modò aſſignauimus, quam qui ponuntur in argumento.

Diluitur 2.

Diluitur 3.

Ad quartum negandum, principia ſecundum ſe non habere contraria; nam actus, qui negat principiũ, eſt illi directè contrarius, & idem eſt de habitu. Nec D. Thomas citatus, & Autores communiter hoc negãt; ſed docent, actum contrarium primo principio non poſſe ab intellectu produci, cũ naturaliter intueatur eius veritatem ex terminis, cui repugnare non poteſt: qua de cauſa dixit Ariſtoteles in ſecundo capite, ſic vnumquemque debere eſſe affectum ad principia, vt non ſolum putet, ea eſſe veriſſima, ſed nihil eſſe magis à ratione alienum, quam eorum oppoſita. Quod verum eſt in principijs notiſſimis; at in alijs minus perſpicuis, niſi adſit experientia, non erit incommodum, negari ab aliquo, qui ſi illorum habitum iam comparauit, mutata in contrarium ſententia, per errorem illum expellet. Atque vt omni contentioni via præcludatur, certum eſt, in indocto poſſe eſſe errorem circa principium nimis abditum, cuius cognitionem cùm poſtea acquiſierit, errorem vincet.

EXPLA-

EXPLANATIO CAPITIS OCTAVI

DE PRINCIPIIS.

SVMMA CAPITIS.

AGit Aristoteles de principijs demonstrationum, de quibus tria docet. Primum, quæ dicantur principia. Secundum, quo pacto cum principiatis, id est, conclusionibus conueniant, ab ijsque discrepent. Tertiò tradit vsum communissimorum principiorum. Quo ad primum; principia, inquit, sunt ea, quæ, fieri nequit, vt esse demonstrentur. Quæ diuiduntur in communia, & propria, illa sunt, quæ multis scientijs accommodari possunt; hæc, quæ alicui scientiæ peculiariter conueniunt. Rursum principiorum, inquit, quædam sunt simpliciter indemonstrabilia, quæ dignitates appellantur: alia indemonstrabilia secundum quid, hoc est, in ea scientia, in qua sunt principia, quas vocant positiones, vel postulationes. Quo ad secundum, docet, tàm principia, quàm principiata esse cognoscenda quid nominis. Deinde positiones, & postulationes trifariam à definitionibus differre: nam suppositio est affirmatiua, vel negatiua; pertinet ad secundam operationem intellectus; semper & vniuersalis, vel particularis. Definitio verò nihil horum habet. Quo ad tertium. Principia, quorum vsum tradit, sunt hæc duo. Primum; De nullo verum est, idem simul affirmare, & negare. Secundum, de quolibet idem affirmare, vel negare verum est. Primo, ait, nos vti, cum in conclusione volumus vnum prædicatum de subiecto affirmare, & negare oppositum. Secundo verò, cum per demonstrationem ad impossibile deducimus.

COMMENTARIVS.

CAPVT VIII.

EA a *autem*.] Definit principia in quolibet genere, siue absolutè hunc in modum. Principia sunt, quæ, fieri nequit, vt esse demonstrentur. Porro, cum ex principijs quędam incomplexa sint, vt subiecta, de quibus passiones demonstrantur, v.g. numerus; alia complexa per copulam verbalem, vt, homo est animal particeps rationis. Vtrumq; genus comprehendit hoc loco Aristoteles. Nam de principijs incomplexis non demonstratur, sed supponitur, ea posse in rerum natura existere. De complexis similiter non demonstratur, sed supponitur, esse vera.

Principia absolutè sumpta quid.

Principiorum alia incomplexa, alia cõplexa.

EA a *autem in quocunque genere principia dico, quæ, fieri nequit, vt esse demonstrentur.* b *Igitur quidnam ipsa primo, & ea, quæ ex hisce proficiscuntur significant, sumitur: at quod sint principia sumere, cetera demonstrare necesse est. Cen, quid est vnitas, aut rectum: aut triangulus sumitur: esse verò vnitatem, ac magnitudinem sumere, cetera autem demonstrare oportet.* c *Eorum autem, quibus in demonstrationis vtuntur scientijs, alia cuiuscunque scientiæ propria, alia communia sunt: communia verò, similitudine rationis: quippe vsus eorum tantum sese extendet quacunque in scientia, quantum cuiusque subiecti*

b *Igi-*

Digitized by Google

Conuenientia inter principia, & principiata.

b *Igitur quid*] Tradit conuenientiam inter principia, & principiata; videlicet, quod de omnibus prænoscendum sit, quid vocabulo significetur; nisi enim sciatur, quid subiecti, quid passionis nomen indicet, & qui sit principiorum, & conclusionum sensus, frustra omnis demonstrandi labor suscipietur. Discrimen verò est, quia de principijs supponendum est, quod sint, vti primo capite explicatũ fuit. De principiatis id ipsum erit demonstrandum, de conclusione quidem, quod sit vera; de passione, quod subiecto insit. Sumit autem Aristoteles vnitatem, siue magnitudinem pro subiecto, rectum triangulum, seu triangulare pro passionibus.

Discrimẽ traditur.

Distributio principiorum in communi.

c *Eorum autem*] Distribuit principia in communia, & propria. Cõmunia appellat, quæ multis scientijs accommodari possunt: vt, si ab æqualibus æqualia demas, quæ remanẽt, sunt æqualia. Monet verò, illiusmodi principia multis scientijs aptari, non liberè, & quouis modo, sed ita, vt ad proprium cuiusque subiectum commode applicentur, & contrahãtur similitudine rationis, seu iuxta proportionem cuiusque: nam v.g. principio illo vtitur Geometra limitato ad magnitudines; videlicet, si ab æqualib. magnitudinibus æquales magnitudines demas, quæ remanent, æquales sunt. Arithmeticus contracto ad numeros, nempe, si ab æqualibus numeris æquales numeros demas, &c. Propria principia vocat illa, quæ vnicuique scientiæ peculiaria sunt: siue sint complexa, vt linea est quantitas, cuius partes copulantur ad punctum, siue incomplexa, vt linea, de qua demonstratur rectum, vel curuum.

Principia propria quæ.

Quantitas expers rationis qd.

d *Expers rationis*] Quantitas expers rationis dicitur, quæ cum altera communem mensuram non habet, seu, quæ cum altera non communicat in aliqua parte aliquota, vt diameter cum costa. Frangi autem est in contactu efficere angulum; concurrere est aliquando fieri contingere, reliqua ex superius dictis patent.

subiecto generi congruit. Propria sunt, vt lineam esse talem, rectumve: communia, vt si ab æqualibus æqualia demas, quæ restant, æqualia sunt, atque horũ vnumquodque cuique satisfacit, ad cuiusque genus accommodatum. Idem enim hoc facit, ac si non de omnibus ipsum accipiet Geometra, sed de magnitudinibus tantum, & Arithmeticus de numeris solum. Sunt etiam & ea propria, circa quę scientia considerat ea, quę per se illis insunt: atque hæc & esse, & quid sunt scientia sumunt. Vt vnitates Arithmeticæ, puncta, lineæ, Geometricæ: at horum per se affectuum quid quidem quisque significat sumunt: Arithmetica, quid par, quid impar, quid quadratum, quid quoque cubus. Geometria, quid.

d *Expers rationis: quid frangi, quid concurrere, & huiusmodi cetera. Demonstrat autem ipsos esse, & per communia: & per ea, quæ demonstrata sunt. Eadem & Astrologia facere solet.*

e *Omnes namque demonstrationes scientia circa tria versatur. Ea sunt ea, quæ ponit esse: hæc autem sunt genus, cuius per se affectuum est contemplatrix: & ea, quæ communes dignitates dicuntur, ex quibus primis demonstrat: & tertium affectus: quorum quid quisque significat sumit. Nihil tamen prohibet, scientiarum nonnullas horum præterire nonnulla: veluti genus non supponere esse, si esse pateat. Non enim æquè & numerum, & frigidum, & calidum esse patet: affectus etiam non sumere quid significent, si sint clari, sicut nec dignitates, nihil prohibet, vt quid significat, æqualia ab æqualibus auferre, quia est notum: sed nihilominus hęc tria natura priora sunt: id inquam, circa quod scientia demonstrat, & ea, quę demonstrat, atque ea, ex quibus demonstrat.*

f *Non est autem id suppositio: nec postulatio sanè, quod per seipsum esse videri que necesse est. Demonstratio namque non in oratione, quæ est extra, sed in oratione quæ est in mente, consistit: quandoquidem nequeritio in oratione illa consistere videtur. Cum enim semper aduersus orationem, quæ extra est, per inficiationem obstetur: vt aduersus eam, quę est in mente, non semper. Quod igitur de-*

Digitized by Google

patent. Demonstrat autem Geometria hos, aliosq; affectus ijs similes; nonnunquam communia principia sibi applicando, vt dictum est: interdum accipiendo principia iam demonstrata: quod etiam præstare consueuit Astrologia.

Tria in qualibet demõstratione percipiũtur.

e *Omnis namque demonstratiua.*] Repetit tria, quę in qualibet demonstratione cernuntur, vt de omnibus se iam præscripsisse manifestum euadat. Ea sunt; subiectum, de quo passio ostenditur. Principia, per quæ ostenditur. Passio denique ipsa, quæ ostenditur. Horum autem omnium prænotiones inculcatæ iam sæpius fuere. Monet tamen nonnunquam, ita quædam esse vulgata, & perspicua, vt non oporteat eorum notiones nominatim exprimere; sed vt omnino manifestas supponere, esto, principia ipsa, & principia neutiquam in demonstratione omitti debeant.

Indemonstrabiliũ duo genera.

f *Non est autem.*] Tradit quandam complexorum principiorum diuisionem. Nimirum, principia complexa alia esse indemonstrabilia simpliciter; alia secundum quid. Indemonstrabilia simpliciter dicuntur, quæ necesse est per se esse, & videri, id est, quæ ex suismet terminis ita sunt conspicua, vt nemo ea mente negare possit. Mente dicimus, quia externo sermone nihil est, quod per proteruiam non negetur. Indemonstrabilia secũdum quid sunt ea, quæ, etsi in aliqua scientia demonstrentur, in ea tamen, in qua principia dicuntur, demonstrari nequeunt, sed sumuntur vt demonstrata. In priori huiusce distributionis membro cõtinentur dignitates, & propositiones illæ simpliciter demõstrabiles, quæ constant minus alicui scientiæ peculiaribus, vt triangulus est figura tribus lineis rectis contenta, quæ ab Aristotele cap. 2. huius libri suppositiones simpliciter dicũtur, quòd à nemine demonstrentur, sed supponantur. In posteriori membro continentur suppositio secundũ quid, & postulatio: inter quas id discriminis statuit Aristoteles; nam suppositio vera

demonstrari quidem potest, non demonstratum autem à se quispiam sumit id, aut supponit, si ita esse discenti videtur, atque hæc non absolutè quidem, sed ad illum tantum suppositio est: aut postulat, si nulla prorsus discenti de hac opinio, vel etiam contraria insit. Atque hoc inter suppositionem, postulationemque interest. Etenim id est postulatio, quod est contrarium opinioni discentis: vel quod quidem demonstrabile est, sed illud quispiam sumit, vtriusque non demonstrato.

g *Definitiones igitur, cum affirmationes aut negationes non sint, suppositiones non esse patet: quas quidem vt genus propositio complectitur. Definitiones præterea percipiuntur solum oportet: at id suppositio non est, nisi quispiam & audire suppositionem dixerit ipse. Sed ea sunt suppositiones, quæ cum sint hoc ipso sint, emergit ipsa conclusio. Neque Geometra falsa supponit, quemadmodum nonnulli putarunt, qui quidem inquiunt, demonstrationem falsis vti suppositionibus non oportere, Geometram verò falsa supponere, designatam lineam nunc pedalem, nunc rectam esse dicentem, quæ quidem nec recta, nec pedalis existat: nam Geometra cum non sit ea linea, quam designauit, aut protulit ore, concludere solet: sed cum ea sint, quæ per illam significantur, aut indicantur, quæ designauit, ac protulit ipse.*

h *Insuper omnis postulatio suppositioque est vniuersalis, aut particularis: at neutrum istorum definitionibus competit: quare definitiones suppositiones, postulationesque non sunt.*

i *Formas igitur, aut vnum quid præter ipsa multa esse, ideo quia demonstratio sit necesse non est, tamen verum est dicere, necessariò vnum esse de pluribus prædicandum: nam si id non sit, vniuersale sanè non erit: at si vniuersale non sit, non erit medium ipsum, quare nec demonstratio. Est igitur vnum quid oportet: idemque de pluribus non solum communi nomine prædicandum.*

k *Nulla autem demonstratio sumit, fieri non posse, vt simul idem affirmetur, atque negetur, nisi fuerit opus, vt hoc etiam pacto demonstretur conclusio. Quod quidem fuerit, si sumpserimus, affir-*

Discrimẽ inter suppositionẽ secundum quid, & Postulationem.

vera videtur ei, cui fit demonstratio, vt, à quolibet puncto in quodlibet punctum licet ducere lineam rectã. Dicitur autem suppositio secundum quid, quia non est indemonstrabilis, vti sunt suppositiones simpliciter, sed demonstrari potest; obtinetque nomen suppositionis, quatenus ab eo, qui demonstrat, supponitur, vt vera. Postulatio autem non videtur vera ei, cui demonstratio fit, aut quia secus opinatur, aut quia in neutram partem inclinat. Diciturque postulatio, quia demonstrator eam postulat ab Aduersario. Talia esse possunt hæc pronunciata; quantitas continua est in infinitas partes diuidua; numerus potest in infinitum excrescere.

Tria discrimina inter definitiones & suppositiones postulationesque. Primum. Secundũ.

g *Definitiones igitur.*] Tria statuit discrimina inter definitiones, & suppositiones, postulationesque. Primum, quia omnis suppositio est affirmatio, vel negatio; definitio verò minimè (sumit enim definitionem absque definito, & copula.) Deinde, quia definitio pertinet ad primã operationem intellectus; suppositio autem, & postulatio non, nisi adeã operationem, in qua cernitur veritas, vel falsitas; id est, ad secundam: nisi quis dicat, simplices voces audire, aut earum percipere significata, suppositionem esse, quod falsum est. Conuenit ergo, inquit, suppositioni veritas, & ex ea vera colligitur conclusio; sed non defuere, qui obijcerent, interdum Geometram in demonstrãdo supponere lineam, quam in puluere, aut pariete describit, rectam, aut pedalem esse. Cum tamen re vera, neque recta, nec pedalis sit, proindeque Geometricas suppositiones non semper esse veras. Eam obiectionem, siue calumniam ex eo diluit Aristoteles, quia Geometria non vtitur ijs suppositionibus, vt veris, sed vt signis verarum, quas mente concipit.

Tertium.

h *Insuper omnis.*] Tertium discrimen est; quod omnis suppositio postulatiovè est vniuersalis, aut particularis; nulla verò definitio ita se habet. Quod bifariam intelligi potest; vel quia definitio non traditur de definito per singularia distributio; vel quia nullo quantitatis signo notatur. Etenim cum in definitione ea tantum adhibenda sint, quæ ad rei naturam explicandam faciunt; signa verò ad partes subiectas spectant, fit, vt nihil sit opus, ea signa in definitione collocare.

affirmare quidẽ primum de medio esse verum, negare autem verum non esse. Nihil autem refert, medium esse, atque non esse, sumere, & tertium pari modo. Nam si datum est, de quo hominem dicere verum, & si id etiam, de quo non hominem dicere verum est: Esi tantum hominem animal: non autem non animal esse, erit verum, Calliam etiam, & non Calliam animal: non autem non animal dicere: causa autem est, quia primum non solum de medio, sed etiam de alio dicitur, propterea, quod ad plura se extendit. Quare ad conclusionem nihil refert, & si medium, & ipsum, & non ipsum est.

l *Hoc autem, omne inquam affirmandum, aut negandum esse, ea demonstratio sumit, quæ deducitur ad id, quod fieri nequit: nec tamen semper vniuersaliter, sed quoad satis est generi, circa quod genus demonstrationes afferuntur, sicut & prius est dictum.*

m *Conuenimus autem inter se scientias omnes, in hisce quæ communia sunt: communia verò dico, quibus vtuntur tanquam ex his demonstrantes, non autem, de quibus demonstrant, nec ea, quæ demonstrant.*

n *Disserendi quoque facultas cum omnibus conuenit, & si qua vniuersaliter ipsa communia vtendere nitatur: velut, omne quodvis affirmetur, aut negetur oportet, vel ab æqualibus demptis æqualibus, æqualia sunt ea, quæ restant: vel talium aliqua atque ipsa disserendi facultas, non est scientiarum quarundam, neque generis cuiusdam: non enim interrogaret: demonstrans namque interrogare non licet, propterea, quod ex oppositis idem non ostendatur: hoc autem demonstrandum in hisce est, quæ de ratiocinatione sunt pertractata.*

CAP.

Digitized by Google

i *Formas igitur.*] Plato, cum intelligeret, demonſtrationem de rebus perpetuis eſſe, ſimulq. res naturales magna ex parte caducas eſſe animaduerteret, cenſuit, oportere eum, qui de rebus phyſicis aliquid demõſtrat, recurrere ad ideas, id eſt, ad naturas quaſdam communes extra ſingularia exiſtẽtes, vt Ariſtoteles interpretatur, quæ naturæ perpetuæ ſint, & immortales Dogma hoc refellit Ariſtoteles docens, nihil cogere eum, qui demonſtrat, ad ideas confugere. Sat n. eſt, dari naturas communes, quę ſint in ſingularibus, & de ipſis prædicentur. Nam ſi tales naturæ non ſint, nullum erit vniuerſale (ſiquidem illud Platonicum fictitium eſt) ſi autem non ſit vniuerſale, nec erit medium idoneum ad demonſtrandum, atque adeò omnis demonſtratio è medio tolletur. Vnde colligit, dandas eſſe ſubſtantias, quæ non ſolum in vno communi nomine, ſed in vna etiam ratione, & natura conueniant.

Plato in demõſtratione recurrebat ad ideas.

Refellitur ab Ariſt.

k *Nulla autem demonſtratio.*] In hac tertia huius libri parte tradit Ariſtoteles vſum quorundam communium principiorum, quorum etiam mentionem facit lib 4 Metaph. c. 4. alterum eorum eſt negatiuum; videlicet, de nullo verum eſt idem ſimul affirmare, & negare; alterũ affirmatiuũ; nempe, de quolibet idem affirmare, aut negare verum eſt. Docet igitur, tunc iſtiuſmodi principium negatiuum demonſtrationem ingredi, cum cõcluſio talis eſt, vt eius principij ope ad ſui confirmationem indigeat; id eſt, cum de ſubiecto concluſionis affirmamus aliquod prædicatum, & remouemus oppoſitum, vt Callias eſt animal, & non eſt non animal. Quo autem modo id præſtandum ſit, docet: Vtiq. in demonſtratione tres ſunt termini, maius extremum, ſeu prædicatum maioris, minus extremum, id eſt, ſubiectũ minoris, & medium, id eſt, ſubiectũ maioris, & prædicatum minoris. Sed tale principiũ nõ ineſt medio, non minori extremo, quod dicitur tertium; ſed primo, id eſt, maiori extremo, hoc pacto: Omnis homo eſt animal, & nõ eſt non animal.

Vſus duorum communium principiorum.

Dicet aliquis, cur non medio, & tertio applicari debeat? Reſpondet; quia inutile prorſus erit ad eam concluſionem inferendam. Etenim, licet oppoſitum medij ſumas abſque eius negatione; adhuc ſequitur concluſio, idque de tertio afferendum. Nam & ſi quis ita procedat; omnis homo, & non homo eſt animal, & non eſt non animal, dummodò Callias ſit homo tantum; ſequitur, Calliam eſſe animal, & non eſſe non animal. Similiter, & de tertio. Nam etiamſi non Callias ſit homo, dummodò Callias homo ſit, eadem concluſio colligitur. Reddit autem rationem, cur aliquando ſimul cum medio termino poſſit accipi eius negatio, nimirum, quia interdum maior extremitas latius patet, quam medium, vt in exemplo propoſito: inde enim fit, vt negatio maioris extremi negari poſſit de negatione ipſius medij dicendo; omnis homo, & non homo eſt animal, & non eſt non animal: ſi enim maior extremitas reciprocetur cum medio, propoſitio reddetur falſa; vt omnis homo, & non homo eſt riſibilis, & non eſt non riſibilis.

Primi principij vſus.

l *Hoc autem, omne.*] Omiſſa interpretatione Philoponi, & Themiſtij, placet ea, quam affert D. Thom. videlicet, docere hoc loco Ariſt. quo pacto vtẽdum ſit principio illo affirmatiuo; de quolibet verum eſt affirmare, aut negare. Vult igitur Ariſtot. licere eiuſmodi principium vſurpare in demonſtrationibus, quæ ad incommodum, ſiue ad impoſſibile deducunt, ita tamen, vt ad materiam ſcientiæ, in qua demonſtratio ſit, contrahatur. Sed de vtroque principio, & eorum vſu in quæſtione ſeparatim agemus.

Secundi principij vſus.

m *Conueniunt autem.*] Ex ijs, quæ hactenus docuit, colligit, peculiares ſcientias inter ſe conuenire, quod in demonſtrando vtantur nonnunquam communibus principijs, quanquam & propria ſibi ſubiecta vendicent; & non niſi priuatas affectiones de ijs demonſtrent.

Qũo Dialectica, & prima Philoſophia ſe habeãt ad cõmunia principia.

n *Differendi.*] Poſtquam oſtendit, quo pacto ſcientiæ proprijs, & communibus principijs vti ſoleãt, explicat, qua ratione Dialectica, & prima Philoſophia, ad cõia principia ſeſe habeant: atque hasce duas facultates tractare

istiusmodi principia; imo & ea etiam nonnunquam aduersus negantium peruicaciam confirmare. Primam quidem Philosophiam firmioribus argumentis: Dialecticam verò probabilibus, & communibus: neque enim scientia est, vtpote quæ nec certam sibi vendicat materiam, nec disputat, nisi interrogando, petendoque ab Aduersario, vt ex concessis procedat, & vtramlibet partem insectetur, quod demonstratoris non est. Qua de re dictum iam fuit in libris de priori analyti.

QVÆSTIO VNICA.

Vtrum omnia principia sint indemonstrabilia.

ARTICVLVS I.

Pars negatiua quæstionis suadetur.

Principiorum definitio.

ARistoteles initio huius capitis definiens principia, ait, principia esse ea, quę, fieri nequit, vt esse demonstrentur. Quæ si applicetur tantum principijs complexis, (accommodari enim potest subiecto simplici, vt in commentario diximus) ex præcedentibus explicata manet, præsertim ex secundo & tertio capite; nihilominus, vt explicentur aliquæ difficultates affines, & principiorum diuisiones enodentur, obijcimus contra definitionem primò ipsum Aristotelem, qui post traditam definitionem statim subdit, quædam principia esse demonstrabilia secundum quid, nimirum, quæ in vna scientia supponuntur, & in alia demonstrantur: nam quæ alicubi demonstrantur, simpliciter indemonstrabilia non sunt. Item in fine præcedentis capitis ait, principia probari à Metaphysica: quod repetit primo Physicorum, capite primo, & 4. Metaphysicæ, capite tertio, vbi idem docent, & sequuntur Interpretes, & videntur loqui de probatione demonstratiua; non sunt igitur secundum Aristotelem omnia principia indemonstrabilia. Secundò, omnia principia demonstrari possunt demonstratione deducente ad impossibile, vt concedit idem Philosophus, quæ demonstratio, cum fiat per communissima principia, sub quibus cetera continentur, non est à posteriori, sed à priori. Tertiò concessimus supra, definitionem in certo causæ genere, quæ simpliciter est primum principium, demonstrari propter quid, per aliud genus causæ; ergo saltem hæc principia sunt demonstrabilia. Quartò: non est indemonstrabile, quod à posteriori demonstrari potest; sed in capite tertio admisimus, prima principia ostendi posse hoc genere demonstrationis; ergo, &c.

Impugna. 1.

Secundò.

Tertiò.

Quartò.

Respondebis ad hæc posteriora argumenta, principia, quando eo modo demonstrantur, non cognosci, quatenus principia sunt; si enim qua talia percipiantur, id est, si penetrentur termini, & nullum adsit impedimentum, non poterunt per demonstrationem cognosci; quia perfectius lumen terminorum obscura birit demonstratiuum. Sed hoc nihil obstare, probabatur in primis in demonstratione propter quid in diuerso genere causæ. Quando duæ cognitiones circa idem obiectum repugnant, supponunt in obiectis conditiones incompatibiles; sed idé principium, vt fatentur, potest esse secundum se immediatum in vno genere causæ, & mediatum in alio (quæ sunt conditiones requisitæ ad illas duas notitias principij, & demonstrationis propter quid) ergo licet principium actu cognoscatur, vt principium, poterit nihilominus demonstrari.

Præoccupatio.

Et confirmatur primò ex principio communi; duæ causæ totales, & sufficienter applicatæ ad agendum,

Principiũ demõstratione propter quid potest probari, licet vt principiũ cognoscatur.

pro-

producunt simul suos effectus, si hi non repugnant inter se; sed medium demonstratiuum in vno genere causæ; & penetratio terminorum in alio sunt huiusmodi causæ, & cognitiones, quas efficiunt, non sunt repugnantes, vt ostensum est: ergo poterit vtraque simul dari. Confirmatur secundò ex communi sententia Theologorum asserentium, in eodem instanti posse dari in intellectu assensum fidei, & Theologicum de eadem propositione: at hi non aliter se habent, ac assensus principij, & discursiuus: nã fides in Theologia est principium immediatum: assensus Theologicus est discursiuus.

Principiũ ex terminis cognitum etiam demõstratione quia potest ostendi.

In demonstratione autem Quia facilius idem comprobatur: nam cognitio principij, & scientia Quia nec inter se pugnant, cum vtraque notitia sit certa, atque euidens, nec ex parte obiecti: solum enim arguũt, obiectum esse immediatum à priori, & simul habere aliqua effecta, vel signa, quibus à posteriori cognoscatur, quæ nihil repugnant. Et confirmatur primò ex Aristotele, libro secundo, cap. secundo, vbi, dum ait, nos aliquando scire ipsum Quia, & inuestigare propter quid, manifestè indicat, simul esse posse scientiam Quia, & propter quid: at non videtur esse minor repugnantia inter has, quam inter scientiam Quia, & principium.

Aristot.

Confirmatur secundò. Beati cognoscunt simul res aliquas visione beata, & per proprias species in proprio genere: & tamen lux beatificæ visionis magis superat lucem cognitionis in proprio genere, quæcunque illa sit, quam lux principij scientiam Quia. Item: Christus Dominus cognoscebat easdem res scientia per se infusa absque discursu, & experimentali à posteriori, ac per discursum: non videntur autem hæ notitiæ minus differre, quam ex, de quibus disputamus: ergo poterunt simul esse.

ARTICVLVS II.

Explicatur principiorum diuisio, & satisfit primo argumento.

PLura principiorum genera tradidimus in capit. secundo, & tertio: in hoc duæ continentur diuisiones. Prima, in principia communia, & propria, de qua dictum est in Cõmentario, & dicemus in sequenti articulo. Secunda in principia simpliciter indemonstrabilia, & indemonstrabilia secundum quid; hæc ita exponi posset, vt in priori membro essent principia, quæ in nullo genere causæ sunt mediata: in secundo, quæ etsi in vno genere medio careant, in alio non carent.

Duplex principiorũ diuisio.

Sed de mente Aristotelis est ea interpretatio, quam in Commentario sequuti sumus, scilicet, indemonstrabilia simpliciter esse, quæ carent medio à priori: indemonstrabilia secundum quid, propositiones simpliciter demonstrabiles, quę in scientia subalternata sumuntur pro principijs: quod ex reliquo contextu patet: dum enim prosequitur explicationem posterioris membri, ait, indemonstrabilia secundum quid esse, quę sumuntur ab aliquo non demonstrata, cum secundum se demonstrari possint. Accedit, principia in certo genere dicenda esse simpliciter indemonstrabilia, quemadmodum causa in vno genere absolutè completa dicitur, esto, aliarum consortio egeat.

Quæ principia sint indemonstrabilia simpliciter, quę secundum quid.

Ex qua declaratione patet, non esse idem definitũ in definitione principiorum, & diuisum huius diuisionis: cum principia scientiæ subalternatæ, quæ in diuisione continentur, æquiuocè tãtum dicantur principia. Vnde Aristoteles sibi non repugnat, dum principia definiens ait, omnia esse simpliciter indemonstrabilia: & deinde subdit, aliqua esse indemonstrabilia secundum quid, siquidè hęc

Latius patet principij diuisio, quam definitio. Exponitur prior Aris. locus in 1. prędcdẽtis art. argu. adductus.

Digitized by Google

in definitione non continentur, sed explicantur à Philosopho propter quandam analogiam ad vera principia.

Triplex posterioris loci expositio.

Ad secundum locum Aristotelis variæ sunt responsiones; omnes tamen, quæ veræ sunt, in hoc conueniant; vt principia aliarum scientiarum non demonstrentur à priori per causam aliquam intrinsecam; quatenus enim principia sunt, causam à priori nõ habent. Cur dixerim [causam intrinsecã], statim patebit. Prima igitur responsio est, Metaph. probare scientiarum principia, quia principia cognoscuntur ex terminis; & Metaph. declarat terminos principiorum, præsertim magis communium, vt, quid sit idem. quid diuersum, possibile, vel impossibile, substantia, accidens, & cetera. Quare non immeritò dicitur ipsa principia declarare.

Prima.

Secunda.

Secũda est, principia solere ostendi per deductionem ad impossibile, quæ deductio tũc est manifesta, cum peruenit ad illud principium: impossibile est idem de eodem simul affirmare, & negare: quia verò hoc principium est proprium Metaphysicæ, illi tribuitur hæc probatio principiorum.

Tertia.

Tertia denique responsio, quæ magis quadrat in Metaphysicã Dei, & Beatorum, quam in nostram. vt in primo capite diximus, asserit, Metaphysicæ esse probare principia reliquarum scientiarum à priori per primam causam exemplarem, effectiuam, & finalem; est enim earum causarum cõsideratio Metaphysicæ propria, & ideo omnis probatio, quę ab illis desumitur, ad Metaphysicam reuocatur.

Occupatio.

Opponet tamen aliquis contra doctrinam huius articuli, & sequentis, in quibus cum Aristotele supponimus, prima principia esse plura, vel .n. supponimus esse plura, principia obiectiua, vel formalia. Primũ non est ad rem: agimus namque hoc loco de cognitionibus, & earum distinctione. Secũdum est falsum, nam habitus, & actus principiorum tendunt in obiecta sub eadem specie rationis formalis, scilicet, ex penetratione terminorum, absque vllo discursu, & per idem lumen intellectus, ergo omnes sunt eiusdem speciei: nam habitus, & cognitiones distinguuntur per rationes formales tendendi in obiecta. Deinde, si essẽt plures habitus principiorum specie diuersi, id esset, quia alius est practicus, alius speculatiuus: sed Arist. 6. Ethicorum numerans virtutes intellectus, non meminit principij practici: ergo vnicus est principiorum habitus, & hic speculatiuus; alioquin habitus practicus distinguendus erit in duos, alterum agibilium, alterum factibilium, apparet enim inter hæc non obscura diuersitas.

D. Thom. Caiet. Verior sententia duos admittit habitus.

Dicendum nihilominus est cum D. Thom. 1. parte quæstione 79. articulo 12. & Caietano hoc loco, in genere duos esse habitus, alterum speculatiuum, qui dicitur intellectus, & inclinat ad assentiendum veritatibus speculatiuis, alterum practicum, qui vocatur Synderesis, & inclinat ad prosequendum bonum: & quamuis hi, ceterique Autores sub vtroque genere non soleant distinguere plures habituum species, certum tamen est, tot esse habitus specie diuersos, tam practicos, quàm speculatiuos, quot sunt connexiones terminorum specie diuersæ: Tunc verò connexiones sunt diuersæ, cum extrema, seu termini, sunt specie diuersi, aut ex vtraque, aut saltem ex altera parte; quod magis patebit, cum de scientiarum distinctione disputabimus. Ad primum argumentum dicimus, de vtrisque principijs disputari hoc loco; licet de obiectiuis gratia formalium disputetur, quia hæc absque illis intelligi non possunt; ex quo patet responsio ad impugnationem primi membri. Ad improbationem secundi respondetur, illam rationem esse valdè communem, & sub ea dari posse multas species diuersas: quemadmodum omnes scientiæ habent vnum commu-

Sol. 1. arg.

minem modum tendendi in obiecta, scilicet, per medium: quia tamen hic modus est generalis, tot distinguuntur scientiæ in specie, quot sunt media specificè diuersa. Ad secundum concedendum, in genere distingui principia, ex ratione practici, & speculatiui. Aristotelem autem practica intellexisse sub intellectu, quêadmodum scientias practicas etiam comprehendit cum speculatiuis sub nomine scientiæ. Ad instantiam respondetur, habitum practicum, & agibilium idem esse, nam factibilia, cum semper fiant iuxta rerum naturas, nõ exigunt alia principia diuersa ab speculatiuis, quæ naturas ipsas intuentur.

Solutio 2.

ARTICVLVS III.

Declaratur vsus communissimorum principiorum, & soluitur secundum argumentum.

Diuisio principiorum in cõmunia, & propria.

PRima diuisio principiorum in hoc capite erat in communia, & propria: communia, vt in commentario diximus, sunt, quæ multis scientijs inseruiunt: propria, quæ alicui tantum scientiæ sunt in vsu. Erunt verò principia propria, quando constituentur ex definitione subiecti, vel ex aliqua eius passione: nam subiectum, & passiones alicuius scientiæ, ita sunt illi peculiaria, vt sub ea ratione alijs non competant; vnde propositiones ex his confectæ nulli alteri scientiæ congruent. Principia communia satis explicata sunt, inter ea duo communissima specialim tradidit Aristoteles, & eorum vsum in demonstrationibus latè docet. Primum est, impossibile est, idem de eodem simul affirmari, & negari: secundum, necesse est idem de eodem affirmari, vel negari: Eadem principia per verbum esse, & non esse proponuntur ab Aristotele in li. 4. Metaph. cap. 3. 4. 6. & 7. Primum in hunc modum; impossibile est idem simul esse, & non esse: secundum ita; necesse est idem esse, vel non esse; sed hoc loco accommodatè vsus est verbis affirmandi & negandi, quæ concernunt propositionem. De his ergo principijs vnum docet Aristoteles in 4. Metaph. alterum hoc loco, illud est: hæc principia esse omnium prima, & negatiuum prius affirmatiuo, quod eo loco contra nonnullos ostendendum est.

Duo principia communissima assignãtur ab Arist.

Sed prius stabiliendum, quod in vtroque loco supponit Aristoteles, & aliqui inficiantur; nimirum, hæc principia esse distincta; nam hoc loco ait, negatiuum in nulla demonstratione assumi, affirmatiuum assumi, & in lib. 4. Metaphys. à capite 3. ad 7. defendit principium negatiuum, à septimo verò incipit defendere affirmatiuum, quæ satis indicant, apud ipsum esse diuersa principia. Ratione idem ostenditur. In contradictoria oppositione diuersæ conditiones sunt repugnantia essendi in eodem, & immediatio, vnde oritur necessitas, vt alterum sit in quolibet subiecto, sed principium negatiuum significat repugnantiam, affirmatiuum immediationem; ergo sunt diuersa. Minor, & consequentia patent. Maior ostenditur; nam repugnantia potest separari ab immediatione, vt est manifestum in contrarijs, quæ simul esse nequeunt; sed neutrum illorum necessariò inest subiecto; ergo sunt diuersæ conditiones; quæ enim in aliquo separantur, aliquo modo differunt.

Ipsa principia esse distincta.

Hoc constituto, vt clarior fit modus, quo Arist. in hoc cap. dixit, hæc principia ingredi demonstrationem, notandum est primò, duplicem esse demonstrationem, alteram ostensiuã, quæ, nimirum, ex veris, & necessarijs sumptionibus simpliciter rem ostendit, alterã ducente ad impossibile, vel incommodum, quę ex altera sumptione vera, & altera ab aduersario concessa colligit conclusionẽ apertè falsã, vt cogatur Aduersarius, sumptionem, quam prius falso concesserat, iterum negare, eiusq. cõtradictoriã admittere. Notandum est secundò; principium negatiuũ ingredi posse demonstrationem, virtute, vel

Duplex demonstratio explicatur.

Digitized by Google

Principiũ negatiuũ ingreditur demõstratione virtute, vel formaliter.

formaliter. Tunc ingreditur virtute, cum non per se ponitur, sed eius vis exercetur in principijs demonstrationis; & quia eius vis in omnibus inuenitur principijs, idcò omnes demõstrationes virtute ingredi perhibẽtur. Tunc autem ingreditur formaliter, cum ipsum expresè ponitur; quod bifariam fieri posse aduertit Caietanus; aut in actu signato, aut exercito: in actu signato, cùm ponitur sub eadem forma verborum, qua constat; si ad aliquam peculiarem materiam applicetur, v. g. hoc modo. De nullo corpore idem affirmare, aut negare verum est; sed dicere, hominem deambulare, & non moueri, est asserere, aliquod corpus simul moueri, & non moueri; ergo dicere, hominem deambulare, & nõ moueri; verum non est. In actu exercito ingreditur, cùm sumuntur aliqui peculiares termini contradictorij, vt, si quis ita proponat: Omne animal est viuens, & non est non viuens; sed omnis homo est animal; ergo omnis homo est viuens, & non est non viuens.

Explicat Arist. 2.

Cùm ergo Aristoteles dixit, principium negatiuum non ingredi demonstrationem, nisi opus fuerit demonstrare aliquam conclusionem, in qua prædicantur duo termini cõtradictorij, vt in secundo exemplo patet; intelligendus est, non ingredi secũdum actum exercitum; nã secũdum actum signatum in primo exẽplo patuit, ingredi posse. Rursum de principio affirmatiuo ait, illum posse in demonstratione ducente ad impossibile, aliquando secundum tecã suam amplitudinem, aliquando cõtractum ad particulares terminos, etiam loquitur in actu exercito; & ita est interpretandus in demonstratione ducente ad incommodum.

Demõstratio ducens ad impossibile triplici ter procedit.

sunt tres processus, in quorum primo infertur conclusio impossibilis; ex qua in secundo colligitur, aliquã sumptionum esse impossibilem; in tertio concluditur, illius contradictoriam ab Aduersario negatam esse veram, v.g. negat aliquis, hominẽ esse intellectiuum; assumo hãc propositionem; nullus homo est intellectiuus; sed omne animal rationale est homo, ergo nullũ animal rationale est intellectiuum: quod cùm repugnet primo principio, est manifestè impossibile. Rursum: & est secundus processus; consequens est impossibile, ergo & aliqua præmissarum; non minor; ergo maior, quam dedisti: tunc tertiò; maior est impossibilis; ergo eius contradictoria, quam negaueras, erat vera: in hoc igitur tertio processu visitur illud principium in actu exercito: etenim cùm dicimus, hoc est falsum; ergo eius contradictorium est verum; exercemus vim illius principij, quod asserit; de quolibet necessariò aliquid affirmari, vel negari. Dixi, loqui Aristotelem de principio in actu exercito: nam in actu signato hoc principium affirmatiuum ostensiuum ingreditur demonstrationem, vt in hac vides. De quolibet idem affirmare, aut negare verum est; sed non est negandum, moueri cœlum; verum est igitur cœlum moueri.

His explicatis, ad secundum argumentum concedimus, principia demonstrari à Metaphysico per deductionẽ ad impossibile; sed negamus, id obstare definitioni; cũ enim principia dicuntur in definitione indemonstrabilia, intelligitur de demonstratione ostensiua continente medium: idem namq. est, principia esse indemõstrabilia, atq; esse immediata. Sed oppones. Per hæc principia ostenditur à priori falsitas propositionis contrariæ primo principio; ergo à priori ollẽditur principij veritas: nam eadem causa constituit vnũ oppositum, quæ destruit aliud. Antecedens probatur; quia quæcunque impossibilitas alicuius propositionis habet radicem in illa suprema impossibilitate; quia o. repugnat, idẽ de eodem affirmari simul, & negari; idcirco in particulari repugnat, aliquod prædicatum v.g. album dici de aliquo subiecto; quia, scilicet, de eodem negatur. Respondetur concesso antecedente cum illius probatione, negando consequẽtiam: & ratio est,

Respõsio ad 2. arg.

Obiectio dissoluitur.

quia

quia demonſtratio à priori continet cauſam concluſionis, vel ſecundum ſe, vel quo ad nos illud verò principium nullam continet cauſam aliorum principiorum, vt per ſe eſt manifeſtum. Ad probationem negandum eſt, ſufficere ad dandum eſſe vni oppoſito id, quod deſtruit aliud, quâ de illud quod deſtruitur, eſt negatiuum, & à negatiuo principio deſtrui poteſt: cùm enim alterum oppoſitum ſit poſitiuum, requirit poſitiuam cauſam, à qua conſtituatur. Ac ne quis dicat, alterum principium eſſe affirmatiuum, ab eoque cauſari poſſe propoſitionem affirmatiuam, ſicuti à negatiuo cauſatur negatiua: non ſufficit, eſſe affirmatiuum, ſed oportet continere cauſam, quam nõ contineri in illo principio facilè deprehendet, qui aliquod principium particulare conſiderauerit.

ARTICVLVS IV.

Notitiam primorum principiorum ſimul eſſe poſſe cum ſcientia. Quia, & propter quid; & ſatisfit tertio, & quarto argumento.

EX ſecundo articulo conſtat, primum principium in vno genere cauſæ eſſe indemonſtrabile, eſto, in alio genere cauſæ, in quo principium non eſt, demonſtretur: quod ſatis eſt ad reſpondendum argumento, ſi loquamur de principio ſecundum ſe ſumpto: at ſi ponamus, idem principium in actu cognoſci vt principium illius: exiſtimant aliqui, tum tẽ poni occurrente medio demonſtrato non fore cognoſcendum duobus actibus ſimul, altero principij, altero ſcientifico, ſed vtramque cauſam, medium ſcilicet, & penetrationem terminorum vnitum in vnũ principium, à quo procedat vnus actus eminenter continens notitiam principij, & ſcientificam. Quemadmodum cùm ſibi occurrunt medium de fide, & ſcientificum, non producunt duos actus, ſed vnum eminenter cõtinentem euidentiam ſcientiæ, & fidei certitudinem. Sumunt alia exempla ex generatione animalium: nam aſinus, & equa producunt mulum: pardus, & leo leopardum. Si autem roges, cur quælibet illarum cauſarũ ſuum effectum non edat; reſpondẽt, repugnare ſimul, idem obiectum per diſcurſum, & ſine diſcurſu cognoſci.

Penetrationem terminorũ, & mediũ demõſtrationis tertiũ actum producere aliqui exiſtimant.

Exempla pro hac sẽtent.

Verùm inſtantia in argumento poſita ſatis demonſtratur, in his actib. nullam eſſe repugnantiam, atq; adeò ſimul eſſe poſſe. Nunc oſtendendum eſt, magis repugnare illam vnionem in vnum actum. Enimverò vnicus ille actus eſſet nobilior cognitione primi principij, quã eminenter continet, & eſſet diſcurſiuus; vt concedetur. Implicat verò, notitiam formaliter diſcurſiuam, circa obiectum eiuſdem generis, eſſe nobiliorem nõ diſcurſiua, cùm hæc ex genere ſuo multò ſit præſtantior. Dixi (circa obiectum eiuſdem generis, ſeu rationis) quia probabile eſt, Sapientiam propter obiecti nobilitatem excellentiorem eſſe habitu principiorum aliarum ſcientiarum. Deinde obiecta formalia principij, & ſcientiæ, vt terminent vnum actum, debent ſub aliqua ratione vniri, vt conſtituatur vnum formale obiectum illius actus; ſed nihil omninò apparet, ſub quo vniantur, ergo non poſſunt vnum actum terminare.

Confutatur illorũ opinatio, & reſpondetur 3. arg. 1. ar.

Exempla verò proximè adducta, vt vera ſint, non ſunt ad rem: quod vt pateat, aduertendum eſt, duas cauſas ſibi in actione occurrentes, vel eſſe totales, & ſufficientes ad producendos ſuos effectus; vel partiales: & partiales, clarũ eſt, neutram producere poſſe proprium effectum, ſed vtramque ſimul vnum, qui erit iuxta naturam vtriuſq; cauſæ, ſi eæ ſint eiuſdem rationis, & à natura inſtitutæ, vt ſimul agant, quo modo equus, & equa producunt equum; ſi verò cauſæ ſint diſparatæ, prodit effectus ab vtraque diuerſus, vt contingit in generatione muli ex æqua, & aſino: at ſi cauſæ ſint totales, ſufficientesq; ad ſuos effectus producendos, bifariam ſe habere poſſunt: Primò, ſi habent

Reſpondetur exép.

Digitized by Google

bent effectus non repugnantes, & tunc vtraq; producit suum, vt, quando eidem passo applicantur duæ causæ; altera calefaciens, altera exiccãs. Secundò; si effectus simul esse repugnent; in quo euentu, si altera causa sit robustior, obruet minus efficacẽ, illiusque effectum impediet producendo suum: sic medium scientificũ, concurrens cum probabili, edit conclusionem simpliciter necessariam absorpta vi probabilis medij: sin vtraque fuerit æquè efficax, vel nihil omninò agunt, vt, cùm duo homines æqualium virium conantur mouere eundem lapidem in partes oppositas; vel cedunt in tertium effectum, vt, duo ignes applicati ligno producunt tertium calorem, quem neuter eorum per se effecturus erat.

Ad primũ exemplũ. Ad primum igitur exemplum dicimus, medium scientificum, & de fide, si conspirant in tertium actum, esse, quia assensus fidei, & scientiæ circa idem obiectum repugnant simul in eodem intellectu, quod non habet notitia principij, & scientifica; an autem adductum exemplum verum sit, in capite 26. disputabitur.

Ad 2. Ad secundum dicimus, eas causas omnes esse partiales, & diuersorum ordinum, & iccirco prodire indispartos effectus.

Solutio 4. arg. 1. ar. Quartum argumentum similiter integrum admittimus, si illud excipias; quod assumit, propositionem demonstrabilem demonstratione, Quia, à posteriori, non dici simpliciter indemonstrabilem: nam, vt sola demonstratio propter quid simpliciter est demõstratio; ita quæcunque per hanc ostendi non possunt, absolutè sunt indemonstrabilia. Nullius momenti est, quod quidam hic opponunt, lumen, scilicet, principij tantum esse, vt obscuret medium demonstrationis, Quia, quemadmodũ obscurat medium probabile; est enim diuersa in vtroque ratio. Nam effectus medij probabilis ob incertitudinem repugnat principio, non autem effectus demonstrationis, Quia; cùm sit certus, atque suo modo euidens, vt apertum est.

EXPLANATIO CAPITIS NONI.

De proprijs cuiusque interrogationibus.

SVMMA CAPITIS.

TRes sunt huius capitis partes. In prima docet Aristoteles, in vnaquaque scientia esse proprias interrogationes: cùm enim interrogationes à principijs, postulationibusq. sola interrogationis nota differant, & in qualibet scientia propriæ sint propositiones, necesse est, peculiares quoque interrogationes esse. In secunda parte tres excitat quæstiones. Prima; sintne in materia Geometriæ Ageometricæ interrogationes. Secunda: An sint Geometricæ interrogationes, quæ sunt de oppositis principiorum Geometriæ. Tertia; Vtrum deceptoria ratiocinatio sit ea, quæ peccat in materia, an quæ peccat in forma syllogistica: primæ respondet affirmatiuè, secundæ, partim esse geometricas, partim ageomatricas, tertiæ, eam ratiocinationem propriè deceptoriam esse, quæ in materia peccat. In tertia parte quinque ponit discrimina inter Dialecticum, & Demonstratorem, quo ad probandi, arguendique formam.

COM-

Digitized by Google

COMMENTARIVS.

In qualibet scientia dantur interrogationes, & responsiones.

a *Quod si eadem.*] Quia superiori capite docuit, in qualibet scientia dari propria principia, & cõclusiones, quæ per illa demonstrentur: docet hoc loco, inueniri etiã in vnaquaq. scientia peculiares interrogationes, responsionesque. Id autem de interrogationibus probat hunc in modum. Propositiones, ex quibus constant syllogismi in scientijs, sunt vnicuique scientiæ propriæ: sed interrogationes, quæ in qualibet scientia fiunt, sunt propositiones (intelligo modo tantum ab illis differẽtes, vt D. Thom & M. Albertus interpretantur:) ergo in vnaquaque scientia sunt propriæ interrogationes.

D. Thom. Alb. Mag.

Dubium.

Erit tamen qui dubitet, qua ratione in scientijs proprias interrogationes dẽ tur, cum ad finem proximi capitis asseruerit Aristoteles, peculiare esse Dialecticis interrogationibus vti. Occurrunt D. Thom. & Aegidius, etiam demonstratorem, & scientẽ interrogare: aliter tamẽ ac Dialecticũ. Dialect. eus enim interrogat, & conclusionem, quam probare instituit, & propositiones, ex quibus probat: demonstrator autem conclusionẽ duntaxat interrogat: non autem principia, quia hæc, si negentur, ostendere ea nõ poterit. Non est tamen negandum, etiam Demonstratorem interdum rogare ab Aduersario principia, vt ex concessis facilius concludat. Sed est aliud etiam discrimẽ. Nã Dialecticus ita interrogat, vt paratus sit ad disputandum in vtramque partem, cũ differat ex probabilibus, quæ ad vtrumuis ostendendum facile suppetunt: Demonstrator verò, quia procedit ex necessarijs, & certis, atque ad vnam partem definitis, longè aliam in disputando viam sequitur.

Responde tur.

D. Thom. Aegidius.

b *Patet ergò.*] Colligit, non omnẽ interrogationem pertinere ad Medicum, vel Geometram: cum suæ cuique scientiæ propriæ interrogationes suppetant: illæ ergò interrogationes Geometricæ sunt, quæ vel sunt propositiones, ex quibus in Geometria conclu-

CAPVT IX.

QVod a si eadem interrogatio ratiocinatiua, & propositio contradictionis est, (sunt autem in vnaquaque scientia propositiones, ex quibus vniuscuiusque propria conficitur ratiocinatio) erunt porrò, & interrogationes quædam, ad singulas scientias attinentes, ex quibus sit cuiusque propria ratiocinatio.

b *Patet ergo, non omnem interrogationem Geometricam esse, nec ad medendi artem omnem accommodari, & pari modo de ceteris. Sed aut ea, ex quibus aliquid eorum ostenditur, de quibus est ipsa Geometria, aut ea, quæ ex eisdem demonstrantur, ex quibus Geometria demonstrat, qualia sunt Perspectiua: idem est & in ceteris intelligendum.*

c *Atque de his ipsis reddenda quoque ratio est ex Geometricis principijs, conclusionibus tè: sed de principijs non est reddenda ratio Geometræ, quatenus professor Geometriæ est: eadem sunt & in ceteris scientijs obseruanda.*

d *Nec igitur artificem quemque quæuis percontari, nec ad quamuis interrogationem de singulis respondere oportet: sed ea tantum, quæ in scientia sua determinata sunt. Quod si quispiam cum Geometra, quatenus Geometra est sic disseruerit, patet, & benè illum esse disceptaturum, si ex his ostenderit aliquid: quod non si hoc disseruerit modo, non benè sine dubio disceptabit. Patet etiam, illum non redarguere Geometram, nisi per accidens: quam ob rem inter ignaros Geometriæ de Geometria differendum non est. Latebit enim is, qui dixerit præuè. In ceteris etiam scientijs res se se habet similiter.*

e *Cum autem interrogationes Geometricæ sint, suntne & Ageometricæ? & interrogationum ea, quæ ab ea prodeunt ignoratione, quæ est dispositio, Geometricæne sunt, an non, & in quacunque facultatum similiter? præterea vitæ ratiocinationum ignorationem efficiat: eane quæ ex oppositis constat, an ea, quæ constructa vitiosè est?* f *At enim Ageometricæ interrogationes aut ex Geometria sunt, aut ex alia facultate: nam Musica quidem interrogatio ageo-*

metri-

conclusiones probantur, vel sunt propositiones, ex quibus in Perspectiua conclusiones ostenduntur: quod pari modo de reliquis disciplinis pronunciandum erit.

De principijs Perspectiuæ redditur rō ex Geometricis.

c *Atque de his*] De principijs Perspectiuæ reddemus esse inquit rationem ex principijs, & conclusionibus Geometriæ, cum hæc in subalternans respectu illius: ipsum tamen Geometram, qua Geometra est, non probare sua principia: sicuti nec reliqui artifices, quæ ipsorum propria sunt, ostendere consueuerunt.

d *Nec iquum.*] Monet, non oportere quemlibet artificem omnia interrogare, nec ad quemlibet interrogatum respondere: sed ad ea quæ, inter limites propriæ disciplinæ continentur. Nec disputandum de Geometricis, nisi inter eos, qui Geometriç periti sunt: alioqui, quæ falsò dicta fuerint, coargui, & confutari non poterunt.

Tres quæstiones, Prima.

e *Cum autem interrogationes.*] Tres excitat quæstiones. Prima est, sitne in materia Geometriç interrogationes Ageometricæ, id est, ad Geometram non pertinentes.

Secunda.

Secunda, num interrogationes, quæ fiunt in Geometria, secūdum ignorationem prauæ affectionis, id est, de oppositis principiorum, aut de principijs male intellectis, sint Geometricæ.

Tertia.

Tertia, cum dupliciter in ratiocinando peccare contingat; vel ratione materiæ, vel ratione formæ, vter ex his syllogismis magis ignorationem pariat, magisque sit deceptorius appellandus.

Respondetur ad primam.

f *At enim ageometrice.*] Respondet ad primam quæstionem, etiam in materia Geometriæ dari interrogationes ageometricas. Dupliciter enim potest aliqua interrogatio ageometrica dici; vel quia proponitur Geometræ; de re tamen extranea, vt de Musica, vel quia fit de opposito eius,

Ad secundam.

quod in Geometria est; vt, si quis Geometram percontetur, an lineæ parallelæ concurrant. Hæ igitur posteriores interrogationes partim sūt ageometricæ, partim non sunt. quia attingunt res Geometricas: nō sunt; quia

metrica est. Geometrin autem, vt quod dissantes putare concurrere, tum Geometrica, tum ageometrica est: duplex enim est ageometrium, & perinde atque informe; atque alterum ex eo, quia nihil habet Geometria, vt informe, quod vacat forma: alterum ex eo, quia aliquid eius prauè complectitur, vt informe, quod turpem habet formam, fœdamque; atque hoc ignoratio, qua ex talibus est principijs, Geometriæ contraria est.

g *In Mathematicis autem non similiter fraus fit, cum differitur: quia medium est semper duplex: alter extremorum vt hoc omni, & hoc rursus idem de altero dicitur: atque prædicatum non dicitur omne, has autem cernere licet, quasi mentis perceptione. In differendi verò facultatis disceptationibus latent. Esse omnis circulus figura: si designauerit, patet: sed quidnam circa, carmina se sunt circulo continuo? patet non esse.*

h *Atque non oportet infitiationem ad ipsum afferre, si inductiua propositio sit. Vt enim nisque propositio est ea, quæ non ad plura sese extendit (non enim erit de omnibus, de universalibus autem extruitur ratiocinatio) sic patet, nec hanc infitiationem esse, qua vniuersalis non est, etenim eadem sunt propositiones, infitiationesque.*

i *Num quam affert quispiam infitiationem, ea vel differendi, vel demonstrandi propositio fieri potest.*

k *Fit autem, vt quidam vitiosè concludant. Propterea quod eos medios sumunt, qui terminos vtrosque sequuntur, quale quidem & Canens facit, ignem gigni multiplicata ratione, hoc pacto concludens: ignis, vt dicit, celerrimè gignitur: quod multiplicata gignitur ratione, id celerrimè gignitur: Hoc autem modo conflare ratiocinatio nequit: sed si celerrimam generationem multiplicata sequatur ratio, & ignem celerrima generatio. Interdum igitur fieri nequit, vt ex ijs, quæ sumuntur, ratiocinatio confletur: interdum verò fieri potest, sed non cernitur.*

l *Quod si fieri non posset, vt verum ostenderetur ex falsis, facilè esset resolutu, conuersio namque necessariò fieret. Si enim A, verum, quod cum sit, hæc sunt*

quidem

quia principia Geometriæ quodammodò demoliri nituntur. Ex quo patet solutio secundæ dubitationis, videlicet, in quodam tenùs posse interrogationes illas dici Ageometricas, in alio non posse.

Discrimẽ primũ inter syllogismos Dialecticæ, & aliarum scientiarum.

g *In Mathematicis]* Est autem discrimen inter syllogismos, quibus vtuntur scientiæ, præsertim Mathematicæ, & eos, quos vsurpat Dialectica vnus. Nam in scientijs medium est duplex; id est, vt Philoponus interpretatur, vnum, idemque medium bis sumitur in maiori, & minori: dicturque de omni subiecto. (cùm videlicet demonstratio est perfecta, ea namq; prædicatis vniuersalibus constat) At Dialecticus, cũ vagetur per omnia, sæpe adhibet vocabula æquiuoca: neque vnum, idemque medium, sed multiplex, ex quo deceptio oritur, verbi gratia, audito circuli nomine Mathematicus quandam figuram concipit; Poeta quoddam genus carminis: Dialecticus verò, qui vtriusq; terminis vtitur, in vtroque significato id vocabulum vsurpat; atque ita in æquiuocationis vitium incurrit. Hinc vult Cajetanus tertiæ quæstionis resolutionem accipi; concludi, scilicet, à Philosopho, maius peccatum esse in materia, quam in syllogistica forma erraré.

Ad tertiã.

Instantia ad syllogismos demõstratiuos qualis.

h *Atque non oportet.]* Quia sæpe obuiam itur paralogismis afferendo instantiam, qua appareat defectus, peccatumve in forma syllogistica; ostendit, qualem esse oporteat eiusmodi instantiam in demonstratiuis syllogismis, atque, non deberę esse per propositionem inductiuam, seu particularem (nam inductio ex particularibus procedit:) sic enim prædicatum non dicitur de omnibus, si de aliquibus non dicitur. Itaque oportere esse vniuersalem. Quod si obijcias, aliquando afferri instantias per propositiones particulares. Si quis enim dicat, omne animal respirare, id inficiamur, non quod nullum animal respiret, sed quia quædam animalia non respirant.

Obiectio.

Occurrit.

Occurrendum erit Aristotelem non loqui hic de instantijs, quæ fiunt, non solum ad euertendam falsam demonstrationem, sed etiam ad construendam oppositam, quæ ex vniuersalibus pronunciatis coagmentranda est: exempli gratia, disputet quis hoc modo: Nulla virtus est qualitas, omnis iustitia est virtus; ergo nulla iustitia est qualitas; sic contra maiorem instandum, resistendumque erit; omnis habitus est qualitas; omnis virtus est habitus; ergo omnis virtus est qualitas. Rursus per hanc demonstrabitur oppositum conclusionis hoc pacto: omnis virtus est qualitas, omnis iustitia est virtus; ergo omnis iustitia est qualitas.

Discrimẽ secundum inter Dialecticum, & Demõstratorẽ.

i *Non quemlibet.]* Alter, inquit, afferri instantias in Dialecticis concertationibus, aliter cum efficienda demonstratio, etsi instantiationes tam Dialectico, quam ei, qui scientiam profitetur, communes sint.

k *Fit autem.]* Docet, eo differre etiam Dialecticum à Demonstratore; quod Dialecticus aliquando vtitur vitioso syllogismo in secunda figura in duabus affirmatiuis, in terminis non reciprocantibus, qualis est ratiocinatio illa Cæsei Philosophi, qui, cum vellet probare, ignem generari multiplicata ratione, id est, in ampliori quantitate, quam esset quantitas eius, de quo generatur, ita ratiocinationem conficiebat: omne quod gignitur multiplicata ratione, celerrimè gignitur; sed ignis celerrimè gignitur; ergo gignitur

gnitur multiplicata ratione. Etenim in hoc discursu termini non sunt recíproci; quandoquidem cadauer celerrimè generatur per repentinum interitum,& tamen non generatur multiplicata ratione. At is,qui demonstrat,si quando vtitur syllogismo in secunda figura, idabique vitio efficit, etsi aliquando non appareat.

Discrimẽ secundũ.

l *Quod si fieri*] Distinguit etiam Demonstratorem à Dialectico,quod Demonstrator facilius reioluat demonstrationes in sua principia, videlicet, quia habet certa,& definita media,progrediturque ex necessarijs,quæ multò pauciora sunt,quàm probabilia,quibus vtitur Dialecticus.

Discrimẽ 3.

m *Accrescit etiam*] Tradit aliud discrimen inter Dialecticum, & Demonstratorem:quod Dialecticus ad eandem conclusionem ostendendam cumulet varia media: Potest enim probare, hominem esse animal, quia loquitur, quia respirat,quia philosophatur:aliisque modis. Demonstrator verò non ita,sed colligendo aliam, & aliam conclusionem: quod bifariam fieri posse inquit:Primum concludendo A,de B,deinde per B.concludendo idem A.de C. & rursus per C. de B. vt, si quis concludat substantiam de viuente per corpus: & rursus de animali per viuens: deinde de homine per animal, atque ita in infinitum,id est: quousque exhauriantur omnia, quæ in illo ordine occurrunt. Secundò:augendo demonstrationes ad latus,id est, per media,quæ non sunt in recta serie cum subiecto,de quo fit demonstratio: vt, si primò demonstrem de ternario, quod sit numerus, quia est par: deinde de quaternario,itidem quod sit numerus;quia est par.

EXPLANATIO CAPITIS DECIMI

De demonstratione propter quid.

SVMMA CAPITIS.

HVius capitis institutum est,ostendere scientiam, quod res est, esse diuersam à scientia propter quid res est, id ergo ostendit tum in eadem scientia, tum in diuersis: In eadem,tunc ait, scientiam esse propter quid, cum habetur per causam proximam, & immediatam, tunc verò Quia, quando habetur per effectum, causamve remotam. In diuersis dupliciter, inquit, distinguuntur. Primò, quando vna est subalternans, altera subalternata; illa enim cognoscit, propter quid res sit, hæc, quod sit tantum. Secundò, quando scientiæ sunt disparatæ, eius tamen rei, quæ in vna cognoscitur solum esse, in altera cognoscitur vera causa, hoc modo Chirurgia tenet, vulnus circulare tardius sanari, sed ignorat causam, quam Geometria cognoscit, quatenus scit partes circuli,eò quod magis à centro distent, serius concurrere.

COMMENTARIVS. CAPVT X.

Duplex sciẽdi modus.

Differt autem.] Pollicitus fuerat Arist. initio cap. 2. traditurum se alium discendi modum, si quis esset: id præstat in hoc cap. tradit enim duplicem modum sciendi, videlicet

Differt autem scire ipse propter quid est: primò quidem in eadem scientia: atque in hac dupliciter.

b *Vno quidem modo, si ratiocinatio non per ea, quæ vacant medio, fiat, non enim*

videlicet, quod res ſit, & propter quid res ſit, ſimulque, quo pacto inter ſe differant, exponit. Eſt igitur bipartitum hoc caput: in priori parte oſtendit, quo pacto ſeſe habeant hi modi in eadem ſcientia: in poſteriori, vt ſe habeant in diuerſis.

Primum diſcrimen inter eos.

b *Vno quidem modo.*] Primũ diſcrimen inter ſcientiam, quod res ſit, & propter quid res ſit, in eadem diſciplina eſt: quia, licet ſciẽtia, quod res ſit, habeat per cauſam, vt interdum habetur; Ea tamen cauſa, non eſt cauſa proxima, ſed remota. At ſcientia propter quid comparatur per cauſam proximam, & immediatam. Hoc diſcrimen, & quæ ſequuntur, enucleatius a nobis in quæſt. explicanda erunt.

Secundũ.

c *Alio verò.*] Alterum diſcrimen eſt, quia ſcientia, quod res ſit, eſto, acquiratur per præmiſſas immediatas, vt nonnunquam ſolet, non tamẽ acquiritur per præmiſſas, quæ contineant cauſam, ſed effectum, qui cum cauſa reciprocatur. Admonet verò, nihil obſtare, quo minus aliquando effectus reciprocus cum cauſa ſit notior, id eſt, clarius, & euidentius à nobis percipiatur, quam cauſa ipſa. Quo in euentu licebit cauſam per effectum demonſtrare.

d *Veluti vagas*] Subijcit exemplũ demonſtrationis, qua oſtenditur cauſa per effectum ſenſu, & inductione notiore, nimirum, cum probamus, ſtellas errantes, ſeu planetas, propius à terra ferri, quia non ſcintillant. Quæcunque non ſcintillant: propius à terra feruntur: ſtellæ errantes non ſcintillant, ergo propiùs à terra feruntur. Addit, poſſe viciſſim oſtendi, ſtellas errantes non micare, quia ſunt propè nos: quæ demõſtratio erit propter quid, non enim iam cauſa per effectum, vt paulò ante; ſed effectus per cauſam demonſtrabitur hoc modo. Quæcunque aſtra propè nos ſunt, non micant, ſed ſtellę errãtes propè nos ſunt, ergo non micãt. De vera, & germana cauſa ſcintillationis ſtellarum, & num aliquis etiã è planetis ſcintillet, expoſuimus lib. 2. de cœlo, cap. 8. q. 1. art. 1.

e *Rurſus, ſit, vt luna per accretiones demonſtretur eſſe rotunda: quemadmodum quidam demonſtrant: nam ſi rotundum eſt id omne, quod ſic accreſcit, luna autem ſic accreſcit, perſpicuum eſt, lunam eſſe rotundam. Atq; hoc quidem modo ea facta eſt ratiocinatio, qua ipſum eſſe oſtenditur. At ſi medium contraponatur, extruetur ipſius propter quid eſt ratiocinatio: non enim ob accretiones talis rotunda eſt luna: ſed quia eſt figuræ rotundæ, ideò talia ſuſcipit incrementa. Atque ſit pro C, luna, rotundum pro B: ſit accreſcere ponatur pro A.*

f *In quibus autẽ ipſa media non conuertuntur, & eſt id notius, quod non eſt cauſa, oſtenditur quidẽ eſſe, ipſum autem propter quid eſt, non demonſtratur.*

g *Præterea in his, quibus medium*

e *Rursus sit.*] Alterum exemplum superiori simile. Si quis demonstret, Lunam obtinere figuram rotundã, quia in orbe accrescit, erit demonstrario, quod est, si è conuerso demonstret, Lunam accrescere in orbẽ, quia formam globosam sibi vendicat: erit demonstratio propter quid. Nam prior procedit ex effectu; posterior ex causa. Non enim propterea, quod Luna secundum effigiem rotundam incrementa accipit, ideò suopte ingenio globosa est: sed contra; quia ex se postulat figuram globosam, iccirco recipit incrementa secundum formam rotundam.

f *In quibus autem.*] Agit de demõstrationibus, quod res sit, quæ neque procedunt per veros effectus, neque per veram causam: sed vel per effectum causæ remotæ, vel per ipsammet remotam causam. Ac primum docet, cum effectus etiam notior, quam causa, non recurrit cum eo, quod demonstratur (id verò est esse effectum causę remotæ) tunc esse demonstrationem, quod est: sed non posse vicissim ostendi de eodem subiecto demonstratione propter quid effectum per causam: cum causa latius pateat effectu. Vt, si quis ita disputet; omne respirans est animal: omnis homo respirat; ergo omnis homo est animal; est demonstratio quod est; sed non poterit rursus demonstrari, hominem respirare, quod sit animal, quasi per causam; oporteret enim sic ratiocinationem conficere: omne animal respirat; omnis homo est animal; igitur omnis homo respirat. At maior propositio huius syllogismi falsa est; siquidem animal latius funditur, quam respirans: respiratio enim solis conuenit animantibus, non tamen omnibus.

Demonstrationes per causã latius patentem.

g *Praterea in his*] Asserit, demonstrationes, quæ procedunt per causam non propriam, sed latius patentem, non esse demonstrationes propter quid; sed quia, vt, omne respirãs est animal; nullus lapis est animal; ergo nullus lapis respirat. Etenim, licet procedant per id, quod aliquo modo causa est, non tamen continẽt pro-

extra ponitur: etenim in his ipsius est ipsis esse, & non ipsius propter quid est demonstratio: non enim dicit causam, veluti propter quid paries nõ respirat, quia non animal est: nam si hoc non respirandi causa est, oportebat animal respirandi causam esse: cum si negatio causæ est non essendi, affirmatio causa est essendi, vt si calidorum ac frigidorum intemperatio sanitatem non habendi causa est: eorundem temperatio sanitatem habendi causa est. Pari quoque modo, si affirmatio essendi causa est. Ad hæc autem, quæ hoc pacto sunt assignata, non accommodatur id, quod est dictum: non enim animal omne respirat.

h *Atque ratiocinatio causa talis in medio sit figura, namque sit animal: B respirare paries C. Igitur ipsum A, cuilibet quidem B, competit: omne namque quod respirat, animal est. Nulli autem inest C: quare neque B, cuipiam competit C, paries igitur non respirat.*

i *Tales verò causa similes sunt hisce, quæ per exsperationem dicuntur. Hoc autem est medium id dicere, quod superat causam. Cuius generis est Anacharsidis illud. In Scythia modulatrices non sunt, nam neque vites.*

K *In eadem igitur scientia, & in mediorum positione, ha sunt ratiocinationis ipsius esse, ad ipsius, propter quid est, ratiocinationem, differentia.*

l *Alio verò modo differunt esse, & propter quid est, quod per aliam atque aliam verumque considerantur: tales autem sunt ea, quæ ita sese habent, vt altera sub altera colligatur.*

m *Vt ad Geometriam Perspectiua & ad solidorum scientiam machinarum facultas exornandarum, & ad Arithmeticam Musica, & ad Astrologiam sese habet earum scientia, quæ apparent. Atque harum nonnulla scientiarum nominationẽ ferè conueniunt, cum Astrologia est & ipsa Mathematica, & nauigandi scientia: & Musica ea est, quæ Mathematica: & quæ animum oblectat. Hic enim ipsum quidem esse ad eos pertinet scire: qui sensu vtuntur: ipsum autem propter quid est, ad Mathematicos ipsos.*

n *His namque causarum demonstrationes habent, & persæpe nescimus ipsum esse,*

propriam, veramque cauſam, vt liquet in propoſito exemplo. Nam ſi non eſſe animal, inquit Ariſtot. eſſet ſimpliciter cauſa, cur paries non reſpirat, oporteret animal eſſe cauſam reſpirandi: ſiquidem, quoties negatio eſt cauſa negationis, affirmatio eſt cauſa affirmationis, & contra. Quòd verò eſſe animal non ſit abſolutè cauſa reſpirandi, manifeſtum eſt; cum multa animalia non reſpirent.

Hic aduerte, demonſtrationes, quę procedunt per cauſam latius patentem, vocari ab Ariſt. demonſtrationes, in quibus medium extra ponitur, quia eſſe, vt interpretatur Alexand. fiunt in ſecunda figura, in qua medium ſemper eſt prædicatũ, proindeque extra ipſa extrema conſtituitur. Poteſt quoque dici medium in ijs demonſtrationibus extra poni, quia latius patet effectu, qui per talem cauſam demonſtratur. Aduerte, quoque effatum illud, ſi negatio eſt cauſa negationis, affirmatio eſt cauſa affirmationis, & è conuerſo, Explicatio effati Ariſt.

eſſe; quemadmodum ij, qui contemplantur ipſum vniuerſale nonnulla ſingularium, quia non animaduertunt, ſæpenumerò neſciunt. Hæ autem ſunt, quæ formis ipſis vtuntur, quæ quidem ſunt alia quædam, ſubſtantiaque diuerſa, Mathematica namque ſcientia circa formas ſunt, de nullo enim ſubiecto dicuntur: nam etſi Geometrica ipſa ſunt in ſubiecto, non tamen, vt in ſubiecto ſunt, Geometricæ conſiderationi ſubijciuntur.

o *Vt autem Perſpectiua ſeſe habet ad Geometricam, ſic alia ſeſe habet ad perſpectiuam, veluti de iride: nam ipſum quidem eſſe ad naturalem pertinet ſcire: ipſum autem propter quid eſt, ipſius eſt perſpectiui, aut ſimpliciter, aut eius, qui complectitur Mathematicam.*

p *Complures etiam ſcientiarum, quæ non ſunt ita diſpoſitæ, vt altera ſub altera ſit collocata: pari modo ſe habent: vt Medicina atque Geometria. Nam ſcire vulnerum ea, quę orbis ſubeunt formam, tardius ceteris curari, ad Medicum ſpectat: propter quid autem, ad Geometram.*

CAP.

intelligi debere de cauſa proprijſſimè, cuiuſmodi eſt ea duntaxat, quæ reciprocatur cum ſuo effectu. Quo fit, vt non cenſeatur hoc loco cauſa ea, quæ latius extenditur ſuo effectu, vt animal comparatione reſpirationis: nec etiam, quæ minus latè patet, vt homo reſpectu nutribilis, quanquam hæc à ratione cauſæ minus recedit, quam illa; propterea, quod hæc propriam & reciprocam cauſam in ſe includi. Homo enim continet in ſe viuens, quod eſt cauſa propria & reciproca nutribilis. Cauſa verò, quæ latius funditur, quam effectus, non in ſe, ſed ſub ſe cohibet cauſam propriam, & quæ cum effectu recurrit.

h *Atque ratiocinatio.*] Admonet, prædictas demonſtrationes, quæ procedunt per cauſam remotam, confici in ſecunda figura, vt ſi A. ſit animal: B. verò reſpirare, & C paries, ſic fiet demonſtratione B. eſt A, id eſt, omne reſpirans eſt animal, & nullum C. eſt A, id eſt nullus paries eſt animal: ergo nullum C. eſt B, id eſt nullus paries reſpirat.

Anacharſidis lepidũ dictũ.

i *Tales verò.*] Cauſas remotas ſimiles eſſe inquit ijs, quæ per hyperbolem, & exuperationem aſſignari ſolent: cuiuſmodi eſt ea, quam Anacharſis Philoſoph. natione Scytha Athenis reddidit. Rogatus enim, an in Scythia modulatrices, ſeu tibicines eſſent, reſpondit, nec vites quidem; quæ cauſa admodum remota erat. Nam modulandi cauſam proximam volebat eſſe vinum; vini autem cauſa vites ſunt. Itaque remotam cauſam loco proximæ attulit.

K *In eadem igitur.*] Colligit, traditum eſſe à ſe diſcrimen inter demonſtrationem quod eſt, & propter quid eſt, cum pertinent ad eandem ſcientiam, & qua ratione diſtinguantur, ſecundum mediorum poſitionem, ſeu penes media, ex quibus procedunt.

l *Alio verò modo.*] Hæc eſt poſterior capitis pars, in qua exponit, quo pacto inter ſe differant, ſcire propter quid res ſit, & quod res ſit in diuerſis ſcientijs;

Scire quod res sit, & propter quid sit, quomodo se habeãt in diuersis scientijs.

scientijs: primò quidem in subalternantibus,& subalternatis;deinde in ijs, quarum neutra sub altera collocatur. Ait ergo, scire propter quid pertinere ad subalternantem, quæ in causarum contemplatione versatur: scire autem quid res sit, spectare ad subalternatam, quæ magis in experientia sensuum,quàm in causarum notitia incumbit.

m *Vt ad Geometriam.*] Proponit varia exempla scientiarum subalternantium,& subalternatarum;Geometriæ,quatenus considerat lineam, subalternatur Perspectiua, quæ agit de linea visuali; Stereometriæ, quæ considerat solida, seu corpora; subalternatur ars machinarum extruendarum: Arithmeticæ,quæ contemplatur numeros, subalternatur Musica, quæ agit de numero sonoro: Astrologiæ, quæ corporum cœlestium motus per principia Mathematica expendit, subalternatur Nautica, prout nititur tempestates futuras prænoscere. Monet autem Aristoteles, ex scientijs, quæ tractant ipsum propter quid, & quia, nonnullas inter se nomine, & ferè ratione,id est,non solum nomine, sed etiam obiecto, quod pertractant, conuenire: sicut verbi gratia, nomen Astrologiæ solet accommodari non solum ad significandam eam partem Mathematicæ, quæ propriè Astrologia dicitur, sed etiam ad designandam Nauticam, quæ illi subalternatur, & vtraque circa stellarum siderumque ortus, & congressus suo modo occupatur.

n *Hi namque causarum.*] Ad subalternantes scientias pertinere inquit ipsum, quod quid est, licet per experientiam ignorent, quod res sit: item, licet per se nesciant in particulari, vtrum res hoc, aut illo modo se habeant, quia videlicet concludant in communi, neque ad particularia descendunt, docet, quoque Mathematicas subalternantes, quæ nimirum sunt, quæ sincereque Mathematicæ, in demonstrando vti formis, id est, quantitatibus & figuris, quæ sunt diuersum quid à materia sensibili, in qua inhærent, quæque de nullo subiecto dicuntur. id est, quæ, prout à Mathematicis, nulli attribuuntur subiecto, quanquam re vera in subiecto insint. De hac re pluribus diximus in procemio Physico.

o *Vt autem Perspectiua.*] Sicuti Perspectiua subalternatur Geometriæ, ita scientiam de Iride subalternatam esse inquit Perspectiuæ; scire enim de Iride, quod est, ad Physiologiam spectat, propter quid autem ad Perspectiuam, vel ad Geometriam, cuius principijs nititur Perspectiua.

p *Complures autem.*] Docet, quo pacto differant ipsum propter quid, & Quia in scientijs ita diuersis, vt vna non collocetur sub altera. atque, in his etiam interdum vnam demonstrare propter quid illud ipsum, quod altera ostendit demonstratione Quia. Chirurgus enim ostendit, vulnus circulare tardius sanari, quia id colligit experimento; Geometra verò eius rei causam in communi tenet; videlicet, quia partes circuli maximè distant: Inde est enim, quod partes vulneris circularem curam habentis difficilè coeunt, ac serò obducunt cicatricem.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESTIO I.

Vtrum bene diuidatur Demonſtratio in demonſtrationem, Quia, & propter quid.

ARTICVLVS I.

Agitatur quæſtio pro parte negatiua.

Prima ſententia commentatoris addit demonſtrationẽ ſimpliciter.

COmmentator initio Phyſ. & li. 2. text. 22. Tertium addit membrum huic diuiſioni; demonſtrationem, ſcilicet, ſimpliciter: vocat demonſtrationem ſimpliciter eam, quę ſimul oſtendit, rem eſſe, & propter quid eſt; quam conſtat diuerſam eſſe à demõſtratione Quia; ſiquidem hęc ſolum oſtendit rem eſſe; & à demonſtratione, propter quid, quæ ſolum oſtendit cauſam, ob quam res eſt. Dari autem illam demõſtrationem, colligitur ex primo capite huius libri, vbi Ariſtoteles ait, non eſſe neceſſarium, cognoſcere de paſſione, quod ſit in ſubiecto: in quo euentu neceſſario per demonſtrationem cõcluditur, & paſſionem eſſe, & propter quid eſt. Secundò, demonſtratio deducẽs impoſſibile, eſt vera ac propria, vt in c. 8. viſum eſt; ſed neutro in membro continetur. Tertiò, demõſtratio per cauſam proximam, & immediatam non cognitam vt talem, non eſt, Quia, eo quod demonſtratio Quia habetur per cauſam remotam, vel per effectum, non propter quid, quoniam hæc, vt patet ex definitione ſcientiæ, debet cognoſci vt cauſa; ergo eſt alia ſpecies demonſtrationis.

Primũ argumẽtum pro hac sẽtentia. 2. argum.

Tertium.

Demõſtratio Quia nõ videtur admittenda.

Ex alio capite videntur eſſe pauciora membra. Nam demonſtratio Quia dicitur procedere per cauſam remotam, vel per effectũ; ſed vtrumque horum eſt ineptum ad demonſtrandum; ergo nulla eſt demonſtratio, Quia. Probatur minor, quo ad primam partem; ſi aliqua cauſa remota eſſet idonea ad demonſtrandũ, eſſet animal exempl. cauſ. reſpectu reſpirationis: at hæc non eſt, quoniam ex eo, quod aliquid ſit animal, non ſequitur eſſe reſpiratiuum, vt patet in piſcibus, & animalibus inſectis. Quo ad ſecundam partem oſtenditur. Præmiſſæ continentes effectum, vel ſumuntur vt demonſtratæ per cauſam, vel vt cognitæ ex terminis, vel à poſteriori per experientiam; ſi primum, demonſtratio erit propter quid, poterit enim reſolui in prima principia indemonſtrabilia. Si ſecundum, aut tertium, non erunt præmiſſæ neceſſariæ. Etenim ignorata cauſa, propter quam effectus eſt, non poteſt ipſe, vt neceſſarius cognoſci, præſertim cum experimentalis cognitio in ſe fallax, & minimè neceſſaria, vt antea diximus, neceſſariam alterius cognitionem parere non poſſit. Confirmatur ex Ariſtotele in decimo capite, vbi ait, demonſtrationem, Quia, mutatione fieri propter quid: ergò cumplurimum differunt accidentaliter; nam quæ differunt eſſentialiter, in vnum conuenire non poſſunt. Confirmatur ſecundò, quia aſſenſus genitus per demonſtrationem, Quia, non differt ſpecie ab aſſenſu demonſtrationis, propter quid; ergo nec ipſæ demonſtrationes. Conſequentia valet à ſigno; antecedens aſſeritur à Soto hic, & probatur, quia eadem met concluſio demonſtrari poteſt per cauſam propter quid; & per effectum demonſtratione, Quia, vt ſi demonſtres, hominem eſſe diſcurſiuum, quia eſt animal rationale, & quia diſcurrit. Denique prædicta diuiſio, aut eſt analogi, aut vniuoci; non analogi, quoniam demonſtratio Quia, per ſe habet vim demonſtrandi ſuam concluſionem abſque omni reſpectu, attributionevè ad aliam: non vniuoca, quoniam Ariſtoteles, hactenus nomine demonſtrationis intellexit ſolam demonſtrationem propter quid, quaſi demonſtratio, Quia, ſub eo nomine ſimpliciter non comprehenderetur.

2. Ratio. Ariſt.

3. Ratio.

Sotus.

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

Diuisionem esse adæquatam, & responsio ad priora argumenta.

Asseritur vera opinio & probatur. Alexand. Themist. Alb Mag. Philop. D. Thom.

ALexander, Themistius, Philoponus, Albertus Magnus, & D. Thomas, non solum docent, prædictam diuisionem esse adæquatam, sed eam immediatam. Vtrumque probatur. Omnis syllogismus constans propositionibus necessarijs, & euidentibus, qui dolus est demonstratio, vel omnium causam proximam conclusionis, vt talem cognitam, vel non cognitam; si primum, est propter quid, vt ex definitione secundi capitis est manifestum; si secundum, est Quia; nam demonstrationem esse Quia; nisi est, atque adeo de re euidenter, quod conclusio sit vera, nisi cum ratione illius veritatis; sed omnis syllogismus ex propositionibus necessarijs, & euidentibus, non habentibus causam, hoc præstat; est ergo demonstratio, Quia, Inter has autem demonstrationes, & demonstrationem in communi, non potest assignari aliqua species intermedia; subtus verò aliæ inferiores constitui solent. Nam Caietanus sequutus Commentatorem, dum demonstrationem propter quid, in demonstrationem propter quid potissimã, seu simpliciter: & in propter quid tantum, ob rationem superius allegatam. Plerique alij fauente Aristotele in hoc capite partiuntur demonstrationem. Quia in eam, quæ traditur per effectum, & quæ per causam remotam.

Diuisio demõstrationis ppter quid ex Caietan. Caiet. Commẽt. Arist.

Cõfutatio huius diuisionis. Caiet. Albert.

Prior Caietani subdiuisio non placet Alberto, nec alijs, & meritò; nam differentia illarum demonstrationum est accidentalis, quatenus vna supponit aliam cognitionem, qua feratur conclusio esse vera; alia verò nihil supponit; vtraque tamen infert conclusionem; quæ formaliter significat, prædicatum inesse subiecto propter talem causam. Vnde, si quis rectè consideret, facilè colliget, nullam esse demonstrationem propter quid tantum, quæ minimum solum ostendat causam, ob quam conclusio est vera, non autem ipsam conclusionem esse veram. Etenim demonstratio primo, & per se non ostendit, aliquid esse causam veritatis conclusionis, sed conclusionem esse veram obtalem causam, siue antea cognitum sit, esse veram, siue non. Quare spectare secundum se, omnis demonstratio propter quid est potissima, seu simplex demonstratio. Suadetur secundi membri vera est, & Aristotelica: dubitari tamen circa illam potuit, an sit in specie distincta accidentaliter, an essentialiter. Cui respondetur; si demonstratio capiatur abstracta ab omni materia; non solum hæc duo membra, sed demõstrationem Quia, & propter quid esse eiusdem speciei, nisi alioquin distinguantur propter varias figuras, & modos. Si autem spectentur materia, tot esse species demonstrationes, quot fuerint media essentialiter diuersa, vnde tam demonstratio Quia, & propter quid; quam duæ species demonstrationis, Quia, essentialiter differunt; quando autem censeantur media esse diuersa, patebit ex cap. 23. de diuisi. one scientiarum.

Diuisio demõstrationis Quia retinetur.

Ex hac doctrina patet, quid sit respondendum ad primum argumentum Auerr. Ad secundum dicendum est primò, diuisum huius diuisionis ex mente Philosophi esse solam demonstrationem ostensiuam, vt patet ex illius exemplis, & communi interpretum sententia. Secundò, etiam demonstrationem ducentem ad impossibile eadem partitione distribui. Tum verò, licet in hac demonstratione reperiantur illi tres processus, quos supra exposuimus; aliquando tamen ita a nobis proponitur, vt efficiatur syllogismus hypotheticus, in quo ex aliquo impossibili conclusio progrediatur à destructione consequentis ad destructionem antecedentis, in hunc modum. Si brutum esset rationale, discurreret; at non discurrit; ergo non est rationale. Et verò quando demonstratio ducens

Respõsio ad 1. arg. pro 1. ent. ad 2.

ad

Demõstratio ducens ad impossibile ad quod mẽbrũ fit reuocanda.

impossibile procedit à destructione consequentis, continens causam destructionis antecedentis, dicitur propter quid, v.g si homo non esset aptus ad capescendas disciplinas, nõ esset particeps rationis; sed est particeps rationis; ergò est aptus ad capescendas disciplinas. Cum autem destructio consequentis non continet causam destructionis antecedentis, non est demonstratio, Quia, cuiusmodi est hæc; si modò non esset rationis particeps, non esset aptus ad capescendas disciplinas: atqui est aptus; igitur est particeps rationis. Ita fit, vt nulla vera demonstratio propositum diuisionem non ingrediatur.

Ad tertiũ. Vt autem ad tertio argumento, est aduertendum, demonstrationem, vel accipi posse secundum se, vel quo ad nos, vt de propositione per se nota diximus. Si primo modo accipiatur; omnis demonstratio continens causam proximam, & immediatam secundum se, est etiam à parte rei propter quid; si verò accipiatur secundo modo, prædicta demonstratio erit, Quia; perinde enim se habet quo ad nos causa proxima, non cognita; vt proxima, atque causa remota. Si roges, qualis dicenda sit absolutè illius modi demonstratio: respondeo, vocandam esse, Quia, quod colligo ex Aristotele; definiens enim scientiam propter quid exigit cognitionem causæ, vt causa etiam quæ rendem simpliciter vendicet ad demonstrationem propter quid.

ARTICVLVS III.

Respondetur veteris argumentis, & expenditur qualitas prælatæ diuisionis.

Causa alia est propria, alia non propria.

PRo solutione primi argumenti eorum, quibus ostenditur, nullam esse demonstrationem, Quia, est notandum, duplicem esse causam; alteram propriam, alteram impropriam. Propria est, quæ cum effectu reciprocatur; quæ rursum vel est proxima, & immediata, vt essentia respectu primæ passionis; vel remota, & mediata, vt eadem essentia, respectu secundæ passionis; mediat enim prima. Causa non propria est, quæ cum effectu non recurrit; inter quam proinde, & effectum semper mediat causa propria. Hæc duplex est, altera, quæ sub se continet proximam, huiusmodi est animal comparatione respirationis; sub animali enim est animal habens pulmones, à quo proximè oritur respiratio; altera verò, quæ continetur sub propria causa, vt homo qui essentialiter collocatur sub animali, quod est proxima sentiendi causa. Dubitatio ergo est; prætermissa causa propria, & proxima, de qua constat esse medium demonstrationis propter quid; quam causam appellat Aristoteles remotam, & medium demonstrationis, Quia.

Proponit quorũdam solutio ad 1. arg. pro 2. sentẽtia.

Plerique argumẽto pressi docent, solam causam propriam remotam, aut impropriam, minus latè patentem esse aptas ad huiusmodi demonstrationem, quoniam ex his tantum fit necessaria consequentia ad effectum, vt patet; vbicunque enim datur essentia, detur secunda proprietas, & vbicunque est homo, est vis sentiendi, quod non accidit in causa remota latius patente, vt in argumento probè ostenditur.

Solutio improbatur.

Verùm hæc solutio in primis repugnat Aristoteli, qui in exempla causæ remotæ accommodatæ ad demonstrationem Quia, adduxit animal respectu respirationis, & subiunxit, has causas similes esse iis, quæ sunt per excessum, id est, quæ latius patent. Deinde causa minus latè patens simpliciter est propter quid, quãuis passio non sit reciproca cum tali causa, & consequenter non efficiat propositionem de vniuersali, qualem Aristoteles in 6. & 7. capite requirit ad propriissimam scientiam. Nihilominus hæc propositio est simpliciter scientifica, quoniam homo, secundum ea, quæ formaliter dicit, est causa necessaria sensitiui, & ignis caloris, & sic in ceteris. Quamuis ignorandum nõ sit, eas causas non esse sumendas in demonstratione secundum speciales

Aristo.

rationes, sed secundum totum, quod dicunt; sic enim formaliter in se habent causam passionis, alioquin erit sophisticus syllogismus, vt docuit Aristoteles in c. 5. quia assignabitur non causa pro causa. Iam verò causa propria remota secundum se apta est ad demonstrandum propter quid, si propositiones ordinate deducantur, licet accepta ad probãdum passionẽ remotã, non per mediam solum constituat demonstrationẽ Quia, de qua tamen loquutus non est Aristoteles.

Solutio ad 1. partem arg.

Dicendum igitur est, iuxta mẽtem Aristotelis, causam remotam hoc loco dici causam latius patentem effectus vt docet D. Thomas, Aegidius, Venetus, & Flandria, q. 29. art. 1. absolutè verò loquendo, non eam solã inseruire ad demõstrationem, Quia; sed etiam causam remotam, reccurrentem cum effectu, inter quas hoc est discrimen; quod secũda potest inferre conclusionem affirmatiuam in prima figura. vt, si quis ita procedat; omne animal rationale est risibile; homo est animal rationale, ergo est risibilis; ponimus, risibile non esse primam passionem. Prima verò solũ infert negatiuam in secunda figura, vt in hoc capite docuit Aristoteles. Ex quo patet, ad primam partẽ propositi argumenti, concedendum esse, animal esse veram causam requisitam ad demonstrationem Quia, in qua non ostendatur, quid sit respiratiuum, sed quid respirandi vim non habeat, hoc modo; Omne respiratiuum est animal, paries non est animal; ergo paries nõ est respiratiuus.

D. Thom. Aegid. Venetus. Flandria. Arist.

Ad 2. partem.

Ad secundam partem eiusdem argumenti concedimus, præmissas continentes effectum non cognosci per demonstrationem, vt benè probat argumentũ, sed duobus postremis modis simul iunctis, ex terminis scilicet, & experiẽtia; sunt enim aliquæ propositiones mediatæ, quæ habent aliquam euidẽtiam terminorum, licet non tantam, nec tam nobilem, quàm propositiones immediatæ, & per se notæ; in has igitur si intellectus experientia adiutus intẽdat, etsi causam ignoret, videt, esse necessariò veras, quoniam aliquo imperfecto modo videt naturas extremorum sibi se vendicare: huiusmodi erunt homo est risibilis; animal est sensitiuũ. Quod tunc fit, (inquit Auerroes in q. 15. Logicæ) cum intellectus videt aliquod prædicatum inesse perpetuò omnibus individuis alicuius speciei, & non alijs; nam quod natura perpetuò, & inuariabiliter facit, signum est esse necessarium. Nec verò experientia adeò est fallax, vt, si multis constet, non possit iuuare ad cognoscendam propositionem necessariam accedente lumine intellectus. Ad primam confirmationem respondetur; Aristotelem non significare, eandem demonstrationẽ constantem eisdem præmissis, ex Quia fieri propter quid, sed mutata conclusione in alteram præmissam, quod fiet, cum demonstratio Quia per effectum probauerit causam, tunc enim accepta eandem causa pro antecedente demonstrabitur propter quid effectus, qui in demonstratione Quia erat antecedens. Quod est intelligendum de propositionibus obiectiuis: nam formales necessariò sunt diuersæ in vtraque demonstratione, vt in tertio capite diximus. Ad secundam negandum est, assensus demonstrationis Quia & propter quid, non esse diuersos, esto, propositio materialiter sit eadem. sufficit enim ad diuersos assensus distinctio formalis in eadem propositione, quę sumitur ex diuersis medijs contentis in vtraque demonstratione; licet ergo assensus nõ differant ex eo precisè, quod producantur à diuersis causis, quatenus sunt efficientes, vt probat Soto; abundè tamen differunt per easdem, vt sunt causæ formales externæ ratione diuersorum mediorum.

Auerr.

Confirmatio arg. 2. diluitur.

2. Cõfirm.

Circa vltimum argumentum, & qualitatem huius diuisionis, est grauis contentio; quidã enim existimãt, esse generis vniuoci in duas species. Primò ob rationem ibi assignatam, quam videntur confirmare Auerroes de Demonstratione, q. 6. & 1. Physicorum textu 2. & sequentibus. Ammonius 2. libro de anima, textu 31. &

Opinio existimantiũ diuisionẽ esse vniuocam. Probatur 1. Auerr. Ammon. Caiet. Fland.

Caiet. Fland. 71. & 34. Caietan. cap. 13. sequenti, Flandria quæst. 29. artic. 3. qui existimat, demonstrationem. Quia, simpliciter esse demonstrationem; quod autem simpliciter est tale, non conuenit analogicè cum alio. Secundò ita diuiditur demonstratio, vt scientia; sed scientia vniuocè diuiditur in Quia, & propter quid; ergo & demonstratio. Maior est certa: quoniam demonstratio est proprium instrumentum scientiæ, ab eaq. accipit denominationem; quare quotuplex, & qualis fuerit scientia, talis erit demonstratio: & hæc est communis Autorum sententia, partitionem hanc demonstrationis partitioni scientiæ respondere. Minor probatur Scientia in communi est cognitio certa, & euidens, sed hæc ratio vniuocè communicatur scientiæ Quia, & propter quid; nam scientia Quia expellit ab intellectu omnem formidinem, & habet aliquam terminorum euidentiam, licet non tam perfectam, quàm scientia propter quid. Id verò ad partitionem vniuocam necessarium non est, vt videre est in homine, & belua, dum cõmune animal participãt.

2. Probat.

Demõstrationis diuisio est analoga p proportionem.

Etsi proposita sententia non sit improbabilis; magis tamen consentaneum est Aristoteli, & veritati, præfatam diuisionem esse analogam secundum proportionem: primum ostenditur ea ratione, quæ in argumento tangitur, nimirum, Aristotelem, dum agit de demonstratione, nihil distinguendo, solam propter quid explicare, & reliquam appellare demonstrationem à signo, hoc est, cum addito. Et Auicenna, vt Auicen. Auerroes in locis citatis refert, Themistius, & Alexander ad textum 34. Auerr. Themist. Alexand. dicunt, demonstrationem Quia non esse simpliciter demonstrationem. Et Diuus Gregorius Nazianzenus Gregor. Nazian. oratione 34. ratiocinationem ab effectu ad causam vocauit coniecturam. Vnde secundum sic probatur. Demonstratio, Quia, est imperfectissima, & non reddit intellectum quietum de notitia rei, ergo nõ participat perfectè rationem demõstrationis. Consequentia est bona: quoniam demonstratio est inuenta ad pacandum intellectum circa cognitionem rerum, quas ex terminis nõ videt. Antecedens probatur: intellectus inquisitio non sistit, nisi cognita re, vt est in se, quod demonstratio, Quia, præstare non potest, cum rem verè dependentem non ostendat, quatenus dependens est, siquidem eam per causam non probat. Deinde scientia, Quia, analogicè tantũ conuenit cum scientia propter quid; ergo & demonstratio cum demonstratione: consequentia est optima, & ab Aduersarijs probata. Antecedens probatur; certitudo, & euidentia scientiæ, Quia, non sunt perfectę, & absolutæ, sed secundum quid: nam perfecta euidentia ostendit rem, vt est, certitudo etiam absoluta, non solum tollit formidinem ab intellectu in assentiendo, (id enim iuxta quorundam sententiam efficit opinatiua cognitio) sed virtualiter ostẽdit, oppositum illius repugnare; at neq; euidentia scientiæ, quia ostendit rẽ, vt est, cum omninò nõ exprimat, an veritas sit mediata, vel immediata; nec certitudo ita firmat intellectũ, vt oppositũ omninò respuat, siquidem immobilitatem illius veritatis non monstrat. Non sunt igitur perfectè certitudo, & euidentia scientię, Quia, & consequenter ipsa secundũ quid tantum, & analogicè est scientia, quod contendebamus.

Scientia Quia, & propter q.d analogicè cõueniũt.

Ex quibus patet ad rationẽ in oppositũ proximè factã negandũ esse, scientiã Quia, habere certitudinẽ, & euidẽtiã simpliciter; solum.n. habet per quandã similitudinẽ, ita, vt quidã dicant certitudinẽ, & euidentiam scientiæ Quia, solũ addere super cõmunẽ certitudinem, & euidentiã in cõi negationẽ perfectionis. Et Auicenna apud Auerr. 1. Poster. comm. 95. & in quęstionibus Logicis, q. 15. non sufficere ad efficiendam propositionem necessariam, præsertim, quando demonstratio est ab effectu. Ad probationem inter argumentandum dictum est, nõ sufficere quolibet modo expellere formidinẽ

Respõ. ad rationem pro sent. Auerr.

Solu. arg. vlt. 1. art.

ab intellectu. Ad rationem in verò in primo articulo vltimo loco positam dicimus, esse diuisionem analogi per proportionem, ob rationem ibi tactam. Quidquid dicant aliqui Recentiores.

QVÆSTIO II.

Vtrum ad scientiam subalternatam spectet scire, Quia, ad subalternantem, propter quid.

ARTICVLVS I.

Quæ scientia dicatur subalternans, quæ subalternata.

CErtum est, his vocabulis indicari apud Philosophos connexionem, & dependentiam inter aliquas scientias penes euidentiam, & certitudinem; ita vt ea sit subalternans, à qua alia dependet; subalternata verò illa, quæ dependet ab alia, eamque præsupponit. Cum autem scientia tria respiciat, finem, principia, & subiectum, ratione cuiuslibet horum, vel omnium simul potest alteri subijci, seu subalternari. Ratione finis ea scientia dicitur alteri subalternata, cuius finis, est aliquo modo sub fine illius: quo pacto ars conficiendi frena, subalternatur equestri, & hæc militari; nam finis primæ dirigitur ad finem secundæ; & finis secundæ ad finem tertiæ, vt patet consideranti. Ratione principiorum, subalternatur alteri scientiæ ea, cuius principia sunt conclusiones in altera demõstratæ; hoc modo subijcitur Medicina Philosophiæ naturali, quoniam omnia illius principia in hac demonstrari possunt. Ratione subiecti subalternatur ea, cuius subiectum sub subiecto alterius collocatur; quod dupliciter fit, vt notat D. Tho. hic, lect. 35. & opusc. 42. capit. 14. & Hæru. 6. q. prologi: primò, quando subiectũ subalternantis contrahitur à subiecto subalternatæ per differentiam accidentariam, vt numerus subiectum Arithmeticæ à numero sonoro, qui est subiectum Musicæ: secundò, quando contrahitur per differentiam essentialem, quo modo cœleste corpus subiectum scientiæ de mundo contrahit corpus mobile; quod est subiectum Physicæ auscultationis.

Triplicíter scíétia potest esse subalternata.

Duplex est mod⁹ subalternationis rõne subiecti. D. Thom. Heruæ.

Porrò ex tribus hisce modis subalternationum tertius dumtaxat constituit scientiam subalternatam, non in tota sua latitudine, sed cum subiecti contractio fit per differẽtiam accidentariam, vt docent D. Thom. & Hæru. citati. Bonauentura 2. q. prologi; alijque communiter. Ratio, cur sola ratione subiecti efficiat subalternationem simpliciter, est, quoniã subalternatio non est aliud, quam subordinatio, & dependentia in euidentia: hæc autem tunc est maxima, quando fit ratione illius, quod in scientia est præcipuum, & fons totius euidentiæ, ac veritatis, quod omnium consensu est subiectum. Cur autem fiat ex sola subiectione accidentaria, hæc est causa. Ad subalternationem duo requiruntur; primum, vt scientia subalternata, & subalternans sint duæ distinctæ; nihil enim sibi ipsi subijci, subordinariuè dicitur. Secundum, vt aliquo modo conueniant aliàs non erit vlla causa, cur hanc denominationem sortiantur magis hæ scientiæ, quam aliæ. Vtrumque autem debent habere ratione subiecti: probabimus enim in cap. 23. & latius in 6. Metaph. vnitatem, & distinctionem scientiarum præcipuè desumi ex subiecto. At essentialis contractio, vt non efficit diuersum subiectum (species namque, & genus idem sunt, & plerumque eandem subeunt abstractionem.) ita non causat distinctam scientiam. Accidentaria verò, quia non relinquit subiectum tam idem, quam sunt animal, & homo; nec tam diuersum, quin aliquo modo sit idem, cum accidentaria diuisio non sit intrinseca, sed extrinseca: ideò scientiam efficit partim conuenientem, partim diuersam; Subalternatio subiecti scientiã efficit simpliciter subalternatam.

Digitized by Google

pantem; atque adeo verè ſubalternatam.

Ad perfectam ſubalternationem duæ requiruntur conditiones.

In hac perfecta ſubalternatione obſeruat Magn. Albertus hoc loco, tres eſſe conditiones, quæ ex dictis colliguntur, & ad duas reuocari poſſunt. Prima eſt, vt ſubiectum ſubalternatæ collocetur in recto ſub ſubiecto ſubalternantis, ita vt hoc de illo in quid prædicetur, vt prædicatur numerus de numero ſonoro. Defectu huius conditionis Chirurgia nō ſubalternatur Geometriæ, quantumuis ab ea principium aliquod mutuetur, quoniam corpus ſanandum non continetur prædicto modo ſub plano. Secunda, vt differentia contrahens non pertineat per ſe ad illud genus, ſed per accidens, hoc eſt, ne ſit differentia per ſe eſſentialis; cuius defectu ſcientia de homine non ſubalternatur ſcientiæ de animali: nec ſit paſſio per ſe ab illo fluens, alioquin conſiderabitur à ſubalternante; eiuſdem quippè ſcientiæ eſt ſubiecti, & propriæ illius paſſionis contemplatio; quod eſt in cauſa, vt ſcientia de numero pari nihil differat, à ſcientia de numero. Ex eo autem, quod differentia addita ſit alterius rationis, vt ſonus reſpectu numeri, & viſuale reſpectu lineæ, fit, vt per ſe tractetur ab alia ſcientia; quando ſpecialem habet ſcibilitatem. Vnde rectè dixit Scotus in 3. quæſt. prologi, ſcientiam ſubalternatam de aliquo ente per accidens ſupponere duas tractantes per ſe de partibus illius totius ſeparatim. Diximus [quando ſpecialem habet ſcibilitatem,] quoniam ſi ex accidentariæ differentiæ ad ſubiectum alicuius ſcientiæ acceſſu noua ſcibilitas non reſulter, vt non reſultat ex eo, quod lineæ addatur nigredo, vel dulcedo; non poteſt noua ſcientia de illo coniuncto diſceptare.

1. Cōditio.

2. Cōditio.

Scot.

Subalternata eſt media inter duas ſcientias.

Ex quo vlterius ſequitur, ſubalternatā eſſe mediam inter duas, à quarum altera habet partem ſubiecti, & principia, ab altera differentiam accidentariam; cuius vnione ad ſubiectum ſubalternantis oriuntur nouæ paſſiones, quæ ad nouam ſcientiam pertinet, v. c. Perſpectiua media eſt inter Geometriam, a qua ſumit lineā principiaque demonſtrandi, & Phyſiologiam, à qua accipit viſuale.

Subiectū ſubalternatæ habet ſe vt forma.

Indicauimus hactenes, ſubiectum ſubalternantis ſe habere vt materiā in ſubiecto ſubalternatæ, & differentiam accidentariam vt formam; quo modo frequentius loquuntur Autores, non ignari à quibuſdam oppoſito modo nominari, qui cum videant ſubalternatam magis vnam eſſe cum ea, à qua habet ſubiectum, quam cū illa, à qua ſortitur differentiam, & vnire, ac diſtinguere ſit proprium formæ, appellant ſubiectum contractum formam, differentiam verò materiam; ſed dummodo conſtet, id, quod contrahitur, principem locum ſibi vendicare in ſubiecto ſubalternatæ, ſi demonſtrandi ratio ſpectetur: (nam principia demonſtrandi ſumuntur à ſubalternante, cum qua conuenit ſubalternata ratione partis ſubiecti; quæ contrahitur) ſi autem ſpectetur diſtinctio ſubalternatæ à ſubalternante, præcipuum locum habere id, quod contrahit; non eſt multum curandum, quomodo quis loquatur; nobis prior locutio videtur accommodatior, cum omne id, quod habet rationem differentiæ, eo ipſo ſibi vendicet rationem formæ. Licet in præſenti illa differentia aliquando re ipſa ſit materia reſpectu ſubiecti ſcientiæ ſubalternantis, vt videre eſt in numero ſonoro; nam ſonus eſt materia numeri, qui eſt ſubiectum ſubalternantis.

Obiectio proponitur.

Illud propoſitæ doctrinæ obſtare videtur, quod fecerimus obiectum ſciētiæ ſubalternatæ compoſitum per accidens; nam ex ſubiecto, & differentia contingente, non conſurgit ens per ſe; at Ariſtoteles 6. Metaph. c 2. docet, de ente per accidens neq; definitionem eſſe, neque ſcientiam. Ratio idem ſuadet, nam paſſio demonſtranda in ſcientia debet eſſe neceſſaria; enti verò per accidēs nequit vlla paſſio neceſſariò cōuenire, quoniam nō poteſt eſſe maior connexio paſſionis cum ſubiecto, quā partium ſubiecti inter ſe; ſupponit enim paſ-

Ariſt.

sio subiectum constitutum, cui conueniat; sed partes subiecti connectuntur contingenter, vt concedimus; ergo, &c.

Diluitur obiectio. Scientiam posse esse de composito per accidens. Scotus. D. Thom.

Huic obiectioni, si loquamur de re ipsa, absolutè negandum est, non posse esse scientiam de ente per accidens composito, vt negat Scotus, loco citato; & D. Thomas opusc. 42. c. 13. nec Aristoteles eo loco agit de hoc ente per accidens, sed de causali, videlicet, de inuentione thesauri ab ædificatore; de hoc enim non potest esse vlla certa cognitio, ratio falsum assumit, & malè probat, non posse esse maiorem connexionem passionis cum toto composito, quam partium compositi inter se; nam partes domus contingenter vniuntur, ex earum tamen vnione necessariò oritur vis ad iniurias temporis depellendas. Similiter demonstratio, vel quilibet differendi modus, non coalescit necessariò ex suis partibus: de illo tamen, cum primum constitutus est, demonstratur, vt passio necessaria vis aperiédi ignotum ex notioribus. Nec solum habemus exempla in subiectis artium, vbi ab omnibus conceduntur, sed in subiectis etiam scientiarum contemplatricium. Etenim forma & materia compositi naturalis corruptibilis non coniungitur necessariò; proprietates autem illam vnionem cõsequentes apprimè sunt necessariæ. Non erit igitur contra rationem scientiæ habere subiectum per accidens compositum, si de re ipsa contendamus. Verùm, quia non rarò dici solet à Philosophis, scientiam non esse de ente per accidens, etiam hoc modo, vt videre est apud Caietanum hic, cap. 13. & Soncin. in sexto Metaphysic. quæst. 13. & alios, dicendum est, ens ita compositum bifariam considerari posse; primò, spectando naturam vtriusque partis compositi. & earum inter se coniunctionem; secundò supposita coniunctione, attendẽdo solum ad aliquam rationem per se, sub qua illud est scibile: non repugnat enim, duo secundum se accidentaliter coniungi, & in ordinem ad aliquam passionem, vel rationem formalem, sub qua considerantur à scientia, per se coniungi, verbi gratia, parietes, & tectum per accidens vniuntur; vt verò efficiant certam figuram ad habitandum idoneam, sub qua ratione tractãtur, ab architecto per se coniunguntur. Idem est de linea visuali, de sono, & numero; quando ergo Philosophi negant, scientiam esse posse de ente per accidens, intelligunt primo modo, ita vt tractet de illo ente, vt est per accidens, non verò secundo, quo modo potest dici vnum per se.

Explicantur autores negantes scientiã esse de ente per accidens.

ARTICVLVS II.

Subalternatam scire quia, & subalternantem propter quid, ex parte principiorum.

Sẽsus quæstionis explicatur.

IN subalternata, quemadmodum in ceteris scientijs, duo sunt habituum genera, alterum principiorum, alterum cõclusionum; de vtroque potest esse dubitatio, an sit scientia, Quia, an propter quid: & quamuis vtriusque generis eadem videatur esse ratio; cum habitus conclusionis non possit, habere aliam scientiæ rationem, quam à principijs deriuatam, non idem tamen est hac in re Autorum iudicium. Quare in hoc primo articulo quærimus de principijs, quæ constat, vt plurimum esse conclusiones in subalternante demonstratas, qua notitia teneantur; & est aduertendum, huiusmodi principia haberi posse, vel ab eo, qui simul tenet scientiam subalternantem, vel ab ignaro illius; atque in priori non est dubitatio, quin cognoscantur scientia propter quid, cum deducantur per veram demonstrationem ex principijs euidentibus, & indemonstrabilibus. Tota controuersia est in eo, qui subalternantis est inscius.

Assertores prioris sẽtentiæ. D. Thom. Caiet. Syluest. Capreol.

Prima opinio est D. Thomæ super Boetium, de Trinitate quæstione secunda, art. 2. ad 5. prima part. quæst. 1. articul. 2. Caietani ibidem, Syluestri in conflatu eiusdem primæ partis, quæst. 1. articul. 11. Capreol. &

Hispal. & Hispal. in prologo sentent. quæstio. 1. Hi arbitrantur, principia scientiæ subalternatæ sola fide humana teneri, quatenus subalternatus credit, ea certa esse, & subalternante demonstrata; eadem est à simili sententia Magni Alberti in summa, tractatu secundo, quæstio. 1. & Aegidij in secunda parte prologi, articulo secundo: Cani de locis Theologicis, lib. 12. cap. 2. dum asserunt, nostram Theologiam esse veram scientiam subalternatam scientiæ Beatorum, quamuis articuli fidei, quos habet loco principiorum, fide diuina cognoscantur. Huius sententiæ præcipuum fundamentum est, ad euidentiam conclusionum satis esse, si prima principia, à quibus illæ suapte natura dependent, sit secundum se in alio scientifico euidentia, quamuis proxima sint obscura; quoniam dependentia à proximis est per accidens: remotis autem per se, vtpote in quibus est prima radix talium conclusionum. Capreol. loco citato adducit in confirmationem hoc exemplum. Multi hoc tempore sciunt conclusiones in Astrologia, quarum principia sola fide tenent: cuiusmodi est illud; cœlum crystallinum proprio motu circumagi spatio triginta sex millium annorum, quod ex sola antiquorum fide cognosci potest.

Alb. Mag.

Aegid.

Canus.

Huius opinionis fundamentū.

Confutatio huius sententiæ.

In hac sententia illud in primis displicet, quod non doceat, qua ratione scientia subalternata, sciat Quia; enimverò, si illius conclusiones comparatę ad eiusdem principia non habent euidentiam; collatæ verò cum principijs subalternātis sunt propter quid, neque secundum principia, neque secundum conclusiones scientia subalternata scit Quia. Deinde opinio ipsa est impossibilis; nā conclusio non potest habere maiorem euidentiam, quam principia, ex quibus deducitur, vt secundo capite cum Aristot. probatum est. Sed principia, vt docet, sunt ineuidentia: ergo similes erunt conclusiones, atque adeò non scientificæ: nam scientiæ omnis est euidentia. Quod respondent, illas conclusiones procedere per accidens ex principijs ineuidentibus, & immediatis: per se verò ex remotis, & euidentibus: & falsum est, & friuolum: falsum, quia artifex subalternatus assentitur suis conclusionibus præcisè propter principia proxima, cum remota ignoret: ergo quo ad illum per se pendet conclusio à principijs proximis: friuolum est, quia euidentia principij remoti, vel deriuatur in conclusionem proximè, vel remotè. Primum repugnat rationi principij remoti: quod enim immediatè influit in conclusionem, remotum non est: si detur secundum, fieri nequit, vt per medium communicetur aliquid, quod nullatenus in eo sit. Cum igitur principium proximum non participet euidentiam ex remoto, non poterit eam transmittere in conclusionem.

Confutatur responsio.

Explicatur D. Th. pro prima opin. adductus.

D. Thom.

Diuus Thomas, qui inter Autores impugnatæ sententiæ numeratus est, fortassis non est loquutus de conclusionibus scientiæ subalternatæ, quo ad scientificum subalternatum, sed secundum se; quo sensu verissimum est, eas esse propter quid; primò, & per se ob remota principia; secundò propter proxima: quantumuis enim principia ab aliquo ignorentur, secundum se continent causam conclusionis, ad quam demonstrādam vtrū applicari possint, in proximo articulo expendemus. Ad hunc sensum explicat D. Tho. Caiet. 1. par. q. 1. art. 2. Ceteri Autores sibi consulant: certè & eorum fundamentum nullum est, vt ex proximè dictis patet. Quare & negandum est, conclusiones subalternatas per accidens solū procedere ex proximis principijs, etsi ita penderent, posse participare euidentiam ex remotis stante proximorū obscuritate. Vnde sequitur, nostrā Theologiam veram scientiam nō esse, quia immediatè deducitur ex articulis fidei obscurè cognitis. Ad cōfirmationem ex Capr. dicimus, ex Greg. mox citando implicare, esse scientiam ex principijs sola fide creditis. Quare si illa principia Astrologiæ solū credantur, non parere veram scientiam.

Caiet.

Prioris sententiæ fundamētum dissoluit.

Secun-

gitized by Google

Secunda sententia Recentiorum.

Secunda grauium Recentiorum sententia est, eas propositiones, in quibus sistit subalternans, & quas subalternata dicitur accipere pro principijs, demonstrari à priori ab eadem scientia subalternata: verbi gratia hæc propositio; quod prope est, efficit maiorem angulum vitualem, quæ demonstratur in Geometria: & dicitur accipi sine probatione in Perspectiua, non ita accipitur: sed probatur à priori per illud principium Euclidis 1. lib. Elem. propositione 21. quãdo ab eadem basi protrahuntur duæ lineæ, quo prius coniunguntur, eò efficiunt maiorem angulum. Fauisse videtur huic sententiæ Aristoteles, cap. 7. textu 20. in fine, dum explicans, quæ scientia possit ostendere id, quod ad aliam pertinet, ait, Musicum, & Perspectiuum posse demonstrare, quod spectat ad Arithmeticam & Geometriam.

Impugnatio superioris sententiæ. Scot.

Hæc opinio, vt nullum Autorem habet ex antiquis, ita à nullo expressè, ab omnibus tacitè impugnatur, quorum est ea vox, quam sumit Scotus in prologo, sub quæstione tertia, in 5. quæst. laterali: subalternata incipit, vbi desinit subalternans, & verò, si subalternata demonstrat à priori conclusiones subalternantis, non video, quo modo illi subijciatur, ab eaue distinguatur: vel enim principia, per quæ demonstrat, sunt illi principia, vel mutuata à subalternante; hoc secundum dici non potest in eo, qui subalternãtis est ignarus, de quo solo disputamus. Si dicatur primum; ergo nulla veritas cognoscitur à subalternante, quæ subalternatum lateat: nullaq. erit inter eas scientias distinctio, vel subordinatio: hæc enim non sumuntur, nisi ex diuersis veritatibus cognoscibilibus in obiecto. Mitto, in hac opinione subalternatũ artificem nullo modo scire Quia, ex principijs enim propter quid cognitis deducuntur conclusiones, etiam propter quid, vt est satis manifestum. Ad locum Aristotelis respondetur: solum docuisse, in subalternantibus posse vnam scientiam demonstrare id, quod spectat ad aliam propter communicationem subiecti: nec expressit, vtra earum possit demonstrare, quod est alterius: nec forma verborum id indicat, licet primo loco ponãtur subalternatæ, tanquam eæ, quæ demonstrare possunt: ponuntur enim eo modo, quia dixerat in scientijs, quæ ponuntur vna sub alia, contingere, vt vna demonstret, quod ad aliam pertinet: & statim posuit exemplum earum, quæ ponuntur sub alijs. Fuit ergo sensus Aristotelis, veritates subalternatæ esse demonstrabiles à subalternante, quia continet illarum causas & principia.

Tertia sententia probatur.

Tertia sententia est, huiusmodi principia cognosci cognitione Quia, certa, & euidenti, de qua in proxima quæstione dictum est; ibi enim ostendimus, non solum conclusiones per discursum, sed aliquas propositiones immediatè cognosci notitia, Quia, certa, atque euidenti; ita Durandus in prima quæstione prologi, artic. 2. Duran. Gregor. art. 4. ad primum argumentum D. Thom. Heruæus ibidem, §. secundus modus. Pro eadem sententia citari potest Scotus ad tertiam quæstionem prologi, in quæstione laterali, & alij Theologi, qui idcircò negant, Theologiam nostram esse scientiam subalternatam, quia eius principia sunt ineuidentia. Ratio huius sententiæ sumitur ex Aristotele, qui in cap. 10. supponit, in scientia subalternata fieri veras demonstrationes, & solum modum, quo fiant, inuestigat. Cum igitur conclusiones non possint esse notiores principijs: si illæ per demonstrationem sciuntur cognitione, Quia; eodem modo cognoscenda sunt principia sine demonstratione. Neque in hoc est alia difficultas, quam quæ tractata est superiori quæstione, in tertio articulo de modo, quo propositiones mediatæ cognosci possunt, vt necessariæ, non per medium.

Gregor. D. Thom. Heruæus. Scotus.

Quæstionis resolutio.

Ex tota hac doctrina facilè colligitur institutum huius articuli, nimirum, principia scientiæ subalternatæ sciri Quia, ab ipsa subalternata: propter quid verò à subalternãte, & cõsequen-

sequenter veram esse hac ex parte propositionem Aristotelis: subalternatam scire Quia, & subalternantē propter quid. Dices, quoad hanc cognitionem, nullo modo pendere subalternatum à subalternante. Etenim cognitio, Quia, nullo modo pēder à cognitione, propter quid, eiusdem conclusionis: & quamuis nulla esset Arithmetica; posset Musica sua principia cognoscere, & per ea conclusiones demonstrare. Ad hanc difficultatem respondet Durādus, q. 7. prologi, num 13. dependentiam subalternatæ à subalternante non esse ex parte ipsius scientiæ, siue scientiæ formaliter sumptæ: sed ex parte obiecti, quam certum est, esse in principijs subalternatæ, cùm à parte rei sint demonstrabilia per principia subalternantis.

Obiectio.

Respōsio. Durand.

ARTICVLVS III.

Quoad conclusiones, etiam subalternatam scire Quia, & subalternantem propter quid.

BIfariam intelligi potest, subalternantem scire propter quid, & subalternatam Quia, penes conclusiones. Vno modo, si eandem conclusionem, quam subalternans demonstrat propter quid, subalternata demonstret Quia; altero si subalternans cognoscat solitariè, & non applicatè causam eius conclusionis, seu effectus, quem subalternata per sensum, & experientiam cognoscit. Hoc posito duabus conclusionibus res explicabitur.

1. Concl.

Non dicitur subalternata scire Quia, & subalternans propter quid, ex eo, quod demonstrent eandem conclusionem, altera Quia, altera, propter quid. Hanc expressit Scotus in illa quæst. 5. laterali; recipiunt omnes: probant hæ rationes. Prima, si eadem conclusio demonstraretur ab vtraque scientia, magis pertineret ad subalternantem, siquidem ab illa perfectius cognosceretur, per causā nimirum propriam; quare frustra esset subalternata, si nullam omninò conclusionem haberet sibi propriā, quam subalternans melius, & perfectius non attingat. Quorsum enim instituatur noua scientia de conclusione alterius propria. Secunda, ex oppositō sequeretur, omnem artificem subalternantem esse etiam subalternatum, quod experientiæ repugnat: nec enim omnis Geometra est perspectiuus; nec omnis Arithmeticus Musicus. Tertia; omnes conclusiones alicuius scientiæ propriæ participant illius abstractionem, vt ratio, & inductio suadent; sed conclusio subalternatæ non habet eandem abstractionem cum scientia subalternante; ergo non pertinet per se primò ad illam. Probatur minor, quia Perspectiua ratione cōditionis Physicæ, quam addit subiecto Geometriæ, est minus abstracta à materia sensibili, quam illa; & vniuersim diuersarum scientiarum diuersa sunt lumina.

Scot.

Primum argu. pro conclusione.

2. Argum.

3. Argum.

Antequam statuatur secunda conclusio, est sciendum ex Caietan. hoc loco; scire Quia, & propter quid, duobus modis accipi. Primò solitariè, quo pacto scire propter quid est cognoscere causam alicuius effectus: ita, qui tenet naturam circuli, cognoscit, propter quid vulnus circulare tardius sanetur, esto, nunquam de vulnere cogitauerit; ex natura enim circuli sequitur, vt vulnus circulare tardius curetur. Scire Quia, hoc modo est cognoscere ipsum effectum per experientiam, & sensū; nam applicata aliqua demonstratione, qua ratione Chirurgus nouit circulare vulnus ferius curari. Secundo modo scire propter quid est, cognoscere effectum per causam propriā, & proximam applicatam in demonstratione propter quid. Scire autem, Quia, est cognoscere effectum, seu conclusionem per demonstrationem ex effectu, vel causa remota; deinde est notandum, causam remotam solitariè cognitam duplicem esse, alteram, ex qua non oritur effectus, nisi contrahatur per aliquas differētias; huiusmodi est animal respectu respirationis, illius enim causa non est,

Sciētia qa. & propter quid habēt duplicem acceptionem.

1. Accept. Caiet.

2. Accept.

Causam remotam esse duplicem.

est, nisi contractum ad animal habens pulmones; alteram, ex qua non oritur effectus, nisi ponatur in certa materia; talis est natura circuli [respectu huius passionis, tardius sanari] quam non causat secundum se sumpta, vel in materia lignea, vel ærea, sed in vulnere.

Scientia Quia non requirit resolutionẽ in causam remotam primo modo.

Inter has causas hoc est discrimẽ; quod cognitio effectus non resoluitur necessariò in causam remotam primo modo, qui enim inuestigat causam respirationis; cum primum incurrit in animal habens pulmones, nõ progreditur vlterius, quamobrem diximus suprà, huiusmodi causam non inseruire ad demonstrationes, Quia, affirmatiuas. At verò in causam remotam secundo modo, oportet omninò fiat vltima resolutio effectus: si cognoscendus est propter quid, nescit enim propter quid vulnus circulare tardius sanetur, qui ignorat circuli partes magis distare inter se, quam reliquarum figurarũ. Causa huius discriminis, saltem ex parte, hæc colligi potest ex Dur. illa quæst. 7. prologi, num. 14. causa remota, quæ per contractionem causat, non habet secundum se principium sufficiens illius effectus, vel alicuius, ex quo ille sequatur, sed hoc totum accipit per differentiam contrahentem. Causa verò determinata ad certam materiam secundum se, & abstractè sumpta, habet omnes illos effectus, sub alia denominatione: vel certè, vt magis loquamur cum Durando, habet effectus, ex quibus positis in certa materia, per se sequatur ea, quę à subalternata scientia demonstratur. Exempl caus. omnes partitiones numerorum quæ positæ in vocibus efficiunt concentum, reperiuntur in numero secundum se: & omnes figuræ, anguli, & concursus linearum, qui in re visibili causant affectiones perspectiuas; conueniunt lineis secundum se, de quibus agit Geometria.

Sciẽtia pp quid exigit resolutionem in causam remotam 2. modo. Durand.

Ratio huius discriminis ex Durando.

Obiectio. Nec opponas; si effectus, quos inuestigant Perspectiua, & Arithmetica, per se nascerentur ex passionibus proprijs subiectorum subalternantium, fore, vt ab ijsdem demonstrarentur, cum nõ minus pertineat ad aliquem artificem secunda, quam prima passio per se sui subiecti. Facilè enim id refutatur dicendo, tunc secundas passiones pertinere ad sciẽtiam primarum, quando ex primis secundum se sumptis necessariò enascuntur; in re autem, de qua disputamus, non ita se habet; nam passiones Perspectiuæ; verbi gratia, non oriuntur à lineis, nisi contingenter vniantur visuali; scientia autem non tractat ea, quæ conueniunt suo subiecto dependenter à conditione contingenti.

Respõsio.

His præsuppositis est secunda cõclusio. Iuxta mẽtem Aristotelis subalternans scit propter quid, & subalternatus quia; quoniam ille tenet causam solitariè; hic effectum per experientiam. Probatur ex contextu Aristotelis, qui ita habet: Hic enim ipsum quidem esse ad eos pertinet scire, qui sensu vtuntur; ipsum autẽ propter quid, est ad Mathematicos ipsos; hi namque causarum demonstrationes habent, & persæpè nesciunt ipsum esse; quemadmodum ij, qui contemplantur ipsum vniuersale, nonnulla singularium, quia tõ animaduertunt, sæpè nesciunt; quæ verba non egent alia explicatione, quam quæ in commentario adhibita est. Probatur deinde conclusio; quo ad scire propter quid; nam supra ostendimus, subalternantem tõ descendere ad demonstrandas conclusiones subalternatas; ergo non potest intelligi de scire propter quid applicatè. Præterea subalternans nõ considerat causam in certa materia, ex qua sola effectus proximè sequitur; ergo non potest scire applicatè propter quid. De scire, Quia, non est negandum, dici etiam posse haberi à subalternata applicatè per effectum, vel remotam causam, vt ex dictis colligitur; quamuis Aristoteles non videatur de eo loquutus.

2. Concl. Arist.

Probatur ex Arist.

Probatur ratione.

Aduersus conclus. 2. argum.

Aduersum hanc cõclusionem duo opponi possunt: scire per causam remotam, vel Aristotele autore, est scire Quia; ergo, si subalternans solum

lum scit causam remotam, scit Quia,
2. Argum. & non propter quid. Secundum: conclusiones subalternatæ non demonstrantur propter quid à subalternante; ergo à subalternata, & consequenter hæc non cognoscit solum Quia, Consequentia est bona; quoniam ex conclusiones sunt demonstrabiles à priori per causam, non ab alia scientia; ergo ab aliqua ex his duabus; non à subalternante, vt diximus, ergo à subalternata. Et confirmatur: subiectum subalternatæ habet propriam essentiam, & proprias passiones ab ea fluentes, ergo habebit sua principia; definitiones nimirum essentiales, quibus eas propter quid demonstret, quæ principia nullo modo ad subalternantem spectabunt.

Dilutio primi arg. Primum dilues concedendo, scire per causam remotam applicate, esse scire quia; negando verò scire eandem causam solitariè esse scire quia; est enim propter quid illo modo, quo Aristoteles vsus est, vt ex Caietano aduertimus. Ad secundum dices cum Caietano hoc loco, eas conclusiones esse demonstrabiles; non ab vna scientia, sed à subalternata simul, & subalternante; altera enim, quasi descendendo, suppeditat principia; altera ascendendo proponit conclusionem scibilem; propter quã cognationem harum scientiarum, cum Aristoteles in cap. 7. vetuisset, vti in vna scientia principijs alterius; excipit scientias subalternatas, quas non est incommodum in demonstrando permiscri. Quocirca

Aristot.

Dilutio 2.

prædictæ demonstrationes non incongruè appellari possunt mixtæ.

Ad confirmationem eiusdem argumenti, etsi multi dent manus, respondetur iuxta doctrinam Durandi in loco proximè citato: passiones, quas demonstrat subalternata, non oriri immediatè ex ratione essentiali sui subiecti, prout distinguitur à subiecto subalternantis; sed ex aliqua passione subiecti subalternantis, adiuncta differentia accidentaria subalternatæ. Nec alio modo verum esse posset illud Scoti, & reliquorum; vbi desinit subalternans, incipit subalternata; nulla enim scientia definit in principijs, sed in passionibus: meritò ergo dix mus, passiones subalternatæ proximè nasci ex passionibus subalternantis, siquidem proxima principia, quibus demonstrantur, sunt conclusiones continentes proprietates subalternantis. Exemplis erit res planior. Perspectiua demonstrat, obiectum propè situm maius videri, cuius proximum principium non est essentia lineæ visualis; sed hæc passio lineæ demonstrata à Geometria, scilicet, duas lineas procedentes ex eadem basi, eò efficere maiorem angulum, quò propiùs coniunguntur; ex eo autem, quod res videtur maiori angulo, apparet maior. Similiter Musica demonstrat, harmoniam oriri, non ex natura numeri, & soni, sed ex certa proportione numerorum in voce; quam proportionem prius ostendit Arithmètica in numeris absolutè. Legatur Durand. eo numero 14.

Respõ ad confirmationem argum.

SVMMA CAPITVM AB XI. VSQVE AD XXII.

1. figura optima demõstrationũ forma. IN capite vndecimo, post explicatam superioribus capitibus materiam demonstrationis, docet, quænam forma demonstrationi maximè conueniat, aitque, primam figuram esse ei præ ceteris aptam, & idoneam; quia in hac sola potest concludi propositio vniuersalis affirmatiua. Præterea, in hac omnium enunciationum genera ostendi queunt; videlicet, vniuersalis affirmatiua, & vniuersa-

lis

lis negatiua; particularis affirmatiua, & particularis negatiua; esto, non omnes hi modi perfectissimæ demonstrationi obseruiant. Deinde, quia fecit propositionum mediatarum mentionem: & in prima figura non sunt propositiones solum affirmatiuæ, sed etiam negatiuæ; docet, inter negatiuas quasdam esse mediatas, quasdam immediatas. Negatiuam mediatam definit eam, cuius vel solum subiectum, vel solum prædicatur, sub aliquo superiori vniuoco continetur; vel sub diuersis, aut eodem: exemplum primi, nullus homo est qualitas: secundi; nullus homo est bellua; negatiuam verò immediatam ait esse eam, cuius neutrum extremum sub aliquo superiori essentialiter, atque vniuocè collocatur, vt nulla substantia est qualitas.

Quæ sit propositionū negatiua mediata, quæ immediata.

In capite 12. & 13. tradita iam in reliqua huius libri parte demonstrationis doctrina, agit de syllogismo pseudographo, qui demonstratiuus, quo ad effectum aduersatur; siquidem ille errorem, & ignorationem parit, hic verò scientiam. Vnde obiter innuit diuisionem ignorationis in eam, quæ dicitur puræ priuationis, & priuatiuè opponitur scientiæ: Talis est priuatio Geometriæ in homine rustico; & in eam, quæ praux affectionis vocatur, opponiturque scientiæ, positiuè, & contrariè, qualis ignoratio reperitur in illo, qui sibi persuadet contrarium alicuius propositionis, verbi gratia, Geometricæ, siue id faciat per simplicem assensum, siue argumentatione aliqua deceptus.

Ignoratio altera est puræ priuationis, altera praux affectionis.

In capite 14. docet, eum, qui abortu caret aliquo sensu, carere quoque scientia eorum rerum, quæ sub eiusmodi sensum cadunt: vt sub ortu cæcum, colorum scientia: à natiuitate surdum, scientia sonorum. Quod intellige de scientia per inuentionem parta.

In capit. 15. 16. 17. probat, non dari progressum infinitum in demonstrationibus; sed deueniendum ad aliqua prima principia immediata, quorum iam nulla sit demonstratio.

In capite 18. probat, in primis dato infimo subiecto non licere progredi in infinitum per essentialia prædicata, quia cum hæc debeant collocari in definitione, qua rei essentia explicatur; infinita verò nec colligi, nec percipi à nobis queant, sequeretur, non posse tale subiectum essentialiter definiri. Deinde vniuersim ostendit, in nullo prædicatorum genere dari infinitam progressionem, siue in prædicatis essentialibus, ob rationem proximè adductam; siue in accidentarijs, quod probat, quia cum prædicamenta sint numero finita, & in vnoquoque detur summum genus, & infimum individuū, prædicata intermedia non possunt esse infinita. Secundò, quia prædicata propositionum, ex quibus demonstratio conficitur, sunt per se primo modo, vel secundo modo; & in ijs, quæ sunt per se primo modo, non licet abire in infinitum, vt ostensum fuit: nec item in ijs, quæ sunt per se secundo modo; quia sequeretur, vni subiecto infinitas passiones inter se subordinatas conuenire, atque adeò non posse à nobis de ijs scientiam haberi, siquidem infinitum facultatem intellectus creati excedit.

In nullo prædicatorum genere datur infinita progressio.

Probat 1.

Secundò.

In capite 19. docet, quo pacto mediatæ propositiones ad immediatas reduci possint; duoque ex dictis colligit. Primum, si aliquod

pue-

Quomodo mediatæ propositiones ad immediatas reducãtur.

prædicatum conueniat duobus ſubiectis, quorum neutrum de altero dicatur, non eſſe opus, vt eorum alicui competat, per medium. Secundum, ſi inter extrema alicuius propoſitionis fuerit aliquod medium, poſſe eam propoſitionem per illud demonſtrari.

In capite 20 21 & 22. comparat inter ſe demonſtrationes. Primò quidem vniuerſalem cum particulari: Deinde affirmatiuã cum negatiua: Tum oſtenſiuam cum ea, quæ deducit ad impoſſibile, quas oſtendit partim inter ſe conuenire, partim differre.

EXPLANATIO CAPITIS XXIII.

De certitudine, & vnitate ſcientiarum.

SVMMA CAPITIS.

HOc caput in tres partes diſtributum eſt: In prima confert ſcientias inter ſe quoad certitudinem, & prioritatem: atque, eam ſcientiam eſſe alia certiorem, quæ non modò tractat quod eſt, ſed etiam cur eſt: item, quæ à materia ſenſibili magis abſtrahit: Denique quæ eſt de ſimpliciori ſubiecto. In ſecunda parte diſſerit de vnitate, docetque, eam ſcientiam eſſe vnam, quæ in vno genere ſubiecto occupatur. In tertio confert ſcientias quoad diuerſitatem, & affirmat, eas eſſe inter ſe diuerſas, quæ diſtinctis principijs vtuntur.

COMMENTARIVS.

Tribusmodis eſt vna ſciẽtia certior alia. 1. Modo.

S *Scientia autem*] Tradita ſuperioribus capitibus demõſtrationum inter ſe comparatione, accedit Ariſtoteles ad comparandas ſcientias inter ſe, & cum alijs animi habitibus. Docet igitur, tripliciter poſſe vnam ſcientiam alia certiorem, atque adeò & priorem dici. In primis, ſi non ſolum cognoſcat, quod res ſit, ſed etiam, cur ſit: id eſt, non veritatem duntaxat, ſed & eius cauſam.

2. Modo. b *Et ea quæ non eſt de ſubiecto*] Secundo modo certior eſt, inquit Ariſtoteles, ea ſcientia, quæ non eſt de ſubiecto, id eſt, quæ non verſatur circa materiam ſenſibilem, vt interpretatur Diuus Thomas, Albertus, Aegidius, & Auerroes. Illa ergo ſcientia, quæ eſt de rebus abſtractis à materia ſẽſibili, certior habetur, ac prior, quàm ea, quæ agit de rebus in materiam

D. Thom. Alb. Mag. Aegid. Auerroes.

CAPVT XXIII.

S *Scientia autem ſcientia exactior priorque eſt ea, quæ eadem & ipſius eſſe, & propter quid eſt: ſed non ea, quæ eſt ipſius eſſe, ſine ea, quæ eſt ipſius propter quid eſt.*

b *Et ea, quæ non eſt de ſubiecto, vt Arithmetica ipſa Muſica: c Et item ea, quæ eſt ex pancioribus, ea, quæ eſt ex additione, vt Arithmetica ipſa Geometria. Ex additione autem dico hoc pacto: vnitas eſt ſubſtantia poſitione vacans, punctum verò cum poſitione ſubſtantia eſt. Hoc igitur ex additione eſſe dico; d vna autem ſcientia eſt, quæ vnius eſt generis: quæ componuntur ex primis: & ſunt paries, vt affectus horum per ſe: e diuerſa verò ſcientia ſunt, quarum principia ex eiſdem non ſunt, nec ex vnius principijs principia alterius proficiſcuntur.*

f *Huius autem eſt ſignum, cum ad ea, quæ non demonſtrantur, eſt ventum: oportet enim ipſa eadem in genere eſſe,*

in

riam ſenſibilem demerſis, vt Arithmetica quæ diſputat de numero, quã Muſica, quæ de numero ſonoro. Nã, vt materia in rebus corporeis mutationum viciſſitudini maximè eſt obnoxia, ita, quæ cum illa coniunctionem habent, mutabiliora exiſtunt; quo verò ab eadẽ longius recedunt, eò minus ſunt mutabilia. Sic verò Mathematicæ certiores ſunt, quam Phyſiologia, quæ materiam ſenſibilem pertractat, & Metaphyſica, quã Mathematicæ, quia Mathematicæ, licet conſiderent res in materia ſenſibili exiſtentes, vt lineam, & triangulum, non tamen eas, vt cum tali materia ſunt coniunctæ, perpendunt. Metaphyſica verò, quia contemplatur ea, quæ non ſolum re, ſed etiam conſideratione abiuncta ſunt à materia, tàm Phyſiologia, quàm Mathematicas certitudine vincit. Quod intellige de Metaphyſica in ſe ſpectata, & ex vi, ac natura ſui ſubiecti: alioquì, prout à nobis in hoc vitæ ſtatu obtinetur, non eum obtinet gradum certitudinis, vt in proœmio Phyſicorum ex D. Thom. opuſc. 10. quæſt. vlt. artic. 1. & ex Ptolomæo in proœmio magnæ compoſitionis, alijsque Auctoribus, latè oſtendimus.

D. Thom.
Ptolom.

in quo ſunt ea, quæ ſunt demonſtranda: eſt autem & huius ſignum, cum ea, quæ demonſtrantur per ipſa, eadem in genere ſunt, atque propinqua.

g *Atque fieri poteſt, vt plures eiuſdem ſint demonſtrationes, non ſolum, ſi ex eadem ſerie medium non cohærens accipiatur, vt ſi inter A nunc C, nunc D, nunc E, medium accipiatur: ſed etiam, ſi ex diuerſa ſumatur. Sit enim, A, metuitur C, monetur, B, voluptate afficitur: verum igitur dices, ſi C, de B, & A, de D, prædicaueris: qui namque voluptate afficitur, monetur, & qui monetur, mœſtatur. Rurſum inter eoſdem terminos medium Dponatur, in quo ſit, quietem conſequitur: verum igitur idem dices, ſi A, de B, & B, de A, prædicaueris; qui namque afficitur voluptate, is quietem conſequitur, & qui quietem conſequitur, is mutatur. Quare per diuerſa media, non ex eadem ſerie ſumpta conficitur ratiocinatio: non tamen adeò diuerſa, vt neutrum dicatur de altero: neceſſe eſt enim, ambo eiuſdem ineſſe. Conſiderandum autem eſt, quot modis per cæteras quoque figuras eiuſdem ratiocinatio fieri poſſit.*

CAP.

3. Modo. e *Et item ea*] Tertio modo certior dicitur ea ſcientia, quæ eſt ex pauciori-bus, id eſt, quę agit de ſubiecto ſimpliciori, quod videlicet ad ſui cognitionem pauciora requirit. Eſt autem hæc certior, & prior, quam ea, quæ diſſerit de ſubiecto magis compoſito, quod proinde ad ſui notitiam plura exigit. Quo enim plura de vnaquaque re inueſtiganda, ac percipiẽda ſunt, eò prochiuius eſt, ac facilius in plures incidere errores, ob idque certior eſt Arithmetica, quam Geometria: nam vnitas, ex cuius multiplicatione exiſtit numerus, quem Arithmetica contemplatur, ſimplicior eſt punćto, ex cuius ductu fit linea, quæ ad Geometram pertinet. Nam punctum vendicat ſibi ſitum; atque adeo & compoſitionem in continuo; vnitas verò minimè. Appellat autem Ariſtoteles vnitatem, & punctum ſubſtantias, id eſt, naturas, ſeu formas quaſdam, vt interpretatur Albertus, vel loquitur ex dogmate Pythagoreorum, qui hæc à ſubſtantia, & eſſentia rerum, in quibus inſunt, non diſtinguebant.

Albert.
Pythag.

2. ca. pars. d *Vna autem ſcientia*] Hæc eſt altera capitis pars, in qua de ſcientiarum vnitate diſputat. Docet verò, eam dici ſcientiam vnam, quæ circa vnum genus ſubiectum verſatur: innuitque tres conditiones; quæ in ſubiecto cuiuſque ſcientiæ requiruntur. Prima eſt, vt ſit aliqua ratione vnum; ſecunda, vt conſtet ex primis, id eſt, vt pendeat ex certis quibuſdam primis principijs complexis: quo ad demonſtratiuam ſui cognitionem, ſecundum quam, videlicet, paſſiones de eo demonſtrantur: Quo ad cognitionem verò definitam, ſi eam obtinere poſſit, pendeat ex principijs incomplexis; nimirum ex materia, & forma: vel genere, & differentia, ſiquidẽ ex his coaleſcit definitio.

1. Condit.
2. Condit.

Addi-

Digitized

Addidimus, si eam obtinere possit, quia si propriè definitionem non sibi vẽ dicet, vt ens, non dicetur propriè pendere ex principijs incomplexis. Tertia conditio est, vt contineat partes subiectas, quibus conueniant passiones, quę per se secundo modo de ipso enuncientur, sicuti corpus naturale, quod cõsiderat Physicus, habet sub se, verbi gratia, animantes, & plantas; harum conditionum ratio est, quia, si quid de aliquo demonstrandum est, cum demonstratio sit quidam discursus, oportet vt ex quibusdam ad alia progrediamur: illa autem ex quibus proficiscimur, sunt principia; ad quæ tendimus, sunt passiones. Quare in subiecto cuiusque scientiæ certa principia, & passiones inueniuntur. Deinde, cum omnis demonstratio sit de vniuersalibus: consequens est, vt subiectum infra se partes cohibeat. Hunc locum paulò diuersius interpretatur Philoponus; sed ea, quam attulimus, explicatio est ad mentem Diui Thomæ, Alberti, Aegidij, & Auerrois. 3. Condit. Philop. D. Thom. Albert. Aegid. Auerr.

e *Diuersa verò*] Hæc est tertia pars capitis, in qua Aristoteles agit de distinctione scientiarum. Esset autem facilè huiusmodi distinctionem ex obiectorum diuersitate colligere, vt, quemadmodum dicta est scientia vna, quæ vnius est subiecti, ita dicantur diuersæ, quæ diuersorum sunt: consultius tamen iudicauit, eam tradere ex diuersitate principiorum, vt simul doceret, quantoperè scientiæ à principijs dependeant. Ait igitur, eas scientias esse diuersas, quæ ita sunt affectæ, vt nec vtraque pendeat ex ijsdem principijs: nec vna ex principijs alterius, quomodo se habent Geometria, & Arithmetica: non autem scientia de æquilatero, & æquicrure: nec item de æquilatero, & triangulo. Etenim principia, tùm æquilateris, tùm æquicruris pendent ex principijs trianguli, cum eius naturam in se contineant. 3. ca. pars. Quę scientiæ inter se distinguuntur.

f *Huius autem*] Distingui scientias ex diuersitate principiorum, indicio quodam ostendit. Namque in resolutione demonstrationum peruenitur ad prima principia indemonstrabilia, quę oportet esse eiusdem generis cum ijs, quę demonstrantur: quemadmodum proxima, & demonstrabilia in eodem sunt genere. Itaque necesse est, tam subiecta, quam principia, per quę passiones de subiecto ostenduntur ad idem genus pertinere, cum non liceat ab vno genere ad aliud tranfire, iuxta ea, quę cap. 7. tradita sunt. Scientiæ distinguũtur ex diuersitate principiorum.

g *Atque fieri potest*] Quia docuit, scientias ex principijs distingui, ne quis putet, nullo pacto licere in vna scientia eandem conclusionem per plura, siue media demonstrare: vt falsam hanc existimationem adimat, monet, posse eandem conclusionem ostendi, tum per media desumpta ex eadem serie non cohærentia, seu non immediatè collocata iuxta vtrumque extremũ: tùm etiam per media desumpta ex diuersa serie, id est, non coordinata inter se. Exemplum primi est in hac conclusione: homo est substantia, quæ probari potest per animal viuens, & corpus, quorum nullum immediatè iuxta vtrumque exemplum constituitur. Exemplum secundi ponit Aristoteles; sit, inquit, verbi gratia, conclusio probanda: omne, quod voluptate afficitur, mutatur: quæ potest ostendi per duo media non coordinata, nimirum per moueri, & quietem acquirere. Per primum sic concluditur; omne, quod mouetur, mutatur: sed omne, quod voluptate afficitur, mouetur; ergo omne, quod voluptate afficitur, mutatur. Per secundum hoc modo: omne quod quietem acquirit, mutatur: omne, quod voluptate afficitur, quietem acquirit: ergo omne, quod voluptate afficitur, mutatur. Addit tamen Aristoteles, hæc media, quanquam inter se non sint subordinata: non tamen adeò diuersa esse debere, vt neutrum de altero dicatur. Enimverò, cum ambo eidem competere necesse sit: poterit in tertia figura alterum de altero colligi: hoc pacto; Quicquid voluptate afficitur, mouetur; quicquid voluptate afficitur, quietem acquirit: ergo, quicquid quietem acquirit, mouetur.

QVÆSTIO VNICA.

Vtrum scientia desumat specificam vnitatem, & distinctionem ex obiecto.

ARTICVLVS I.

De vnitate, & distinctione scientiarum realis.

Explicatur sensus articuli.

QVæ ad dilucidationem huius controuersiæ requiruntur, magna ex parte tradita fuot in procemio Physicorum. Quare intricatissimam quæstionem paucis expediemus. Atque omissa vnitate, & distinctione artiũ practicarum, quã Aristoteles 1. Ethic. cap. 1. statuit ex vnitate, & distinctione finium, ad quos ordinantur, accipiendam esse. Quod ad contemplatiuas attinet; de quibus tantum in præsenti disseruit idem Aristoteles, aduertendum est, cum scientia possit sumi, vel pro totali, quæ, scilicet, totum aliquod obiectum considerat, vt Physica, aut Metaphys. vel pro partiali, quæ, videlicet, determinatam partem totalis obiecti inspicit, vt pro ea, quæ considerat, materiam esse puram potentiam, aut ens esse vnum, non quæri ab Aristotele hoc loco vnitatem, & distinctionem partialis, sed totalis scientiæ; nos ad pleniorem doctrinam, de vtraque loquemur; sed prius de totali.

Aristot.

Quoniam verò Aristoteles ad obiectum recurrit, asserens, illam scientiam esse vnam, cuius est vnum genus subiectum, illas esse plures, quarum sunt plura genera, ex alia verò parte videamus plures scientias specie distinctas circa idem obiectum versari, vt Physiologiam, & Mathematicam circa quantitatem; & plures res specie distinctas cadere sub eandem scientiam, vt entia omnia sub Metaphysicam. Est diligenter notandum, obiectum aliud esse materiale, aliud formale; materiale, est

Obiecti in formale, & materiale diuisio.

res, de qua habetur scientia, vt ens, Deus, corpus: formale dicitur à Caiet. 1. p. q. 1. art. 3. ratio formalis obiecti, diuiditurq. in rationem formalem Quæ, & rationem formalem sub qua; prima est ipsa obiecti essentia, quæ à scientia directò consideratur; hoc sensu dicimus, ens, quatenus ens, sub ratione entitatis esse obiectum formale Metaph. & Deũ, vt Deus est, Theologiæ. Secunda est scibilitas, sub qua obiectum terminat scientiam, vt abstractio à materia sensibili in rebus Mathematicis; reuelabile in rebus fidei. Eandem doctrinam habet Ferrar. 2. contra Gent. cap. 4. vbi videtur confundere primam rationem. Quæ, cum quadam tertia, cuius expressè meminit Soncinnas 6. Metaphys. q. 3. & quam Recentiores addunt duabus præcedentibus, & vocant rationem formalem per quam; estque medium, cuius gratia intellectus assentitur conclusioni. Ideircò fortasse Ferrar. non distinxit hanc rationem à prima, quia præcipuum medium demonstrandi in qualibet scientia est essentialis definitio subiecti, vt docuit Aristoteles in primo de anima, quæ re ipsa à subiecto non differt. Verum hęc ratio non est vniuersalis, quia & in Physica, & in Mathematica demõstrantur multa per media extrinseca. Meritò tamen prætermitti solet hæc ratio, per quam, ab Autoribus in inuestiganda distinctione, & vnitate totalis scientiæ, quia in tota scientia non est vnum aliquod medium in esse rei, vt est in fide, quod postea explicabitur, sub aliqua; ratione, quę reducitur ad rationem formalem sub qua.

Soncin.

Ferrar.

Cur 3. obiecti formalis ratio omittatur.

His ita explicatis est prima dubitatio, ex quo obiecto dixerit Aristoteles sumi vnitatem specificam scientiarum; materialiné, an formali? Prima sententia est, accipi ex materiali.

1. Sent.

Primò, quoniam obiectum, quod tribuit speciem scientiæ, est illud, in quod tendit ipsa scientia, sed hæc nõ tendit in scibile, qua scibile; ergo nõ accipit speciem à formali obiecto. Maior, & consequentia euidentes sunt.

1. Arg.

Digitized Google

sunt. Minor in primis asseritur ab Arist. 5. Metaph. cap. 15. vbi ex eo ostendit, scientiam non referri ad scibile, vt scibile, nec visum ad visibile, quia sequeretur, dari inanem repetitionem in explicatione scibilis, & scientiæ; dicetur enim scibile id, cuius est aliqua scientia, & rursum scientia dicetur eius, cuius est scientia. Ratione probatur; quia scientia non tendit nisi in id, quod percipit; non percipit autem ipsam scibilitatem, sicut visus omnium confessione non percipit in colore visibilitatem; habent enim se ambæ eodem modo. Secundò scibile est denominatio sumpta ex scientia; ergo non potest esse causa specificatiua scientiæ; antecedens traditur ab Aristotele eodem loco; ait enim, scibile esse relatum ad scientiam de genere eorum, quæ dicuntur, eò quod alia dicuntur ad ipsa. Consequentia patet: nam denominatio supponit iam constitutam rem, à qua sumitur; ergo si scibile dicitur à scientia, nequit per eam in sua specie constitui.

2. Argum.

Aristot.

Huius sententiæ duplex est sensus; Primus; scientias distingui ex obiecto materiali, & tot esse species scientiæ, quot sunt species rerum, quæ sciuntur; quo modo videtur asserta à D. Tho. 2. contra Gent. c. 4. vbi ita loquitur; secundum diuersa rerum genera diuersæ Philosophiæ partes inueniuntur. Idem indicatur 4. Metaph. lect. 1. à Scoto in 3 quæst. prologi in principio, vbi ait, tot esse scientias, quot rerum species, & vnitatem specificam obiecti esse vnam rationem formalem obiecti; imò videtur tradita ab ipso Philosopho 3. de anima, cap. 8. vbi scientiæ (inquit) distinguuntur, quemadmodum & res, de quibus tractant, & 6. Metaph. cap. 1. ait, speciales scientias agere de specialibus quidditatibus. Probatur hæc sententia ex doctrina Philosophi hoc loco: scientiæ differunt, quando habent diuersa principia, vt docuit Aristot. in hoc capite; sed in qualibet specifica scientia est diuersum principium; ergo diuersa scientia. Confirmatur hoc ex supra dictis in ca. 1. docuimus enim medium esse causam formalem specificatem actũ scientiæ, & consequenter habitũ, sed diuersa essentia semper est diuersum medium; tot igitur sunt scientiæ species, quot rerum species. Et hanc opinionem probat Soncin. in 6. Metaph. q. 8. quamuis non neget, distinctionẽ genericam in scientijs desumi ex obiecto formali, seu ratione sub qua.

Prior sensus huius opinionis & illius autores.

D. Thom.

Scot.

Confirmatio.

Secundus sensus eiusdem sententiæ est quorundam Recentiorum asserentium, etsi numerus scientiarum angustus sit iuxta cõe Philosophorũ placitum, rerum autem amplissimus, & multæ rerum species ab eadem scientia considerentur, nihilominus ab ipsarum rerum essentijs, & non à scibilitatibus prouenire scientiarum distinctionem, & vnitatẽ obrationes assignatas, quod similiter docent in potentijs, exemp. c. visum habere suã specificam vnitatem à colore, & lumine. Sed vt ab hoc postremo, in quo nulla est probabilitas, & nulla Philosophandi ratio, exordiamur; qua quæso ratione id, in quo nulla est vnitas, poterit eam præbere scientiæ? aut cur potius hæ res, quam aliæ considerantur simul ab hac scientia, si inter eas non est maior cõuenientia in aliqua vna ratione, quam cum alijs? Deinde in potentijs, in quibus eodem modo Philosophantur; cur magis efficiunt vnum visum in specie lumẽ, & color, quam lumen, & calor, si nulla est ratio specifica, in qua lumẽ vniatur cum colore potius, quam cũ calore; nam secundum rationem specificam æquè differt ab vtroque; sine ratione ergo; imò contra omnes Autorum rationem affruitur, vnitatem specificam scientiæ, vel potentiæ sumi ex obiectis materialibus, simpliciter multis, quatenus multa sunt, cum nec plures causæ effectiuæ producere queant vnum effectum, quin vniantur sub vna actuali ratione causandi, hoc est, sub vna actione.

Posterior sensus.

Primus sẽsus ẽt improbatur.

1. Ratio.

At nec primus sensus verus est de scientia totali; quod primò à simili demonstratur. Eadẽ potẽtia ẽt materialis, vt visus, & tactus percipit diuersas rerũ species, vt liquet, ergo nõ

erit hoc denegandum eidem ſciẽtiæ.

2. Ratio. Secundò ab incommodo; ſi cuiuslibet ſpeciei eſſet diuerſa ſcientia; cũ numerorum ſpecies ſint innumeræ, tot eſſent ſcientiæ Arithmeticæ, tot ité Geometriæ, tot Phyſiologiæ, tot Metaphyſicę, quot ſũt ſpecies quãtitatis continuæ corporis naturalis,

3. Ratio. & Angelorũ; quod inauditũ eſt. Tertiò, ex oppoſito ſequeretur, eadem de re materiali ſecundum ſpeciẽ non poſſe tractare duas ſcientias, vel potentias; ſed eadẽ quãtitas eſt obiectũ materiale Phyſicæ, & Mathematicæ, idem Deus Metaphyſicę, Theologię, & ſcientiæ Beatorum. Item vna quantitas ſpecie cognoſcitur à viſu, ſenſu communi, phãtaſia, & intellectu; igitur falſum eſt, ſcientias, & potẽtias ſpecificari ex eſſentia materialium

4. Ratio. obiectorum. Quartò, à priori diſtinctio ſcientię ſumitur ab eo, quod obiecto eſt ratio, cur ſub ſcientiã cadat, vel potentiam; ſed hoc eſt ſcibilitas, vt ex dicendis patebit, nõ entitas rei materialis, ergo à ſcibilitate ſumenda eſt diſtinctio. Mittò, hanc ſententiam apertè repugnare Ariſtoteli, vt

D. Thom. ſtatim patebit. Nec D. Thom. in ea eſt ſententia vt patet ex hoc libro ad textum 43. & 1. p. q. 1. art. 1. & 3. & 1. 2. q. 52. & loco citato contra Gent. exponitur à Ferrar. de diuerſitate rerum in eſſe formalis obiecti, non rei materialis. Quarto verò Metaph. ſolum indicat, de diuerſis ſpeciebus rerum poſſe eſſe diuerſas ſciẽtias; quod intelligendum eſt, ſi habeant diuerſas ſcibilitates. Eodem prorſus modo interpretare Ariſtotelem citatũ. Ad rationem reſpondetur, optimè in ea concludi, quamlibet concluſionẽ partialem circa vnam eſſentiã diſtingui ſpecie ab altera concluſione circa aliam propter diuerſa media; ſed non probatur, omnia illa principia, & media non conuenire adhuc ſub quadam ratione formali ſufficiente ad efficiendam totalem ſcientiam vnam ſpecie; cuiuſmodi autem ſit hæc vnitas totalis ſcientiæ, in ſecundo articulo dicemus.

Ad argumenta verò, quibus oſtendebatur ſcibilitas eſſe inepta ad ſpecificandas, & diſtinguẽdas ſcientias, & vt reſpondeamus, eſt prænotandum, ſcibile & cognoſcibile bifariam ſumi poſſe: vno modo, vt ſunt denominationes extrinſecæ à potentia, & ſcientia: altero, vt dicunt intrinſecã capacitatem terminandi ſcientiam, & immutandi potentiam, quæ in obiecto antecedit, & eſt ratio, cur à ſcientia, & potentia percipiatur, vt docet Diuus Thomas 1. part. quæſt. 13. artic. 7. ad 6. ait enim, ſcibile ſecundum rationem ſcibilis præexiſtere ſcientiæ. Idem Alenſis 1. par. q. 23. membr. 4. ar. 6. & verò hæc duplex ratio nequit in ſubiecto nõ diſtingui, cum illud ſit cauſa, vt minimũ finalis, propter quam eſt tam ſcientia, quam potentia, & terminus cognitionis, & quemadmodũ vt terminus eſt poſterius, ita vt cauſa neceſſariò eſt prius.

Scibile, & cognoſcibile bifariã ſumuntur.

D. Thom.

Quare ad primum argumentũ diſtinguenda eſt minor propoſitio, ſcilicet, ſcientiam non tendere in rationem formalem ſub qua; licet. n. non tendat, vt in obiectum quod, tendit tamen, vt in obiectum quo, id eſt, ſine quo neque tenderet in materiale, nec ab eo diſtingueretur, & in hunc ſenſum accipiẽda eſt Philoſophi auctoritas, cum videtur negare, ſcientiã tendere in ſcibile, qua ſcibile. Iã verò illa repetitio ſolum daretur, ſi nos opinaremur, ſcientiam referri ad ſcibile, vt eſt denominatio poſterior ſcientia. Ad rationem, qua probatur eadem minor, negandum eſt, rationẽ ſub qua diſtinctiuam ſcientiæ totalis, vel potentiæ percipiendam eſſe; cum idem diſtinctionis modus reperiatur in actionibus appetitus, vbi clarum eſt, rationes diſtinguendi nõ percipi à potentia. Ad ſecundum dicendum eſt, totum procedere de ſcibili, vt eſt denominatio à ſcientia, de quo proinde verum eſt, quod Philoſophus ait, vt etiam concedit Scotus in 3. diſt. 27. q. vnic. §. 1. & in d. 3. q. 3. §. Ad rationes nos verò loquimur de aptitudine, ſeu capacitate, vt res ſciatur, quam oſtendimus eſſe priorem.

Sciẽtia tẽdit in rationẽ formalem, nõ vt in obiectũ quod, ſed quo.

Capacitas in ſubiecto, vt res ſciatur, eſt prior ipſa ſcientia. Scot.

SECTIO ARTICVLI.

Decisio præcipuæ dubitationis.

CVm definitum, sit specificam vnitatem totalium scientiarum accipiendam esse non ex obiecto materiali, sed à ratione formali, sub qua, oportet explicentur duo; alterum; quæ sit huiusmodi ratio vna in specie; alterum, à quo proueniat. Atque, vt ab hoc secundo incipiamus; certum est, primariam radicem illius conditionis, seu scibilitatis esse rationem quæ; id est, essentiam obiecti, quoniam capacitas, & non repugnantia rei ad aliquem actum maximè prouenit ex illius natura; vnde Philosophus in secundo de anima cap. de visu, appellat visibilitatem proprietatem coloris: & similis ferè ratio est de scibilitate; & ita docet Scotus in 3. d. 27. q. vnic. §. 2. colligiturque ex D. Thom. opusc. 70. q. 5. art. 2. & 3. in quo sensu verum esse potest, quod docuit Soncinas suprà. Verum non sufficere solam essentiam subiecti ad constituendam adæquatè rationem, sub qua, ex eo ostenditur, quia essentia subiecti secundum se est indifferens ad terminandam hanc, vel illam scientiã, vt iam diximus, & fatetur D. Tho. opusc. citato.

Prima radix rationis formalis quę est essẽtia obiecti.

Aristot. Scot. D. Thom. D. Thom.

Quarè nonnulli existimant, hanc vnitatem rationis obiecti nasci ex dependentia, quam omnes conclusiones alicuius scientiæ habent vel inter se, vel cum ratione Quæ. Nam cum totus scientiæ labor incumbat in cognitionem subiecti, omnia, quę cognoscit, ad illud reducit aut mediatè, aut immediatè, tanquam ad primum fontem, à quo omnia originem habent. Hæc opinio in multis peccat: in primis, quia non est vniuersalis, nam vt ipsimet fatentur, & vera Theologia docet, satis est diuersum lumen, vt scientię de ijsdem veritatibus sint specie distinctæ: nam scientia per se infusa in Christo Domino erat diuersa ab infusa per accidens, solum ob diuersa lumina, cũ veritates materiales per vtramque cognitę essent eædem, & eandẽ inter se, & a subiecto dependentiam haberẽt. Item Deus, vt cognoscibilis lumine naturali, terminat, specificat, ac distinguit Metaphys. vt cognoscibilis lumine gloriæ, scientiam beatam: vt cognoscibilis per lumen reuelationis obscurum, Theologiam.

Satis est diuersũ lumẽ ad specificandas scientias de ijsdẽ quoque veritatibus.

Metaphysica scientia, beata & Theologia distinguũtur ex diuerso lumine.

Deinde dependentia non conuenit omnibus contentis sub subiecto scientiæ; non conuenit enim ipsi obiecto materiali, sed rationi. Quæ, vt patet. Demum dependentia diuersarum conclusionum inter se nõ habet vnam rationem specificam; tam variæ enim sunt dependentiæ, & tã intrinsecè diuersæ, quam ipsæ conclusiones materiales; præsertim cum ratio Quæ in plerisque non sit vna specie, sed vel genere, vel analogia; in quibus euentis conclusiones non habent omnes cõnexionem mediatam, vel immediatam cum aliqua ratione absolutè vna. Quare non sufficiet ea dependentia ad efficiendã scientiam simpliciter vnam. Quamuis ergo dici possit, hũc respectum omniũ conclusionũ ad rationem, Quæ, causare aliquam vnitatem in scientia, non videtur tamen sufficere ad specificam, quam quærimus, nec ad scientiam ab alijs distinguendam; in quo videntur errasse hi Autores; quoniã, etsi respectu omnium conclusionum ad subiectum principale causet aliquam vnitatem in scientia, non sufficit per se ad causandam distinctionem ab alijs, vt ostensum est in scientijs Christi, & in Deo, respectu Metaphysicæ, Theologiæ, & scientię beatę.

Dependentia omniũ conclusionum ad rationẽ quæ, nõ sufficit ad vnitatẽ scientiæ specificã.

Decretum ergo communibus Philosophorum suffragijs est, scibilitates ad scientiarum vnitatem, & distinctionem requisitas, ex varijs abstractionibus à materia sumendas esse; ita docuit Plato, vt patet ex Alcinoo de eius doctrina, cap. 7. Arist. 6 Metaph cap. 1 & lib. 12 cap. 6. primo de Anima, capite primo, & hoc capit. cum distinguit Arithmeticam à Geometria ex eo, quod abstrahit à quantitate continua. Idem docet hoc loco D. Tho. opusc. 10. quæst. 5. artic. 1. de virtutibus, q. 2. artic 4. & 1. 2. q. 54. art. 2. Caietan. hic, & reliqui Thomistæ, ac Recentiores vniuersim.

Vnitas vel distinctio scibilitatũ, sumẽda ex varijs abstractionibus à materia.

Plato. Arist. D. Thom. Caiet. Thomist.

Cur autem hanc communem rationem discriminandi scientias inierũt Philosophi; optimam congruentiã reddit Diuus Thomas in opusc. citato, quoniam obiectum scientiæ, vt patet ex cap. 7. huius libri, debet esse necessarium, ac perpetuum, materia verò vt omnis mutationis est parens ita corruptionis, & contingentiæ; quare omnis scientia debet vendicare sibi aliquam abstractionem sui subiecti à materia.

Duplex materia: altera sensibilis, intelligibilis altera.

Sed, vt abstractionum numerus innotescat, sciendum est, materiam esse duplicem, nimirum sensibilem, & intelligibilem: sensibilis est materia prima, altera pars compositi naturalis, non nudè sumpta, sed vt est affecta accidentibus sensibilibus: materia intelligibilis est quantitas continua, quæ ideò materia appellatur, quia, vt per materiam sensibilem insunt accidentia in toto, ita per quantitatem insunt in materia sensibili: intelligibilis autem appellatur ad distinctionem sensibilis, & quia per se ab intellectu tãtum percipitur, licet simul cum alijs qualitatibus etiam cadat sub sensum. Porrò abstractio à materia sensibili triplex est; prima à materia singulari tantum; secunda à materia sensibili etiam communi, non re, sed ratione. Tertia abstractio ab omni materia, re, & ratione. Prima conuenit entibus naturalibus, quæ etiam in communi componuntur ex materia, & constituit Physiologiam; secunda conuenit rebus mathematicis, quæ licet insint in materia sensibili, absque illa tamen considerantur, & efficit disciplinas Mathematicas. Tertia denique competit Deo, reliquisque substantijs à materia abiunctis, circa quas versatur Metaphysica. Ita fit, vt contemplatiua Philosophia in tria membra diuidatur, in Physiologiam, Mathematicã, & Metaphysicã.

Superest tamen grauis dubitatio, an prædictæ abstractiones sint species infimæ, an subalternæ; quam breuiter componemus, quia tangitur in procemio Physicorum. Igitur extra controuersiam est (si quorũdam Recentiorum conceptionem negligas) abstractionẽ à materia, re, & ratione esse speciem infimam, & consequenter Metaphysicam, quæ ab illa caulatur. Ratio est, quia inter res, quæ participant hanc abstractionem, nõ cernitur maior varietas, quam secundum magis, & minus, quæ non variat speciem. Est item certum, abstractionem ratione, & non re, quæ Mathematicam constituit, esse genus, diuidique in duas species, quarum prima abstrahit à materia sensibili, & pertinet ad Geometriam; secunda etiam à materia intelligibili, & spectat ad Arithmeticam, quæ numerorum proprietates considerat absque vllo respectu ad quantitatem continuam. Est verò hoc discrimen essentiale, quia materiæ, à quibus hæ scientiæ abstrahunt, sunt ingeniter diuersæ. Quæ diximus, intelligenda sunt de puris Mathematicis: nam sunt aliæ, quas mixtas vocant, eò quod partim naturales sint, partim Mathematicæ: cuiusmodi sunt Perspectiua, & Musica, quarum obiectum ex parte abstrahit à materia, ex parte illi immergitur, verbi gratia, numerus sonorus, quo ad numerum, præscindit ab omni materia, quo ad sonum, est in materia sensibili. Idem in ceteris explicare facile est.

Abstractio à materia, & ratione, & non re, est genus, quod duas subalternas species habet.

Mathematicæ mixtæ partim abstrahunt à materia, partim illi immergũtur.

Maior contentio est de abstractione à materia singulari, per quam specificatur Physiologia. Nam Caiet. hic cap. 22. Soncin. 6. Metaphysic. quæst. 8. Dominicus de Flandria hoc lib. q. 42. art. 3. existimant, esse vnam genere, distribuiq in varias species abstractionum, ex quibus consurgãt variæ species Physiologiæ. Probare possunt suam sententiam hoc modo: Abstractiones à materia censentur specie diuersæ, quando vna est maior, seu purior alia; sed inter abstractiones entis mobilis, aliæ sunt maiores alijs; nam pars de anima minus materialis est, quam partes ceterorum inanimatorum: item orbes cœlestes magis abstrahunt à motu materiæ ob sui incorruptionem, quam alia corpora. Rursus ens mobile in communi minus concernit materiam, quam

Caietan. Soncin. Flandr.

Prima opinio de abstractione à materia singulari.

Abstractio à materia, re, & ra-

itized by Google

quam ens mobile ad formam substantialem: de quo agunt libri de generatione; variæ igitur sunt abstractiones, & consequenter Physiologiæ species. Maior propositio patet ex Mathematicis: nam abstractio numeri, quia est purior, differt specie ab abstractione quantitatis continuę.

Secũda, & vera sententia, nullas sub Physiologia constituit species. Probatur. Arist.

Verior nihilominus est opposita sententia, quam supponunt fere omnes Interpretes Aristotelis in 6. Metaphys. vbi sic explicant illam trimembrem diuisionem, vt sub Mathematica quidem duas agnoscant species, sub Metaphysica verò, ac Physiologia nullas; & facile inadeitur vnica abstractio totius entis mobilis: nam omnes illius partes, quamcunque sumantur abstractè, includunt in suo conceptu materiam sensibilem, cum essentialiter contineantur sub corpore, in quo ea essentialiter continetur. Quod autem aliquæ partes ratione formæ sint minus materiales, vel mutabiles, est discrimen accidentarium. Vnde ad rationem alterius partis cõcedendum est, inter partes entis naturalis aliquas esse immaterialiores, eo modo, quo ibi explicatur. Negandum tamen, quod in maiori assumitur, ad illiusque probationem dicendum, in Mathematicis non esse discrimen secundum magis, & minus solum, sed penes diuersas materias, vt proximè diximus, quoniam Geometria nullo modo abstrahit à materia intelligibili, à qua tamen abstrahit Arithmetica.

Quod inter partes entis naturalis, aliquæ sint immaterialiores, est accidentariũ discrimen.

Vltimo loco est aduertendum, traditam hactenus distinctionem penes abstractiones non esse primam, & quasi genericam, quæ inter scientias cadit: hæc enim sumitur ex parte hominum; diuerso namque modo res est cognoscibilis lumine naturali intellectus, & diuerso lumine supernaturali. Vnde prima scientiarum distinctio est in eam, quæ habetur ex lumine supernaturali, & eam, quę lumine naturali comparatur. Prima rursum secatur in duas, alia, qua res cognoscitur lumine supernaturali clarο, & est Theologia Beatorum, alia, qua cognoscitur sub lumine supernaturali obscuro, & spectat ad viatorum Theologiam. Quæ comparatur sub lumine naturali, diuiditur prædicto modo penes abstractiones. Hæc distinctio luminum est, quam Aristoteles significauit, cum in fine capitis dixit, scientias distingui per principia (licet ille augustus loquutus sit) etenim principia sunt quædam lumina aduentitia nato lumini intellectus, quibus illustrantur conclusiones, aptæque reddantur, vt ab intellectu percipiantur, vt colores lumine corporeo; & quemadmodum lumen dicitur ratio formalis videndi colores, & se habet ex parte ipsorum colorum; ita hoc principiorum lumen est formalis ratio assentiendi conclusionibus, vt iam prædiximus, & hinc est, vt, quamuis lumen naturum intellectus in omnibus hominibus idem sit; nihilominus tanta in eis scientiarum diuersitas reperiatur; nimirum, quia earum distinctio non ex natiuo lumine, quod solum effectiuè ad eas concurrit, sed ex ascitio, quod concurrit vt ratio formalis obiectiua, desumatur. Summa totius huius articuli est, totales scientias habere vnitatem, & distinctionem genericam ex variis luminibus, ex quibus resultant distinctæ scibilitates in obiecto: specificam verò ex abstractionibus à materia.

Prima scientiarum distinctiovn de desumẽda.

Aristot.

Principia assentiendi conclusionibus.

ARTICVLVS II.

Vnitatem totalis scientiæ non esse simplicis qualitatis, sed ordinis.

Quæstionis explicatio.

DEmonstrato principio vnitatis, ac distinctionis specificæ totalis scientiæ, videndum est, quanta sit ea vnitas, an, videlicet, vna scientia, verbi gratia, Physiologia sic vnus habitus inclinans ad omnes illius conclusiones, quemadmodum fides diuina vnica, & indiuisibilis inclinat ad credenda omnia, quæ sub fidẽ cadunt, an sit multitudo habituum, qui ex ordine ad vnum subiectum dicantur vna scientia, quemadmodũ

multi homines sub vno Duce vocantur vnus exercitus? loquimur de sola habituali scientia, & quia actualem coalescere ex multis actibus facilè concedunt omnes, & quia proximo articulo id à nobis explicabitur, præterquam quod in secundo libro de Anima aliquo modo declaratum sit.

Quid in hac quæst. nomine habitus intelligatur. Capreol. Soncin.

Nomine verò habitus non intelligimus species simplicium terminorũ, vt vult Capreol. in 3. q. prologi, nec totius enunciabilis complexi, vt existimat Soncin. 6. Metaph. 9. de quibus dicetur in 6. Metaph. sed qualitatem relictam ex actu, facilitantem intellectum ad similes actus iterandos.

1. Opinio circa veritatẽ scientiæ totalis. D. Thom.

Prima opinio est D. Thomæ 1. 2. quæst. 54. art. 4. scientiam esse simplicem habitum, quem D. Thom. ait, totum quo ad entitatem acquiri per actum vnius conclusionis, sed manere imperfectum, & per aliam demonstrationem, & actum scientiæ alterius conclusionis, non produci nouum habitum, sed præexistentem perfici, extendique ad illam conclusionem, & sic deinceps. Supponit nimirum D. Thom. quod aduertit Soncin. q. citata, habitum habere duplicem perfectionem, alteram intensiuam, alteram extensiuam, vt habẽt pleræque corporeæ qualitates, v. g. calor, qui perficitur intensiuè, quando acquirit plures gradus in eadem parte subiecti; extensiuè, quando ad plures subiecti partes dilatatur: similiter habitus acquirit perfectionem intensiuam per actus intensiores circa eandem conclusionem, circaquam erat ille, à quo primò genitus est: extensiuam verò per actus circa alias conclusiones.

Caiet. Ferrar. Flaod. Thomist. Gandau.

Eandem sententiam sequuntur Caietanus eo loco. Ferrar. primo cõtra Gent. cap. 56. Dominicus de Flandria lib. 6. Metaph. q. 7. art. 3. & Recentiores Thomistæ; ante illos Henricq. de Gand. Quodlib. 9 q. 4.

Argumẽta pro hac parte. 1

Probatur primò argumento D. Thom. loco citato. Scientia accipit vnitatem ab obiecto formali, quemadmodum potentia; sed potentia, etsi, versetur circa multa obiecta materialia, ab obiecto formali habet tantam vnitatem, vt sit vnica, & simplex; ergo idẽ erit dicendum de habitu. Et confirmatur proportio, quia omnis perfectio debet esse proportionata suo perfectibili; ergo cum potentia sit perfectibile habitus, & sit vna simplex qualitas, habitus quoque simplex erit.

2 Secundò, virtus moralis est simplex habitus in voluntate, ergò & scientia in intellectu. Consequentia est bona ex paritate rationis, quæ cernitur in hoc, vt, quemadmodum virtus respicit vnum motuum, v. g. temperantia medium inter delectationes; ita scientia vnam rationem, sub qua; antecedens est certum, aut alioquin admitteremus temperantias, quot sunt res, à quibus abstinendum est.

3 Tertiò, in intellectu fides diuina, & Theologia sũt simplices habitus, cũ respiciãt vnicam rationẽ assentiendi, autoritatem scilicet diuinam. Quare ergò scientiæ humanæ hoc non habeant? num, quia nostris actibus acquiruntur, & nõ infunduntur à Deo? at hoc nec verũ est de Theologia, nec vim habet in fide; nam Physiologia infusa Adamo erat eiusdem rationis cũ nostra; ergo infusio nihil imputat.

4 Quartò, si repugnaret, esse vnũ habitum simplicem, esset, quoniam duæ rationes formales duarum cõclusionum, quæ sciũtur per diuersa media, non possunt coniungi in vna ad terminandum vnicum habitum; at hoc nihil repugnare ex eo deducitur, quia duo media, alterum de fide, alterum scientifico, quæ alioquin productura erant duos actus, & habitus specie distinctos, coeunt in vnam rationem formalem vnius actus, & fortasse habitus, vt supra concessimus.

5 Quintò. Si vnius scientiæ essent plures habitus realiter diuersi, possent manere alij abliq; alijs (hæc est. n. cõditio eorũ, quæ realiter differũt.) Sed habitus secundæ conclusionis nõ potest manere sine habitu primæ, quemadmodum nec demonstratio posterioris, sine demonstratione prioris; ergo nihil differunt. Quo argumento similiter probatur, habitus conclusionum non esse diuersos ab habitu principiorum; quia sine illo esse

non

Arist. non possunt. Quam sententiam docuisse videtur Arist. 6. Ethic. c. 7. cum dixit, sapientiam esse scientiam, & intellectum simul eorum, quę honorabilissima sunt.

Secúda & vera sententia. Scot. Nomin. Marsil. Greg. Gabr. Tolet. Fonsec. Soar.

Oppositam sententiam asserentẽ, scientiam totalem non esse simplicem qualitatem, sed aggregationem multorum habituum scientium vnam scientiam per ordinem ad vnam abstractionem; defendit Scotus lib. 6. Metaphysic. quæst. 1. Nominales in prologo sententiarum. Marsilius quæstion. 2. Gregor. quæst. 3. Gabr. quæst. 8. & Recentiores communiter. Toletus, quæst. 3. procœmiali. Fonseca lib. 3. Metaphys. capit. 7. q. 5. sect. 2. Soar. in Metaphysic. disput. 44. sect. 11. per totum expresse num. 61. Ad illius probationem necessaria essent multa, quæ hunc locum superant. Pro loco hæc præmittantur;

Habitus tẽdit in obiectũ sub eadẽ ratione formali, qua actus.

habitum tendere in obiectum sub eadem ratione formali, qua tendit actus, seruata distinctione tendentiæ habitualis, & actualis, quę semper est specifica; actus verò scientificos, cum sint iudicatiui, semper ferri in obiectum, propter aliquod motiuũ rationemvé assentiendi. Vnde fit, vt præcipua causa distinguendi actus, vt proximo articulo dicemus, sit hæc ratio, quæ consequenter erit causa distinctionis habituum, siquidem per eandem rationalem formalem tendunt in obiecta.

Habitus nõ potest extendi ad nouã conclusionẽ, nisi per aliquã realẽ sui mutationem.

Deinde habitum, qui anteà non inclinabat ad vnam conclusionem, non posse ad illam denuò extendi, nisi per aliquam additionem realem pertinẽtem ad essentiam illius. Vtraque pars huius præsuppositi est euidens; nam tendentia habitus in obiectum est realis; ergo si de nouo incipit, esse in habitu, per aliquam realem mutationem esse debet, præsertim cum habitus per illam accipiat vim producendi nouos actus, quos anteà producere non poterat. Præterea est respectus transcendentalis ad obiectum; huiusmodi verò respectus essentialis est habitui, vt constat.

Probatur sent. Scot. 1. Argum.

His positis probatur primò hæc sententia; assensus diuersarum conclusionum scientiæ totalis habent obiecta formalia specie diuersa; ergo & habitus: sed tàm actus, quàm habitus distinguuntur per obiecta formalia; ergo habitus diuersarum conclusionũ sunt specie diuersi. Prima cõsequentia, & Minor valent ex animaduersione proximè facta; vltima consequentia videtur euidens, nisi quis dicat, eas rationes formales vniri in vnã respectu habitus; quod facilè refellitur. Primò, quia nõ possunt vniri, nisi in ratione sub qua, seu abstractione totius scientiæ; sed nos ostendimus, præcipuam rationem formalẽ habitus iudicatiui, esse motiuam, quæ in his est diuersa. Præterea, quando duæ rationes formales conueniunt in vnam, respectu alicuius actus, vel habitus, vt quando medium de fide, & scientificũ ad vnum actum mixtum concurrunt; tota illa ratio primò, & formaliter attingitur ab actu, & habitu; rationes verò partiales, sub illa contentæ, secundariò, & materialiter ad habitus scientię, vt Aduersarij fatentur, primò tendit in obiectum formale vnius conclusionis, per cuius actum acquisitus est; & deindè extenditur ad aliud per secundum actum: ergo signum est, eas rationes non esse coniunctas, in vna aliqua tertia ratione formali.

Cum duæ rõnes formales in vnam cõueniunt, tota illa formaliter attingitur ab actu, & habitu.

Dicent, tunc coniungi, quando habitus per secundum actum extenditur; sed hoc est difficilius, & ex secunda animaduersione confutatur; sitque secundum argumentum.

Idẽ num. habitus nõ põt extẽdi ad secundam conclusionẽ, nisi recipiat aliquid reale in se, sed id, quod recipit, non potest esse entitas diuersæ speciei, sed aliquis gradus intensionis intra eandem speciem; ergo nequit ad secundam conclusionem extendi. Maior ex dictis patet. Minor probatur, quia duæ entitates diuersarum specierum, vt efficiant vnum ens per se, debent se habere vt actus, & potẽtia; sed illæ duæ entitates sunt disparatę; pono enim, esse circa duas conclusiones, non subordinatas, (quamuis nec circa subordinatas oppositum est veri-

Idẽ num. habitus nõ põt extẽdi ad secundam conclusionẽ, nisi recipiat aliquid reale in se-

mi-

mile:) sola igitur manet vnio intensiua, quæ vna conuenire potest qualitatibus habentibus subiectum in extensum; at hęc, cum fiat per gradus eiusdem rationis cum præcedentibus, nõ potest reddere habitum propensum ad alias conclusiones.

Tertiò; si tota scientia esset vnus habitus inclinans primò in obiectũ formale, sub quo continerentur omnes conclusiones, posset producere actum adæquatum complectentem totum illud subiectum, quod intelligi nequit, nedum fieri. Nam quis actus Physiologiæ erit circa totum ens mobile: quid de illo affirmabit, quod omnes passiones, & veritates illius scientiæ continear? Nec opponant, potentiam quoque non elicere actum adæquatum circa omnia sua obiecta, & tamen esse vnicam. Respondetur enim, id esse falsum in intellectu. qui vnico actu concipit totum suum obiectum saltem confusè, licet potentiæ materiales ob sui limitationem non possint, nisi singulas obiecti partes attingere.

Quartò; error circa vnam conclusionem contrariatur tantum scientiæ illius conclusionis: ergo si eadem est scientia reliquarum omnium cõtrariabitur toti scientiæ. & quod consequens est, error vnius conclusionis totam scientiam destruet. Respondebunt, destruere quoad illam partem extensiuam, qua talem respicit conclusionem; sed iam ostendimus, esse fictitias eiusmodi partes. Denique intelligibile non est, quomodo vna qualitas desumpta ex rebus ipsis, & commensurata actibus se extendat ad tot res, tamque diuersas.

Satisfit argum. aduersæ partis.

Ad 1. Ad primum argumentum, quod molestius est, quàm efficacius, respondetur, potentiam specificari immediatè à ratione sub qua, habitus verò à ratione per quam, eò quod illa non est iudicatiua, vt sunt habitus; cum ergo ratio sub qua potentiæ sit vnica; rationes verò per quas scientiæ plures, potentia est vnica, habitus autem permulti. Præterea potentia non fit ex actibus, vt habitus, & ideò non oportet illis commensurari, vt commensuratur habitus, qui hac ipsa de causa, si est vnus simplex, nec fieri potest ab vno actu circa omnes veritates scientiæ, vt ipsi fatentur, nec à pluribus, vt nos demonstrauimus. Denique, si argumentum aliquid probat, concludit, circa omnia obiecta intellectus posse dari vnicum simplicem habitum.

Ad confir. Ad confirmationem respondetur, ad eam proportionem sufficere quod habitus sit actus primus, vt est potentia, non verò actus. Deinde facile est cuilibet, mille alias proportiones inuenire.

Ad 2. Ad secundum, & primam partem tertij vt respondeamus, est supponẽdum, quod suprà diximus de habitibus intellectus, habere scilicet motiuum, gratia cuius tendant in obiectum, quadrare etiam in habitus voluntatis; sunt enim in hoc pares, quia vt intellectus tendit in obiectum cõplexum propter aliquod verum, ita voluntas propter aliquod bonum, quod specificat eius actus, & habitus, ac proinde, quando hoc motiuũ est vnum specie, non possunt esse multi habitus; & quia tàm in virtutibus moralibus, quàm in fide infusa ratio tendendi est vna, ideo habitus est simplex, verbi gratia, in temperantia est mediocritas inter delectationes, in fide diuina autoritas, quæ eadẽ applicatur omnibus credendis.

Ad 3. Ad secundam partem tertij argumenti de Theologia, etsi apud illius professores sit non mediocris controuersia, respondetur, ex veriſſima sententia assensus Theologicos esse in duplici differentia, quosdam ex præmissis de fide, alios ex vna de fide, & alia euidenti, & vtrosque in primis esse diuersos ab assensu fidei: quoniam hic habetur immediatè per reuelationem absque vllo discursu; illi per discursum de rebus, quæ immediatè reuelatæ non sunt. Assensus autem discursiuus necessariò differt à non discursiuo, vt liquet ex doctrina principiorum, & conclusionum; & consequenter habitus ex eo relictus ab habitu relicto ex actu non discursiuo. Deinde, omnes assensus

Theo-

Digitized by Google

Theologicos ex vtraq; de fide, quantumuis res materialis sit diuersa; esse eiusdem speciei, & habitum ex illis rectum vnicum. Ratio est, quia medium assentiendi est vnica Dei reuelatio. Eos autem, qui colliguntur ex vna euidente, tot esse specie distinctos, quot sunt propositiones euidentes diuersæ, quoniam variata vna parte medij totum censetur esse diuersum, vt in sequēti articulo magis patebit. Responsio in fine argumenti data benè impugnatur, quamobrem ea à nobis non redditur.

Ad 4. Ad quartum negandum est, ideò scientiam non esse simplicem habitum, qui repugnet, duas rationes formales vnirì in vnam comparatione eiusdem habitus, quando talis habitus inclinat ad vnum actum, sub quo illæ duæ rationes continentur, vt fit in exemplo, quod in argumento adducitur; secus verò, quando habitus inclinat ad diuersos actus, circa illas rationes, tanquam distinctas inter se, quo pacto se haberet habitus scientiæ, si esset vnus, vt explicatum est. Præterea, quia, cito, duæ rationes diuersę vniantur, non est consequens, vt vniantur infinitæ propositiones, quæ sunt in tota aliqua scientia.

Ad 5. Quintum argumentum vix meretur responsionem. quæ enim consequentia est; hoc non potest esse sine illo; ergò ab eo non differt? Cum nec lumen sine sole, nec accidens sine subiecto esse queant, à quibus apertissimè distinguuntur. Deinde quis cogitat tantam dependentiam poni in habitu secundæ conclusionis ab habitu primæ? fortassis, quia sine illo operari non potest: at hoc etiam falsum est, quia si detur medium assentiendi, quamuis nullus sit habitus primæ, exibit in actum habitus secundæ conclusionis. Et, si verum esset, nihil colligeret. Quot namque sunt res ab alijs, sine quibus agere nequeunt, diuersissimæ? Iam verò locus Aristotelis eum sensum neque illata vi admittit, cum in capite tertio præcedenti expressè distinguat, tāquam numero diuersam in intellectu notiam principiorum à scientia, & ostendat diuersam vtriusque generationem, & eo loco commendans sapientem, ait, illum & principia, & conclusiones tenere debere, id est, omnia, vndè perfecta sapientia hæc omnia est, id est, continet.

Ad locum Aristot.

ARTICVLVS III.

De vnitate, ac distinctione scientiæ partialis.

QVid hac de re dicendum sit, ferè patet ex proximè dictis. Quare duabus conclusionibus rē expediemus. Prima sit. Scientia partialis est vna specie, quando tota ratio motiua est vna, & est diuersa, quando ratio motiua saltem ex parte differt. Probatur primò vtraque pars ex principio superius indicato. Præcipua ratio formalis iudicij est ratio, seu motiuum iudicandi; est enim illius causa formalis externa, sed singuli actus scientiæ sunt iudicia, & rationes motiuæ sunt illiusmodi rationes; ergò ex illis maximè petenda est natura talium actuum, & consequenter eorum inter se conuenientia, vel diuersitas. 1. Concl.

Deinde explicatur, & probatur prima pars. Tota ratio assentiendi conclusioni scientificæ non est solū medium extrinsecum, id est, euidentia principij, sed etiam intrinseca ipsius conclusionis veritas, quoniam hoc differt conclusio scientifica à propositione cognita per euidētiam in attestante, quod hæc non cognoscitur in se, sed in alio, & ideò est obscura: illa verò cognoscitur in se, quocirca, etsi egeat medio, quo illius veritas manifestetur, est nihilominus in se ipsa euidens, & intellectus, vt illi assentiatur, mouetur adæquatè ab euidentia principij, & ipsius conclusionis, vt à ratione motiua totali. Quoties igitur hæc fuerit omninò eadē, non potest assensus, & habitus scientificus non esse idem; cum nullum habeat formale obiectum, à quo sumat diuersitatem. Probatur 1. pars.

Secunda pars conclusionis est, variata, Probatur 2. pars cōclusionis.

Digitized by Google

riata ratione motiua saltem ex parte assensum,& habitum scientificum esse diuersum. Pro cuius intellectu est sciendum,rationem motiuam proximè explicatam mutari posse bifariã. Primò totaliter, cum scilicet mediũ sciendi, & cõclusio scitu sunt diuersa.Secundò partialiter,quod contingere potest,vel ex parte principij extrinseci,vel ipsius conclusionis: fieri enim potest vt eadem conclusio materialis demonstretur per duo media distincta, vt hæc terra est rotunda, ostenditur à Mathematico per eclipses lunæ,à Physiologo per grauitatem.Rursum fieri potest,vt duæ conclusiones diuersæ probentur per idẽ medium, vt cum duæ passiones immediatè fluentes ex aliquo subiecto (ponamus ita fluere) demonstrantur per eandem definitionem essentialẽ, vel (vt ponamus medium ex natura rei) si ab vna passione fluant immediatè duę alię: demonstrabũtur enim ambæ per illam passionem,à qua nascuntur. Si igitur distinctio rationis motiuæ fuerit totalis, clarum est, scientiam futuram esse diuersam; vt probat ratio initio posita.

Si autem fuerit partialis, quæ erat secunda pars cõclusionis, idem probatur.In cognitionibus apprehensiuis, quæcunque varietas in obiecto causat distinctum specie actum;ergo idem efficiet in iudicatiuis. Consequentia est bona,cum vtraque essentialiter tendat in obiectum, ab eoq; habeat speciem. Antecedens conceditur à D.Thom.1. part.q 13.artic.4. & patet hoc exemplo,conceptus hominis,& conceptus hominis sedẽtis, sunt specie diuersi, & ex parte obiecti fit rãtum variatio modi.Præterea, quacũque parte causę variata,est simpliciter alia causa,& solũ dicitur eadem,cũ addito; atqui existente causa formali diuersa, necessariò effectus est diuersus;ergo vbicunq; fuerit ratio motiua ex parte distincta,erit distincta scientia:sed rogabis, quando sit ratio motiua distincta,cui dubitationi faciet satis secunda conclusio.

2.Concl. Secunda conclusio; Quandocunque vel cõclusio materialis, vel medium est diuersum,ratio motiua non est omninò eadem. Probatur; nam cum medium est diuersum, clarum est,rationem assentiendi, quæ in illo maximè fita est, esse distinctam; diuersam quoque esse, cum materialis conclusio est alia, ita ostenditur; veritas & connexio sequũtur extrema, quæ connectuntur;ergò cum hęc differunt specie, illæ quoque censendæ sunt differre. Antecedens probatur; quia connexio, & veritas illam sequens,sunt quasi proprietates extremorum. Consequentia est optima, quia, quæ sequũtur intimè ex aliqua essentia more proprietatum, differũt per subiecta, vt proprietates differre solent.Confirmatur. Principia,quin cognoscantur per medium extrinsecum, sunt inter se diuersa, quando constant terminis distinctis, at hoc non aliunde est, nisi quia ex diuersis terminis nascitur distincta cõnexio, & veritas, ergò idem dicendum erit de connexione terminorum conclusionis. Ex qua doctrina sequitur, ad hanc distinctionem connexionis, & veritatis satis esse variationem alterius extremi tantum;quod indicauit Soncin.lib.6. Metaph cum dixit,vnitatem,& diuersitatem scientię, desumi ex vnitate passionis;quãuis enim subiectum sit idem,si de eo prædicentur duæ passiones diuersæ,necessariò connexiones sunt distinctæ. Et ratio est,quia connexio sequitur naturam vtriusq; extremi;ergo altero mutato, nõ potest ipsa inuariabilis persistere. Soncin.

Imò hæc distinctio materialis cõclusionis non solum variat rationem motiuam ex parte conclusionis, sed etiam ex parte principij. Enimverò illa prima passio, per quam demonstrantur duæ consequentes, non sumitur ad demonstrandam vnam absolutè, sed vt est principium illius tãtum,& similiter ad demonstrandã aliam, vt illius tantum principium est.Negari quippè non potest,aliquã formalitatem diuersam esse in prima passione, habere vim causandi hanc,atque causandi illam. Quæ diuersitas satis est, ad diuersitatem rationis motiuæ inducendam. Materialis distinctio variat quoque rationem motiuã ex parte principij.

SVM-

SVMMA CAPITIS XXIIII. ET XXV.

PRoximis duobus capitibus ex doctrina superius tradita duo consectaria deducit Aristoteles; primum est eorum, quæ casu, vel fortuitò eueniunt, non esse scientiam, nimirum, quia hæc versatur tantum circa necessaria, vel saltem, quæ vt plurimum eueniunt: cuiusmodi non sunt, quæ casu, vel fortuitò accidunt. Aduerte autem, scientiam, quæ versatur circa illa, quæ vt plurimum duntaxat eueniunt, vt quod in mense Iulio magni sint æstus, non esse perfectam scientiam; cum hæc de perpetuis, & indissolubilibus tantum sit: vt constat ex ijs, quæ huiusce operis discursu tradita fuere. Secundum est, in sensu non reperiri scientiam. Nam scientia est vniuersalium, sensus autem non nisi singularium. Monet tamen, requiri sensum ad comparandam scientiam, quandoquidem ex singularibus sensu cognitis, vniuersalium notitiam acquirimus. Ad quod explicandum, quædam obseruatione digna affert. Quorum primum est, sensum dici quoque esse rei vniuersalis; neminem tamen percipere, nisi singulare; quod etiam extremo secundi libri capite inculcat. Est autem huiusce pronunciati scientia, sensum secundum suam naturam spectatum respicere quippiam vniuersale, videlicet, proprium obiectum in commune sumptum: licet eius actio non nisi in aliquod singulare feratur. Nam verbi gratia, aspectus refertur ad colorem in commune; at hæc actio videndi, non nisi in hunc singularem colorem. Vnde patet conuenientia, & discrimen inter sensum, & intellectum; conueniunt enim, quia vtraque potentia respicit obiectum commune: differunt; quia actio intellectus, tàm in singulare, quàm vniuersale tendit; actio verò sensus in singulare duntaxat.

Sensus quo pacto respiciat rem vniuersalem.

Vniuersalia sunt semper, & vbique negatiuè.

Monet præterea Aristoteles, vniuersalia esse semper, & vbique, quod intellige negatiuè, quia ex se non intereunt, vel mutantur, aut certo loco definiuntur; sed per accidens ratione singularium, in quibus continentur. Quod præter alios explicat Alexander libro primo naturalium quæstionum, capit. 3. & Diuus Thomas prima parte quæstione 56. articulo 3. & de veritate, quæstione 1. articulo 5. *Alexand. D. Thom.*

Non omnes scientiæ eisdem vtuntur principijs.

In capite 25. cum superius docuisset, scientiarum distinctionem ex principiorum diuersitate prouenire, ostendit, non omnes scientias eisdem principijs vti, ad quod illustrandum tres conclusiones statuit.

EXPLA-

Digitized by Google

EXPLANATIO CAPITIS XXVI.

SVMMA CAPITIS.

CONfert in hoc capite Aristoteles scientiam cum opinione, assignatque vna earum conuenientiam, duplexque discrimen. Conuenientia est, quia vtraque esse potest de se obiecto aliquo modo eodem. Primum discrimen est, quod opinio habetur de rebus mutabilibus, vel quæ mutabiles esse videntur, scientia autem de immutabilibus. Secundum, quod ambæ in eodem homine circa vnum idemque obiectum esse non possunt.

COMMENTARIVS. CAPVT XXVI.

Qualiter differant scientia, & scibile ab opinione, & opinabili.

INterest autem] Postquam Aristoteles scientias tum quo ad certitudinem, tum quo ad vnitatem diuersitatemque specificam inter se comparauit, accedit ad conferendam scientiam cum alijs habitibus intellectualibus; eamque confert in hoc capite cum opinione. Docet ergo, scientiam & scibile differre ab opinione & opinabili: quod scientia sit cognitio vniuersalium per præmissas necessarias, & quę aliter se habere non possint: opinio autem, etsi vera sit, (est enim aliquando vera) non tamen circa necessaria versatur, sed circa ea, quæ aliter euenire possunt.

Obiectum opinionis.

b *Patet igitur*] Esse obiectum opinionis id, quod non est necessarium, sed aliter potest accidere ex eo probat, quia habitus contemplatiui, qui in verum ferri possunt, sunt intellectus, scientia, & opinio: (cuius effati explicationem in quæstione trademus) quæ autem vera sunt, & secus euenire queunt; non pertinent ad intellectum, vel scientiam, cum hæc circa necessaria tantummodò insistant; pertinebunt igitur ad opinionem.

In opinione quoq; sũt mediatæ & immediatæ propositiones.

c *Hæc autem est*] Quemadmodum in scientijs inueniuntur propositiones quædam mediatæ, quæ per alias probantur; aliæ immediatæ, quæ ex suismet terminis cognoscuntur: ita inter probabiles, quarum est opinio, quædam

INteresse autem inter id, quod sub scientiam, & id, quod sub opinionem cadit. Nam scientia quidem est vniuersalis cognitio, & per necessaria comparatur: necessarium autem aliter sese habere non potest: at sunt quædam vera quidem, & numerantur inter ea, quæ sunt: tamen & aliter se se habere possunt.

b *Patet igitur, circa hæc scientiam non esse: nam ea non possent aliter se se habere, quæ aliter se se habere possunt. At verò nec intellectus. (intellectum enim principium scientiæ dico) neque sine demonstratione scientia, quæ quidem est existimatio vacantis medio propositionis, Est autem intellectus verus, & scientia, & opinio. Et id, quod per hæc dicitur. Quare restat, opinionem esse circa id, quod verum quidem est, aut falsum, aliter autem se se habere potest.*

c *Hæc autem est vacantis medio, & non necessariæ propositionis existimatio.*

d *Atque hoc consentaneum est etiam ijs, quæ apparent: tam enim opinatio, quam talis natura, incertum est sanè. Nemo præterea sum opinari quippiam arbitratur, cum illud putat aliter sese habere non posse, sed scire. Sed cum esse quidem sic putat, existimat autem & aliter se se habere posse, nihil prohibet, illũ tum opinari: propterea quod rei quidem talis opinio est, necessaria verò scientia.*

e *Quomodo igitur fit, vt idem vnus opinetur, alius sciat? & cur opinio non erit scientia, si quispiam posuerit, fieri posse,*

quedam ſunt mediatæ, quarum veritas per alias oſtenditur, vt totum diſtingui à ſuis partibus quædã immediatæ, quę tantam ſibi vendicant probabilitatem, vt ex ſe fidem habeant cuiuſmodi eſt illa omnia maiorem diligit filium; hoc igitur loco, cũ Ariſtoteles definit opinionem, exiſtimationem propoſitionis non neceſſariæ, & medio vacantis hoc eſt, aſſenſum propoſitionis probabilis, non ſumit propoſitionem probabilem in toto ambitu, ſed pro immediata duntaxat.

d *Atque hoc ex ſententia*] Duplici ratione oſtendit, id, quod ſub opinionem cadit, aliter ſe habere poſſe. Primum, quia id eſt maximè conſentaneũ opinionis naturæ. Sicut enim id, quod aliter euenire poteſt, eſt quid incertum: ita & opinio incertus eſt habitus. Deinde, quia nemo putat ſe opinari, ſed ſcire, cum iudicat, rem non poſſe aliter ſe habere.

Proponitur duplex quæſtio.

e *Quomodo igitur ſit*] Ex iis, quæ hactenus de opinione tradidit, duas excitat quęſtiones; Prima eſt, ſi obiectum ſcientiæ hoc differt ab obiecto opinionis, quod illud non poſſit aliter ſe habere. Secunda eſt; ſi quis dicat, omnem rem, quæ ſub ſcientiam venit, poſſe etiam cadere ſub opinionem, cur non idem ſint ſcientia, & opinio; maximè cum tam is, qui demonſtrat, quam qui probabiliter diſſerit, reſoluat præmiſſas vſque ad propoſitiones immediatas, fierique poſſit, vt non ſolum de concluſione habeatur opinio, quod ſit vera, ſed etiam de cauſa, per quam vera eſt.

Reſpondetur 2.

f *At ſi exiſtimauerit*] Poſteriorem quæſtionem primo loco diluit, propterea quod ex ea prioris dilutio pendeat; ait ergo, ſi quis ex præmiſſis neceſſarijs progreſſus arbitretur, eas non poſſe aliter ſe habere; hunc cõcluſionis ſcientiam comparaturum, non opinionem: quod ſi procedens ex neceſſarijs præmiſſis exiſtimet, illas poſſe aliter ſe habere: tunc opinionem aſſecuturum, non ſcientiã, nec verò qualemcunq; opinionem, ſed à priori, ſi vtatur præmiſſis immediatis, à poſteriori ſi mediatis.

Vnde

poſſe, vt de eodem omni opinio habeatur, quod ſcit? Proficiſcimur enim & iſte, qui ſcit, & iſte, qui opinatur per media, quoad uſque perueniat ad ea, quæ medio vacant: quare ſi ille ſcit, & qui opinatur, ſcit. Fieri enim poteſt, vt quemadmodum ipſum eſſe, ſic & ipſum propter quid eſt opinemur: hoc autem conſtat ipſum medium eſſe.

f *At ſi exiſtimauerit quidem ea, quæ aliter ſe ſe habere nequeunt, perinde atque definitiones ſeſe habere, per quas ipſe demonſtrationes conficiuntur, ſciet, non opinabitur. Sin autem vera quidem eſſe crediderit, non tamen hæc ipſis putaueris competere ratione ſubſtantiæ, atque formæ, opinabitur, non verè ſciet. Atque ſi per ea quidem, quæ medio vacant, procefferit, ipſum eſſe, & propter quid eſt opinabitur. Sin verò non per ea, quæ vacant medio, tantum ipſum eſſe opinabitur.*

g *Opinio namque, ſcientiaque omninò eiuſdem non eſt: ſed vt eſt & vera, & falſa modo quodam eiuſdem opinio, ſic & ſcientia & opinio eſt eiuſdem.*

h *Etenim opinionem quidem veram, ac falſam, vt quidam inquiunt, eiuſdem eſſe, cum alia abſurda, tum hoc ſecum trahit, vt non opinetur quiſpiam, quod opinatur falsò.*

i *Sed cum multipliciter idem dicatur, partim eſſe poteſt, partim eſſe non poteſt. Nam opinari, verè diametrum commenſurabilem eſſe, abſurdum eſt ſanè: ſed ſic eſt eiuſdem, quia diameter, circa quem ſunt ipſæ opiniones, eſt idem, vtriuſque tamen ratio non eadem eſt.*

k *Pari modo ſcientia eiuſdem eſſe atque opinio poteſt. Illa namque ſic erit animalis exiſtimatio, vt fieri non poſſit: veluti ſi illa quidem exiſtimatio ſit, homini ſubſtantiæ ratione competere, hæc autem homini quidem, ſed non illo competere modo. Idem eſt enim id, circa quod vtraque ſit: eſt enim homo, ſed modus non eſt idem, vt patet.*

l *Ex his autem emergit, fieri non poſſe, vt ſimul idem opinetur quiſpiam ne ſciat, nam ſimul exiſtimationem haberet, & aliter, & non aliter idem ſeſe habere: quod quidem fieri nequit. Etenim fieri quidem poteſt, vt in alio atque alio ſit eiuſdem vtrumque, ſicuti diximus: ſed in eodem hoc pacto fieri nequit. Haberet*

enim

Vnde patet, scientiam & opinionem non idem esse, esto, vndant in idem enunciabile. Enimverò longè alia existimatio requiritur, vt de aliquo acquiratur scientia, & vt de eodem habeatur opinio.

eiusdem sumat existimationem. Hominem per se animal esse, & non per se animal esse, quorum primum est, non posse secundum sit, posse hominem non animal esse. m *De reliquis autem quoniam pacto distribuenda sint, de mente inquam, de intellectu, de scientia, de arte, de prudentia, de sapientia, alijs in locis pertractabitur. Quædam enim ipsorum ad naturalem, quædam ad morum magis pertinet contemplationem.*

Scientia & opinio versãtur circa rem, non prorsus, sed aliqualiter eãdẽ.

g *Opinio namque*] Explicat priorem controuersiam, docens, quemadmodum opinio vera, & falsa non possunt esse de re omninò eadem; possunt tamen esse de re, quæ aliquo modo eadem sit, ita opinionem, & scientiam non versari circa eandem prorsus rem: sed quæ aliquo modo sit eadem, hoc est, circa idem obiectum diuersa consideratione.

Eiusdẽ omninò rei esse non potest vera & falsa opinio.

h *Etenim*] Nonnulli, vt constat ex ijs, quæ traduntur lib. 4. Metaphysic. cap. 5. textu 21. volebant, eiusdem omninò rei esse opinionem veram, & falsam, asserentes, veritatem esse in nostra opinione, vt, si cui cibus videatur amarus, re vera amarum esse, licet in se existat dulcis; denique, vnumquodque tale esse, quale apparet. Hi statuebant, eandem opinionem esse eius, quod erat, & quod non erat. Ex quo, vt reliqua absurda omittantur, illud sequebatur, nimirum, nullam dari falsam opinionem; cum apud eos id verum sit, quod verum esse videtur.

De re non omninò eadem esse potest vera, & falsa opinio.

i *Sed cum multipliciter*] Quia dixerat, eiusdem rei esse opinionem, & scientiam, vt eiusdem est vera, & falsa opinio: ad hoc illustrandum admonet, idem multipliciter accipi, & vno quidem modo rectè dici opinionem veram, & falsam esse eiusdem: alio modo non rectè dici, v. g. si quis opinetur, diametrum non esse commensurabilem Costæ, vera erit opinio; si contra existimet, falsa: hæc igitur opinio, tam vera, quàm falsa, est eiusdem quia versatur circa eundem met diametrum: & non omninò eiusdem, quia non fertur in illam ei attribuendo idem prædicatum; nam opinio vera negat esse commensurabilem; falsa affirmat.

Probatur ex similitudine.

k *Pari modo*] Accommodat similitudinem: potest enim esse scientia, & opinio de eodem subiecto, vt de eodem homine, non tamen secundum eandem rationem: nam potest quis scire, hominem esse animal, si cognoscat, naturam esse animalis necessariò competere homini; poterit quoq; idem opinari, si existimet, animal simpliciter homini conuenire.

Vnus & idem homo simul habere non potest opinionẽ & scientiam de eadẽ conclus.

l *Ex his autem manifestum*] Ex dictis colligit, fieri non posse, vt vnus, idemq. homo simul habeat opinionem, & scientiam de eadem conclusione; nam cum ad scientiam requiratur, vt existimet, rem esse immutabilem, nec posse aliter se habere, ad opinionem verò, vt dictum est, contrarium exigatur; si quis pariter de eadem re scientiam, & opinionem obtineret, oporteret simul existimare posse, & non posse aliter se habere; quod fieri nequit. Non repugnat tamen, ferri duos simul in eandem rem, vnum actu scientiæ, alterum actu opinionis, imò & eundem hominem mutata existimatione, & assensu, eiusmodi actus vicissim edere.

Qui habitus sint intellectus, mens, sapiẽtia, prudẽtia, &c.

m *De reliquis*] Excusat se, quod non conferat scientiam cum reliquis habitibus, cum intellectu, qui est cognitio principiorum sine discursu, cum mente, seu ratione, quæ est cognitio mediatarum propositionum per discursum, sub qua comprehenditur scientia, sapientia, prudentia, & ars. Nam hæc partim pertinent ad Philosophum naturalem, quatenus differit de actibus intellectus in libris de anima: partim ad moralem, prout considerat animi actiones ad vitæ probitatem, & naturalem beatitudinem spectantes.

QVAE-

QVÆSTIO I.

Vtrum scientia differat ab opinione.

ARTICVLVS I.

Enumerantur habitus intellectus speculatiui, & uno modo inter se conferuntur.

Duplex est genus habituum in intellectu speculatiuo.

OCcasione eorum, quæ in his capitibus, & in 6. Ethic. docuit Aristoteles de comparatione habituum intellectus inter se, exponenda est eorum diuisio, & natura, partim fusius, partim pressius, quam ab Aristotele exposita sit. Duo igitur sunt genera habituum in intellectu speculatiuo, (vt mittamus prudentiam, & artem, quæ ad practicum pertinent) quidam sunt certi, & euidētes; alij ineuidentes, & incerti. Priores tres numerat Aristoteles in tertio c. 6. Ethicorum, intellectum, sapientiā, & scientiam. Intellectus est habitus principiorum satis hactenus explicatus: sapientia ex Aristotele primo Metaphysic. c. 2. est cognitio rerum per altissimas causas: scientia iam diuisa est in Quia, & propter quid, & vtraque explicata. Posteriores habitus subdistinguuntur in eos, qui semper versantur circa falsum, & sunt errores quorum species tres numerari possunt, pro numero habituum, qui semper versantur circa verum, vt sunt intellectus, sapientia, & scientia; vnicuiq; enim habitui verò respondet contrarius erroneus, & in eos, qui versari possunt circa verum, & falsum, hoc est, quibus non repugnat subesse falsum, huiusmodi sunt opinio, fides humana, & suspicio.

Qui habitus sint, intellectus, sapientia, & scientia.

Qui item sint opinio, fides humana, & suspicio.

Opinio presse sumpta, prout à fide & suspicione distinguitur, est habitus inclinans ad essentiendum alicui rei, vel ex terminis, vel ob rationem probabilem, cū formidine partis oppositæ: fides est habitus, quo alicui propositioni propter dicentis authoritatem, cum formidine partis oppositæ: vt si quis sibi persuadeat, in Aegypto esse famosam Memphym, quia ita aliqui narrant. Illa pars (cum formidine, &c.) discriminat fidem humanam à diuina, quæ firmissima est: sed quo modo ea intelligenda sit, postea dicemus. Suspicio est habitus inclinans ad assensum alicuius propositionis ex aliquo indicio, vel coniectura, cum formidine partis oppositæ, vt, si quis suspicetur, aliquem esse alterius amicum, quia eum frequēter alloquitur.

Decursis breuiter omnibus habitibus, restāt inter illos duæ comparationes. Prima singulorum vtriusque generis inter se, hoc est, euidentium cum euidētibus, & ineuidentiū cum ineuidentibus. Secunda vnius generis cum alio, id est, habituum ineuidentium cum euidētibus. Prima cōparatio explicabitur in hoc, & sequenti articulo: secūda in tertio. Incipiendo ergo à nobilioribus: intellectus distinguitur à sapientia, & scientia, quia hæ sunt discursiuæ: ille acquiritur absque discursu, quod discrimen indicauit Aristoteles loco Ethicorum citato. Vt cōstituatur discrimen inter sapientiam, & scientiam, notandum est cum D. Thoma 1. 2. q. 57. artic. 2. scientiam bifariam sumi: primò in communi, vt definita est in secundo capite, & complectitur omnem notitiam, vel habitum causatum per discursum ex causa à priori. Secundò contractius, vt significat solam cognitionem habitam per causas inferiores. Si primo modo loquamur, certum est, sapientiam non distingui à scientia, nisi vt speciem à suo genere, secundum quem modum diuisimus scientiam lumine naturali acquisitam, in Physicam, Metaphysicam, & Mathematicam: at secundo modo contra diuiditur sapientia naturalis (de qua sola agimus, & est eadem, quæ Metaphysica) à scientia, differuntque ex parte rationum formalium assentiendi: alterius enim, id est, sapientiæ, rationes superiores sunt alterius inferiores.

Discrimē inter intellectum, sapientiā, & scientiā. Arist. D. Thom.

Scientia dupliciter accipi potest.

Sapientia eadem est, ac Metaphysica.

Digitized by Google

ctus veluti ſuſpenſus aſſentitur obiecto; quo eodem modo ſe habet ſuſpicio: ſolum ergo differunt ſecundum magis, & minus; ſi enim indicium eſt efficax, & à multis approbatum, cognitio ex eo habita dicitur opinio, ſi autem indicium eſt minus efficax, aut priuatum, cuiuſmodi eſſe ſolent indicia humanarum actionum, de quibus ſumus ſuſpicioſi, vocatur ſuſpicio.

Differunt tantum ſecundũ magis, & minus.

Difficilius eſt inter humanam fidem, & opinionem diſcrimen conſtituere; hoc vt fiat, notãdum eſt, duplicem eſſe opinionẽ, vt in eius definitione indicauimus: alteram immediatã, alteram mediatam. Immediata eſt, quæ ex ſuis terminis præfert aliquam veritatem, ob quam intellectus illi aſſentitur, cuiuſmodi eſt illa; parentes diligunt filios; nam parentibus ex eo præcisè, quod parentes ſint, abſque alio medio, conuenit natos diligere, licet hoc non ſit omninò infallibile, & ideò ſub opinionem cadat. Mediata opinio eſt, quæ per aliquod probabile medium comparatur, vt, ſi quis probet, prima principia eſſe diſcurſiua, quia cognoſcuntur per inductionem.

Opinio duplex eſt, altera immediata, altera mediata.

Vbi eſt aduertendum primò, illam partem definitionis opinionis ſupra poſitæ (cum formidine partis oppoſitæ) eſſe neceſſariam, quatenus definitio accommodatur primæ opinioni, quoniam per eam ſolam ſecernitur opinio immediata à primo principio. In definitione verò ſecundæ adhiberi gratia explicationis, quia medium probabile iam indicat opinionis inconſtantiam. Eſt aduertendum ſecundò, nomine medij probabilis intelligi etiam conſequẽtiam; fieri enim poteſt, vt principia, ex quibus deducitur opinio, ſint neceſſaria, & vt talia cognita, nec inferant neceſſariam concluſionem defectu conſequentiæ formalis, vt in Enthymemate, vel ſyllogiſmo non formali. Opinionis immediatæ meminit expreſsè Ariſtoteles hoc cap. 26. mediatam, vt magis tritam ſuppoſuit, & non obſcurè indicauit, vt legenti contextum patebit.

Quæ ſit mediata opinio.

Fides humana non ſolùm diuiditur eadem partitione, qua opinio in mediatam & immediatam, quę diuiſio eodem modo, quo illa explicanda eſt, ſed etiam in obſcuram, & aliquo modo euidentem. Ad cuius partitionis intelligentiam eſt ſciẽdum, omnem fidem duobus principijs initi; altero, quod res credenda dicatur ab aliquo; altero, quod dicens ſit verax: quæ poſsũt eſſe, vel ambo obſcura, vel ambo euidentia, vel alterũ obſcurum, alterum euidens; v. g. aut mihi non eſt euidens, hoc dictum eſſe ab aliquo, & dicentem eſſe veracem: ſed vtrumq. cognoſco ex reuelatione, vel coniectura; aut ſi eſt euidens, dictum eſſe, cùm dicentem audio, obſcurum eſt, an ille ſit verax, vt communiter contingit; aut è contra euidens eſt dicentem eſſe veracẽ, obſcurum tamẽ, an ille dixerit, quod contingit in fide diuina. Quocunq. modo ex his habeatur fides, eſt ſimpliciter obſcura, quemadmodum in notitia diſcurſiua, ſi vtrumque, vel alterum principium ſit contingens, concluſio ſimpliciter eſt cõtingens. Si autem vtrumq. principium ſit euidens, dicitur fides euidens in teſtificante; huiuſmodi eſt fides huius propoſitionis (Roma eſt) nam euidenter nobis conſtat, à multis dici, & verum eſſe, quod dicitur, cùm impoſſibile ſit, tot homines tantæ autoritatis in aſſerenda re falſa conſpiraſſe.

Fides humana diuiditur tũ in mediatam, & immediatã, tum in obſcuram, & aliquo modo euidẽtem.

Quæ ſit fides obſcura, quæ euidens.

Prima igitur quorundam ſententia eſt, fidem, & opinionem, ſi cum proportione comparentur, id eſt, fides immediata cum opinione immediata, & fides mediata, cum opinione item habente medium, non differre eſſentialiter? Si autem ſecus conferantur, differre. Secunda pars reſponſionis eſt manifeſta, quia cognitio non diſcurſiua ex modo tendendi in obiectum eſt eſſentialiter diuerſa à diſcurſiua, vt diximus de ſcientia, & primis principijs; ergo non ſolùm differunt fides immediata, & opinio cõparata per medium; ſed etiam opinio mediata, & immediata: ſimiliterque fides. Prima pars probatur primò ex Ariſtotele hoc

Prima ſententia circa opinionis, & fidei diſtinctionem.

1. Argum

loco, vbi non distinguit fidē humanam ab opinione; & in 1. Topic. c. 7. ait, fidem esse opinionē habitam per inductionem, vel syllogismum probabilem. Secundò, sunt pares incertitudine, & ineuidentia; ergo non distinguuntur. Consequentia est bona, quia specifica cognitionū distinctio maximè attenditur ex illis conditionibus Antecedens patet, quoniam eque dubij manemus de rebus, quas opinamur, & quas credimus, vnde in confirmationem alicuius probabilis sententiæ æquè adducimus Autores, ac rationes. Tertiò: fides humana sæpe r vltimò nititur in aliqua ratione probabili; ergo ex genere suo nō differt ab opinione. Probatur antecedēs primò, quia, quando credo alicui, sæpe quæro aliquam rationem probabilem credēdi, aut quia ille solet vera narrare; aut, quia dicta apparēt verisimilia, alioquin possemus credere impossibilia, ex eo solū, quod narrarētur: nam posito toto motiuo assentiendi, illicò dari actus potest. Secundò; quia fides diuina requirit etiam probabiles rationes, vt pertrahat intellectum; ergo à fortiori idē dicetur de humana. Quartò, ad opinionē est necessaria pia affectio voluntatis, vt ad fidem; sunt igitur idē. Antecedens probatur; quia ad fidem ideò requiritur pia affectio, quia intellectus nō cōuincitur à veritate obiecti; & ideò potest refragari, nisi à voluntate cōpellatur ad actum, seu in obsequium fidei captiuetur; sed obiectū opinionis non cogit etiam intellectum; ergo egebit motione voluntatis; & hanc opinionem defendere videtur hoc loco Dominicus Soto.

2. Argum.

Tertium.

4. Argum.

Sot.

Secunda sententia est, fidē nixam principijs euidētibus esse essentialiter distinctam ab opinione, secus verò fidem obscuram. Secundam partem probant argumenta præcedentis sententiæ. Primam hæc: cognitio euidens, & ineuidens sunt specie distinctæ; sed illa fides est euidens, opinio autem ineuidēs; igitur, &c. Probatur minor; quia cognitio sumit suam essentiam, & conditiones ex obiecto formali; ergo cùm in prædicta fide hoc sit euidens, vt diximus, tota fides est euidens. Secundò; Aristoteles distinxit opinionem à scientia, quia altera habet formidinem, altera non habet; sed illa fides nullam habet formidinem, vt experiēta docet: quis enim formidat asserere, Romam esse? differt igitur ab opinione, quemadmodum scientia.

a Sententia.

1 Argum.

2. Argūm.

Dicendū nihilominus est, opinionem esse essentialiter diuersam à fide humana tam euidenti, quam ineuidenti. Prima pars de discrimine à fide euidente ratione principiorum, probatur argumētis proximè adductis pro secunda sententia, quorum tamen efficaciam inferius expendemus. Secunda, in qua nostra sentēcia ab vtraque proposita dissidet, hac ratione demonstratur. Media harum cognitionum sunt specie diuersa, ergo & cognitiones; consequentia latè ostensa est in quæstione præcedenti. Antecedens probatur: medium credendi est alicuius autoritas, opinandi verò est ratio probabilis, aut probabilitas terminorum, quæ patet distincta esse; voco medium latè omnem assentiendi rationem.

3. & vera sententia docet, opinionē esse essentialiter diuersā à fide tam euidenti, quam ineuidenti. Mediū credendi est alicuius autoritas, opinandi verò est ratio probabilis.

Dicent, nec medium credendi esse puram authoritatem, nec rationem opinandi esse aliquid in re ipsa magis coniunctum cum re; quam dictum alicuius. Primum ostendent ratione supra posita, quia, vt credam alicui, oportet mihi persuadeam, vel rem esse verisimilem, atque adeò probabilem, vel dicentem esse veracem, idque ex aliqua coniectura, quæ non differt à medio probabili. Secundum suadebunt; quia opinio semper procedit per media extrinseca, & obscura. Sed non rectè occurrunt; nam quod ad fidem attinet, vt credam, non est necessarium; considerem possibilitatem rei, quæ dicitur, sed vt non reputem esse impossibilem; quod autem existimem, dicentem esse veracem ex indicio, aut experientia, non tollit, præcisam rationem specificantem actum fidei esse dicentis autoritatem, alioquin fides nostra non differet à scientia in Philosopho, cui euidens fuerit,

Resp
tur ar
cōtra
Ad
Arist

Ad

fuerit, Deum esse veracem: innititur enim in scientia, quod absurdissimũ est; supponitur ergo hæc cognitio, non vt radix assensus, sed ad eum ferè modum, quo notitia experimentalis antecedit principium, cui nec est ratio assentiendi, nec distinguendi ab alijs notitijs; si dicant, fidem diuinam non supponere aliam cognitionem, qua teneam, Deum esse veracem, sed eodem lumine, & actu vtrumque percipere; dicam, nullam esse causam, cur hoc non concedatur fidei humanæ, vt eodem actu asserat, rem esse, quia aliquis hoc dicit, & verax videtur.

Facilius refellitur alia ratio circa opinionem; nam vt ratio assentiendi in opinione immediata est apparens veritas in ipsis terminis, ita immediata ratio assentiendi est medium, quod in re putatur connexum cum conclusione opinabili, vt illius causa, vel effectus, vel signum, aut simile; in quo maximè differt ratio opinandi à ratione credendi; quia hæc per se est extrinseca, & in re nullum dicit ordinem ad rem credendam: illa, etsi extrinseca sit, concipitur tamẽ cum ordine in re ipsa; imò totum medium sciendi non integratur ex solo extrinseco medio, sed ex probabilitate, quæ apparet in extremis, vt diximus de medio scientifico. Ex his facilè patet solutio ad argumenta. Ad primum ex Aristotele respondetur, opinionem etiam in vulgari sermone sumi aliquando tam latè, vt ambiat omnem cognitionem obscurã; aliquando presse, vt distinguitur cõtra fidem; & Aristotelem loco citato accepisse opinionem priori modo. Ad secundum, esto, totum concedatur, solum probat opinionem, & fidem in genere conuenire incertitudine, & ineuidẽtia, quo modo etiam conueniunt duæ opiniones rerum diuersarum, quod non impedit, quo minus specie sint diuersæ. Cur verò in confirmationem opinionis adducantur Autores, explicatum est. Ad tertiũ iam est expositum, quo modo fides nitatur ratione probabili, scilicet, vt manuductione extrinseca, quemadmodum fides diuina exigit etiã rationes probabiles, quibus excitetur intellectus extrinsecè; assensum enim non præbet intrinsecè, & per se nisi ob autoritatẽ Dei. Quod additur, posse credi impossibilia, si nõ est necessaria probabilitas, vt ratio credẽdi, negandum non est, quia impossibilitas repugnat cum credibilitate, quæ est formale obiectũ fidei; sufficit igitur, non cogitare rem, de qua habenda est fides, esse impossibilem. Ita sunt expeditæ omnes cõfirmationes illius argumẽti. Ad quartum concedẽdum est, piam affectionem voluntatis cõducere ad opinionem ob rationem ibi assignatam; verùm multò magis ad fidem, quia est minor cõnexio inter illius medium, & obiectum credendum, quam inter medium opinionis. Neganda tamen est consequentia, quia illa conditio sequitur genericam obscuritatem, & incertitudinem, in qua conueniunt fides humana, & opinio, sub qua specificæ rationes dantur.

Respõdetur argum. cõtrarijs.

Ad 1. ex Arist.

Ad 2.

Ad 3.

Impossibilitas repugnat cum credibilitate, quæ est formale obiectũ fidei.

Ad 4.

ARTICVLVS III.

Conferuntur habitus euidentes cum ineuidentibus.

SEcunda collatio est habituũ ineuidentiũ cum euidentibus, in qua nõ erit opus percurrere singulos habitus, cũ id, in quo differũt, si tamẽ re vera differũt, omnibus sit commune. Quare imitati Aristotelẽ cõparabimus scientiam, & opinionẽ, tam quo ad conuenientiã, quam quo ad diuersitatẽ, vt, quod de ijs dictũ fuerit, de ceteris dictum intelligatur. Conuenientiã explicuit Aristoteles in hoc capite, cũ dixit, de eadẽ re posse esse sciẽtiam & opinionẽ; & probat, quia id, quod vnus agnoscit per medium necessariũ cum ceteris cõditionibus ad scientiã requisitis, potest alius per medium probabile cognoscere, vnde ille habebit scientiã de eadem re, de qua hic habet opinionem. Non eget hęc res longiori probatione, cum ad scientiam non satis sit rẽ esse necessariam, sed vlterius oporteat illam

Qualiter se habeãt habitus ineuidentes, & euidentes iter se.

penitus,&,vt est in se,per veram causam perspicere, quod in hac vita rarò contingit. Ad opinionem verò sufficiat, rem vtcunque cognoscere, quod circa rem necessariam facillimum est. Illud tamen aduertes,etsi, de quacunque re est scientia, de eadem possit esse opinio, non esse fas reciprocare,ita, vt, de quacunque re est opinio,possit esse scientia.Enimverò scientia est solum de necessarijs, cognitis vt necessarijs ; opinio autem esse potest de cõtingentibus.

De quacũque re est scientia, potest esse opinio : nõ tamen è contra.

Non est longè recedendum ab hac disparitate,vt scientiæ,& opinionis discrimen colligamus; Si enim altera est de re necessaria, quatenus necessaria est, altera de re sub ratione contingentis;planũ est,earum obiecta formalia esse longè diuersa, & consequenter ipsas cognitiones, & habitus specie distinctos. Nam necessarium,qua tale,est certum,& infallibile; contingens verò fallibile, & incertum. Vnde obiectum formale scientiæ est certum,& infallibile; obiectum verò opinionis incertum, & fallibile. Quod Aristoteles satis expressit,cum dixit,opus esse,vt res, quam scimus, immutabilis sit, ea verò, quam opinamur, aliter euenire possit, nimirum ex vi opinionis; secundum se namque potest esse necessaria,vt dictum est. Cum igitur diximus, haud repugnare, has duas cognitiones, & habitus versari circa idem obiectum, intelleximus obiectum materiale; formalia enim perpetuò sunt diuersa; ex quibus sumẽda est eorum specifica distinctio; Quare hoc differet scientia ab opinione, quod hæc sit fallibilis, & incerta;illa certa,& infallibilis.

Obiectũ formale scientiæ est infallibile;opinionis verò fallibile.

Quod discrimen, vt appareat, essentialene sit,an accidentale, aduertendum est primò, certitudinem esse triplicem,scilicet obiecti,cognitionis,& cognoscentis. Prima reperitur in re, quam scimus, & non differt ab eius necessitate, vt docuit D. Thom. in 3. distinctione 23. q. 2 art. 2. quæst. 3. Bonauent. ibi. quæst. 4. Capr. d. 25. ad argumenta contra primam conclusionem : de hac dictum est capite secundo, quæstione 1. art. 4. Certitudo cognitionis est illius infallibilitas, cui falsitas subesse nequit : hæc non supponit perpetuò materialis obiecti certitudinem, nec, vbi ea datur, ex illa præcisè oritur ; Primum patet in fide diuina, quæ certa est cũ obiecti contingentia: secundum apparet in opinione habita de re necessaria;est enim incerta, etsi obiectum certissimum sit : sed nascitur ex medio,quo res cognoscitur;vnde scientiæ naturam ingreditur: nam conditio ex medio assentiendi deriuata essentialis est cognitioni, vt superiori quæst. visum est. Certitudo cognoscentis est firma intellectus adhæsio ad rem, vt veram, quæ secum patitur falsitatem,vt videre est in ijs, de quibus Aristoteles septimo Ethic. c. 3. dixit in sua opinione, quam alios in scientia,constantiores esse.

Certitudo triplex. Prima.

D. Thom. Bonauen. Capreol.

Secunda scientiæ essentialis.

Tertia.

Aduertendum est secundò,cognitionis certitudinẽ ex euidentia manare,vt expressè docet D. Tho. quæst. 14. de Veritate,art. 9. Scot. q. 3. Prologi,in quæst. 4. laterali, Durand. ibi quæst. 1. Ratio est; quia illa certitudo tunc datur, cum intellectus absque vllo errandi periculo obiecti veritatem assequitur : sed intellectus nequit hoc modo veritatem assequi, nisi rem ita esse videat : quãdiu enim res manifestè non apparet, non audet intellectus,qualis sit, asserere,ne obscuritate deceptus erret. Vnde è contrario, qui aliquid asseuerant,firmius testimonium nõ asserunt, quã, se vidisse, hoc est, euidenter cognouisse. Et hinc est,quod Aristoteles in definitione scientiæ solam expresserit certitudinem,cum apud illum indubitatum sit, euidentiam quoq; ad scientiam exigi ; explicato enim posteriori,subintelligi voluit prius, sine quo posterius esse non potest.

Certitudo ex euidentia nascitur. D. Thom. Scotus. Durand.

Euidentia duplex,& quid vtraque.

Porrò euidentia duplex est,altera obiecti, altera cognitionis : Illa est claritas, & perspicuitas, qua res ita potentiæ obijcitur,vt ab ea quasi videatur : hæc est ipsa claritas perceptionis rẽ penetrantis: quam nõnulli Theologi in scientia necessariam esse negãt,cuiusmodi sunt Alb. Magn. tract 1.

Alb. Mag.

Canus. tract. 1. q. prima, Canus li. 12. de Locis Theolog. c. 2. & alij Recentiores, qui nostram Theologiam sine conclusionum euidentia veram scientiã esse docent, probantque ex sacris literis Hieremiæ 3. Dabo vobis pastores, qui pascant vos scientia: quod nõ modò de articulis fidei, sed etiam de Theologia dictum est, vt aliqui Interpretes exponũt; quibus fauet Augustinus lib. 14. de Trinitate, c. 4. Hieronymus in Prologo sacrę scripturę, & D. Thom. prima parte, quęstione prima, articulo secundo. Alij verò, etsi euidentiam in vera scientia requirant, non tamen sui, sed certitudinis gratia necessariam esse putant.

Hierem. August. Hieron. D. Thom.

Euidẽtia, nõ solum certitudinis gratia, sed per se essentialiter est in scientia.

Nobis tamen nõ modò necessaria videtur euidentia ratione certitudinis in scientia naturali, vt in secũdo aduertendo probauimus: Dixi [in scientia naturali] quoniam fides supernaturalis absque euidentia summam sibi vendicat certitudinem; sed illud præter naturam intellectus contingit, vt proximè explicandum est. Non modò, inquam, gratia certitudinis necessaria est euidentia, sed etiam per se in scientia reperitur, & in eius essẽtia includitur. Quod euidentia per se in scientia reperiatur, insinuat D. Thom. q. 14. de Verit. art. 9. cum ait, omnem scientiam propriã in visione rei præsentis (hoc est, perspicuè apparentis, vt ex antecedentibus colligo) perfici. Ratione probatur; scientia est perfecta rei cognitio, in qua intellectus per se quiescit: sed omnis cognitio obscura est hac ex parte imperfecta, intellectũque, nisi ex errore, aut voluntatis affectione non pacat; ergo euidentia per se est necessaria. Confirmatur: Quoniam, si euidentia non esset per se cognitionis perfectio; sed gratia tantum certitudinis; intuitiua Dei visio non tam auidè appeteretur: nã per fidem æquè Dei certitudo, ac per illam habetur. Item, non esset in ea visione collocata nostra suprema felicitas, si conditione solum accidentaria à fide separaretur.

D. Thom. Probatur 1.

Probatur 2.

Hinc etiam probatum manet, euidentiam in intrinseca scientiæ ratione includi, vt dicebamus: si enim ad substantialem scientiæ perfectionẽ per se requiritur, & scientiam non ex accidente à notitia obscura, sed intimè distinguit, necesse est, in eius essẽtia includatur. Conf. quia euidẽtia obiectiua est conditio essentialiter diuersa, imò opposita obscuritate; ergo euidẽtia cognitionis, quæ ex obiectiua deriuatur, interna scientia erit; siquidem obiectiuæ cõditiones in cognitionũ essentiam redundãt. Quod verò illi Autores asserebant, nostrã Theologiam veram scientiam esse, omninò falsum est; etsi aliquãdo fuso vocabulo à scriptura, & Patribus scientia nominetur, quatenus omnis certa cognitio scientia appellatur. Imò D. Aug. humanam fidem, quando omnis formidinis expers est, scietiam vocat: ita enim loquitur 15. de Trinitate, c. 12. Absit, quod nos scire negemus, quæ testimonio didicimus aliorum, alioquin nescimus, esse Oceanum, esse terras, atque vrbes, quas celeberrima fama commẽdat.

Theologia quomodo scitia dicat.

Eodẽ ferè modo de opinione philosophandũ est: quemadmodũ enim sciẽtia propter obiecti euidentiam; & firmitatem certa est in se, & subiectum certitudine afficit: ita opinio ex ineuidentia, & fallibilitate sui obiecti duplicem haurit incertitudinem, seu formidinẽ: vnam subiecti, quæ est potentiæ vacillatio, seu dubietas in assentiendo: nam obiectio ineuidenti potentia firmiter non adhæret: alteram cognitionis, qua nimirum ipsa cognitio sic affecta est, vt ei falsum subesse possit: hæc rursum duplex est. Prima est positiua, & essentialis differentia actus, ex obiecto formali desumpta: secunda negatio certitudinis, quæ illam differentiam sequitur, & opinionis passio dici potest: & quamuis formido de hac negatione primò dicatur: potuit tamen prædictæ differentiæ idem vocabulũ accommodari: quemadmodum Irrationale, & Incorporeum prò differentijs Bruti, & Angeli sumuntur, etsi primò negationes significent.

Opinionis formido ex ineuidentia nascitur.

Quotuplex sit formido.

Ex his manifesta est propositę dubitationis solutio; si enim certitudo,

Discrimẽ scientię, & opinionis quale.

& formido, vt scientiæ, opinionisq; affectiones sunt, cõsiderentur, maius discrimen, quam accidẽtale, inducere non possunt: si verò pro conditionibus internis ex obiectis formalibus acceptis capiantur, essentialem, & specificam differentiam pariũt, vt satis apertum est: atq; de hoc discrimine locutus videtur Aristoteles, cũ in præsẽti has cognitiones distinxit.

Ceterum aduersus traditam a nobis doctrinam, & Aristotelis resolutionẽ duo obijci possunt. Primum, non est necessarium omnem opinionem esse ineuidentẽ; ergo falsum est, opinionis formidinem ex ineuidentia manare. Probatur antecedens; nõ repugnat, connexionem contingentẽ inter duo extrema, vt inter hominem, & albedinem, intuitiuè cognosci: sed ea cognitio erit opinatiua, si verum est, quod supra diximus, notitiam obiecti contingẽtis semper esse opinionem, & tamẽ, cũ intuitiua sit, nequit ineuidẽs esse. Maior huius argumenti manifesta videtur: & saltẽ negari non potest, Deum communicare posse intellectui creato euidentem rei contingentis notitiam, quæ procul dubio obscuritate carebit; ergo, si opinatiua est, non sequitur omnis formido ex ineuidentia. Secundum; fides diuina est certa, distinguiturque ab opinione; igitur Aristoteles non sufficienter distinxit opinionem à scientia per certitudinem, sed addere debuit euidentiam.

Obijcit. 1.

Secundò.

Respondetur ad primũ, illa obiecta contingentia dupliciter cognosci posse: primò; eorũ contingentiam per notitiam expressè attingẽdo, ita vt cognoscas hoc totum; homo est cõtingenter albus: & huiusmodi notitia necessaria est, & scientifica: licet enim homo desinat esse albus, semper manet vera: & hanc scientiã habet Deus de contingentibus: secũdo modo, attingẽdo simpliciter connexionẽ, nec eius qualitatem exprimẽdo: quales esse solent propositiones, quas per notitiam intuitiuam, & experimentalem de obiectis contingentibus efformamus: atque hæc appellari solet opinio, vt notat Lynconiensis in fine Posteriorum, & Gregorius q. 2. Prologi, artic. 3. & 4. eò quod est de obiecto, quod aliter euenire potest: simpliciter tamen non est opinio, quia nullo modo ei falsũ subesse potest: nã cognitio euidẽs hoc ipso, quod talis est, nõ est falsa.

Notitia cõtingentis duplex.

Prima est scientifica.

2. vocari solet opinio.

Lyncon. Gregor.

Oppones; si quis eam vellet continuare destructi obiecto, (quod fieri non repugnat) erit falsa, proindeque falsum illi subesse potest. Respõdetur, contradictionem esse notitiã euidẽtem obiecto, non vt antea existente perseuerare; ex eo enim, quod sit euidens, rem percipit, vt est; quare, si res mutetur, non potest ipsa nõ mutari. Hinc ad primũ obiectum respondetur, adductas ibi cognitiones propriè opinatiuas non esse, & ideò argumentum nobis non aduersari.

Primi obiecti solutio.

Ad secundum respondetur, Aristotelem nõ fuisse locutum de quacunque certitudine, cum scientiam ab opinione per eam seiunxit: sed de certitudine sumpta ex obiecto, qualis non est fidei certitudo, quoniam obiectum fidei sæpissimè est contingens, & tota certitudo à medio extrinseco, diuina scilicet autoritate, oritur. Quod autem Aristotel. de certitudine ex obiecto cognito loquatur, inde patet, quia ad immutabilitatem rei semper recurrit.

Solutio 2.

ARTICVLVS IIII.

Quanta sit connexio formidinis cum opinione.

EX triplici formidine, quã in opinione distinximus, primam; cũ sit illius differentia essentialis, constat esse illi intrinsecam, & essentialem, proindeque omninò inseparabilem, de qua intelligendus videtur D. Thomas 1. secundæ q. 67. art. 3. & 2. secundæ, quæst. 1. art. 5. vbi ait, formidinem pertinere ad rationem opinionis, quod supponit Scotus in 3. dist. 23. quæst. vnica ad Argumenta. De reliquis duabus est controuersia; & in primis, quod formido annexa cognitioni ab opinione separari possit. Probatur primò, formido est

Triplex in opinione est formido.

D. Thom. Scot.

Vtrũ formido possit ab opinione separari.

Argu. pro parte affirmatiua, quo ad formidinem actui anexam.

1. Argum.

est negatio finita in actu, ergo tot afferri possunt rationes, vt omninò consumatur. Si respondeas, idcirco non consumi, quia rationes adductæ, si necessariæ sint, scientiam pariunt. & ita non formidinem ab opinione, sed opinionem ab intellectu tollunt; si probabiles, suam habent formidinem; ideoque implicare, vt toram expellant. Sequetur ex hac responsione, quò plures rationes probabiles ad aliquam conclusionem opinatiuam confirmandam accumulantur, eò maiorem illi addere formidinem; singulæ enim addent suã: quod repugnat experientiæ; certius enim apparet id, quod pluribus, quã quod paucioribus argumentis Topicis confirmatur.

Secundũ.

Secundò; sicut datur actus intellectus attingens rem vt necessariam, & alius vt contingentem, ita potest dari aliquis attingens rem simpliciter, non attendendo necessitatem, vel contingentiam, qualis videtur esse ille, quo percipitur obiectum necessarium per opinionem: etenim si ille actus perciperet rem, vt necessariam, esset scientificus; si vt contingentem, falsus, cũ res sit necessaria; ergo percipit absolutè illam veritatem: vt igitur primus actus est scientia: secundus opinio cum formidine: tertius erit opinio sine formidine; siquidem in illius obiecto non apparet contingentia, quæ est formidandi ratio. Qd autem illa actio sit opinio, videtur manifestum; cum sit ineuidens, & aliquando obiecto contingenti.

Quod formido ex parte subiecti sit separabilis ab opin.

2. Argum.

Iam verò formidinem ex parte subiecti esse separabilem ab opinione, videtur demonstrari. Primò, fides humana habet omnes cõditiones, quas habet opinio, vt reddat intellectum formidantem; sed amittit aliquando omnem subiecti formidinem; ergo idem præstabit opinio. Maior est certa; quia dubietas intellectus in opinando est ob ineuidentiam, & incertitudinem actus, cui non repugnat subesse fallum: sed fidei humanæ est intrinseca ineuidentia, & eius medium, cum sit autoritas humana, est fallibile; ergo, &c. Maior probatur, quia nemo est tam suspiciosus, vt cũ formidine credat esse Romam, & ea, quæ in historijs enarrantur. Secundò; qui opinatur circa obiectum necessarium, si formidat, existimat, illud aliter se habere posse, atq; adeo errat; vt ergo circa huiusmodi obiectum sit vera opinio, qualem statuit Aristoteles, oportet omni formidine carere. Tertiò; intellectus habens scientiam alicuius conclusionis nullam de eadem habet dubitationem, vt constat, sed plerumque sciens adhibet probabiles rationes; ergo in eo euentu probabilia carent omni formidine ex parte subiecti. Quartò Aristoteles libri 7. Ethic. cap. 3. attestatur, multos suis opinionibus tenacius adhærere, quam alios scientijs, quod experientia docet in hæreticis, qui difficilius à suis dogmatibus, quam fideles à vera fide amouentur. Vnde sumi potest confirmatio: nam fides est in se certissima, & non tollit, quin subiectum aliquando vacillet; ergo licet opinio de se sit dubia, non prohibebit, intellectum aliquando non hæsitare.

Secũdum.

Tertium.

Quartum. Arist.

Confirm.

In hac quæstione communis Autorum vox est, formidinem esse de ratione opinionis, & eum, qui opinatur, formidare. Ita loquutus est Aristoteles in hoc cap. D. Tho. locis citatis. Aureolus citatus ab Ochamo in q. 2. Prologi circa secũdum. Ochamus ibi. Greg. q. 2. Gabriel q. 7. art. 1. not. 2. Maior q. 4. Marsilius q. 2. Basfol. q. 5. ar. 3. & ferè reliqui antiquiores; sed quia potest esse quæstio de vocabulo, dum vnus eam solum cognitionem appellat opinionem, quę affert subiecto formidinem, alius eam etiam, quæ licet formidinem tollat, ex se potest falsitatem admittere: opus est prius constituere, quid nomine opinionis intelligatur hoc loco; & quamuis ex illius definitione colligi videatur, rationẽ opinionis non posse præscindi à formidine, illud tamen est intelligendum de differentia essentiali, quam eodem nomine appellauimus, quæ non est aliud, quam intrinseca fallibilitas actus, non verò de negatione certitudinis,

Arist. D. Thom. Aureol. Ocham. Greg. Gabriel. Maio. Marsil. Basfol.

Quid opinionis nomine hoc in loco intelligatur.

Digitized by Google

tudinis, tàm in actu, quàm in subiecto, quas extra illius essentiam esse monuimus.

In quo sit præsens quæstio.

Præsens igitur dubitatio est, an cognitio intrinsecè fallibilis necessariò, annexam habeat negationem certitudinis in se, & vacillationem, seu formidinem in subiecto; illa autem cognitio censetur hoc modo fallibilis, quæ est ineuidens, & nititur lumine naturali. Dixi (ineuidens) propter scientiam, & cognitionem euidentem obiecti contingentis, de qua supra diximus. Additum est, quæ innititur lumine naturali, propter fidem diuinam, & Theologiam nostram, quia priores ob euidentiam; posteriores ob lumen supernaturale sunt infallibiles.

Opinio Caiet.

Et quidem Caietanus hoc loco, sed expressius tertia parte, quæst. 54 art. 3. circa ad secundum, & 2.2. q. 1. art. 5. hanc cognitionem, si formidine careat, non vocat opinionem, sed Dialecticam notitiam, quo vocabulo existimat, se conciliasse hæc duo loca D. Thom. allegata, in quorum primo docere videtur, D. Thomę opinionem esse posse cum scientia de eadem re per diuersa media; in secundo absolutè idem negat, vbi Caiet. aduertit, in primo loco non fuisse D. Thom. vsum nomine opinionis, sed cognitionis absolutè, vt indicaret, eam cognitionem, quæ, antequã in subiecto esset scientia, habebat formidinem, & erat opinio, cum scientia acquisita, & formidine expulsa remanet, non esse opinionem, sed cognitionem Dialecticam. Quæstio tamen hæc, vt dixi, est de vocabulo, quocirca, vt de re disputemus, hanc notitiam deinceps opinionem appellabimus.

Caiet. D. Thom.

1. Cõcluf. de formidine actũ cõsequẽte.

De qua sit prima conclusio. Formido consequens actum, id est, negatio certitudinis in actu, est omninò inseparabilis ab opinione. Probatur hæc; formido est negatio infallibilitatis, quę visitur in opinione; sed opinio essentialiter est cognitio fallibilis; ergò necessariò habet huiusmodi negationem. Tota ratio est euidens; & solum egetexplicatione, quæ sumi potest primò à contrario; nam in actu scientiæ, ob illius infallibilitatem est repugnantia, vt ei subsit falsum, ita coniuncta, vt nequeat ab eo infallibilitate remanente separari, quæ cum essentialis sit, implicat, à scientia tolli. Pari modo se res habet in formidine, quam nemo separabit, nisi, qui essentiam opinionis euerterit. Deinde à simili; negatio rationalis est prædicatum omninò necessarium, respectu bruti, propterea quod differentia essentialis bruti est opposita rationali hominis; cum ergo differentia opinionis sit opposita differentiæ scientiæ, hoc est, certitudini, negatio certitudinis erit cum opinione perpetuò coniuncta.

Caiet. Maſſa. D. Thom. Vasq. 1. p. q. 1. d. 1 ca. 4. Arist. Confir.

An formido subiecti tolli possit.

Difficilior est dubitatio de formidine subiecti. De qua Gregorius Arim. in illa secunda quæst. Prologi sentire videtur, ab opinione seiungi non posse; negat enim in solutione secundi argumenti, posse intellectũ per assensum tendere in aliquod enũciabile, illius veritatem præcisè attingendo, sed debere illud præcipere, vt necessarium, vel non necessarium: aut enim, inquit, assensus est certus, & euidens, aut non; si primũ, sequitur scientia; si secundum, opinio. Ex qua doctrina iuncta solutione primi, vbi docet, præcipuam formidinis causam in intellectu esse medij ineuidentiam, colligitur, eius mẽtem fuisse, intellectus, formidinem ab actu opinatiuo separari non posse. Quod hac ratione comprobatur, quælibet cognitio secundum modũ suæ naturæ afficit intellectum; igitur, quæ intrinsecè fallibilis est, & incerta, secundum has conditiones intellectum informabit, & consequenter formidolosum reddet. Confirmatur. Ita se habet certitudo ad scientiam, vt formido ad opinionẽ; sed fieri non potest, vt, qui actu scientiam habet, de illius obiecto dubitet, vt Arist. hoc lib. 1. cap. 6. & sæpe alibi affirmat; ergo fieri nequit, vt, qui opinatur, non dubitet.

Pars negans probatur.

Arist.

Secun

Opposita sententia, quæ affirmat, aliquam opinionem in intellectu dari posse, à qua ille dubius, formidolosus vè

Pars affirmans approbatur.

Caiet. Maſſa. D. Thom. Vaſq. 1.p. q. 1. d. 1. nu. 4. Ariſt. Confir. 1.

Secundi.

Quædam reſponſio excludit.

Quib. modis intellectus poſſit cõſiderari.

Quando intellectus à voluntate firmet.

D. Thom. Caiet.

ioſuvè non reddatur, eſt expreſsè Caietani locis citatis, Michaelis de Maſſa, apud Gregorium proximè, & quorundam Recentiorum, videturque eſſe D. Thomæ in loco primę ſecundæ citato; ait enim, opinionem, & ſcientiam pugnare ex parte medij, & addit, poſſe in eodem obiecto ſimul eſſe, expulſis videlicet oppoſitis conditionibus, eadem eſt expreſſa ſententia Ariſtotelis 7. Ethi. cap. 3. vbi affirmat, aliquos per opinionem nihil dubitare, & ſuis erroribus (quos opiniones eſſe conſtat) tenacius, quã alios ſcientijs adhærere. Et hinc ſumi poteſt prima, & manifeſta ratio; experimur enim, nos quibuſdã ſententijs abſque vlla intellectus formidine adhærere, quas poſtea manifeſtis rationibus damnamus. Et vniuerſim, qui exiſtimant, neceſſarium eſſe, quod falſum eſt, actum habent opinatiuum, cum medio ad ſummũ probabili moueantur, & tamen nullo modo formidant: ergo formido ſubiecti ab opinione ſeiungi poteſt. Secunda; Fides humana carere poteſt omni formidine, & tamẽ eadem ratio eſt de illa, atque de opinione; ergo hæc ſine formidine eſſe poteſt. Maiorem nemo negabit, niſi qui dubitare auſit, an Romani Imperatores exiterint? & an Luſitani ſuperato Oceano Indiam ſubiugarint? Minor patet: quia autoritas humana, qua eadem Fides nititur, æque fallibilis eſt, ac medium opinandi.

Si aliquis reſpondeat, actum erroneum, ratione cuius intellectus non formidat, non eſſe opinionem: & fidem humanam, quæ ſimiliter dubiũ excludit, eſſe euidentem, ſaltem in atteſtante, & idcirco dubitatione carere. Si quis (inquam) ſic reſpondeat, quo ad primam partem, de vocabulo contendit, nam opinio æquè poteſt eſſe vera, ac falſa, & error per medium fallibile habetur: quidquid autem huiuſmodi nititur medio, opinio eſt, vt Ariſtoteles hoc capite docuit. Quo ad ſecundam partem, falſum aſſumit, quia fides hiſtorijs habita, vel communi fama fulta, euidentiam atteſtatoris non habet, & tamen formidinem expellit: quod enim Romam indubitanter eſſe credunt, qui nec ex teſtibus oculatis eam eſſe audierunt.

Quoniam verò ratio in contrariũ adducta efficaciſſima eſt, explicare oportet, à quo principio naſcatur, vt notitia intrinſecè fallibilis potentiam ſimpliciter certam reddat. Igitur intellectus dupliciter ſpectari poteſt, primò ſecundum ſe, vt ſpecialis potentia eſt, & ad proprium obiectũ percipiendum ſufficiens; ſecundò, quatenus pars eſt totius hominis, & proinde quo ad actus humanos voluntati ſubiecta, & vtroque modo reperiri in eo poteſt firma ad obiectum adhæſio, vel de eodem hæſitatio. Intellectus, primo modo ſumptus, non dubitat de obiecto, quando euidenter cognoſcit, quo modo ſe habeat: aut cum ex luminis imbecillitate ita res illi offertur, ac ſi euidenter cognoſceretur: in quo poſteriori euentu, etſi frequenter intellectus erret, iudicando neceſſarium, quod contingens eſt, non eſſe tamen neceſſarium, vt ſemper erret, aduertit Caiet. ſupra, quia ſæpe aſſenſus eſt de obiecto vero, quem ille vocat opinionem non in ſtatu opinionis, nos tamen opinionem ſimpliciter dicemus. Intellectus ſecundo modo ſumptus, vt formidinem admittat, vel excludat, ab imperio pendet voluntatis; cum enim hæc ſit primum mouens in homine, quoties aliæ potentiæ ab obiectis nõ neceſſitantur, poſſunt ab illa ad actum applicari, vel ab eo retrahi; intellectus autem circa obiectum obſcurum, minimè neceſſitatur, vt ſupra vidimus, vnde communi Theologorum ſententia ad opinandum, & credendum tam fide humana, quam diuina neceſſaria eſt impulſio voluntatis, vt patet ex D. Thom. ſecunda ſecundæ, quæſt. ſecunda, art. 1. Caiet. prima ſecundæ, quæſtio. 65. artic. quarto. Cùm verò huiuſmodi voluntatis motio ab eius electione proueniat, fit plerumque, vt ex pia affectione, qualis eſſe ſolet circa magiſtros, vel ex paſſione contra alios; ita intellectum ad aliquas opi-

opiniones determinet, vt nihil de illis formidet.

Respõsio ad argum. contrariæ sententiæ.

Hinc ad argumentum pro contraria sententia respondetur, distinguẽdo antecedens; si enim velit notitiã afficere intellectum secundum modum suæ naturæ, quem ab obiecto expresè repræsentato participat, verum est: si autem velit notitiam afficere intellectum secundum omnem modum suæ naturæ, etiamsi deriuaretur à conditione obiecti expresè non cognita.vel repræsentata, est falsum; non potest enim intellectus in actu exercito affici à conditione resultante in cognitionem, ex eo solũ, quod obiectum non apprehendit, vt est; quod in præsenti contingit; ideo enim intellectus non formidat, quia actus nullam formidandi rationem attingit, & tamen quia res secundum se incerta est, vel quia non cognoscitur, vt omninò certa; cognitio est opinatiua. Ad confirmationem negatur consequentia, & similitudo; nam scientia repræsentat rem, vt est, & ideo formidinem permittere non potest.

Ad confir mat.

Occurrit ur argumentis ini o positis.

timo.

ecundo.

Ad argumenta verò, quibus initio nostra sententia probabatur; non esset, cur responderemus, nisi aliqua assumerent, quæ expositione egent. Omisso igitur primo, quod rectè excludit; Secundum falsò assumit, opinionem circa obiectum necessarium formidinem habere non posse: nam formido opinionis non consistit in hoc, vt tacitè, vel expresè asserat, obiectum posse aliter se habere, vt in probatione argumenti supponitur, sed vt de esse rei non certificet; nihil autem falsitatis est in cognitione, qua percipitur res esse, etsi, qua necessitate affecta sit, non percipiatur. Ad tertium respondet Greg. scientem non adhibere rationes probabiles, ita vt actus eliciat opinatiuos: sed, quod Auerr. primo lib. de Cœlo, commento 8. docet. vt ostendat rationes probabiles cum necessarijs cohærere: aut certè vtendo rationibus probabilibus ante demonstratiuas ad exercendum illum, quo cum est disputatio. Dici quoque potest, eum, qui ad conclusionem necessariam cõfirmandam medium adducit probabile, tunc per illud operari posse, cum scientificum medium non occurrit, vt infra dicemus. Quartum argumẽtum rectè procedit; eius tamen confirmatio, quatenus infert, in quacunque opinione posse intellectum non dubitare, vera non est: quoniam certitudo fidei non oritur præcisè ex ipsa cognitione, sed ex affectione voluntatis: vnde breues in intellectu dubitationes circa res fidei consurgunt, quousque voluntas accedat; dubitatio verò opinionis ex ipsa cognitione, & obiecti apparentia nascitur, quocirca, nisi detur in voluntate pia affectio vel passio, quę tamen circa omnes opiniones non dantur, nihil est, vnde intellectus ita firmetur.

Tertio.

Occurritur argumentis inipositis.

Quarto.

Ad argumenta, quibus ostendebatur formido annexa actui tolli posse. Respondetur, benè ibidem primò occurri cum Ariminensi: addiq. posse, illam imminutionem nõ fieri per certos gradus, & vt vocant, Arithmeticè, sed proportionaliter, & Geometricè; qui minuendi modus nunquam rem exhaurit, vt in 2. huius lib. cap. loquendo de euidentia dictum est. Ad impugnationem ibi datæ responsionis negandum est, pluribus argumentis probabilibus additis formidinem augeri: non est enim existimandum, vnamquamque rationem suam formidinem in assẽsum transfundere: quoniam ea, quæ ratione defectus suæ naturæ alicui communicantur, non semper eò magis intenduntur, quò illa natura amplius perficitur; v. g. formæ corruptibili conuenit aptitudo, vt separetur à materia, nec tamen aptitudo est maior, quando forma est perfectior, imò fortasse minor. Idem in sexcentis alijs inuenitur, minui, scilicet, priuationem crescente forma, & è contra decrescente forma augeri priuationem. Hoc loco est diligenter notandum, ea, quæ diximus de augmento, vel imminutione formidinis non intelligi in eodem actu specie, sed in diuersis: nam actus, qui producitur per

Actus pro ductus per rationem probabilẽ, distinguẽ-

Ad secundum.

Tria repugnant maximè i scie tia, & opinione.

d by Google

tur ſpecie ab alio, producto per aliam rationem.

per nouam rationem probabilem, diſtinguitur ſpecie à quouis alio per aliam rationem producto, ſunt enim media aſſentiendi diuerſa.

Dices, hac ratione non multiplicari plures rationes ad eandem opinionem, ſed in ſingulis eſſe ſingulas, & ad ſummum poſſe vnam habere rationem aſſentiendi efficaciorem, quam aliam. Reſpondetur, loquendo de opinionibus formalibus, ita communiter eſſe, verum non repugnare, vnum actum elici ex pluribus rationibus conglobatis in vnum mediũ, de quo procedit tradita doctrina. Adde, Autores loqui de opinione obiectiua; ad hanc enim probandam multiplicantur rationes, quæ quò plures ſunt, eò illam veriſimiliorem efficiunt.

Non repugnat, vnũ actum opinionis elici ex pluribus rationib. cõglobatis.

Ad ſecundum.

Ad ſecundum reſpondetur; ad formidinem actus ſatis eſſe, non attingi obiectum, quatenus neceſſarium eſt; quod paulò ante explicatum eſt in ſolutione ſecundi argumenti contra formidinem ſubiecti, vnde etiam patet, quid dicendum ſit ad reliquam partem argumenti de opinione circa obiectum neceſſarium.

QVAESTIO II.

Vtrum ſcientia, & opinio in eodem intellectu ſimul eſſe queant.

ARTICVLVS I.

Exponitur quæſtio, & quo ad habitus expeditur.

Tria repugnant maximè i ſcientia, & opinione.

TRia ſunt præter ſubiectum, in ſcientia, & opinione, in quibus earum repugnantia conſiderari poteſt; videlicet, obiectum, actus, & habitus, quæ proinde ſingulatim explicanda ſunt. Igitur, quod ad obiectum attinet, non vocamus in quæſtionem, vtrum opinio, & ſcientia de obiectis diuerſis ſimul eſſe poſſint? (conſtat enim, eundem hominem habere ſcientiam de rebus naturalibus, v. c. & opinionem de moralibus) ſed de eodem obiecto nõ ſolum incomplexo: ſed etiam complexo; exempli cauſa, non quærimus, an de homine poſſimus eodem tempore aliqua certò ſcire, alia opinari; de hoc enim nemo dubitat, ſed num poſſit quiſpiam eandem propoſitionem affirmatiuam, an negatiuam per ſcientiam, & opinionem ſimul cognoſcere? Dictum eſt, [affirmatiuam, aut negatiuam] quia certum eſt, ex duabus propoſitionibus contrarijs, quæ conſtent iiſdem terminis, non poſſe alteram ſcientificè, alteram opinatiuè ab eodem intellectu ſimul cognoſci: ſi enim quis eodem tempore iudicet, hominem eſſe riſibilẽ, & hominem non eſſe riſibilem; etſi alterum iudicium ſit ſcientificum, alterum opinatiuum, habebit nihilominus duo iudicia contraria, quæ conditiones contradictorias in obiecto ſupponunt; videlicet, ſimul eſſe, & non eſſe; quod cũ fieri nequeat, apud omnes receptiſſimum eſt, illa iudicia per nullam potentiam ſimul eſſe poſſe. De habitibus verò quid exiſtimandum ſit, ex dictis patebit. Supereſt igitur, vt controuerſia ſolum ſit, an ſe compatiantur in eodem intellectu opinio, & ſcientia? quibus aliquis per diuerſa media, alterum ſcientificum, alterum opinatiuum aſſentiatur huic propoſitioni; Homo eſt riſibilis; vel ſimili. Hæc de obiecto.

Opinio, & ſcientia eſſe poſſunt ſimul de obiectis diuerſis, imò de eodem tàm incõplexo, quã cõplexo.

Quod ſpectat ad actus & habitus, intelligi poteſt quæſtio de gemina ſimultate, altera cognitionis, altera exiſtentiæ: ſimultas cognitionis dabitur, ſi idem actus, vel habitus fuerit ſcientificus, & opinatiuus. Simultas exiſtentiæ tunc erit, cum duo actus, vel habitus, alter ſcientiæ, alter opinionis in eodem tempore, & ſubiecto extiterint. Et quo ad hanc, conferri poſſunt, vel actus cum actu, & habitus cum habitu; vel actus cum habitu, & habitus cum actu: in ſingulis enim collationibus occurrunt propriæ difficultates, idque vel habita ratione ſolius virtutis naturalis, vel

Duplex ſimultas, cognitionis, & exiſtentiæ.

Digitized by Google

vel etiam diuinæ. In hoc articulo dicendum est de simultate existentiæ habituum tàm inter se, quàm cum actibus; in reliquis de vtraq; actuum simultate differemus.

1. Assertio, quo ad habitus. D. Thom. Caiet. Alens. Bonauent. Recentior. cõmunis.

Sit prima assertio. Habitus opinionis, & scientiæ de eadem propositione simul esse possunt in eodem intellectu. Est D. Tho. 1. p. q. 58. art. 7. & 3 p. q. 9. art. 3. ad 2. Caiet. ibidem. Alens. 3 p. q. 79. artic. 3. Bonau. in 3. d. 24. q. 2. & Recentiorum communis. Probatur primò. Si non possent hi habitus simul esse, id proueniret ex eo, quia ad actus repugnantes inclinant; sed hoc non sufficit ad eorũ simultatem auferendam; ergo, &c. Maior est certa, quia habitus sunt quædam potentiæ particulares, esse verò & repugnantiam, vel consensus potẽtiarum sumitur ex actibus.

Eadẽ potẽtia potest esse ad actus oppositos.

Minor probatur; non repugnat, eãdem numero potentiam inclinare ad oppositos actus; ergo minus repugnabit, in eodem subiecto existere duas potentias ad oppositа inclinantes. Antecedens patet in ipso intellectu, qui simul inclinat ad omnia iudicia contraria, & inter se repugnantia. Consequentia est bona, quia difficilius videtur includere formaliter respectus ad oppositа, quam illos simul recipere; ergo si intellectus includit propensiones ad actus repugnantes, habere etiam poterit habitus, qui ad eosdem inclinent. Quæ ratio saltem ostendit, non repugnare hos habitus in gradu remisso. Secundò; ita se habent opinionis, & scientiæ habitus, vt medium scientificum, & opinatiuum; vtraque enim ad actus sciendi, & opinandi inclinant; sed media possunt simul esse, vt nemo diffitetur; ergo, & habitus. Tertiò, experimur nos vti medijs probabilibus ad confirmandam cõclusionem, quam alioqui per scientiam tenemus, & per eiusmodi vsum reddi faciliores ad illi assentiendum; ergo aliquid relinquitur ex actibus opinatiuis, quod non potest esse aliud, quam habitus. Denique scientia, & opinio solum se excludunt propter denominationes repugnantes, quas tribuunt subiecto, vt articulo sequente dicemus, nam alia denominat subiectum certum, alia incertũ: sed habitus non tribuunt has denominationes, siquidem per habitus, nec certi sumus de obiecto, nec incerti; ergo inter se non repugnant.

Sciẽtia, & opinio repugnãt in subiecto, rõne denominationis.

Respõsio.

Secunda assertio; habitus scientiæ potest esse in eodem intellectu cum actu opinionis, & è contrario habitus opinionis cum actu sciẽtiæ. Hæc ab omnibus recipitur, & quo ad vtramque partem hac ratione probatur. Actus non repugnat immediatè cum habitu, sed mediante alio habitu: igitur, si habitus opinionis, & scientiæ simul esse possunt, non est cur actus vnius cum habitu alterius esse non possit. Deinde, si ei, qui habitum scientiæ obtinet, & nihil omninò cogitat de medio scientifico, occurrat medium opinatiuum, nulla datur causa, cur intellectus non formet actum opinionis; siquidem eo tempore nõ videt rationem, aut motiuum, quo ab actu opinandi retardetur; ergo persistente habitu scientiæ opinionis actum producet. Eadem ratio fieri potest de illo, qui habitu opinionis affectus in medium incidit scientificum, cum enim hoc medium intellectum conuincat, eliciet sanè actum scientiæ, qui nec per se immediatè, nec per habitum à se genitum præexistentem opinionis habitum euertet.

Secunda conclusio: habitum scientiæ posse esse cũ actu opinionis, & è cõtra.

Erit tamen, qui aduersus hanc cõclusionis partem ita obijciat. Mediũ scientificum destruit obiectum opinionis; sed sublato obiecto non potest habitus remanere; ergo, qui elicit actum sciendi, non potest habitũ opinatiuum cõseruare. Maior patet, quia obiectum opinionis est incertum, & fallibile: obiectum verò sciẽtiæ certum, & infallibile; incertitudo autem per certitudinem, tanquã per formam oppositam, expellitur. Minor probatur, quia habitus, & potentiæ non minus pendent ab obiecto, quam à subiecto, perinde enim repugnaret, esse visum, si possibilis non esset color, & lux, in quos tenderet, ac si non daretur animal, à quo sustẽ-

Obiectio aduersus conclusionem.

Prima sniã quæst. neg. 1. Ratio. Arist. D. Thom.

sustentaretur: igitur, si actus scientiæ tollit obiectũ opinionis, ipsius quoque habitum euertat necesse est. Hæc tamen ratio nihil efficit, permissa namque maiori, explicanda est minor; si enim velit, sublato omni obiecto opinionis, tam vero, quàm apparente, non posse dari opinionem habitualem, vera est, sed in eo sensu nõ tollit scientia obiectum opinionis; adhuc enim posita scientia repræsentari poterit idem obiectum, vt opinabile per medium fallibile, licet habitus opinatiuus propter obstaculũ non possit in actum exire, nec aliud probat argumentum ex potentia deductum; solum enim concludit, non posse dari potentiam, cuius nullum sit possibile obiectum; nos verò assignamus obiectum habitus opinatiui, saltem apparens, quod respectu potentiarum, & habituum spiritualium satis est. Si verò sensus minoris sit, actum scientiæ tollere secundum rem ipsam obiectum opinionis, hoc est, ostendere rem, de qua est scientia, non esse re ipsa incertam, neganda est; nec eius probatio quidquam efficit, quia procedit de ablatione obiecti, quo ad omnem modum. Hæc ex sequentibus erunt apertiora.

Respõsio.

ARTICVLVS II.

Num actus scientiæ, & opinionis per vires naturæ in eodem intellectu simul existant.

SVpponimus ex communi Autorum sententia contra Durandũ, & alios ex parte virtutis intellectiuæ nõ repugnare, plures simul actus in intellectu esse, sed quoties vnus actus alterum expellit, hoc ex repugnantibus actuũ conditionibus euenire. Quærimus ergo; an inter actum scientiæ, & opinionis de eadem conclusione tanta sit repugnantia, vt spectata naturali intellectus virtute simul esse non possint? Prima opinio absolutè affirmat, hos actus nõ posse in eodem intellectu simul existere, videtur esse expressa Aristotelis, hoc cap. & Interpretum ibi, D. Tho. 1. 2. q. 67. art. 3. Greg. 2. quæst. Prologi & aliorum. Probatur primo argumento, quod Philosophus in contextu insinuauit. Fieri non potest, vt idem intellectus certò cognoscat, rem aliter esse non posse, & dubitet, an possit aliter se habere; sed per scientiam certò videt intellectus, rem à se cognitam esse necessariam, nec posse deficere: per opinionem de hoc ipso dubitat; ergo non potest vtrumque actum simul habere. Minor ex declaratione scientiæ, & opinionis constat. Maior probatur, esse certum, & non esse certum de eadem re sunt prædicta contradictoria, quæ de nullo simul affirmari possunt: at si intellectus per scientiam certò cognosceret, rem ita esse, & per opinionem de hoc dubitaret, esset, & non esset certus de eadem re; igitur fieri nequit, vt certò cognoscat veritatem alicuius conclusionis, & de eadem dubitet, vel quod idem est, eandem conclusionem sciat, & opinetur.

Prima sñia quæst. neg. 1. Ratio. Arist. D. Thom. Gregor.

Secundò: non minus repugnat actus scientiæ cum actu opinionis, quam cum actu fidei; sed cum hoc nõ potest simul esse; ergo nec cum illo: Maior constat, quia non est minus intrinseca scientiæ euidentia, cui opponitur obscuritas fidei, quàm certitudo, cui dubietas opinionis aduersatur; & quemadmodum scientia excludit incertitudinem, ita ineuidentiam expellit. Minor est D. Tho. 1. 2. q. 69. art 3. 2. 2. q. 1. artic. 4. & q. 14. de veritate, art. 9. in 3. d. 24 q. 1. art. 2. Capreol. d. 25. quæst. vnica, §. vltimo, & aliorum. Probaturque hac ratione: impossibile est, idem obiectum respectu eiusdem hominis simul esse euidens, & ineuidens; sed de ratione scientiæ est, vt obiectum euidenter proponatur, de ratione fidei, vt proponatur ineuidenter, vt docet D. Th. & alij Autores citati; ergo fieri nequit, vt actus fidei, & scientia in eodem intellectu simul existant: & cõfirmatur, quia lumen, quod scientia communicat intellectui, omnem ab illo obscuritatem expellit circa obiectum, quod sub scientiam cadit; ergo non potest in eodem intellectu

2. Ratio. D. Thom. Capreol.

remia-

remanere ineuidentia, & obſcuritas ad fidem neceſſaria.

2. Snia, q̃ affirmat. Alenſ. Henric. Bonauen. Gabriel. Altiſiod. Duran.

Secunda ſententia omninò oppoſita placet Alenſi 3. parte, quæſt. 29. membro 3. Henric. Quodlibeto 8. quæſt. 14. Bonauenturæ in 3. diſt. 24. art. 2. q 2. Gabriel. q. 1. art. 2. Altiſiod. in ſumma, lib. 3. tract. 3. q. 24. & Durando in 1. quæſt. prologi, quamuis hi Autores ex profeſſo loquantur de fide, idem tamen inter explicandum de opinione partim inſinuant, partim aſſeuerant. Commune fundamẽtum eſt opinionem pugnare cũ ſcientia ſolum, vt imperfectum cum perfecto, non eſſe verò impoſſibile, per vires naturæ imperfectum manere ſimul cum perfectiori, dummodò imperfectionem amittat, vt parua quantitas cum maiori permanet: quod autem imperfectio opinionis, incertitudo videlicet, deponi queat, ex eo probant, quia non eſt de intrinſeca ratione opinionis, ſed quippiam illi annexum.

Fundamẽtum huius ſententiæ.

Cognitionum repugnãtia ab obiecto dependet.

Pro reſolutione huius dubitationis ſupponendum eſt, repugnãtiam duarum cognitionum ſemper ducere originem ex obiecto, quod vel inde conſtat, quia totum eſſe cognitionis, & omnem denominationem, quam præbet intellectui (excipe intenſionem, & remiſſionem, quæ nihil ad inſtitutum conferunt) ex obiecto deſumit. Quare, vt duæ cognitiones ab eodem intellectu ſe excludant, neceſſe eſt ſupponant in obiecto conditiones repugnantes, ex quibus ipſæ notitiæ eandem repugnantiam hauriant, intellectuique communicent; quoties enim duæ rationes obiectiuæ ita ſe habuerint, vt vna alteram excludat à ſubiecto, toties illud iudicium, quo vna ſubiecto tribuitur, expellit ab intellectu alterum, quo tribuitur oppoſita, v.g. quia albedo poſita in ſubiecto, ab eo remouet non album: ideo propoſitio, in qua de illo ſubiecto affirmatur albedo, repugnat oppoſitæ, qua eadẽ albedo negatur, & quemadmodum inter repugnantiam ipſarum conditionum obiecti eſt latitudo; quædam enim repugnant ſolum Phyſicè, vt album & nigrum, quædam Logicè, ſeu per contradictionem, vt album, & non album; ita inter cognitiones eſt maior & minor repugnantia; nam quæ verſantur circa priores conditiones, pugnant in ordine ad potentiam naturalem, quæ circa poſteriores pugnant etiam reſpectu potentiæ diuinæ, eò quod inducant contradictionem, quam nulla potentia poſſibilem reddit.

Quædam Phyſicè pugnãt, quædam Logicè.

Logica repugnantia nec diuina potẽtia ſuperari poteſt.

Confirmatio prima.

Supponendũ eſt ſecundò ex quæſtione præcedenti; etſi omnes notitiarum conditiones ab obiecto deriuentur, non tamen omnes, quæ dantur in obiecto, ita in notitias refundi, vt in potentiam deriuentur, oſtendimus enim, medium failibile, quod rationem habet formalis obiecti, ita reddere opinionem incertam, vt eius incertitudo non afficiat potentiam intellectiuam. Vnde concluſimus, opinionem quo ad præſens inſtitutum eſſe duplicem, alteram, quæ careret omni formidine extrinſeca, per quam intellectus nihil hæſitat, alteram, quæ adiunctam habet hanc formidinem externam, qua potentiam minimè firmam reddit: quæ rurſum diuiditur in eam, quæ, licet intellectum certum non reddat, id tamen non efficit, aſſerendo rem eſſe dubiã, ſed non proponendo illam vt infallibilem; & in eam, quæ formaliter indicat, rem non eſſe infallibilem, quæ quo ad illam reflexionem in rigore non eſt opinio, ſed vel ſcientia, vel error, vt ſupra diximus.

Duplicem eſſe opinionem.

1. Confir. Fides humana ſimul eſſe poteſt cũ diuina.

Secunda concluſio.

His poſitis ſit prima aſſertio; actus opinionis, quæ adiunctam non habet formidinem extrinſecam, qua potentiam reddat incertam, ſimul eſſe poteſt cum actu ſcientiæ de eodem ſubiecto. Hæc eſt mens Autorum ſecundæ ſententiæ, & D. Thom. 12. illa q. 67. art. 3. vt ibi notat Caiet. expreſſius verò traditur à Caiet. in comm. eiuſdem artic. hoc loco, & alijs ſupra citatis. Probatur tota repugnantia inter hos actus naſcitur ex oppoſitis denominationibus, quas tribuũt intellectui: ſed quando actus opinatiuus exuit omnem formidinem externam, ſeu ex parte ſubiecti non præ-

1. Concl.

D. Thom. Caiet.

Probatur ratione.

3. Concl.

præbet denominationem oppositam scientiæ; nam oppositio inter opinionem, & scientiam in eo posita est, quod intellectus per scientiam reddatur in cognoscendo certus: per opinionem verò incertus; sublata autem formidine, nulla remanet ex parte potentię incertitudo; ergo possunt hi actus simul esse. Confirmatur; quia considerata interna actuum natura, nulla apparet repugnantia in eo, quod altera cognitio attingat rei necessitatem, altera non attingat; idem tamen absolutè, & sine vlla moderatione asserat: vnde, quia habitus opinatiuus, & scientificus non communicant actu potentiæ certitudinē, & incertitudinem, etsi habeat essentiales differentias opinionis, & scientiæ, non repugnant inter se, vt superiori art. dictum est. Confirmatur; ita se habent quo ad certitudinem, & incertitudinem fides humana, & diuina, atque scientia & opinio; sed illæ simul existunt; ergo & hæ: patet maior, quia alterius fidei medium est fallibile, alterius infallibile. Minor etiā perspicua videtur in fide illius, qui frequenter credit idem mysteriū autoritate humana parētum, aut magistrorum, & simul diuina, vt experientia constare videtur.

Confirmatio prima.

1. Confir. Fides humana simul esse potest cū diuina.

Secunda assertio. Actus opinionis, qua formaliter asseritur, rem nō esse omninò certam, nequit naturaliter esse cum actu scientiæ. Hæc ex terminis est euidens; nam per scientiam iudicat intellectus rem adeò certam esse, vt non possit aliter se habere; per illam verò opinionem expressè iudicat, certam non esse; ergo nisi contradictoria simul iudicet, vtrumque simul actum habere non potest. Et de hac opinione rectè concludit primum argumentum pro prima sententia; sed tota dubitatio est, an eandem vim habeat de opinione, quæ adiunctam habet formidinem potentiæ, rem tamen vt incertam formaliter non iudicat.

Secunda conclusio.

Sit tertia assertio. Actus opinionis, cui annexa est formido extrinseca, licet formaliter non asserat, rem non esse infallibilem, cum actu scientiæ per vires naturæ simul esse non potest. Hæc videtur tradita ab Aristotele, & Interpretibus hoc loco, & satis probabiliter suadetur argumento initio facto. Nam intellectus ex vi opinionis hoc modo sumptæ ita assentitur obiecto, vt ratione illius actus non sit certus de eius veritate, per scientiam verò redditur omninò certus; igitur cum fieri non possit, vt intellectus simul existat certus, & dubius de eadem re, nequit vtrumque actum simul exercere. Occurret aliquis primò, intellectum ex vi opinionis non reddi incertum de veritate obiecti, sed negatiuè se habere, hoc est, non reddi certum: nam opinio solum affirmat, rem ita esse; quod verò aliter sese habere possit, aut non possit, nec tacitè, nec expressè iudicat; ergo ex vi actus opinatiui non redditur intellectus incertus. Non repugnare autem cum scientia actuali eas cognitiones, quæ certitudinem non afferant, experientia compertum est; nam qui actu scit, multas sæpe habet notitias simplices vel eiusdem rei, vel aliarum, quibus obiecto per notitiam cognito nec certus, nec dubius redditur. Occurret secundò. Esto, opinio incertitudinem potentiæ afferat, non videri incommodum, intellectum per vnam cognitionem esse certum, & per aliam incertum de eodem obiecto; adhuc enim non sequitur, absolutè esse dubium, & non esse dubium, sed secundum diuersas cognitiones, quod non est difficilius, quam per vnam cognitionem videre idem obiectum confusè, per aliam distinctè, quod communiter admitti solet: tradetur q. ad initium Physicorum.

Occurritur 1.

Occurritur 2.

3. Concl.

Non est omnino improbabilis prima respōsio; nihilominus, quia probabiliorem existimamus tertiam assertionem, diluenda est respōsio, negādo, intellectū ex vi actus opinatiui, formidinem afferentis, non reddi incertum, cum verò oppositum probatur, concedendum est, intellectum per hanc opinionē nec tacitè, nec expressè iudicare rem fallibilem; inde

Diluitur 1. respōsio.

tamen non sequitur, quod non efficiat intellectum dubiũ, ad hoc enim satis est, quod ita feratur in obiectũ, vt ex vi illius actus non hæreat intellectus firmiter obiecto, sed veluti suspectus de opposito; hoc enim est assentiri cum formidine partis oppositæ; at hæc suspensio, & formido scientiæ firmitatem secum non permittit. Secundę solutioni negandum est ex eo, quòd intellectus per vnam cognitionem certò cognoscat, per aliam dubitet, non sequi absolutè esse certum, & incertum; tum quia certitudo, & incertitudo non denominat immediatè solam cognitionem, sed etiam potẽtiam, docuimus enim supra, dari propriam certitudinem, & incertitudinem potentiæ, quibus illa magis, vel minus adhæret obiecto, etiam quando natura cognitionis aliud postulabat. Et de his sermo est in præsenti. Quamuis ergo diuersæ notitiæ has afferant conditiones, illæ simpliciter de intellectu affirmantur. Accedit; certitudinem, & incertitudinem esse rationes contradictorie repugnãtes in obiecto; quare stare non poterunt in intellectu ea iudicia, quibus obiecto attribuuntur, quomodocunque intellectum denominent.

Diluit 2. responsio.

Certitudo & incertitudo potẽtiæ nõ possunt esse simul.

Argumenta initiò proposita confirmãt duas posteriores assertiones: quatenus verò contra priorem militant, ita dissoluenda sunt. Primum cõcedendo, eam opinionem, qua intellectus de obiecti veritate vacillat, nõ posse cum actuali scięntia existere; non esse tamen necessarium, vt omnis opinio dubium reddat intellectum, vt sæpè dictum est. De materia secundi argumenti differemus ex professo artic. sequenti. Nunc totum argumentum cum sua confirmatione concedendum est, quia in fide nõ habet locum illa distinctio, quæ in opinione adhibita est, vt quemadmodum vna opinio formidinẽ exuit, alia non; ita quædam fides ineuidentiam retineat, alia eam amittat; sed omnis fidei actus authoritate nititur, & idcirco euidentiam obiecti saltem secundum virtutem intellectus naturalem respuit, & quamuis non appareat tanta repugnantia in fide cum scientia, quanta est in opinione; cum ex parte obiecti non pugnet, vt statim ostendemus; euidentia tamen scientiæ ita pertrahit intellectum, vt cum per fidem ineuidentem assentiri nõ permittat, quod Henricus & Bonauentura supra ad solam intuitiuam scientiam, cuius euidentia maior est, accommodant: ceterum probabilius videtur, abstractiuæ quoque scientiæ lumen fidei obscuritatem ab intellectu depellere, quamuis oppositum non sit parum probabile.

Soluitur 1. argum. 1. sent.

Hinc tamen nõ leuis obiectio aduersus primam sententiam consurgit. Nam opinio semper est notitia ineuidens, vt supra diximus: ergo si fides propter ineuidentiam cum scięntia naturaliter esse non potest: nec opinio ob eandem causam erit, quantumuis omnem formidinem deponat. Occurrendum tamen est, esse diuersam rationem in opinione, atque in fide: quoniam fides, cum procedat per autoritatem rei creditæ extrinsecam, nunquam potest proponere obiectum, vt euidenter cognitum; sed firmiter assentitur intellectus rei non visæ: at opinio, cum procedat ex ratione, vel ex terminis, sicut rationem, vel terminos reuera fallibiles aliquando proponit, quasi infallibiles, & nihil formidat, ita proponere eosdem potest veluti euidentes, ita vt intellectus non iudicet, rem esse obscuram, vel cognitam per extrinseca, & in hoc casu scientiæ non repugnat.

Soluitur 2.

ARTICVLVS III.

Vtrum actus scientiæ, & opinionis in eodem intellectu diuina virtute esse queant.

Explicat quæstio.

HAec quæstio solum procedit de opinione, quam in tertia assertione proximi articuli cum scientia repugnare docuimus, nam de opinione, quæ omnem formidinem deponit, non est locus dubitandi, siquidem

Assertiones partis affirmatiuæ.

1. Argum.

2. Argum.

3. Argum.

Digitized by Google

dem sola virtute naturali intellectus cum scientia persistit; de illa verò, quæ formaliter in rei contingentiam fertur, certa est pars negatiua, cum apertam contradictionem inuoluat, iudicare, rem esse mutabilem, & immutabilem; quare de sola opinione medio modo accepta versatur hæc quæstio, cuius partem affirmantem à fortiori defendent omnes Autores, qui articulo superiori spectata vi naturali eandem tuebantur. Quæ probari potest primò: Deo nihil est denegandum, nisi quod contradictionem inuoluit; sed esse hos duos actus nulla est contradictio; ergo possunt à Deo simul collocari. Cetera patent. Minor ita suadetur; non implicat, eandem rem simul esse necessariam ex vi vnius medij, & contingentem ex vi alterius; ergo non implicabit, sub vtraque ratione ab eodem intellectu simul cognosci. Consequentia est bona; quia si rationes cognitæ inuicem non contradicunt, nec earum cognitiones. Antecedens patet; cum eadem res habeat quasdam causas simpliciter necessarias, alias contingentes: quosdam item effectus, qui necessariò, & inseparabiliter ab ea sequuntur; alios, qui necessariam cum re connexionem non habent. Causæ verò & effectus prioris generis sunt media sciendi; reliqui sunt media opinandi.

Assertiones partis affirmatiuæ.

1. Argum.

2. Argum. Secundò; magis pugnant duo actus formaliter contrarij, quam scientia & opinio: sed illi virtute diuina possunt simul esse in voluntate; ergo & hi in intellectu. Maior suadetur; quia scientia & opinio non repugnant contradictoriè, quia ambo sunt actus positiui, non contrariè, quia sunt affirmatiui de eadem veritate. Minor patet in Christo Seruatore, qui morti proximus, de illa, vt erat malum naturæ, tristitia, vt hominum salute congruebat, lætitia afficiebatur.

3. Argum. Tertiò: Deus potest eundem hominem Conimbricæ, & Romæ constituere, vt nunc supponimus ex communi sententia Philosophorum in quarto libro Physicorum, & Theologorum apud Magistrum in quarto, & apud Diuum Thomam tertia parte in materia de Eucharistia; sed Conimbricæ potest habere actum scientiæ, Romæ actum opinionis: quod ita probatur; difficilius est, eũdem hominem scire in vno loco, & nescire in alio; quam scire in hoc, & in illo opinari; in primo enim cernitur formalis contradictio, non in secundo; sed illud effici à Deo, communiter admittunt Philosophi, ac Theologi in locis allegatis, patetq. ex eo, quia nihil prohibet, Deum conseruare scientiam in vno loco, in alio verò ab eius conseruatione cessare, vt nunc efficit.

4. Argum. Quartò; actus scientiæ, & fidei diuinæ non repugnant in eodem intellectu; ergo nec actus opinionis, & scientiæ formidinem habentis; videtur enim esse paritas rationis.

Negatiua pars verior iudicatur. Quamuis hæc sententia non sit improbabilis, opposita, quæ hodie in scholis Philosophorum multò frequentius approbatur, nobis amplectenda est, quam etsi expressè non proponant Autores primę sententię proximi articuli, supponere tamen videntur, vt ex eorum fundamento colligitur; aut enim efficaciter non probat, opinionem considerata virtute naturali cum scientia repugnare, aut idem spectata etiam diuina potentia concludit. Nam tota ratio eò tendit, vt oltẽdat, ex horum actuum simultate contradictionem sequi, quod nobis conficere videtur. Etenim rem esse certam, & non esse certam sunt conditiones, quę vndecunque proueniant, rem absolutè denominant; ea namque dicitur certa & immutabilis, quæ absolutè loquendo aliter se habere non potest; ea incerta, & mutabilis, quæ omnibus cõsideratis potest non esse; si enim ex alio principio sit necessaria, falsò ei mutabilitas attribuetur, vt in capite de Proprio diximus, de prædicato vno titulo necessario, alio contingenti. Cum igitur certum & incertum contradictoriè pugnent in obiecto, fieri non potest, vt eidem rei

simul ab intellectu attribuantur, quin sequatur contradictio, si intellectus ab vtroque actu iuxta omnes illius conditiones afficiatur, videlicet, esse certum, & dubium de eadem re; nec opus est hac de re longiorem confirmationem texere, præsertim, quia inter soluenda argumenta latius explicanda est.

Solut. 1. argum. Ad primum neganda est Minor, vt ex dictis patet; ad illius probationem concesso antecedente, distinguendum est consequens; & si inferat, non esse implicationem, cognoscere, rem propter vnum medium esse necessariam, propter alia contingentem, concedenda est etiam consequentia; sed opinio, & scientia non feruntur cum illa reduplicatione: si verò colligat, non implicare, quod ratione vnius medij certò cognoscatur, ratione alterius cum formidine; neganda est; quia hæ notitia sunt absolutæ, & conditiones oppositas obiecto, & subiecto impertiuntur. Ad secundū concessa Maiori de contrarijs animæ actibus, neganda est minor, nam tristitia, & lætitia, vt propriè contrarientur, sub eadem ratione formali sumi debent, quo pacto non sumebantur à Christo Seruatore, vt in ipso argumento declaratur. Quod si opponas, actus intellectus esse contrarios, esto, ferantur sub diuersis rationibus formalibus, ergo idem esse dicēdum de actibus voluntatis. Antecedens patet, quia duo iudicia, quorum altero affirmatur, Deum esse vbique, altero negatur, sunt contraria, & tamen rationes formales iudicandi sunt longè diuersę. Respōdetur cōcesso antecedente, negando consequentiam: & maior ratio est, quia res nō potest esse vera nisi vno modo, & ita. q. propositionem negat, quacūque ratione ductus id faciat, omnem eius veritatem aufert, & ideò perfectè vero cōtrariatur; at bonum contingit pluribus modis, & idcirco res, quæ vno modo non est bona, potest esse bona alio modo, vt patet in eodem exemplo: nam mors, vt naturæ aduersa, erat malum, vt salutis humanæ instrumentum, bona. Vnde efficitur, vt non omnis ratio mali euertat bonū, sed ea, quæ sumitur sub eadem formalitate, & consequenter, vt non sint contrarij actus appetitus, nisi cum sub eadē ratione oppositos habent effectus. Diximus, Maiorem esse veram in actibus animæ, quia de ceteris cōtrarijs esto vera sit quo ad repugnantiam Physicam, est tamen falsa, quo ad repugnantiam Logicā, (vt sic loquamur), quia ex alijs contrarijs simul existentibus non sequitur contradictio, vt ex opinione, & scientia; vnde illa nō solum per Dei potentiam in gradibus intensis, sed per vires naturę in remissis simul esse possunt.

Cur oppō sitio inter terminos positiuos sit maior quā inter negatiuos.

Solutio 3. arg. Ad tertium concessa Maiori, neganda est Minor, in cuius probatione attingitur difficultas, quę non solum militat contra hanc nostrā sententiā, sed contra cōmunem, quę negat posse eundem hominem in duobus locis constitutum habere per Dei potētiam actum approbatiuum, & reprobatiuum, vel odium, & amorem eiusdem rei sub eodem motiuo; posse tamē iudicare, vel amare in vna parte, quin iudicet, vel amet in alia. Ad quam variè respondeti solet. Nobis respondendum videtur oppositionem formaliter contradictoriā esse maiorem omnibus alijs, si omnes conditiones ab Aristotele assignatæ obseruentur, quarum vna est, vt sit in eodem loco, si verò hæc, vel alia desit, iam non manere in rigore oppositionem contradictoriam; si tamen contradictoria adhuc appelletur, maiorem esse oppositionem inter terminos positiuos, vt cernere est in contrarijs; facilius namque est corpus in duobus locis existens, recipere in vno calorem, & in alio eius negationem, quam frigus eius contrarium; imò probabile est, illud naturaliter euenire, hoc non nisi diuinitus, vt euenit, quando corpus est in eodem loco: cū igitur opinionis & scientię oppositio sit inter positiua, nihil mirū, si multiplicatis locis maior existat, quam contradictoria, & non possit à Deo tolli.

Oppositio cōtradicto ria est respectu eiusdē loci.

Quæ sit repugnantia scientię, & opinionis in diuersis locis.

Oppositio scientiæ, & opinionis respectudi uersorū lo corū maior est, quā contradictoria.

Obiect. cō tra solut. Bonum, & malū possunt esse in eadem re, nō autem verum.

Iurę

Cur ōppō sitio inter terminos positiuos sit maior quã inter negatiuos.

Iure tamen rogabis, vnde proueniat hęc maior repugnantia inter terminos positiuos, quam inter contradictorios, vel priuatiuos, & quo pacto detur repugnantia inter scientiã, & opinionem in diuersis locis. Ad primum dicimus, oppositionẽ inter terminos positiuum & negatiuũ nõ oriri ex aliquo defectu virtutis subiecti, sed ex implicatione, quę visitur inter esse, & non esse eiusdem, nam ad recipiendam negationem, vel priuationẽ nulla virtus exigitur: at repugnantia inter extrema positiua, licet ex diuersis, & repugnantibus eorum naturis partialiter proueniat, nascitur magna ex parte ex limitatione virtutis subiecti: requiritur enim ad sustentationem vtriusque maior virtus, quam ad sustentationẽ vnius tantum, vt per se conspicuũ est. Hinc fit, vt oppositio negatiua nulla sit, cum subiectum est in pluribus locis, quia licet forma in aliquo non existat, non proinde definit absolutè esse, sed potest in alio existere. Oppositio verò inter positiua semper perseuerat; quia virtus subiecti per locorum multiplicationem nõ crescit, nisi in ordine ad accidentia locũ spectantia, & ideò, quod in vno loco nõ poterat ex defectu virtutis, non potest etiam in duplici. Ad secundum respondemus, opinionis & scientiæ repugnantiam in eo positam esse, quod intellectus per vnam se moueat ad obiectum sine vlla formidine, per aliam cum formidine; id verò æquè impossibile esse in vno, atque in pluribus locis, quia virtus intellectiua, cum semper eadem sit, non est magis limitata ad vnum istorum modorum in vno loco, quam in pluribus. Fecimus peculiarem mentionem motus intellectus in obiectum, quia sicut repugnantia contrariarum qualitatum oritur ex limitatione concursus materialis subiecti, ita in his actibus prouenit ex tendentia principij intelligentis in obiectum, ita vt, si intellectus solum reciperet actum opinionis, & scientiæ nihil per eos intelligendo, nulla daretur repugnantia.

Quæ sit repugnantia scientię, & opinionis in diuersis locis.

Ad quartum negant antecedens illi Autores, qui superiori articulo argumento secundo cõmemorati sunt, quibus concinit Caiet. 2.2. q. 1. art. 6. & 1.2. q. 67. art. 3. reddit eam rationem, quæ, si vera est, rem conficit, quam ibidem proponit D. Tho. Ait igitur Caietanus, de ratione fidei esse, vt subiectum, in quo est, sit in statu imperfecto circa obiectum, & hũc statum ait esse ineuidentiam rei credẽdæ, quod etiam significauit Diuus Augustinus lib. de videndo Deum, cum ait, ea credi, quæ à nostris sensibus absunt, id est, à potentijs euidenter cognoscentibus nõ attingantur: Idem tradere videtur D. Paulus ad Hebræos 11. cum fidem appellat argumentum non apparentium, intelligit enim iuxta communem D. Tho. & aliorum expositionem, obiectum fidei esse rem non visam. Caietanus hoc ex eo probat, quia potentia credens ita se habet ad rem creditam, vt mobile ad terminum motus, vnde, quemadmodũ mobile eo ipso, quod motu afficitur, necessariò caret termino motus; ita qui credit, omni alia notitia rei credendæ destituitur. Alij recurrunt ad obiectum; solet enim hoc discrimen constitui à Philosophis, & Theologis inter obiecta fidei, & scientiæ, quod illud sit euidens, hoc ineuidens, id est, euidenter non apparens; sed quando rationes obiectiuæ nulla potentia se compatiuntur, nec earum notitiæ simul esse possunt; igitur, quemadmodum contradictionem inuoluit, eandem rem euidenter apparere, & non apparere eidem intellectui, ita implicabit, eiusdem rei notitiam euidentem, & ineuidentem in eodem intellectu simul existere, siquidem sequitur, rem videri, & non videri.

Sol. 4. arg. ex Caiet.

D. Thom.

D. Aug.

D. Paul.

Aliorum responsio.

Etsi hæc opinio probabilis sit, nobis tamen opposita multò probabilior videtur, quia non videmus inter has notitias vllam repugnantiam ex parte obiecti, quæ sola potest esse in causa, vt duæ notitiæ absolutè, & per omnem potentiam repugnent; nam quæ consideratur tantum ex parte subiecti, à Deo vinci potest, vt vincitur

Fidẽ diuinã, & scientiam nõ repugnare ĩ eodem intellectu.

pugnantia cõtrariorum, id quod hac ratione patefiet. Conditiones obiecti cognoscendi sunt illæ, quæ resultant ex medio, seu motiuo assentiẽdi; ideo enim motiuũ exigitur, vt obiectum assensus compleatur; atqui cõditiones illæ, quæ resultant ex motiuo scientiæ, & fidei non pugnãt; nã ex medio sciendi resultat euidentia terminorũ; seu cognoscibilitas per medium internum, quod euidenter ostendit, rem esse: ex medio fidei cognoscibilitas ob autoritatem, quæ per se quidem euidenter non ostendit, rem esse; sed cum hoc nihil repugnat; quis enim dicat ex autoritate Dei dicentis, non posse resultare credibilitatẽ in hac propositione; Deus est, eò quod ab alio medio habeat euidentiam. Respondent, resultare quidẽ, sed respectu alterius intellectus, qui mediũ euidens non habet; id tamen non satisfacit, quia, quãdo notitiæ per Dei potentiam conciliari nõ possunt in intellectu, nec cõditiones obiectiuæ in re cognita secundum se sumpta esse possunt, vt alias omnes conditiones percurrẽti patebit.

Respõdetur rationi Caiet. pro contraria sententia.

Ad fundamentum Caietani dicendum est, fidem nõ tàm postulare imperfectionem subiecti, quàm secundum se non afferre eam perfectionẽ, quæ est in cognitione euidente, licet eam omninò non impediat. Nec similitudo motus vera est, quia motus est essentialis positio termini, & ita, si terminum inueniret, non daretur: at fides non tendit in claritatem, quare necessarium non est, vt eius priuationem supponat. Aliud fundamentum de conditione ex parte obiecti confutatum est. Denique ex eo, quod aliquis sciat, & credat, non sequitur videre, & non videre: sed videre ex vi vnius actus, & non videre ex vi alterius, quod non magis repugnat, quam rem ipsam esse per se euidentem, & propter alicuius autoritatem credibilem. Loci Augustini, & Pauli intelligendi sunt de ea fide, quam de facto habemus, habita ratione virtutis naturalis intellectus: hanc enim fatemur non solere fidem cum scientia cõtingere. Quare ad quartum argumentum, concesso antecedente, neganda est consequentia: est enim diuersa ratio in opinione atque fide; nam opinio supponit ex vi sua in obiecto contingentiam, quæ in re pugnat cum necessitate scientiæ; fides verò nihil supponit euidentiæ penitus aduersum.

Proponitur vera solut. 4. arg.

ARTICVLVS IIII.

1. Sciẽtia.

Vtrum idem actus simul esse possit opinio, & scientia.

Declaratur status qstionis.

HActenus disseruimus de simultate horum actuũ in subiecto, nunc de illorum identitate in natura dicendum est: agimus verò de solis actibus, & non de habitibus, & quia in illis est specialis difficultas ob repugnantiam essendi simul in subiecto, vt ex dicendis patebit, & quia ex ijs, quę de actibus tradita fuerint, proclue erit, quid de habitibus dicẽdum sit, coniectare, cum ex quouis actu iudicatiuo naturali similis in natura habitus relinquatur. Potest verò esse quæstio de quolibet actu opinatiuo (excepto eo, quo formaliter iudicatur, rem esse contingentem, qui nec propriè opinio est, nec vllã conditionem habet, quæ cũ scientia illa ne possit, siquidẽ directè auferat, quod scientia in obiecto deposcit) proponi tamen solet speciatim de eo, qui adiunctam habet formidinem, nõ solum, quia hoc modo est difficilior, sed etiam, quia cum opinio sine formidine cum scientia non pugnet, nulla est ratio, ob quam in identitatẽ eiusdem actus cum illa venire debeat.

Capreol.

Probat. 1

Probat. 2

Ratio igitur difficultatis est; quia ex altera parte, quando duæ causæ totales, quarum effectus simul esse nõ possunt, ad agendum se applicant, prodire solet tertius effectus à vtriusuis earum per se sumptæ effectiuus diuersus, & vtriusque perfectionem complectens, vt supra dictum est, & patet in actu producto ex medio scientifico, & de fide, aliisque exemplis; sed ita se habent medium opinandi, & sciendi; ergo, si ambo simul concurrant, neutrum edet proprium

Ratio dubitãdi pro parte negatiua.

esse:

effectum; sed in tertium actum conspirabunt, qui cum vtriusque medij rationem participet, simul erit opinio, & scientia actualis. Ex altera, cum scientia certa, & infallibilis existat: opinio verò incerta & fallibilis, non videntur earum rationes in vnum posse conuenire.

Tres sunt in proposita quæstione sententia. Prima paucorum, sed nobilium Recentiorum affirmantium, productum iri in eo euentu quendam actum opinionis, & scientię perfectionem cõtinentem, quod duplici modo explicant; aliqui docent, illum actum, quo ad substantiam, & essentiam fore scientiam, ex concursu tamen medij probabilis induere modum opinionis, ad eum modum; quo Capreol. in 3. dist. 25. q. vnica, art. 3. ad argumenta Durandi asserit, concurrere medio fidei supernaturalis cum demonstratiuo gigni actum scientificum, affectum modo supernaturalitatis ex concursu fidei. Alij credunt, esse tertium actum ab actibus scientię, & opinionis seorsim acceptis specie distinctum, & ex illorum rationibus quoddammodò mixtum, quod Durand. & alij Theologi infra contingere autumant, cum aliquis ex medio sciendi, & credendi alicui propositioni assentitur, & hoc sit primum argumentum pro hac sententia. Ratio fidei detracta imperfectione conspirat in vnum actum cum scientia, quando earum media simul concurrunt; ergo idem erit de opinione asserendum. Secundum; medium opinatiuum simul existens cum scientifico aliquid efficit in actu, qui tunc producitur, nõ modum, ergo illius essentiam, ac proinde actus est mixtus ex ratione opinionis, & scientiæ: consequentia est bona, quia non aliter existit mistus actus, ad quem concurrunt medium scientiæ, & fidei, quam quia vtrumque medium in substãtiam actus influit. Maior communis est, & probatur; nam intellectus, quò plura motiua habet ad assentiendum alicui propositioni, eò promptius assentitur; sed quoties medium mouet ad actũ, dicitur circa illud aliquid efficere, ergo, &c. Minor suadetur, quia medium ita concurrit ad actum, vt hic propter illud, tanquam propter rationem assentiendi eliciatur; sed ratio assentiendi est obiectum formale, quod præbet actui specificam differentiam, nõ modum extrinsecum, vt ex hoc libro, præsertim ex cap. 23. conspicuum est.

1. Sẽtẽtia.

Capreol.

Probat. 1

Probat. 2

Secunda sententia, est influere quidem medium opinabile cũ scientifico in eundem actum, sed non mutare illius speciem, quia eius virtus, & efficacia ita absorbetur à medio scientifico, vt nihil fallibilitatis, & contingẽtiæ actui communicet. Hæc est inter Recentiores communis, & quoad primam partem probatur eodem argumento, quo superior: quo ad secundam hac ratione. Si medium probabile communicet actui aliquid secundum propriam virtutem, & naturam, illud erit, fallibile, & incertum; sed actui scientifico repugnat omnis incertitudo: ergò nihil in eo esse potest quod medio opinatiuo respondeat. Maior; constat; quia mediũ communicare nequit maiorem certitudinẽ, quam habeat; at ipsum incertum est, & fallibile.

2. Sententia. Probatur.

Tertia demum sententia negat, medium probabile influere in actum scientificum, sed quando incidit cum medio scientifico, impediri à proprio actu, & solum iuuare intellectum extrinsecè, & dispositiuè, quatenus, dum hic videt, rationes probabiles consentire cum demonstratiuis securior, & ex parte potentiæ expeditior conclusioni assentitur, sicut singularium experimento confirmatus primis principijs assensum præbet, quin experimentum ad illum effectiuè, aut formaliter concurrat: hanc opinionem expressè docet Scotus in 3. dist. 24. quæstio. vnica. §. vltimo: pro eadem citari possunt. Greg. 2. quæst. Prologi. art. 2. Herue. Quodlib. 2. quæst. 15. artic. 3. qui hoc ipsum docent de medio fidei concurrente cum demonstratiuo, impediri scilicet illius actiuitatem ab efficaciori virtute medij demonstratiui; est ve-

3. Sententia.

Scot.

Greg.

Heruæus.

gitized by Google

rò longè maior ratio in medio probabili, vt iam patebit.

Reijcitur prior ſnia ad primã explicationem.

Ex his opinionibus prima quouis modo explicata eſt omninò improbabilis, & prima quidem explicatio rectè confutatur ſecundo argumento pro ſecunda explicatione facto, cui accedit, non poſſe reperiri vllum modum ab entitate actus diſtinctũ, qui à medio probabili effici queat; ſi quidem in actibus intellectus concedi non ſoleat alius modus quam intenſionis, & certitudinis, vel incertitudinis, qui re ipſa non ſunt modi actu diſtincti ab eſſentia actus, vt ſupra oſtendimus: nec, ſi eſſent, à medio opinatiuo producerentur; nam intenſio cum non fiat, niſi additione gradus eiuſdem rationis cum præcedentibus, ſi medium probabile nõ efficit ſubſtantiam actus ſciẽtiæ, nec hunc modum efficiet. Certitudo ſuperat eius medij virtutem, incertitudo repugnat ſcientiæ; igitur medium probabile nullum modum affigit actu ſcientifico.

Improbat̃ et quo ad 2.explicationem.

Secunda eiuſdem ſententiæ explicatio apertè conuincitur ſecundæ sẽtentiæ fundamento, quod ita poteſt confirmari, vt aliquis actus in vna ſpecifica ratione eminenter vniat duas, alioqui inter ſe diſſidentes, neceſſe eſt, vt in vtraq; ſit aliqua ratio, quæ cum ratione alterius, coniungi poſſit; ſed in actu opinionis non eſt vlla formalitas, quæ cum ſcientię formalitate eſſe patiatur; ergo non poteſt dari tertius actus ex opinione, & ſcientia miſtus; Maior ab aduerſę partis Autoribus conceditur, & iure; nã vt actus ex duobus miſtus cenſeatur, neceſſe eſt, vt in formale obiectum vtriuſque tendat, alioqui non magis dicetur miſtus ex illis, quam ex alijs quibuſcumque actibus; obiecta verò formalia non poſſunt communicare tertio actui, niſi illam rationem, vel totaliter, vel partialiter, quam ſuis actibus impendebãt; quare neceſſarium eſt, vt ratio vnius actus, quo ad aliquid, cum ratione alterius vniri queat, vt in actu ex medio fidei, & ſcientiæ producto coniungi; habet namq; certitudinem fidei cum ſcientię euidentia copulatã. Minor ſuadetur; opinio eſt ineuidẽs, & incerta, ſcientia euidens, & certa; ergò ſecundum nullam conditionem in vnum actum venire poſſunt. Reſpondebunt, conuenire illas cognitiones in hoc, quod ſint aſſenſus illius concluſionis, ſed non ſatisfaciunt; quia conuenientia adeò cõmunis non ſufficit ad hanc compoſitionem, ſed neceſſaria eſt aliqua magis proxima, & quaſi ſpecifica: nã quod alle tertius actus ſit aſſenſus illius cõcluſionis, habet ſufficienter à medio ſcientifico: ergo ſi aliquid participat à medio probabili, non ſolum eſt, quod ſit aſſenſus illius concluſionis, ſed quod ſit talis, vel tali modo habitus: at in medio probabili nõ poteſt aſſignari modus magis contractus; qui cũ ſcientia non repugnet, & confirmatur; iuxta illam ſententiam, medium opinabile ſpecificat partialiter illum tertium actum, ſed non ſpecificat, vt eſt medium aſſentiendi illic concluſioni: nam hęc ratio eſt generica, & tam eſt in medio opinatiuo, quã de fide; ergo ſecundum propriã, & ſpecificam rationem; igitur ſi in ſpecifica medij ratione nihil eſt, quod cum ſcientia conſiſtere poſſit, in eſſentiam illius actus non influit.

Occurritur obiectioni.

Ex quibus ſolutum manet primũ argumentũ pro ſecunda expoſitione primę ſententię; concedimus namq; antecedens cum Durando in Prologo q. 2. art. 2. Paludano in 3. d. 24. q. 3. art. 3. & Ludouico Molina 1. p. q. 1. art. 1. diſp. 1. & negamus conſequentiam; quia in fide eſt certitudo, quæ non repugnat ſcientię, imò eam perficit, & ſecundum hanc concurrere poteſt medium credendi depoſita obſcuritate, propter ſcientiæ claritatem; at in opinione nihil eſt, vt oſtendimus, quod in ſocietatem eiuſdem actus cum ſcientia vocetur. Ad ſecundum quid reſpondendum ſit, ex ſequentibus patebit. Aliæ duæ ſententiæ probabiles ſunt, ſed tertia probabilior; id ex dictis facilè ſuadetur; nam experientia docet, rationes probabiles ad firmandum in ſcięntia intellectum

Colligitur ſol. 1. arg. ſecũdæ declarationis. Durand. Paludan. Molina.

Soluitur 2. argu. pro 2. explic.

2. Sententia probabilis, 3. probabilior cenſetur.

non

non parum conducere, id autem præstare non possunt augendo per se certitudinem, vel euidentiam scientiæ, aut producendo tertium actum nobiliorem, sicut fides, vt probatum est; sed manuducendo intellectum, vt propter lumen medij demonstratiui efficacius, aut facilius in actum scientiæ prorumpat, quod vno è duobus modis efficiet, quemadmodum in c. 1. de experimento diximus: altero determinando intellectum per effectiuum concursum, tanquam causa minus principalis, & ad esse effectus minimè necessaria, quæ huiusmodi actibus non præbet speciem, quia non concurrit, vt causa formalis, & motiua; nec enim intellectus ob rationem probabilem, sed ob necessariam elicit illum actum, species verò assensus à ratione motiua desumitur: altero modo dispositiuè tantum potentiam excitando, vt, quando non solum causæ per se, & necessariæ, sed etiam accidentariæ, & contingentes conclusionem suadent, maiori affectu illi assentiatur. Qui respondendi modus idcircò magis probatur, quia minus verisimile videtur, assensum determinare effectiuè intellectum ad aliquem actum, nisi illum determinet ex parte obiecti, id est, proponendo rationem motiuam, imò concursus effectiuus videtur supponere hunc formalem, quare, cum medium probabile non moueat obiectiuè ad actum scientificum, vt Autores etiam secundæ sententiæ fateri debent, non concurret effectiuè.

Soluitur 2. argu. pro 2. explic.

Iuxta hæc respondendum est secundo argumento, pro secundo sensu primæ opinionis, si admittatur concursus affectiuus, concessa Maiori, Minori, & prima consequentia, negando secundam: ad eius probationem dicendum est, actum productum ex medio scientifico, & opinatiuo non esse mistum propter solum concursum effectiuum vtriusq; medij, sed propter formalem, quem medium opinatiuum non præstat; si verò iuxta posteriorem, & verum modum effectiuus concursus non admittatur, neganda est Maior, si de propria efficientia intelligatur; neque eius probatio oppositum concludit nam ad illam experientiam satis est concursus materialis, & dispositiuus; quod si nomine efficientiæ hic concursus in maiori intelligatur, concedenda est cum minori, & prima consequentia in eodem sensu: neganda tamen est secunda, quia ex hoc influxu dispositiuo non sequitur mistio in essentia actus. Ratio dubitandi initio proposita ex dictis resoluta manet; nam prima eius pars rectè concludit in causis, quarum effectus habent rationes, quæ in vnam coalescere possint, quales non sunt effectus medij scientifici, & opinatiui, vt secunda eiusdem rationis pars optimè conuincit.

SVMMA CAPITIS XXVII.

IN capite 27. comparat Aristoteles scientiam cum solertia, docetque, solertiam esse facilem coniectationem causarum, seu mediorum, id est, promptitudinem quandam exercitationem comparatam ad inueniendum medium; quo conclusio confirmari possit: eos enim solertes vocamus, qui facilè coniiciunt, inueniuntque causas rerum. Cùm ergo solertia versetur circa media duntaxat, scientia verò circa conclusiones, patet, solertiam, & scientiam esse habitus mentis inter se diuersos. Quo autem modo se habeat solertia, & qua ratione sit pars prudentiæ, aut non sit, lege apud D. Thomam, 1. 2. q. 94. artic. 4.

IN

IN LIBRVM SECVNDVM POSTERIORVM ARISTOTELIS

Variæ sententiæ de materia huius libri. Theophr. Alex. D. Thom.

QVOD Aristotelis in hoc libro institutum sit, non eadem est omniũ sententia; nam Theophrastus, & Alexander definitionem pro Scopo Aristotelis propositam credunt, eò quod illa sit alter sciendi modus à demonstratione, quem per se oportuit explicari: D. Thomas credit, materiam esse principium demonstrandi, vt abstrahit à simplici, & complexo, eo ductus argumento, quod Philosophus vltimo capite de principijs complexis, in præcedentibus de causis, ac definitione, quæ sunt incomplexa, differit. Ceterum neutra sententia placet: non prima, quia idem Aristoteles in quarto capite 1. libr. Priorum, ait, hos libros in demonstratione versari, & in hoc definitionem ex instituto, & sui gratia non explicat, sed ea tantum ratione, qua demonstrationi subsecuit; propriam verò illius tractationem desiderari credit Albert. tractatu 1. in Logicam, capit. 1. Non secunda, quoniam de principijs complexis in 1. libro per se disputatum est, qua verò de causa in præsenti earum mentio fiat, mox aperiemus.

Confutantur.

Mediũ demonstrationis esse materiã. Simplic. Eustrat. Alb. Mag. Arist.

Vera igitur sententia, quam tradunt Simplicius, Eustratius, & Albertus, asserit, huius libri scopum esse, medij demonstratiui inuentionem tradere: non esset quippe exacta demonstrationis explicatio, nisi medium, quo illa constare debet, ex professo traderetur, quia vt Aristoteles ipse 2. Priorum capit. 28. docuit, parum est, syllogismi structuram cognoscere, nisi potestatem illius conficiendi, quæ per medij inuentionem conceditur, obtineas. Cum igitur demonstratio syllogismus quidam sit, & superiori libro, quo ad suas partes, proprietates, & effectus, explanetur, consequens est, hoc in libro vt de illius medio disputetur. Diuiditur autem liber in duas partes; in prima, quæ decem capita comprehendit, quia definitio est præstantissimum demonstrationis medium, de illa fusè disputat: in secunda, quæ reliquis octo capitibus continetur, ostendit, non solum definitionem, sed omnes causas demonstrandi medium esse posse. Quoniam verò medium in principijs continetur, digreditur in vltimo capite ad ostendendum, quo pacto demonstrationis principia generentur.

Totius libri diuisio.

Verùm enimverò, licet huius libri doctrinam ad perfectam demonstrationis cognitionem per quam vtilem existimemus, quia tamen, aut per se conspicua, aut maiori ex parte libro superiori à nobis tradita est, vnica quæstione de medio, quod totius libri materies est, contenti, à longioribus illius commentarijs abstinebimus, quod eò libentius efficimus, quò idem ab alijs factum videmus; & quia amanuensem pro schola libellum componimus, quem rebus minus necessarijs admodum excrescere nolumus.

QVAE-

Digitized by Google

QVÆSTIO VNICA.

Quondam præstantissimum demonstrationis medium sit.

ARTICVLVS I.

Id, in quo Autores omnes conueniunt, explicatur, & probatur.

Ex Arist. causã esse præcipuũ mediũ demonstratiuum.

NOn reliquit Aristoteles hac in re adeò liberum euagandi locum, vt nullum fundamentum iecerit, quod omnes, qui de medio demonstratiuo differunt, vt firmum præsupponere debeant. Illud verò est, potissimum demonstrationis medium esse aliquã causam eius, quod demonstratur; id constituit Aristoteles toto hoc secundo libro, & supponit in libro superiori, capite secundo, cùm dixit, demõstrationem propter quid, quæ præstantior est, ex causa constare, & scientiam demonstratiuam per causam similiter obtineri: quare nullus audet negare, potissimum demonstrationis propter quid medium esse aliquam causam; sed quænam illa sit, & cuius rei, in quæstione versatur.

Ceterum hæc secunda quæstionis pars in illo capite secundo libri primi partim a nobis tractata, & resoluta est, cùm ostendimus id, quod primò, & per se sub scientiam cadit, non esse extrema conclusionis, sed extremorum connexionem, quare huius causã in demonstratione vsurpari. Verùm, quia connexiones simpliciter necessariæ non possunt habere aliam causam, ex qua fluant, quam eam, quæ ipsorum extremorum causa est, idcircò, dum hoc loco demonstrationis, seu connexionis causam inuestigant, omnes de causa subiecti, vel passionis loquuntur, quasi idem sit, extremorum, atque connexionis causam esse, quod materialiter quidem verum est; siquidẽ illa res, vel ratio formalis, quæ est

Causa interna connexionis necessariæ eadem est ac extremorum.

causa, vt homo verbi causa sit, eadem est causa, vt sit discursiuus; formaliter tamen diuersa esse videtur in medio causalitas respectu subiecti, & respectu passionis, quod in causis quidem internis apertissimum est; nam definitio Physica, aut Metaphysica immediatè causat hominem, & eius connexionem cum passione, nõ quasi passio aliam connexionem habeat cũ homine diuersam ab ea, quã habet cum definitione; nihil enim aliud est, definitionem esse causam, vt passio conueniat subiecto, quam ipsam definitionem, dum in subiecto quodammodò includitur, secum deferre passionem. Non ita res sese habet in causa externa, quoniam hæc nõ est ratio, vt passio insit subiecto, quia passionem secũ deferat, (siquidem proprietas non prædicatur de causa externa, sicut de definitione essentiali) sed quoniam dat esse rei, á qua passio dimanat: vnde non sortitur immediatè duplicem causalitatem, sed per eandem proximè dat esse extremo, remotè verò connexioni passionis cum illo.

Hinc ortum est, vt nonnulli Recẽtiores primò existimauerint, nec definitionem, nec aliã causam, quæ dat esse subiecto, dicendam fore medium demonstrandi, vt definitio, vel causa subiecti est; sed quatenus est causa passionis, vel connexionis: quod ita ferè probant; quando eadem res plures causandi rationes habet, multosque effectus producit, non censetur causa vnius determinati effectus quocunque modo accepta, sed, prout habet vim producendi hunc effectũ dicitur illius causa, prout habet vim producẽdi alium, censetur eius causa, & sic in ceteris. Quod patet in igne, qui, licet caloris, & siccitatis principium sit, tamẽ, vt calefactiuus est, non habet vim exiccandi, neque è contrario: igitur, si definitio, vel quæuis alia subiecti causa ratione confert esse subiecto, alia connexioni, cum in demonstratione pro medio adhibetur, sumenda est, non vt subiectum, sed vt passionem, connexionemque causat: vnde inferunt secundo

Opinio Recentiorũ de medio demõstratiuo.

Eius probatio.

Digitized by Google

cundo ad rationem medij demonſtratiui, per accidens eſſe, quod ſit cauſa ſubiecti, ſiquidem poſita cauſalitate connexionis perfecta, & abſoluta eſt ratio medij, quod Auerroes in primo Poſteriorum, quęſtione 12. expreſsè tradidiſſe videtur, cum docet, intrinſecum eſſe medio demonſtratiuo, vt ſit ratio paſſionis, extrinſecum verò & accidentale, quod ſit ratio, & cauſa ſubiecti: intelligit verò nomine paſſionis, ſeu maioris extremitatis, vt ille loquitur, non extremitatem nudè ſumptam, ſed vt paſſio eſt ſubiecti, quod nos connexionem cum ſubiecto appellamus. Auerr.

Improbatur ſuperior ſententia. Cauſalitas definitionis, & cauſalitas cõnexionis non ſunt diſparatæ.

Tota hæc doctrina falsò nititur fundamento: ſupponit namque, cauſalitates definitionis, vel alterius cauſæ circa ſubiectum, & illius connexionem cum paſſione, eſſe inter ſe diſparatas, vt ſunt eæ, quæ in inſtantia ignis afferuntur, cùm libro ſuperiori latè oſtenderimus, eas eſſe ſubordinatas, & idcirco aliquid cauſare neceſſariam vnionem inter aliqua extrema, quia ipſis extremis eſſe confert; quare, licet negandum non ſit, medium demonſtrationis ſumendum eſſe, vt eſt ratio vniendi extrema, falſum tamen eſt, non fore etiam conſiderandum, vt cauſam alicuius, vel vtriuſque extremi, ſiquidem cauſa connexionis eſſe non poteſt, quin ſit cauſa extremorum. Nec Auerroes oppoſitum docuit, ſed vult, medium demonſtratiuum non eſſe neceſſariò cauſam ſubiecti, ſed paſſionis; de cuius opinione ſtatim dicemus. Ex his manifeſtè colligitur, totam diſputationem de medio demonſtratiuo eò reduci, vt quæramus, cuiuſnam extremi cauſa ſit potiſſimum demonſtrationis medium, ſubiectine, an paſſionis. Auerroes explicat.

At enim, cum extremorum cauſæ plures eſſe poſſint, nempè formalis, materialis, efficiens, & finalis: omneſque ad demonſtrandum propter quid idoneæ ſint, vt Ariſtoteles hoc lib. cap. 11. ex profeſſo tradidit, nullus alicuius notæ Philoſophus eſt, qui in hac diſputatione alterius cauſæ meminerit, quam definitionis, vt articulo ſequenti ex eorum opinionibus conſtabit, quaſi aliæ cauſæ, aut veræ cauſæ non ſint, aut media eſſe non valeant. Soluit hanc dubitationem Ariſtot. eodem cap. 11. vbi, cùm dixiſſet, omnem cauſam eſſe ad demonſtrandum aptam, & nominatim materialem, & effectricem numeraſſet, ſubdit, quaſi in eius dicti confirmationem, has etiam cauſas eſſe, quod quid eſt, ſed definitionem rei quidditatem explicantem: quod idcircò dixit, quia in demonſtratione, cùm adhibetur de medio aliqua cauſa, ſemper conſtruitur definitio ſubiecti, aut paſſionis per illam cauſam; quocirca idem eſt, quærere, cuius extremi definitio, ac cuius extremi cauſa ſit præcipuum demonſtrandi medium: exemplum afferamus ex cauſa effectrice. Si demonſtrandum ſit, hominem eſſe riſibilem per potentiam Dei actiuam, ita conficienda eſt demonſtratio. Omne animal, quod, ſecundum tale eſt, dependet à potentia Dei effectiua, eſt riſibile; ſed homo eſt eiuſmodi animal; ergo eſt riſibilis. In quo ſyllogiſmo ſubiectum maioris, & prædicatum minoris eſt definitio hominis per cauſam effectricem. Hæc Ariſtotelis loca ſi Hieronymus Balduinus conſideraſſet, minori ſtomacho ferretur in eos, qui hanc quæſtionem ita proponunt: Vtrum potiſſimum medium demonſtrationis ſit definitio ſubiecti, an paſſionis? in eundem reprehenſio in Ariſtotelem caderet. Definitio eſt demõſtrãdi medium.

ARTICVLVS II.

Varia auctorum ſententia referuntur.

TRes ſunt in propoſita quæſtion. ſententiæ. 1. Auerr. 1. Poſteriorum, comment. 11. & quæſtione 12. Aegidij hoc libro in quæſtione de medio demonſtratiuo, & aliorum Recentiorum aſſerentium, præcipuum medium eſſe definitionem paſſionis: quod primò confirmat auctoritate Auerr. Aegidius. 1. Sententia aſſerit, definitionẽ paſſionis eſſe optimũ medĩũ.

Arist. Probat. 1.

Secundò.

Tertiò.

Arist.

Auerr.

Scot. 2. Sententia vult, esse definitionē subiecti.

Caiet.

ntate Aristot. hoc ipso libr. perpetuò enim docet, medium esse definitionem passionis: nam capite 2. ait, Eclipsim Lunæ demonstrandam esse per definitionem Eclipsis: & consonantiam de vocibus per consonantiæ definitionem. Et cap. 9. expressius affirmat, medium demonstrandi tonitruum esse ipsius tonitrui rationem, seu definitionem. Secundò ratione: si passio per definitionem subiecti demonstretur, principium repetitur; nam definitio, & definitum idem sunt: igitur, qui passionem de subiecto per ipsius subiecti definitionem ostenderit, idem per idem confirmabit, quæ est principij manifesta petitio. Tertiò; optimū demonstrandi principium est proxima, & precipua connexionis causa, vt Aristoteles docuit hoc libro, cap. 17. & sæpe cōcessimus: sed huiusmodi causa potius est definitio passionis, quā subiecti, ergo illa medium erit præstantissimum. Probatur Minor. Vnio passionis cum subiecto nascitur ex habitudine transcendenti, quam eadem passio ad subiectum habet: sed hæc immediatius prouenit ex natura passionis, quam subiecti; ergo illius, quam huius, definitio est propinquior causa connexionis. Aliam affert Aegidius rationem ex ordine passionum, videlicet, secundam non oriri ex subiecto, sed ex secunda passione; ergo non posse per illius definitionem demonstrari: sed hæc superius soluta est, & huius sententiæ Autores parum iuuant; quia ipsi contendunt, medium esse definitionem ipsius passionis, quæ demonstratur, non verò alterius antecedentis, quæ in demonstratione est veluti subiectum, vt eodem loco diximus. Non negat Auerroes, adhiberi aliquando posse loco medij, definitionem subiecti: (in quo ab eo dissentit Aegidius) negat tamen, hoc esse necessarium.

Secunda sententia extremè opposita est Scoti hoc libro, q. 56. cui vniuersa illius schola consentit; hęc docet, medium potissimæ demonstrationis esse definitionem subiecti;

probatur. Primò ex Aristotele, hoc lib. capit. 17. vbi respondens cuidam quęstioni ait, demonstrationem procedentem per medium subiecti ideò esse præstātiorem, quia illud est magis causa, cur passio subiecto conueniat, & in 1. de Anima, capit. 1. docet, ipsum quid est subiecti, id est, eius definitionem, esse primum demonstrationis argumentum. Deinde probatur ratione. Perfectissima scientia est cognitio effectus per suā causam proximam, & immediatam: sed proxima, & immediata passionum causa est essentia subiecti, quæ per definitionem explicatur; ergo perfectissima scientia, & demonstratio, est, quæ per definitionem subiecti procedit. Demum, qui scit per definitionem subiecti, non solum cognoscit causam, ob quam passio subiecto conueniat, sed illam etiam, ob quam simpliciter est; nam prima passio ratione essentiæ definitione explicatæ non solum est in subiecto, sed est absolutè, & simpliciter: ergo hæc definitio est potissimum sciendi, ac demonstrandi medium.

Probatur 1. Arist.

Tertia sententia, quæ duas præcedentes quodammodò in cōcordiam reducit, affirmat, medium potissimæ demonstrationis esse conflatum ex definitione vtriusque extremi. Hanc tribuunt D. Thom. hoc libro, lect. 1. & opusc. 38. illius sectatores; duobus tamen modis eam interpretantur. Primò ita, vt prius demonstretur definitio passionis per definitionem subiecti; deinde ipsa passio per sui definitionem iam demonstratam de subiecto concludatur. Hunc sensum nō obscurè indicat D. Tho. loco citato: sed iuxta illum vix differt hæc tertia opinio ab opinione Scoti, quia non docet, vtramque definitionem in eadem demonstratione simul adhiberi: sed in prima, & potissima assumi definitionem subiecti; in secunda, & minus præcipua definitionem passionis: quod secundum licet neget Scotus, in primo tamen consentit. Quare Caietanus in c. 20. huius libri secundo modo sententiam D. Thom.

Tertia sententia vtramq. definitionē assignat. D. Thom.

D. Thom. interpretatur; ita nimirum, vt velit, vtramque definitionem in vna demonstratione pro medio adduci.

Probat. 1. Aristot.

In quo sensu probatur hæc sententia 1. ex Aristot. c. 2. vbi ait, ipsum quid est, per quod passio demonstratur, debere simul esse propter quid, hoc est, cum definitione passionis coniunctam esse debere illius causam, quæ est natura subiecti. Et paulò ante dixerat, medium non solum esse causam, vt passio sit in subiecto, sed vt simpliciter sit. & causam prioris esse ipsam naturam affectionis, causam posterioris subiectum. Verba Aristotelis sunt: [causa enim tàm vt sit simpliciter, quàm vt quippiam eorum, quæ vel per se, vel per accidens competunt, sit, ipsum medium est. At simpliciter quidem esse subiectum ipsum, vt, Lunam, aut Solem, aut terram, aut triangulum, &c.] quę vtà nobis explicata sunt, intellexit

Aegidius. Aegidius, vt mirum sit, cur tam acriter defenderit, subiecti definitionem medium esse non posse. Vnde idem Aristoteles in exemplis Eclipsis, & tonitrui nunquam posuit nudam passionis definitionem, sed perpetuò addidit subiectum, vt proximam causam. Deinde ratione eadem opinio confirmatur. Id, quod est causa extremorum, est etiam causa mutuæ illorum cõnexionis inter se; sed vtraque definitio, subiecti scilicet, & passionis, est causa sui extremi: ergo ab vtraque pendet connexio: ac proinde medium adæquatum vtraque simul complectantur necesse est.

Secundò.

optimum demonstrandi medium; non est dubium, vel vtriusque, vel vnius tantum extremi definitionem, quæ essentiam contineat, pro medio sumi posse. Cęterum ad singulas descendendo, non est facilè, suum cuique probabilitatis gradum assignare. Huius tamen rei gratia notãdum est, nos posse loqui vel de medio simplici, quod vnam tantum causam cõtineat, vel de quouis medio, siue simplici, siue complexo, hoc est, plures simul causas continente: ac si posteriori modo loquamur, verior est postrema sententia D. Thom. quia priores assignare videntur media connexionis inadæquata: tertia verò medium adæquatum; nam tota connexio, cum respiciat vtrumque extremum, non potest ab altero per se, sed ab vtroque simul adęquatè prouenire; nemo autem negabit, illud medium, quod integram causam continet, multò perfectius esse, quam id, quod partiali tantum causa continetur.

In quo sẽsu probabilior sit. 3.

Si verò loquamur priori modo, quo Autores frequentius loqui videntur; agunt enim de simplici demonstratione, quę vna tantum causa constituitur, præferendæ sunt duæ priores sententiæ, siquidem media simplicia designant. Inter eas autem probabilior est sententia Scoti, tum ob rationes ibi adductas; tum vel maximè ob illam, quæ in referenda sententia D. Thom. indicata est, & in hanc formam proponi potest. Ea definitio est præstantius medium, à qua extremorum connexio pendet; sed huiusmodi est definitio subiecti, nõ passionis; ergo, &c. Maior patet: Minor probatur. Definitio passionis solum est causa proxima essentiæ ipsius passionis, & eius coniunctionis cum subiecto, vt se habet ex parte passionis: definitio autem subiecti, non modò est causa ipsius, sed etiam passionis, vt ex supra dictis patet: igitur non tantum causat connexionem ex parte subiecti, sed etiam ex parte passionis; licet magis remotè; ergo maior est dependentia connexionis à definitione subiecti, quam passionis.

ARTICVLVS III.

Fertur iudicium de propositis opinionibus, & respondetur quæstioni.

Omnes præcedentes opiniones probabiles sunt.

QVi rationes pro singulis opinionibus adductas attentè considerarit, cuique suam probabilitatem concedere non dubitabit; cum enim essentia cuiuslibet extremi sit ratio, & causa eius connexionis, quæ per demonstrationem probatur, causa verò connexionis sit

Digitized by Google

passionis. Et confirmatur, quia medium eò est præstantius, quò est independentius ab alio priori; sed definitio subiecti non pendet ab alio, definitio autem passionis pendet à subiecto: ergo illa est potissimum demonstrandi medium.

Satisfit argum. 2. sẽtentiæ. Primo.

Argumenta pro sententia Auerrois, & Aegydij, ita diluenda sunt. Primum quidem ex authoritate Philosophi concedendo, passionis definitionem ab eo assignari pro medio, sed non solam, nec vt præcipuum medium, vt ex alijs eiusdem Philosophi locis ostensum est. Ad secundum negandum in demonstratione, cuius medium est definitio subiecti, peti principium: ad probationem, similiter negamus, definitionem, & definitum idem omninò esse; nam si definitio tradatur per causam externam, actu differt à re definita, vt planum est; si per causam internam, vt per genus & differentiam, vel materiam, & formam, differt virtute, quæ distinctio ad veram scientiam, & demonstrationem satis est, vt libro superiori, ca. 2. ex Caietano ostensum est. Quod si petas, quænam definitio potissima sit ad demonstrandum, quæ traditur per causas internas, aut quę per externas? Respondemus, has definitiones in toto rigore non constituere media simpliciter diuersa, & disparata, sed subordinata: inter quæ illa comparatio propriè non cadit; nam quando res habet causas suæ essentiæ externas, partes internæ sunt immediatæ causæ passionis, & connexionis, non tamen vltimæ; quia pendent à causis externis, vt tales sunt. Vnde demonstratio procedens per internam definitionem adhibet medium proximum, sed non immediatum: ea verò, quæ construitur per externam, adducit medium remotum, sed immediatum, ex quibus vnum absolutum, & perfectum coalescit, vt ita verum sit, quod Aristoteles in cap. 17. huius libri concluſit; vnius rei vnam esse causam totalem, & adæquatam.

Quę definitio, interna, an externa, præstãtius mediũ sit. Resolutio. Secundo.

Ad tertium concessa Maiori, neganda est Minor: Ad cuius probationem concedendum est, connexionem passionis prouenire ex illius habitudine ad subiectum, non quidem adæquatè, sed quatenus prouenit ex parte affectionis; nam vt connexio se habet ex parte subiecti, ab eius definitione prouenit. Deinde concedendum est, eandem connexionem, vt passionem respicit, ab illius natura immediatius dependere, indè tamen non sequitur, passionis definitionem esse medium præstantissimum; quia adhuc supereſt alia pars dependentiæ à subiecto, quæ est præstantior, & illa ipsa à natura, & definitione subiecti remotè causatur, vt explicatum est. Argumenta pro sententia D. Thomæ ita probant, medium complexum esse præstantius, vt, si de simplicibus loquamur, Scoti sententiam, quam sequimur, non impugnent.

COM-

Digitized by Google

EXPLANATIO CAPITIS I

De operis instituto.

SVMMA CAPITIS.

PRæfationis more proponit, suscepti operis institutum esse methodum quandam inuenire, ac tradere, qua possimus quamlibet quæstionem tractare probabiliter, aut defendere, quin aliquid proferamus, aut dictis, aut veritati repugnans. Deinde, vt Dialectici syllogismi, qui huius operis subiectum est, materiam, partesque declaret, syllogismum in communi definit, & in quattuor membra distribuit. Definitio est eadem, quæ traditur initio Topicorum. Membra diuisionis sunt syllogismus Demonstratiuus, Dialecticus, Sophisticus, qui & litigiosus, & contentiosus appellatur, denique Pseudographus. Primus definitur syllogismus constans ex veris, & primis, vel ex ijs, quæ per prima, & vera suæ cognitionis initium sumpserunt: Dialecticus est, qui constat ex probabilibus. Sophisticus est, qui ex ijs constat sumptionibus, quæ probabiles videntur, sed non sunt. Pseudographus est, qui in propria alicuius scientiæ materia, non tamen veris sumptionibus, sed quæ veræ, ac necessariæ videntur, colligit conclusionem.

Syllogismorũ definitiones.

COMMENTARIVS.

CAPVT I.

Demõstratiui syllogismi definitio exponitur.

Demonstratio a vero est.] Solam demonstrationẽ propter quid definit, vt ipsemet paulò inferius indicat, definitionẽ exponendo: ait enim vera, & propria esse, quæ per se nota sunt, & indemonstrabilia, quæ verò ab his suæ cognitionis initium habent, sunt propositiones per propria principia demonstratæ, quas virtute indemonstrabiles appellauimus, ratio, cur hęc sola demonstrationis nomen vsurpet, cũ alia detur demõstratio, Quia c. 10. 1. Post assignata est.

Propositum quidem negotij est, methodum inuenire, per quam poterimus syllogizare, de omni proposito problemate ex probabilibus, & ipsi disputationẽ sustinentes, nihil dicemus repugnans. Primum igitur dicendum, quid est syllogismus, & quę eius differentiæ, quo modo sumatur dialecticus syllogismus. Hunc enim quærimus secundum propositum negotium. Est itaque syllogismus oratio, in qua positis quibusdam, aliquod aliud à positis ex necessitate accidit per ea, quæ posita sunt.

a Demonstratio verò est, quando ex veris, & primis syllogismus erit, aut ex talibus, quæ per aliqua prima & vera eius, quæ circa ipsa est, cognitionis principium sumpserunt. Dialecticus autem syllogismus, qui ex probabilibus est syllogizatus. Sunt autem vera, & prima, quæ non per alia, sed per se ipsa fidem habent. Nõ enim oportet in scientificis principijs inquirere propter quid, sed vnumquodq; principiorum ipsum per se fidem esse.

Explicatur Dialecticus syllogismus.

b Probabilia autem] Quoniam dixerat, syllogismum Dialecticum constare ex probabilibus, docet, quænam sint probabilia, aitque, esse illas propositiones, quæ videntur omnibus aut pluribus, aut sapientibus, & ijs, vel omnibus, vel plurimis, vel maximè cognitis, & probatis. Verbum, videntur, sic intelligendum est, quæ videntur vera cum formidine partis oppositæ: alioquin comprehenderentur necessarię propo-

b Probabilia autem sunt, quæ videntur

posi-

exemplum verò adhibet materiæ alicuius scientiæ propriæ, veluti Geometriæ, vbi id genus syllogismi sic construes: omnes lineæ ductæ ab eodem puncto ad idem punctum sunt æquales; sed diameter, & semicirculus sunt lineæ ductæ ab eodem puncto ad idem, igitur sunt æquales. Cuius argumentationis sumptiones videntur necessariæ. Maior tamen est falsa, nisi adhibeatur per idem spatium.

e *Summatim autem*] Monet Lectorem, ne in omnibus æquè absolutam doctrinæ rationem exigat: tractatio enim topica minus exacta perscrutatione contenta est, quam proinde, ait, se rudem, & non ad amussim expolitam traditurum.

DOCTRINA II. CAPITIS.

De vtilitate Dialectica.

Huius doctrinæ vtilitas quæ.

EST hoc caput secunda præfationis pars, in qua proponit Aristoteles huius Topicæ disciplinæ triplicem vtilitatem: ait enim, conducere ad exercitationem; deinde ad colloquia, honestos vè congressus; denique ad Philosophiæ disciplinam. Per exercitationem intelligit, vel gymnasticos conflictus, vel eam rationem disputandi, quæ apud veteres in vsu fuit; proposita enim quæstione in gymnasio afferebantur pro vtraque parte probabiles rationes, vt Scholastici de quacunque re disputandi copiam compararẽt. Huic exercitationi cõducit ars Topica, quoniam, qui illa sunt instructi, facilè ex locis argumenta depromunt. Per colloquia intelligunt Alexander, & Auerroes congressus cum multitudine, apud quam similitudinibus vtẽdum est ex rebus vulgo notis; nam quæ ex intimis artium penetralibus eruuntur, miratur potius multitudo, quam credit; in his verò abundat Dialecticus. Demũ est vtilis ad Philosophię partes, quia hac arte instructi, cũ de quauis re in vtramque partem disputamus, quid verũ sit, quid falsum, melius perspicimus, tum etiam, quia probabiles rationes ad veram principiorum cognitionem manu ducũt.

Alex. Auerr.

Quia difficile admodũ est, ea, quæ velis, probabiliter omnibus persuadere, monet Aristoteles, non continuò deesse hanc artem illi, qui persuadere non potest, dummodò nihil prætermittat eorum, quæ ad quæstionem confirmandam, aut refutandam pertinet; hoc enim est Dialecticæ officium, illud finis, quem minimè opus est ab arte semper obtineri. Nam Rhetor perfectus est, esto, dictione non permo-

CAPVT II.

Consequens autem erit ijs, quæ dicta sunt, dicere, & ad quot, & quæ, vtile sit hoc negotium. Est itaq; ad tria, ad exercitationes, ad colloquia, ad eas (quæ secundum Philosophiam sunt) disciplinas. Quod igitur ad exercitationem sit vtile, ex his perspicuum est. Methodum enim habentes facilè de proposito argumentari poterimus. Ad colloquia verò eò, quod multorum annumerantes opiniones, non ex extraneis, sed ex proprijs dogmatibus sermocinabimur contra eos, transmutantes, quicquid non benè videntur nobis dicere. Ad secundum Philosophiam autem disciplinas, quoniam potentes ad vtraque dubitare, facilè in singulis intuebimur verum falsum. Adhuc autem ad prima eorum, quæ in vnaquaque disciplina sunt, principia. Nam ex proprijs secundum propositam disciplinam principijs, impossibile est, dicere aliquid de ipsis, eò quod prima principia sunt omnium. Sed per ea, quę sunt circa singula probabilia, necesse est de illis transigere. Id autem proprium, maximèque peculiare Dialectica est. Cum enim sit inquisitiua, ad omnium methodorum principia viam habet. Habebimus autem perfectè methodum, quando perinde habebimus, ac in Rhetorica, & Medicinali, & huiusmodi facultatibus. Hoc autem ex ijs, quæ contingunt facere, quæ eligimus: nam neque Rhetor omni ex modo persuadebit, neq; Medicus sanabit, sed si ex ijs, quæ cõtingunt, nihil omiserit, sufficienter eum disciplinam habere dixerimus.

uear,& Medicus non continuò arte vacat,tamet si ægroto non impertiat sanitatem; si tamen ille appositè ad permouendum dixit, & hic omnia adhibuit medicamenta,quæ curationi sunt accommodata.

QVÆSTIO VNICA.

Vtrum syllogismi in quattuor membra distributio sit exacta.

ARTICVLVS I.

Obiecta aduersus diuisionem.

Obijcit 1. IN primis diuisionem redundare sic ostenditur. Materia propositionum triplex tantum est: necessaria, cõtingens,& impossibilis: sed syllogismus hoc loco diuiditur penes materiam; ergo triplex tantum erit syllogismus. Nec dicas,aliam esse propositionis, aliam syllogismi materiam; nam materia proxima propositionum est remota syllogismi,proxima verò sunt ipsæ propositiones; ergo, cum hæ tres tãtum esse possint ratione materiæ, non erunt plures
2. syllogismi. Secundò Aristoteles numerat in membris diuidentibus syllogismum sophisticum in forma laborantem;sed hic non cõtinetur sub diuiso,siquidem diuisum(vt ex illius definitione constat) est syllogismus
3. vi formæ concludens. Tertiò,è contrario diuisionem esse iusto angustiorem suadetur. Nam syllogismus ex apertè falsis,& demõstratio,quod est,continẽtur in diuiso,cum formaliter concludant: non sunt tamen in
4. membris diuidentibus. Quartò:syllogismus constãs necessarijs, cognitis tanquam probabilibus, vel ex probabilibus existimatis vt necessarijs,est verus,& formalis;at in nullo membro continetur. Non in demonstratiuo, quia prior generat opinionem, demonstratiuus scientiam, posterior verò non constat ex primis, & veris. Non in Dialectico, quoniam primus non coalescit ex probabilibus, secundus verò non causat assensum cum formidine partis oppositę,quod in syllogismo Dialecti-
co exigitur. Quintò;syllogismus ten- 5.
tatiuus,qui scilicet alterius tentandi gratia adhibetur, est verus syllogismus,nullo tamen in membro collocatur. Sextò; ex propositionibus de 6.
fide diuina fit syllogismus æqua necessitate,ac demonstratiuus, concludens; quem constat, nec in demonstratiuo esse, quia non constat propositionibus per se notis, quas diximus,per vera,& prima intelligis nec in Dialectico, cum absque vlla formidine concludat. De ceteris membris res est clara. Idem argumentum fieri potest de syllogismo conflato ex propositionibus de fide humana. Septimò; Diuisio non constat mem- 7.
bris inter se oppositis;ergo est vitiosa;antecedens probatur; quia syllogismus confici potest ex vna præmissa necessaria; altera probabili, vel Sophistica, vel Pseudographa; aut certè ex vna probabili, & altera Sophistica, vel Pseudographa; aut vna Sophistica, & altera Pseudographa. Denique is,qui constiterit ex vna de fide diuina, altera Dialectica, in duplici membro reponetur.

ARTICVLVS II.

Defenditur diuisio, dilumtur obiecta.

Cur syllogismi diuisio hucreferuata.

APprobant Aristotelis diuisionẽ omnes Interpretes, & meritò, quoniam syllogismus dupliciter spectari potest,secundum formam,& secundum materiam; & cum Aristot. priorem cõsiderationem persecutus sit in libris Priorum, vbi syllogismũ secundum formam spectatum, profigurarum numero in tria membra distribuit; consequens erat, vt eundem secundum materiam acceptum distri-

Digitized by Google

distribueret; id verò, etsi efficiendum foret ante libros posteriorum, cũ in illis syllogismus demonstratiuus, de quo ibi agitur, penes materiam accipiatur: qua fortasse de causa Boetius hunc librum illis antepositit. Voluit nihilominus Aristotel. in extremum locum hoc differre, vt, quorundam materia iam explicata, & aliorum statim explicanda, faciliorem redderet totius diuisionis cognitionem. Quare hæc diuisio secundùm materiam assignatur; materia verò syllogismi aut considerari potest secundum se tantum, aut etiam prout subiacet nostræ cognitioni; ac priori modo duplex tantum est, necessaria, & probabilis: materia n. improbabilis non inseruit syllogismo, de quo differit Aristoteles, siue in libris Priorũ, siue in his; agit enim de syllogismo probatiuo, qui apertè falsis, & improbabilibus constare nõ potest, si vt talia cognoscãtur. Posteriori est quadruplex: quædam enim est necessaria, alia nõ est, sed videtur, quædam est probabilis, alia, quamuis non sit, eiusmodi tamen apparet. Hinc facilè est iudicare, diuisionem non esse vniuocam; tum quia materiæ possunt esse in diuersis omninò Generibus, tum quia duo membra constant vera materia, alia solum apparenti.

Diuisio cõfirmatur.

Respondetur 1. arg.

His positis, ad primum obiectum patet, materiam, prout nostris assensibus subiacet, esse quadruplicem. Ad

2. secundum respondetur, Aristotelem vberioris doctrinæ gratia explicuisse syllogismum Sophisticum peccãtem in forma, non illius recipiendi causa, vt ex Commentario liquidum

3. est. Ad tertium negandum est, syllogismum ex apertè falsis in diuiso contineri, quia, licet formalis sit, ad aliquid probandum est ineptus; hic verò solus probatiuus explicatur, vt primo Priorum latius ostensum est. Quod attinet ad demonstrationem. Quod est, non est inficiandum, sub diuiso esse, & in primo membro collocari, noluisse tamen Philosophum primum membrum in tota sua latitudine definire, ne videretur aliam doctrinam tradere ab ea, quam 2. c. primi Posteriorum inculcauit, vbi solam demõstrationem propter quid definiuit: aut certè, quia hic locus non postulat exactissimam harũ rerum doctrinã, vt Aristoteles præfatus est. Ad quartum syllogismum ex probabilibus creditis necessarijs Pseudographum esse, quia gignit errorem, at eum, qui cõstat necessarijs cognitis tantum, vt probabilibus, re vera Dialecticum esse, cum & probabilis sit, & plusquam probabilis. Vnde colliges, maiorem haberi rationem de syllogismis formaliter acceptis, hoc est, vt subiacent assensibus intellectus, quam materialiter. Diximus [maiorem,] & nõ totalem, quoniam, cum intellectus plus illis tribuit, quam secundum se habeant, à materia sumitur denominatio, vt enim sit Pseudographus, debet esse impossibilis, vt sit Sophisticus, oportet esse improbabilem. Ad quintum 5. dices, tentatiuum non constituere speciale membrũ, sed pertinere posse ad omnia pro ratione materiæ, quã is, qui tentat adhibuerit. Ad sextum 6. respondetur, illiusmodi syllogismum ex mente Philosophi, nec in diuiso, nec in membris diuidentibus cõtineri, quia ipse locutus est de cognitionibus naturalibus; reuocari tamen posse ad demonstratiuum, cum quo magis conuenit ob infallibilem colligendi vim. Is verò, qui constiterit propositionibus humana fide credibilibus, reuocatur ad Dialecticum; habet enim fides humana, quo ad certitudinem, & incertitudinem, quo ad firmitatem, & formidinem, omnes cõditiones opinionis: quamuis per se loquendo, neque hic syllogismus à Philosopho in proposita diuisione comprehendatur, vtpotè qui non agit, nisi de cognitione ad scientias pertinente.

4.

Ad solutionem septimi hæ regulæ statuendæ sunt, prima est. Syllogismus conflatus ex propositionibus ad diuersa diuisionis membra pertinentibus, semper collocatur in eo, cuius propositiones deterioris sunt conditionis. Huius probatio est in promptu; quia, si vnquã

Qui syllogismus, in qua sit specie.

Digitized by Google

valet illud principiũ, effectus sequitur deteriorem partem suę causę, hic maximè, vt in 2.c.1. Poster. ostensum est. Secunda, quæ ex præcedenti sequitur. Syllogismus constans vna præmissa Pseudographa, quocunque modo altera se habeat, est Pseudographus: qui constat vna Sophistica, est Sophisticus, nisi altera Pseudographa sit; qui habet vnam probabilem, & alteram necessariam, est Dialecticus. Hæc tota patet ex præcedente, quia Pseudographa est deterioris cõditionis, postea Sophistica, deinde Dialectica. Vnde patet septimi argumenti solutio, quo ad omnia priora exẽpla.

Syllogysmus ex vna de fide, alia probabili, i quo membro.

Exemplum syllogismi compositi ex vna propositione de fide diuina, altera probabili, non tam facilè expediri potest; quamuis enim videatur reuocari ad Dialecticum ratione probabilis assumptionis, non videtur tamen id permittere assumptio de fide diuina: enimverò conclusio probabilis, vt potest esse vera, ita & falsa; atqui actus fidei supernaturalis non potest concurrere ad falsum assensum: ergo conclusio illius syllogismi nequit esse tantum probabilis; at si ponatur esse necessaria, iam syllogismus ad demonstratiuum erit reducendus.

Secundò; illa conclusio videtur necessariò fore supernaturalis; ergo nullo modo erit opinatiua. Consequentia valet, quia opinioni, vt dicebamus, non repugnat falsitas actus verò secundum entitatem supernaturalis falsus esse nequit, quia à Deo, veluti à causa principali proficiscitur. Antecedens probatur, quia effectus naturalis continetur in virtute causarum naturalium, ab ijsdemque produci potest absque supernaturalis causæ concursu; sed illa conclusio produci non potest absque influxu supernaturalis præmissæ; ergo non est secundum entitatem naturalis. Et confirmatur, quia, quidquid sit de causalitate formali, illæ propositiones concurrunt effectiuè ad producendam conclusionem; ergo supernaturalis eleuabit aliam ad nobiliorem effectũ producendum, quemadmodũ habitus fidei intellectũ iuuat, vt supernaturalem actum producat.

Respondendum tamen est, illum syllogismum propter propositionẽ probabilem ad Dialecticum reuocari; & ad primam impugnationẽ negandum est, actum fidei diuinæ non posse ad assensum probabilem, vel etiam ad falsum concurrere: licet enim actus supernaturalis circa proprium obiectum erroneus, vel fallibilis esse nequeat, cùm tamen ab intellectu applicatur ad alium actum producendum, nihil impedit, quo minus incertum producat, quia non ex peculiari Dei directione, sed ex naturali intellectus ratiocinatione mouetur. Vnde ad secundam improbationem negandum est, assensum ex illo discursu productũ esse supernaturalem, vt communiter negant Theologi in 1.p.q.1.art.2. Ad probationem respondetur, maiorẽ esse veram loquendo per se, & ex parte virtutis actiuæ, non verò per accidens, & ex parte obiecti; si enim actus versari debet circa obiectum supernaturale, quantumuis in entitate sua naturalis sit, ens supernaturale supponit, ea generali regula, qua omnis actus supponit obiectũ; sed hoc quo ad efficaciã virtutis actiuæ per accidens est: & ita contingit in præsenti, non quia ipsius cõclusionis obiectũ supernaturale sit, sed quia supponit obiectum præmissæ de fide, quod est supernaturale: Addo, eam dependẽtiam non videri omninò per se, quia, si detur præmissa naturalis circa idẽ obiectum, eadem cõclusio elicietur. Ad confirmationem negandũ, præmissam de fide posse aliã eleuare ad actum supernaturalẽ: quia motiuum cõclusionis est naturale, circa quod actus supernaturalis versari nõ potest, quidquid sit de causa effectiua, a qua parte procedit. Alię eiusdem rei causæ in Theologia assignantur, quod verò motiuum sit naturale, patet à simili; quando enim vna præmissa est probabilis, alia necessaria, motiuum est probabile; quando vna vera, alia erronea, erroneum; ergo ita erit in præsenti.

Est re vera Dialecticus.

Satisfit obiectis.

EX-

Digitized by Google

EXPLANATIO CAPITIS III.

De quibus ſit Dialectica diſputatio.

SVMMA CAPITIS.

PRoponit ea, de quibus acturus eſt in hoc libro, problemata, ſcilicet, Dialectica, & Dialecticas propoſitiones, ſubditque; tot eſſe iſtas, quot illa, quod in hunc modum probat: quattuor ſunt prædicata Dialectica, ex quibus omnes illius propoſitiones conficiuntur; quattuor ergo ſunt propoſitiones, totidemque problemata; probat antecedens; quia omne prædicatum propoſitionis, & problematis, aut eſt proprium, aut genus, aut accidens; turſuſque proprium aut rei naturam explanat, & eſſentiam, aut non. Primum vocatur terminus, ſecundum communi nomine proprium appellatur. In vltima capitis parte hoc ſtatuit diſcrimen inter propoſitionem Dialecticam, & problema; quod illa vnica tantum interrogatione expreſsè proferatur; hoc verò duplici notetur; ſi enim quæratur, num animal ſit hominis genus, propoſitio eſt; problema autem, ſi rogetur, ſitne animal genus hominis, necne?

COMMENTARIVS.

Differẽtia ad genus reuocatur.

a *Etenim differentia.*] Videbatur in naturandis prædicatis differentiam omiſiſſe, idcirco occurrit, differentiam, quia recurrit cum genere, & eandem cum illo quæſtionem ad genus eſſe reuocandam. Loquitur tantum de differentia generica, quæ in vſu erat apud Philoſophos, eo quod ſpecificæ, aut nulla, aut exigua notitia habebatur.

Diſcrimẽ inter problema, & dialecticã propoſitionem.

b *Differunt autem.*] Diſcrimen inter propoſitionem dialecticam, & problema eſt; quod propoſitio vna interrogationis nota proferatur, problema verò duabus, cuius diſcriminis ratio eſt; quoniam Dialecticus ea de cauſa interrogat, ſeu proponit Dialecticam quæſtionem, vt reſponſione data ſumat propoſitiones, quibus nititur aliquid confirmare, quocirca eam contradictionis partem exprimit, quam optat ſibi concedi; at quæſtio ea de cauſa proponitur vt vtramque in partem diſputetur, & idcirco duplici affecta interrogatione accommodatiſſimè effertur.

c *Quare*

CAPVT III.

PRimum igitur conſiderandum, ex quibus eſt methodus. Nam ſi ſumpſerimus, ad quot, & quæ, & ex quibus orationes ſunt, & quomodo his abundemus: habebimus ſufficienter propoſitum. Sunt itaque numero æqualia, & eadem ea, ex quibus orationes, & de quibus ſyllogiſmi. Fiunt enim orationes ex propoſitionibus, de quibus autem ſyllogiſmi fiunt, problemata ſunt. Omnis autem propoſitio, & omne problema, aut proprium, aut genus, aut accidens indicat.

a *Etenim differentia cum ſit generalis, cum genere ordinanda eſt. Quoniam autem proprij hoc quidem, quid quid erat, eſſe ſignificat: illud autem non ſignificat, diuidatur proprium in vtriſque per dictas partes, & voceiur illud, quod ſignificat, quod quid erat eſſe, terminus, reliquum verò ſecundum communem de ipſis aſſignatam nominationem, nuncupetur proprium. Manifeſtum igitur ex ijs quæ dicta ſunt, quoniam, ſecundum præſentem diuiſionem, quatuor omnia accidit fieri, aut proprium, aut terminum, aut genus, aut accidens.*

Tot esse problemata, quot ta, quot quæstiones.

c *Quare æqualia.*] Ex hoc discrimine colligit, tot esse problemata quot sunt propositiones, quod antea non probarat: si enim natura est eadem, differentia verò in sola proferendi forma, cum hæc cuilibet materiæ accommodari possit, probè infertur, propositiones, & problemata eodem numero contineri; quod quidē ita intellige, vt ex omni problemate fiat propositio, & ex omni propositione problema quo ad formam; nā quo ad materiam, multę sunt propositiones Dialecticæ, quæ, quoniam omnibus sunt probabiles, in problemata verti non possunt, vt, an parentes sint colendi, multa item sunt problemata, quæ ob sui ambiguitatem propositiones fieri nequeunt. vt, sintne stellæ pares an non; aliter intelligi potest hic locus; quasi conferat Philosophus propositiones, & problemata, non in singulari, vt hactenus expositum, sed in genere, velitque, tot esse genera propositionum Dialecticarum, quot sunt genera problematum, quia, vt quattuor sunt problematum genera, ita & propositionum; & ex quouis problemate fieri propositionem, atque è contra, id est, ex omni genere problematum fieri idem genus propositionum, & è conuerso; quamuis aliqua sint problemata in particulari, ex quibus nequeant Dialecticæ propositiones efformari, & aliquæ propositiones, quæ in problemata minimè conuertantur.

cidens. Nemo autem vos opinetur dicere, quod vnumquodque horum secundum se dictum propositio, vel problema sit, sed quod ex ijs & problemata & propositiones fiant.

b *Differunt autem problema & propositio modo: nam cum sit dicitur putasne animal gressibile bipes, definitio est hominis? & putasne animal genus est hominis? propositio sit: si autem, vtrum animal gressibile bipes definitio sit hominis, an non, problema sit; similiter autem & in alijs.*

c *Quare æqualia numero problemata, & propositiones sunt; nam ab omni propositione problema efficies, mutato modum.*

QVÆSTIO VNICA.

Num quaternarius prædicatorum, & quæstionum numerus rectè assignetur?

ARTICVLVS I.

An Prædicata Dialectica sint tantum quatuor.

Probatur ratio 1.

ESse plura multis rationibus ostendi potest. Prima, quoduis prędicabile fieri potest Dialecticum prædicatum; sed prædicabilia sunt quinque, ergo tot erunt prædicata.

2. Secunda multa sunt, quæ non prędicantur vllo modo ex illis quattuor: ergo plura sunt prædicata, probatur antecedens, in huiusmodi prædicatis, homo est eus, est substantia, est

3. qualis, &c. Tertia; species, & differentia specifica sunt prędicata Dialectica ā ceteris omninò distincta, vt per se constat; neque enim prædicantur de differentibus specie, non declarāt rei naturam, nec sunt illius propria, vel accidentaria, ergo &c. Hæc probant, prædicata Dialectica esse plura, quam quattuor; sed ostendere possumus esse pauciora; quoniam Dialectica prædicata sunt probabilia; sed genus, definitio, & proprium conueniunt necessariò; ergo non fuerunt cum accidente numeranda.

Propter hæc, & similia argumenta nonnulli carpunt hoc loco Aristotelem, quasi solum tradiderit ea prædicata, & quæstiones, quę genus, definitionem, proprium, accidentiue expressè continent; cum multò ampliora sint Philosophi prædicata, vt ostendit Perionius primo suæ Dialecticæ libro, distribut. 4. Complectitur enim Arist. nomine prædicati Dialectici omne prædicatum commune, quod eadem ratione de alio prædi-

Rodolph. li. 1. cap. 3. Perionius.

Nomine prædicati Dialectici quid intelligatur.

Digitized by Google

prædicatur, siue sit complexum, siue incomplexum, sub quo sex partes subiectæ continentur; Genus, Species, Differentia, Proprium, Accidés, & Definitio, quas Aristoteles ad quattuor tantum eo consilio reuocauit, quia distinguit hæc prædicata in ordine ad constituendos generales locos, vnde Dialectica argumenta eruantur; hi verò, qui aliquod insigne discrimen in se obtinent, quattuor tantum sunt. Ceteræ namque quæstiones in modo tractandi cum aliqua ex his quattuor ex omni ferè parte consentiunt; nam quæstio differentiæ, & speciei respectu inferiorum eodem pacto tractatur, ac quæstio generis: diuersitas enim specifica, aut numerica inferiorum non mutat quæstionem, vt in progressu patebit. Vnde etiam colliges rationem, ob quam diximus, sub prædicato Dialectico comprehendi etiam complexa, faciunt enim æquè, ac simplicia ad dialecticas quæstiones. Præscriptus numerus hac ratione colligitur; prædicata Dialectica vel dicuntur essentialiter; si priori modo, vel conuertuntur cum subiecto, & est definitio essentialis, ac differentia comparata cum eo, quod constituit; vel non conuertuntur, & est genus, species, & differentia, respectu inferiorum; si non dicuntur essentialiter, aut reciprocantur cum re, & est proprium, prout distinguitur à definitione essentiali, non verò à descriptione, aut non reciprocatur, estque accidens.

Differẽtia, & species nouũ prædicatũ nõ sunt.

Quaternarius prædicatorũ numerus cõfirmatur.

Respondetur arg. 1.

Ad primam rationem in oppositum respondetur; non omnia prædicabilia habere sufficiens discrimẽ, vt diuersa prædicata constituant ob assignatam rationem. Ad secundam; omnia prædicata consentire in modo prædicandi cum aliquo ex quattuor numeratis; nam genera superiora, & prædicata analogica, quæ pertinent ad rei essentiam, cum latius patent, reuocatur ad genus; cum reciprocantur, reuocantur ad differentiam. quod si extra essentiam manent, & cum subiecto non recurrũt, vt quale, prædicantur vt accidentia; nam quo ad hoc institutum magis attenditur adæquatio, vel inadæquatio cum subiecto, quam necessitas, vel contingentia; cum res essentiam non ingreditur. Ad tertiam patet ex collectione quid respondendum sit. 3.

Ad vltimam respondetur; prædicata necessaria sumi posse, vt probabilia; neque enim amittunt verisimilitudinem, eò quod habeant necessitatẽ. 4.

Dices, Philosophus distinguit prædicata penes essentialia, & accidentalia; ergo non solum cõsiderat probabilitatem, sed etiam necessitatem. Respondetur, negando illationem, & explicando antecedens. Distinguit enim Aristoteles prædicata in essentialia, & accidentalia, non attenta necessitate, vel contingentia, sed quod illa prædicantur, vt partes subiecti; hæc verò minimè, & vtraque probabiliter.

ARTICVLVS II.

Defenditur quaternarius Dialecticarum quæstionum numerus.

MVltò plura esse problematum genera sic ostendes. Prim.ò, Arist.2.lib. Poster cap.1. tradit quattuor quæstionum genera longè diuersa, videlicet, an res sit? quid sit? qualis sit? propter quid talis sit? quæ nemo dixerit cum aliquo ex modo numeratis recurrere. Secundò. quæstiones, in quibus petitur prædicatum, quod falsò, aut negatiuè conuenit subiecto, adducuntur in disputationem, nec tamen pertinent ad prædicatum definitionis, aliudve, cum illa omninò verè, & affirmatiuè, subiectis conueniant. Tertiò; Hoc problema, Vtrum ens sit analogum ad substantiam, & accidens, est Dialecticum, & à ceteris prorsus distinctum; similia sunt hæc; num homo sit substantia; num apes sint prudentes; quorum nullum habet formam prædicati definitionis, aut generis, aut proprij, &c. 1. argum. 2. 3.

Vt propositus numerus defendatur, aduertendum est, huiusmodi quæstiones, (quod eodem modo intel-

Quæstiones Dialecticæ dupliciter exponuntur.

intelligendum est, de propositionibus) duobus modis proponi posse; primo expresse nomine prædicati, veluti si dicas, estne animal rationale definitio hominis, an non? risibile estne proprium hominis necne? & ita de ceteris. Secundo; si non adhibeatur expresse nomen prædicati, sed ex ipsa rogandi forma intelligatur, vt si postules; estne animal rationale, id ipsum quod homo, an nõ? solusne homo est disciplinæ capax, an non? estne homo quoddam animal, necne? potestne ille, qui cæcus est, aliquando respicere, vel non? qui enim ita rogat, perinde se habet, ac si aperte quærat, num animal rationis particeps sit hominis definitio, & vtrum sit proprium hominis esse disciplinæ capax. Item, num animal sit genus hominis. Denique, vtrum cæcum esse sit accidens hominis. His ergo duobus modis propositæ quæstiones dicuntur pertinere ad prædicatum definitionis generis, &c. idque siue prædicata sint re vera definitiones, genera, proprietates, accidentia, siue non, vocabulum enim expressum, vel subiectum prædicata ad illud genus quæstionis traducit; qđ si quæstiones neutro modo rogent, sed simpliciter quærant, vtrum aliquid alicui cõueniat, vt, vtrum apes sint prudentes? num Angeli vtantur ratione, quæ ex ipsa simplici quærendi forma quæstiones simplices inhærentiæ vocari solent, ad propositiones, & problemata accidentis pertinent, quatenus accidens ad omnia se extendit, quæ alicui accidunt. Vnde accidentis interrogatio duo genera quæstionum, ac propositionum continet; alterum; cum accidens expresse, vel tacite rogatur; alterum, cum simpliciter aliquid interrogatur, siue illud sit definitio, siue genus, siue aliud prædicatum.

Sub qua forma oēs qõnes ad accidēs reuocentur.

Hinc ad primum obiectum respõdetur, in secundo Posteriorum esse sermonem de quæstionibus ad demonstrationem pertinentibus; verùm illæ etiam pertinent ad Dialecticum; quæstio enim, an sit, ad problema accidentis spectat, reliquę autem, si accipiantur in actu exercito, & nullius prædicati nota afficiãtur, ad idem quoque problema reuocantur, vt ex notatione constat. Respondetur ad primum.

Ad secundum, parum interesse, num prædicatum sit genus, aut definitio, si adhibeatur eorum nota; vt dictum est, quod si non adhibeatur, erit problema accidentis examinandum affirmatiuè, aut negatiuè resoluendum. 2.

Ad tertium; quęstionem Analogi, & Vniuoci pertinere ad genus, ob eam rationem, quam in Prædicatis assignauimus, cetera problemata, quę subijciuntur, spectant ad quæstionem accidẽtis, cum simpliciter quærantur, nullo speciali prædicati adhibito charactere. Ad tertiũ.

SVMMA EIVS DOCTRINAE, QVAM *Aristoteles in reliqua huius libri parte scribit.*

CEtera huius libri capita in duas partes diuisi sunt. Prima continet capita à quarto vsq; ad decimum inclusiuè: secunda ab vndecimo ad finem vsque libri. Atque in prima definiendo, diuidendo, & ratiocinando latius explicat ea, quæ tribus primis capitibus compendio tradiderat; & nos duabus quæstionibus enucleata exposuimus. Etsi proprias singulorum definitiones in hunc locum cum Aristotele reseruauimus. Igitur prædicata Dialectica in capite 4. ita definit. Definitio, inquit, siue terminus, vt ille loquitur, est oratio significans quod quid erat esse rei, hoc est, rei naturam & essentiam adæquatè explicans. Vbi duo aduertit, alterum, nomen

Quid sit definitio.

clarius

Digitized by Google

clarius obſcurioris definitionem non eſſe,eſto,ad eam reuocetur. Alterum,non modò nomen, ſed etiam orationem definiri poſſe;veluti, homo albus;quo loco non ſegniter aduertendum eſt, complexi definitionem ab Ariſtotele admitti.

Quid proprium.

Proprium ſic definit. Proprium eſt, quod non indicat quod quid erat eſſe rei, ſoli autem ineſt, & conuerſim de re prædicatur : quæ ex proprij apud Porphyrium explicati deſcriptione manifeſta manet.

Quid genus.

Genus eſt,quod prædicatur de pluribus ſpecie differentibus in quæſtione quid eſt.

Quid accidens.

Accidens dupliciter definit,primò ſic. Accidens eſt, quod non eſt terminus, neque proprium, neque genus, ineſt autem rei. Secundò hoc modo : Accidens eſt,quod eidem rei ineſſe, & non ineſſe contingit. Notandum eſt, in tribus poſtremis definitionibus ſumi vocabula, Proprij, Generis, & Accidentis latius, quam apud Porphyrium,vt ſcilicet complexa,& incomplexa coerceant: vnde in ſinguls definitionibus pro genere intelligendum eſt prædicatum Dialecticum,quod ſimiliter complexa non reſpuit. Ratio,qua in ſeprimo capite probat, Dialectica prædicata quaternarium non excedere,quam meritò quis deſideraret, in quæſtione à nobis tradita eſt.

Dialectica propoſitio explicat.

In capite octauo naturam, & conditiones Dialecticæ propoſitionis exponit. Propoſitionem ſic definit : Propoſitio Dialectica eſt interrogatio probabilis, aut omnibus,aut plurimis, aut ſapientibus,& ijs,vel omnibus,vel plurimis,vel maximè famigeratis;& non inopinabilis : quæ definitio ex probabilium definitione ſub eadem omninò forma ſumpta eſt. Hæc de natura: quoad effectiones,alt,propoſitionem Dialecticam non debere eſſe improbabilem : Ceterum non oportere, vt omnes per ſe probabiles ſint, ſed quaſdam merito aliarum propoſitionum probabiles cenſeri. Quod tribus modis contingit, primò, cum propoſitio eſt ſimilis alicui per ſe probabili, cuiuſmodi eſt hæc; ſenſus verſatur circa contraria, eſt enim ſimilis huic per ſe probabili; contrariorum eadem eſt ſcientia,quoniam ita ſe habet ſenſus ad ſenſibile, vt ſcientia ad ſcibile. Secundò, quando eſt contraria alicui improbabili, per contradictionem prolatæ : hoc eſt, cum repugnat propoſitioni manifeſtè improbabili, aliquo modo ſibi oppoſitæ : ſic enim accipiendum eſſe nomen contrarietatis hoc loco monent Interpretes. Tertiò,eſt probabilis propoſitio per aliud,cum idcirco ei aſſentimur, quia ab ijs approbatur, qui in ea arte verſati ſunt, quam meritò dicas probabilem per autoritatem.

Quid ſit problema Dialecticum.

In capite nono definit Ariſtoteles problema in hunc modum: problema eſt ſpeculatio intendens ad electionem & fugam: vel ad veritatem,& cognitionem:aut per ſe,aut adminiculans ad aliquid aliud talium, de quo neutro modo opinantur, aut contrariè plerique ſapientibus, aut ſapientes pleriſque, aut vtrique ijdem ijſdem. Loco generis eſt,ſpeculatio,hoc eſt, oratio duplici interrogatione prolata, vnde propoſitiones Dialecticę excluduntur. Tres partes conſequentes problema diuidunt in tres quaſi ſpecies ; quædam enim problemata dicuntur moralia,quia ad ſcientias practicas conducunt; quædam pertinent ad Theoreticas, Phyſicam, Metaphyſicam, & Mathematicas ; Alia denique ſunt logica, quæ propterea adminiculantia,id eſt,opitulantia vocantur. Ceteræ partes ad definitionem conferunt,

Digitized by Google

ferunt, naturamq. Dialectici problematis explicant: oportet enim problema ita ambiguũ esse, vt in neutram illius partem animi inclinent, vt, sitne mundus ex æternitate, necne? Vel ita, vt aliud sentiant sapiẽtes, aliud vulgus, vt, sitne Sol maior tota terra, an non? vel, vt inter ipsos sapientes dissidium existat, vt, an in magnitudine indiuisibilia actu existant? vel denique inter homines vulgi, vt, sintne diuitiæ honoribus præferendæ.

Quo pacto omnia problemata ad Logicũ spectẽt.

Quod si aliquis opponat, diuisum esse problema Logicum; ergo perperam diuidi in problemata scientię Moralis, Naturalis, & Logicæ, siquidem priora duo membra extra diuisum sunt, tertiũ verò cũ diuiso reciprocatur. Respondendũ erit, diuisum esse problema Dialecticæ vtentis, quæ per omnium scientiarũ materias vagatur, vnde illius problema cuiuscunque artis, vel scientiæ terminis constare potest; tertium verò membrum esse Dialecticæ docentis, ad quod Grãmaticæ, Rhetoricæque problemata reuocantur, quare diuisum, & omnia continet membra, & latius patet, quam singula.

In capite decimo duas affert argumentationes, quibus Dialectici ad quamlibet quæstionem confirmandam, vel refutandam vti possunt, nimirum inductionem, & syllogismum: Alexander credit sub inductione complexum fuisse Aristotelem exemplum, sub syllogismo autem Enthymema, ob eorum inter se vicinitatem.

Cur reliqua libri pars & cõsequentes Logicorũ libri omittantur.

In altera capitis parte conatur Aristoteles Dialecticum ijs armis, siue argumentis instruere, quibus ad singulas quæstiones Dialecticas agitandas opus est: in reliquis verò libris armamentaria, hoc est, locos, ex quibus argumenta eruenda sint, exponit, quæ omnia, nec vberius, nec vtilius, quam factum sit à D. Petro Fonseca in aureo introductionum libro, tractari possunt: quare ad illum præceptores remittimus, monemusque, vt, si auditores Dialecticos volunt, septimum & octauum introductionum libros in fine primi anni non omittant.

COM-

Digitized by Google

COMMENTARII
IN DVOS LIBROS
ELENCHORVM ARISTOTELIS
STAGIRITAE.

PROOEMIVM.

QVemadmodum ij, qui ad excolendam voluntatem de moribus diſſerunt, ſuo muneri ſatisfactum eſſe non putant, ſi omnia virtutum genera ſingularumque affectiones pertractarint: & quibus eæ comparari queunt, leges præſcripſerint: niſi vitiorum, quæ illis aduerſantur, naturam, & eam fugiendi rationem, ac methodum inculcent. Ita, qui actiones, quibus intellectus perficitur, ex profeſſo ſpeculantur, non debent eas tantum, quæ ad veritatis comprehenſionem perducunt, ſed etiam, quæ ad errorum ſcopulos abducunt, conſiderare. Hoc conſilio Ariſtoteles, poſtquam ſuperioribus Topicorum libris de ſyllogiſmo Dialectico accuratè diſſeruit, ne quippiam ad huius operis complementum deſideretur, ad fallaces, ac vanas Sophiſtarum argumentationes explicandas accedit, &, quo pacto ab ipſis conficiantur, à nobis verò diſſoluendæ ſunt, diligenter edocet.

Quare materia huius operis (quod apud Græcos vnico libro continetur, à Latinis verò commoditatis gratia in duos diſtribuitur) eſt ſyllogiſmus ſophiſticus; cuius confectio in primo libro, deſtructio in ſecundo pertractatur. Libri inſcribuntur de Sophiſticis Elenchis, id eſt, de apparentibus, ſeu phantaſticis reprehenſionibus, non quod de ſola redargutione futura ſit in his libris diſputatio: (agitur enim de pleriſque aliis captionibus) ſed quia inter fines, quos Sophiſta ſimulandæ ſapientiæ ſtudio ſibi proponit, primum locum obtinet redargutio.

Syllogiſmus ſophiſticus huius operis materia.

Conſtituimus verò hos libros omiſſa contextus explanatione in breuem ſummam redigere, non ſolum vt præfinito Dialecticis tempore abſolui poſſint, ſed quia maiorem inde vtilitatem percipiendam fore ſperamus, quam ſi rem per ſe adeo ſpinoſam, & intricatam prolixis verborum commentarijs protrahamus.

QVAE-

Digitized by Google

QVÆSTIO I.

DE SOPHISTARVM fallacijs.

ARTICVLVS I.

Quos fines sibi proponat Sophista, quoque instrumento eos consequi nitatur.

Qui sophistarum finis.

QVoniam artificum instrumenta tunc apta censentur, cum ad finem artis comparãdum accommodata sunt, proponit Aristoteles primò fines Sophistæ, vt omnes deinde technas, & instrumenta, quibus ad eos peruenire contendit, facilius exponat. Docet igitur, communem Sophistarum finem esse captiosis argumentationibus alios in conflictu irretiendo sapientiam ostẽtare; est enim Sophistæ simulata sapientia, & Sophista is appellatur, qui ex ea, quam præ se fert, adumbrata, & non vera sapientia quæstũ facit, vnde pecuniosus dicitur ab Aristotele. Vt hunc communem finem Sophista consequi videatur, ad aliqua incommoda vi argumentorũ Aduersarium adigere conatur; hæc

Quinque Sophistæ fines proponuntur.

quinque numerat Aristoteles in c. 3. & proprios Sophistæ fines Dialectici appellant.

Primus.

Horum primus est redargutio, seu reprehensio, quæ tunc datur, cum respondens eò adducitur, aut adduci videtur, vt neget id, quod eadem disputatione asseruit, vel asserat, quod

Secundus.

negauit. Secundus est, aliquid apertè falsum asserere, vt nihil repugnat, quod fieri potest ad actum reduci, sed fieri potest, vt prædestinatus dãnetur: ergo non repugnabit, prædestinatum damnationem de facto in-

Tertius.

currere. Tertius est παράδοξον, hoc est, aliquid præter opinionem vel omnium, vel sapientium, vel certè eorum, quorum placita ipse respondens, aut qui iudicium de conflictu ferre debent, libenter sequuntur.

Quartus.

Quartus est, solœcismum committere, id est, circa sermonis congruentiam hallucinari. Quintus est, ad nugationem, seu vitiosam, & inutilem eiusdem verbi repetitionem inducere. Porrò argumentatio, qua tanquam instrumento Sophistæ hos fines consequi nituntur, est syllogismus Sophisticus, qui, prout in primum finem specialim dirigitur, eodem nomine, quo ipse finis appellatur, nimirum ἔλεγχος, quatenus verò ad ceteros destinatur, commune sophistici syllogismi, aut sophismatis nomen conseruat.

Quintus.

Syllogismi sophistici definitio.

Est autem syllogismus sophisticus is, qui ex ijs, quæ videntur probabilia, non tamen sunt, conclusionem colligit, quæ descriptio ex Aristot. 8. Topicorum, cap. 4. non obscurè desumitur, licet hoc lib. cap. 2. paulò aliter eum definiat, affirmans, esse illum, qui peccat in materia, & in forma, cum interim certum sit, eos etiam sophisticos esse, qui aut in sola materia, aut in sola forma deficiũt. Vnde tria genera sophismatum colliguntur; primum est eorum, qui solius materiæ vitio laborant; alterum illorum, qui in sola forma peccant: tertium denique syllogismorum, & materia & forma deficientium; ac licet primum tantum genus sub syllogismo verè contineatur, reliqua tamen Sophista non contemnit, quippe qui nihil respuit, quo sibi sapientis existimationem, ijs verò, quibus cum disputat ignorantiæ notam cõparari posse crediderit. Quo pacto idem sophisticus syllogismus litigiosus appellatur, vt initio Topic. dictum est.

Tria proponuntur sophismatũ genera.

ARTICVLVS II.

Quot sint loci ad decipiendum apti.

Ex quibus locis Sophistæ argumenta eruant.

QVemadmodum veri Dialectici quasdam sedes, locos ve constituerunt, vnde argumenta ad verum, & veri simile suadendũ eruerent, ita fucati, mentitiq. Logici, id est, Sophistæ communes locos statuere decreuerunt, in quibus argumenta

Digitized by Google

menta ad fallendum accommodata digererent, vt, cum opus esset, in promptu haberentur: hi loci in genere duo sunt; alter earum captionũ, quæ in verbis, seu in dictione, alter earum, quæ in rebus seu extra dictionem consistunt: sub priori membro sex species continentur, æquiuocatio, amphibologia, compositio, diuisio, accentus, & figura dictionis: sub posteriori septem, scilicet, fallacia accidentis, eius, quod simpliciter dicitur, & secundum quid ignorationis Elenchi, consequentis, petitionis principij, non causæ, vt causæ, plurium interrogationum, vt vnius.

Ratio huius partitionis est, quia argumentum fallax idcircò in errorem inducit, quia habet speciem veri, hæc autem species, aut cernitur solum in voce significante, aut etiam in re significata; si in voce tantum, constituit primum genus fallaciũ argumentorum: si in rebus, constituit secundum; visitur autem veri simulacrum in voce, quando sumi videtur pro vno significato, quod veritatem continet, ad institutumve conducit, & re vera à Sophista sumitur pro alio, quod falsò ad rem adducitur, quam deceptionem sex tantum modis accidere posse duplici argumento probat Aristot. hoc lib. 1. cap. 3. primò, inductione facta per singulas deceptiones hactenus excogitatas. Secundò hunc in modum; tot sunt fallaciæ, quæ ex dictione prouenium. quot modis vna dictio multa significat; sed hi non sunt plures, nec pauciores, quam sex; ergo idem erit numerus deceptionum in voce. Huius rationis Maior ex dictis patet; nam fallacia ob similitudinem significationis veri contingit, hæc autem similitudo non datur, nisi vbi est, aut esse videtur significationum multitudo.

Sex tãtum modis deceptionẽ ration dictionũ cõtingere probat 1. Arist.

Secundo.

Minor erit manifesta, si præsupponamus, tribus modis euenire posse, vt vox materialiter eadem multa significet; primò, cum eadem dictio nullo modo secũdum se variata plura significat, vt, vox Gallus. Secundò, cum aliquo modo variatur, aut

Tribus modis vox vna plura significare potest.

1.

2.

penes accentum, aut syllabarũ quantitatem, Orthographiam, compositionem, & diuisionem, quo pacto se habet hæc vox, populus, quæ, cum habet primam syllabam breuem, significat hominum multitudinem; cum verò longam, significat arborẽ: Tertiò, cum dictio re ipsa multa non significat, videtur tamen significare, qua ratione nomen secundæ substantiæ significat quale quid, videtur tamen significare hoc aliquid, vt Aristoteles in prædicamentis annotauit. Ad hoc genus multiplicis reuocatur ea dictio, quæ ob similitudinẽ, quam habet cum alia, videtur aliquam eius proprietatem participare, nec tamen participat, V. C. quia vocabulum Planeta eundem ferè sonum, eandemque terminationem habet, ac planta, videtur esse generis fœminini, cum reipsa non sit. 3.

Hoc posito, sic probatur illa Minor: vox, quæ significat primo modo, vel est dictio simplex, vel oratio complexa, si est simplex, efficit æquiuocationem, si multiplex, amphibologiam: si verò est multiplex secundo modo, vel ideo multa significat, quia partium illius compositio, aut diuisio diuersa est, & oritur fallacia cõpositionis, ac diuisionis, vel quia diuersus est accentus, siue quantitas syllabarum, & fit captio accentus: si denique videtur multa significari, nascitur fallacia figuræ dictionis, ac proinde sex tantum sunt fallaciæ, quæ in dictione consistunt.

Cũ detur deceptio ratione rerum.

Diximus, quo pacto, & quibus modis verisimilitudo, quæ ad fallendum assumitur in verbis consistat, dicamus nunc, qua ratione sit in rebus. Igitur res aliqua tunc est ad Sophisma constituendum apta, quando aliquam cognationem habet, aut habere videtur cum alia, quæ vera est, & idcircò ipsa quoque vera, seu ad verum conducens apparet, cum re ipsa talis non sit, quod autem ex eiusmodi re septem fallaciæ, non plures, nec pauciores efficiantur, non probauit Arist. facilè tamen ostendi potest, si quemadmodum in verbis omnem multiplicem significationẽ,

ita

ita in rebus omnem earum cognationem, & similitudinem, quæ ad hoc institutum pertinere potest, percurramus.

Deceptio ratione rerum septē tantū modis contingit.

Vel igitur duæ res ita se habent, vt nec prorsus idem sint, nec omninò oppositæ, vel omninò opponuntur, vel denique idem sunt; quæ se habent priori modo, conueniunt, vt accidens, & subiectum, & sunt causa fallaciæ accidentis: aut tanquam superius, & inferius latè sumpta, & generant captionem, à secundum quid ad simpliciter: aut vt effectus, & causa, & nascitur duplex fallacia, consequentis, & non causæ vt causæ: aut denique vt per accidens conglobata, & oritur captio plurium interrogationum; si omninò opponuntur, præbent occasionem ignorationis elenchi, in quo fingitur, inferri contradictorium propositionis iam concessæ; si verò sunt idem, sequitur captio petitionis principij, in qua sumitur idem quasi diuersum ad confirmationem sui, quæ ex singularum explicatione magis patebunt.

ARTICVLVS III.

De fallacijs, quæ in dictione contingunt.

Fallacia æquiuocationis. Arist.

PRima est æquiuocationis, quę est locus aptus ad decipiendum æquiuocatione vocabuli, quem tribus exemplis illustrat Aristot. in cap. 3. In quorum primo est æquiuocatio in maiori extremo, in secūdo in medio, in 3. in minori extremo: æquiuocatio primi est à casu: secundi à consilio: tertij ex adiectione, vt, cum vnum nomen per se vno modo significat, alterius verò appositione, alio, vt in vltimo exemplo conspicietur. Primum exemplum est; Grammatici discunt; Grammatici sunt docti; ergo qui docti sunt discunt. Vbi æquiuocatio est in verbo discunt, quod in maiori propositione significat intelligere, quæ recitantur, in Minori scientiam acquirere. Secundum est, quæcunq; expediunt, bona sunt, sed quædam mala expediunt; ergo quædam mala bona sunt; in quo Paralogismo verbum, expedit, in Maiori significat conuenientiā per se, in Minori conuenientiam per accidens, ratione scilicet euitandi maioris mali, quo modo non raro mala expedire dicuntur. Tertium est, qui sanabatur, sanus est. sed ægrotus sanabatur, igitur ægrotus sanus est; nā ęgrotus in minori ratione verbi imperfecti extenditur ad eum, qui est, vel erat ægrotus; in conclusione verò ratione verbi de præsenti, pro eo tantum accipitur, qui actu æger est, quem implicat simul sanum esse. Idem exemplum sumit Aristoteles in his terminis, sedens, surgebat, stat.

Fallacia amphibologiæ.

Secunda fallacia est amphibologiæ, quę nascitur ex multiplici significatione orationis, sicut prior ex significatione simplicis vocis, vnde ipsi etiam à Philosopho accommodantur illi tres gradus æquiuocationis, nempe à casu, qualis videtur in hac propositione, hostes vellem me capere, quæ æquè significat, velle me, vt hostes sint à me capti, seu vt me capiant, quæ proinde est causa deceptionis in hoc Sophismate, qđ Aristot. primo loco adducit. Quoscunq; vellem me capere, vellem, vt me caperent, sed hostes vellem me capere; ergo vellem vt hostes me caperent. Secundus gradus æquiuocationis à consilio cernitur in hac propositione litus aras, significat enim primo, & per se litus aratro scindere, per translationem verò operam perdere, vnde oritur deceptio huius Paralogismi, quisquis arat litus, terram proscindit aratro, est operam perdens litus perhibetur arare; ergo operā perdens litus proscindit aratro. Tertius denique gradus multiplicis significationis ex appositione alterius vocabuli, apparet in hac oratione (*scire literas*) cuius singulæ dictiones, etsi per se, ac seorsim acceptæ vnam tantum habeant significationem, coniunctæ tamen duos sensus efficiunt, videlicet, literarum scientiam esse penes aliquem, vel ipsas literas scientia præditas esse. Ad

hunc

Digitized by Google

D. Thom. hunc modum reuocat D. Thom. omnem amphibologiam, quæ ex casuũ variatione prouenit; vt si dicas omnes magistri sunt homines: hi libri sunt magistri: ergo sunt homines. Vbi variatio casuum nominis (Magistri) ambiguitatem, amphibologiamve inducit.

Fallaciacõ positionis & diuisionis. Tertia captio compositionis est locus ad decipiẽdum ratione sensus compositi falsi, seu cum tribuitur aliquid alicui, cum alio cõuncto, quod ei non conuenit, nisi seorsim capiatur. Captio diuisionis est locus ad fallendum ratione sensus diuisi falsi, qui tunc datur, cum alicui separatim accepto aliquid conceditur, quod illi in consortio alterius, vel aliorum tantum concedendum erat, vtriusque exemplum est in hac propositione. (Possibile est sedentem stare) nam in sensu composito significat eum, qui sedet, etiam dum sedet, stare posse, quod est falsum. In diuiso autem significat eum, qui sedet, secundum se, posse stare, quod verum est. Sensus compositus, & diuisus, qui ad hunc locum pertinent, non modo reperiuntur in propositionibus modalibus, in quibus duplicem sensum, compositum, & diuisum distinximus in lib. 2. Prior. c. 3. alterum ex parte dicti, alterum ex parte modi; non solum inquam hi sensus in modalibus reperiuntur, sed etiam ex ijs propositionibus, quarum partes nectuntur coniunctionibus, &, aut, vel, & similibus; si enim partes eiusdem extremi propositionis per illam copulam jungantur, fit sensus compositus; si verò jungantur multæ Categoricæ enunciationes, efficitur sensus diuisus, V. c. in his propositionibus; quinque sunt duo & tria; omnis enunciatio est vera, vel falsa; si particula, &, sumatur copulatim, & vel, disiunctim, vniunt partes eiusdem prædicati, & efficiunt sensum compositum, ac verum; si verò copula &, sumatur copulatiue, & vel, disiunctiue, conjungunt integras orationes, & reddunt sensum diuisum, & falsum, quasi dicas; Quinque sunt duo, & quinque sunt tria, omnis enunciatio est vera, & omnis enunciatio est falsa.

Reperiuntur præterea hi sensus in ijs orationibus, in quibus est aliqua dictio, quæ potest cum diuersis vocibus cõiungi, si enim iungatur cum ea voce, cum qua potius iungenda videtur, efficit sensum compositum, si cum ea, cui minus apte copulatur, reddit sensum diuisum. Veluti si in hac propositione, qui scit literas, nunc didicit eas, particula, nunc, adnectatur verbo didicit, erit sensus compositus, qui poterit esse falsus, cum is, qui scit, multos ante annos eas fortasse didicerit: si verò copuletur cum verbo scit, cui minus accommodate coniungi videtur, erit sensus diuisus, & semper verus.

Exempla præcedẽtis fallaciæ ponuntur. Exempla Sophismatum, quæ in his sensibus construuntur facilè cuiuis occurrent: in singulis tamen aliquod afferamus. In primo, quemcunque possibile est stare, possibile est, vt stet, sed possibile est sedentem stare; ergo possibile est, vt sedens stet. Vbi falsa est Minor propositio in sensu composito, ex qua sequitur falsa cõclusio. Item si cõtingens est aliquod corpus moueri, falsum esse potest, quod cœlum moueatur; at quoddam corpus moueri est contingens, igitur falsum esse potest; quod cœlum moueatur, in quo Paralogismo. Maior est vera in sensu composito, falsa in diuiso. Minor è contrario vera est in diuiso, falsa in composito. ex quo tamen infertur subiecta conclusio, quæ idcirco falsa est. In secundo sensu ex copula, &; Quicunque numerus ponitur ex duobus, & tribus, est duo, & tria, sed quinq. non sunt duo, & tria; igitur quinque non componuntur ex duobus & tribus. Cuius Paralogismi conclusio ideo falsa est, quia sequitur minorem in sensu composito, in quo est falsa, cum Maior in eodem vera sit, vt ex illius sensus declaratione patet.

Vt idem Sophisma sit captio diuisionis, ita proponendum est: Quæcunque sunt duo, & tria, sunt duo, & sunt tria; at quinq. sunt duo & tria, igitur quinque sunt duo, & quinque

sunt tria. Quo pacto Maior est vera in sensu diuiso ex parte subiecti, falsa in composito, Minor è contrario, vera in composito, falsa in diuiso, ex quo proximè conclusio deducitur ex dictione vel, aut, &c. Si non omnis propositio conformatur, vel difformatur obiecto, non omnis propositio est vera, vel falsa; atqui omnis enunciatio est vera, vel falsa; igitur non omnis est vera, vel falsa: vbi Minor est vera in sensu diuiso, falsa tamen in composito, & ex eo sequitur inepta conclusio. Eadem sequitur ex sensu diuiso hoc modo: Omnis enũciatio est vera, vel falsa; non est autem omnis enunciatio vera; omnis igitur est falsa, quod sequitur ex sensu diuiso maioris, qui falsus est. In tertio sensu constituitur Sophisma ex ratione sensus compositi hoc modo. Quicunque literas scit, nunc literas didicit, sed tu literas scis, nunc igitur eas didicisti; cum tamen multos ante annos literas didiceris. Nam Maior est falsa in sensu composito, vt paulo ante diximus. Ratione sensus diuisi ita fabricatur. Qui nunc natus dicitur, is hac hora natus est, sed tu, qui diu fortasse vixisti, nunc diceris natus, tu igitur hac hora natus es, quoniam particula nunc, apcius coniungi videtur cum verbo diceris, quam cum participio, Natus, cui à Sophista in Maiori, vel minori copulatur.

Fallacia accẽtus est deceptio proueniens à veritate accentuum: seu pronunciationum eiusdem vocabuli, accentus enim hoc loco amplissime vsurpatur, & quinque sub se genera comprehendit. Primum est, cum nomen accentus pro graui, acuto, & circunflexo vsurpatur. Vnde est illud Sophisma, qui leporem insectantur multa percurrunt loca, sed tu cũ domi sedes, & sermonem cum amicis confers, leporem (id est quandam sermonis festiuitatem) insectaris; igitur cum domi sedes, multa percurris loca. In quo deceptio nascitur ex vocabulo, leporem, quod priori loco habet accentum in antepenultima, posteriori in penultima. Secundum, cum accentus nomen accipitur pro quantitate syllabarum. Vnde oritur hoc sophisma, qui librum edit, librum deuorat, sed tu librum edis (hoc est in lucem emittis) tu igitur librum deuoras. Vbi deceptio est in verbo, Edo, quod priori loco habet primam breuem, posteriori longam. Tertium genus ob diuersitatem aspirationis contingit. v. c. Nulli homini adhibenda est fides alicui homini credendum est, igitur alicui credendum est, cui non sit adhibenda fides. Quartum prouenit ex diuersitate proferendi syllabas eiusdẽ dictionis, nunc coniunctim sub vno accentu, nunc separatim sub diuersis. Vnde extat hoc sophisma; omnis via pedibus conculcatur, sed omnis via res quædam est publica, ergo Respublica pedibus conculcatur. In quo respublica ob separationem, & coniunctionem variè accipitur. Quintum denique nascitur ex diuersitate pronũciationis ironicæ, aut seriæ, interrogatoriæ, & assertoriæ. Vnde hæc Sophismata fabricantur. Qui dicit te egregiè respondisse, laudat te, sed præceptor cum reprehendit, ait te egregie respondisse, igitur cum te reprehendit laudat te. Item qui dicit, audisti sacrum, ait te sacrum audiuisse, sed qui te interrogat an sacrũ audieris, dicit, audisti Sacrum, ergo qui te interrogat an Sacrum audieris, ait te Sacrum audiuisse. Deceptio primi sophismatis, oritur ex sensu ironico pro serio; deceptio secundi ex interrogatorio pro assertorio.

Sexta & vltima fallacia ex ijs, quę in dictione positæ sunt, est figura dictionis, hoc est locus ad fallendum aptus propter similitudinem dictionum. Quæ similitudo in genere duplex est, altera in ipsa vocis structura, quæ materialis vocari potest: altera in re significata. Prima etsi variis modis spectari posset, hic tamen solum consideratur quo ad terminationem, quando scilicet duo vocabula eodem modo desinunt, & unde sumit occasionem sophista, vt vni tribuat affectionem grammaticam, quam cernit in alio, veluti si colligat

Fallacia figuræ dictionis.

Digitized by Google

gat pontem, & fontem esse generis feminini, quia videt huius generis esse frontem. Secunda similitudo in duas quasi species distribuitur, prima est quando verba, quæ pertinent ad diuersa prædicamenta propter aliquam conuenientiam, vel ipsa prolatione in frequenti vsurpatione pro eadem re, videntur ad idem pertinere, vt superficies, & macies: secunda cum vocabulum, quod significat rē vniuersalem, videtur significare particularem, vel è contrario. Ex prima similitudine in re ducitur hoc sophisma, quemcunque hominem vidisti heri, vides hodie, heri vidisti hominem sanum, igitur sanum vides hodie. Vbi nomina, homo, & sanum, quæ pertinent ad diuersa prædicamenta, accipiuntur quasi ambo ad substantiam pertinerent.

Quo loco notandum est ideo vnā tantum rationem similitudinis considerari in verbis quo ad omnia prędicamenta, quia in præsenti solum habetur ratio distinctionis, quæ est inter substantiam, & cetera accidentium prædicamenta, quatenus substantia significatur per modum subsistentis, cetera tanquam adiacentia: vnde ad prædicamentum substantiæ pertinent omnia vocabula absoluta, quæ significant rem per modum subsistentis, esto res significata sit accidens, vt candor, superficies, similitudo: ad prædicamentum verò accidentium reuocantur omnia vocabula connotatiua, quæ significant rem, quasi adiacētem licet ea sit quo ad entitatem substantiæ, vt ignitum, auratum; & ratio est, quia hoc deceptionis genus ex eo contingit, quod tribuitur formæ appositæ id, quod subiecto congruebat, ad hoc autem parum refert, an subiectum sit reuera substantia, & forma accidens, dummodo vnum subsit, alterum adiaceat. Ex secunda similitudine in re, nascitur hoc Sophisma, Socrates non est species, Socrates est homo; igitur homo non est species. Animal est genus, homo est animal, igitur homo est genus.

ARTICVLVS IIII.

De fallacijs, quæ extra dictionem accidunt.

PRima, & omnium deterrima, vt pote (qua Autore Philosopho lib. 1. cap. 5. sapientes etiam capiuntur) est fallacia accidentis, quæ nascitur ex diuersitate subiecti, & accidentis, quam quis non attendens existimat quidquid conuenit, aut non conuenit accidenti, conuenire, aut non conuenire subiecto: aut viceuersa, quidquid congruit, aut non congruit subiecto eodem modo circa accidens affectum esse. Nomen accidētis hoc loco sumitur pro prædicato, quod aliqua ratione diuersum est à subiecto, cui vere conuenit, siue ei conueniat essentialiter, siue accidentaliter, & necessario, siue contingenter, vt homo est animal, homo est disciplinæ capax, homo est albus. Vnde tria sophismatum genera ex hoc loco deducuntur; vnum cum creditur, quidquid conuenit, aut non conuenit prædicato essentiali, conuenire, aut non conuenire subiecto, & viceuersa: alia duo, quia aliquis existimat id, quod conuenit, aut non conuenit prædicato accidentario proprio, vel communi, cōuenire etiam, aut non conuenire subiecto, & viceuersa.

Fallacia accidētis.

Accidens quid hoc loco sit.

Tria sophismata ex hoc loco eruuntur.

Vnumquodque horum trium generum octo colligendi formas sub se continet, aut enim id quod affirmatur de prædicato, creditur affirmandum de subiecto, aut quod negatur de prædicato, videtur etiā negandum de subiecto, & constituuntur duæ formæ, quę si conuerso ordine disponantur, incipiendo scilicet à subiecto, emergent duæ aliæ, eruntque sub hoc modo quattuor formæ. deinde, vel de quocunque affirmatur prædicatum, videtur affirmandum subiectum, vel de quocunq; negatur prædicatum, creditur negandum esse subiectum, & constituuntur aliæ duę formæ à prioribus diuersas, quæ pariter si conuerso ordine disponātur, inci-

Octo colligēdi formę in quo uis sophismate.

incipiamusq; à subiecto ad prædicatum, dabunt alias duas, vt omnes sint numero octo, quarum exempla, quia omnibus perua sunt, omittuntur. Ratio vero ob quam hæc deceptio contingit, petenda est ex tertio cap. anteprædicamentorum, & breuiter est, quia accidens, & subiectum non sumuntur, qua ratione sunt idē, sed prout diuersa existunt. E. c. cum Sophista ita colligit. Animal est genus, homo est animal; ergo homo est genus: in maiori non sumit Animal, quatenus est idem cum homine, sed prout beneficio intellectus ab homine, & bellua separatur, qua sola ratione est genus.

Fallacia secundum quid ad simplex attributum.

Secūdus fallendi locus est, in quo ex eo quod aliquid alicui simpliciter, hoc est sine vlla adiectione tribuitur, vel negatur, colligit Sophista, secundum quid, id est cum adiectione tribuendum, aut negandum esse, veluti arma restituenda sunt domino, ergo restituenda sunt domino furioso. Merces non sunt in mare iactandæ, ergo non sunt iactandæ, cum naufragium timetur. Vel ex eo, quod aliquid secundum quid alicui conceditur, aut ab eo remouetur, colligit simpliciter asserendum, aut negandum esse, vt in eisdem sophismatis conuerso ordine propositis. Merces proijciendæ sunt, cum naufragium eminet: ergo merces in mare proijciendæ sunt: arma non sunt restituenda domino furioso, ergo non sunt restituenda domino.

Ignoratio Elenchi.

Tertius locus est captio ignorationis Elenchi, ex quo tunc sumitur argumentum, cum aliqua conditio ad Elenchum Dialecticum necessaria desideratur. Ad huius loci explicationem Aristot. supponendum est ex Arist. lib. 1. cap. 1. Elenchum esse syllogismum, cum contradictione conclusionis, hoc est, in quo alicuius certæ propositionis ab alio admissæ contradictoria infertur, nomine tamen contradictoriæ venit etiam contraria, quippe ex qua statim sequitur contradictoria.

Diuisio Elenchi in quatuor membra.

Distribuitur vero Elenchus eodē modo, quo syllogismus in quatuor membra, nempe in Demonstratiuū, Dialecticum, Pseudographum, & Sophisticum. Demonstratiuus est ille, qui fit in materia necessaria, Dialecticus in probabili. Pseudographus est, qui videtur demonstratiuus: peccat tamen in materia. Sophisticus, qui Dialecticum simulat, alicuius tamen conditionis defectu verè Dialecticus non est, qui quidem si consideretur, vt prætermissione cuiuscunq; conditionis Elenchi Dialectici fallere potest, nimirum aut vitio formæ, aut materiæ, aut quouis alio, est fallacia omnibus alijs communis, siquidem omnis fallacia aliquam syllogismi Dialectici conditionem prætermittit, alioqui non esset Sophisma, si verò spectetur, vt solum peccat defectu earum conditionum, quoad veram contradictionem eius conclusionis, quam infert cum propositione, quam redarguit, est fallacia specialis, & à ceteris distincta. Quæ vero conditiones ad germanam contradictionem requirantur in primo libro de Interpretatione dictum est. Aristoteles hic in cap. 4. primi libri, quatuor enumerat, videlicet, secundum idem, ad idem similiter, & in eodem tempore, ad quas reduci vult conditionem in eodem loco.

Contradictionis cōditiones. Arist.

Petitio principij.

Quartus locus dicitur petitio principij, eo quod in illo conclusio ad sui confirmationem accipiatur: appellatur verò conclusio principium, quia initio proponitur, vt omnis in eam probatio dirigatur. Tunc verò peti dicitur, cum sub alijs verbis postulatur. Nam si sub ijsdem peteretur, non deceptionis, sed irrisionis occasio præberetur. Aristoteles in 8. Topic. cap. vltimo quinque modos petendi principium numerauit, quorum etsi sola prima pars primi modi (cum videlicet Synonimum ad probationem Synonimi postulatur) sit vera principij postulatio, sæpe tamen reliqui modi idem vitium incurrūt, saltem apud respondentē, qui cum negat conclusionē, simul ostendit satis sibi notam esse rei definitionem, totum, partes, & oppositū &c.

Quintus

Digitized by Google

Fallacia cõsequentis.

Quintus locus est captio consequentis, quę tunc contingit, cum antecedens videtur effici ex consequẽte, aut ex opposito antecedentis, & oppositum consequentis, quemadmodum iuxta veras consequentiarum regulas consequens fit ex antecedente, & oppositum antecedentis ex opposito consequentis. Nomine oppositi, intelligitur hoc loco contradictorium, vt constat ex Aristot. hoc lib. 2. cap. 5. exempla sunt, si paulo antepluit, terra madefacta est, igitur si terra madefacta est, paulo ante pluit, videtur namque inferri pluuia ex terra madida, cum hoc sit consequens, illud antecedens, item si homo est equus, est animal; igitur si non est equus, non est animal, cum inferre oporteret, igitur si nõ est animal, non est equus. Monet Aristoteles eodem loco hanc fallaciam aliquo modo sub fallacia accidentis contineri, nam quidquid ex aliquo sequitur, est eius accidens, vt nomen accidentis hoc loco vlurpatur, non tamen quidquid est alicuius rei accidens, est illius consequens. vt cernere est in albo, quod hominis accidens est, non tamen consequẽs; Hinc efficitur, vt omne Sophisma consequentis alia ratione appellari possit accidentis, non tamen è contrario.

ri st.

Fallacia non causę vt causæ.

Sextus locus est non causæ vt causæ: cuius captio in eo consistit, vt falsitas alicuius conclusionis tribuatur illi propositioni, quasi ab ea efficiatur, ex qua tamen re ipsa non efficitur; veluti si ex eo, quod auarus pecunijs abutatur, colligas earum vtum esse exterminandum, aut arma non esse in Republica permittenda, eo quod multis turbandæ pacis occasionem præbeant. Vnde colliges nomen causæ non accipi hoc loco pro sola rei causa, sed pro qualibet causa illationis, esto secundum se sit effectus, aliudvè per accidens annexum.

Fallacia pluriũ interrogationum.

Septimus, & vltimus locus dicitur plurium interrogationum vt vnius, quia in eo plures interrogationes tanquam vna proponuntur, vt qui simplicem responsionem reddit, omnibus minimè satisfaciat proindeque decipiatur. Tria vero sunt interrogationum genera, quæ ex hac fallacia depromuntur, primum, cum vnum de pluribus interrogatur, veluti si Sophista accipiat multa: quorum aliqua sint bona, alia non, & interroget, an illa sint bona? si enim respondeas esse bona, colliget ille non bona esse bona, si respondeas esse mala, colliget bona esse mala, quod exemplum affertur ab Aristotele in cap. 4 secundum est, cum plura quæruntur de vno: vt est ne Socrates homo, & equus: nam si respondeas affirmatiue, inferet Sophista Socratem esse equum, si negatiuè, concludet Socratem non esse hominem. Tertium genus est, cum plura de pluribus interrogantur, v.c. (vt Aristotelis exemplo vtamur) accipiat Sophista Socratem cęcum, & Platonem videntem, & quærat, sunt ne Socrates, & Plato videntes, & cæci; siue enim respondeas esse videntes, siue cæcos, semper colliget absurdum, cum vtrique nec visus, nec cæcitas attribui possit.

ARTICVLVS V.

Quo pacto sophista alios quatuor finis consequi nitantur.

Quid Arist. ad c. 8. 1. lib. doceat.

QVæ hactenus diximus, tradidit Aristoteles primis quatuor capitibus primi libri. In quinto capite ostendit omnes fallacias ad ignorationẽ syllogismi Elẽchi reuocari, quod qua ratione intelligendum sit, art. superiori in 3. loco explicatum est. In cap. 6. varias adducit causas, ob quas ij, qui respondẽt, à Sophistis capiuntur, & percurrit omnes decipiendi locos, propriam deceptionis causam singulis assignãdo: quę & in cõtextu perspicua sunt, & ex collectione locorum initio huius quæstionis proposita, satis liquent. In capit. 7. explanat eam Sophismatis partitionem, cuius suprà meminimus, qua Sophisma distri-

buitur

buitur in illud, quod peccat defectu materiæ, & in illud quod peccat defectu formæ. In capite verò 8. docet numerum Elenchorum Sophisticorum à se traditum intelligendum esse de Elenchis in communi, hoc est in specie, quoniam Elenchi in individuo, id est, qui in proprijs omnium facultatũ materijs fieri queũt, ad certum numerum redigi non possunt, cum ipsæ materiæ infinitæ sint: quemadmodum nec omnes Elenchi demonstratiui, qui ex omnium scientiarum materijs constituuntur, ad aliquam summam reuocantur.

Quædam Sophismatum diuisio refellitur.

Postquam Aristoteles ea, quæ ad naturam, & partitionem sophismatum pertinent, in præcedentibus capitibus concluserit, in capit. 9. adducit eorum sententiam, qui sophismata diuidebant in ea, quæ ad nomen, & ea, quæ ad intellectum pertinent; illamque refutat, ostendendo eundem paralogismum ad nomen, intellectumque pertinere, quando sophista non solum ex captione vocis, sed etiam rei defendentem coarguit; fieri enim potest, vt in fallacijs extra dictionem, quę aduersariorum confessione ad intellectum pertinent, respondens vocabula ignoret, in alioue sensu accipiat, & tunc ad nomen simul erit disputatio. Alijs rationibus idem concludit Aristot. quæ ab Aegidio Romano, & Louanien sibus late explicantur.

Aegid. Louaniēs.

Interponit deinde Aristot. in cap. 10. & 11 interrogationes tentatiuas, quę siquid explicatione dignum continent, in Topicis declaratum est. In cap. verò 12. & sequentibus incipit Philosophus ostendere, quo pacto sophistæ reliquos quatuor fines supra commemoratos consequi nitantur: scilicet falsum, incredibile, nugationem, & solœcismum. Et quidem ad respondentem in falsum, & inopinabile simul compellendum quinque adducit locos. Primus ex interrogatione non ad aliquid determinatum: nunc enim sophista quenquam facilè errare compellit, cum nullam initio quæstionem proponit, de qua disputetur, sed in incertum rogat: facilè namque labitur, qui nullo disputationis fine proposito respondet. Secundus ex multitudine interrogationum; quamuis enim aliquid certum initio proponatur; si plura tamen interrogantur, facilè erratur. Tertius ex commendatione respondentis. Etenim si opponens omnia respondentis dicta commendat, facilè incautum ad aliquid falsum, & inopinabile perducit. Quartus ex deductione ad aliud, solet enim Sophista, cum ei quidpiam negatur, quod facilè probare non potest, ad ea respondentem ducere, in quibus Sophistæ argumentorum copia suppetit. Quintus ex præcedentibus argumentationem, vt loquitur Aegidius; quem locum tunc idoneum esse ait, cum opponens initio multa quærit, & profitetur se addiscendi studio ea rogare. Procliue enim est defendentem ea specie deceptum in incredibile, & in falsum protrudere.

Sophisma ad consequendum falsum & inopinabile.

1.

2.

3.

4.

Deinde vt respondens ad inopinabile speciatim trahatur, quatuor assignat locos. Primus est cum Sophistæ admirabiliores cuiusque fictæ opiniones rogant, vel quasi à respondente datas accipiunt. Secundus quando rogant ea, in quibus voluntatis affectus rationis iudicio repugnat, veluti, an optabilius sit iustitiam cum paupertate colere, quam diuitijs iniustè affluere. Tertius, quem Philosophus plurimum, seu in decipiendo idoneum, & ideo frequentem appellat, cum Sophista quærit ea, in quibus vt Calliades apud Gorgiam Platonis loquebatur. Natura legibus repugnat, hoc est, in quibus aliter habet communis hominum opinio, aliter res ipsa, & consequenter opinio sapientum: vt an in diuitiarum, voluptatumque copia felicitas consistat? Quartus, cum petunt ea, quæ adeò sunt dubia, vt neutram in partem propendere videantur, vt parentibusne potius, an sapientibus parendum sit?

Ad consequendum inopinabile.

1.

2.

3.

4.

Ad consequendam nugationem.

Vt quis ad nugationem compellatur, duos assignat locos, vnum, quo ad veram nugationem, alterum quo

quo ad apparentem ducimur. Primus fere contingit, cum integras definitiones pro nominibus vsurpant, & supponunt idem significare nomen, quod integra oratio significat, vt si tu postea nomina definitas, quod in definitione iam expressum erat, repetas, veluti, quia duplum significat tantundem & dimidium à loco duplici sumit duplum dimidij, vt cum postea duplum vis definire, dimidij duplum, bis dimidium repetas in definitione & in definito: & consequenter idem per idem definire cogaris. Secundus est, cum nomen similiter pro oratione vsurpant, initio tamen non supponunt vtrumque idem significare; tunc enim, etsi in nugationem inducere Sophistæ videantur, re ipsa tamen non inducunt, quia negari à respondente potest eandem esse nominis significationem, & orationis.

Ad consequendum solœcismum.

Ad quartum finem solœcismum scilicet, vt Sophistæ ducant, genera variare, & fallacia, quę figura dictionis appellatur, vti solent, vt Philosophus monet, qui locus inseruit, vt solœcismus ex vi formæ syllogisticæ sequi videatur: vt autem solœcismus, ex inaduertentia excidat, nihil æquè, ac efficacitas rationis, disputationisque celeritas conducit.

QVAESTIO II.

Quo modo sophismata huc usque proposita dissoluenda sint.

Sophismatum solutio duplex. Quę sit apparens. Quæ vera.

POstquam Aristoteles toto primo Elenchorum libro, quo artificio Sophistarum technæ construantur, edocuit; quo studio, atque arte dissoluendæ sint, in libr. 2. pertractat; quem ordinem secuti in prima quæstione Sophisticos nodos implicuimus; in hac secunda eosdem enodamus. Arist. autem duplicem in genere solutionem apponit, vnam apparentem, quam in secundo capit. tractat; alteram veram de qua in reliqua libri parte disserit. Apparens solutio, iuxta Aristotelem, est, quæ dubium verè non soluit, soluere tamen videtur, quę tunc accidit, inquit Albertus Magnus hoc loco, cum respondens ostendere videtur arguentem non verè, sed apparenter arguere, quod fiet æquiuoca, & multiplicia ab arguente obiecta distinguendo. Addit etiam Arist. hanc solutionem idcirco adhibendam esse, quia, quum non est respondentem ad veram, & seriam responsionem adstringere, quando opponens apparenter duntaxat argumentatur. Alb. Mag.

Vera solutio inquit Aristoteles c. 4. est vitij explicatio hoc est, ea quæ ostendit, vnde nam paralogismi falsitas oriatur. Porro cum in syllogismo duo sint, forma, & materia, & ex cuiuslibet earum defectu falsa illatio deducatur, duplex esse potest in genere vera solutio, vna quæ causam erroris ostendit in materia, altera quæ eandem ostendit in forma. Nam sophismata, quæ soluis materię vitio laborant, negatione earum propositionum, quæ veræ apparent, nec tamen sunt, dissoluuntur: quę verò in forma peccant, consequentiæ negatione refelluntur.

Sophismata quę peccant in materia, vt solui debeãt.

Ceterum quia materia bifariam esse potest falsa, primo simpliciter, quando scilicet propositio in eo sensu, quem solum, vel absolutè habet, est falsa: secundò cum plures habet sensus, quorum alij veri, alij falsi sunt: ideo in primo solutionum mẽbro non modo continentur ea, quæ in sola negatione consistunt; qualis adhibetur in sophismatis aliqua prę-missa falsa constantibus, quibus cum numeratur Sophisma petitionis principij, neganda enim simpliciter est ea propositio, in qua principium petitur, siquidem in alia simili negata est; & sophismata ignorationis Elẽchi, quæ contradictionis negatione soluuntur. Non solum, inquam, hæc solutio continetur, sed illa etiam, quæ per distinctionem traditur, semper enim aliqua distinctionis pars negatur; atque hoc modo soluenda sunt Sophismata ex æquiuocatione, am-

Digitized by Google

ambiguitate, compositione, diuisione, & accentu, quibus adde Sophismata ex pluribus interrogationibus, quasi vna, hæc enim tam distinctione, quam tot responsionibus adhibitis, quot implicitæ sunt interrogationes, enodantur.

Sophisma ta quæ in forma peccant, quo modo soluenda.

Quando Sophismata in forma peccant, admissis assumptionibus, & negata consequentia diluuntur: talia sunt, quæ ex figura dictionis, ex accidente, ex consequente, aut ex non causa vt causa appellantur.

De Sophismatis ad alios quatuor fines pertinentibus.

Sophismata verò ad quattuor fines vltimo loco positos ordinata, etsi determinatam solutionis legem non habeant, facilè tamen à quouis eludi possunt. Illud tamen, quod in nugationem compellit, docet Arist. capit. 6. soluendum esse negando integram definitionem loco nominis poni oportere, ne ita in definiendo eadem verba, quibus res nominata est, repetere cogaris. Alia Sophismata, quæ à veteribus insolubilia dicebantur, partim à nobis in primo de Interpretatione libro, cum de enunciationis veritate disputaremus, explicata sunt; partim nullo negotio refelluntur; quare & captionum, & totius Dialecticæ finis hic esto, in laudem, & honorem Sanctissimæ Trinitatis, Beatissimæque Virginis Deiparæ.

FINIS.

Digitized by Google

LABORATORIO ...
A. Landucci
Via Valsolda n. 12...
Tel. ...

1971

Digitized by Google

LABORATORIO ESTETICO
A. Lorenzini
Via Valsolda n. 125-127
Tel. 8 3408
1971

Digitized by Google

Digitized by Google